Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
NAPOLI

Digitized by Google

597751

CHRISTOPHORI

DE ANGVIANO

SEDANO PRIMARII OLIM, ET

DECANI IVRIS PONTIFICII IN ACADEMIA

Complutensi, nunc Præfecti nobilitatis in Gra-
natensi Prætorio.

TRACTATVS

DE LEGIBVS ET CONSTITVTIONIBVS PRINCI-

pum, ipsorumq; & aliorum iudicum Ordinariorum, & Delegatorum potestate iurisdictione & imperio, in decem libros distributus, quorum quinque priores continet hic Primus Tomus.

IN POTENTISSIMI CATHOLICI REGIS NOSTRI DEBI-

tam reuerentiam, aliorumque Regum, ac Principum Christianorum obsequium.

AD DOMINVM D. FERDINANDVM DE AZEVEDO

Archiepiscopum Burgensem, summique Senatus Præsidem dignissimum.

CVM TRIPLICI INDICE, CONTROVERSIARVM,

Locorum, & Rerum.



Anno 1620.

BIBLIOTECA NAPOLI

MAGNAE AC PVLCHERRIMAE GRANATAE

In ædibus domicilij Authoris, atque ipsius sumptibus, cum priuilegio Catholicæ Maiestatis ad decennium.

Petrus de la Cuesta Typographus Gallus excudebat.

Digitized by Google

Digitized by Google

TASSA.

YO Lazaro de Rios eſcriuano de Camara de ſu Mageſtad, de los que en ſu Conſejo reſiden, doy fee, que auiendoſe viſto por los ſeñores del vn libro intitulado, *Tractatus de legibus & conſtitutionibus Principum*, compueſto por el Doctor Chriſtoual d Anguiano Sedano Alcalde de los Hijosdalgo de la Real Chancilleri de Granada, que con licencia de los ſeñores fue impreſſo: taſſaron cada pliego a cinco marauedis, y parecio tener el dicho libro, ſin las tablas y principios, duzientos y ſetenta y ſeis pliegos, que al dicho reſpecto monta mil y trecientos y ochenta marauedis, y a eſte precio y no mas mandaron ſe venda: y que eſta taſſa ſe ponga al principio de cada libro de los que ſe imprimieren. Y para que dello conſte, de pedimiento de la parte del dicho Doctor Chriſtoual de Anguiano Sedano, doy fee. En Madrid a diez y ocho dias del mes de Agoſto de mil y ſeiſcientos y veynte años.

Lazaro de Rios.

Fides Correctoris.

LIBRVM hunc Doctoris Chriſtophori ab Anguiano Sedano quondam in Complutenſi Academia primariam Cathedram Iuriſprudentiæ, doctè, ſubtiliter, & meritiſimè regentis, *de legibus & conſtitutionibus Principum* inſcriptum vidi, & cum ſuo Archetypo contuli, quod ſacræ Cæſareæ Maieſtatis Senatus iidemque grauiſsimus approbauit, & eorum qui typis excuſi ſunt exemplar eſſe voluit, omniaque in eo ſunt adeò verè & fideliter impreſſa, vt nulla vnquam in re ab exemplari ſuo diſcedant. Datum Matriti, die decimaſeptima menſis Auguſti. 1620.

Licentiatus Franciſcus Murcia de la Llana.

Digitized by Google

APROBACION.

POR comision y mandado de los señores del Consejo he visto el libro que el Doctor Christoual de Anguiano Sedano, Cathedratico de Prima de Canones de la Vniuersidad de Alcala de Henares, ha compuesto debxo del titulo, *de legibus & constitutionibus Principum*, y me parece muy vtiy prouechoso para Iuezes y Abogados, y que cõ mucha distincion, erudiccion, y claridad toca las questiones mas principales de la materia, y la reduze a los casos mas frequentes y praticables que cada dia se ofrecen a las causas que se tratan en los Tribunales destos Reynos, Ecclesiasticos y seglares: y que aunque otros han escrito sobre lo mismo, no con el arte ni methodo que este Autor, ni con tan elegãte estylo, ni curiosidad. Y assi por esto, como porque no ay en todo el cosa contraria a los sagrados Canones, ni buenas costumbres, es muy justo se le dè la licencia que pide para imprimirle. En Madrid a nueue de Agosto de mil y seiscientos y ctorze años.

Doctor Iuan de Vedoya Mogronejo.

Censura del Ordinario.

HE hecho ver vn libro que ha conpuesto el Doctor Christoual de Anguiano, Cathedratico de Prima de Canones en la Vniuersidad de Alcala, intitulado *raclatus de legibus & constitutionibus Principũ:* y demas de no tener cosa contra la fee, ni buenas costumbres, es vn libro importantissimo en nuestra facultad, y en la materia que escriue muestra el Autor sus muchas letras y erudiccion: y aunque ay otros muchos que han escrito sobre este intento, auiendolos visto a todos, se les auentaja mucho. El libro es muy curioso, y muy importante, assi para los que professan derechos, como para los Theologos: soy de parecer que los señores del Consejo le pueden dar licencia para imprimirle, honrrandole mucho, por merecerlo tanto el trabajo tan luzido que ha puesto en hazer este volumen. Fecho en Madrid en 3. de Abril de 1614.

Doctor Gutierre de Cetina.

Ante mi Iuan Francisco de Haro Notario.

Digitized by Google

EL REY.

POR quanto por parte de vos el Doctor Christoual Angulano Sedano, Cathedratico de Prima y Dean de la facultad de Canones en la Vniuersidad de Alcala de Henares, nos fue fecha relaciõ que auiades compuesto vn Tratado *de legibus & constitutionibus Regum*, diuidido en diez libros y dos tomos, el vno de los quales, en que se contenia los cinco libros primeros, era el de que hiziste presentacion y nos pedistes y suplicastes, atento era muy vtil y prouechoso, os mandemos dar licencia para le poder imprimir, y priuilegio por veynte añ, o como la nuestra merced fuesse: lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por su mandado se hizieron las diligencias que la premati por Nos vltimamente fecha sobre la impresion de los libros dispone ue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en dicha razon, y Nos tuuimoslo por bien. Por la qual, por os hazer bien merced, os damos licencia y facultad para que por tiẽpo de diez años meros siguientes que corran y se quenten desde el dia de la fecha della os, o la persona que vuestro poder ouiere, y no otro alguno, podays imprimir y vẽder el dicho libro q̃ de suso se haze mẽcion, por el original q̃ en el nuestro Consejo se vio, que va rubricado y firmado al fin de Gronimo Nuñez de Leon nuestro escriuano de Camara de los que en el residen, con que antes que se venda lo traygays ante ellos, juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impresion está conforme a el, y traygays fee en publica forma en como por Corrector por Ns nombrado se vio y corrigio la dicha impresion por su original. Y mandamos al Impressor que imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro con el original a Autor, o persona a cuya costa se imprimiere, y no otro alguno, para efeto de la dicha correccion y tassa, hasta que primero el dicho libro este corregido y tassado por los del nuestro Consejo, y estando assi, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho libro, principio, y primer pliego, o el qual seguidamente se ponga esta licencia y preuilegio, y la aprobacion, tassa, y erratas, so pena de caer è incurrir en las penas cõtenidas en la pematica y leyes de nuestros Reynos q̃ sobre ello dispone. Y mandamos, que durante el dicho tiempo de los dichos diez años persona alguna sin vuestra licencia no le pueda imprimir, ni vender, so pena que el que lo imprimiere aya perdido y pierda todos y qualesquier libros, moldes, y parejos que del dicho libro tuuiere, y mas incurra en pena de cincuẽta mil marauedis, la qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra Camara, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia pate para la persona q̃ lo denunciare. Y mãdamos a los del nuestro Consejo, Presidente, y Oydores de las nuestras Audiencias, Alcaldes, Alguazies de la nuestra Casa y Corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Assistentes, Gouernadores, Alcaldes mayores y ordinarios, y otros juzes y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas, y lugares de los nuestros Reynos y Señorios, q̃ vos guarden y cũplan esta nuestra cedula, y contra su tenor y forma no vayan, ni passen en manera alguna. Fecha en S. Lorenço el Real, a seis dias del mes de Septiembre de mil y seyscientos y catorze años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor

Iorge de Tovar.

Digitized by Google

PROTESTATIO AVTHORIS
Ecclesiæ censurę se submittentis.

EGO Christophorus de Anguiano Sedano olim apud Cõplutẽses liberaliũ Artium, & Philosophiæ Magister, & Maximorũ Theologorũ illius Schlæ Auditor, & minimus discipulus, in eodẽq; celeberrimo gimnasio Doctor, & Primariæ Cathedrę iuris Pontificij publicus professor et moderator: eiusdẽque facultatis Decanus: nũc in Regio Prætorio Granatensi causarum nobilitatis Præfectus: daturus in publicam lucem tractatum hunc de legibus et constitutionibus Principum, ipsorumque et aliorum iudcum Ordinariorũ et Delegatorum potestate, iurisdictione, et imperio. Testor me in eo nihil ita asseuerare, vt à sacrosanctæ Catholicæ Ecclesiæ Romanæ Decretis, & traditionibus vllo modo deflectere præsumam, et eiusdem sacrosanctę Matris Ecclesię, imò cuiuslibet priuati hominis melius sentientis iudicio, omnia submitto.

Digitized by Google

ILLVSTRISSI-
MO, ET REVERENDISSI-
mo Domino D. Ferdinãdo de Azeuedo Archiepiſcopo Burgẽſi,& in Philipi Ter tij Hiſpaniarũ & Indiarũ Regis Catholi-ci, Maximi,& Potentiſsimi, ſummo Caſte llæ Senatu Præſidi digniſsimo , Chriſto-phorus de Anguiano Sedano, Primarius olim Academiæ Cõplutẽſis,nũc in Granatẽſi Prętorio Præfectus nobilitatis,fauſta om-nia precatur.

NON mihi opus fuit multum diuque cogitare Præſes Illuſtriſsime,quem his libris meis quos in leges & cõſtitutiones Principum multa cura iam dudum elaborauerã,nũc tandẽ in lucẽ prodeũtibus Patronũ adſciſcerem : cui enim tractatus de legibus magis debeatur, quam ipſarum legũ adſertori,defenſori, Patrono , cuius ſcilicet auſpicijs leges ſpirãt,viuit iuſtitia, Resque-publica ſub tranquillo legum , & æquitatis regimine conſeruatur & efloreſcit?Poterat illum ſuo ſibi iure vendicare lex animata & legum conditor Rex noſter inuictiſsimus , ad cuius nutum pro alterna & rerũ & morũ viciſsitudine figũtur refigũturq; leges,occidũt & reuiuiſcũt. Sed dũ præſi diũ tuum Illuſtriſsime Dñe, tractatus hic,tuis pedibus aduolutus implorat principali plane ſub numine,& nomine tuus incedet:tu enim ille eſt quẽ in ſupremo totius Hiſpaniæ Conſilio,ad dirigendũ tanti Imperij clauum, prudentiſsimus Princeps ſui loco conſtituit. Vtque Deus pulcherrimum ſui ſimulacrũ in cœlo poſuit Solem,ſic Maximus ille Dei in tẽporali admi niſtratione Vicarius,te in ſublimiori Regni parte, tãquam euidentem , ac viuam ſui imaginem collocauit,vt verò Sole nihil cõmunius eſt,ac cœleſtibus item corporibus lucẽ ſuam cõmunicat:ſic tu Solis æmulus, & publi cis vſibus maximè es expoſitus,& natiuum ſapientiæ lumen domi habes, vt etiã ſi quid cecutiant cęteri,nunquã tamẽ ipſe hallucineris:vnde & hoc ipſo titulo mihi maximè deligendus eras:nam ſi authoritatem tuam (quæ

Digitized by Google

planè Regia eſt) nemo audebit infringere iudicij tui cenſuram (quę maxima) nemo poterit contẽnere. Prętercâ, ſi quem prouita ſtemata, & antiquis tẽporibus deducti faſti, inter præcipua tuarũ ſingulariũ virtutũ merita (in quibus ſola vera nobilitas ſita eſt) locũ habere poſſunt: quis eximiã inter Hiſpanos Dinaſtas Azeuediorum familiã â Regijs deriuatã fontibus, rebus præclarè geſtis, domi belliq; ſemper illuſtrẽ, de fide, de Regibus, de patria meritiſsimã ignorat? Viuit viuetq; æternũ immortalibus famæ mõumentis conſignata Azeuediorum Procerũ gloria, dum viuet gloria Hiſpaniæ. Licet enim nonnullorũ verè frugallium, & Chriſtianæ ſobrietatis nimis amantium, vel deſidia, vel modeſtia, gentilitiæ domus tuæ ſplẽdor, aliquantulum deferbuerit, nunc tandem Illuſtriſsimorum fratrum veluti gemina face antiquam ſibi quodammodò redditam lucem recuperauit. Quo autem digno titulo Illuſtriſsimum fratrem tuum, teq; ipſum Pręſul digniſsimè compellare fas ſit? quos tanquã geminos Soles conſpicio, non ſolum Azeuediæ domus, quæ veſtris eximijs meritis ad antiquam digni-

tatem reſtituta eſt, ſed totius Hiſpaniæ, quæ veſtris auſpicijs ipſam iuſtitiã è cœlo profugam in terras reuocauit, deduxitque in ciuilem cultum. Viguit ſemper ſapientiſsimorum Regum Præſidio, & cura, quam longè latèque ſe difundit, Hiſpanorum Imperium, vbique legũ obſeruantia, vbiq; æqui & iuſti amor: poſtquam tamen Azeuedijs fratribus ſupremi Conſilij cura mandata eſt, creuit in dies iuſtitiæ fructus, litesque facilius, aut diremit, aut compoſuit, pax humanę cuſtodia gentis, mater opum, cœlo cognata, atque hoſpita terris. Poteſt quidem hac ex parte verè fœlix, & aurea dici hæc ætas, quæ illuſtriſsimum fratrem tanti Conſilij Præſidem vidit, vtque de eius fœlici in ſuperos redditu non nihil ſolatij caperet, te nunc in eodem munere fruitur ſucceſſore: obijt ille inuictus Atlas, cœlumque nunc pedibus terit, quod nunquã flexis humeris ſubſtinebat, ſubis tu, morientis vicem, Alcide fortior: à cuius inuicta ceruice tanti regiminis moles, cœlo maior, pendet ſecura, & ſine vllo ruinæ metu, ceu firmiſsimis fixa radicibus perſeuerat. Nec mirum hoc alicui videri poteſt qui egregia ante actæ vitæ merita, rarasque tui animi dotes quibus viam tibi ad hoc omnium honorum faſtigium aperuiſti attentè conſideret. Vndé quæ de Cornelio Pontifice Maximo, Maximus ille Cyprianus dixit, in te aptè cõueniunt: *Non iſte* (inquit ille) *ad Epiſcopatum ſubito peruenit, ſed per omnia Eccleſiaſtica officia promotus, & in diuinis adminiſtrationibus dominum ſæpè promerimus ad Sacerdotij ſublime faſtigiũ cunctis Religionis gradibus aſcendit: tum deinde Epiſcopatum ipſum, nec poſtulauit, nec voluit, nec vt cæteri quos arrogantiæ tumor inflat inuaſit, ſed quietus & modeſtus, & quales eſſe conſueuerunt, qui ad hunc locum diuinitus eliguntur: pro pudore virginalis conſcientiæ ſuæ, & pro humilitate ingenitæ ſibi & cuſtoditæ verecundiæ, non vt quidam vim fecit vt Epiſcopus fieret, ſed ipſe vim paßus eſt vt Epiſcopatum coactus acciperet.* Hæc Cyprianus, quæ tuis moribus quam aptè conſentiant inde liquet, quod in omnibus & factis & dictis ſemper præluxiſti exemplo, ſublimis vita, animo humilis, ea virtute, (quemadmodum de Athanaſio ait Gregorius Theologus) vt nemo ad eã adſpirare poſsit, ea comitate vt ad tuũ congreſſum facilis omnibus aditus patuerit, alienus ab ira, miſeratione præditus, ſermone iucundus, moribus iucundior, in obiurgando placidus, in laudando erudiendi vim habens. Quid dicã de tua in eligendis ad fœlicẽ publicarũ rerum adminiſtrationẽ optimis Magiſtratibus, rectitudine, prudentia, fœlicitate? Am-

Digitized by Google

Amplum atque illuſtre eſt munus quo fungeris orbem.
Imperio regere & populos æquare regendo.
Nihil vnquam meriti odio nihil credere amori.
Sed patrium iuſto partiri examine Regnum.

Ita eſt Præſes Illuſtriſsimê,ita eſt nõ iudicium tuum perturbat odium, non amor inflectit,non humanus vnquam affectus obſcurat,ratione dueeris,meritis virtutibus,ſic rectiſsime eligis, prudentiſsimè exequeris, fœliciſsimè Hiſpanam Rempublicam moderaris.Sic habent te Prçſide debitum virtutes præmium,delicta ſupplicium,lites finem, certamque collitigantes iuris ſui conſeruationem,ſic denique tuis inixa humeris, tua adminiſtratione ſecura,vniuerſa Hiſpania viget,exultat,triumphat. Sed video caperata fronte & aduerſo vultu laudationem iſtam ate excipi:ingenui enim animi modeſtia,cũ ſciat laudanda facere,neſcit laudes audire:parcendum tamen eſt veritati cuius amor raptauit ſtylũ,ſtylo,cuius exiguitas veritatis magnitudinẽ non æquat:cæterum Epiſtolã texo non Panegyrim,maiora verò tua ſunt Præſes clariſsimè in Deum, in Regẽ,inque Patriã merita, quam vt epiſtolæ anguſtijs valeant coerceri.His igitur omiſsis ſuperſunt,& adhuc rationes validiſsimę ob quas hic tractatus meus,&ob id tuus omni iure debetur tibi.Quis enim neſcit quoties mihi te adire fœliciter contigit qua me ſemper humanitate exceperis,quibus honoris officijs deuinxeris,quibus muneribus cumulaueris?Addo his beneficiũ maximũ,cuius apud me memoria nunquã,vel animi obliuione,nec temporis iniuria conſeneſcet: cũ enim in Complutenſi Academia primus inter iuris Pontificij profeſſores,omnibus nimis notus,ignotus nimis,tãdiu deliteſcerẽ,neq; vllus eſſet qui opis quidẽ alienæ indigum:meritis tamen nõ omninò deſtitutum ſuis, ab eo puluere literario ad Præfecturã, ab illis tenebris ad Reipublicæ gubernandæ lucem extraheret:tu lapſo adiutricem porrexiſti manum, erexiſti ad maiora, nobiliq; officio honeſtaſti, munus hoc ampliſsimè Domine tuæ electionis eſt,tui muneris,quis enim ſacrilegij inſtar eſſe non putet, dubitare,an dignus ſit quem tu elegeris.Quamobrẽ vigilantiſsimè Præſul,& Præſes Illuſtriſsimè cũ ſit tritum vetuſtate prouerbiũ *ingenuum eſſe cui multum debeas eidem plurimum velle debere* : & me antea ampliſsimis beneficijs deuinxeris: has meas diuini & humani iuris vigilias accipe benignè:in quibus ſi attenderis ad tenuitatẽ munuſculi,periculum eſt ne tuam erga me liberalitatem retardet:ſi ad offerentis voluntatẽ,quod libro defuerit abundanter explebitur.Quæ ſi feceris vt ſpero,& opto,quoſdã à malè dicendi licentia deterrebis,& addes animos litteratis,vt meminerint,ſe non ſibi ſolum natos eſſe, ſed vt alijs fructum ſuorum ingeniorũ,& ſtudiorũ impertiant. Nec mirum ſi à tua ſingulari humanitate(quę in me ornandã maxima eſt)longè maiora mihi pollicear,præſertim cum hanc tibi iuxta Gregorij Magni ſentẽtiam natiua nobilitas,legem imponat,vt niſi in beneficijs tuis creueris, nihil te præſtitiſſe putes : ipſe tamen collocati in me beneficij nunquã non memor,tractationem hanc tot titulis debitam offero amplitudini tuæ,vt interim ſit preco tenuitatis meæ,& obſes gratitudinis, & debiti conſeruatrix,Deus Optimus Maximus te Præſul Illuſtriſsime diuturno æuo ſeruet incolumem,ſibi,ſuis,Reipublicæ.



Digitized by Google

CHRISTOPHORVS DE ANGVIANO SEdano, candido Lectori salutem.

IAM nunc tanquam ex ſpecula videre mihi videor veſtibulum ante ipſum primoque in limine huius operis inſpecto ſcilicet titulo, quaſſare capita, caperare frontem, & tumentibus labijs obmurmurare interſe & dicere. Quorſum hic tam intempeſtiuus de legibus tractatus? quorſum hæc tam ſerotina diſputatio? Eget ne iurisprudentia nouis commentarijs, quæ vaſta tot tantorumque librorum quotidiè in lucem prodeuntium mole obſcuratur potiusquam illuſtratur? Quod ſi tanta animum inuaſerat ſcribendi prurigo, cur non portionem aliquam iuris ſcholiorum indegam, & ab interpretibus prætermiſſam ſuſcepit, quam noua explicationis luce imbueret & recenti commentatione locupletaret? Hæc conſtitutionum materia, multos habuit amatores, tam nuperos, quàm antiquos, vndè ampliſima dote pauperum animos prouocat: hanc qui velit materiam exornare non laudem meretur, ſed reprehenſionem: quemadmodum ſi quis Alcinoo poma, Creſo diuitias offeret: ſi quis ligna in ſiluas, in mare aquas conuectaret: ſi quis denique Aſtrorum collucẽtium ignes, Solisque ipſius lucem pulcherrimam, vellet admotis faculis illuſtrare. Hæc dubio procul mihi obtrudent, his me onerabunt conuicijs, non ſine fucata ſpecie veri, potiſsimum illi qui dilatant philacteria ſua, primosque amant accubitus in menſa & vocari ab hominibus Magiſtri. Vnde neceſſarium mihi viſum eſt Lector humaniſsimè & mei & operis rationem reddere, ſimplici ſtylo, ne expolitæ narrationis ordo cẽſeri aliquibus poſſit aucupium veritatis. Et quidem ingenuè fateor multos multa in hanc materiam ſcripſiſſe, inter quos mirum in modum prælucent ſplendidiſsima illa Societatis Ieſu lumina Gabriel Vazquez, & Franciſcus Suarez, ille admirabili quo omnes penè anteiuit ingenio, dum ſecundo tomo in primam ſecundæ, quæſtionem nonageſimam, & ſequentes D. Thomæ explicat, vniuerſam hanc legalis Philoſophiæ ſegetem meſſuit: alter ob inſignem illam fecundiſsimi intellectus amplitudinem qua potiores vniuerſæ Theologiæ materias non explicauit ſolum, ſed fermè exhauſit, hanc quoque præcipuam noſtræ Iurisprudentiæ portionẽ complexus eſt iuſto volumine, & nihil poſteris amplius dicendum videtur reliquiſſe: ſed dum ſapientiſsimi hi Patres, viginti & ſex ab hinc annis hæc in ſcholis dictabant, mihi iam tunc Decretorum florentiſsimæ Complutenſis Academiæ Cathedram moderanti contigit eundem verſare lapidem, & ſub titulo *de conſtitutionibus Principum*, paribus ſtudijs non pari tamen, vel ſorte, vel ingenio, communem operam in vtilitatem publicam collocare. Fuit hic labor meus illo æuo auditoribus non inutilis, neque iniucundus: vnde tum conſilijs, tũ precibus extorſere, vt quæ in hunc titulũ nõ oſcitanter meditabar ad prælũ pararẽ. & quidẽ victus appuli tũc animũ ad ſcribendũ, vaſtãq; hãc & apud noſtrates vagantẽ nimis materiã redegi in methodũ, vt quidquid inde vtilitatis auditoribus meis intra Academiç limites natũ erat, alijs etiã cõmunicaretur.

Cæterum

Digitized by Google

Cæterum ingruentibus deinde, & inter ſe quodammodo confluentibus negotijs, res hæc non ſolum impedita eſt, ſed omnino diſturbata, partusq; iſte inuita Lucina magis effuſus quam editus, lucem tamdiu videre non potuit. Cum tamen hiſce diebus aliquantulum ocij nactus, meos in vniuerſum ferè ius Pontificium commentarios ocioſius euoluerem, & in hanc tandem tractationem inciderem, iniquam eius ſortem dolui, & affectu paterno commotus meam hanc non omninò degenerem ſobolem inter Blattas & tineas interire ægerrimè tuli. Credo nulla fieret noſtræ ſcientiæ iactura, ſi labor hic noſter æternùm deliteſceret: ſed non erit fortaſſe legentibus ingratus, maximè legum ſtudioſis ad quorum palatum Theologica non nimis apta: Neque verò aliquid ex ſtylo ordine quæſtionibus immutare mihi animus fuit: ſed quemadmodum tunc inſtructus apparatusq; e tenebris prodit: & hoc potiſsimũ in cauſa eſt, vt clariſsimos Auctores, qui hoc intermedio tempore materiam hanc nobilitarunt nunquam laudet: vt non ingrata poſteritas, quid tunc ad illuſtrandam hanc iuris partem potuerim ſine inuidia videat & diiudicet: vtque in opiparo conuiuio inter nobiles epulas, oliuæ etiam ſuus locus ad marceſcentem ſtomacum excitandum: ſic in hac lautiſsima diuini & humani iuris menſa, inter ſuauiores & pretioſiores aliorum dapes ſuam tractatus hic noſter ſedem non demeretur: fortaſſe enim fiet vt noua methodo & Iureconſultis non nimis vſitata, faſtidium depellat, & legentem nõ nihil exuſcitet: id enim ſemper mihi præoculis, vt quæſtiones proponerem dilucidè, proſequerer ordinatè, veraciter enodarem: quodque Theologis inuiſum nimis, noſtramque ſuppellectilem non parum extenuat, & minus venalem facit, rerum ſcilicet & Auctorum inordinata congeries, & tumultuariæ ſine modo, aut opportunitate excurſiones, quibus euentilata quæſtio implicatur potiusquam explicatur longè ab his commentarijs abſunt. Nihil magis Lectorem delectat rapitque non inuitum quam ordo: nihil lectionis tędium magis eleuat quam methodus: quæ difficultatis propoſitæ reſolutionem extra limites vagari non ſinit: qua planè in re à noſtris nõ parum peccatur: dum enim aliquid noui dicant, nihil non inauſpicatò accumulant: nihil non ex alijs infœliciter vel corradunt, vel vſurpant: vnde eis iuris ſtudium quoddam veluti parergon eſt: nobis alia mens eſt, aliud ingenium, vtpotè quod rebus Philoſophicis aſſuetum, amat ordinem, odit confuſionem. Quemadmodum verò in opulentis nundinis, nonnulla ſæpè exigui precij & viliora facilius emuntur, quia noua & pulchra: (pulchritudo enim & nouitas ſolent eſſe animorum illices) ſic fortaſſe noſtris his commentarijs nonnullus decor ex ordinis pulchritudine, non nihil precij ex nouitate accedet: atq; vtinam ita fit, & optatus tardo huic operi ſucceſſus reſpondeat: id enim me admotis veluti calcaribus incitabit ad maiora, & quæ diuturnis olim lucubrationibus meditatiſumus fratrem hunc ſuum citatis paſsibus ſubſequentur, in tuam fortaſſe amicè Lector vtilitatem: interim hoc quale quale eſt, æqui bonique conſulens, fruere & vale.

Digitized by Google

DOCTORIS
D. HIERONIMI GOMETII
de Senabria, Regij in Granatenſi Prætorio, cauſarum nobilitatis Conſiliarij, in operis & Auctoris laudem Elogium.

SVI de litteris benè ſentiunt varijs encomijs D. Iſidori Hiſpalitani, non ſolum doctrinam, & ingenium, ſed etiam modeſtiam extollunt, & toto corde ſuſpiciunt, & venerantur: quod opus longè vtiliſsimum, & vt illa ferebant tempora immenſi laboris exiguè admodum indicaret. Itaque rerum plurimarum doctrina refertos commentarios, quaſi nomina ſola continerent, Etymologiarum libros appellari voluit, aut certè cum longius progreſſus eſt, opus de quarūdam rerum Origine ad Braulionem mittere ſe ſcribit. Qua præſcriptione quid verecundius, aut modeſtius excogitari potuit? Ergo id ille conſequutus eſt, vt poſteri non quarundam, ſed omnium prope dixerim rerum, ac verborum ab his libris habere ſe cognitionem ad hæc vſque tempora perpetuò agnouerint, & magna voce prædicauerint. Idem propemodùm euenisſe, erudite lector dum CHRISTOPHORVS NOSTER ANGVIANVS, opus hoc in manus hominum veniſſe permittit facilè concedes, ſi diurna, nocturnaque manu euoluens rerum in eo ſcriptarum ſcientiam, & cognitionem cum ipſius libri titulo comparaueris: nam vt vulgare Diuerbium vſurpem PLVRA IN RECESSV CONTINET, QVAM IN FRONTE PROMITTIT. Cum enim de iuriſdictione & Imperio, legibus & conſtitutionibus inſtitui ſermo videatur, eo progreditur Auctoris grauiſsimi ingenium, vt non ſolum de rerum cauſis acutiſsime diſputet, Theoricam Ciuilem complexus: ſed etiam in Actu Practico veritates in hac diſciplina contētas, ad mores hominum, vtilitatemq; perducat. Idque non ſolùm ſcholaſtica Methodo, & dexteritate præſtat, ſed etiam cuiusque diffinitionem, & Aſſumptum ad veritatis calculos reuocat: adeòque ſtrenuè digladiatur, vt eius labore, litterariaque Paleſtra, & Induſtria Lectoris animus tanquam in figura Cubica omninò perſiſtat & conquieſcat. Quid, quod purè & eleganter loquitur, ſelecta verba pronuntiat, barbariemque peroſſus, legalem diſciplinam cum eloquentia ſapienter, fœliciterque coniungit? Faceſſant iſtinc impoliti, iniuſtique rerum æſtimatores, Leguleijque incompti, qui cum non ſatis capiant quod carpunt, vt ait noſter Zuichemus, â Iuriſprudentia bonarum artium, cognitionem ſeparare contendunt. Ignorant iſti, Muſas ſorores ab antiquis

Digitized by Google

Theologis nominari:quasi dicerent omnes scientias ab vno fonte prognatas,quandam inter se cognationem habere:naturalemque Philosophiã Morali:Eloquentiam,Iurisprudentiæ:Mathematicas,cognitiones,Gubernationi (ne singula persequi laborem) manus adiutrices tendere, auxiliumque porrigere:quod sensisse Claudianum constat, cum Principẽ ita hortatur.

Nec desinat vsquam
Tecum Graia loqui,tecum Romana vetustas

Idquè proprium fuisse Consultorum apertè Ouidius docet.

Discę bonas artes moneo Romana iuuentus,
Non tantum trepidos vt tueare reos.

Audiebat iam dudum malè apud Italos,exterasque Nationes, Hispanorũ Iureconsultorum Cohors:quod labores Tipis excusos sordido triuialiqs sermone proferrent:existimantes non immeritò notam inustã fuisse nomini Hispano à Paulo Iouio historiarum nostri temporis scriptore celeberrimo. Sed iam receptui canant,vel Palinodiam decãtent necessarium arbitror, cum viderint NOSTRVM CHRISTOPHORVM inter Principum placita,Pontificum Decreta,Prudentum responsa, adeò facundè,apertè,& castè,loquentem. Denique miraberis fortassè lector amice,cum Diuum Angelicumque Doctorem,textus iuris Ciuilis enucleare:Aristotelem,& Callistratũ amicè,doctèque sermones cõferere: Philosophiam e iuris visceribus erutam:Praxim secularem ab Scoto,& Paludano petitam conspexeris. Et quod dictu quoque difficultatẽ continet,decisiones legales,& Canonicas,vltra omnes scribentes,proprio Marte ex vi rationis naturalis,expensas nouiter,& intellectas:quam non temere cõceptam admirationem facilè depones,si Auctoris nomen, doctrinam venerandis canis illustratam,intùs,& incutè noueris. Hic est ille Complutensis Professor,qui post puerilem animum Latinæ,& Grecæ linguæ, Rethoricorumque præceptis imbutum:Aristotelis,& Porphirij obscuros Mæandros in adolescentiæ flore superatos:magna bonarum artium, supellectili Compluti comparata,Salmantinum Gymnasium, dum ad Iurisprudentiam pergit cognoscendam in sui expectationem conuertit: cum in publicis litterarijsq; congressibus,non plumbeo gladio,sed Adamantino, aduersariorum iugulum petit,victoriamq; reportat. A quo Licæo post strenuos non exigui temporis exantlatos labores ad nostrum Complutum reuersus per varios casus,rerũq; discrimina,Princeps Senatus, Primariusq; iuris Canonici antecessor semel de ipso conceptam opinionem impleuit imò superauit. Nam si(vt rectè adnotauit Petrus Fauer in Prologo Semestrium) Iureconsulti,aut causas dicunt:aut ius vnicuique reddunt, publicã gerentes personam:vel ex loco Superiori, auditorum animos, doctrina, & præceptis informant: quam laudem meruisse CHRISTOPHORVM NOSTRVM sapientissimum dicemus? qui ita munus Aduocati sustinuit,causarumq; strepitu sepiebatur, vt Tribunal non desereret: neque propter iudiciorum moram,& iustitiæ distributiuæ exercitium discipulos sitientes,aridosque relinqueret,sed vberrimis scientiarum fontibus irrigaret. Iusta igitur de causa,erudite lector,mecum fatearis oportet illa omnia animi ornamenta in AVCTORE NOSTRO fuisse cumulata,quæ singula miramur in alijs:nosque in Collega iustis laudibus extollen-

Digitized by Google

extollendo:& in argumẽto omninò adulationi ſuppoſitò, minimẽ palpum obtrudere,aut â veritatis tramite deuiare. Tandemque cum Potentiſsimus noſter Rex Catholicus cognouiſſet,tot tantisq; vigilijs, & lucubrationibus Curiæ,& Palatij Candelabrũ deberi CHRISTOPHORVM NOSTRVM, in hoc ſupremo Granatenſi Prætorio Nobilitatis iudicem pronuntiauit:magno meo,atque inſperato bono. Vt qui olim iſtius magni viri Gymnaſium ſequutus fuerã: Magiſterium que cum magna voluptate & fructu meo perceperam:nunc antiquitatis prærrogatiua, primus aſsideam,illoque tacente coram de iure diſputem.vt interloquendum ex ore meo diſciplinæ ſuæ ſemina recognoſcat.Eloquentia, Philoſophia, Iuriſprudentia, ab incunabulis AVCTORIS NOSTRI, mentem exornant:inde illius imaginem facilè concipies, velut ex vngue Leonem. Nam *eloquentia*,teſte Cicerone de claris Oratoribus,*grandis eſt verbis,ſapiens ſententijs,genere toto grauis:& vt hominis decus eſt ingenij,ſic ingenij lumen eſt eloquentia*.Philoſophiaverò(ſi Platoni credimus)*mater eſt bonarũ artium:hæc nos primum ad diuinum cultum:tum ad modeſtiam,magnitudinemque animi erudiuit,eademque ab animo tanquam ab oculis caliginem diſpulit, vt omnia ſupera,infera,prima, vltima, media videremur*.Iuriſprudentiç verò laudem breui circulo incluſiſſe videtur Cicero in.1.de Oratore*Docemur* (inquit)*auctoritate nutuque legum domitas habere libidines,coercere omnes cupiditates, noſtra tueri,ab alienis mentes,oculos,manus abſtinere*.Ergo Eloquens,Philoſophus,Cõſultus,librum hunc emat,euoluat:Cauſidicus, Iudex, & Magiſter in eius lectione verſetur:quem litterariæ Armaturæ Panopliam iuſtè compellare poſſumus: AVCTOREMQVE NOSTRVM æternitatis æmulum,Cuiacijs,Donellis, Tiraquellis, & Connanis æqua lance opponere. Hæc te non ignoraſſe,Lector candide,antequam ad librum accedas oportuit:nunc fruere,& vale.

DOCTORI CHRISTOPHO: ro de Angulano Sedano Regis Cõsiliario, nobilium iudici in Granatensi Prætorio.

HIERONYMVS DE ZEVALLOS, NOBILIVM DE- curio, in ciuitate Toletana, obseruantissimus, & verus amicus, laudes salutemque plurimam dicit.

MAxima soliciti, cessent iam cura laboris
Quisquis nec ad legum dogmata tristis erat.

En decus Augustum, atque olim perplexa venustas
Emicat Auctoris nomine clara noui.

Scilicet innumerus per secula secla virorum
Ordo fuit, mentis nobilitate grauis.

Quos labor vt prisci colerent penetralia iuris
Confecit senio factaque cana coma est.

Non tamen obductos licuit comprendere sensus,
Nec finem retulit concitus arte labor.

Ambages aperit varias, enigmata soluit,
& docet ad seriem quæque referre suam.

Iuris enim salebras, necnon enigmata soluit,
Non vlli nostris cognita temporibus.

Tu dictis, scriptisque doces, iuuenesque virosque
quo facilè ad leges quisque teneret iter.

Iam ergo causidice infinita volumina legum
liquas; proque illis sit satis iste liber.

Digitized by Google

INDEX CONTROVERSIARVM, QVAE in hoc primo tomo, tractus de legibus, & constitutionibus Principum &c. continentur.

LIBER PRIMVS.

Prima controuersia.

VTRVM recta sit quæ vulgò traditur diffinitio legis: *ordinatio rationis in bonum commune* &c.

CONTROVERSIA SECVNDA.

VTRVM possit dari lex aliqua decisens â rectitudine rationis.

CONTROVERSIA TERTIA.

VTRVM deficiat lex in casibus in quibus deficit eius ratio.

CONTROVERSIA QVARTA.

VTRVM dari possit lex aliqua, cuius ratio sit ipsa voluntas Principis.

CONTROVERSIA QVINTA.

VTRVM, & in quibus casibus liceat subditis, & vassallis, Principibus, & Regibus, siue alijs Prælatis rescribere, & interim á legum, & litterarum exequutione super sedere.

CONTROVERSIA SEXTA.

VTRVM litteræ Superiorum, Episcoporum, Vniuersitarum, & similium iudicum Ordinariorum fidem faciant, ita vt illis standum sit donec contrarium ostendatur.

Digitized by Google

CONTROVERSIA SEPTIMA.

VTRVM omnes leges, & quæcumque ſtatuta Principum, præceptum continere debeant necnè.

CONTROVERSIA OCTAVA.

VTRVM dari poſsit lex aliqua quæ ab æquitate deficiat.

CONTROVERSIA NONA.

VTRVM ſcriptura ſit de ſubſtantia legis, ita vt omninò requiratur illam ſcribi vt lex ſit.

CONTROVERSIA DECIMA.

VTRVM dabilis ſit lex, quæ antequam promulgetur vim habeat obligandi.

LIBER SECVNDVS.

Controuerſia prima.

AN poſtas ferendi leges pertineat, ad omnes, & ſolos communitatum moderatores.

CONTROVERSIA SECVNDA.

VTRVM communitates Eccleſiaſticæ, earum vè Rectores, ſiue Decani, ſiue quicumque alij, primum locum tenentes, in ipſis communitatibus, condere poſsint ſtatuta contra leges ſuperiorum.

CONTROVERSIA TERTIA.

VTRVM eſto quoâ Epiſcoporum ſtatuta contra leges ſuperiorum facta inutilia ſint, & inualida, poſsint nihilominus Epiſcopi diſpenſare in his, quæ per Canones, & ius commune ſtatuta, aut prohibita ſunt, præſertim in criminibus; quæ, & qualis regula conſtituenda ſit, affirmatiua ne, an negatiua.

CONTROVERSIA QVARTA.

VTRVM quælibet communitas in terminis iuris communis, non interueniente alicuius ſuperioris authoritate, poſsit, & valeat ſuas legos ferre, & ſtatuta condere.

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA QVINTA.

AN vbi certa pœna â lege, vel ſtatuto præſcribitur, teneatur iudex eandem neceſſario ſeruare, nec poſsit maiorem, nec minorem infligere delinquenti, ita vt omninò attendenda ſit authoritas legis, nec iudici liceat arbitrari, & quomodo in hac re per ipſos iudices procedendum ſit.

CONTROVERSIA SEXTA.

AN in iudicio accuſationis pœna ordinaria iniungenda ſit, in iudicio verò inquiſitionis arbitrio iudicis talis pœna ordinaria moderari poſſit, & debeat.

CONTROVERSIA SEPTIMA.

VTRVM reſpectu ſupremi Principis alium non recognoſcentis, omnes, & ſingulæ legum humanarum pœnæ ſint arbitrariæ, & ſatis illi ſit ſeruare iuſtitiam attento iure naturali: & de inferioribus iudicibus procedentibus in cauſis ſuper quibus partes leſæ per tranſactionem, aut remiſsionem, cum delinquentibus pacem inierunt.

CONTROVERSIA OCTAVA.

VTRVM delinquentis peritia, vel excellẽtia, ſit iuſta cauſa ob quam Princeps poſsit in Reipublicæ vtilitatem, pœnam mortis, vel aliam ſimilem, lege præfinitam mitigare, vel remittere, ſeu leuiorem imponere.

CONTROVERSIA NONA.

VTRVM vbi pœna lege aliqua expreſſa non eſt, poſsint, & debeant iudices eandem ſuo arbitrio imponere.

CONTROVERSIA DECIMA.

VTRVM adhuc in his quæ per Canones, Principum vè conſtitutiones, ſiuè eccleſiaſticas, ſiuè ſeculares ſtatuta ſunt, aliquis relinquatur locus iudicis arbitrio.

CONTROVERSIA VNDECIMA.

VTRVM quæcumque dilatio à lege conceſſa duplicem habeat reſpectum, videlicet boni publici, cuius intereſt lites finiri, & inſuper boni priuati reſpectu cuius conceditur, & an in dilationibus priuata potius quam publica vertatur vtilitas, vel è conuerſo: cuiusque effectus ſit, vel eſſe poſsit in praxi talis diſputatio.

CONTROVERSIA DVODECIMA.

VTRVM poteſtas ferendi leges communes, ſit iuriſdictionis, vel ad merum, vel mixtum imperium pertineat, & an poteſtas condendi leges municipales, & cætera ſtatuta communitatum inferiorum, ſit quoque iuriſdictionis, & quænam vtilitas in praxi colligenda ſit ex tali controuerſia.

Digitized by Google

CONTROVERSIA DECIMATERTIA.

VTRVM leges Principum ſecularium, circa ſpiritualia diſponentes inualidæ ſint necnè. Et an tales conſtitutiones, ſeu ſtatuta, ſint obſeruanda, vel non.

CONTROVERSIA DECIMAQVARTA.

VTRVM leges ciuiles circa temporalia diſponentes, de rebus, ſeu perſonis Eccleſiaſticis, validæ ſint, & obſeruandæ, & quid dicendum ſit quando tales leges ciuiles fauorabiles extiterint ipſismet clericis, ſeu Eccleſijs, quid praxis obſeruet circa dictas leges.

CONTROVERSIA DECIMAQVINTA.

VTRVM leges ciuiles inhibentes immobilia bona alienari in perſonas Eccleſiaſticas, validæ ſint necnè, & quid ſeruetur in praxi.

CONTROVERSIA DECIMASEXTA.

VTRVM leges ciuiles generaliter loquentes (nulla facta mentione rerum, ſeu perſonarum Eccleſiaſticarum) obtineant, & locum habeãt in cauſis, & negotijs Eccleſiaſticis, ſi aliàs canones non repugnent.

CONTROVERSIA DECIMASEPTIMA.

VTRVM Romanus idemque Summus Pontifex quatenus talis habeat in orbe chriſtiano ſupremam poteſtatem, vel iuriſdictionem ſecularem, quæ temporalis quandoque dici ſolet.

CONTROVERSIA DECIMAOCTAVA.

VTRVM ſeculares Principes, ſiuè Magiſtratus, vel iudices laici, de negotijs Eccleſiaſticis propria authoritate cognoſcere poſsint, & in quo foro ſingulæ cauſæ debeant agitari, qua vè ratione diſtinguendæ, explicandæque ſint, vt intelligatur ad quam poteſtatem ſpectet, cognoſcere, ſeu diſponere, de qualibet cauſa.

CONTROVERSIA DECIMANONA.

VTRVM Reges & Principes ſeculares, eorumque Magiſtratus, leges condere poſsint, & iudicare, de poſſeſſorijs ſpiritualium rerum, & qua ratione intelligenda ſit, quotidiana praxis, circa huiuſmodi poſſeſſoria â Regijs Senatoribus iudicanda.

CONTROVERSIA VIGESSIMA.

VTRVM in his in quibus prohibita eſt conſuetudo, & præſcriptio etiam immemorialis, vtpotè quæ non poſſunt obtineri, niſi per ſupremi Principis priuilegium, vel titulum adhuc relinquatur locus conſuetudini & præſcriptioni, ita vt allegato priuilegio, vel titulo iuſto, ſatis probetur per conſuetudinem, & poſſeſsionem immemorialem, ac nihilominus non obſtante prohibitione audiendi ſint, talem præſcriptionem, ſeu conſuetudinem immemorialem allegantes, in probationem ſuorum priuilegiorum.

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA VIGESSIMAPRIMA.

AN priuilegium fori per legem humanam clericis conceſſum, quo à ſeculari iuriſdictione eximuntur præualere debeat contra rationem naturalem, in qua reconuentio fundatur, vel è contra: ſecularis per reconuentionem competens fiat contra clericum.

CONTROVERSIA VIGESSIMASECVNDA.

VTRVM Principes ſeculares ſuperiorem non recognoſcentes, eorum vè Magiſtratus ſaltim per viam incidentiæ ſtatuere poſsint de rebus ſpiritualibus, ſeu Eccleſiaſticis; & Eccleſiaſtici iudices ſimiliter valeant incidenter cognoſcere de rebus temporalibus, ſiuè prophanis.

CONTROVERSIA VIGESSIMATERTIA.

AN Reges, & Principes ſeculares, ſeu laici Magiſtratus, ſaltim per viam miniſterij, & compromiſsi, Eccleſiaſtica negotia tractare poſsint: & quid de iuriſdictione quę in volentes exercetur, quam vulgus voluntariã appellat.

CONTROVERSIA TRIGESSIMAQVARTA.

VTRVM aliqua reperiatur lex diuina, aut naturalis, vel humana poſitiua, quæ prohibeat Pontificem Maximum committere laicis iuriſdictionem ſpiritualem; & an illam ex commiſsione Summi Pontificis, nõ ſolum in ciuilibus, & criminalibus, verum etiam in ſpiritualibus cauſis exercere valeant.

CONTROVERSIA VIGESSIMAQVINTA.

VTRVM Epiſcopi, & ſimiles Prælati Romano Pontifice inferiores delegare poſsint laicis omnes in diſtinctè cauſas ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam pertinentes, & quid in puncto iuris, quid vè in praxi ſeruãdum ſit.

CONTROVERSIA VIGESSIMASEXTA.

VTRVM inferiores à Principe qui ordinariam iuriſdictionem exercent, poſsint alios ordinarios conſtituere, niſi ſpeciatim à lege poteſtatem habeant; & an Vicarij generales Prælatorum, Officiales, vulgò nuncupati, Delegati ſint, vel Ordinarij.

CONTROVERSIA VIGESSIMASEPTIMA.

VTRVM Magiſtratus inferiores, & quiuis alij ad certa communitatũ munera deputati, poſsint leges ferre, aut condere ſtatuta duratura quouſque reuocentur. Et quid de Ducibus, Comitibus, Marchionibus, & alijs opidorum Dominis.

CONTROVERSIA VIGESSIMAOCTAVA.

VTRVM generales Epiſcoporum Conuentus, vulgò Concilia vniuerſalia, deficiente Papæ authoritate, poſsint aliquas leges ferre? & quid de Concilijs Prouincialibus in materia fidei, vel circa res admodum arduas.

Digitized by

CONTROVERSIA VIGESSIMANONA.

VTRVM ita credendum ſit Magiſtro Gratiano Decretorum Compillatori referenti authoritatem Concilij, Papæ, ſeu Sancti, vt tenor illius authoritatis ſola Gratiani relatione probetur, exemplari non oſtenſo. Et quam authoritatem habeant ſingula in illa cõpillatione contenta.

LIBER TERTIVS.

Controuerſia prima.

VTRVM validæ ſint leges in fauorem certarum perſonarum, ſiue in odium, & quid de priuilegijs antequam claudantur, & poſtquam clauſa ſunt in corpore iuris.

CONTROVERSIA SECVNDA.

VTRVM inualidæ etiam ſint leges editæ in odium certarum perſonarum, quemadmodum diximus de promulgatis in fauorem ſingulorum: & an ſemel inualidæ, ſubſtineantur in vim alterius diſpoſitionis, puta, priuilegij, gratiæ, ſeu reſcripti.

CONTROVERSIA TERTIA.

VTRVM leges pœnales, & odioſæ, inſuper, & quæ verſantur circa Sacra, Sacerdotes, ſeu Magiſtratus, Tribunalia, & aliæ leges id genus, ſint iuris publici reſpicientes commune bonum diſtinctum â priuato.

CONTROVERSIA QVARTA.

VTRVM leges ſolemnitatem aliquam inducentes pro forma actus, priuatorum pactionibus remitti poſsint.

CONTROVERSIA QVINTA.

VTRVM ſtatuta in fauorem aliquorum facta, quæ aliàs poterant per partes remitti, ſi clauſulam habeant Decreti irritantis eo ipſo remitti nequeant, & quid de reſcriptis, gratijs, priuilegijs, & id genus alijs, an nõ obſtante tali Decreto poſsint per partes renuntiari.

CONTROVERSIA SEXTA.

VTRVM ſtatuta Commuuitatum inferiorum, puta, vnius Ciuitatis, vel Collegij, per Superiorem, Papam, ſeu Principem confirmata, poſſint per eaſdem Communitates remitti.

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA SEPTIMA.

VTRVM priuatorũ conuentiones cõtra leges,& Canones factæ,valeant.

CONTROVERSIA OCTAVA.

VTRVM lex pœnam impones,facienti aliquem actum comprehendat facientem actum nullum,& actum per quem peruenitur ad actũ prohibitum,& actum qui sequitur ex actu prohibito.

CONTROVERSIA NONA.

VTRVM prohibito vno,vel conceſſo,cenſeantur prohibita,vel conceſſa,ea omnia quæ ſequuntur ex illo,vel per quæ peruenitur,aut peruenire poteſt ad ipſum prohibitum : & an legum pœnæ,tales etiam actus includant,& comprehendant, vel ſolum imponendæ ſint committentibus actus,ſimpliciter,& expreſſe prohibitos.

CONTROVERSIA DECIMA.

VTRVM ſi actus profecti ex prohibitis,vel media per quæ ad prohibita peruenitur,non cadant ſub legis poteſtate,nihilominus comprehendantur ſub prohibitione.

CONTROVERSIA VNDECIMA.

VTRVM ſi ex actu per legem prohibito directè, & immediatè non ſequatur delictum,nihil imputandum ſit delinquenti, & ſi aliquid an pœna ordinaria,vel extraordinaria puniendus ſit.

CONTROVERSIA DVODECIMA.

AN quia ex prohibitione de non alienando,quæ tacitè,vel expreſſè in Maioratibus,ſeu Capellis apponitur prohibita videatur Laudemij ſolutio:inferatur rectè Maioratum,ſeu Capellam conſtitui non poſſe in rebus emphiteuſis:vbi nonnulla de legibus circa Laudemia, & res emphiteuticas,& quomodo ſint accipiendæ.

CONTROVERSIA DECIMATERTIA.

VTRVM leges,ſeu conſtitutiones Principum, & aliæ diſpoſitiones priuatorum,alienationem rerum ſimpliciter prohibentes,cenſeri debeant prohibuiſſe pignorationem,ſeu hypothecam, vbi de maioratuum bonis,an attento iure communi dari poſsint in emphyteuſim, nonnulla non inutilia dicentur.

CONTROVERSIA DECIMAQVARTA.

VTRVM attentis legibus iuris communis bona maioratus conced valeant in emphyteuſim;vbi nonnulla de contractibus per legis diſpoſitionem nullis,an transformari poſsint in alios contractus validos.

CON-

CONTROVERSIA DECIMAQVINTA.

VTRVM Principum conſtitutiones,leges,vel Canones,matrimonij prohibentes,ſponſalia quoque de futuro comprehendant.

CONTROVERSIA DECIMASEXTA.

AN tempus legis,conſenſu partium,vel iudicis volũtate,valeat immutari,per prorrogationem,aut reſtrictionem.

CONTROVERSIA DECIMASEPTIMA.

VTRVM conſtituenda ſit differentia inter leges Canonicas, & Ciuiles circa durationem,aut finem inſtantiæ,in ciuilibus, & criminalibus cauſis,& quænam induxerit Tridentinum ſeſsione 24.de reformatione,cap.20.circa iudiciorum inſtantias.

CONTROVERSIA DECIMAOCTAVA.

VTRVM ſtantibus legibus,ſeu conſtitutionibus Principum, præcipientibus falſitates euitari,& rerum veritatem in iudicijs patefieri, vt ius ſuum vnicuique tribuatur: illis non obſtantibus,valeat pactum ne debiti ſolutio,aut alia conuentio probari poſsit per teſtes, ſed tantum per inſtrumenta.

CONTROVERSIA DECIMANONA.

VTRVM lege,vel conſuetudine fieri poſsit,vt vnius teſtimonio plena fides adhibeatur,vel quod plures quam duo, vel tres requirantur teſtes:& an iudex eum qui plenè probauit,nihilominus compellere poſsit iuramentum ſubire,& iuſta ne ſit,aut iniuſta conſuetudo, vt cogi valeat actor quantumuis plenè probans tale iuramentum recipere.

CONTROVERSIA VIGESSIMA.

VTRVM ſtante dictamine legis naturalis, & alijs legibus, ac Principum conſtitutionibus de alendis liberis à parentibus, & è conuerſo: valeat pactum,quo filius, aut alius deſcendens,cum ipſis parentibus paciſcitur,ne ab eis alimenta percipiat, aut è contra parentum cum liberis,

CONTROVERSIA VIGESSIMAPRIMA.

VTRVM leges prohibentes pactiones de futuris criminibus non accuſandis,licitæ ſint,& procedant in criminali accuſatione tantum, non tamen impediant ciuilem,quaque ratione,& forma,& in quibus caſibus intelligendæ practicandæque ſint,

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA VIGESSIMASECVNDA.

VTRVM non obstante Principis,& iuris publici præiudicio, seculares possint se in causis prophanis Ecclesiasticis iudicibus subijcere: licita vè sit prorrogatio Ecclesiastici per laicum.

CONTROVERSIA VIGESSIMATERTIA.

VTRVM indistinctè valeant litteræ Sedis Apostolicæ ad negotia secularia,in terris,vbi nullo pacto Summus Pontifex temporalem iurisdictionem exercet,& quid de litteris Apostolicis ad negotia Ecclesiastica;quod præiudicium afferre possint iurisdictioni Ordinariorum.

CONTROVERSIA VIGESSIMAQVARTA.

VTRVM â quocumque seculari Principe,non recognoscente superiorem,possit appellari ad Sedem Apostolicam, & an consuetudine obtineri valeat,vt â iudicibus secularibus ad Episcopum, vel Summum Pontificem appelletur.Et an talis consuetudo appellandi ad Episcopum, ad Pontificem extendi possit.

CONTROVERSIA VIGESSIMAQVINTA.

VTRVM stantibus legibus Regni,concedentibus priuilegium nobilibus,ne detrudantur in carcerē pro debito proueniente ex contractu vel quasi: valeat nihilominus pactio,qua nobilis conuenit, vt pro ciuili debito in carcerem detrudatur deficientibus,bonis, in quibus locus fit executioni.

CONTROVERSIA VIGESSIMASEXTA.

VTRVM confessiones iudiciales,siuè quæcumque alia acta iudicialia coram iudice non competenti, probent,aut noceant postea coram competenti.

CONTROVERSIA VIGESSIMASEPTIMA.

VTRVM præcedens clerici confessio apud secularem: possit esse partialis causa insimul cum alijs postea intervenientibus, ex quibus apud proprium Episcopum cōdemnatio sequatur:& an à suo proprio iudice interrogatus,possit variare,aut negare,id quod apud secularem fuerat confessus.

CONTROVERSIA VIGESSIMAOCTAVA.

VTRVM si coram seculari de causa cognoscente, opponatur exceptio criminis contra clericum, qui illic in testem producitur,possit iudex secularis cognoscere de eiusmodi crimine per viam exceptionis: & an valeat confessio,& conuictio clerici,ad effectum, vt is, per secularem à testimonio repellatur.

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA VIGESSIMANONA.

VTRVM confeſsi crimen incidenter, vbi cauſa principalis inter alios agitur abſque alio proceſſu ordinaria pœna poſsint mulctari.

CONTROVERSIA TRIGESSIMA.

VTRVM ſi executio facienda ſit in bonis, vel perſona laicorum, adhuc iudices Eccleſiaſtici, ſiuè Ordinarij, ſiuè Delegati, qui contra illos ſententiam tulerunt, poſsint eandem exequi, non ſolum per cenſuras Eccleſiaſticas, verum & realiter, per capturam, & diſtrictionem laicis vel bonorum eiuſdem, ita vt non teneantur ad ſeculares Magiſtratus pro executione recurrere.

CONTROVERSIA TRIGESSIMAPRIMA.

VTRVM teneantur Eccleſiaſtici iudices in cauſis Eccleſiaſticis, aut mixti fori, proceſſus ſęcularibus exhibere, à quibus auxilia poſtulant.

CONTROVERSIA TRIGESSIMASECVNDA.

VTRVM laici apud vtrumque iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem conueniri poſsint, de crimine mixti fori: an è contra ſemel in iudicio Eccleſiaſtico accuſati, non poſsint iterum in ſeculari conueniri etiam ad exceſſum pœnæ.

CONTROVERSIA TRIGESSIMATERTIA.

VTRVM Delegatus Summi Pontificis, vel etiam Principis ſecularis, maior ſit, & ſuperior, quocumque Ordinario.

LIBER QVARTVS.

Prima controuerſia.

VTRVM OMNES leges ſtatim obligent poſt promulgationem.

CONTROVERSIA SECVNDA.

AN leges, ſeu conſtitutiones Principum, ſtatim poſt legitimam promulgationem ligent ignorantes.

CONTROVERSIA TERTIA.

VTRVM probabilis ignorantia in totum à pœna legis excuſet; an verò aliqualiter puniendi ſint, facientes contra legem, ex ignorantia tamen probabili.

CON

Digitized by Google

CONTROVERSIA QVARTA.

VTRVM probabilis ignorantia facti, delinquentes excusarē valeat â pœnis legum, seu statutorum.

CONTROVERSIA QVINTA.

VTRVM crassa legum ignorantia, licet non perinde ac probabilis, â tota pœna excuset: excusare tamen debeat a tanta.

CONTROVERSIA SEXTA.

VTRVM ille qui prouisus est de benéficio per simoniam ignoranter, etiam probabiliter, teneatur tali beneficio renunciare.

CONTROVERSIA SEPTIMA.

VTRVM in vltima voluntate, vel pacto inter viuos, liceat bona temporalia Ecclesijs, aut Monasterijs sub eo modo, aut conditione dare, vt anniuersaria fiant, sacra vè certis diebus celebrentur.

CONTROVERSIA OCTAVA.

VTRVM ignorantes leges municipales, vel statutarias, seu iura consuetudinaria, excusentur à pœnis talium iurium, aut statutorum.

LIBER QVINTVS.

Controuersia prima.

VTRVM leges, & constitutiones Principum ad præterita extendantur.

CONTROVERSIA SECVNDA.

VTRVM verba generalia legum, & constitutionum, trahi possint ad illa futura, quæ non aliter, quam cum præteritorum præiudicio respicere possunt.

CONTROVERSIA TERTIA.

VTRVM verba dubia legum, ac constitutio num, quæ ęquè præteritis, ac futuris aptari possunt, verbi gratiq, ve rba subiunctiui modi *si commiserit*, & similia, nisi constet de contraria m ente Principis, ad præte rita extendantur.

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA QVARTA.

VTRVM inferiores à Principe quibus competit potestas statuendi, cauere possint, vt eorum statuta ad præterita quoque extendantur; sicuti leges generales quantumcumque iuris noui inductoriæ extendun tur ad præterita si in eisdem legibus cautum sit.

CONTROVERSIA QVINTA.

AN lex declaratoria ad omnes actus præteritos à tempore legis de claratæ habitos extendatur.

FINIS.

CHRIS:

Digitized by Google

CHRISTOPHORI AB ANGVIANO Sedano,

TRACTATVS DE LEGIBVS, ET CONSTITVTIONIBVS Principum, ipſorumque, & aliorum iudicum ordinariorum, & delegatorum poteſtate iuriſdictione, & imperio.

LIBER PRIMVS.

Summaria ad Controuerſiam. 1.

1 *OMNEM bonam diſputationem debere á diſſinitione proficiſci ſubiungitur, & diſſinitio legis ab Iſidoro adducitur.*

2 *Diuerſimode diffinitur lex ab Iſidoro & alijs, qui referuntur.*

3 *Lex actus voluntatis eſt, ratio actus intellectus, & ſic diffiniri debuit per actum voluntatis.*

4 *Multæ ſunt leges ab æquitate deuiantes, & ſic videtur, quod lex nõ ſit ordinatio rationis, vt voluit Iſi-*

Digitized by Google

dorus.

5 Coercio ſubditorũ ad virtutẽ legis ſpectat,& ſic non rectè videtur definiri, quod ſit ordinatio rationis.

6 Ex mente D. Thomæ, quem non ſatis intellexit Soto, tribus modis ordinantur homines ad agendum, quos explicat Author,& ad nonnulla iura intellectus aſſignat, & ex his tribus modis argutè diſcurrit.

7 Multum expedit Principibus regulã habere ad dirigendos vaſallos.

8 Omnes homines ſunt partes reipublicæ, & proni reperiuntur in malum, quinimò relinquendi ſunt propriæ voluntati, ne corruat Reſpublica, & traditur ethimologia, & neceſsitas legis.

9 Rectè diffinitur lex (quod ſit ordinatio rationis in bonum commune) explicantur ſigilatim ſingulæ particulæ adductis duobus actibus communibus intellectui practico, & ſpeculatiuo.

10 Probatur actum intellectus practici non ſpeculatiui, eſſe legem.

11 Vlterius explicantur ſingula verba diffinitionis legis.

12 Explicatur quomodo Reges,& Principes ſunt cauſa efficiens legis.

13 Probatur omninò neceſsariam eſſe legis promulgationem.

14 Iuriſconſulti, & ſancti patres magis legem deſcripſerunt, quam definierunt.

15 Quidquid mali euenit imputatur voluntati in homine, etiamſi lex ſit actus rationis, ſeu intellectus.

16 Cur Principum leges placita appellantur in iure aliorum Legislatorũ non ita.

17 Id quod dicitur legẽ poſſe deuiare ab æquitate, quomodo intelligẽdũ ſit.

18 Non eſt dabilis lex, quæ præceptum non includat cuius ratio traditur.

CONTROVERSIA 1.

Vtrum recta ſit, quæ vulgo traditur legis diffinitio, ſcilicet ordinatio rationis, in bonũ cõmune, &c.

EVIA vt Platoni, prius,& poſtea Ciceroni, & Ariſt. placuit, omnis bona, diſputatio debet â definitione proficiſci; vt intelligamus, quid ſit, id, de quo diſputatur: neceſſe eſt, de legibus dicturi, vt â definitione exordiamur. Magnus Hiſpanus Iſidorus libr. 5. ſuarum ethymol. rectam quidem eſſe, & omnibus, numeris, abſolutã, quæ vulgo circumfertur legis definitionem exiſtimauit, quod ſit *ordinatio rationis in bonum commune ab eo qui curam gerit communitatis promulgata*: Dixit, etenim, legem, nihil aliud, eſſe, quam dictamẽ, rationis, in ordine ad tria, putâ, religionem, diſciplinam, & ſalutem, quem merito, interpretatur Cardin. in c. conſuetudo, 1. diſ. nu. 10. cum ſeqq. vt per, religionem, cultum diuinum; per diſciplinam, pacem, atque cõcordiam

Digitized by Google

cordiam reipublicę:per ſalutem,verò: ſubſidium animæ intellexerit; qq. verbis aperte ſignificauit Iſidorus, aptã,& perfectã; eſſe prædictã, legis definitionem,quod ſit,*ordinatio rationis,&c.*.

2 Contra quam,definitionem,non quidem leues, ſeſe offerunt, difficultates,diuerſimodè namque definitur lex,ab ipſomet, Iſidoro, in c. lex eſt, 1. diſtinct. & longè, aliam, tradiderũt,definitionem,legis,magni,nominis,viri, quorum meminit Magiſter Soto,lib.1.de iuſt.artic.1. q.1.Fran.Conan.lib. 1.commét. c. 8.Caſtro de lege pœnali,lib.1.c. 2. & ipſemet,Iureconſ.in l.1. ff.de legib.longè aliter,ſenſit de ipſius definitione;vt colligere,poſsimus,nõ æquè idoneam, eſſe communiter traditam.

3 Deindè,lex,actus, voluntatis, eſt: ex mente I.C. in l. quod Principi, ibi,*placuit*,ff.de cõſtit.Princip.at vero dicta ordinatio rationis,à qua incipit,prędicta,legis,definitio;act° intellect° erit: cũ ratio,idẽ, ſit & intellect° igitur nõ rectè,definitur lex, quod ſit, ordinatio rationis, quaſi per actũ intellectus:imò definiri,debet per actũ, voluntatis: ad quam,ſpectat.

4 Eo præſertim,quod multę ſunt, léges,ab æquitate, deuiantes;vt de notat,tex.opt. & vulg. in l. proſpexit,ff.qui & â quibus,ibi: *per quã dormieſt*,in l.plâcuit, C. de iudic. in c.vltimo,per locum,à cõtrario, ibi: *ius non inuenitur expreſſum*, C. de trã ſact. at ſi lex eſſet, *ordinatio rationis*, nulla,poſſet,dari,quæ ab æquitate, deflecteret: quid, enim, aliud eſt, æquitas quam, ipſummet rationis, dictamen,vt D.Thom.& eius Scholiaſtes Caieta.2.2.quæſt.120.& poſt illos Cona.lib.1.c.11.& Corra.miſcel.2.c.18.rectè docuerũt,min° igi-

tur bonavidetur prędicta definitio.

5 Cui,prætereà,aduerſatur breue & argutum I.C.reſponſum,qui mira,breuitate,omnes,& ſingulas, legis virtutes,ſigillatim,cõplexus eſt: in l.legis virtus, ff. de legibus, vbi, docuit,ad virtutẽ,legis, pertinere, imperare,& vetare,& quidem,ſimplex,illa rationis,ordinatio,quæ in præcitata definitione vſurpatur,cũ nullam,ſubditorum,coertionẽ,preſe ferat,nullatenus, poterit dictam legis,imperandi,atque vetandi, virtutẽ,importare:& ex conſequenti, de primo,ad vltimum, non rectè videtur.definita,lex: quòd ſit, *ordinatio rationis*.

6 Pro quarum,difficultatum (quæ grauiter obſtare videntur) perſpicuá,elucidatione,&, vt, verã, legis aſſequamur,definitionem:& quam ſuperiores difficultates attingunt, materiã,breuiter elucidemus;nonnulla ſummatim, prænotanda ſunt. Primo ex mente D.Thom. in materia,devoto 2.2.q.88.art.1.cuius ſenſum,non ſatis.aperuit,Magiſt.Soto lib.7.de inſt.q.1.art.3.col.3.& pen. tribus,quidem modis,euenire poſſe,homines,ad agendum,ordinari: ſcilicet, permiſsione, præcibns, & præcepto;ordinatur quis, permiſsione,ad agendũ;non ab alio, ſed à ſe ipſo:quaſi, ſinendo,& permittendo,ſe,ita ordinari ad ſic vel ſic,operandum:qua ratione, accipiendus, & intelligendus eſt,tex. in c. qualiter,in Sardin.de pact.præcibus autẽ ordinantur Domini,& Principes,ad operandum;&,illis, indulgendum, â ſuis ſubitis,&vaſſallis;etènim,Domini,flecti,ſolent,& adduci,præcibus,ſuorum,ſubditorum;vt, impetum,& irã,deponãt,atq; illis,indulgeant,& quaſi beneuoli,&amici,ſe exhibeãt:iuxta,reſponſa, imperatoria,in l,vniuerſis,& per totũ titulũ,

(quæ ita accipienda, & intelligenda ſunt,) C. de præcibus Imperatori offerẽdis. Tertiò, deinde, modo, nempè, præcepto, certum eſt, & regulare, ordinari, ad agendum, ſubditos, â ſuo ſuperiore, ita, text. ſic iutelligen. in cap. quid ergo. 11. q. 5. cum enim, ſubditorum, actiones, in bonum, cõmunè, dirigi debeãt, & ordinari: & nemo, ad agendum ordinetur, niſi dum, ad illud, mouetur, aliquo, ex tribus, modis, relatis, id eſt permiſsione, præcibus, vel præcepto, & nullus ſubditorum in bonũ reipublicæ ab eius, Rectore, vtpotè ſuperiore, & prælato, dirigi, aut ordinari, poſsit aliter, quã imperando, & præcipiendo, conſequens eſt, ſubditos per Imperiũ, & præceptum, dirigendos, ſiuè ordinandos, fore: in bonum Reipublicæ, ſeu publicam, & communem, vtilitatem; vt rectè, colligitur hæc doctrina, ex tradit. â D. Thom. vbi proximè.

7 Secundò, magnopere, notandum eſt, vt domini, & Principes, rectè poſsint, ita vt oportet, ſuos ſubditos, iuſtis præceptis, in bonum Reipublicæ, & communem vtilitatem ordinare: multum expedire, regulam quandam, ſiuè normã habere: per quam, vaſſallorum, & ſubditorum, actiones, in bonum, eiuſdem Reipublicæ dirigantur, & ordinentur.

8 Quippè, exploratum eſt, ſubditos, partes eſſe Reipublicæ; c. qui contra mores, 8. diſtinct. Itẽ, pluſq; liquido, cõſtat, omnes homines, ſi naturam, corruptam inſpiciamus, pronos remanſiſſe, atque procliues, in malum: cap. omnis 12. quæſt. 1. Quo, circa, indubitatum, etiam eſt, quod ſi, in rebus, agendis, & negotijs, per tractandis, relinqueren tur homines, propriè voluntati, facillimo, negotio, corrueret, tota Reſpublica, & pulcherrima, hæc mundi, machina, deficeret: vt re ipſa, clarius, compertum eſt, quam vt vlla probatione indigeat: tanta eſt, hominum fragilitas, ad bonum, operandum, ita proni, & procliues, remanſimus, ad malum, vt expendit D. Thom. prima, ſecundę, quæſt. 109. artic. 2. meminit dictæ regulæ, & normæ I. C. ita intelligendus, in l. ſecunda, ibi: *& ſecun dum hoc regulã eſſe, iuſtorum, & iniuſtorum*, ff. de legib. vbi legem, regulam, ſeu normã appellauit: ad quã ſignificandam, vſurparunt, Græci dictionem (*nomon*) deriuatam, â tribuendo, quaſi, talis norma, & regula tribuat, ſuum vnicuique: Latini, verò, dictionem (*lex*) à legendo, ſeu deligendo dictam: vt ſignificarent, per (*legem*) regulam, ſeu normam, deligenda fore, quę agẽda ſint, quæ vè, dimittenda: & contemnenda: docuit Conan. vbi ſupra: poſt eloquentiæ, Principem libr. 1. de legibus. Nec latet, alijs multis nominibus, appellari, legem â I. Cõſultis in l. tertia, cũ trib' ſequẽtibus, ff. de legibus, & in cap. ius generale, 1. diſtinct. quaſi lex, quid iuſtum ſit, ſeu adæquatum rationi, vt inferius, tradde mus latius. 2. huius tractat. parte, & meminit Soto, de iuſt. lib. 3 q. 1. artic. 1. ad primum argumentum.

9 Quibus, præhabitis, dicta vulgaris definitio legis, ſicut communior, ita verior eſt non obſtantibus obiectionibus, initio, propoſitis: rectè igitur, definitur lex, quod ſit, *ordinatio rationis in bonum commune ab eo, qui curam gerit communitatis promulgata*, cui proculdubio, conueniunt omnia, optimę definitionis, requiſita: cum explicet, definiti, ſubſtantiam, & conuertatur, cum

Digitized by Google

cum illo, obſeruatis, dialecticorũ, regulis, circa rectam definitionem quarum meminit etiam I.C. in l.1. §.ſolum, ff.de dolo: etenim, verbũ illud, *ordinatio rationis*, ponitur vt genus, quam particulam, vt ſtatim explicemus, diſtinguendi, & explicandi ſunt, duo actus, communes, intellectui, practico, & ſpeculatiuo: primus quo agimus de medijs, congruis, & acommodatis, ad aliquem, finem, con ſequendum, & dicitur, conſilium, quo frequenter ſolent homines deliberare; & conferre, ſecum, hæc, vel illa, expediat, adhibere, media, ad finem, quem intendunt. Alter, & ſecundus, actus, communis eſt, quo iudicamus, quodnam, expluribus, oblatis, medijs, ad eundem finem, conſequendum, præferre, & magis adhibere, oporteat. Præceptum vero, ſeu imperium, quo dictum, iuditium, reducimus ad executionem; erit tertius actus, non tamen communis, intellectui practico, & ſpeculatiuo, ſed proprius, & ſoli, intellectui, practico, conueniens.

10 Ratio, in promptu eſt etenim, illa verba (*ordinatio rationis in bonum commune*) apertam executionem præferunt; & ſignificant ad munus legis, ſpectare, dirigere, actiones, ſubditorum, in bonum; vndè infertur, manifeſte, tale imperium, ſiue præceptum, non eſſe actum, intellectus, ſpeculatiui, ſed practici: qui quidem actus, cum ſit, omnino operatiuus, nullo modo, intellectui, ſpeculatiuo, ſed ſoli practico, conuenire poteſt: lex ergo actus eſt, intellectus practici, non ſpeculatiui: vt denotant, illa verba, *ordinatio rationis*, quæ loco, generis, initio, dictæ, definitionis, collocantur.

11 Colliguntur hæc, ex tradit. ab Ariſt. in ethicis, lib. ſexto, cap. decimo, tradit Magiſter Soto, libr. primo, de iuſt. quæſti. prima, artic. 10. col. tertia: atque, vt ſingula, definitionis, verba, breuiter, & ſigillatim, percurramus: illa, quæ ſequuntur, ſcilicet, *in bonum commune*, manifeſtum eſt denotare, & explicare, finem, proximum, ipſius, legis, quæ veluti, in quendam, ſcopum, tendit, atque dirigitur, in Reipublicę, vtilitatem, & bonum populi, quod prius, & proximius, á lege perſpicitur: cuius finis, eſt, bonum publicum, nec ferri poteſt in priuatam, alicuius vtilitatẽ, vt ſuo loco, oportunè dicemus.

12 Cauſa vero, efficiens, ipſius legis ſunt Reges, & Principes, Imperatores, ſiue Rectores communitatũ, vt indicãt illa verba, in dicta optima definitione collocata (*ab eo qui curã gerit communitatis*) cauſam certe, efficientem, aperte denotantia: Regum enim, atque Principum, munus eſt, vaſſallos dirigere: & ſubditos ordinare, ad ipſam Rẽpublicã veluti, ad totum: cuius ipſi partes ſunt, ſicuti ad æquitem, & militem, ſpectat, ordinare, frenifactiuam, ad equeſtrem; quippè, dubium nõ eſt, quin frenifactiua ars, equeſtris ancilla ſit, & illi, ſubijciatur. Cuius æquiparationis meminiſſe, videntur Soto, vbi ſupra, artic. 3. Victoria, in 1. relect. de poteſtat. Eccleſię, quæſt. 3. num. 10. poſt Ariſt. libr. 1. ethicorum, c. 1.

13 Sed quis ambigere poterit verbum illud (*promulgata*) aptiſsimè, & rectiſsime fuiſſe, in definitione collocatum: etenim, cum lex conſtituenda ſit, & conſtituatur, tamquã regula, & norma, actionum noſtrarum, vt ſuperius tetigimus, inutilis quidem, & innanis eſſet, niſi

promulgaretur : quare promulgationem legis, omnino neceſſariam eſſe, & ad ipſius ſubſtantiam pertinere, omnes conueniunt:imò,*tunc leges inſtituuntur cum promulgantur*: vſurpauit text. in cap. in illis,4.diſtinct. eſt namque maximè, neceſſarium, ad rectam Reipublicæ adminiſtrationem & omnimodam, populi, tranqnilitatem : vt inſtar albi ad ſagittam(quod communi dicterio dici ſolet) proponantur leges, & promulgentur, vt facile poſsint in notitiam ſubditorum peruenire, quibus manet, explicata ; & intellecta vt credo , prædicta legis definitio, vt ſit *ordinatio rationis , ab eo qui , curam gerit , communitatis, promulgata* : quæ optima quidem eſt, & ſuo authore digniſsima, quã traddidit nobis B.Thom.1.2.q. 90. art.4.

14 Neque negotium aliquod , nobis faceſſunt, quatuor illæ,difficultates, in veſtibulo , huius quæſtionis propoſitę. Et quod attinet ad primum,reſpondendum eſt, nobiliſsimos authores, tam Iureconſultos, quam alios Patres: qui de lege eiusque natura,vi & poteſtate,multa, præclara, illa quidem , ſcripſerunt, & litterarum , monumentis, reliquerunt, mandata,animum,vel mentem non habuiſſe , legem ipſam definiendi, quinimò, quaſdam deſcriptiones aſsignaſſe , non ita perfectè legum naturam explicantes: & quaſdam, quaſi minus ſufficientes definitiones,legem, deſcribentes tradidiſſe: quam verò , nos traddidimus vera eſt, atque perfecta,omnibus numeris abſoluta, ipſius legis definitio.

15 Non obſtat ſecundum argumentum, quamuis fateamur,verum eſſe legem actum eſſe intellectus,ſeu rationis: non enim eo minus impu tabitur voluntati quicumque defectus. Pro cuius intelligentia admoneri,nos oportet:illud eſſe voluntatis ingenium : vt moueat,&quaſi incitet intellectum: ad producendos actus: vndè cum imputandum ſit,ipſi volũtati,quidquid mali, euenerit, in homine , parũ certe refert quod leges , ſeu præcepta , quibus actus noſtri dirigendi ſunt , in bonum publicum,& optatos fines: ſint actus rationis , ſeu intellectus: quare nõ malè definitur lex, quod ſit *ordinatio rationis, &c.* Quam doctrinã didicimus ad Thom.1.2.q.9. art.1.ad tertium , à quo mutuauit, imò didicit eius diſcipulus Magiſt. Soto,lib.1.de iuſt.q.1.art.1.col.penul. Vndè opportune infertur,imperium,ſiue præceptum ipſum , in eſſentia legis,imbibitum, quod eſt vltimus actus intellectus,dici,& appellari actum intellectus , ſuppoſito actu voluntatis,ex doctrina eiuſdem B.Thom.d.1.2.quæſtio.17.artic.1.

16 Sed occurrit hic, non in elegãs dubitatio â DD. nõ explicata,quid cauſæ ſit,quod Principum leges,in iure noſtro placita appellentur aliorum vero legislatorum,nõ ita:iuxta,mentem,Imperatoris,in §.conſtat autem,inſtit. de iure natur, gẽt. & in ciuili,neque credibile eſt,nomen, illud (*placita*) ſine aliquali myſterio,inditum fuiſſe Principum, legibus,potius quam alijs aliorum legislatorum. Et vt breuiſsime, rem, attingamus: tentari poteſt,eam fuiſſe cauſam, quod ſolis Principibus, ampla,plena,& libera omninò, cõpetat,poteſtas,ad condendas,ferendasque leges,iuxta deciſsionem imperatoriam, in l.vltim. C. de legibus. Cæteri , namque legislatores habebant,modum, & formam , ſibi præſcriptam,ferendarum legum,§.

plebi

Digitized by Google

Plebiscitum, cum seqq.insti.de iur. natur.quibus §.§. d. forma ferendi leges, alijs legislatoribus præscribitur,âquibus deflectere non licebat.

17 Minus obstat tertium argumentum, quo nitebamur probare legẽ non esse (*ordinationem rationis*) eo quod dentur plures leges,ab æquitates deuiantes, ex l.placuit, C. de iud. etenim communis Schola ingenuè fatetur reperiri, quidem plures leges passim in iure, quæ ab æquitate deflectunt: id tamen DD. communiter,sic intelligunt, quod lex deuiare possit ab æquitate, in aliquo casu particulari, generaliter tamen non sit integrum legi,nec legislatori, nec minimum quidem ab æquitate deflectere. Nam cum æquitas,nihil aliud sit,quam æqualitas quædam,ab ipsa iustitia, in rebus omnibus constituta,secundùm d.l.placuit,ibi: (*iustitiæ æquitatisque*) C.de iudic.& tradita per Albarum Baez.de iur.emphiteu.quæst.5. nu. 4,Couarr.& ab eo relatos, in reg. possessor.2.p.§.6.nume.3. Conan. lib.1.commen.cap.11. Iniusta quidem esset,lex quæ omnino,& in genere,ab æquitate deuiaret: at in aliquo casu particulari ratione,& occasione,ita dictantibus mirum non est,si totum rigorem leges amplectantur: aliquantulum ab æquitate deflectentes, nec ideo desinit esse lex,vera,& perfecta ordinatio rationis,&c.

18 Quartum denique, & vltimum argumentum, pariter nobis impedimento non, est quominus superius dicta libere procedant: enim verò, etsi contenderimus probare,non bene cohærere, definiri legem,per (*ordinationem rationis*) quæ necessariam coertionem denotare non videntur, sed suauem quandam dispositionem: erit tamen inanis cõnatus noster si fortiter negauerimus,dabilem esse legem, siue ordinationem rationis,quæ præceptum non includat: ad cuius intelligentiam meminisse oportebit, omnem ordinationem, rationis prouenire à Principe, vel superiore, potestatem habente, ad ordinandos, & dirigendos, subditos,& vassallos: & ex cõsequenti fieri non posse, quin talis ordinatio,seu lex imbibitam, & implicitam habeat coertionem, in aliqua eius parte, & coercendi, atque præcipiendi, & imperandi, magnam illam virtutem, cuius meminit Modestin. in dict.l.legis virtus,ff.de legibus quibus reliquitur, de primo ad vltimum planum,& apertum optimam esse legis definitionẽ, quod sit (*ordinatio rationis.*)

Summaria ad Controuersiam 2.

1 *Non potest dari lex deuians à rectitudine rationis.*

2 *Ex eo quod omnis lex deriuatur à lege æterna deducitur nullam esse legem,quæ deflectat á ratione.*

3 *Duobus modis contingere potest leges á ratione deuiare, quos explicat author, & quædam iura intelligit.*

4 *Secundum varias temporum vicissitudines iura mutantur humana, & nulla lex constitui potest, quæ peræquè actus comprehendat humanos.*

Digitized by Google

5 *Ad humanarum legum iuſtitiam, ea quæ frequentius accidunt, attendenda, & examinanda ſunt.*

CONTROVERSIA 2.

Vtrum dari poſsit lex aliqua deciſcens â rectitudine rationis.

1 RVllũlãt iam ex dictis, plures, & graues, quidem difficultates, nec leuior illa qua quærimus, dabilis, ne ſit lex aliqua, quæ deflectat â rectitudine rationis: & videtur ſtatim in limine, reſpondendum eſſe negatiuè: nam ſi lex ordinatio rationis eſt, vt proximè traddidimus, nequit intelligi dari poſse legem, â rectitudine rationis deuiantem: præſertim, cum leges iniuſtę, & â ratione deuiãtes nullam habeant obligandi vim: argumento tex.in cap.qui reſiſtit 19. q.3.& in cap.erit autem lex 4. diſtinctione, tradit Caſtro lib. primo, de lege pen.c.5.Conan.lib.1.comment.capi. 8. poſt D. Thom.1.2.q. 96.artic.quarto, docet Phylip.Dec. in cap.primo de conſt.lect.1. num. 19.& lect.2.num.decimo, Roman. ſing.706. Abb. num.9. in dict.cap. primo, de conſtit. qui omnes vnanimi conſenſu fatentur, certum, & exploratum eſſe nullã habere, vim obligandi leges illas, quæ iniuſtitiam inuoluerint, & aliquantulum, ab ipſa ratione deuiauerint.

2 Nec mirum etenim omnis lex, ſecundũ illud Prober.8. (*per me leges regnat, &c.*) deriuatur à lege æterna, iuxta mentem D.Thom. 1.2.q. 93.artic.tertio.poſt B.Auguſt. libr. primo, de liber.arbit. quò fit, vt nihil iniuſtum, ſiue à ratione deuium á lege æterna deriuari valeat: quippè exploratiſsimum eſt, legem æternam, nihil aliud eſſe, quam ipſammet, Dei ſapientiam, & ſummam rationem, in eo exiſtnetem; ita Magiſter Soto libr.primo, de iuſt.quæſti.tertia, artic.ſecũdo, poſt D.Tho. & Auguſt.vbi proximè.

3 Pro cuius perfecta cognitione operepræ tium erit animaduertere, dupliciter contingere poſſe, leges ipſas, â ratione deuiare. Primo modo, quando inſpectis, & conſideratis, his quæ raro contingunt, erga materiam, in qua talis lex verſatur, patitur ipſa defectum rationis: vt in ſpecie, text. in l. tertia, cũ duabus ſequentibus, ff. de legibus alio, & ſecundo modo, quando habita attentione, & reſpectu, ad ea quæ frequentius, accidunt, & materia, in genere conſiderata deuiaret lex, à dictamine rationis. Primò qui-

quidem modo, id est inspectis, his quæ raro contingunt, si lex contigerit à ratione deflectere non ob id tamen, vim legis ammittet; siue desinet esse lex: etenim ad ea, quæ frequentius accidunt, debent, leges adaptari; nec ita respicere, raro contingentia, quorum iura ipsa meminisse non consueuerunt.

4 Secus, si secundo modo, & in genere consideratis communiter euenientibus, patiatur lex defectum rationis, quo casu proculdubio, erit iniusta, imò non erit lex, neque habebit obligandi vim: colliguntur hæc, ex traddit. à D. Thom. secunda secundæ, quæstio. 120. artic. primo, nam cum non debeat reprehensibile iudicari, si secundum varias temporum vicissitudines, iura quoque mutentur humana, vt ex Conc. Later. cecinit text. in capit. non debet, de consanguin. & affinit. illudque sit ingenium, atque cõditio, humanorum actuum: vt passim secundùm variarum circunstantiarũ, mutionẽ ipsi, quoq; variẽtur, atq; mutẽtur nonvno, sed pluribus, & infinitis prope modis, vt commi-

nisc untur Iuris Consulti, in l. non possunt, ff. de leg. & in l. quarta, ff. de præscriptis, verb. cõsequens est, natura ipsa comparatum esse, vt difficillimum, imò impossibile sit, legem aliquam, siue regulam constituere, quæ peræquè humanos actus comprehendat: ita vt non semel contingat talem legem, siue regulam, in multis casibus à rationis dictamine deuiare, sicuti, rectè docet, & expendit B. Thom, vbi supra.

5 Ex qua doctrina profluit vera, & spirans ratio, propter quam legum, & constitutionum iustitia pensanda non sit, ex raro contingentibus, siue ex hoc, vel illo, rerum euentu, quin potius, ea quæ communiter, & frequentius, accidunt fore attendenda, ad examinandã, atque pensandam humanarum legum iustitiam, vt paulo ante diximus, & nos docent, quamplurima iura. Quæ reliqua sunt, ad propositam dubitationem pœnitus diluendam erunt à sequẽti quæstione petenda.

Summaria ad Controuersiam tertiam.

1 *Communia noniter, & nona communiter tradenda sunt.*

2 *Probatur non cessare legem etiamsi cesset eius ratio.*

3 *Adducitur aliorum sententia dicentium, quod cessante ratione legis cesset ipsa lex.*

4 *Proponitur quædam media sententia adhibita distinctione, quod lex nocumentum afferat, subditis, quantũ ad adquisita, vel quantum ad adquirenda.*

5 *Quãdo lex nociua est, circa iã adquisita cessãte ratione legis cessat lex, quãdo*

tem nocumentum inferatur lucro futuro, & circa nondum adquisita nõ ità.

6. Displicent dictæ tres sententiæ, & cõfunduntur duæ priores, prior quia contradicit textui in lege adigere, secunda quia repugnat textui in lege prospexit.

7 Conuincitur tertia sententia, & ostẽditur habendam esse rationem lucri cessantis ponderata lege prospexit, & ex D. Thom. asserente non minorem obligationem, quæ versatur circa futurum lucrum, quã quæ circa res, iã quæsitas intercedit.

8 Aliquando legis obseruantia nocua est, bono publico, quandoque vero priuatis commodis repugnat dum taxat.

9 Rationem legis cessare dupliciter contingit negatiuè, & cõtrariè. & explicatur vnumquodque distinctionis membrum.

10 Tunc ratio legis cessaret contrariè quando ex obseruantia legis induceretur vitium irremissibile per partes contra commune bonum animæ, salutem, vel religionem Christianam.

11 Tunc verò ratio legis dicitur negatiuè cessare, quando exitium induceret, tale tamen, quod valerent partes remittere, vt in l. penulti. C. de pactis, & in cap. si diligenti, & & similibus.

12 Amplectitur conclusio, quod cessante ratione legis contrariè, cessat ipsa lex nõ sic, si negatiuè cesset, & probatur per argumentum à repugnãtibus.

13 Bonis moribus repugnat punire subditos, propter actus virtutis, & leges contra pietatem, quæ impediũt actus virtutis nullam habent vim obligãdi.

14 A nefarijs nuptijs abstinere non solum, est actus virtutis, sed præceptum Charitatis.

15 Verus intellectus ad text. in lege adigere, §. quamuis, ff. de iure patronatus.

16 Intelligitur text. in l. prospexit, ff. qui, & à quibus.

17 Reducũtur ad cõcordiam duo iura, in l. prospexit, & in d. §. quamuis.

18 Abbatis sententia in cap. quoniam, contra de probationibus asserentis dabiles esse leges, quæ semper & vbique iustæ sint, nec latum vnquem deuient ab omnimoda æquitate, verificatur solum in lege Euãgelica, & in lege naturali, non in alijs legibus.

CONTROVERSIA 3.

Vtrum deficiat lex in casibus in quibus deficit eius ratio.

1 SVperiori quæstioni proxima, & succedanea est illa, tã celebris, & difficilis, quã trita, & p vulgata quęstio inter interpretes cõmuniter agitata, quæ sub his verbis, õc prehẽditur, an cessãte ratione legis, cesset lex. Sed (vt illedixit) cõmunia nouiter, & noua cõmuniter tradẽdã sũt: cui° cõsiliũ mihi sẽper, valdè placuit illudq; in omnib° meis actio-

Digitized by

actionibus, & litterarijs concertationibus amplexus ſum obſeruabimus igitur, in hac quæſtione Horatij Flacij Lyricorũ, Princis, cõſiliũ, quo voluit, cõmunia, ne faſtidiũ generent nouiter tradi, noua ne pariant, admirationem communiter doceri.

2 Partem negantem, quod lex nõ deficiat, imò ſuam, vim, & poteſtatem habeat etiam ſi cõtingat, eius rationem, in aliquo caſu deficere: (quæ erit prior extrema ſententia, in hac dubi?) tuentur, atque defendunt pugnaciter, vir, merito, ante alios, excellens Bald. peruſ. in l. nõ dubium, C. de leg. poſt. gloſ. 2. ibidem, Tiraquel. in tractat. ceſſante cauſa, limita. 32. & alij plures, ab eodem relati, Magiſt. Soto, lib. 1. de iuſtit. quæſt. 6. artic. 8. col. pen. Areti. in l. 2. num. octauo, ff. de vulg. poſt gloſ. in cap. poſt traſlationem, verb. *ceſſante*, de renuntiat. & dict. gloſ. ſecunda, in dict. l. non dubium, C. de leg. mouentur, vnico fundamento petito, ex vulgatiſsimo I. C. reſponſo, in l. proſpexit, ff. qui & â quibus, in illis riguroſis verbis, (*ſed ſic lex ſcripta eſt.*)

3 Alia eſt, affirmatiua, & proximæ extrema ſententia in hac re: quam tuẽtur, atque defendunt Caiet. in opuſc. de Sacra. matrim. Abbas Panor. in cap. quoniam contra. num. 6. de probat. Ferdin. Mench. qui neminem citat, controuerſ. vſufrc. cap. 46. num. quinto, qui licet illud non citauerint, mouentur, ad ſic exiſtimandum, ex reſp. I. C. in l. adigere, §. quamuis, ibi, (*tamen intelligẽdum*) ff. de iure patro.

4 Tertiam, denique, & inter dictas, extremas, mediam ſententiam, excogitarunt, Main. in l. qui contra rationem, numer. 84. ff. de regu. iur. Iaſ. in l. non dubium, num. 32. Bart. numer. 9. in dict. l. non dubiũ, & multis alijs in locis; vbi eum citat, Iaſ. dict. loco, communis teſte Felin. in cap. ſi quando, numer. vndecimo, de reſcript. Tiraquell. vbi ſupra, numer. 146. qui omnes, vt propoſitam dubitationem diluant, ſic diſtinguendum, exiſtimarunt, obſeruantes bipartito, euenire poſſe; quod obſeruantia, legis, nocumentum, afferat, inferioribus: vno modo per iacturam, illarum rerum, quas ſubditi, iam adquiſierunt, & habent in ſuis bonis, ſiue mobiles ſint, ſiue immobiles: alio, & ſecundo modo poterit eſſe, nociua, ſubditis, legis obſeruatio, non circa, res, iam poſſeſſas, & adquiſitas, ſed circa, lucrum, quod ſperant, conſequendum, nondum tamen, adquiſitum.

5 Qua diſtinctione ſuppoſita, docen, quod quando legis obſeruatio nociua eſt, circa res, iam adquiſitas, & poſſeſſas; ceſſante ratione legis, ceſſat ipſa lex: iuxta vulgatam, legem adigere, §. quamuis: at vero, quando legis obſeruantia nocumento eſt, circa futurum, lucrum, ipſa legis, ratione ceſſante, nõ debet ceſſare lex: iuxta Iuri Conſulti reſp. quod ſic intelligũt, & interpretãtur in alleg. l. proſpexit, ff. qui & â quibus: qua ratione, caſus diſtinguunt, & in ſingulis phyloſophantur, habita præoculis, proxime relata diſtinctione: de obſeruãtia legis, nociua, circa lucrũ, quod ſperatur, nondum tamen poſſidetur, vel circa res, iam comparatas, & adquiſitas.

6 Sed diſplicent, dictæ tres opiniones, prima quidem, quia aperte, contradicit deciſioni I. C. in dict. l. adigere, §. quamuis: vbi aperte docemur, ratione legis ceſſante, ceſſare quoque legem ipſam: & hoc

hoc iure vtimur: ſecunda vero,ſen tentia extrema, quæ docebat ceſ-ſare legem,ſua ratione ceſſante,mi nime etiam ſuſtineri poteſt : ſtante doctrina I.C. in in peruulg. l. prox pexit, ff. qui & â quibus, quo loci ſemper hæret I.C. in eo, quod lex, quantumuis dura, obſeruetur,ſicut ſcripta eſt, nihil ergo intereſt, ra-tionem legis ceſſare,ad hoc, vt ip-ſa ceſſet,& per conſequens ceſſat, potius dicta ſecunda ſententia ex-trema.

7 Tertia tandem, & vltima ſenten tia defendi,minime poteſt, quate-nus diſtinguit,inter ammiſsionem lucri, nondum quæſiti, & damnum contingens, circa res iam compara tas, & poſſeſſas: ſupponens,vt ſup-ponit dicta tertia ſententia, & eius authores exiſtimauerunt: nihilo fa ciendam eſſe,iuſti quæſtus,ammiſ-ſionem:quaſi futurum,lucrum,con ſiderabile,non ſit : neque habenda ratio,niſi earum rerum, quas poſ-ſidemus: parum aduertentes, in d. l.proſpexit,& in eius hypotheſi, & ſpecie,quæſtionem, & ſermonem fuiſſe,de lucro futuro,vtpotè, quia obſeruantia legis in eo caſu, dam-num afferebat, futuræ, & conſe-quendæ à ſeruis illis libertati: quã, impediebat lex ipſa, futuro lucro, nociua,quod impedimentum,liber tatis,ſi lex obſeruaretur,non ſolum pro nihilo duxit, ſed magnifecit I.C.in ea l.in illis verbis, magnum pondus præ ſe fere ntibus,ibi:(*quod quidem per quam durum eſt*) ex qq.ar-tente conſideratis, & expenſis ſa-tis conuincitur,dicta tertia ſenten-tia. Neque etiam,meminiſſe, vidē-tur eius, authores noſtrorũ iuriũ in quib° paſsim,nõ modica ratio habe tur lucri ceſſantis: vt in l.vni.C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt in illis verbis,(*ſed etiam in lucro*)præ-ſertim, cum ex doctrina D. Thom. doceamur:maximam rationem ha-bendam eſſe, vt lucrum, ſublatum reſtituamus: nec minor eſt,reſtituẽ di,obligatio, quæ verſatur,circa fu turum lucrum,quam quæ,circa res, iam quæſitas intercedit, ita docuit ipſe D.Thom 2.2.quæſti. 62. artic. quarto.

8 Qua propter,vt breuem,& verã, habeamus,propoſitæ,dubitationis, reſolutionem, nonnulla prænotan da ſunt,& aliqua,non vulgaria.Pri-mo aduertendum eſt,multis modis contingere poſſe, legis obſeruan-tiam,nociuã fore: aliquando,enim contradicit bono publico;& in Rei publicæ,& cõmunis,vtilitatis,dam-num,redundat: vtpotè, ſi ſequatur iuris publici detrimentum, contra bonos mores, & publicam vtilita-tem: vt ſi ſcandalum,vel aliud pec-catum, ſequatur.Quandoque vero legis,implementum, repugnare,ſo let priuatis,commodis, & priuato ſubditorum bono,non autem iuri publico, vt quando, ex legis obſer uantia,ſubditorum priuata, bona, damnum, ſiue incommodum, pa-tiuntur. Quæ ſit prior, obſeruatio, deducta,ex doctri.D.Thom. 1.2.q. 97.ibi : *ſi emergat caſus*, quam opti-me expendebat,Soto,d.artic.8.di-dicit D.Thom.ab Ariſt.Phyloſoph. Principe,in ethicis,libr.quinto,ca-pit.decimo, vbi in effectu, præſen-ſit ſupra dictã diſtinct. quatenus do cuit,integrum,nõ eſſe ſubditis,diſ-cedere,â lege, niſi ceſſauerit, con-trariè, quantuncumque, negatiuè ceſſet.

9 Vndè iam erit ſecundo loco ob-ſeruandum,cũ Caietano ſecũda,ſe cundæ,quæſt.120.artic.primo, du-dupliciter contingere poſſe,ratio-nem legis ceſſare. Vno modo con-trariè,alio modo negatiuè, tũc dici

tur

tur lex, siue ratio eius contrariè cessare; quando ex eius obseruantia, contrarius effectus sequendus est, & quando lex ipsa, bono, publico, repugnat, & contradicit. Negatiuè tamen, tunc cessare, dicitur ratio legis, quando solum repugnat, priuato bono, neque versatur periculum iuris publici, in legis obseruantia, neque vertitur bonum publicum, neque damnum, aliquod timetur, sed solum desinit, currere, neque ex integro, procedit in eo casu, ipsius legis ratio: in qua specie, nullum subest, impedimentum: quominus, lex obseruanda sit, in communi, quandiu casus, in quo negatiuè, deficit per Principem non excipitur.

10 Illud denique non vulgare, ad exactam huius rei cognitionem, annotare expediet: eo casu, & non aliter dici posse: rationem legis cessare contrariè, & contradicere, publicæ vtilitati, siuè communi bono, quando scilicet, sese obtulerit occasio, in qua si lex obseruaretur vitium induceret; & non quodcumque, sed tale, quod partes, nullatenus possent illud remittere: v.g. quando ex obseruantia legis sequeretur vitium, contra commune bonum, id est contra animæ salutem, vel religionem nostram Christianam, vel contra Reipublicæ incolumitatem, in quibus constat situm esse commune bonum.

11 Tunc vero dicetur lex, siue eius ratio negatiuè cessare, quando etsi vitiũ induceretur tale tamẽ, quod valerent partes, remittere: vtpotè, quia in obseruantia legis vertitur damnum priuatum, non commune bonum: vt in l. penultim. C. de pact. & argumento text. in cap. si diligenti de foro competent. quo casu poterunt partes propriæ vtilitati renuntiare: dicetur quę cessare rationem legis negatiuè, id est desinire currere, in ea specie, non vero contrariè, hoc est, quod obseruantia bono publico repugnet, aut vitium inducat per partes, irremissibile, colliguntur hæc ex doctrina D. Thom. & Caietan. secũda, secundæ, quæst. 120. arti. primo, Soto, lib. 1. de iust. quæst. 7. artic. 3. versic. *sed ergo*, & lib. 3. q. 4. arti. 5. ad finem.

12 Ex qq. notabilib⁹ (vt iã ad resolutionem accedamus) vera colligitur doctrina, atque conclusio distinguendum quidem esse inter eas species, & casus, in qq. legis obseruantia bono publico repugnat; & in qq. dumtaxat contradicit bono priuato: vt in priori cum ratio legis, cesset contrariè eadem quoque lex deficiat, desinat esse, & nõ obliget; in posteriori vero, cum negatiuè solum cesset ratio: adhuc duret, atque cõsistat ipsa lex: quod idẽ est, ac si sub alijs verbis diceremus cessante ratione legis, contrariè identidem cessare legem ipsam: negatiuè, tamen solum deficiente ratione legis; illam, quidem, consistere; qua ratione satisfit, quæst. propositæ, nec mirum, quod lex, subsistere non valeat, cesset, atque deficiat, vbi eius obseruantia, repugnat, & contradicit, bono communi: etenim contraria sunt, quæ ab eodem subiecto, mutuo se expellunt: neque simul consistere possunt; quare necesse esset, vel cessare legem, vel bonum publicum, corruere, argumento text. in l. vbi repugnantia 149. ff. de regul. iuris, in l. illud 26. ff. de acquir. hæredit. optimus text. ad propositum, in l. nulla, ff. de leg. quem aptissimè expendebat B. Thom. 2. 2. quæst. 60. arti. 5. ad secũdũ, nisi talis cõtradictio, vel

vel repugnantia,talis eſſet, quam partes remittere,valerent,quo caſu indubitati,iuris eſt,legem ſuſtinẽdam,fere,ex proximè dictis.

13 Ex quo infertur verus intellectus,ad legẽ, adigere,§.quamuis, ff. de iure patron.quẽ,vt aſſequamur, expedit,animaduertere,repugnare bonis moribus,& rectè reipublicæ adminiſtrationi,iniungi,pœnam aliquã, ſiue punire ſubditos, propter actus virtutis,ex tex.in c.venerabilibus,§.poteſt,ibi:(*vel quia faciebat*) de ſententia excommu.in 6.l.filius qui,ibi: (*ledunt pietatem*) ff.de condit.inſtit.vbi leges contra pietatẽ, ſeu impedientes actus virtutis,nullam habent vim obligandi.

14 Vndè reſultat aliud ſecundum notabile actum eſſe virtutis à neſarijs nuptijs abſtinere,imò non ſolũ actum eſſe virtutis, ſed præceptum Charitatis.ex traditis àCouar.in regula peccatũ,2.p. §.4.& 5.per text. in c.quanta , in fin.de ſententia excommunicat.& in l.3.ff.de noxalibus, v.g. præceptum habemus(neque dicendum ſolum expectare ad actũ virtutis) vt abſtineamus â Caſtratorum , ſeu impotentium nuptijs obijcique poterit impedimentum contendenti, cum homine Caſtrato,ſeu impotenti nuptias celebrare; ita Magiſt. Soto,in 4. diſtin. 34.q.1.art.2.habemus textũ expreſſũ,de iur.ciuil.in l.ſi ſerua,ff.de iur. dot.docetPanorm.in c.quod ſedẽ, de frigid.& maleficiat.

15 Ex quibus præſupoſitis iam aperitur,verus ſenſus,d.§. quãuis lex enim,quæ pœnam iniungebat patronis libertos ſuos iuramẽto aſtringẽtibus,ne nuptias celebrarent locũ habere,non potuit, cõtra patronũ, de quo ibi,qui libertũ aliàs impotẽtẽ puta Caſtratũ iuramẽto aſtrinxiſſet,quod abſtineret â nuptijs, nãq; ſi lex illa in ſpecie, de qua ibi obſeruaretur,ſequeretur inconueniens, & vitium apertum, quod non poſſint impotentes,& Caſtrati virtutis actum exercere iuramento,in manibus ſuorum Patronorum firmantes,quod nuptias non eſſent celebraturi, quo caſu ceſſauit, quidem illa lex,non negatiuè, ſed cõtrariè, ex cuius obſeruantia induceretur vitium,per partes irremiſſibile iuxta ſuperius traddita , neque enim liberum eſt,hominibus virtutis actibus renuntiare,eſſetque contra bonos mores, quod exigi non poſſet, tale iuramentum , ab impotentibus, & caſtratis Libertis : quam facultem emittendi ſimilia,iuramenta ipſi libertí, remittere non poterant, vtpotè contra bonos mores; neque illa ſolemni lege talia iuramenta prohibente ligari,regula nõ eſt obligaiorium, de regul.iur.in 6. ratio eſt, quia conſtat, vt benè animaduertit I. C. in dict. §. quamuis obſeruantiam,illius legis, in illo caſu ſpeciali, repugnare quidem bono communi , & publicæ vtilitati, & ſic facti ſpeciem , de qua in eo textu,lege illa non fuiſſe comprehenſam.

16 Ceſſat prætereà ex dictis improbus,labor interpretum, circa intellectum vulg. text. in l. proſpexit,ff. qui,& â quibus, in quo inueſtigando,torquentur,valdè;vt videre eſt, apud Felin. in dict.cap. ſi quando, nume.11. Conan. libr.2.commenta.cap.quinto, pag. vlti. Iaſ. vbi ſupra, pro cuius intelligentia eſt,ſupponenda notitia legis Iuliæ prohibentis manumiſsionem ſeruorum fieri, per mulierem Dominam , intra ſexaginta dies , poſtquam diuerterat à viro,per diuortium.Dificultatis fuit,& non leuis vtrum in ſpecie, d.l.proſpexit locum habitura eſſet,

Digitized by

esset, dict. prohibitio l. Iul. Videbatur, namque iniustum, & ab omni ratione alienum, quod serui absq; culpa, & sine vlla causa damnum paterentur, præsertim circa statum, & in materia libertatis prætio inæstimabilis eo maximè, quod cessauerit in ea specie ratio prohibit. l. Iuli. cum illi serui, neque fuerint testificati, neque testificari potuerint in causa diuortij, eo quod abfuissent longè, toto tempore, quo causæ ex parte dominæ suæ pro diuortio allegatæ, dicebantur interceſsisse: vnde apparebat cum ratione coniunctum, & copulatum esse, ne seruorũ manumissioni impedimentum aliquod inferretur.

17 Verumtamen neglectis, & omissis, prolixis interpretum distinctionibus, vt d. l. prospexit cũ alleg. §. quamuis, d. l. adigere ad concordiam reducant facilis, & in promptu solutio est, ad propositã difficultatem, quæ diu torsit publicos præceptores: enimverò licet negari nõ possit obseruationẽ legis Iul. in casu, d. l. prospexit durũ quodam præceptum præferre: iniustumq; inducere, quatenus impedimẽto est, ne manumitantur serui, cum tanto eorum damno, atque detrimento, imò, & iniuria, quippè qui nullã admisserũt culpam, neque causam dederunt impediendæ manumissionis: tamen fateri, etiam cogimur talem iniustitiam eius ingenij, & conditionis esse, vt iniquitas illa quæcumque sit remitti valeret, per eos quorum interesset: id est per illos seruos, in quorum damnum resultabat, l. Iuli. obseruatio. explorati namque iuris est, tam in remittenda iniuria, siue iniustitia tollendæ, quam impediendæ manumissionis seruos habere (velle, & nolle) siue liberam voluntatem, & iniustitiæ, quæ vertebatur in obseruantia, l. Iuli. potuisse renũtiare, iuxta l. vlt. ibi, (*nolentibus autem quibusdam*) C. de testam. manum. l. sed si alienaret, ibi, (*inuito tamen seruo*) ff. de fideicom. libertat. vndè iam physolosophando, & discurrendo consequitur, imperium d. l. Iul. manumissionem seruorum impedientis intra sexaginta dies, post diuortium, etsi iniustum inducat in eo casu, tale tamen iniustum, cuius obseruantia priuato, & nõ communi bono cõtradicat, quare merito, non obstante tali damno ligare potuit, lex Iul. Etenim vbi legis obseruantia, non aduersatur bono publico, quod idẽ est, ac si diceremus vbi ratio legis, non cessat contrariè lex ipsa subsistere potest, & debet: habet enim lex magnam potestatem circa priuata hominum bona, cuius obseruantia cum priuatis commodis cõtradicit, non eo impeditur, cum in tali casu, cum solum repugnat bono priuato cesset ratio legis negatiuè, & non contrariè, ex his, quæ superius animaduertimus, qua ratione facile reduci possunt, ad concordiam duo illa iura, nempè, dict. §. quamuis, cum dict. l. prospexit, etsi interpretes, & præceptores nostri, non exacte, prædicta considerantes mentem illorum iurium, pluribus vltro citroque, nec necessarijs distinctionibus inuoluerint, & implicauerint.

18 Neque illud pro coronide, & complemento huius quæstionis, ommitendum est, Abbatis sententiam, de qua supra, in dict. cap. quoniam contra de probat. quæ aiebat dabiles esse leges, quæ semper, & vbique iustæ sint neque latum (vt aiũt) vnguem deuient ab omnimoda æquitate: verificari certè, in l. Euangelica, quæ semper, & omni

tempore

num.11.lect.1.Felin.in cap. si quando, num. etiam 11. de rescript. & communis cuius meminit Ferdin. de Menchaca, controuersia. illust. c. 50. tantum tribuendum esse voluerunt Principum voluntati, vt in legibus humanis ferendis,& in cõdendis statutis pro ratione sufficere contenderint. Acceperunt (vt credo) ex sententia glo. in cap. ius generale,in fin.1.distinctione, quæ docuit ferri,& dari posse legẽ,cuius ratio sit sola voluntas Legislatoris.

2 Sed videamus breuiter,quam veritatem habeat.d.sententia, & quid in hac re tenendum sit,qua potuerimus claritate explicemus: & quia argumentis veluti ferro solet aperiri via,quæ aliás erat præclusa opere pretium erit nonnulla, illaq; nõ vulgaria in medium aferre,quę pro d.glo. & author. illi opitulantibus faciunt fundamenta. Primum quidem non sine ingenio colligi potest,ex l.non omnium,quæ à maioribus.ff.de leg.Cuius verba non ad vmbratè,sed manifestè nos docẽt, aliqua quidem à maioribus nostris, siue à Principibus statuta fuisse, quorum nulla ratio potest assignari in quibus necesse est,solam Principis volũtatẽ,pro ratione sufficere, neque opus esse alijs adminiculis, quæ legẽ ipsam adiubẽt, & foueãt.

3 Accedit Philosophũ lib.6. Ethic. & alijs multis in locis suæ moralis Philosophiæ,constanter asseruisse, non ita subtiliter in omnibus, perquirendam esse, rationem legis, quinimò pro Principe fore præsumendũ,quamdiu subditis,& vassallis liquido nõ cõstiterit de ratione contraria,& in dubio standum esse Regũ,& Principũ placitis, quamuis eorũ ratio nõ appareat; quid quod idẽ Philosophus similiter docuit eo dẽ loci, in dubio fidẽ adhibendam esse experiẽtiæ,& prudentiæ maiorũ,& admoneri nos,in d.l.non omniũ.ff.de leg.vt non omniũ, quæ à maioribus nostris cõstituta sunt rationem perquiramus, camq; fuisse illius legis mentẽ, veluit Magister Soto,lib.1.de iust.q.5.art.2. ad fin. quò fit,vt sola volũtas Legislatoris, pro ratione sufficiat,ad ferendã legem,neque alia ratione opus sit.

4 Præterea facit pro d.sententia,& nuda voluntate Principis ad ferendã legẽ: pervulgatũ.I.C.respõsum, cuius plenè meminimus in q.precedenti,in l.prospexit.ff.qui,& à quibus,ibi,*sed sic lex scripta est*, vbi I.C. innuit, atque significat non aliam rationẽ legis exigendã esse à Principe,quã quod sic illã scripserit,totũ quidẽ tribuens ipsius Legislatoris voluntati, dũ ponderat, vt probet ligare,& obligare legẽ illã,non aliã rationẽ,quam quod sic scripta fuerit. Iubat maximè,quod I.C.ibi dẽ,cessante illius legis ratione, & illius dictamine deficiẽte, illã adhuc obligare respõdit:semper in eo persistens,quod sic fuerit scripta, ecce ergo lex nuda à ratione, nè dicam aliena,eo solo,q; sic scripserit Princeps,siue Legislator defenditur, & sustinetur,cõprehẽditq; casum, de quo ibi,& alios sub.legis verbis,*cõprehẽsos*,quãtũuis à ratione nuda,ne dicã destituta: est ergo dabilis lex, cuius ratio sit sola Regis volũtas,neque alijs indigeat rationis adminiculis,vt præfati DD. cõminiscũtur.

5 Tertium & vltimũ argumentũ, pro hac parte præstat nobis celebre & egregium I.C.responsum, in l.1. ff.de cõstit.Princip.cum similibus, quæ docent, quæcumque Regum placita vim legis sortiri, quasi nuda & sola Principis voluntas sit lex, quippè quod Principi placuit legis habet vigorem, vt vulgatissima

tissima iura docent, consequens ergo sit ipsius solam voluntatem, satis esse pro ratione ad rogandam legem, nec opus esse causam aliam condendæ, siue conditæ legis perquirere, quam quod sic voluerit Princeps, & sic lex scripta sit. Facit elegans doctrina Aristot. lib. 5. Ethic. cap. 7. qui dum sermonem instituit de iusto ciuili in hęc verba prorrumpit, *iustum ciuile est, quod à principio nihil refert, sic vel aliter fiat*, innuens, atq; significans Arist. totam iustitiam iusti ciuilis referendam esse ad solum arbitrium Legislatoris, à quo dumtaxat pendet, quasi iustum ciuile solo Principis arbitrio iustum fiat: cuius doctrinam confirmat Abb. in dict. cap. si quando, num. 4. de rescript. Vnde consequens fit rectè dari posse leges aliquas, quarum ratio sit solum Principis arbitrium, quod apertè docuit Bald. in d. l. non omnium. glo. celeb. in l. 1. §. Mitium, verbo, *ratus*, ff. de postul. communis, ex Abb. in d. cap. si quando, & de primo ad vltimũ deducitur, solam Legislatoris voluntatem, eiusque arbitrium pro ratione sufficere, neque oportere aliam inuaniter perquirere.

6 Hæc sunt fundamenta, quæ visa sunt excogitari posse pro d. sententia glo. & aliorum, quos supra proximè retulimus, asserentium dabiles esse leges, quarum ratio sit nuda Legislatoris voluntas. Quibus tamen minimè refragantibus constanter, & intrepide dicendum est insigni errore lapsam esse, glo. & eius asseclas in d. cap. ius generale, in fin. 1. distinct. multoque verius, & certius esse dari non posse legẽ, cuius ratio sit sola Principis voluntas, vt rectè docuerunt frater Alphon. de Castro, lib. 1. de leg. pœn. c. 1. Ferdin. Mencha. lib. 1. controuers. illust. c. 50. M. Soto, lib. 1. de iust. q. 1. art. 1. col. pen. post D. Tho. 1. 2. q. 90. art. 1. ad 3. & præter authoritatem Magni Isidori relatam in c. erit autem lex, 4. distinct. euidenti quidem ratione suadetur. Etenim si lex est ordinatio rationis; vt probabim⁹ in. q. 1. de legis definitione, nullo pacto dici posse videtur, solã voluntatem Legislatoris pro ratione sufficere: aliàs enim sequeretur, quod cessaret, atque deficeret omnino prędicta ordinatio, ac percõsequens nõ esset lex, igitur niti nõ potest sola Principis volũtate, imò vlterius ratio desideratur, quæ legẽ ipsam foueat, atque iustificet.

7 Cui veritati ita confirmatę, nõ erunt impedimento, quominus procedat illa tria fundamenta, quorum nuper meminimus, quæ vt diluamus animaduerto breuissimè, illud esse, & dici iustũ ciuile, quod solo Legislatoris arbitrio iustum fit, quod licet rationi consonum apparcat, eiusque æquitas, & iustitia intellectu percipiatur, nihilominus tamen talis iusti ciuilis anima & ratio, non ita facile perquiri, aut explicari valet. Exemplum sit in multis legibus humanis, quas Reges, & Principes quotidie ferunt circa prætia tritico, vel alijs rebus taxanda, vel circa præscribendum tempus, quo res mobiles, vel immobiles vsucapiantur, & alia id genus: quæ quidem leges, licet iustæ, & legitimæ videantur, earumque iustitia intellectu facilè dignoscatur, non tamen statim explicari poterit, vera ratio propter quam Princeps motus fuerit ad sic statuendum: neque ideò desinent dictę leges probabilibus, & veris rationibus niti, quas assequi nõ possumus, vel quia reconditæ sunt, in scrinio

pectoris

pectoris ipsius Principis, vel ob mentis nostræ fragilitatem, quæ quidem leges iure optimo appellantur (*iustum ciuile*) id est, quod solo Principis arbitrio, non alia spectata ratione iustum fit: itaque pendet à Legislatoris voluntate, vt minimè oporteat aliam de dictis statutis, & constitutionibus rationem reddi, quam quod Princeps, seu Legislator, ita fuerit arbitratus. De quo (*iusto ciuili*) dictisque statutis accipienda sunt illa verba (*non omnium quæ à maioribus nostris statuta sunt, ratio reddi potest.*). Ad hancque doctrinam pertinet, & spectat celebre illud Aristotel. dictum, quod nuper retulimus dicentis iustum ciuile esse, quod à principio nihil refert sic, vel sic fiat, vbi proculdubio egit Aristotel. de (*iusto ciuili*) quatenus consistit in aliquo indiuisibili, ex mente Domin. de Soto, d. lib. 6. de iust. q. 2. art. 3. cõcl. 3. Panormit. in d. c. si quãdo. n. 4. de rescript.

Rursus aduertendum est longè
8 diuersum esse tractare, quod lex de cuius iustitia agitur obliget in communi, & in particulari: Etenim vt ligare possit in cõmuni requiritur q̃ iusta sit, & consona dictamini rationis in sua generalitate, nec sufficit, q̃ ita scripta sit, solavè constet Principis voluntate, necesseque erit vlterius, quod rationabilis sit, alias nec ligabit omnes, nec comprehendet casus sub figura, & ambitu verborum ipsius legis comprehensos: secus verò contingit, quando agimus de vi, & potestate legis circa aliquam particularem speciem, vel casum emergentem, tunc enim licet cesset legis ratio, iustitiaque legis cõsistat solum in nuda scriptura, & Principis mera voluntate, nihilominus sustinebitur, & obseruabitur, vt superius tradidimus.

9 Denique videtur Breui animaduersione dignum quoties in iure nostro, mẽtio fit de Principum placitis eorumq; decreta placita nuncupantur, non esse mentem Iurisconsultorum implicare nudam Legislatorum voluntatem, sed regulatam, & consonam, atque conformẽ rationi, ita vt illud vocabulum (*placitum*) præse non ferat licentiam, siue liberam aliquam, aut absolutã potestatem, sed deliberatam, & regulatam ratione, vt statim clarius patebit. Nec patiar. Andr. Tiraq. initio huius quæstionis citatum graues viros pro sua iam reiecta sentẽtia atulisse, quin animaduertam, illos quidem non id dicere ad quod allegantur à Tiraq. si rectè illorum dicta legamus, & expendamus, vt facilè attentius legenti constare poterit.

10 Ex quibus iam veniunt diluenda argumenta in Principio proposita, & vt ad primum veniamus displiceret profecto solutio, quam ad dictã l. non omnium assignauit Soto lib. 1. de iust. q. 5. art. 2. ad fin. vt ille textum tantum contenderit non omnium constitutorum à maioribus nostris rationem, & causam scrupulosè perendam esse, sed habendam fidem prudentiæ, & experientiæ maiorũ, & præsumendum quidem pro Principum statutis quandiu aliquid in contrariũ nõ apparuerit: nõ inquã placet. dict. resolut. didici enim ab Arist. nõ vitio, sed laudi potius vertendum esse, si rerum omnium, & præcipuè legum rationem inquiramus, imò quod ipsas leges ratio cõmendat, vt expresse docet text. in d. cap. consuetudo. 1. d. neque talis inquisitio, siue perscrutatio rationis ipsius legis pugnabit aliqua ex parte, cum ea fide, quam

fatemur prudentiæ,& experientiæ maiorum habendam eſſe, neque cum præſumptione, quæ maximè facit pro ſtatutis Principũ,quinimò integrum erit,inquirere de ratione legis,& ſimul fidem adhibere prudentiæ maiorum,& pro eorum ſtatutis præſumere.

11 Quare vera reſolutio eſt, quod text.in d.l.non omnium planè ſimpliciter,& vt iacet intelligatur, & doceat non omnium, quæ â maioribus ſtatuta ſunt rationem reddi poſſe,id eſt, nonnulla eſſe ſtatuta, & Principum placita quorum nulla poteſt reddi ratio, ſicuti contingit in exemplis ſupra â nobis propoſitis de taxa panis temporibusq; ad præſcribendum aſsignatis, & alia id genus quorum rationem, & cauſam non negamus, imò libenter fatemur aliquando inueniri nõ poſſe,ſcilicèt à nobis, quamuis illa in ſe rationem habeant, quam Reges, & Principes qui tradiderunt reddere potuiſſent: admonẽtur ergo ſubditi ne ſint nimiũ ſoliciti in inquirenda ratione,& cauſa huius, vel illius legis,textusq; in d. l. non omniũ,cum l.ſequenti,vt docet cõmunis ſchola ibidem,& in c.ſi quando,de reſcript.intelligendus eſt, in his quæ ſunt omnino arbitraria,in quibus commoda ratio reddi non poteſt;verbi gratia, cur magis hoc quam illud tempus in integrum reſtit.appellationi vſucapioni, & alijs ſimilibus præſcripſerint, vel quare ſeptem magis, quam ſex, vel octo teſtes in teſtamentis poſtulauerint, vt animaduertunt Abb.Card.Hoſt. & omnes in d.c.ſi quando.

12 Minus iam obſtat alterum argumentum ex d.l.proſpexit. ff. qui, & à quibus,etenim I.C. ibi non ponderauit legem ſic ſcriptam eſſe, vt decideret illam obligare in communi,ſed vt doceret leg.Iul. decretum obligare in illo caſu particulari,in quo rectè locum habere potuit, & debuit, vt indicant, atque demonſtrant à nobis tradita in huius diſputationis diſcurſu.

13 Tertium tandem, & vltimũ fundamentum deſinet nobis negotiũ faceſſere, ſi animaduertamus verbum(*placitum*) quod in contrarium expendebamus (vt ſupra tetigimus) non inuoluere, aut implicare nudam voluntatem, ſed Principis mentem deliberatam,& regulatam ſpiritu rationis,quod probatur apertè ſi conſideremus cum I. C. Vlpiano in l. 1. in prin. ff. de pact. cum D.Thom.1.2.quæſt. 15. art. 3. ad 3. (Placitum) idem eſſe quod conſenſus. Conſenſus verò, licet negari non poſsit, quin ſit actus voluntatis eſt tamen iam quædã ſententia finalis de rebus agendis,atq; tractãdis elicitus ab ipſa voluntate, præmiſſo tamen rationis iuditio: vt rectè ſicut cætera omnia ſolet, docet idem D.Thom.vbi ſupra, artic.4.quo fit, vt verbum (*placitum*) ſicuti verbum (*conſenſus*) quod idẽ eſt non liberam, & abſolutam, ſed regulatam, & conſonam rationi Legiſlatoris voluntatem ſignificet relinquiturq; tanquam manifeſtũ, non eſſe dabilem legem, cuius ratio ſit ſola Principis voluntas.

(.?.)

Summa-

Digitized by Google

Summaria ad Controuerſiam 5.

1 *LEges, pragmaticæ, & conſtitutiones, quæ ſolæ Principis voluntate nituntur videtur ſufficere, quod ignoteſcant vaſſallis, & an poſſint ab illis ſupplicationem interponere.*

2 *Quamuis laudatiſſima ſit obedientiæ virtus & in eo conſiſtat, vt cognita Principis voluntate ſtatim obtemperent vaſſalli, adhibito tamen diſcretionis iudicio obtemperandũ eſt, & nonnunquam ſuperſedendum.*

3 *Mandata primo aſpectu dura, aſpera, & iniuſta ex quorum obſeruantia ſcandalum ſubſequendum ſit recte poſſunt á ſubditis recuſari.*

4 *Sæpenumero Principes importunis flagitantium precibus incitati, vel ex alijs cauſis non valent, vt oportet omnia, & ſingula animaduertere, qui re maturius conſiderata rectum contrarium præciperent, ideóque iuſte interponitur ſupplicatio.*

5 *Si ſequendum ſit ſcandalum, non eſt obediendum Principi, atque id ex defectu poteſtatis in ipſo Principe.*

6 *Subditi quandoque non exequentes Principum litteras inobedientes non ſunt, imò ex iuris cenſura obtemperaſſe cenſentur.*

7 *Mandata Regũ ita exaudienda ſunt, niſi ſubditi ad quos diriguntur rationabilem habeant cauſam ſuperſedendi, qui non incurrunt pœnas, neque cenſuras, contra inobedientes impoſitas.*

8 *Poſſunt vaſſalli ſuperſedere á mandatorum executione, & interim Principi reſcribere.*

9 *Debent inferiores mandata Principum præciſſe exequi, & ſatis eſt ſtatutum, vel legem ita ſcriptam eſſe: aliás ſequentur in conuenientia non leuia.*

10 *Miniſtri publici debent exequi ſuperiorum præcepta, licét illis conſtet aſpera, & iniuſta eſſe.*

11 *Cenſus eſt; quando manifeſte conſtat de iniuſtitia præcepti illi parendum non eſſe, & controuerſia procedit in caſu dubio, quando non conſtat iuſtum ſit, vel iniuſtum, & intelligitur text. in cap. 2. de maioritate, & obedientia.*

12 *Veriſimile non eſt in dilatione ſubditorum ſuperſedentium ab executione litterarum, non latere inobedientiam aliquam, qui melius facient ſi obtemperauerint ex particulari inductione, cap. ſi quando, de reſcriptis.*

13 *Id quod dicitur licitum eſſe ſupplicationem, non eſt intelligendum adueniente, ſecunda ipſiusmet Principis iuſſione, quæ tamen non tollit peccatum, vnde adhuc videtur ſecundæ iuſſioni parendum non eſſe.*

14 *Supplicandi, & reſcribendi vſus in omnibus Nationibus quarum notitiã habemus receptus eſt, & reuerentia mens Principis amplectitur, licet executio poſtponatur.*

15 *Si vaſſalli probabiliter timeant ſcandalum, ſine iniuſtum aliquod conſiderabile poſſunt, & debent totum negotium Principi narrare, & interim executionem ſuſpendere, qui auctoritatem habent, vel eſſe debent de voluntate Principis.*

16 *Scandalum autem, ſine malum, quod timetur debet eſſe notabile*

Digitized by Google

ſin ual, & probabile, nec leue ſuffi-
ciet.

17 *Etiam ſi Princeps ſupremus ſit, licet aliquando ſubditis, non parere eius litteris, in quo maior dubitatio erat, niſi ſublata fuiſſet per d. cap. ſi quando, & confirmatur doctrina aſſerentium, id non procedere in Legato, & Delegato Principem ſupremum recognoſcentibus.*

18 *Licet ſuperſedere, licèt timor ſit ſcandali, ſiue alterius mali notabilis diuiſim, & multo magis ſi vtrumque ſimul timeri poſſit, in quam doctrinam ponderantur, c. 2. in principio, de præſcriptionibus, & d. cap. cum teneamur, & d. cap. ſi quando, & Imperatores in dictis authenticis.*

19 *Si facta debita comparatione maius damnum ex dilatione executionis mandati ſequendum ſit, quam ſcandalum, vel malum, quod timetur non licebit executionem differre.*

20 *Vtrumque ſimul requiritur, quod à mandati executione ſuperſedeant, & ſimul ſine aliqua dilatione Principi reſcribant iterum ponderatis. d. cap. ſi quando, & dictis authenticis.*

21 *Probatur efficaciter ſimul eſſe ſuperſedendum, & reſcribendum expendẽdo. d. cap. ſi quando, & cap. 2. de officio Delegat. & cap. paſtoralis, de fide inſtrument. & plura alia iura, quæ de interponenda ſupplicatione ſermonem inſtituunt, & impotentia ad exequendũ intelligitur de impotentia iuris*

22 *Duplex eſt ſecunda Principis iuſſio. altera ſimplex, quæ nulla præcedente relatione dimanat, de qua peculiariter intelligitur celebris locus Baldi in l. nec damnoſa. C. de precibus Imperatori offerendis.*

23 *Alia eſt ſecunda iuſſio, quæ ſequitur poſt primam, quando Princeps certior negotij factus adhuc, idem præcipit á qua, non licebit ſupplicationem interponere, neque eam ſuſpendere à prima autem, quæ dicitur Motus propius, vtiq; ſupplicare licebit quantumuis vim habeat ſecundæ iuſſionis.*

24 *Nulla iuſſio, neque prima, neque ſecunda, neque tertia tollit recurſum ad ipſum Principem, nec præcludit poteſtatem ſuperſedendi, & reſcribendi, niſi emanauerit á Principe, iam inſtructo de negotij qualitate.*

25 *Nihil refert, ſiue mandatum emanauerit ad partis inſtantiam, ſiue Motu propio, vt inferior poſſit, vel non poſſit ſuperſedere, & nihil prodeſt actum metu geſtum ratificare perſeuerante, adhuc metus cauſa.*

26 *Id quod dicitur poſſe ſupplicari à mandatis Principum intelligitur de validis ſubrreptitia enim mandata potius reijcienda ſunt, & notatur gloſſa in d. cap. ſi quando, qui text. conciliatur cum cap. ad aures, & cap. cum adeó, de reſcriptis.*

27 *Text. in d. cap. ſi quando aperté loquitur demandata ad inſtantiam partis impetrare.*

28 *Verba, d. c. ſi quãdo aperté denotãt, ibidẽ agi de litteris ſubrreptitijs.*

29 *In d. c. ſi quando, non fuit propoſitus caſus de facto emergens conſtituta differentia inter decretum, & decretalem, neque littera de quibus ibi fuerunt ſubrreptitiæ.*

30 *Interpretantur verba, d. c. ſi quando, vt nullam ſubrreptionem implicent, tam hic, quàm in numero præcedenti.*

31 *Intelligitur difficilis text. in cap. cum teneamur. 6. de præben. &*

dig.

dig. vbi non fuit propoſita ſpecies aliqua ſuper caſu de facto emergenti, ſed regula in futurũ tradita.

32 Difficilis eſt tex. in d. c. cum teneamur, quia videtur agere demandato nullo, id eſt, in quo beneficij, de quo impetrans valeret commodè ſuſtentari mentio facta non eſt.

33 Oritur in extricabilis primo aſpectu verborum implicatio, in d. c. cum teneamur. Vbi videntur implicari iniuſtitia & nullitas litterarum.

34 Reuera tex. ille agit demandato valido non ſubreptitio minimè tamẽ exequendo.

35 Explicatur quomodo mandatum non facta mentione alterius beneficij ſufficientis impetratum, validum eſſe potuerit in ſpecie d. c. cum teneamur.

36 Vel aliter intelligitur text. in d. c. cum teneamur ſecando illũ in duas partes, & ſpecies.

37 Verũm id quod dicitur (licere ſuperſedere, & interim reſcribere) procedat cuicunque dirigatur mandatum, ſiue is ad quem dirigitur cauſæ cognitionem habeat, ſiue in mero facti executore, ſiue in mixto executore iuris.

38 Refertur & fundatur Decij ſententia exiſtimantis contra plures, quæ dicta ſunt de ſupplicatione, ſolum procedere in eo, qui cauſæ cognitionem habet, & non in mero facti executore, & rurſus fundatur, nec dum procedere in iudice qui cognitionem habeat.

39 Contraria ſententia generaliter tradit quemcunque mãdatarium, ſiue cognitionem habeat, ſiue merus ſit facti executor, ſiue mixtus executor iuris ſuperſedere poſſe & debere, necnon Principi reſcribere.

40 Expenduntur quædam verba. cap. ſi quando, & cap. cum teneamur ad probandam prefatam doctrinam de (differẽda executione litterarũ) procedere, vtique ſi dirigantur ad merum facti executorem.

41 Verior ſententia eſt contra Decium procedere in mero facti executore, quandoquidem ad ſuperſedendum, non eſt neceſſaria facti cognitio, & iterum expenduntur. d. c. ſi quando, & d. c. cum teneamur.

42 Mandatarius cui mandatum dirigitur, non poteſt in vim iuriſdictionis cognoſcere ſuper exceptionibus á partibus oppoſitis, ſed illas ad Principem reijcere debet.

43 Quare Alex. III. in d. c. ſi quando, ſatis indicauit non eſſe neceſſariũ, quod ille ad quem litteræ dirigũtur iuriſdictionem habeat, neque partis litigantis meminit.

44 Ordinarius deputatus executor á Delegato, exequi tenetur Delegati ſententiam, & ſi priuatim ſciat iniuſtam eſſe, ſi tamen ſecundum proceſſum iuſta ſit.

45 Executores tenentur ſequi publicam fidem, & non ſuam propriam in ſententiarum executione.

46 Aſſignatur verus intellectus ad cap. paſtoralis. §. quia verò, de officio, & poteſtate iudicis delegat. vt ſermo ibi fuerit de ſententia priuata.

47 Si vltra priuatam ſcientiã concurreret timor ſcandali, ſiue notabilis alicuius mali poſſet vtique, & tenetur talis index executioni ſuperſedere, & reſcribere inter venientibus debitis circunſtantijs.

48 Rectiſsimè in d. §. quia vero executor ille compulſus fuit ad exequendum.

49 Ad inueſtigandas cauſas ſuperſedẽdi ab executione, nõ requiritur cauſæ cognitio, nec neceſſaria eſt iuriſdictio aliqua, ſed quod mãdatarius extra iudicialiter ſe informet.

50 Conſtituitur regula in materia, quod

vbicunque timetur ſcandalum ſuperſedendum ſit, vbi verò ceſſauerit vlterius progrediendum.

51 Quæ dicta ſunt de poteſtate, & neceſsitate ſuperſedendi, & reſcribendi, ita accipienda ſunt ſi mandatum grauibus, & notabilibus perſonis dirigatur, ſecus ſi alij miniſtri infimæ notæ deputentur, veluti apparitores tabelliones, vel notarij, & alij huius generis.

52 Requiſita aſsignata á Pontificibus maximis ad ſuperſedendum, & interim reſcribendũ nullo modo verificari poſſunt in infimis perſonis.

53 Ponderantur verba. c. ſi quando, & c. cum tenearnur, ad probandum doctrinam de ſuperſedendo, & reſcribendo nullatenus, procedere in perſonis inferioris notæ, ſed in perſonis honore, & reuerentia dignis.

54 Poteſtas atq; facultas reſcribẽdi, & ſuperſedẽdi magni momẽti eſt, quæ aut quaquam infimis perſonis poterat conuenire.

55 In ipſa reſcriptione res tota Principi exponenda, atque narranda eſt, quod minimè á quacunque priuata perſonâ præſtari poterit, & non ſine myſterio Pontifices, & Principes cõſueuerũt notabilib⁹, & nõ infimis perſonis ſua dirigere mãdata.

56 Non erat ita confidendum de perſonis infimis, vt illis res tanta committeretur deliberandi, an eſſet ſuperſedendum, & Principi reſcribendum, vel non.

57 Reges, & Principes, & Pontifices maximi, ſecundum maieſtatem, & authoritatem ſuam, non poſſunt libere dirigere mandata ſua in arduis, & difficilimis negotijs, niſi perſonis ſua dignitate, & honore fulgentibus, & ſic infimi miniſtri præciſe exequi tenentur, neque poſſunt deliberare ſuper differenda mandati executione.

58 Ita demũ infimæ perſonæ omnino parere tenentur ſi ſecundum iuſtitiã, id eſt, ſine peccato, id facere poſſint vnusquiſq; enim miniſter publicus tenetur omnia præſtare ſecundum propriam conſcientiam.

59 Nullus tenetur, nec poteſt etſi maximé vellit obedire Principi præcipienti aliquid contra legem Dei.

60 Superiores non habent iuriſdictionẽ ad præcipiendum iniuſtum, quibus non erit obtemperandum tanquam egredientibus limites ſuæ poteſtatis.

61 Milites & miniſtri illi qui exequebãtur pronuntiatas ſententias cõtra ſanctos, & innocentes Chriſti martyres, & ſi id feciſſent cõpulſi, nihilominus grauiſsime peccauerũt.

62 Intellectus ad tex. in c. inquiſitionis 44. de ſententia excommun. & in c. litteras, verſ. porro, de reſtitutio. ſpoliat. quatenus aiunt, quod exiſtente aliquo impedimento, nõ debet mulier ad virum accedere, imò conſultius faceret, ſi nõ obtemperaret, & potius excommunicationẽ ſuſtineat.

63 Intellectus ad tex. in cap. 2. in princip. de crimine falſi, & quæ laudetur ibi iudex ordinarius, qui Delegati ſententiam exequi recuſauit.

64 Notabiles, & graues perſonæ poſſũt ſuperſedere, etiam ſi non ſit peccatum, propter timorem ſcandali, vel alterius, infimæ mali: vere ſolum ob euitandũ peccatum; nam quod attinet ad legem Dei omnes homines ſummus æqualis conditionis, & fortunæ.

65 Multum interſt mandata Principũ eſſe iuſta, & rationi rectæq; Reipub. adminiſtrationi conſentanea, & ſi fuerint iniuſta, & in materia, in qua Princeps diſponere non valeat vtiq; exequenda nõ erunt.

Et ſi

Digitized by Google

66 *Et ſi Princeps per ſecundam inſtionem, tertiam, vel quartam, & inſtructius de negotio iubeat, quod nõ obſtante ſcãdalo nihilominus prior eius voluntas exequatur, non erit mãdanda executioni, niſi forte per illam clauſulam (non obſtante ſcandalo) ceſſaret ſcandalum, quod in dubio credendum eſt.*

67 *Nihil refert, quod Princeps millies præcipiat vnam, & eandem rem, ſi mandatum iniuſtitiam, & iniquitatem contineat, quidquid fuerit ipſe Princeps de negotio inſtructus, & ſecunda ſimplici inſtione, non obſtante poſſunt inferiore ſuperſedere.*

68 *Intellectus ad text. in cap. conſtitutus 19. de reſcriptis, vbi Pontifex contra primas, & ſecundas litteras, primam & ſecundam inſtionẽ locum dedit obiectioni ſubreptionis.*

69 *Aperitur magis quare in d. c. conſtitutus aduerſus, ſecundam inſtionem fuerit admiſſa ſubreptionis obiectio adhibita diſtinctione inter ſecundam inſtionem ſimplicẽ, & illam ſecundam inſtionem, quæ dimanat á Principe iam inſtructo.*

70 *Nonnulli diſtinguunt inter mandata Principum affirmatiua dandi, & faciendi aliquid, & negatiua non dandi, vel non faciendi.*

71 *Præcepta affirmatiua non obligant ſemper, neque ad ſemper negatiua vero ſic, & executio mandatorum affirmatiuẽ diſponentium differri poteſt, ſecus in negatiuis.*

72 *Si differatur executio præcepti affirmatiui, & ſpectetur ſecundæ inſtio, neque inferior inobediens eſt, neque irrogat iniuriam ſuperiori, ſecus in negatiuis præceptis in quibus illico inobedientia committitur.*

73 *Expenduntur omnia iura aientia licitum eſſe ſuperſedere in litterarũ executione, & Principi reſcribere, vt cap. ſi quãdo, cap. cum teneamur, & ſimilia vt loquãtur in præceptis affirmatiuis.*

74 *Sed non eſt conſtituenda differentia in hac parte, inter mandata affirmatiua, & negatiua, imó in vtriſque licitum eſt executionem poſtponere, & ſpectare ob iuſtã cauſam, ſecundam Principis inſtionem.*

75 *Sub nomine, & cõpellatione facti comprehenditur, etiam nõ factum, neque faciẽda eſt differentia, quod iura loquantur per verbum feceris, ſiue non feceris.*

76 *Nihil refert ad parendum, vel nõ parendum, quod mandatum affirmatiuum ſit, vel negatiuum, & nulla eſt differentia inter ſtipulationem facti, vel non facti.*

77 *Poſtponere executionem mãdatorum negatiuorum, nihil aliud eſt, quam facere cõtrarium eius, quod præcipitur, ſicut contingit in præceptis affirmatiuis, nec vis ad parendum: vel nõ parendum faciẽda eſt in eo, quod mandatum affirmatiuum ſit.*

78 *Datur caſus in quo pereqnæ offenderetur Princeps, ſi eius mãdatum affirmatiuum differatur adimpleri, quemadmodum ſi nõ adimpleretur negatiuum ipſius mandatum.*

79 *Magis inclinat Author in eam ſententiam, quæ nullam cõſtituit differentiam quoad differendam executionem inter præcepta affirmatiua, & negatiua.*

80 *Facilius poſtponi poterit, & minimè exequi mandatum negatiuum de non faciendo, quando Princeps mandat non fieri oppoſitum eius, quod antea factitatum erat in Republica.*

CON-

CONTROVERSIA 5.

Vtrùm & In quibus casibus liceat subditis, & vassallis Principibus, & Regibus, siue alijs Prælatis rescribere, & interim â legum, & litterarum executione super sedere.

DIXIMVS in q. præcedẽti dabiles esse nõnullas leges quarũ ratio inquiri, aut inuestigari nõ possit, quippè pendeant solum ex mero Principis arbitrio, sicuti contingit in quibusdam pragmaticis, & constitutionibus, quas annotabimus à Iurisconsultis, & Philosophis appellari (iustum ciuile) quòd pendeant â solo Principis arbitrio. Vnde cum tales leges, pragmaticę, & constitutiones sola nitantur, atq; consistant Principis voluntate, videtur sufficere quod innotescat vassallis, ita Principem decreuisse, neque aliquid vltra fore perquirendum: quare opportunæ venit exagitãda. d. celeb. cõtrouersia, liceat ne vassallo si dura, vel iniusta lex appareat Principi rescribere, & interposita supplicatione à legis, & rescripti executione super sedere, & spectare secundam Principis iussionem.

2 Et quamuis obedientiæ laudatissima virtus in eo consistat, vt quã primũ vassalli cognouerint sui Regis voluntatem illius præceptum, & placitum adimpleant illiq; libenter obtemperent, in illis in quibus eidem Principi subijciuntur, vt animaduertit D. Thom. ab omnibus receptus. 2. 2. q. 104. art. 2. in corp. tamen inter plures conditiones ad obedientiã necessarias quarum meminit. Matth. de Afflict. lib. 1. cõstit. rubr. 36. nu. 3. omnino requiritur. Et necessaria est prudẽtia, est enim multiplex obedientiæ genus, ex mente eiusdem D. Tho. vbi supra, art. 5. ad tertium. Alia sufficiens, alia perfecta, alia denique indiscreta, illa dicitur, & est indiscreta obediẽtia, quæ Principi obsequium præstat, in rebus iniustis, & illicitis, imò ille indiscretè, & contra prudentiam, superioris mandato, obtemperabit, qui in his quę alicui periculo suppositа sunt, præceps absq; delecta, sine prudentia, & non adhibito discretionis iuditio obtemperauerit, vt contingit quando vassalli se præcipites dantes, anteq; exploratam habeant superioris mẽtem, festinanter illius præceptis obtemperant, & obediunt: manifesto periculo se exponẽtes faciendi aliquid iniu-

Digitized by Google

iniustum contra ipsiusmet Principis voluntatem quare manifestum est,non ita præcipites vassallos parituros superiorum mandatis, quin potius prudẽtiam, & iuditium adhibendum esse,quo fit non statim, ac voluntatem Domini cognouerint ipsos cogi ad parendum legibus, & statutis rescriptis, & alijs litteris, sed integrum esse adhuc rescribere,& supplicationem interponere, neque eo subditos minus obedientes iudicandos esse,cum vtentes iure suo nemini videantur iniuriam inferre:neque dici possint, nõ obedire ob mentis obstinationem, aut animo contradicendi,quæ obstinatio,atque animi reluctatio, & contradictio intrat in ratione formali in obedientiæ:quinimò, quod magis est re ipsa,& verè erunt obediẽtes Legislatoris præcepto, quia si recusant interim,vel potius suspendunt,legi obtemperare,non est, vt contradicant,sed ad eum finem, vt certiores fiant de illius voluntate: licitusq; erit talis recursus ad Principem, ne contingat aliquid iniustum admitti, contra eius voluntatem,aut imprudenter se exponant periculo faciendi contra mentem Legislatoris,vt innuit glo. ver. *eius*, in fin.in d.cap. si quando, de rescript.tex.in cap.cum teneamur, de Præb.cum alijs, quæ ibidem ad propositũ considerant interpretes.

3 Accedit tex.in d.c.si quando, ex quo præceptores communiter deducere solent ipsimet Summo Pontifici, non esse parendum posseq; subditos illius mandata, siue præcepta recusare,quæ primo aspectu dura,aspera,& iniusta apparuerint: ex quorum obseruantia scandalum subsequendum sit, quo casu aiunt liberum esse executoribus mandata recusare,ipsiq; Summo Pontifici rescribere, & exponere causas ob quas non exequantur litteræ illarumvè implementum differatur.

4 Facit præterea pro eadem parte,quod frequentissimus vsus esse solet apud Reges, & Principes, vt sæpè numero importunis flagitantium precibus incitati,& aliquãdo status rerum,& temporũ occasione commoti,minus instructi, aut errore aliquo decepti, vel fortasis causarum multitudine implicati,nõ valeant,vt oportet omnia, & singula animaduertere: quamobrẽ multoties contingit ipsos Reges, & Principes mãdare nonnulla in quibus, licet secundum thenorem verborũ hoc,vel illud faciendum esse declarent intus tamen, & in mente probabiliter fieri nolint: quo casu dubium nõ est,quin subditi,& vassalli possint, & debeant inquirere, & perscrutari mentem, & voluntatẽ superioris credentes verosimiliter, quod si Princeps interrogaretur,& rem maturius, & maiori cum deliberatione expenderet totũ contrarium illius,quod fieri voluerat præciperet: iuxta text. in cap. tum ex litter.vers.respeximus ibi,(*plenè videbatur instructus*) de in integr.restit.cap.cum olim, de re iudic. ibi, (*sicut credimus circumuentus*) cap. fin.de rescript. in 6. vbi glo. l.1. C. de petition.bon.lib.10.

5 Iubat multum communis sentẽtia,quæ docet si sequendum sit scãdalum non esse obediendum Principi,etiam si mandatum,& præceptum eius iustum sit, & bonum, ex Pontif.Romano,in cap. cum teneamur,de præben. laudato â Couarr. in Reg.peccatum, in princip. nu.5. referunt, & sequuntur dictã communem opinionem Felin. in cap. nisi,vers.pro graui,de renuntiatione.Menoch. 1.rem.recup. nu. 321.

Card.

Digitized by Google

Card.per tex.ibi quem magnopere commendat in d.c.cum teneamur, iterum. Felin.in cap. 2. in princip. de præſcrip. vbi glo. tenet etiam glo.recepta.1.in cap.2.62. diſtinct. teſte Couar.vbi ſup.Philip. Decio in d.cap.cum teneamur, num. 6. & ratione ſuadetur: etenim Reges, & Principes poteſtatem non habent præcipiendi aliquid ex quo ſcandalum, vel aliud graue malum ſequendũ ſit, neque ſi præciprãt. & iubeãt illis obediendum, aut obtemperandum erit. Poteſtas enim quam dedit illis Dominus, non fuit in deſtructionem, ſed in ædificationem, teſte D.Paulo.2.ad Corin.10.& vlt. c.facit Capitulum 1. 4.diſtinct. ibi, (*Peccandi licentiam ſuſcepiſſe*) qua impotentia in Principe ſuppoſita præcipiendi aliquid cum ſcandalo, vel iniuſtitia: conſequens eſt inferiorẽ, non modo progredi, non poſſe ad executionem, ſed teneri reſiſtere tali præcepto, & abſtinere ab executione. Ex cap.2.in print.de præſcrip.c.qui reſiſtit, verſ.ſed quid, cũ. capitalis ſeqq. 11.quęſt.3. ex quibus deducitur nõ poſſe ſolum, ſed debere ſubditos ſupereſſe, & ſimilium reſcriptorum generantium ſcandalum executionem interim ſuſpendere, ex defectu poteſtatis iuſtitiæ, argumento tex.in d. cap.ſi quando, de reſcript. ibi, (*cum non poſſis iuſte.*)

6 Faciũt deinde elegantiſsima verba Regiarũ legum 22. tit.4. lib.2.& l.5, tit.12.lib.3.ordinam.ibi, *obedecidas, mas no cumplidas,*) quæ denotãt, atque demonſtrant ſubditos, non exequentes Principum litteras, leges, vel ſtatuta quantũuis illa actu non exequantur, nihilominus non inobedientes, ſed obedientes eſſe: quia licet figura verborum mandati inſpecta videantur illud, non adimplere attenta tamẽ Principis mẽte, cenſura iuris, obtemperaſſe cenſentur, & vaſſalli in tali caſu immunes erũt, & liberi à pœna cum multorum iurium aientium executionem differendam eſſe authoritate, faciant, argumen. l. Gracus. C. ad leg. Iul.de adult.

7 Et confirmatur: illa, enim eſt talium pœnarum, & cenſurarum natura, atque conditio, vt illã habeant imbibitam cõditionem, niſi vaſſalli, ſiue ſubditi ad quos mandata diriguntur, iuſtam & rationabilẽ cauſam habeant ſuperſedendi ab executione, & Principi reſcribendi talis igitur conditio ſuſpenſiua erit pœnarum, & cenſurarum non aliter, quam ſi in ipſismet legibus, vel ſtatutis, ſiue Principum, & Imperatorum reſcriptis, veniſſet apposita iuxta Reg.c. præterea, de appellat. & doctrinam glo.2.in l. item quia. §.1.ff.de pact. communiter recepte, teſte Iaſone in l. cum apud. ff. ſi certum petatur, tales ergo inferiores mãdatarij ſuperſedentes in executione, & rem Principi exponentes, non incurrent cenſuras, neque pœnas præciſſe non exequentibus iniũctas, ita docuit Syluester, verb. obedientia, num. 5. Palac. in rubr. §.7.glo.4.poſt Abbatem, in d. c. ſi quando, nuu.2.Rip.17. Card. q. 1. Ancharr.conſ.240.num.5. comprobant iura in d.c.cum teneamur, ibi, (*æquanimiter,*) & in d. c. ſi quando, verbo, *patienter*, & dd. ll. Reg. ordin.quoniam revera illæ pœnæ, & cenſuræ contra præciſſẽ non obtẽperantes fulminatę, eos dumtaxat comprehendunt, qui cum obſtinatione, & per inobedientiam, mandata non adimplent, & in propoſito certè ſuditi mandatarij, non ſunt inobedientes, qui quamuis re & actu mãdata, non adimpleant attẽto

Digitized by Google

to tenore verborum animo, & mẽti Legislatõris sat faciant.

8 Propter hæc fundamenta, licet illa non retulerint dictum sententiam, cum limitationibus, & ampliationibus, quarum inferius meminisse iubauit tuentur, & amplectuntur. Glo. vlt. in cap. 2. de filijs Præbyt. Rebuf. ad ll. Galliæ. 1. tom. tit. de rescript. art. 1. ex glo. 1. Padilla, in l. causas. C. de transact. num. 4. Roderic. Suarez, allegat. 12. num. 50. cum seqq. Couarr. in Reg. peccatum. 1. part. in princip. num. 5. & in Pract. cap. 35. nu. vlt. Palac. Rub. de Beneficijs in Curia vacantibus. §. 4. cum seqq. Sylucster, verb. *obedientia*, num. 5. Greg. Lopez in l. 20. cum sequenti, tit. 18. par. 3. Didacus Perez in l. 1. cum seqq. tit. 12. lib. 3. & in rubr. q. 14. vers. *item quando*, cũ seqq. & in l. 2. tit. 4. lib. 2. ordinam. qui omnes post Abb. nota. 2. vbi additio. 1. cum seqq. & glo. in d. c. si quando, de rescript. Philip. Deci. & plures ab eo relatos tradunt, & docent posse subditos, & vassallos ex causa supersedere ab executione mandatorum, & interim Principi rescribere, vt re maturius considerata, videat vtrũ non obstante scandalo aut alijs malis imminentibus adhuc litteræ exequendæ sint, necne. Pro qua sententia, atque doctrina vlterius fortiter faciant nõnulla iura, præcipuè tex. in authen. de mandat. Princ. §. deinde competens, ibi, (*Suspiciens quidem talem formam, nõ autem aliquid augens ex causa antequam ad nos, &c.* vbi rectè docet glo. verb. *nuntians*) & in auth. vt nulli iudicum. §. & hoc vero, ibi, *Nihil super ea omnino agi*, colligiturq; non ad vmbrate, sed expresse, d. sentẽtia ex c. cum teneamur, vbi communis sententia de Præben. consentiunt de iur. nostro. d. l. 20. cum seq. tit. 18. part. 3. l. 2. tit. 4. lib. 2. ordinam. l. 1. cum seqq. tit. 12. lib. 3. eiusdem.

9 Quæ quamuis non male tradita videantur, tamen superior sententia, quæ à nobis amplectenda est nonnullas, & non leues patitur difficultates, quoniã Principi, eiusvè legi, & statuto, aliquid iubenti, & si asperum, & durum sit, & alienum à ratione vassalli debent obtemperare, cum satis sit statutum, vel legẽ. ita scriptã esse vulga. l. prospexit. ff. qui, & à quibus tenenturq; subditi iugum, & legem ferre à Rege imposita, quamuis vix illam sustinere possint, vt de iugo imposito à Sede Apostolica, dixit tex. in cap. in memoria 19. distinct. 5. vnde ducto argumento à paritate rationis debẽt inferiores mandata Principum prę cisse exequi quantumuis dura, iniusta, seu aspera videantur: sufficit enim impositum esse iugum, & sic mandatum esse, ne aliâs magnum sequatur inconueniens, quod subditi, & vassalli ansam, & occasionẽ arripiant denegandi Principibus obedientiam, vel saltem interim non obediendi, eo colore, quod timeatur scandalum, vel præceptum, seu mandatum asperum, & iniustũ appareat, quod inconueniens magnum quidem est, & absurdum videtur illud admittere.

10 Præsertim, quod publici ministri debent executioni mandare, superiorum præcepta, licet certo sciant liquidoq; illis constet aspera, & iniusta esse, iuxta celebrem decisionem Pontificis, in cap. Pastoralis. §. quia vero, vbi notãt omnes de offi cio Delegati: parum ergo refert, quod mandatum Principis primo aspectu iniustitiam, siue asperitatem, vel duritiem aliquam secum afferre appareat.

11 Deinde contra dictam sententiam

tiam vrgentius facit, quod non eſt dare medium, vel enim agimus de mandato notoriè iniuſto, aut demã dato, quod non liquet iniuſtum ſit, necne. Verbi gratia, quando dubiũ eſt vtrum, iuſtitiam, vel iniuſtitiam contineat: equidem aſperum, & iniuſtum, mandatum, & ſi ſubditi, & vaſſalli, id maximè cupiant, atque deſiderent, exequi non poſſunt cũ bona conſcientia, d. c. qui reſiſtit. verſ. ſed quid, cũ capitibus ſeqq. 11. q. 3. ac proinde, credibile non eſt, quæſtionem noſtram, poſſe procedere, in mandato, quod conſtat eſſe iniuſtum: quod ſi controuerſia verſatur, in caſu dubitationis, & difficultatis tantum, quando non apparet, certo, iuſtum, an iniuſtum ſit, Principis præceptum, tunc quidẽ, contendi poſſe videtur nihi lominus ſubditum, & vaſſallum exe cuturum, nec illi liberum eſſe, ſuperſedere, aut reſcribere: ex celeb. tex. in cap. 2. de maior. & obedien. Cuius deciſio proculdubio locum etiam habet, vbi dubitatio eſt, circa iuſtitiam, vel iniuſtitiam, præcepti; facit text. in cap. quid culpatur in fin. 23. q. 1. in illis ſolemnibus verbis (*non eſſe contra Dei præceptum certum eſt, vel verum ſit certum non eſt*) igitur non ita conſtat, aut verificari poteſt, quod integrum ſit, vaſſallis, & ſubditis, prætextu ſcandali, vel alterius cauſæ, ſiue imminentis periculi Principum mandata non exequi: & illis interim reſcribere.

12 Rurſus in eandem partem expẽdi poteſt dictum Pontificium reſpõſum, in cap. ſi quando, de reſcript. in illis verbis, *patientur ſuſtinebimus*, quæ apertè ſignificant, & oſtendũt, Romani Põtificis mãdatũ, cuius ibi mentio fit mero iure valere: idque innuit patientia illa, quam Pontifex in eo tex. oſtentat. vbi aliquod verſari myſterium credendum eſt, cum vt ſe multum facere magnãq; rem præſtare oſtenderet in d. verba prorrumpit (*Patientur ſuſtinebimus*) ſignificans, atque demonſtrans re vera valuiſſe eius mandatum ipſumq; Pont. Max. grauiter, & iniquo animo ferre potuiſſe ſi vellet, quod lex non exequeretur, ipſique reſcriberent, vt denotat ſupradicta Principis patientia, quæ mandatum ipſum robur veramq; vim, & poteſtatem habere declarat: ſi ergo ſupplicatio illa, eo ſolum ſubſtinetur, quod voluerit Pontifex eam patiẽter ferre, conſequens ſit, ſecundum iuris rigorem, ſtatuta, atque mandata Principum præciſſe, & ad vnguẽ exequenda, & obſeruanda fore: neque integrum eſſe ſubditis illorum executionẽ ſuſpendere quocumq; prętextu, nec ſatis eſſe ſi reſcribant. Minimèque ſufficiet dicere (vt ſe excuſent) quod mandatum in totũ non reijciunt, ſed tantummodo executionem eius poſtponunt, idq; cum debita reuerentia, & obſeruantia, non decernentes irrita, quæ ſuperior præcipit, ſed illi, rem, ſtatim, exponentes, cauſam reddunt, & interim executionem ſuſpendunt parati quidem, obedire, & corrigi, adueniente, altera Principis iuſſione: Etenim veriſimile non eſt, in illa dilatione, non latere inobedientiam aliquam, aut contemptum, mandati, quare iura omnia, quæ locum feciſſe videntur, dictæ ſupplicationi magis æquitatem, & patientiam, ipſo Principe dignam, quam iuris, rigorem, reſpexerunt: vnde de primo ad vltimũ fieri videtur, iuſtius, & melius facturos, vaſſallos, ſi omnino, & præciſſè paruerint: neq; cõſentaneum eſſe, rationi, executionem differre, ſiue poſtponere.

13 Denique confirmatur illicitam eſſe,

Digitized by Google

esse, supplicationem, ex eo quia, si ob remouēdum scandalum, & imminens periculum vitandum, liceret regiorum mandatorum, executionem postponere, vtique post, secundam etiam iussionem, liceret, mandata recusare, illaq; non exequi, & Principi rescribere: consequens autem falsum est, & explorata priorem sententiam non procedere, si superueniisset secunda Principis iussio super eadem materia, & causa: quo casu plusquam liquido constat, subditos, teneri exequi, & obedire omnino: quippè secunda superueniēte iussione Principis, eandem rem secundo præcipientis, nullus relinquitur dubitandi, locus eam esse, eius mentem, & voluntatem, quod ita fiat, sicut continebatur in priori mandato: ita probat tex. si expendatur in d. §. & hoc vero, & constat ex d. §. deinde, & ex auth. vt determinatus sit numerus. §. vlt. verb. *contradicere*, consonat tex. in l. 29. cum seqq. tit. 18. part. 3. docet Philipp. Dec. in dic. si quando, de rescript. num. 2. Abb. num. 1. Tran. de Ripa, num. 17. communem dicentes, & hoc iure vtimur, ergo, &c. Quod verò dictum consequens falsum sequatur, scilicet quod superueniente Principis, idem iubentis, secunda iussione, adhuc liceat resilire probatur quia, inconueniēs, siue peccatum illud, quod probabiliter timetur, si lex, vel statutum exequatur, non quidē tollitur per secundā, vel tertiā, vel quamcumq; aliam iussionem Regis, etiam superiorem non recognoscentis, qui potestatem non habet, ad iniustum, præcipiendum: neque concedere potest subditis peccandi licentiam: ad quod impotēs est ita per secundam & tertiam sicut per primam iussionem: iuxta illud D. Paul. 2. ad Corinth. 10. & vlt. cuius nuper meminimus, *Potestatem quam dedit nobis Dominus in edificationem non in destructionem, &c.* fit igitur per argumentum ab absurdo, priori Regis iussioni præcisse obtemperandum, & parendum esse: contra id, quod, tracidimus, fundantes, priorem opinionem.

14 Quibus tamen non obstantibus, d. 1. sententiā, asserentium, posse subditos, & vassallos, quorūcumq; mandatorum, executionem differre, & interim, Principi rescribere, ipsumque certiorem facere de imminentibus periculis, & causis, quare illi visum fuerit, in executione subsistere, quam probant fundamēta pro ipsa relata, sicut crebior, ita verior, & receptior est: eiusq; vsus frequentissimus, fere in omnibus mundi Regionibus, quarū ad nos peruenit notitia: imò, si fas est ita loqui nulla Gens est, tam immanis, & Barbara, nulla natio, tam longinqua, atq; remota, nulla Insula adeò in vltimis terrę partibus constituta, atque collocata, in qua huius veritatis, nomen, non sit auditū, & summa cum laude celebratū: quid enim esse potest, vel ad fructum melius, vel ad decus & gloriam magnificē tius, quam scandala vitare, peccata imminentia fugare, & Principem, melius instruere: vt re maturius cōsiderata, & maiori cum deliberatione, perpensa negotij qualitate, consilium magis salutare amplectatur. Et quid, ea in re faciendum sit prudenter, videat, atque discernat: quę supplicatio & rescribendi vsus nihil commune habet cum inobediē tia, quin potius ipsiusmet Principis mentem amplectitur, atque suscipit, & si executionem postponere videatur.

15 Quam doctrinam, in effectu, probat,

bat,tex.in cap.cum teneamur, cum ſimilibus,de præbendis,& in cap.ſi quando,de reſcript. & DD. pro ea allegati,qui ſatis agnoſcunt veram eſſe, & conſonam iuris traditionibus. Et efficaci ratione probatur: namq; ſubditi ad quos ſpectat mandatorum executio, ſi ratione probabili,adducti,timeant,ſcandalum, ſiue iniuſtum aliquod, notabiliter conſiderabile:quod expediat,vitare, poſſunt & debent,totum negotium,Principi narrare,& interim executionem ſuſpendere: ratio, in promptu eſt: Etenim in tali caſu, certum eſt,dubios eſſe ſubditos, & dubitare debere,de Superioris voluntate, etiamſi ſit ſupremus Princeps:vnde fit, vt debeant, interim in mandati executione ſuperſedere:ne contingat, quod imprudenter,& non ita maturo conſilio, faciunt,cõtra ipſiusmet Principis voluntatem;quod vero,dubitent, vel dubitare debeant,de volũtate Principis,conſtat ex eo, quia in hypotheſi,propoſita, timebatur ſcandalum,vel malum aliquod notabile, & ex conſequenti,fieri non poteſt moraliter quod,ſubditi,dubij & ancipites,non ſint,vel eſſe debeãt, de mente Legiſlatoris,poterunt ergo, & debebunt ita dubitãtes,rem omnem narrare,& exponere ſuperiori:ne indiſcretè, & ſine prudentia, contra ipſiusmet Principis voluntatem,aliquid faciant.

16 Benè verum eſt ſcandalum, ſiue malum, quod timetur debere eſſe notabile, ſimul & probabile, nec ſufficere leue,& quod primo aſpectu,ſic appareat,quin potius oportebit magnopere,quod ſubditi tentantes,& contendentes talem executionem mandatorum ſuſpendere,rei circunſtantias magna adhibita diligentia examinent,atque perpendant,nec ſatis erit, vt thenore verborũ audito mandatũ ipſum eorum ad quos dirigitur animũ commouere,& exaſperare videatur prima facie, ſed opportebit vlterius procedere ad diligenter conſiderãdam negotij qualitatem,vt videant ſit ne verè aliqua rationabilis cauſa propter quam Principis, mandatum adimplere non poſsint, vt dixit tex.in d.c.ſi quando.

17 Quæ doctrina declaratur (vt ſupra non ſemel tetigimus)locum habere,etiã in Principe ſupremo, vbi de parendo illius mandato foret controuerſia,in quo maior dubitatio eſſe poterat, niſi eam ſubſtuliſſent.d.cap.ſi quando,& iura ſimilia dum ſermonem inſtituunt de Principe ſupremo,quo reijcitur, atque confunditur illorum opinio, qui aiunt propoſitam doctrinam non procedere,ſi mandatum dimanaſſet à Legato,vel Delegato Archiepiſcoporum,& ſimilium, qui Principem ſupremum recognoſcunt,in qua ſpecie dicunt integrũ non eſſe ſubditis ſuperſedere illisvè reſcribere;quinimò omnino, & preciſſè compellendos eſſe obedire, ex deciſ.text.in cap.Paſtoralis. §.quia vero,de officio Delegat. Etenim ſi.d. iura procedunt in ſupremo Principe,multo maiori ratione locum habebunt in mandatis Legatorum, Delegatorum,Archiepiſcoporum, & ſimilium ſupremum Principem recognoſcentium,præſertim cũ in omnibus his vigeant rationes, de quibus ſupra,& d.§.quia vero,longe diuerſum intellectum habeat,cuius inferius meminiſſe iuuabit.

18 Fatentur autem,& rectè DD.ſupra citati traditam doctrinam, non ſolùm procedere quando timetur ſcandalum,ſed quod locum etiam habeat,ſi aliud quodcumq; maluum notabilis

notabilis præiuditij posit probabiliter timeri, quia propter vtrumque timorem scandali, siue mali notabilis poterunt subditi à mandati executione supersedere, vt satis probat text. in cap. 2. in princip. de præscript. ibi: *Nihil cum scandalo, nihil cum forali strepitu vobiscum nos velle de causis pauperum definire, &c.* Et in d. cap. cum teneamur, qua ratione in vtroque tam in malo notabili, quàm in scandalo, siue alterum, siue vtrumque simul timeri possit procedit decisio text. sic intelligenda in d. cap. si quando, sicque accipienda etiam sunt rescripta Imperatorum in authenticis superius citatis, quæ poterit esse secunda declaratio pro dicta vera sententia quam defendimus.

19 Tertio declaratur proposita conclusio, vt intelligenda sit, quando supersedere ab executione, & simul Principi rescribere inspecta recta ratione medium esset necessarium, ita vt nullum aliud supereesset ad obiam eundum scandalo, vel notabili malo negotij circunstantijs cum iudicio consideratis: non ita quando mandatum Principis talis conditionis esset, quod respectu scandali, vel alterius mali notabilis probabiliter imminentis secundum rectam rationem facta inter vtrumque debita comparatione, maius damnum ex dilatione executionis mandati sequendum foret, quam ex dicto scandalo, vel alio notabili malo, quo casu liberum non erit vassallis executionem differre, quinimò coacto iure tenebuntur obedire, cuius rei ratio præmanibus erit si cõsideres, vbi maius malum ex dilatione, quam ex scandalo probabiliter timetur non posse inferiorem iustè dubitare de voluntate Principis, neque expectare secundam illius iussionem, seruari enim debet iustitia, & ratio in timere scandali, vel alterius mali, singulaque conferenda sunt adhibito maturo consilio, & circunstantiæ rerum considerandæ, neque trepidandum vbi non sit timor, argumento text. in reg. qui scandalizauerit, de regulis iuris, in 6. falsa namque sunt abijcienda remedia, quæ veris sunt periculis grauiora, quæ fuit notabilis ratio Innocentij Tertij, & si ad aliud propositum longè grauius, in cap. de homine de celeb. Miss.

20 Declaratur quarto, quod vnum, atque alterum præcisse requiratur, id est, quod vassalli â mandati executione supersedeant, & simul sine dilatione Principi rescribant; quia supersedentes tantum, & non statim rescribentes nihil facient: quin potius scandalum illud, siue malum notabile, quod timebatur veniet, & sequetur occasionemque, & ansam præstabunt non solum suspicandi, sed etiam credendi non causa boni publici, sed ob præsumptionem propriam voluisse mandati executionem differre: solaque relatio inanis erit, & frustratoria cum nihilominus sequendum sit scandalum, & malum quod timebatur, neque sufficiet rem Principi exponere, nisi differatur executio, executionem vero suspendere, & superiori non rescribere signum erit non ad vmbratum, sed expressum apertæ præsumptionis, & inobedientiæ in illis qui; vt moris est in his Hispaniarum Regnis Regia mandata suscipientes, illaque imponentes super capite suo, non ostenderunt se paratos esse ad obediendum, & exequendum, si Princeps per secundam adhuc iussionem præcepisset, vel qui non requisierunt, & exploraverũt eiusdemmet Principis voluntatem, negotiumve eidem non exposuerunt, quæ manifestam præferre in obedientiam

Digitized by Google

& præſumptionem in dubitati iuris eſt. Vnde rectè & cum iuditio Alexand. Tert. Pontif. Maxim. in dicto cap. ſi quando, vtrumque ſimul implicauit in ſua deciſione, quod ſuperſedendum eſſet, atque reſcribendum, coniunctim, Pontifici Maximo ibi: *Aut mandatum noſtrum reuerenter adimpleas, aut per litteras tuas, quare adimplere non poſſis rationabilem cauſam prætendas*, innuens, atque ſignificans caſu quo reſcribendum ſit, resque Principi exponenda ſimul eſſe ſuperſedendum, ne ſequatur ſcandalum, vel malum notabile, quod timetur & negotium Superiori exponendum, ne peccatum præſumptionis, & inobedientiæ incurratur, quæ fuit mens Imperatoria, ante Alexan. Tert. in d. §. deinde, & in d. §. & hoc vero, quorum ſupra meminimus.

21 Confirmatur efficaci ratione retento ſemper eodem themate, ſcilicet quando timetur ſcandalum, vel aliud malum notabile in tali caſu inſpectis iuris principijs ſubditi, & ſi maximè velint non poſſunt exequi mandatum Superioris, ſed tenentur ſuperſedere: ergo & ſimul, & ſtatim reſcribere: probo conſequentiam dato enim, quod debeant & teneantur differre executionem præſumptuoſum eſſet non reſcribere, & viderentur per in obedientiam parere diſtuliſſe: quod eſt maximum inconueniens: quod vero in hypotheſi, de qua loquimur imminentis ſcandali, ſiue alicuius notabilis mali, integrum non ſit vaſſallis Regis præceptum exequi conſtabit efficaciter, ſi expendamus dict. cap. ſi quando, cuius multoties meminimus, ibi, *Quare adimplere non poſſis*, vbi illud verbum, *non poſſis*, apparet non eſſe referendum ad factum: etenim ſi de facto ſermo eſſet, non diceretur *non poſſis*, namque certum erat potuiſſe adimplere mandatum de facto, & in re non obſtante quocumque ſcandalo, ſiue notabili malo, quod poſſet timeri, erit igitur illa impotentia ſignificata per illa verba, *non poſſis*, referenda ad ius non ad factum, quaſi ſecundum ius exiſtente rationabili cauſa ad differendum, ſubditis liberum non ſit exequi mandata, certum ergo eſt, quod tenentur executionem poſtponere, procedit ergo alterum conſequens, & ſequitur neceſſario, quod ſimul debeant reſcribere, ne præſumptionis, & inobedientiæ vitium incurrant: probat etiam Alexand. Tert. in cap. a. de officio Delegat. ibi: *Donec Romanum Pontificem conſulant, & ſuam exinde cognoſcant plenius voluntatem executioni ſuperſedeant verumque.* Ecce inuoluitur, & implicatur geminata, vel duplex obligatio ſuperſedendi, & reſcribendi ſimul, & Innocent. Tert. in cap. Paſtoralis, de fide inſtrument. eandem habuit mentem in illis vltimis verbis; *Verum ſi iuri communi ſit diſſona ſecundum ipſum non iudicet, ſed ſuperiorem conſulat ſuper ea.* Idemque conſtat ex dictis authenticis, & in hoc ſenſu accipienda ſunt omnia iura, quæ de mandatorum executione differenda, ſiue de interponenda ſupplicatione ſermonem inſtituunt: ſicque intelligendi ſunt Doctores omnes à nobis pro hac parte ſuperius relati: igitur de primo ad vltimũ relinquitur planum & apertum imminente periculo ſcandali, vel alterius mali notabilis, ſi mandatum exequatur ſubditos, neque debere, neque poſſe illud exequi, quinimò, & ſuperſedendum eſſe, & ſtatim Principi reſcribendum ad plenius aucupandam eius mentem & voluntatem, vt denotant iura, quæ expendimus & retulimus

pro

Digitized by Google

pro d. concluſione vera, vtique & tenenda tanquam crebrior, verior, & ſecurior.

22 Neque obliuiſcendum erit, quod ſupradiximus de ſecunda iuſsione non procedere in ea concluſionem noſtram maiori quidem indigere explicatione; etenim quantum ex aſsidua antiquorum lectione conſequi potuimus ſecunda Principis iuſsio vipartito cernitur dupliciterque conſiderari poteſt, & accipi: vno modo pro ſecunda iuſsione ſimplici, quæ ab ipſo Principe non præcedente relatione aliqua, aut inſtructione alicuius negotij dimanat, quæ dicitur Motus proprius, qua ratione venit intelligendum celebre dictum Baldi, in l. nec damnoſa. C. de præcibus Imperatori offerendis relatum, atque receptum ab ſchola communi, teſte Gabriele in tractatu de clauſulis, concluſione. 2. num. 19. vbi dixit; quod Motus proprius habet vim ſecundæ iuſsionis, quod intelligendum eſt, de ſecunda ſimplici iuſsione, quæ non dimanauit ad inſtantiam alicuius partis ad quam non præceſsit inſtructio, neque expoſitio aliqua inferioris, ſiue ſubditi.

23 Alia eſt, & dicitur ſecunda Superioris iuſsio, de qua ſermo noſter eſt, quæ ſequitur poſt primam iuſsionem, quando Princeps iam inſtructus, & certior negotij factus mediante relatione, ſibi facta viſis etiam & conſideratis incommodis, & damnis, coram ipſo propoſitis nihilominus iuuet, & præcipit mandatum exequi, quam ſecundam iuſsionem ſequutam poſt primam, & poſt inſtructionem, & expoſitionem negotij nedum reijcere licebit, ſed neque ſuſpendere in quo ſenſu recte diximus Superiorem doctrinam non habere locum ſubſequta ſecunda iuſsione non ſimplici, ſed illa, quæ poſt primam dimanat à Principe iam erudito & inſtructo de cauſæ circunſtantijs procedet ergo habebitque locum concluſio noſtra, etiam in Motu proprio, qui licet vim habeat ſecundæ ſimplicis iuſsionis, non tamen illius ſecundæ iuſsionis à Principe inſtructo dimanantis, de qua ſermo noſter eſt.

24 Illud autem in propoſito conſiderare opportebit, neque primam, neque ſecundam, vel tertiam Principis iuſsionem per ſe, & ſecundum ſe conſideratas tollere poſſe recurſum ad ipſum Principem, neque impedire facultatem illum inſtruendi, ſuper damnis & incommodis, quæ timentur, vel timeri poſſunt, ſi mandatum exequatur: impedietur tamen talis recurſus, ſi dimanet à Principe ſecunda iuſsio, cum ea qualitate, quod ſit poſt primam, & poſtquam expoſitio, & inſtructio præteſſerit, quæ ſi non præceſsiſſet contra quamcumque Principis iuſsionem procedit, & vrget ratio illa ſcandali, ſiue alterius imminentis mali notabilis, quia quandiù ſubditi Superiorem ſuum nõ conſuluiſſent, & ſuam exinde non cognouiſſent plenius voluntatem aduerſus quamcumque iuſsiouem primam, ſecundam, vel tertiam liber maneret aditus ſuperſedendi, & reſcribendi, imò vtramque facere tenentur: ſola ergo illa ſecunda iuſsio, quæ à Principe iam erudito, & benè inſtructo de negotij qualitate emanauerit, aditum præcludet ad ipſum Principem, non illa ſecunda iuſsio, quæ dicitur Motus proprius, in quo procedit etiam, & locum habet Superius exornata concluſio, vt diximus.

25 Vnde infertur, quod cum ius noſtrum ad iuſtificandam prædictam

poterunt ſubditi mandatarij executionem poſtponere cauſamve reddere Superiori,ſed ſtatim debebunt litteras ſurreptitias irritas decernere,& ſic in omnibus procedere quaſi à Principe non emanaſſent quo fit, non ita rectè gloſſam in dict. cap. ſi quando,de reſcript. tradidiſſe poſſe adaptari ſpeciem dictorum iurium in cap. ad aures, & in cap. cum adeò, ad ſpeciem,dict.cap.ſi quando, quod loquitur in caſu longè diuerſo,nempè quando mandatum validum fuit, & non ſurreptitium talc tamen quod in eius executione videbatur ſuperſedendum dict. vero cap. ad aures, & capit. cum adeò, quando litteræ ſurreptitiæ fuerunt, vt conſtat ad oculum, quæ diuerſitas efficaciter ſuadetur:etenim ſi dict. cap. ſi quando,loqueretur de litteris ſurreptitijs, nullo modo illius doctrina locum habere poſſet, nempè ſuperſedendum,& reſcribendum fore, quin potius irritari, & reijci deberent ſtatim,& omnino tales litteræ non ſuſpendi, aut poſtponi ſolum, ad Principem informandum, vel inſtruendum, vt docuit text. in dict. capit. ſi quando, vbi nullo modo ſermo fuit de litteris ſurreptitijs, in quibus loquutiſunt text.in d.cap.ad aures, & in d.cap.cum adeò.

27 Verum contra proximè reſoluta non leuiter obſtat, quod text. in dict.cap. ſi quando, apertè loquitur de reſcripto,ſiue mandato ad inſtantiam partis impetrato, vt manifeſtè indicant verba ad calcem relata, ibi: *Priuata nobis fuit inſinuatione ſugeſtum*,quorum verborum argumento Doctores communiter, poſt glo. 1.in dict.cap.ſi quando, planè fatentur ſermonem,ibidem fuiſſe de mandato ad partis poſtulationem conceſſo,& non Motu proprio.

28 Augetur difficultas, ſi expendas iterum verba illa, *priuata inſinuatione ſugeſtum*,quæ apertè denotant ibidem agi de litteris ſurreptitijs, contra id quod nuper dicebamus,& per conſequens de litteris impetratis ad poſtulationem partium, & non Motu proprio, iuxta text. ſi inducatur, in cap.ſi motu. 23. de præbend. lib.6.

29 Cui duplici obiectioni breuiter ſatisfiet, & verè ſi conſideres contra gloſſ. & commun. Doctorum, in dict. capit. ſi quando, in eius ſpecie non fuiſſe propoſitum caſum aliquem emergentem,qui de facto contigerit, ſed generaliter pro futuris temporibus conſtituiſſe Roman. Pontif. Alexan. III. illius text.conditorem, vt ſi quandò aliqua mandata à Sede Apoſtolica dirigerentur Archiepiſcopo Rhabenati, vel alijs ſimilibus Prælatis, quæ animum eorum exaſperare viderentur, minimè deberent turbari, aut commoueri, ſed qualitate negotij diligenter conſiderata, aut mandatum adimplerent, aut cauſam rationabilem redderent, quare adimplere non poſſent, pollicitus Pontifex, quod patienter ſubſtinebit, ſi non fecerint quod praua fuerit, ipſimet Pontifici Maximo, inſinuatione ſugeſtum.Ex cuius text. contextu verborum,facilè apparet, traditam fuiſſe ibidem regulam quandam in poſterum obſeruandam, non deciſum, aut definitum caſum aliquem, ſiue facti ſpeciem: vt magis ſit, & appellari debeat,Decretum, text:. ille, cuius generis decidendi, proprium eſt, ſine caſu emergente decidere, quam decretalis, quibus Pontifices Maximi conſueuerunt,reſpondere,ad caſus emergentes,ſic conſtituta, differentia, inter decretum, & decreta-

Digitized by Google

tem. Conſequens ergo eſt in dict. capit. ſi quando, non fieri mentionem de mandato ad poſtulationem partis conceſſo, ita vt ſit conſtituendum diſcrimen in propoſito inter litteras Motu proprio emanatas, vel ad partis poſtulationem conceſſas, quod nullum quidem verſatur. Cogimurque coacta iuris ratione fateri propter eandem rationem,& conſiderationes illas, quarum ſupra meminimus iterum, atque iterum expendentes verba,dict.cap.ſi quando,minimè etiam litteras illas fuiſſe, neque eſſe potuiſſe ſurreptitias contra gloſſam, & Doctores cõmuniter, qui perperam voluerunt adaptare ſpeciem illorum iurium in dicto cap. ad aures, & in dicto cap. cum adeò,ad verba,dict.cap. ſi quando, quæ rectè expenſa & conſiderata eum ſenſum non admittunt, neque admittere poſſunt, quod mentionem fecerint, aut intelligi debeant in litteris ſurreptitijs, vt ſuperius demonſtrauimus, manifeſtreque conuincit patientia illa,quam oſtentauit,vt rem magnam Alexan. Tert. per verba illa, *patientur ſuſtinebimus*, quæ patientia, non advmbratè, ſed expreſſè oſtendit, atque ſupponit, mero iure, validum fuiſſe mandatum, de quo ibi: etenim ſi ſurreptitium foret, non eſſet cur Pontifex,patienter ſuſtineret,quod fuiſſet ſuſpenſa interim, illius executio: litteræ namque ſurreptitiæ non ſuſpendi, ſolum, ſed reijci & irritari deberent omnino: ex vulgatiſsimis iuris canonici principijs, in materia reſcriptorum: facit mos, & conſuetudo Romanorum Pontificium:quoties verba faciunt, aut controuerſia ſe ſe offert, de litteris ſurreptitijs nuſquam dixerunt, nec dicere potuerunt: quod patienter ſuſtinerent, ſi tales litteræ, non exequerentur cum quam plurima iura, quorum in tractatu de reſcript. mentio habetur in diſtinctè tradiderint, & docuerint,litteras ſurreptitias nedum, exequendas, ſed reijciendas, & expellendas eſſe, omnino.

30 Nec oppoſitum ſuadere videntur illa verba, *prana inſinuatione ſugeſtum*, quæ manifeſtam fraudem, & notoriam ſurreptionem mandati præſeferre videntur; quia prauæ inſinuatio non deſignat præciſſe aliquid ſurreptitium,aut falſum, ſed ſolum ſignificat malum fuiſſe Principi inſinuatum non ſurreptitium: verbum autem inſinuare idem eſt, quaſi in ſinum,aut in pectus mittere hoc eſt adducere in notiam audientis, vt rectè intellexit Franciſcus Ripa in allegat.capit.ſi quando, numero 18. verſic.3. &c. Denique illo verbo, *ſugeſtum*, non ſolum ſignificare ſolemus, ea quæ petimus, & impetrare deſideramus, verum etiam id, quod in memoriam adducimus, quare dici non debet per dictum verbum, *ſugeſtum*, neceſſariam ſurreptionem ſignificari cum multoties in bonam partem accipiatur, vt ſic dicta verba, *prana inſinuatione ſugeſtum*, toties à nobis repetita non denotent aliquid falſum,ſiue ſurreptitium inſinuari, ſed malum ſugeri, aut adduci in memoriam, diuerſum autem eſt, rem falſam & ſurreptitiam, aut rem malam alicui ſignificare, dicta ergo verba non fuerunt expræſsiua falſitatis,aut ſurreptionis alicuius, ſed iniquitatis,aut iniuſtitiæ.

31 Ex quibus venit iam intelligendum, & interpretandum argutum, atque difficile eiuſdem Alexand.Tert. Potif.Maxim.reſponſum relatum

Digitized by Google

relatum in capit. cum teneamur 6. in ordine, de præbend. & dignitat. vbi sicut in iuribus similibus, si fides adhibenda est Petro Rebufo, in titulo de rescriptis, glossa 1. & communi ab ipso relatæ, nihil refert, siue per Epistolam ex certa scientia, vel Motu proprio, aut alio modo ad partis postulationem, aut sine illa mandatum emanasse dicamus, imò securè affirmandum est, in eo textu, sicut in dicto capit. si quando non fuisse propositam speciem aliquam, siue casum de facto emergentem, sed regulam quandam in futurum tradidisse Pontif. Alexand. vt si contigisset mandatum à Sede Apostolica proficisci, & recipi à mandatario pro alicuius prouisione, qui aliud Beneficium haberet, de quo posset commodè sustentari, nisi forte in dicto mandato de tali Beneficio habeatur mentio, aut si non possit, ei cui mandatur sine scandalo prouideri, si pro eo Pontificium mandatum Episcopus ad quem dirigitur non duxerit exequendum Pontif. Maxim. patienter sustinebit, vt habetur in littera, dict. capit. cum teneamur, quæ satis denotat Alexand. Tert. alicui casui de facto contingenti non respondisse, sed in posterum constituisse regulam ad inferiores docendos, & instruendos, quando illis liceret mandatorum executionem differre: vt satis constat ex orig. dict. capit. cum teneamur inter acta Alexandri Tertij, titu. vni plura, capit. 2. pagina mihi 905. quæ refertur, 2. tom. Concili. quidquid glos. 1. & Doctores communiter in dict. capit. cum teneamur, contendât speciem, & casum, de quo ibi contigisse de facto.

32 Qua doctrina retenta difficilis quidem est dicta decisio Pontificia, cuius species potius videtur adaptanda, ita vt sermonem instituerit Pontifex, de mandato surreptitio, & per consequens nullo ipso iure, vt satis indicant illa verba, *qui aliud Beneficium habeat, de quo valeat commodè sustentari*: etenim quotiescumque impetrat quis prouisionem aliquam tacendo Beneficium, quod habet sufficiens ad propriam sustentationem, de quo mentionem non fecerit expeditum quidem est, impetrationem nullam esse ipso iure, nulliusque ponderis, ac momenti: secundum communem Canonistarum scholam, in capit. cæterùm, eodem titulo, de rescript. vnde cũ tex. ille agat de mandato super alicuius prouisione, in quo beneficij, de quo valeret commodè sustentari mentio facta non est, coacto iure dicendum videtur agere text. illum de mandato surreptitio, nullo ipso iure, non iniusto, neque inualido tantum.

33 Vnde oritur in extricabilis primo aspectu verborum, eiusdem tex. implicatio, & in dictis repugnantia, & contradictio: etenim ad extremum illius textus subiungit Romanus Pontifex, se æquanimiter, id est patienter laturum, si mandatarius ad quem litteræ dirigantur ex rationibus, de quibus ibi mandatum Pontificium, non duxerit exequendum, ex quibus verbis per inuitabilem consequentiam infertur valuisse mandatum illud mero iure, & nulla ratione potuisse irritum, aut nullum esse, quod efficaci ratione suadetur: aliâs enim non dixisset Pontif. æquanimiter sustinemus, quin potius statim rescriberet Episcopo, mandario, vt mandatum reijceret, irritum, omnino,

nino, decerneret: & nullatenus exequeretur, vt moris eſt, Pontificibus Maximis, reſpondere: quando reſcripta ſurreptitia ſunt, & nulla ipſo iure: vt inferiores, illico reijciant, & expellant ea: vt reſponderunt, in capit. ad aures, & in capit. dilectus, de reſcript. cum pluribus ſimilibus: videntur igitur in eo text. ſimul, eodemque thenore, & contextu verborum, implicari, iniuſtitia, & nullitas, eiuſdem mandati: iniuſtitia quidem: quatenus, illa verba, *æquanimiter ſuſtinemus*, apertè denotant, valuiſſe, mandatum, mero, iure: nullitas vero; quatenus, verba antecedentia, ibi: *Qui aliud Beneficium habeat, de quo valeat commodè ſuſtentari*, iunctis illis, *niſi forte in litteris ipſis de hoc mentio habeatur*, &c. Manifeſte oſtẽdunt, atque demonſtrant, irritum, & nullum ipſo iure, mandatum, extitiſſe: vnde conſurgere videtur dicta manifeſta implicatio, atque contradictio, in verbis, & mente Pontificis.

34 Cui, difficultati, reſpondendum eſt deciſionem Pontificiam, in dict. capit. cum teneamur, ſermonem facere: de mandato, valido, mero iure, & inſpecto iuris rigore: ſiue ad partis, poſtulationem, ſiue ſine illa, emanauerit, impetrato, ſine aliqua ſurreptione, & abſque expreſſa, vel ſuppreſſa falſitate aliqua, quod nullo modo fuit nullum, neque ſurreptitium, ſed validum, & ob aliquas cauſas, minimè exequendum: qua ratione rectè cohærent verba illa dict. capit. cum teneamur, *æquanimiter ſuſtinemus*, & illa poſtrema, *mandatum noſtrum non duxeris exequendum*, quæ comminiſcuntur, validitatem mandati, neque conuenire poſſunt, nullitati, eiuſdem: ex conſideratione, de qua proximè,

35 Quod ſi percontetur quis, non inepte: quomodo fieri poſsit, quod mandatum, in quo ſupponitur, non factam fuiſſe mentionem, obtenti beneficij, congrui, ad ſuſtentationem, potuerit, non eſſe nullum: vulgatis iuris Pontificij, præceptis, reclamantibus: in dict. capit. cæterùm, cum ſimilibus Facilè, reſpondebo: quod, cum, tota illius text. contextura, euincat, & ſuadeat, mandatum, de quo ibi valuiſſe, mero iure: licet illud exequi, non oportuerit, vt denotant verba illa, quæ proximè, expendimus, ibi, *æquanimiter ſuſtinemus*: & ibi, *non duxeris exequendum*, vt ſecundum, Pontificis, mentem defendamus, inſtituiſſe ſermonem, â principio, illius, text. vſque ad finem, de mandato mero iure, valido: non de mandato ſurreptitio, aut nullo, præſupponendi ſint, termini, habiles, & ſic facienda interpretatio, vt quantumuis, in priori parte, text. ſermo ſit de mandato, quod propter non factam, mentionem, obtenti, Beneficij, nullum, certè, & ſurreptitium, erat futurum: præſupponamus ſurreptionem, & nullitatem, fuiſſe ſublatam, vigore, & virtute alicuius clauſulæ, ex vſitatis, in iure noſtro, ad tollendam, ſurreptionem, vel propter aliquam, aliam cauſam, ſiue receptum, modum, ſecundum quem, legitimè, vitari ſolet, & poteſt, ſurreptio, ſiue nullitas, mandatorum: & ſic, vtcumque, poſſeſsi, Beneficij, ſufficientis, de quo, commodè, alimenta percipi potuerint, non fuerit facta mentio: nihilominus, mandauerit, Alexand. Tert. præbendam conferri: habenti, alteram, ſufficientem, cuius mentio facta, non fuerit: & quod ſit, validum, mandatum, minimè tamen exequendum: quem,

Digitized by Google

quem, intellectum, cogimur, amplecti, ne corruat, atque deficiat, tota illius, text. fabrica, & contextura, quæ aliàs, nullo pacto, videtur posse consistere.

36 Vel, si malueris, aliam viam, longè, diuersam, arripere, quæ nobis, non ita placet; tibi tamen, fortassis, non displicebit: poteris, duas partes, distinguere, in eo text. vt in priori, ibi, *qui aliud*, &c. accipiendus sit, in mandato nullo, & surreptitio, ob defectum mentionis, obtenti, Beneficij? Id secunda vero, & vltima parte, loquutus fuerit, Pontifex Maximus, de mandato valido, mero iure, quod exequi non poterat, ratione scandali, vel alterius, mali notabilis, quod timebatur. De quo valido, mandato, intelligenda sint, vltima illius textus, verba ibi, *æquanimiter sustinemus*: & ibi; *non potest ei sine scandalo prouideri*: & denique ibi; *non duxeris exequendum*, apertè, denotantia, secundum iuris, rigorem, viribus suis, substitisse, mandatum illud: minimè tamen exequi potuisse: quo, intellecto, sic stante: dicta verba, proximè relata, ibi, *æquanimiter sustinemus*: & cætera similia, si respiciant, priorem textum partem, quæ loquitur de mandato nullo: impropriè, erunt accipienda: si vero ad secundam, alternatiuam, referantur propriè, summenda sint, & in toto suo rigore: nec, nouum est, aut inusitatum in iure: quod eadem, verba, vnam partem, respicientia minus propriè: ad aliam, relata, eademmet, verba propriè, & rigorosè, intelligantur: vt probat textus per argumentum, in l. 2. iuncta glossa. ff. de officio Proconsuli.

37 Rursus, vt, ad thema, nostræ quæstionis, reddeamus: occurrit discutienda, non inellegans dubitatio, in proposito: an videlicet, posita, doctrina, qua docuimus integrum esse subditis, ob rationabilem, causam, vel scandali, vel alterius mali notabilis, in, mandati, executione supersedere: atque interim, Principi, rescribere: procedat, & locum habeat: cuicumque dirigatur mandatum: id est, (vt titulum quæstionis magis exprimamus) verum, nostra conclusio, verificetur in iudice habente iurisdictionem ad cognoscendum de causa, & etiam in mero facti executore, siue in illo, qui mixtus fuerit iuris executor.

38 Quæ controuersia difficilis quidem est, & quæ vtrinque pro vna & altera parte, non leuia habet fundamenta, & inuenio Philippum Decium, in dicto capit. si quando, numero 2. contra plures intellexisse prædictam conclusionem limitandam esse: in facti, executore, dumtaxarque locum habere, in illo iudice, qui iurisdictionem, habet, & potest de negotio cognoscere: docetque nequaquam liberum, esse, mero facti executori, mandatum, non exequi, supersedere, aut rescribere: sed, eum, omnino, parere, debere, sine cunctatione, aut dilatione aliqua: adducitur Philipp. Dec. ad ita existimandum vnico fundamento desumpto, ex capit. Pastoralis. §. quia vero, de officio Delegat. vbi eleganter (inquit Innocent. Tert.) demandata executione sententiæ alicui ordinario, quantumuis, eam iniustam esse cognouerit, non posse subsistere, neque ab executione supersedere: quia (inquit Pont.) *In tali casu non cognitio, sed executio tantum demãdatur eidem.* Et addit:

Digitized by Google

ſecundam ſuæ, doctrinæ, magis generalem; rationem, nam (inquit) *Ordinarius obſequi tenetur Delegato*, ergo etiam ſi ſciat ſententiam iniuſtam eſſe, tenebitur ad illius executionem. Et tandem (quod magis vrget) nullum alium, ſe excuſandi, aut ſuperſedendi locum, tali mandatario reliquit, Innocent. III. ibidem, quam ſi mandatarius, curaſſet præcibus, efficere, vt Princeps, ipſum liberaret, â tanto onere: innuens atque ſignificans, iudicem mandatarium, vel quamcumque aliam perſonam, ad quam dirigeretur mandatum, omnino, nullo expectato, & ſine difficultate aliqua exequi debere, quod potiſſimum eſt fundamentum Philippi Decij, vbi proximè: in cuius gratiam vlterius videtur poſſe conſiderari: adhuc merum facti executorem, qui nullam omnino iuriſdictionem habet non poſſe ſuperſedere in mandato exequendo: vtpotè qui non habeat vim, aut poteſtatem, inquirendi, aut conſiderandi negotij qualitatem: diximus enim in ſuperioribus debere ſubditum mandatarium, ad ſuperſedendum in negotij executione diligenter inueſtigare eius qualitatem, & ſtatum, & ſimul & ſtatim debere Principi reſcribere, & illi cauſam reddere ob quam differatur mandati executio: æ, exploratum eſt, ad dicta omnia & ſingula præſtanda neceſſariam eſſe cauſæ cognitionem: ad quam præ requiritur iuriſdictio, quæ non adeſt pœnes merum facti executorem: igitur de primo ad vltimum merus facti executor non valebit poſtponere, neque differre mandati execu tionem, ad quam poſtpoſitionem (vt ita loquar) iunctis eius requiſitis, neceſſario prærequiri videtur iuriſdictio, quam non habent meri facti executores. Quid ſi dicamus pro Philipp. Deci. nedum in mero executore, ſed neque in iudice, qui de cauſa cogniturus ſit procedere concluſionem noſtram? is enim iudex non debet ſuperſedere in negotio, ſed vlterius procedere vſque ad ſententiam & diffinitionem cauſæ: quæ ſpectat ad iuriſdictionem ſuam, qui dum cauſam definit alios, etiam plures modos inuenireva lebit, quibus obiam ire poſsit ſcandalo, vel notabili malo, quod timetur, neque opus erit vti negotij ſuſpenſione: explorati namque iuris eſt ſuperſedendum, non eſſe in proceſſu præſertim, vbi iudex plenam habet iuriſdictionem, & poteſtatem de negotio cognoſcendi: igitur non in vno, ſed in multis mandatarijs verificatur, Philipp. Deci. exiſtimatio.

39 Contrariam tamen ſententiam procedere ſupra traditam doctrinam ſine diſtinctione, in quocumque mandatario, ſiue mixto iuris, ſiue mero facti executore, ſiue iudice quocumque qui negotium iudicaturus ſit ad quos, vel ad quem Principis mandatum dirigatur, tenent Doctores communiter, in dicto capit. ſi quando, quos ſupra retulimus, & faciunt dictæ leges Regiæ, quarum etiam ſuperius meminimus, vbi Didacus Perez, & alij Regnicolæ: multum iubat text. in dicto capit. cum teneamur: & efficaci ratione ſic probo, vbi currit, aut verificatur ratio legis, aut eius verba, locum etiam ſortiri debet, atque procedere eius diſpoſitio, vt vulgatiſsima iura docent, ſed ratio, & verba dicti capit. ſi quando, capit. cum teneamur, & aliorum iurium ſimilium, quæ conſulunt, exiſten-

te,

Digitized by Google

te,rationabili cauſa ſuperſedendum eſſe, ab executione litterarum, & Principi reſcribendum, procedunt, & locum habent; atque omnia, & ſingula verificantur,in quocumque mandatario,ſiue ſit de cauſa, cogniturus,ſiue tantum, demandetur ipſi,mixta iuris, ſiue mera facti, executio igitur, & diſpoſitio dictorum iurium, & concluſio noſtra locum habere poteſt, & debet, in quibuſcumque mandatarijs, ſiue iudices, ſint, ſiue non, ſiue iuriſdictionem habeant, ſiue notionem, aut executionem dumtaxat. Minor, dictæ argumentationis, in qua conſiſtit, totum pondus ſigillatim enumeratis, & verificatis ſingulis, verbis, vt procedant in quibuscumque mandatarijs,manebit,comprobata: præſertim,ſi probaberimus ſimul, & rationes, quibus dicta, iura, nituntur procedere,& verificari, in omnibus & ſingulis perſonis.

40 Primo expendo verbum illud *adimplere*, de quo in dict. capit. ſi quando, deinde verba illa eiuſdem text. *ſi non feceris*; quæ magis præferre executionem facti,quam cognitionem, aut iuriſdictionem, aliquam nullus eſt qui non videat:conſidero etiam poſtrema verba, dict. cap. cum teneamur, ibi, *non duxeris exequendum*, iunctis illis, *aut ſi non poterit ei ſine ſcandalo prouideri*, quæ referuntur, & referri poſſunt ad merum facti executorem.

41 Accedit & facit efficaciter pro iſta communi ſententia contra Philipp. Decì. (quæ proculdubio verior eſt,& tenenda) elegans, & veriſsima conſideratio ſi expendas, quotiescumque iura agunt, & nos in ſuperioribus egimus demandatarijs admonendis, vt ad ſuperſedendum in executione conſiderent negotij qualitatem,& ſtatum,& inquirant ſuper ſcandalo, vel alio notabili malo,quod timetur, neque ſola ſuſpenſione contenti ſint, ſed omnino neceſſe habeant ſimul, & ſtatim reſcribere,vt in dict.cap. ſi quando, & cap. cum teneamur, cum ſimilibus,non quidem eam fuiſſe mẽtem Romanorum Pontificum, aut noſtram,vt neeceſſaria ſit, nec fuerit vnquam conſideratio reſcriptio, aut inqniſitio iudicialis, ſed ſatis eſſe ſi mandatarij vtantur ſufficienti informatione extraiudiciali, vt ſe informent, & ab illis petant conſilium ſuper negotio à quibus prudenter ſummendum ſit, vt ex verbis dictorum iurium, & ſimilium non difficile colligi poteſt, & tentauit Petr. Rebuf. vbi ſupra, artic. 1. glo. 5. ac proinde conſequitur ad prædicta expedienda,quæ requiruntur ad ſuperſedendum non eſſe neceſſariam cauſæ cognitionem, aut iuriſdictionem aliquam, & perconſequens non video cur ſuperior noſtra concluſio, atque doctrina in meris facti executoribus limitanda ſit, cum etiam hi extraiudicialiter poſsint inquirere negotium conſiderare ſe informare, atque reſcribere, illaque omnia præſtare, quæ ad ritè & rectè ſuperſedendum neceſſaria videbuntur.

42 Quæ conſideratio fulcitur,ſi aduertas mandatarium cui mandatum dirigitur exequendum, non poſſe in vim iuriſdictionis cognoſcere ſuper exceptionibus à partibus oppoſitis, ſed illas debere ad Principem reijcere,iuxta celebtem deciſionẽ, tex.in cap.de cætero, de ſentẽtia,& re iudic.igitur neceſſe non erit,vt ſe informet iudicialiter,ad nõ exequẽdũ,ſufficietq; extraiudicialis quædã informatio, iunctis alijs adminiculis

lis extraiudicialiter etiam factis, quæ commodiſsimè expediri poſſunt per meros facti executores,quos ſine dubio alloquuntur,etiam præcitata iura de ſuperſedendo in mandatorum executione loquentia.

43 Quam veritatem, & elegantem conſiderationem intimè penetrans Alexand. III. Pontif.Maxim.in dict. cap. ſi quando, & alta mentis cogitatione perpendens non eſſe neceſſarium, quod ille ad quem litteræ diriguntur iuriſdictionem, ſiue cauſæ cognitionem habeat,nihilque intereſſe, cuius generis iudex ſit, ſiue iuris mixtus, ſiue facti merus executor, vel qui de cauſa cogniturus ſit, cum non cognitio, ſed executio illi demandetur, iure optimo dum ageret de requiſitis, ad non exequendum mandatum, nullam omnino fecit mentionem partis litigantis contra litteras ipſas nonnulla obijcientis, ſed dumtaxat meminit mandatarij ad quem dirigebantur attentè conſiderans, atque perpendens animum ipſius executoris, ex ipſo mandato, & ex thenore litterarum fuiſſe exaſperatum,ſignum quidem non advmbratum, ſed expreſſum, quo ſignificare voluit Roman.Pontif. totum hoc pendere ab ipſo iudice mandatario executore ſuperſedendum foret,necne,an eq; ipſius partis mētionem faciendā eſſe, ſed quid perſonæ cui mandatū dirigitur,faciendum, & attendendum videretur, ſuper quo tali mandatario magnam fidem adhibere ſolent Pontifices conſcientiam eius onerantes, & illi præcipientes, vt diligenter negotium examinet, atque perpendat peritiores conſulat, & Principi ſuper cauſa reſcribat, quibus probata, & confirmata manet prædicta proximè relata ſententia,quam veriorem & magis tenendam diximus.

44 Cuius curſum,atque proceſſum non impedient fundamenta pro Phi lip.Deci.ſuperius adducta, non primum velut Achilles ab ipſo exiſtimatum,ex celebri.§.quia vero, cap. Paſtoralis, de officio & poteſtate iudicis Delegati,in illis verbis, *exequi nihilominus tenetur eandem*: quamuis enim apertè, euincat text. ille iudicem ordinarium exequi debere ſententiam Delegati Apoſtolici, quam certo ſcit iniuſtam eſſe,vt notauit Oroſcius, in l.illicitas. §. veritas.ff.de offic. Præſ. Marant. diſput. 1, num. 4. Nauarr. in cap. cum contingat,remedio 2.verſic.*neque obſtat*, cum ſequentibus.Couarrubias.1. reſolution. cap.1. num. 4. verſic. 4.& num.10.Caietan. 2.2. quæſt. 67. artic. 2. ad fin. communis ſchola in d. §.quia vero, nihilominus illius textus deciſio nobiſcum nulla ratione pugnat,ſi conſideremus, & perpendamus cum Pontifice Maximo, ibidem ordinarium conſtitutum fuiſſe à Delegato ſolum executorem, cui tanquam Superiori obedire tenebatur,& exequi ſententiam, quæ in rem iudicatam tranſierat, quod proprium eſt munus executoris, ex text. in l. executorem. C. de executione rei iudic. nec ſine ratione: etenim omnis executor, cui alicuius ſententiæ executio demandatur, tanquam perſonæ publicæ, vt talis donec à munere, vel potius onere, non ſe excuſauerit tenetur ſententiam exequi, & ſi ſecum & priuatim ſciat eam iniuſtam eſſe, quod forti ratione ſuadetur miniſter nāque publicus nō tam propriā, quàm Reipublicæ perſonam gerit, & ideò non tam ſuo quām Reipublicæ nomine ſententiā exequetur,ſententiā inquam iuſtam,quæ ſecūdum publicam

Digitized by Google

cam actorum fidem executionem meretur, parumque oberit, quod ex scientia priuata certò sciat minister ille publicus sententiam esse iniustam, dummodo inspecto processu, secundum allegata & probata iuxta fidem actorum, & iustas leges iure valida sit, quia non obstante illa sua priuata sciẽtia sententiam, quam certò scit esse iniustam exequi debebit.

45 Confirmatur sequenti discursu, quicumque enim executores toto tempore, quo tales sunt tenentur executioni mandare quãlibet sententiam iustam, sed sententia iure valida, cuius meminit Pontif. in dicto §. quia vero, quamuis aliás veritate attenta, & inspecta priuata illa scientia, executoris, iniustitiam contineat: nihilominus tamen fide publica considerata, & secundum iuris præsumptionem, & censuram, quam executores tanquam publici ministri sequi tenentur, & non suam propriam, iusta quidem est, debebunt ergo publicam fidem amplecti, & nihilominus exequi talem sententiam, vt bene docuit Rom. Pont. in d. §. quia vero.

46 Solutio ergo (vt ad summam reducamus quæ diximus) & intellectus illius text. in eo consistit, quod ibi sermo fuerit de sententia, quæ iuxta processum, & secundum fidem publicam, & iustas leges, & secundum scientiam actorum valida & iusta erat, licet secundum priuatam executoris scientiam iniusta foret, & quia executor ille, tanquam minister publicus deposita sua priuata scientia, sequi tenebatur publicam fidem & scientiam actorum, merito responsum fuit, non obstante quod certò scierit ex priuata scientia sententiam esse iniustam, eandem fore exequendam: in terminis autem propositæ à nobis disputationis longè aliter contingit, in quibus executores, & mandatarij, non ex sola priuata scientia, sed aliunde anticipantes inconuenientia scandala, siue mala, quæ sequerentur si mandatum Principis mandaretur executioni rem prudenter differunt, & postponunt, eidem Principi referibentes, eidemque narrantes statum causæ, & rerum conditionem, vt videat iterum, & reuideat quid in illo negotio faciendum sit, ac proinde iam non obest sententia, dict. §. quia vero, neque facit pro Philip. Dec. contra communem.

47 Oportebit tamen hic non intempestiuè animaduertere, quod adhuc in specie, dict. §. quia vero, si vltra priuatam illam scientiam, qua certò sciebat executor ille sententiam esse iniustam probabilis timor foret alicuius scandali, siue notabilis mali, cui expediret obiam ire teneretur. Vtique iudex ordinarius, de quo ibi executionem differre, Principique referibere, iuxta principalem doctrinam, quam supra amplexi fuimus, & iuxta decisio. text. in dict. cap. cum teneamur, & in dict. cap. si quando. Præsertim si oportunè consideremus Pontifices Maximos, vbicumque verba faciunt de differenda executione mandatorum alicuius Principis non docuisse, sic in genere integrum esse vassallis postponere executionem, eo quod mandatum ipsum solo primo aspectu, & statim prima facie asperitatem, & duritiem aliquam secũ afferre videretur, quinimò cum iudicio præceperunt considerandam esse attenta mente negotij qualitatem, & diligenter, & maturè considerãdum, & videndum vtrũ sufficiens aliqua causa existeret, ob quã executio posset, & deberet postponi, in cuius rationabilis causę exa-

mine

mine fidem publicam actorum ſequendam eſſe, & non ex priuata ſubditorum ſcientia exiſtimandum, explorati iuris eſt: igitur circunſtantijs de quibus in noſtra doctrina principali concurrentibus, vlterius, & vltra priuatam executoris ſcientiam, liberum erit illi ſuperſedere etiam, in executione mandati, vel ſententiæ.

48 Non obſtat ſecunda conſideratio, qua dicebamus pro Philippo Decio nullum alium modum, aut locum reliquiſſe Pontificem, in dict. §. quia vero, iudici executori releuandi ſe ab executione quam ſi humiliter, & precibus impetraret à Sede Apoſtolica, ex quo videbatur eum omnino, & præciſſe compellendum eſſe ad exequendum, fatemur namque in ſpecie, de qua ibi, & in terminis illius id veriſsimum eſſe, vt ex proximè traditis liquido conſtat.

49 Minus obſtat, quod expendebamus pro Philippo Decio dicentes merum executorem iuriſdictionem non habere, quæ prærequiri videbatur ad adimplenda & inueſtiganda, quæ ſunt neceſſaria ad ſuperſedendum in mandati executione, vt enim ſupra reſoluimus non requiritur iudicialis cognitio, neque iuriſdictio aliqua, ſed quod mandatarius extraiudicialiter ſe informet, & inquirat conſulendo peritiores, ſine ſtrepitu, & figura iudicij ſuper ſcandalo, vel malo notabili imminentibus, ſi negotium exequatur, quare nihil vetat, quominus merus etiam executor valeat differre executionẽ, & Principi reſcribere.

50 Illud vero quod ſubiungebamus pro Philippi Decij ſentẽtia de iudice iuriſdictionem habente, qui de cauſa cogniturus eſſet quem dicebamus, nihilominus progredi debere, & non ſuperſedere in negotio, minorem difficultatem habet, ſi conſideres ſcandalum, vel notabile malum, dupliciter occurrere poſſe, & timeri: vno modo ſi procedatur in cauſa, & proceſſu eiuſdem; alio vero modo, ſi non timeatur ſcandalum, ex eo quod procedatur in cauſa, ſed ex ſententiæ executione: proculdubio vbicumque fuerit ſcandalum, vel notabile malum, imminens, quod probabiliter timeri poſsit, erit ad vnguem, & omnino ſeruanda principalis noſtra concluſio, atque deciſio iurium, in dicto cap. ſi quando, & in dict. cap. cum teneamur, & ſuperſedendum non ſolum ab executione ſententiæ, ſed etiam à progreſſu cauſæ: licet ſi contingat non ſubeſſe periculum ſcandali, vel alterius mali notabilis, ex eo quod iudex progrediatur in cauſæ cognitione rectè quidem poterit in negotio procedere, ipſumque incipere, ſi non timeatur ſcandalum à principio cum lis incohatur, neque in medio, ſed in ſola facti executione. Et denique pro regula conſtituendum eſt, quod vbicumque timetur ſcandalum ſuperſedendum ſit, vbi vero ceſſauerit vlterius progrediendum: in quo ſenſu accipienda eſt dicta conſideratio, ſiue argumentatio de iudice, qui de cauſa cogniturus erat, vt progredi valeat in ea, litemque incohare, atque perficere, omnitque præſtare pro ſua iuriſdictione, ſi non probabiliter timeat ſcandalum, vel aliud malum notabile, ſecus ſtante timore probabili, quo caſu ſeruare debebit omnino doctrinam ſuperius relatam, quæ firma iam & libera manet ab argumentis adductis pro ſentẽtia Philippi Decij.

51 Verum antequam hinc diſcedam non poſſum nõ tentare, neque abſq;

proba-

Digitized by Google

probabili fundamento) id quod dixi mus locũ habere ſentẽtiã dictorũ iurium in cap.cum teneamur,& in cap. ſi quando,etiam in mero facti executore, limitandum & intelligendum eſſe,ſi Epiſcopi, Archiepiſcopi, vel aliæ perſonæ honore & reuerentia, dignæ viri,ſcilicet,graues & notabiles mandatorum executioni deſignati, & deputati fuerint; ſecus vero ſi alij miniſtri infimæ notæ deputentur,veluti apparitores, quos vulgus, *Porteros*, appellat, tabelliones, vel notarij, & alij huius generis quibus (nifallimur) quantumuis ſcandalum, ſiue aliud notabile malum timentibus, neque integrum erit ſuperſedere, neque inquirere ſuper negotij qualitate, & multo minus Principi reſcribere, ſed omnino, & præciſſè parere debebunt, & exequi tradita ſibi mandata, neque poterunt vlla ratione, præceptam executionem differre. Moueor ad ita exiſtimandum non leuibus, nec veriſimilibus argumentis, ſed proprijs (vt dici ſolet) rerum notis. Primò, quia omnia & ſingula iura in quibus mentio fit de poteſtate, & obligatione ſuperſedendi ab executione mandatorum, reſcripta fuerunt notabilibus & grauibus perſonis, vt in d.c.ſi quando,& in c.nouit. 43. de appellation. cum ſimilibus, neque credendum eſt,quod Pontifices Maximi tam amplam illam ſuperſedendi facultatem infimis perſonis conceſsiſſent, aut caſu aliquo, vel fortuito conſueuiſſe reſcribere Epiſcopis, vel alijs in honore, & dignitate conſtitutis, ſed ex induſtria & data opera id ſemper feciſſe ad denotandum longè diuerſum ius eſſe latumque diſcrimen in hac parte inter graues & notabiles perſonas, & eos qui infimæ notæ ſunt ſicuti dicti apparitores & ſimiles.

52 Deinde conſidero ad dictam propoſitionem comprobandam, quod illæ circunſtantiæ, quarum meminiſſe voluerunt conditores dictarum decretalium,& requiſita neceſſaria ad differendam executionem, & interim reſcribendum Pontifici Maximo, vel alteri Principi nullo pacto verificari poſſunt in infimis perſonis, neque referri, niſi ad graues & notabiles miniſtros & executores.

53 Pro cuius conſiderationis exacta intelligentia vlterius animaduerto omnia & ſingula iura, quæ in propoſito loquuntur, verba facere de mandatis directis non cuicumque perſonæ, ſed ei cuius animus exaſperaretur, necne multum videbatur intereſſe, vt indicant illa verba, cap.ſi quando, ibi: *Quæ animum tuum exaſperare videntur.* Et rurſus illa quæ ſequuntur (*turbari non debes*) iunctis vltimis verbis,dict.capit.cum teneamur, ibi: *Non dixeris exequendum*, quæ omnes,& ſingulæ particulę manifeſtè denotant,atque demonſtrant illa iura agere non de quibuscumque miniſtris,ſed de grauibus & notabilibus perſonis, quarum animi exaſperatio,atque commotio magnopere attendenda eſſet, & quarum conſilium, ſi [illegible] decretum non exequendi,multi fac[illegible]um, & ducendum foret. Quæ ſi rectè, & cum iuditio expendantur, nullo modo ad infimos miniſtros referri poterunt, quibus cum non ita ex propoſito, aut cum tanta beneuolentia, vel obſeruantia Pontifices loquerentur, eos tam amicè admonentes,ne mandatorum aſperitate turbarentur, ſed diligenter inquirerent negotij qualitatem, & cætera præſtarent, quæ ſuperius ſæpiſsimè ex mente eorundem Romanorum Pontificum admonuimus.

Præ-

54 Præterquam quod minimè ſolent Principes, ſiue Eccleſiaſtici, ſiue ſęculares directè, & in ſpecie ſua dirigere mandata, niſi granibus, & notabilibus perſonis, vt proximè tetigimus, & multo minus poteſtatem facere, Pontifici Maximo, vel alteri Principi reſcribendi (quæ poteſtas, atque facultas magni certè momenti eſt) niſi perſonis conſideratione dignis in honore & ſplendore collocatis, quæ quidem poteſtas, aut quamquam infimis perſonis poterit conuenire.

55 Præſertim ſi conſideres, atque perpendas, in ipſa reſcriptione rem totam fore Principi exponendam, atque narrandam omnibus, & ſingulis circunſtantijs peracutè perpenſis, & conſideratis, vt decet reſcribentem magnis Principibus, & Regibus, & Pontificibus Maximis, quibus nihil niſi præclarum, niſi ſplendidū, niſi illuſtre, & magna cū æquitate, & ratione coniunctum, & copulatum oportet dirigere, aut narrare, neque id per quascumque perſonas, ſed per graues & notabiles viros præſtandum eſſe manifeſti iuris eſt. Et hoc iure vtimur: igitur non ſine myſterio Pontifices, & Principes conſueuerunt notabilibus, & non infimis perſonis ſua dirigere mādata, illisvè permittere, vt conſiderata qualitate negotij, & grauitate ſcandali quod timetur, & periculo examinato, videant vtrum expediat in negotij executione ſuperſedere necne.

56 Accedit magnopereque repugnat, quod de perſonis infimis talis & tanta confidentia haberetur, vt illis committeretur electio huius, vel illius partis in rebus, & negotijs magni ponderis, atque momenti, vtrum Principum mandata omnino, & præciſſe forent exequenda, an vero in executione ſuperſedendum.

57 Denique conſidero pro coronide, & complemento comprobationis dictæ veritatis, Reges, & Principes, ſiue Pontifices Maximos, ſecundum maieſtatem, & authoritatem ſuam, non liberè poſſe dirigere ſua mandata præſertim; quæ non mittunt præterquam in arduis, & difficilimis negotijs, niſi miniſtris & executoribus ſua dignitate, & honore fulgentibus, quæ omnia & pleraque minimè quadrare, aut conuenire poſſunt perſonis infimis: relinquitur ergo ex his conſiderationibus expedita, plana, & aperta, limitatio noſtra, vt iura aientia quibuscumque mandatarijs & iudicibus, cuiuslibet conditionis integrum eſſe, & incumbere animaduertere ſuperſedendum ſit in mandatorum executione, necne, non ſint accipienda, neque procedant, quando tales litteræ, ſiue mandata infimis perſonis dirigūntur, ſed quando ad graues & notabiles viros ordinantur, vt regulariter, imò ſemper fieri ſolet, atque ita infimi miniſtri omnino, & præciſſe exequi teneantur, neque poſsint deliberare ſuper differenda mandati executione.

58 Quam doctrinam ſub quodam temperamento cenſeo intelligendam, & practicandam, non ſic ſtrictè ſicut eam initio propoſuimus: vt ita demum infimæ perſonæ omnino parere debeant, ſi ſecundum iuſtitiam, id eſt ſine peccato id facere poſsint, nam ſi ſcandalum, vel malum, quod immineret, ita graue eſſet, vt peccatum induceret, non poſſet mandatarius quantumuis infima perſona mandatum exequi, quinimò abſtinere deberet à peccato, ex reg. quæ habet, quod vnusquiſque miniſter publicus tenetur omnia præſtare ſecundum propriam conſcientiam, neque contra eam aliquid facere

Digitized by Google

cere licet,cum omne, quod non eſt ex fide,id eſt omne quod fit, vel fieri intenditur contra conſcientiam peccatum ſit,vt ſuppoſuit text.in capi.vltim.in princip.de præſcript.tanquam exploratum, & probat Bonifac.in cap.primo, de re iudic. libr. 6. Clemens Quintus,in clem.1.§. verũ de hæreticis.

59 Et probatur efficaciter dictum tẽperamentum, quia nullus tenetur, nec poteſt, etſi maximè velit obedire Principi præcipienti aliquid contra legem Dei, magis enim obedire debemus Deo, quam hominibus, vt dicitur actorum,5.cap.& probat tex. in cap litteras,verſ.*porrò*, ibi, *cum illa, &c.* de reſtit.ſpoliat.cap. qui reſiſtit 11.quæſt.3.cap.ſi dominus,cum pluribus alijs eiuſdem cauſæ, & quæſtionis. Princeps autem præcipiens aliquid fieri cum periculo ſcandali, vel alterius mali notabilis, quod peccatum induceret, ſinedubio præcipit contra legem Dei Opt. Max. cuius proprium eſt,nihil iniuſtum admittere, imò prohibere omnem iniuſtitiã & ne peccata fiant innocentes ve cõdemnentur,iuxta illud Exod. 23. *inſontem, & iuſtum non occides*, igitur alienum eſſet â ratione, & iuſtitia,ſi in tali caſu præſtaretur Principi obedientia.

60 Accedit, quod dum exequerentur mandatum,quod certo ſcirent eſſe iniuſtum, & exequi non poſſe ſine peccato, proculdubio facerent contra propriam conſcientiam: in quo caſu parere non debent ſuperiori præcipienti,qui iuriſdictionem nõ habet ad præcipiẽdum iniuſtum, iuxta cap.1.23.quæſtio.ſecunda,imò illi non erit obtemperandum, tanquam egredienti limites ſuæ poteſtatis,argumento text.in reg.ea quæ,de reg. iur.in 6.& in l.vlti.ff.de iuriſdict. omni.iud.

61 Quare milites,& miniſtri illi, qui exequebantur pronuntiatas ſententias contra Sanctos, & Innocentes Chriſti Martyres, etſi id feciſſent adducti,& compulſi ſuperiorum præceptis,nihilominus grauiſsimè peccauerunt,quia contra proprias conſcientias dictantes ſibi, illos proceſsus, atque ſententias, omninò iniuſtas eſſe, & vt tales minimè exequendas, eas executioni mandarunt.

62 Ex quo venit intelligenda ſalutaris doctrina tradita,in cap. inquiſitionis 44.in princ.de ſententia excommun.& in dict.ca.litteras, verſ.*porrò*, quæ iura docent,quod ſi coniugi iniungatur præceptum accedendi ad virum,cum quo certò ſcit ipſam, nõ poſſe matrimonio copulari, propter aliquod impedimentum, cuius tranſgreſsio, *vt ego interpretor*, peccatum induceret non tenebitur, imò nec poterit obtemperare præcepto,& cõ ſultius faciet,ſi humiliter, & patienter ex communicationem potius ſuſtineat, quam ob temperet, non ſolũ cum peccato,ſed neque cum periculo illius.

63 Facit & multum conducit ad propoſitum tex. ſic etiam intelligendus in ca.2.in prin.de crimine falſi, vt ex eo ibidem laudetur, & commendetur ordinarius iudex,qui ſententiam Delegati Apoſtolici exequi recuſauit,quia ſciebat id fieri non poſſe, ſine peccato,quippè iniuſtitiam,& vitium continebat dicta ſententia, de qua ibi: vnde merito ordinarius ille laude dignus viſus eſt,& commendatur in eo textu.

64 Tandem, quia infimæ perſonæ non minus debent proſpicere conſciẽtæ ſuę,quã graues,& notabiles viri,q enim attinet ad legẽ Dei,omnes homines ſum° equalis cõditionis,ac queſortunę,&diſparitas in propoſito

erit in eo quod perſonæ graues, & notabiles, etiamſi non ſit timor peccati, ſeu ſcandali, vel alterius mali, quod ad peccatum non accedat poterunt ſuperſedere, ſi viderint expedire: perſonæ verò infimæ, deputatæ executores, non ita.

65 Ex quibus manifeſtè deducitur, quantum interſit mandata Principum eſſe, iuſta, & rationi rectęque Reipublicæ adminiſtrationi conſentanea, aliàs enim, ſi fuerint iniuſta, & ſuper materia, ſuper qua Princeps ipſe ex defectu poteſtatis diſponere nequeat, & auferre in conuenientia, quæ probabiliter timentur, nullatenus erũt exequenda, etiamſi per primã ſecundam, & tertiam iuſsionẽ dimanauerint. Etenim cum omnia mandata Principum, ob defectum voluntatis, & poteſtatis corruere poſſint, atque defficere ſicuti quando præcipit aliquid prima ſimplici iuſſione, quia probabiliter credimus, ſi præceptum ſit tale, quod ſine ſcandalo non poſsit adimpleri defeciſſe, eiuſdem Principis voluntatem, eo quæſito colore poſſumus, & debemus in executione ſuperſedere, vt latius tradidimus in præcedentibus: a l eũdem modum ſi deficiat in Principe poteſtas, quia præcipiat aliquid in quo non poſsit diſponere, neque ex vi ſuæ diſpoſitionis iniuſtitiam, & peccatum tollere, vtique non erit illi vllo modo obtemperandum, vt iuſtè conſiderarunt, & Phyloſophati ſunt, Felin. & plures alij, in dict. capit. ſi quando, Philipp. Dec. in dict. cap. cum teneamur, numer. quarto, vbi Abbas, & communis ſchola, & poſt eos Couarrub. dict. num. quinto, cum pluribus alijs ab ipſo relatis.

66 Quæ doctrina procedit adeò, vt adhuc ſi Princeps per ſecundam iuſſionem, tertiam, vel quartam, & de negotio penitus intructus, per reſcriptionem inferioris iubeat, quod non obſtante quocumque ſcandalo, ſiuè malo prior eius voluntas, nihilominus exequatur, non ſit mandanda executioni, ex defectu poteſtatis, niſi ex vi illius clauſulæ, *non obſtante ſcandalo*, ipſum ſcandalum ceſſaret: quam clauſulam in caſu dubio credere debet, inferior tamtã virtutem habere, vt faciat ceſſare ſcandalum, vel ſignificet tale quidem eſſe, quod eius occaſione executio litterarum Principis, ſemel & iterum, idem præcipientis non ſit differenda, & talem indubio trahere debemus coniecturam, iuxta text. in capit. quid culpatur, in fin. 23. quæſtio. prima, & in capit. in præſentia de renuntiatione.

67 Igitur ſecunda iuſsio non ſolum ſimplex, id eſt à Principe nondum inſtructo procedens, ſed neque illa, quæ ab ipſo iam informato dimanat non poteſt iniquitatem, ſiuè iniuſtitiam præcepti tollere, neque temperare, parum enim, vel nihil refert, quod Princeps millies præcipiat, vnam, & eandem rem, ſi mandatum iniuſtitiam, vel peccatum contineat; quodvtique non erit obſeruandum, licet negari non poſsit magnam eſſe vim, ſecundæ iuſsionis à Principe, iam inſtructo, & informato, de qualitate negotij profluentis, & ſemper præcipientis idem: inferior namque cui conſtiterit de voluntate ſuperioris tenebitur exequi mandatũ, quod poſsit ſine peccato adimpleri; non tanta poteſtas eſt penes, ſecundam ſimplicem eiuſdem Principis iuſsionem ab ipſo, nondum inſtructo ſpõte profectã, vtpotè qui ſemel, & iterũ motu proprio voluerit eãdẽ rẽ pręcipere, quã ſecundã ſimplici ſuſsione,

non

Digitized

non obſtante poſſunt inferiores ſuperſedere, ex iuſta cauſa in mandatorum executione, contra illamque adhuc obijcere ſurreptionem obreptionem, vel aliquod aliud ſimile vitium, vt factum fuiſſe videmus, in c. conſtitutus 19. de reſcript. & hoc iure vtimur.

68 Qui text. difficilis, quippè breuiter ex dictis accedit interpretandus, cuius difficultas conſiſtit in eo quod Pontifex, ibidem non ſolum contra primas, ſed contra ſecundas litteras, & contra primam & ſecundam iuſſionem, ſuper vna, & eadem re locum dederit obiectioni ſurreptionis, vt conſtat ex illo text. verſ. *diſcretioni*, iuncto princ. ibi: *cum mandatum*, & ibi: *eis præcipiendo, &c.* Quas particulas expendebat, & conſiderabat Andr. Barbat. in eodem cap. conſtitutus, numc. nono, ad probandum dictum ſurreptionis vitium, etiam obijci poſſe contra ſecundam iuſſionem ipſamque non habere vim motus proprij, cuius proprium eſt reijcere, & relegare ſurreptionis obiectionem, iuxta tex. in c. ſi motu de præben. in 6.

69 Quam difficultatem ommiſſa ſolutione, Iaſon, in l. nec damnoſa, in fin. C. de præcibus Imperatori offerendis, & aliorum latè diſputantium, de mandatis Apoſtolicis, facile diſſolues, ſi expenderis cum iuditio, in dict. cap. conſtitutus obiectionē ſurreptionis admitti, non contra ſecundam illam deliberatam iuſſionē, quæ 71
à Principe qualitatis negotij certiore iā facto, dimanare ſolet, qui re maturus deliberata, ex certa ſcientia idē vis ſecundò loco præcipit, vt ſæpe numerò fieri conſueuit contra quam ſecundam iuſſionē, nullatenus admitteretur talis ſurreptionis exceptio: ſed mentionem fieri de ſecunda iuſſione ſimplici illa quidem, & quę ſimpliciter emanauerat à Pōtifice Maximo, nondum inſtructo, neque præcedente reſcriprione aliqua, aut inſtructione ex parte inferioris aduerſus quam ſecundam ſimplicem iuſſionem, indubitati iuris eſt, dictā exceptionem admitti, quæ ex eo admiſſa fuit, in dict. cap. conſtitutus, & diſcretioni Archiepiſcopi Senonenſis commiſſum, vt ſi animaduerteret dictas ſecundas litteras, non laboraſſe vitio ſurreptionis, de quo ibi, illas executioni mandaret, & non aliter, quo apertè cōuincitur ſurreptionis vitium tolli, per ſecundam iuſſionē prouenientem à Principe iam inſtructo, & certiore facto, per ſimplicem vero dictam ſecundam iuſſionem, non ita: in quo ſenſu capiendus eſt, text. in allegat. cap. conſtitutus, quid quid interpretes illum alia longe via communiter interpretentur.

70 Tandem vt huic prolixæ diſputationi finem imponamus, audio in quæſtione noſtra principali, nonnullos diſtinguere, an mandata Principum affirmatiua ſint, ſicuti dandi, aut faciendi, aliquid, vel negatiua non dandi, vel non faciendi, ita vt concluſio noſtra principalis, quæ docet mandatarijs integrum eſſe, ex iuſta cauſa non obtemperare, procedat, & locum habeat ſolum in mandatis affirmatiuis, non vero in negatiuis præceptis. Quæ ſententia non leuibus nititur fundamētis, & efficaciter probatur ex ſeqq.

Primò ex doctrina recepta à Theologis, & noſtris teſte Nauarr. in princip. de pœnit. diſtinct. quinta, num. ſexto, poſt D. Thom. ſecunda, ſecundæ, quæſtio. 33. artic. ſecundo, & plures alios paſsim docentes, & vſurpantes pro communi dicterio, diſcrimen illud, inter affirmatiua, & negatiua præcepta, vt priora non obligēt ſemper, & omni loco, neq; ad ſemper

Digitized by Google

ex ratione aſsignata â D.Thom, ibidem, præcepta tamen negatiua obligatoria ſint ſemper, & ad ſemper, & in omni loco, & tempore, ex qua vulgata doctrina deduci videtur iure optimo differri poſſe executionem mandatorum afiſrmatiuè diſponentium dari aliquid, vel fieri, ſine iniuria, aut offenſione aliqua eorundem mandatorum, ſecus in præceptis negatiuis, in quibus æquum non apparet, quod executio poſtponatur, vel differatur, quippè quæ ſemper, & ad ſemper omni loco, & tempore obligatoria ſint.

72 Secundò probatur eadem ſententia, quia illa eſt conditio, atque natura mandatorum affirmatiuè præcipientium, vt mandatarij non ſe opponentes directè eiſdem mandatis, neque agẽtes oppoſitum, eius quod Princeps iubet, ſed ſuperſedentes dumtaxat, poſsint interim abſtinere, ab executione, & expectare ſecũdam Principis iuſsionem: ita vt inferior inobediens non ſit, neque irroget iniuriam ſuperiori; in negatiuis vero præceptis lõge aliter res ſe habet, ijs namque mandatarius, qui mandata negatiua ſtatim præciſſe, & omninò non adimplet ex eo ſolum, quod interim ſuperſedeat, & ſe non abſtineat ab actu, vt illi præcipitur directè agit, contra id quod ſibi mandatur, & illicò inobedientiam admittit, cum iuxta negatiuum præceptũ de non faciendo, vel non dando debeat, nec facere, nec dare, & omninò parere mandato negatiuo, igitur doctrina noſtra, & concluſio, ſupra tradita, de poſtponenda mandatorum executione practicari, non debet in negatiuis, ſed ſolummodò in affirmatiuis præceptis.

73 Accedit in confirmationem dictæ ſententiæ, ſi expendas omnia, & ſingula iura, quæ liberam facultatem concedunt, ex iuſta cauſa ſuperſedendi in mandatorum executione, & ſpectandi ſecundam Principis iuſsionem loquuntur, atque procedunt non ſine dicto myſterio in mandatis affirmatiuis, vt conſtat ex dict.cap.ſi quando in vltimis verbis, ibi: (*ſi non feceris*) manifeſtè denotantibus mãdatum fuiſſe affirmatiuum cõſiſtens in faciendo, & ex dict. cap. cum teneamur, ibi: *mandatum noſtrum, pro alicuius proui ſione receperis*, & ibi: (*ſi non poteſt ei, ſine ſcandalo prouidere,*) & denique, ibi: (*non duxeris exequẽdũ,*) quę omnia, & ſingula verba apertè præferunt mandatũ ibidem fuiſſe affirmatiuum, non negatiuum, idẽque colligitur, & clarè deducitur, ex dict.§. & hoc vero, ibi: (*nihil ſuper eã omninò agit,*) & ex dict.§.deinde competens, ibi: (*non autem aliquid agens,*) cum ſimilibus dumtaxat in affirmatiuis loquentibus.

74 Verumtamen ſi rem hanc, vt oportet altiori mentis cogitatione perpendamus inueniemus quidem prædictam ſententiam, quæ ſatis cõfirmata videtur, proximè relatis fundamentis non leuem, neque vulgarem pati difficultatem, & oppoſitum videri dicendum, non eſſe conſtituendum diſcrimen circa principalem noſtram concluſionem inter affirmatiua, & negatiua mandata: ſed quod in vtriſque licitum ſit executionem poſtponere, & ſpectare ob iuſtam cauſam ſecundam Principis iuſsionẽ.

75 Etenim, vt inde incipiamus, vndẽ hæc controuerſia ducitur certum eſt in iure noſtro, quod ſub nomine, & compellatione facti comprehenditur, etiam non factum, ita vt differentia facienda non ſit, neque vis in eo quod iura loquantur, per verbum *feceris*, ſiuè *non feceris* indicant, text, in l. quarta, §. Cato. vbi

Digitized by Google

vbi gloſ.verb. *fieri*, ff. de verborum, vbi communis legiſtarum ſchola, & in §.ſi vxor. inſtit.de nuptijs,ibi,(*rectius facturus,qui ſe abſtinuerit*,) vbi ſe abſtinere, & non facere,factum appellauit Imperator,igitur curandum non eſt, quod iura in hac parte affirmatiuè, vel negatiuè diſponant, vt nuper pro prædicta ſententia, nõ ita rectè expendebamus.

Et confirmatur, quia dicta verba,
76 quæ proximè expendimus, ex dictis iuribus ſatis procedere poſſunt, & locum habere in mandatis negatiuis, ſicut in affirmatiuis,ille namque mandatarius, qui contrarium facit eius, quod ſibi etiam negatiuè mandatum eſt,revera non facit, id quod ſibi præcipitur,vt colligitur ex ingenioſa interpretatione Iuris Conſulti,in l.ſi is qui ducenta, §. vtrum, ff. de rebus dubijs, vbi docet nihil intereſſe,quod quis ſtipuletur fieri,vel nõ fieri,nullamque differentiam eſſe, inter ſtipulationem facti, vel nõ facti, cum vtraque committi poſſit,&debeat,vt ex illo tex.deducitur.

Confirmatur præterea eadem argumentatio,contra ſuperiorem ſen-
77 tentiam,quia ſi attentè cõſideremus naturam, & conditionem mandatorum,negatiuè diſponentium aliquid non dari, vel nõ fieri, inueniemus profecto attenta eſſentia præceptorum negatiuorum in eiſdem, nihil aliud eſſe poſtponere mandati executionem, quam facere contrarium non abſtinendo, vbi mandatum præcipit abſtinere,& oppoſitum faciendo, vbi præcipit non facere. Similique modo ex aduerſo,ſi perpendamus naturam præceptorum affirmatiuorum, in illis etiam ſuperſedere ab executione nihil aliud eſt, quam non facere, id quod præcipitur ergo non refert ad differendam, vel non differẽdam executionem,quod Princeps affirmatiuè, vel negatiuè diſponat.

Rurſus principaliter efficaciſsimè argumentor,contra prædictam dif-
78 ferentiam,inter affirmatiua,& negatiua mandata,ex vulg.iur.prin.quod vbi eadem omnimodoverſatur ratio eadem,quoque omninò debet procedere, & ſeruari iuris diſpoſitio, at rationes,& præcipua fundamẽta,quibus nituntur dicta iura, quando ſtatuunt ex iuſta cauſa ſuperſederi poſſe in executione mandatorum æquè currunt,atque procedunt in mandatis negatiuis,ſicut in affirmatiuis, in vtriſq; ergo eadẽ debet eſſe,&intelligi iuris diſpoſitio,& integrũ ſuperſedere mãdatarijs, ſiuè præcipiatur, illis aliquid facere, ſiue non facere. Quod autẽ in vtriſq;eadẽ ratio verſetur,inquo cõſiſtit tota vis,atq; põdus huius argumentationis, ſic probatur omnia namque,& ſingula iura,ſupra dicta nituntur, in periculo ſcandali, vel alterius mali notabilis,& pluſquã manifeſtum eſt, quod ſtante tali periculo probabili mandatum, ſiuè affirmatiuum, ſiuè negatiuum adimplendum non foret, igitur idem eſt in vtroque mandato, ſiuè affirmatiuo, ſiuè negatiuo, & in ambobus coacta iuris ratione ſuperſedendum ſit, ex iuſta, & rationabili cauſa,ne ſequatur ſcandalũ,vel aliud notabile malũ, q; probabiliter timetur.

Corroboratur vlterius eadem
79 pars ex eo, quia dabilis eſt caſus, in quo ſtante mandato affirmatiuo, ſi ſuperſedeat mandatarius, & ſtatim non exequatur, per equè offendat Principem, ſicuti eum offendiſſet, ſi ſtante mandato negatiuo id faceret, quod Princeps ipſe mandabat non fieri demus,verbi gratia,præceptum affirmatiuum tale eſſe, per quod Princeps iubeat alicui ſtatim aliquid facere,illico,ſine cunctatione aliqua

Digitized by Google

bene intelligitur,& proculdubio affirmandum eſt, perinde offendere Principem, eiuſque mandatum infringere,illum mandatarium qui ſtatim non exequitur, ſed differt,atque poſtponit executionem, ac ſi directè contra illud mandatum faceret, vt revera facit, & ſuperſedendo, ac ſtatim non exequendo, ex diametro ſe opponit, atque directè contradicit ſuperioris mandato,& eius voluntati, quippè qui præceperat rem aliquam ſtatim fieri,& non fit, ſed differtur, atque poſtponitur,in quo certè directo Princeps, & mandatum ei° offenditur,falſo igitur affirmauat, prior opinio, in affirmatiuis preceptis,poſſe ſuperſederi, ſine Principis offẽſione in negatiuis, verò nõ ita.

Propter quæ fundamenta magis
80 ſemper propendi, & inclinaui in hãc ſecundam ſententiam, vt nullum in propoſito diſcrimen conſtituendum ſit inter affirmatiua,& negatiua mandata.

81 Pro cuius controuerſiæ, & totius celebris quæſtionis â nobis diſputatæ complemento illud,ad extremum animaduerto planius, atque clarius procedere,& intelligi poſſe hanc ſecundam ſententiam,quam amplectimur,ſi demus in Republica factitatũ fuiſſe antea oppoſitum eius, quod Princeps mandat, non fieri, quò caſu rectiſsimè, & ſine offenſione aliqua legitima ſubſiſtente cauſa poterunt executores poſtponere, atque differre mandati executionem, & quaſi permittere factum negatiuo Principis mandato iam oppoſitum, atque contrarium eo prętextu,quod priuſquã emanaret mandatum,ita fiebat, ex quo capite integrum erit mãdatarijs ſuperſedere, neque exequi mandatum, etiam negatiuum, vſquedum Princeps ipſe conſulatur.

Summaria ad Controuerſiam 6.

1 *Merito in diſputationem vocatur, qualis,& quanta fides adhibenda ſit litteris ſuperiorum,& an illis ſtandum ſit,interim dum contrariũ non oſtenditur.*

2 *Nomine iudicum ordinariorum, nõ tantum Epiſcopi,verum etiam alij inferiores ordinarij intelliguntur.*

3 *Appellatione diœceſani continentur,etiam inferiores,qui non ſunt Epiſcopi, quod notatu dignum eſt, & conducit ad ſtatuta, & multa Decreta Tridentini,in quibus aliquando ordinarij,aliquando diœceſani mentio habetur.*

4 *Videtur quod litteris Epiſcopi, vel alterius ordinarij,ſine teſtibus fides nõ ſit adhibenda,quemadmodum inſtrumento Notarij publici, ſine illis non creditur.*

5 *Speciale eſt ſemperque fuit in Romano Pontifice, vt credatur eius litteris in quibus ſe aliquem ex communicaſſe, vel ſuſpendiſſe, vel aliud aliquid feciſſe narratur, quæ ſpecialitas firmat in alijs regulã in cõtrariũ.*

6 *Inſtrumentis á Rege confectis non fuit adhibita fides,in cap. cum dilectus, de fideinſtrumento.niſi mediante cõſuetudine,quæ optimo iure ibi ponderata fuit.*

7 *Si litteris Epiſcoporum fides præſtanda eſſet, donec contrarium oſtenderetur daretur Epiſcopis occaſio ſcribendi litteras cõtra veritatem,& in fraudem,& præiuditium aliorum, multoties in iure nõ creditur iudici; neq; ipſimet ordinario,aut ipſius vicario vocẽ.*

Digitized by Google

8 *Referuntur plures glossæ, & DD. tenentes litteris Prælatorum fidem adhibendam esse, donec contrarium nõ ostendatur, atque id deducentes, ex c. post cessionem 7. de probatio.*

9 *Dubius, & dificilis est articulus hic de litteris superiorum, quæ, & quanta fides illis habenda sit, vt deducitur ex opinionum varietate.*

10 *Authenticum á dictione græca (authẽticos) proprie dicitur, id quod per se, vel ex se authoritatem habet, & accipitur multis modis, sicut etiam scriptura authentica, est illa, quæ ex se, & ex suomet authore, absq; alio adminiculo fidem habet, & appellatur originale, à qua omnia exemplaria transcribi possunt, de quibus in c. quoniam de probat. & in c. 1. & vlt. de fide instrumentorum.*

11 *Authentica dicuntur, quæ ex se fidem habent, etiamsi publica non sint bene enim potest esse instrumentum authẽticum, & non publicum, sicut priuata scriptura cum sigillo authentico fidem facit, non tamen est scriptura publica, vt vtrumque probat tex. in c. 2. de fide instrumentorum.*

12 *Exponitur ex mente schola communis Alex. 3. responsum, in d. c. 2. de fide instrumentorum.*

13 *Sed aptius eundem tex. exponit Dec. & instrumenta alia sunt publica, in lata significatione alia stricté, & proprie talia, alia vero priuata, & vnũ quodque sigillatim exponitur, et suis iuribus adaptatur.*

14 *Scripturæ priuatæ variæ species referũtur, quæ sub cõmuni nomine scripturæ priuatæ proprié cõtinentur.*

15 *Non possunt Principes quantumbis supremi facere, quod fides adhibeatur exemplaribus, seu scripturis non authenticis in præiuditiũ alicuius partis, pro qua doctrina inducitur, c. 1. de fide instrumentorum, & plures authores referuntur.*

16 *Intelligitur tex. in c. primo, de fide instrumentorum, vt Princeps per illa verba nullam sibi inuxerit necessitatem.*

17 *Consuetudo potest efficere, vt scriptura aliàs non authentica fides adhibeatur, & cõsequẽter Princeps maximé, cum id sit res iuris humani, quod non authenticis non credamus.*

18 *Non est admittenda distinctio inter absolutam, & ordinariã Principis potestatem maximè, cum per potestatẽ ordinariã Princeps supplet, & tollat in vim dispẽsationis solemnitates & cætera, quæ iuris humani sunt.*

19 *Rursus intelligitur tex. in d. c. 1. de fide instr. vt illa verba (nõ possumus) accipiantur, vt non possit Princeps secundum regulas iuris communis, quas in decidendis causis seruare tenetur, & ita vbi non dispensauerit, ex iusta causa, quod facere potest, & aliquando in præiuditium tertij.*

20 *Poterit Princeps statuere per legẽ, vt in aliquo casu, & similibus fides adhibeatur exẽplaribus, non authenticis non tamẽ, quod generaliter, & in omnibus negotijs præstetur fides instrumentis non authenticis.*

21 *In his quæ pertinent ad officiũ Episcopi, vel alterius ordinarij Regis, vel Principis, nisi aliqua suspitio fraudis, vel aliud obstet credẽdũ est, litteris illorum sigillum habẽtibus, quãdiu contrarium non probatur, etiam si testes in illis defficiant.*

22 *Referuntur authores, & glossæ prædictam conclusionem tenentes.*

23 *Eadem conclusio ex multis iuribus suadetur.*

24 *Equiparãtur in iure instrumẽtũ publicũ, & litteræ authenticæ habẽres sigillũ authenticũ, & litteræ ordinariorum, in his quæ spectant ad ipsorum officium authenticæ sunt.*

25 *Similiter sigillum capituli vniuersalis, & similiũ, in his quæ ad ipsorum*

officium, & poteſtatem ſpectant publicum eſt, & authenticum ratione publici officij.

26 *Confirmatur ex vſu recepto Eccleſiæ Romanæ, quæ iam diu litteris ſuperiorum, ſigillatis fidem ſemper adhibuit.*

27 *Sed non lebiter obſtat, quod in his iuribus, in quibus aſſeritur litteris ſuperiorum fidem adhibẽdam eſſe, nulla fit mentio ſigilli, & refertur intellectus, ad cap. poſt ceſſionem, de probationibus.*

28 *Quid dicendum ſit in ea dubitatione, an requirantur teſtes, nec ne, vt litteræ ordinariorum fidem faciant.*

29 *Modus loquendi Romanorum Pontificum, vulgo non ſatis animaduerſus, qui dictas litteras, aliquando ſimpliciter litteras appellant, aliquando ſigilla, pro qua forma loquendi expendantur, nonnulla iura.*

30 *Quodnam ſigillum dicatur authenticũ referuntur plures Doctores, & nonnullæ leges allegantur.*

31 *An & quando ſigillum publicum, vel priuatum præſumatur appoſitum inſtrumento, de voluntate illius cuius eſt.*

32 *Suſtinetur concluſio, quod dictis litteris, ſigillum habentibus credendum, eſt etiam ſine teſtibus, & non obſtãt obiectiones.*

33 *Satisfit obiectioni gloſſarum, quod iura nõ fecerunt mentionem ſigilli cõſtituendam eſſe differentiam, inter teſtimonium viuæ vocis, ſeu verbalem aſſertionem Epiſcopi, vel alterius ordinarij.*

34 *Suadetur d. diferentia, ex c. cum à nobis 28. de teſtibus.*

35 *Notario teſtimonium ferenti, in quauis cauſa non creditur, dum extra ſuũ officiũ, facit, eiuſdem tamẽ litteris, rite confectis fides adhibetur, et idem iuditium eſt. de Epiſcopo, vt ordinario, vel vt priuato.*

36 *Tam lex, quam generalis conſuetudo, approbat ordinarios ad ſcribendas, & ſigillandas litteras, in his quæ ad ipſorum ſpectant officium.*

37 *Doctores, qui tenent litteris, etiam cũ ſigillo Epiſcopi, vel ordinarij, nõ eſſe credendum, abſque teſtium, vel notarij interuentu intelligendi ſunt, ſuper his quæ non pertinent, ad ipſorũ officium.*

38 *Epiſtola familiaris Epiſcopi, vel cuiuſuis ordinarij alterius, etiam cum ſigillo in alterius præiuditium fidẽ non facit, etſi eidem Epiſcopo præiudicare valeat.*

39 *Sigillum Epiſcoporum, ſupplet vicem teſtium, qui requiruntur in inſtrumento notarij.*

40 *Id quod dici ſolet plus credi ſcripturæ tabelionis, quam iudicis, vel Epiſcopi intelligendum eſt in caſibus, in quibus Epiſcopi ſcriptura, vel nõ habet ſigillum authenticum, vel emanauit, ſuper his quæ ad Epiſcopi officium non ſpectant.*

41 *Obijcitur tex. in c. quoniam contra de probat. vbi iudici non creditur, in his quæ ad eius officium ſpectant, & aſſignatur intellectus, vt procedat in iuditialibus, non in extraiuditialibus, vt in ex communicatione, de qua ibi.*

42 *Reijcitur prefata diferentia, quam commentitiam potius, quam veram exiſtimat author, ex his quæ ſupra traddidit circa notarium, cuius inſtrumento creditur in iuditio, abſque teſtibus.*

43 *Aſſignatur verus intellectus ad dictum c. quoniam contra.*

44 *Aſſignatur intellectus, ad c. cum dilectus, de fide inſtrumentorum, dum conſuetudinis mentionem facit illãque ponderat.*

45 *Cõſuetudo efficere poteſt, vt litteris Epiſcopi, vel alterius ordinarij credatur indiſtinctè, etiam in his quæ*

ad

Digitized by Google

ad illius officium non pertinet.

46 Ex tex.in d.c.cum dilectus descendit praxis, vt credatur litteris confectis perscribas electos á Capitulis Cõuentis, vel Collegijs, aut confraternitatibus.

47 Litteris Romani Pontificis speciali prærrogatiua integra adhibetur fides, quæ in eo consistit, vt in contrarium directa probatio, non admittatur, quæ vtique contra litteras ordinariorum admittenda erit, & intelligitur Clementi 1. de probat.

48 Litteris Papæ creditur, circa narrationem, id est circa ea, de quibus principaliter non disponunt, litteris verò Episcoporum non ita.

49 Ante dictam Clementinam non habuerunt fidem litteræ narratiuæ Romani Pontificis.

50 Non est præsumenda fraus in eo qui, publicum officium exercet, & multominus in Episcopo, sicut neque in notario scribis nuntijs custodibus agrorum deponentibus, circa ea quæ ad suum officium.

51 Existente aliqua suspitione fraudis fides adhiberi non debet litteris Episcopi, quantumcunque sigillatis, nisi insuper testis, vel notarij, aut alia sufficiens probatio concurrat, & intelligitur tex. in c. 1. de procurat.

52 Intelligitur tex. in c. cum tu, 16. de testibus ponderatis eius verbis.

53 Intelligitur text. in c. conquerente de restitutione spoliato. vt procedat, quia Episcopus ibi spoliando Rodericum eius aduersarium se constituit.

54 Quamuis inimicitia spoliatoris extinguatur omninò, per restitutionem, et ius accusandi auferatur, nihilominus spoliator nõ poterit de causa cognoscere.

55 Dubitat author de prædicto intellectu ad d.cap. conquerente, & illum confundit, ex verbis eiusdem text.

56 Vrgentius ex speciali consideratione cõfundirur, dictus intellectus, & peculiaris ratio assignatur, quare in d. cap. conquerente, non potuit Archiepiscopus ille de causa cognoscere.

57 Alia consideratio ad d. cap. cum tu de testibus, vt ibi non constet, excommunicationem prolatam fuisse ab ipso Archiepiscopo.

58 Vtrum ex communicatus maiori procurator constitui possit, vna sententia tenet, nõ posse, etiam pro reo, nec valere mandatum, quinimò corruere omnia ab ipso gesta ipso iure.

59 Ponderatur pro dicta sententia, d. cõ post cessionem.

60 Consideratur pro eadem sentẽtia vdi excommunicati, & quod officiũ procuratoris, saltim authoritate publicum sit.

61 Sed merito á sententia recesserunt Nauarr. & alij.

62 Fulcitur argumentis oppinio Nauarri & sequatium.

63 Omnes actus priuati ab excommunicato gesti valent, exceptis aliquibus speciatim, iure expressis, quod probatur inductione facta, per omnes cõtractus.

64 Probatur dicta propositio adhibita subtili consideratione, quod excommunicatus non prohibetur directè contrahere.

65 Rursus ponderatur pro eadem sententia, quod excommunicatus saltũ prohibetur esse procurator, ex regula qua stare in iudicio prohibetur.

66 Expenditur in idem c. decernimus de sententia ex communicat. in 6.

67 Expenditur etiam quod officium procuratoris est vile, ita vt illius capax sit, etiam infamis, & sic non inconuenit, quod excommunicatus illud exerceat.

68 Probabiliorem, & certiorem dicit author sententiam aientem excommunicatum procuratorem cõstitui pos-

ſe, & valere omnia geſta peripſum.

69 *Declaratur quare in d. c. poſt ceſſionem expenderit Pontifex tempus acceptationis.*

70 *Probatur efficaciter, quod non expenderit tempus acceptationis ad irritandum mandatum.*

71 *Reſpondetur aliquibus conſiderationibus, pro contraria ſententia adductis, & ponderatur, quod quamuis vſus procuratorum fuerit authoritate publica comprobatus, nihilominus ſingulorum procuratorum conſtitutio, eſt actus omnino priuatus.*

72 *Actus omnes quos lex ciuilis inuexit, vel comprobauit non ad publicã, ſed ad priuatam vtilitatem pertinent.*

73 *In quibus procedat æquiparatio, inter excommunicatum, & deportatum, & quod excommunicatus, ſiue pro reo, ſiue pro actore conſtitui poſſit procurator, quamuis repellendus ſit.*

74 *Sed obſtat, quod reus excommunicatus admittitur in iuditio, nec repelli poteſt ergo nec eius procurator repelli poterit contra communem.*

75 *Non debet repelli excommunicatus ab officio procuratoris, quando quidem alia viles perſonæ non repelluntur.*

76 *Longa differentia eſt inter hoc, quod eſt admittere excommunicatum pro ſe ipſo, vel pro alio.*

77 *Verius eſt reum excommunicatum nõ ſolum ex honeſtate, ſed ex neceſſitate debere procuratorem conſtituere.*

78 *ſtante prædicta veriori ſententia differentia eſt inter actorem & reum, excommunicatum, quod actor, nec per ſe, nec per procuratorem reus vero, licet non per ſe tamen, per procuratorem ſtare poteſt in iuditio.*

79 *Excommunicatus repellitur á procuratoris offitio, non propter dignitatẽ, aut honorem eiuſdem offitij, ſed propter periculum communionis, & offitium procuratoris de iure Canonico, per viles, & infames exerceri non poteſt.*

80 *Procurator excommunicatus, ſi aliàs ſubſtituendi poteſtatem habeat, bene poterit ſubſtituere.*

81 *In his quæ excommunicatus facit, tanquam priuatus non eſt faciendæ differentia, quod ſit occultus, vel publicus, & inducitur, §. ſed cum aliquis inſtit. de teſtamentis.*

82 *Verius eſt excommunicatum antequã denuntietur poſſe vitari, & intelligitur extrauagans ad vitanda ſcãdala.*

83 *Prædicta de procuratore excommunicato non procedunt in eo, qui procurator eſt, ad impetrandum, ſed ad iuditium exercendum, & ponderatur antiquus ſtilus Curiæ.*

84 *Opponentes excommunicationem nõ debent exprimere, an ſit maior, vel minor, & intelligitur tex. in c. 1. de excepr. in 6.*

85 *Rurſus explicatur, d. c. pia de exceptio. in 6. & verbum (ſpecies) ibidem vſurpatum.*

86 *Intelligitur tex. in c. dilectus el 1. de reſcript. vbi copulatiuè requiritur mentio, de cauſa amotionis, & de cauſa excommunicationis, ex quo magis confirmatur intellectus ad dict. c. pia.*

87 *Non ſat eſt narrare factum, ſed oportet exprimere ſeriè, & cauſam eiuſdem facti, ne committatur ſurreptio & aliquando in praxi, quæ á iure deſcendit magis attenditur, & prevalet cauſa facti, quam ipſum factũ.*

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA 6.

Vtrum litteræ ſuperiorum Epiſcoporum vniuerſitatum, & ſimilium iudicum ordinariorum, fidem faciant: ita vt illis ſtãdum ſit, donec contrarium oſtendatur.

1 NON parum affinis videtur, præſens controuerſia diſputationi præcedenti: in qua latè differuim° de obſequio, & obedientia præſtanda â ſubditis, & inferioribus Regum & Principum litteris, atque mandatis: & quęmadmodum illis parendum ſit, quare merito in examen, & diſputationem vocamus, præfatis litteris, qualis, & quãta fides adhibenda ſit & an illis ſtare debeamus interim dum contrarium non oſtenditur.

2 Prius tamen opus erit impedimẽtum auferre, & explicare nomine iudicum ordinariorum, qui in hac parte intelligendi ſint: ne ex ignoratione terminorum, vt plerunque euenire ſolet, in æquiuoco laboremus: ſanè non tantum Epiſcopi intelliguntur, verumetiam alij inferiores ordinarij teſte Philippo Decio, in c. poſt ceſsionem, nu. 2. Felino nume. 1. de probationibus, vbi obſeruarunt omnes poſt Abbatẽ in principio, & traddunt relati â Maſcardo, concl. 990. â num. 1. Secundum quos, niſi materia ſubiecta, vel aliæ circunſtantiæ, oppoſitum ſuadeãt, appellatione ordinarij, non ſolum continetur Epiſcopus, verumetiam quicũque alius, etiam inferior ordinarius, gloſ. 1. per text. ibi, in c. ordinarij de officio ordinarij, in 6. gloſ. verb. *loci*, in cap. quã quã de vſuris, illo libro, & in clemẽt. 1. verb. ***ordinarium***, vt lite pendente, quas ſequuntur Doctores illic, & in d. c. poſt ceſsionem.

3 Quinimò appellatione Diæceſani, continentur etiam ciuſmodi inferiores, qui non ſunt Epiſcopi, gloſ. in clemen. 1. verb. *diœceſanos*, de foro compet. quã probant Doctores communiter, ex Couar. in c. Ioannes, nu. 1. de teſtamentis, cõtra gloſſam 1. in clement. 1. de vita, & honeſtate, & in clement. 1. verb. *diœceſanos*, de iure patronatus: quæ poſſunt intelligi, vt per eundem Couarr. ſic etiam appellatione Prælati continẽtur, & ij qui Epiſcopi non ſunt, gloſ. verb. *proprij*, in clement. 1. de rebus Eccleſiæ, vt per eundem Couarrubiam vbi proximè. Quod notatu dignum eſt ad ſtatuta, & multa decreta Sacroſanctí Cõcilij Tridentini, in quibus aliquando ordinarij, aliquando vero Diæceſani mentio habetur.

4 Qua explicatione, ſeu acceptione iudicum ordinariorum breuiter præ-

Digitized by Google

præſuppoſita, vt controuertẽdo more noſtro diſputationem hanc incipiamus, pro parte negante, quod litteris Epiſcopi, vel alterius ordinarij, non aliter fides adhibenda ſit, quam ſi teſtes in illis inſcripti fuerint, ex eo probatur, quod inſtrumento Notarij publici non creditur, abſque teſtibus, qui neceſſario interuenire debent: vt docet communis ſchola per Couarrubiam relata practicar. capi. 20. num. 4. ex authent. de inſtrumentorum cautella, §. ſed etſi inſtructa, & ex gloſſa in l. generali. C. de tabularijs, lib. 10. Nec occurrit ratio, ob quam maior his litteris, quam inſtrumento publico, Notarij fides adhiberi debeat, quo fit, vt dicendum videatur Principum, ſeu Epiſcoporũ communitatum, & ſimilium iudicum ordinariorum, litteras fidem non facere, nec illis ſtandum eſſe, interim dũ contrarium non oſtenditur.

5 Maxime, cum ſpeciale ſit, fueritq; ſemper in Romano Pontifice, vt credatur eiuſdem litteris in quibus ſe, aliquem excommunicaſſe, aut ſuſpẽ diſſe, vel aliquid aliud feciſſe narratur, clement. vnica de probationibus, traddunt latè Aymon de antiquit. 1. p. in prin. à num. 9. & 20. cum ſeqq. & in cap. propoſitum à princi. Coſmas, in pragmatica, tit. de ſublatione clementinæ litteris, Rebuffus ſub eodem tit. de probationibus, in concordatis latiſsime Gabr. etiã ſub tit. de probationib. concl. 2. Mantua, dialogo 79. & Menochi. conſ. 100. à num. 17. ex qua ſpecialitate non difficulter, imò aperte deducitur in cæteris omnibus Prælatis inferioribus ſtare regulam in contrarium, quod eorũ litteris credendum non ſit.

6 Et confirmatur mirum in modum dictum argumentum ab ſpeciali, ſi cum Pontifice Maximo, in cap. cum dilectus, verſ. *ſuper*, de fide inſtrumẽ torum conſideremus neceſſariã ibi fuiſſe, & iure optimo ponderatam cõ ſuetudinem ad effectum, vt inſtrumentis à Rege ipſo confectis adhiberetur fides, vt optime adnotauſit Couarr. practicar. 22. hume. 8. poſt Crauettam vbi ſupra, in §. viſo, à nu. 26. Philippum Decium num. 9. in cap. 2. de probationib. & communem ſchola, in dict. cap. cum dilectus, vnde non ſolum probabiliter deduci, ſed manifeſtè conuinci videtur, abſque conſuetudine illa, nec ipſiusmet Regis inſtrumentis fidem adhibendam fuiſſe, nedum aliorum Principum, aut iudicum inferiorum communitatum, & ſimilium litteris, reſcriptis, ſiuè mandatis, abſque alijs adminiculis expeditis.

7 Vnde Iacobus Menochius præſumpt. 57. num. 14. poſt Dominum Couarrubiam in practicis. c. 22. ante finem Felinum, Decium, Antonium Calderinum, & alios ab ipſo Menochio relatos dixit litteris, etiam cum ſigillo Epiſcopi, vel ordinarij non eſſe credendum, abſque teſtium, vel Notarij interuentu: & certe ſi litteræ Epiſcoporum, & ſimilium iudicũ ordinariorum fidem facerent, ita vt illis ſtandum foret, donec non oſtenderetur contrarium magna præſtaretur occaſio Epiſcopis, alijsque Prælatis, & iudicibus ordinarijs mala fide, & contra veritatem litteras ſcribendi, ac ſigillandi in fraudẽ, & præiuditium aliorum, quare multoties in iure noſtro non creditur iudici, etiam ordinario procedenti in his, quæ ad ipſius ſpectant officium, ex reg. cap. quoniam contra, de probationibus, & alijs adductis per gloſſam 1. in dict. capi. poſt ceſsionem, verſ. *ſed contra videtur*, & in cap. curæ 11. quæſt. 3. nec ipſimet ordinario aliquid aſſerenti, aut ipſius viuæ voci fides præſtari debet, vt argumentabatur

Digitized by Google

batur,d.gloſ.1.dict.verſ.*ſed contra videtur*, & gloſ.in d.cap.curæ, ex quibus,& alijs, quæ obijciunt prædictæ gloſſæ,& referre opus non eſt fulcitur,non leuiter pars negans,quæ aſſerit litteris Epiſcoporum, & ſimiliũ iudicum ordinariorum fidem adhibendam non eſſe,ita vt illis ſtandum ſit, donec oſtendatur contrarium.

8 Sed oppoſitã omninò ſententiam vulgus Doctorum elicere conſueuit ex tex.in d.cap.poſt ceſsionem 7. de probationibus, qui de prædictis litteris ſermonem inſtituens illis quidem ſtandum eſſe docuit, vt poſtea tradiderunt gloſ.1. & omnes ibidẽ gloſſa & alij,in d.cap.curę adducentes text.vbi gloſ.3.in cap.cum in Eccleſijs de maioritate, & obedientia, & in c.cum â nobis 28. verſ. *nec*, vbi gloſ.4.cum ſequentibus,de teſtibus, & elegans reſponſum Põtificium, in cap.ea noſcitur,vbi gloſ.1.de hisquę fiunt à Prælatis, cum alijs citatis ab eadẽ gloſ.1.vbi reſoluũt omnes poſt gloſsã vltimâ ibi,In c.2.& in c. quod ſuper per illũ tex.verſ.*ignota*,vbi glo. de fide inſtrumentorum, traddunt Rotta noua 1.ſub.tit. de probationibus,aliâs 22. in nouis, & in antiquis 16.ſub eodem tit.aliâs 397. poſt multos, Maſcard.ſub eodem tit. conclu. 990.Menoch.de præſumptionib.lib. 2.præſumpt.57.à num.13.Rodericus Suarez allegat.13.num.17.Rebuff.in praxi,tit.forma litterarum tonſuræ, num.18.& 20,& tit. forma dimiſſoriarum,num.37. qui id ipſum notant ad varios iuris articulos,in quibus ordinariorum litteris creditur.

9 Ex quibus articulus hic, dubius profecto, & difficilis eſt, adeo vt ob præfatas difficultates in varias opiniones interpretes diſtracti ſint, vt ſatis conſtat ex AEgidio de Bellamera â num.15.Abbas â num.3.verſ. *primo*,in d.ca.poſt ceſsionem, vbi vndę tim proſequitur in hac re diuerſas opiniones,& antea tres retulerat,gl. 1.ibidem, & gloſ. in d.cap.curæ, vbi Doctores,ita vt non ſatis appareat, quæ nam ſit verior,aut receptior.

10 Erit tamen operæprætium, priusquam ad præſentis Controuerſiæ definitionem accedamus, nonnulla obſeruare,& primo authenticum, tam iure, quam apud bonos Auctores â dictione græca, *authenticos*, propriè dici id quod per ſe,vel ex ſe,outhẽti cum vulgo auctorizatum eſt,ſicut enim græcè, *authentis*, & Latinè, author,is proprie dicitur,qui ipſe facit, & non ab alio accipit, nec pendet; ſic authenticum nuncupatur illud, quod ex ſe certum habet authorem, â quo certam,& non aliunde petitã fidem,& authoritatem habet: vt colligitur ex textu,in c.1. & 2.de fide inſtrumentorum,l.2.ff.eodem,l. 4.in fine,l.Pomponius 8.ibi:*authenticæ rationes*, ff.familiæ herciſcundæ, c. vt circa 4.verſ.*quodam*;ibi: *perſonis authenticis*, vbi gloſ. & DD. de electione in 6.traddunt Calepinus,& Theſaurus, & ex Budeo,& alijs Couar.c.19.practic.num.1.Alciat.2. Parergon.c. 46. Rebuffus in l. Silua. §. noualia, verſ. *nouelle*,ff.de verbor. ſignificat. & alij inde inferentes,cur liber nouellarũ Iuſtiniani,& authenticorum,*volumẽ*, dicatur : Sic planè licet multoties cõmuni, & generali nomine, ſcriptura, ſeu inſtrumentum authenticũ, dicatur omne illud,quod vndecumque fidem,& authoritatem habet; ac ſubinde authenticum ſecundum latam ſignificationem multipliciter accipiatur, vt colligitur ex cap.2.de fide inſtrumentorum, & ex gloſ. 1. & ſchola communi ibidem,in cap.1.eodem tit.Speculatore,tit.de inſtrumẽtorum editione,§.nunc dicendũ Couarrubia,vbi ſupra,& Gregorio, ad l.11.tit.18.part.3. in gloſ. 1. ſtrictè tamen,

mẽn, & propriè loquendo ſcriptura, vel inſtrumentum authenticum, id tantum dicitur quod ex ſe,vel quaſi ex ſuomet authore, abſque alio adminiculo authoritatem,& fidem habet,& vulgo appellatur originale, tã quam prima ſcriptura fons & origo rei,à qua omnia exemplaria tranſcribi,& deduci,&ad quam ſuper dubijs ea in re contingentibus recurri debet.De quibus originalibus habetur in cap.quoniam,ibi : *ita quod originalia,&c.*de probationibus,& in capit. vltim.de fide inſtrumentorum, traddunt Doctores,in dict.c.1.eodẽ titu. gloſ.in dict.l.2.ff.de fide inſtrument. & in c.ieiunium,verb. de riuulis 76. d.Couarrubias, & alij, vbi ſupra : & paſsim alibi,frequenter accipientes, originale,pro authentico, & è conuerſo:intendit text.in l.vltim.ff.quẽadmodum teſtamenta, vbi originale & ſolemnẽ,dicitur authenticum, ad differentiam exempli: & ſatis Romanus Pontifex Gregorius,in d. cap.1. dum agit, *ſi attendiſti*, de authentica ſcriptura ad differentiam exemplarium,vt conſtat ex breuiſsimis illius Decretalis verbis,ibi: *Si ſcripturam authenticam non vidimus ad exemplaria, nihil facere poſſumus.*

11 Ex qua obſeruatione proficiſcitur alia, non minus vtilis ad noſtræ Controuerſiæ reſolutionem:præſupoſito,quod authentica dicũtur omnia illa,quæ ex ſe ipſis vim,& authoritatem habent, etſi publica nõ ſint, vt aduertunt Abbas, Decius, & omnes,in cap.2.de fide inſtrumentorũ, Abbas num.2.& alij,in d.cap.1.eodẽ tit. Secundum eos tamen, licet omnia publica, ex ſe authentica ſint, & è conuerſo:tamen non omnia authẽtica publica ſunt.Vndè licet priuata, cum ſigillo authentico fidem faciãt, & authentica ſint,iuxtà d.cap.2. non tamen ſunt publica, vt ex eodẽ textu,notat abbas 1.notabili contra Innocentium,Antonium,Immolam,& alios ibidem in principio.

12 Dũm autem Pontifex Alexander. III.in dict.cap.2.initio,ſcripturã authenticam nuncupauit,quam in fine eiuſdem textus,nullius firmitatis robur habere dixit,Hoſtienſis, Abbas, num.1.& communis ex Decio,num. 4.intelligunt,principium quidem,referri ad allegationem, quia ſcilicet, ſcripta allegabantur authentica:finẽ vero ad veritatem; ſecundum quam conſtitit talem ſcripturam authenticam non eſſe.

13 Sed aptius meo iuditio videtur,cũ eodem Decio,principium agere, de, ſcriptis, quæ ex ſe erant authentica ex teſtibus inſcriptis, quandiu ij viuebant, eiſdem tamen decedẽtibus, nullum firmitatis robur habent & ſic iam non ſunt authentica ab eventu: vt inquit ille tex.in fine. Vndè vlterius expediet ſubnotare ſcripta, ſeu inſtrumenta alia eſſe publica, quæ ſecundum latam acceptionem multis modis publica dicuntur.vt traddunt Angel.in authentic. de inſtrumentorum cautella.num.5. Speculator ſubtit. de fide inſtrumentorum, §. nunc dicendum,in princ. Innocentius, in in dict.cap.2.& in cap.1.eodem titu. vbi Abbas num.2.& alij : alia publica,quæ ſtrictè,& propriè, & frequenter ea dicuntur,quæ à publica perſona,& ſic â tabellione,qua talis eſt, in publica forma ſcribuntur,aut deducuntur,ex dict.cap.2. de fide inſtrumentorum,ibi:*niſi per publicam manum confecta ſint,ita quod publica appareant.* Deniq; alia eſſe,ſcripta priuata,qualia ſunt omnia, quæ publica non exiſtunt,ſed â priuatis, & etiam â tabellione,qua priuatus eſt ſcribũtur.iuxta Innocentium, & communem, in dict.cap.1. & poſt alios Abbas d. nu. 2.Maſcardus quæſt.6.nu.79.per textum,

Digitized by Google

tum in l.scripturas,vbi glos.verb. *notarij*,& Doctores,C.qui potiores,l.instrumenta,C.de probationibus, l.cõparationes in princip.C. de fide instrumentorum,Rebuffus ad ll.Galliç, 1.tom.titu.de Chirographorum, seu schedularum,in præfatione,à nume. 11.& 8.

14 Licet autẽ scripturæ priuatæ, multis npminibus dicantur, & variæ sint earum species,scilicet Apocha, Anthapocha, schedula,alias *cedule*, Chirographum,Epistola, ad quam litteræ Cambij, reducuntur,&libri rationum,cum similibus glossa,& Doctores,per tex.ibi,in l.plures,&in.d.l.cõparationes,C.de fide instrumentorũ Abbas ybi supra in fine Salicetus, in authent.si quis,C.qui potiores, Cortasius,in l.admonendi à num. 48. ff. de iure iurando,Mascard.num.26.& Rebuffus à num.13.vbi supra,omnes tamen eiusmodi species, sicut,& denominationes,sub generali,& communi nomine scripturæ priuatæ,propriè continentur,secundum præcitatos.

15 Tandem animaduerto Summum Pontificem,aut Principem quemcũque alium,non posse efficere, quod fides adhibeatur exemplaribus, seu scripturis,non authenticis in præiuditium alicuius partis, vt notat Abb. notabili.2.Decius n. 2.Felin.in princi.& alij,in d.c.1.de fide instrumentorum,vbi Gregorius Põtifex Maximus,de se ipso loquens,dixit: *Si scripturam authenticam non habemus ad exemplaria recurrere non possumus*: traddidefunt Ludouicus Romanus,vbi additio singulari.716.Couatrubias practicar.21.num.2.Mascard.concl.711. num.14.Padilla nu.1.in l.3. C.de diuersis rescriptis,post Pinellum in Rubr.de rescindenda, 1.part.c.2.nu.13. qui testatur se obtinuisse in praxi:ne aliter tertio ius habenti, & cuius interest exẽplaribus,vel scripturis eiusmodi fidem non haberiPrinceps præiuditium inferre videatur:contra l.2. §.merito,& §.si quis, ff.ne quid in loco publico,& c.quamuis 8. in fin. de rescriptis in 6.

16 Circa quam obseruationem,& responsum Pontificium,in dict.c.1.ver. *non possumus*, placet adnotare illa verba, *non possumus*, quę primo aspectu necessitatem, & quasi quodam præceptum præseferre videntur:nullam tollere ipsi Principi potentiam, nec vllam ei,per legem inducere necessitatem in hac parte, præter eam quę ipsi Principi incumbit ex lege naturali,secluſa lege humana positiua;cũ Princeps non possit legem sibi dicere,à qua non liceat recedere,l.digna vox,C.de legibus,c.innotuit de electione,quod eleganter,& in hac nostra specie,probat Fortunius, in l. Gallus in princip.colum.16.& sequentibus, adhuc tamen rectè probat ille text. id quod schola cõmunis ex illo desumpsit, nempè Summum Pontificem,aut Principem quemcumque alium,non posse statuere,quod fides adhibeatur scripturis, non authenticis in alicuius tertij præiuditium.

17 Sed obstat, tum,quod consuetudo póteſt efficere, vt scripturæ,aliàs non authenticæ fides adhibeatur, c. cum dilectus 9.vers. *super*,de fide instrumentorum;ergo & Princeps Supremus,qui lege & consuetudine superior est: cum etiam, quia quod fides non adhibeatur exemplaribus, & scripturis,eiusmodi totum prouenit,& pẽdet à solo humano iure,nec vllo naturali, aut diuino præcipitur, & authoritas iudicis,sicut; & solemnitas iuris,quibus interuenientibus exẽplaria legitimè exemplata fidem faciunt,c.penult.& vltimo,de fide instrumentorum, possunt, à Supremo Principe suppleri,&tolli,ex reg.cap.

pro

Digitized by Google

propoſuit,ibi: *de iure poßumus contra ius*, de conceſsione præbendæ, cum vulgaribus,idque ſatis intenduntHoſtiēſis per illum tex.in c.2.de fideiuſſoribus,vbiAntonius,& Immola,Decius n.3.& Feli.1.in dict.ca.1.de fide inſtrumentorum: & in effectu nō negant,Abbas dict.notab.2.& alij dum fatentur,& ſupponunt,poſſe Principem,lege ſtatuere,quod exemplaribus fides adhibeatur contra tex.in d. ca.1.& ſimiles.

18 Nec ſatisfacit eiuſdem Abbatis,& aliorum ſententia,dum diſtinguunt inter poteſtatem ordinariam,& abſolutam, ita vt iuxta priorem, non poſsit Princeps,contra vero iuxta poſterioremtum quia,vt aliàs notari ſolet ab interpretibus,in c. ſi gratioſè de reſcriptis in 6.eiuſmodi diſtinctio,non ſatis probatur iure,& iuxta veriſimā ſententiam Alciati,Fortunij,Couarrubiæ, & aliorum, quos refert & ſequitur Pinellus vbi ſupra,nu.21.Sarmiento,1. Selectarum,capi.8.nu.20. & additio ad Bernardum, regu. 209. ampliatione 4.in Principe præſertim Catholico,non eſt admittenda abſoluta poteſtas,quæ nu[illegible]mortalium(*cū omnes ea aburi poſſent*) conceſſa eſt,aut concedi debuit. Deindè quia per poteſtatem ordinariam Princeps ſupplet,& tollit,in vim diſpēſationis ſolemnitates,&cætera,quæ iuris humani ſunt,nec opus eſt poteſtate abſoluta,d.c.propoſuit,ibi,*de iure*.

19 Vndè, iam diu cogitaueram probabilius videri hanc animaduerſionem noſtram Scholam communem, & textū in d.c.1. *quod præfati Doctores, ſi attente legantur ſatis intendunt*, intelligi vbi Romanus Pontifex, vel alius Princeps ſupræmus procedit ſecundum leges, & regulas iuris communis, quas in iuditio, & cauſis dicendis regulariter obſeruat. c. in cauſis, de re iudicata,& ita vbi non diſpenſat,ex iuſta cauſa per quā,ſicut in iure communi diſpenſare,& aliquando tertio præiuditium inferre poteſt, & dum iudicat,& cauſas decidit.d.c. in cauſis,verſ. *niſi*, ita etiam fidem adhibere,exemplis,& ſcripturis, aliās nō authenticis: id quod indubio,niſi ex preſſè appareat,efficere,aut præcipere,non præſumitur,d.§. merito, d.§. ſi quis,d.c.quamuis,ibi:*niſi hoc expreſſe,&c.*

20 Quamobrem poterit, Princeps lege lata conſtituere,iuſtis ex cauſis, fidem adhibendam fore exemplarib°, & idem poterit facere, ac decernere conſilio,& iuditio prudentium: non quidem lege conſtituta generali, ſed in aliqua lite, ac controuerſia,etiam in præiuditium alterius: modo id iuſtis ex cauſis fiat, quemadmodū ſenſere Panormitan.& alij, in d.c. 1. de fide inſtrumentorum: ita vt quod diximus,non poſſe Principem ſuprēmum,in præiuditium partis ſtatuere, vt exemplaribus, non authenticis fides adhibeatur,accipiendum ſit, *non poſſe*,abſque præuia cognitione,& ſine legitima,& ſufficienti cauſa.

21 Quibus adamuſim,*vt credo*, præliabatis in principali controuerſia noſtra,qua quærimus,an litteris ſuperiorum Regum, Principum, Epiſcoporum,& ſimilium ſit adhibenda fides, interim dum contrarium non oſtenditur:illam probabiliorem, & hodiē receptiorem concluſionem ſtatuo, in his quæ pertinent,ad officiū Epiſcopi,vel alterius ordinarij,Regis,ſeu Principis,niſi aliqua ſuſpitio fraudis vel aliud obſtet credendum eſt, litteris illorum ſigillum habentibus,quādiu contrarium non probatur,etiam ſi teſtes in illis deficiant.

22 Quam concluſionem poſt Bertrā dum communem fatetur,Rippa in l. admonendi,nu.140.ff.de iure iurando,&Menoch.de arbitrarijs,caſu 94 num

n.23.& in effectu,ita docuit Hoſtien ſis,& traddiderunt multi alij ſecũdũ Abbatem,d.verſ.1.& Rottam primã ſupra citatam,Innocentius,Ioan.Ad dr.Bald.& alij,quos ſequitur Decius n.10.in d.c.poſt ceſsionem de proba tionibus,multi relati â Maſcardo, d. n.1.& à Menochio,d.n.13.cũ ſequẽ-ti,ante quos omnes idẽ intenderant gloſſæ prȩcitatæ,& gloſſa verb.*& maximé*,vbi Doctores in l. pacta nouiſsi ma,C.de pactis.

23 Et ſuadetur dicta concluſio ex tex tu in allegato,c.poſt ceſsionem cum ſimilibus ibidem in gloſſa allegatis, & ex l.ſi qua 22.ad finem, ibi : *litteris Epiſcopi,&c.* C.de Epiſcopis & Cle-ricis,ex c.2. vbi gloſſa de ſolutioni-bus,c.cum dilecta in princ.ibi: *ſub ſi-gillis ſuis*,& ibi: *legato qui ſub ſigillo ſuo, &c.* de confirmatione vtili, vel inu-tili,c.1.ibi: *per eius patentes litteras*,de temporibus ordinationũ in 6.c.ſi Ca nonici,ibi: *patentib° litteris ſigillorũ ſuo rum, &c.* de officij ordinarij illo li-bro.

24 Præterea ſi attendamus inueniemus quidẽ in propoſito ęquiparari inſtrumentũ publicum,& litteræ au-thenticæ,aliàs habẽtes ſigillũ authen ticũ, d. c.2.de fide inſtrumentorum, d.c.ſi Canonici,ibi: *inſtrumento publi-co, vel patentibus litteris,&c.* c. 1. verſ. *quisquis*,in fine,de ſententia ex com-municationis in 6.ſed litterę Epiſco pi,vel alterius ordinarij,cũ ſuo ſigil-lo,in his quæ ad illorum officiũ ſpec tant,niſi aliud obſtet,litterę ſunt au-thenticæ,& habent ſigillum authen-ticũ,d.c.cum inEcclefijs gloſſa,in d. c.2.& conſtat ex his quæ ſupra ad no tauimus authenticũ dici, id quod ha bet iuſtam,& certam authoritatẽ, vt ex dictione græca deduxit Rebuf.ad ll.Galliæ,1.tom.tit.de litteris obliga torijs,art.1.gloſ.7.in princ.ergo,&c.

25 Planè ſigillumEpiſcopi,vel alteri ordinarij,quà talis eſt, & quo vtitur ad ea ſigillãda,quæ ad ipſius officium pertinent,dicitur ſigillũ publicum,& authenticũ ratione publici officij, in quo deſeruit:quemadmodũ, & ſigil-lũCapituli Vniuerſitatis,&ſimiliũ,in his quæ ad ipſorum officiũ,& poteſ-tatẽ ſpectant.c.tertio loco de proba-tionibus,c.ſignificauit 48.in prin.de appellationib.vbi DD.d.c.ſi Canoni ci,ibi:*ſigillorum ſuorũ,aut alterius authẽ-tici*,reſoluũt poſt alios Maſcard. vbi ſupra, Rebuffus, loco citato.nume-ro 4.

26 Et cõfirmatur mirũ in modũ eadẽ concluſio ex vſu receptoEcclefiȩRo manæ,quæ iã diu ſic interpretata eſt, & litteris ſuperiorũ ſigillatis fidẽ ſem per adhibuit,ex Archidiacono, in d. c.curæ,& Rebuffo vbi ſupra. Quæ in terpretatio per conſuetudinẽ vniuer ſalis Eccleſiæ recepta fuit,& de ſtylo Curiæ,ita ſeruari teſtantur Bellame-ra,in d.c.poſt ceſsionẽ,n.22.d.Rotta 2.& Guid.deciſ.175. igitur huiuſmo di cõſuetudini,& ſtylo in re dubia,& controuerſa ſtandũ eſt argumẽto, l. ſi de interpretatione,ff.de legibus,c. cũ dilectus ad mediũ de conſuetudi-ne,iuncto c.quã graui ad finẽ,ibi,*ſtylo*, de crimine falſi.

27 Sed obijciet,& non leuiter,quiſ-piã aduerſus præfatã concluſionem, quod in illis iuribus in quibuslitteris ſuperiorũ fidẽ adhibendã eſſe aſſeri-tur nulla fit mẽtiõ ſigilli,quæ tãtum-modò agũt de ipſismet litteris,vt cõſ tabit legentibus reſpõſum Põtificiũ, in d.c.poſt ceſsionẽ,& iura,per gloſ. ibi allegata. Quæ ſanè obiectio mini mè obſtat,nec impedit curſum præ-fatæ cõcluſionis noſtræ,nã reiecta ſẽ tentia illorũ,qui putant d.c.poſt ceſ-ſionẽ ſpecialiter procedere in mate-ria ex cõmunicationis, de quâ agit, & ſermo etiã,eſt in d.c.curę; vel etiã in materia leuis præiuditij,in qua pu

Digitized by Google

lis ſequentibus in 2.columna.

35 Et illud maximè,quod ordinarius in eiuſmodi litteris proprio ſigillo munitis,circa ea quę ad ipſius officiũ pertinent,facit tanquam ordinarius, & ratione publici officij,quod exercet:contra vero in teſtimonio,vel aſſertione,tanquam alius quilibet priuatus.Sic videmus,quod licet notario teſtimoniũ ferenti,in quauis cauſa,& aliquid aſſerenti non credatur, dum extra ſuum officium facit:nihilominus tamen eiuſdem inſtrumento,& litteris ritè cõfectis,ratione officij publici,quod exercet,fides adhibetur,c.quoniam contra falſam poſt principium,ibi:*publicam perſonam*, de probationib.c.ad audientiã 13.verſ. *ne credentes*, ibi: *officium ſuum*, de præſcriptionibus.

36 Quam reſponſionem nequaquã profecto tollit animaduerſio Abbatis d.1.oppoſitione,verſ.*nec*,quia refellitur ex prædictis,& ex his quę cõtra illam expẽdit Decius d.n.7.verſ. *non obſtat ratio*, cum ſeq. Præſertim, quia tã lex,quam generalis cõſuetudo,approbat ordinarios,ad ſcribendas,& ſigillandas litteras, in his quæ ad ipſorum ſpectant officium, iuxta commnem.

37 Quibus conſequẽs eſt opinionẽ Calderini,Antonij,& aliorũ,in d.ũ poſt ceſſionẽ,quã communẽ,dicũt Decius vbi ſupra,verſ.*vltimo*, *adhoc etiam* Felin. in.8.verſ.*ſecunda cõclusio* in codẽ c.poſt ceſsionem,Dominus Couar.in pract.c.22.ante finẽ,& alij per Menoch.d.præſumpt.57.nu.14. dũ dicũt litteris etiã cum ſigillo Epiſcopi,vel Ordinarij,non eſſe credendũ,abſque teſtiũ,vel Notarij interuentu,recteprocedere,&intelligi poſſe, vbi litteræ manant ſuper his,quæ nõ pertinẽt ad officiũ Epiſcopi,uel Ordinarij,qua talis eſt,ex Decio,n.101 &alijs,in allegato c.poſt ceſsionem: conſonãt,quæ traddit idẽ Menoch. vbi ſupra,â n.16.& tex. in d.c.ſignifi cauit de appellationib.per quẽ DD. ibi,& alij,vt per eundẽ Menoch.nu. 17.& Docium 11.in d.c.poſt ceſsionẽ teſtimonium,ſigillũ,tantũmodo prodeſſe,& fidẽ facere in his,ad quę iuxta officiũ ſigillãtis inſtitutum eſt.

38 Sic ſanè licet familiaris Epiſtola Epiſcopi,vel cuiuſuis alteri Ordinarij,etiã cum ſigillo eidẽ præiudicare valeat, in alterius tamen preiudiciũ fidẽ non facit:quia nõ eſt de his quæ pertinẽt ad officiũ Epiſcopi,vel Ordinarij, qua talis eſt:ex Archidiacono,in c.placuit.2.q.6. & cõmuni ex Rippa vbi ſupra,Menoch.d.nu.23.& relatis âMaſcard.ſub tit.de probationib.cõc.627.â princ.& n.4. cũ ſeqq. vbi multipliciter declarat.

39 Ex qua doctrina,& reſolutione, iã pariter non obſtat alterum argumẽtum deſumptum,ex d. gloſ.in d.c. poſt ceſsionẽ,&in d.c.cum,9. quemadmodum inſtrumento Notarij publici non creditur, abſque teſtibus, qui neceſſario intereuenire debẽt, eodem modo litteris Epiſcopi,vel alterius Ordinarij,non aliter fides adhibenda ſit,quã ſi teſtes intercuniant: nã vltra alia,quæ in propoſito conſiderabat Hoſtienſis,â quo recedunt Abb.d.1.oppoſitione, Calderin. & Bellamera.n.15.& alij,dici poteſt cũ Philip.Deci.in d.cap. poſt ceſsionẽ, n.7.verſi. *non obſtat ratio*,huiuſmodi ſigillum authenticum, quod in inſtrumẽto Notarij publici nõ requiritur, in his quæ ad Epiſcopi, vel alterius Ordinarij officium pertinẽt ſupplere vicem illorũ teſtiũ, qui in inſtrumento Notarij requirũtur. Etenim non aliter publicum,& rite confectum dicitur inſtrumentum,quã ſi teſtes,& alia ſolemnia interueniant,ex reg.l.4.§.condemnatũ,ff.de re iudicata,& ſatis colligitur ex iuribus præcitatis,

citatis,dũ in eiuſmodi litteris nõ cõ ſiderant,nec requirunt teſtes, ſed ſigillũ authenticũ, ꝙ æquiparant inſtrumẽto publico, ritè confecto, c.1. de ſententia excõmunicatio.in 6. c. inter dilectos,verſ. *ſed & ipſum*, ibi: *nec ſigillum,&c.* iunctis præcedentibus de fide inſtrumentorum,

40 Accedit ꝙ in actibus,& proceſsibus iuditiorũ,propter authoritatem iudicis,& præſentiam,tã illius,quam multorũ,qui in iudicijs ſolẽt interuenire,nõ requirũtur teſtes,ſed creditur ſcripturæ Notarij, abſque illis, d.c.quoniã contra,vbi gloſ.3.in fine cõmunis,ex Felino nu.12. Pariſ. 36. ibidẽ,vbi aliquãdo diximus, cum eã dẽ gloſ.3.in princip. adnotantes plᵉ credi ſcripturæ tabellionis, quã iudicis,vel Epiſcopi,in qua teſtes requirũtur,ſecũdũ gloſſam prædictã, quã ſic intelligẽdã eſſe traddidimus, vt procedat in caſibus in quibus, Epiſcopi ſcriptura,vel nõ habet ſigillum authẽticum,vel emanauit ſuper his, quæ ad Epiſcopi officium non ſpectant,iuxta præfatam communem reſolutionem.

41 Quod ſi replices, vt ſuperius contra ſupradictã reſolutionẽ nos oppoſuiſſe meminimus, ex reg. celebris, tex.in d.c.quoniã contra falſam, de probationibus, vbi nõ creditur iudici, etiã ordinario procedenti,in his, quæ ad ipſius ſpectãt officiũ: duplicitèr reſpõdeo,primo nouã illius textᵉ deciſsionẽ,vt patet ex verbo, *ſtatuimus*,tãntũprocedere,in iudicialibus, quoad proceſſus,&ſingulas eius partes,in quibus nequaquã iudicibus fides adhibẽda eſt: limitata per illum textũ prędicta communi ſententia, quæ aſſerit iuditibuscredẽdum eſſe: vt tantũ procedat in extraiuditialibus, cuiuſmodi eſt excõmunicatio, de qua fuit ſermo in d.c. poſt ceſsionẽ:licet enim ad iuriſdictionẽ pertineat, & cauſæ cognitionẽ requirat. c.ſacro,de ſentẽtia excõmunicationis,d.c.1.eodẽ tit.in 6. & aliquando per accidens contingat,illã proferri in iuditio,per iudicẽ in cauſa procedentẽ,nihilominus tamen,ex ſe, & à cõmuniter accidentibus nõ profertur in figura iuditij,ſed extra illã,abſque proceſu, & ordine iudiciali, de quo in d.c.quoniã. Quæ diſtinctio, ſeu intellectus in effectu fuit, de mẽte gloſ.1.in d.c.poſt ceſsionẽ,&in d. c.curæ,Aretini,& Decij, d.n.7.verſ. *ſecundo non obſtat*,Rottæ, d.deciſ. 1. & aliorũ,vt per Maſcard.d. cõcl.990.

42 Sed nũquã profecto, inuenire potui congruã diſcriminis rationẽ,inter actus iudiciales, & extraiudiciales,dictãque differentiã,& diſtinctionẽ cõmentitiã potius,quã verã eſſe exiſtimo:eo præſertim, quia multo facilius credi debuit litteris ordinarij,in his quæ fiũt in iuditio,& circa proceſsũ,quã extra illud,ex his, quæ ſupra tetigimus,circa notariũ, cuius inſtrumẽto creditur in iuditio,abſq; teſtibus,qui in extraiuditialibus omninò requirũtur,vt cõſiderabat Calderin.in d.c.poſt ceſsionẽ.colu.2.& traddit Abb.ibidẽ,in 3.oppoſitione, quidquid relatã diſtinctionẽ Bartolᵉ probauerit in l.ambitioſa,n.28.ff.de decretis ab ordine faciendis.

43 Vndè aliter ſecũdo, & melius reſpõderi poteſt,cũ Hoſtiẽſi,& alijs, vt per Deciũ vbi ſupra,verſ.*ſecũdo principaliter*,& n.16.& fuit de mẽte gloſſæ,& Abb.n.5.ſecũdũ quos noua deciſsio.d.c.quoniã cõtra non dicit acta publica,& iuditialia,non poſſe aliter, quã per notarium,aut duos idoneos teſtes probari: nec prohibet fidẽ adhiberi alijs legitimis probationibus:& cõſequẽter nõ excludit litteras Epiſcopi,ſeu ordinarij authẽticũ ſigillũ habẽtes,in his quæ ad illiᵉ officiũ ſpectãt,quin potius eaſdẽ ad

Digitized by Google

64 Probatur dicta maior propoſitio, in qua tota vis argumenti conſiſtit, quia licet eiuſmodi contractus,& ſimiles actus priuati,prohibeantur excõmunicato maiori, cui omnis fideliũ cõmunio inter dicta eſt, c.2.in fine,de exceptionibus, nihilomin' tamen, ſi ſubtiliter cõſideraſti,illa prohibitio nõ eſt directa, & principalis, per legẽ aliquã,in quantũ eiuſmodi cõtractus,ſeu actus obligant facientẽ, in qua ſpecie locũ habet regula,l.nõ dubiũ,C.de legibus,ibi:*lege contrahere prohibente*,ſed indirecta,& per quãdam conſequentiã,ſub ratione communionis,id eſt quatenus per eiuſmodi cõtractus,vel actus ſimiles fideles cõmunicat:planè officiũ procuratoris,& mandatum computatur inter contractus,& actus priuatorum,etiam quoad vtilitatem,& auctoritatem,ſecundum Barto.in l.1.§.ſi plures,ff.de exercitoria, & poſt Abbatem,in c.prudentiam, vbi alij ſequũtur de officio delegati,obſeruat

De-

Decius,d.n.17.vers.3.& constat, ex vulgata diffinitione procuratoris, quam in priuata nostra lectura ad Rubr.de procuratoribus probauimus: & quia eiusmodi officium omninò pendet à mandato,quod est cõtractus â priuatorum potestate procedens, & ipsorum vtilitatem prospiciens,l.contractus,21.ibi: *contractus*, & ibi: *mandatum*,ff.de regulis iuris,in princ.& fere per totũ instituta mandati,nec iure aliquo exceptum reperitur âregula,nec datur lex specialis, quæ id ipsum directè prohibeat excommunicato,igitur standum est regulæ prædictæ.

65 Et rursus facit pro eadẽ sentẽtia, & mirificè cõfirmatur ex eo, quia excõmunicatus prohibetur esse procurator in iuditio,ex illa tantũ regula, qua in iuditio stare prohibetur, de qua in d.c.intelleximus iunctis rationibus d.c.1.de exceptionib⁹ in prin. lib.6.at regula,& rationes eiusmodi non euincunt excommunicatum ipso iure,inhabilem esse, sed tantummodo repelli posse,per exceptionẽ, aut officium iudicis,vt constat ex dictis iuribus,ergo mero iure valet cõstitutio procuratoris excommunicati,&valebunt gesta per eũ donec repellatur.

66 Iubat fortiter, d. c.decernimus, si cum ingenio expendatur,ibi:*ab agendo patrocinando*,&c.dũ decernit æquè repellendum,& æquiparari excommunicatum agentem, & eum qui in iuditio patrocinatur, qui sanè patronus in causa aliena similis est procuratori,qui illã in iudicio procurat,sicut ergo excõmunicatus,ad agẽdũ, &patrocinãdũ ipso iure inhabilis,nõ est,quãuis repelli possit,& debeat, d. c.decernim⁹,ita,& procurator.

67 Accedit tandẽ pro eadẽ opinione, ꝙ officiũ procuratoris censetur vile,itavt illius capax sit etiã infamis, argumento,l.si quis procuratorẽ,C. de Decurionibus,lib.10.& §. vltimi instituta de exceptionibus, traddũt Abb.n.2.Bellamera 8.in d.c.post cessionẽ,& passim alij,igitur non incõuenit excommunicatum posse,illud suscipere,& exercere mero iure.

68 Ex quibus prædictã secũdã sentẽtiã aiẽtẽ excõmunicatũ, mero iure, etiam ad iudicia procuratorem constitui posse,& valere gesta per illum, quamdiu non repellitur,iã olim probabiliorem,& certiorẽ iudicaui, nõ obstãte superioris communis vnico fundamento,quo potissimũ nitebatur,ex tex.in sæpè allegato, cap.post cessionem.

69 Nam vt bene intellexit Philippus Decius,vbi supra,vers.*& certè*, & ante illũ Bellamera d.n.12.Roman⁹ Põtifex Innocẽtius,illic non expendit temp⁹ acceptationis,quasi ab eo excõmunicatus inhabilis fuerit,& mãdatũ nonvaluerit ipso iure:Sed quia per litteras Ordinarij constabat procuratorem excommunicatũ tẽpore, quo acceptauit:nec apparebat eũdẽ postea absolutum,quo solo testimonio,& fundamẽto, adhuc excommunicatus censeri, & vt talis vitari debuit,quãdo in iudicio voluit admitti ex regu.cap.sicut,39.de sententi. excommunicationis,latè explicata per Alciat.de præsumptionib.reg.2.præsumpt.6.& Domin.Couarr.d.1. par. §.2.n.6.consequẽterque,tanquã hodie excõmunicatus, nõ admittitur à Põtifice procurator. expẽditur autẽ tẽpus acceptationis,quia ab eo constabat,de excõmunicatione, & nõ agebat Põtifex Maxim⁹ de irritando procurationis actu, sed de repellẽdo procuratore,quẽ cõstabat fuisse excõmunicatũ,& nõ apparebat absolutũ:adhuc enim tãquã excomunicatũ etiã nũc haberi, & euitari oportebat d.c.sicut in fi.cui intellectui cõsonãt

aperte

apertè verba illius tex.ſi attentè legã tur,& nonnulla,quæ Phillippus Decius expendit.

70 Quod vero doctiſsimus Innocentius non expenderit tempus excommunicationis,ad irritandum mandatum procuratorium,vt perperã exiſtimauit communis ſchola, ſic efficaciter probo,ſequeretur enim ex oppoſito ipſum procuratorẽ fuiſſe admittendum,ſi ante excõmunicationẽ conſtitutus foret,& mãdatũ procuratoriũ emanaret,q̃ eſt contra regulã.d.c.intelleximus,& d.c.1.

71 Nec ad rem facit odiũ excõmunicati,& periculũ communionis, quia iuxta prędicta tantummodo euincit illũ repelli poſſe à iudicio, prout repellitur dũ pro ſe ipſo cauſam agit. Nec ſimiliter ad rẽ facit q̃ Abbas, & alij exiſtimãt,officiũ procuratoris eſſe publicũ auctoritate,id enim verũ nõ eſt,ex Bartolo,& præcitatis : nec probatur in d.l.1.quia licet vſus procuratorũ generalis à conſuetudine fuerit receptus,præter,vel contra leges antiquas,quæ in certis tantũ caſibus procuratores admittebãt,principiũ, inſtituta de his per quos agere, & eiuſmodi vſus lege,& auctoritate publica fuerit cõprobatus, nihilominus tamen adhuc ſingulorũ procuratorũ cõſtitutio,eſt actus omninò priuatus,& ad priuatã poteſtatẽ vtilitatem,& auctoritatẽ : & ad publicam, nullatenus ſpectat

72 Aliter contractus omnes, quos lex ciuilis inuexit,vel ante inuẽtos comprobauit,nõ ad priuatã, ſed ad publicã auctoritatẽ pertinerẽt,& excõmunicati, ad eoſdẽ, ipſo iure inhabiles, & incapaces forẽt,q̃ eſt manifeſtè falſum,& contra ſupradicta.

73 Nec denique aduerſatur,q̃ excommunicatus maiori ſolet ęquiparari deportato,gloſ.1.in §.minor.inſtituta de capitis diminutione cõmuniter recepta ibi, & alibi teſte Petro Dueñas,regu.272.verſ.*licet*,Frãciſc. de Caldas de nominatione, q.5.nu. 47.& deportatus inhabilis eſt,ad actus,&cõtractus,etiã priuatos iuris ciuilis,& ab eo geſti nõ valẽt, l.quidã, vbi Bart.ff.de pœnis,l.eas,per locũ à cõtrario, ff.de capitis diminutione. Reſpõdetur enim illã æquiparationẽ nõ procedere indiſtinctè,neq; in omnib⁹ vt per Abbatẽ,in c.paſtoralis,§.verũ,n.19.de appellationib⁹,& cõſtat,quia deportatus in perpetuũ, & nõ ad tẽpus,ciuitatẽ amittit,excõmunicatus verò, nõ ſic repellitur à cõmunione in perpetuũ,ſed ad effectũ,vt cõuertatur,& ad illã redeat, & ita quãdiu non reſipiſcit. Vndè magis ſuſpẽſus quã priuatus omninò,dicitur, ex hisque defenditur ſententia Innocẽtij,Barbatię,Decij, Bellameræ,& Nauarri,vbi ſupra ſecũdũ quã excommunicatus maiori poteſt mero iure conſtitui procurator, ad iudicium,ſiuè pro reo, ſiuè etiam pro actore,quamuis repelli poſsit.

74 Cõtra quod poſterius, ſi aduertas, maximè obſtare videtur, difficultas, quam ſupra tetigimus, etenim communis intellexit procuratorẽ excommunicatũ repelli poſſe, etiã ſi à reo cõſtitutus ſit,& ita procedere tex. in d.c.poſt ceſsionẽ,& tamen certũ eſt reũ excommunicatũ admitti in iudicio,nec repelli poſſe, d. c. intelleximus,igitur pari ratione excõmunicat⁹ procurator pro eodẽ reo admitti debet,nec repellẽdus eſt, ex ſupradictis,vt ita poſsit reus, per aliũ excõmunicatũ,id q̃ per ſe ipſũ excommunicatum efficere potuiſſet,ex regula poteſt,quis per alium,lib.6.

75 Accedit,quod ab officiò procuratoris,cum ſit vile, & abiectum non debuit repelli excommunicatus, ſicut,nec alij viles,&infames repellũtur iuxta prædicta.

Ve-

Digitized by Google

76 Verumtamen ad priorem difficultatem reſpondent Bald.& DD. communiter,& Abbas in d.c. poſt ceſsionem,differentiam conſtituẽtes inter reum excommunicatum, qui pro ſe ipſo admittitur, & excommunicatũ procuratorẽ rei,qui pro alio admittendus non eſt, iuxta Innocentianã conſtitutionem in citato c.poſt ceſſionem,& ſcholam communem ibidem.Cuius differentiæ ratio ea eſſe videtur,quia reus ipſe neceſſario cogitur, & inuitus venit ad iuditium,l. inter ſtipulantem,§.ſi ſtichum, ff.de verborum obligationibus,ac ſubinde merito ad ſui defenſionem admitti,&non repelli debet argumento.c. cum inter.5.ibi:*legitima defenſio*, & c. ſignificauit,ibi:*omnis legitima defenſio*, de exceptionibus: contra vero procurator Rei non inuitus, ſed ſponte mandatum acceptat, & ad iuditium accedit, & propterea magis illi,quã huic fauetur,ita quod licet reus principalis admittatur, procurator tamẽ repelli poſsit,& debeat.

77 Aduertendum tamen eſt hãc differentiam procedere iuxta ſententiam gloſſę,in d.c. intelleximus,quã ſequũtur Doctores communiter ex Abbate.n.5.Siculo 27.& alijs ibi dũ reſoluunt Reum excommunicatum maiori,ſi vellit poſſe per ſe ipſum in iuditio reſpondere, quamuis ex honeſtate,potius quam ex neceſsitate procuratorem conſtituat, & ſe per eum defendere debeat,iuxta d.c. intelleximus,ibi: *debet*, ſcilicet ex honeſtate per alium reſpondere. Sed probabilior eſtopinio aliorum, qui putant illum non poſſe per ſe ipſum, ſed neceſſario teneri procuratorem conſtituere,per quem ſe defendat, vt intendit gloſſa,in cap.paſtoralis de iudiijs, & probant Calderinus,Aretinus,Decius,nume.7.Alciatus 13.in dict. cap. intelleximus, qui hanc communẽ fatentur,& poſt Pariſium receptiorem teſtatur Paz, in practica.1.tomo.7.tempore,n.53. expendentes naturam & proprietatem verbi,*debet*,quod ex ſe neceſsitatem importat,niſi ex materia, aut mente loquentis aliud colligatur, gloſſa verbo,*debeat*,per tex.ibi,in clementina attendentes,de ſtatu Monachorum recepta communiter,ex Tiraquelo de retractu,titu.1.§.1. gloſ. 15.Padilla,n.7.in l. vnum ex familia in princip.de legatis 2.iuuant alia fũdamẽta,de quibus per ſupra citatos, reſpondentes regulæ text.in c.2. de procuratoribus, quo mouẽtur gloſ. & Doctores, in dict.capit. intelleximus.

78 Secundum quam magis probabilem ſententiam differentia inter actorem, & reum excommunicatum, in eo eſt,quod prior,nec per ſe, nec per alium admittitur,dict.cap. intelleximus,dict.cap.1.iuncta dict.regu. poteſt quis: poſterior vero licet per ſe non audiatur, poteſt tamen per procuratorem,quem conſtituere tenetur,& iuxta hanc eandem magis probabilem ſententiam facillimè,ad argumentum reſponderi poteſt,ſi dicamus excommunicatum procuratorem pro reo, non admitti in iuditio,& repelli poſſe, quemadmodum & reus ipſe excommunicatus, pro ſe ipſo non admittitur, & repelli poteſt.

79 Ad aliam vero difficultatem reſpondetur excommunicatum repelli à procuratoris offitio, non propter dignitatem, aut honorem eiuſdem offitij, ſed propter periculum communionis, & rationes de quibus in dict.cap.intelleximus,& ſimilibus,ob quas tam ab agendo, quam à patrocinando,& alijs actibus communibus in iuditio repellitur, dict. capit.decernimus. Et accedit quod eiuſ-

eiuſmodi officium procuratoris attento iure Canonico non cenſetur, ita vile, vt per viles,& infames exerceri poſsit,c.1.3.q.7.gloſſa,in c.cum deputati,de iuditijs,Bellamera in d. c.poſt ceſsionem,n.8.Paz poſt alios d.1.tom.annotatione 4. à nume.43. &47.

80 Bene autem verum eſt procuratorem huiuſmodi excommunicatum, ſi aliàs ſubſtituendi poteſtatem habeat poſſe alium ſubſtituere,de quo per gloſ.vltim.in fine,in Clemẽt.penult.de procuratorib.vbi DD.Abb. nume.18.Felin.25.Decius columna penult.in ſæpè repetito, c. poſt ceſſionem,poſt alios,cum quibuserudi tus lector, quę deſunt his, proſequi valebit.

81 Dummodo aduertat quædã magnopere notãda:primum quidem,q licet in his quæ excommunicatus agit,tanquam perſona publica, & ratione publici officij, vtputà iudicis, diſtingui ſolcat;inter ocultum, qui etiam tolleratus dicitur, & inter publicum,qui præciſſus nuncupari ſolet;ita vt geſta per illum valeãt in fauorem publicũ, & propter cõmuné errorem,c.ad probandum de re iudicata;iuncta l.Barbarius, ff. de officio Prætoris cum alijs, de quibus latè per Gabrielem,ſub titu.de probationibus,concl,8.à princip. Goueanum variorum 1. c.6. Couarrubiam vbi ſupra,d.1.par.§.11.nu.4.Gutierrium vbi ſupra, nu.73.& 82.cum ſequentibus: nihilominus tamẽ in his quæ facit, tanquam priuatus, & ex poſſeſsione priuata,veluti tanquam procurator contrahens,aut agens in iuditio,non diſtinguitur,inter occultum,vel publicum:ſimiliterque corruunt, quę per ocultum facta fuerint,& è conuerſo valebunt, per illum,ac per iſtum,ex doctrina Innocentij,in cap. cum dilectus ad medium de conſuetudine recepta, vt per Decium nume. 20. Felinum 24. poſt alios in d.capi. poſt ceſsionem eundem Felinum,in d.cap.ad probãdum,n.1.ad finem Gabrielem vbi ſupra â num.24.pro quibus vltra l.2.ff. de eo qui pro tutore maximè vrget text. quem nonnulli in oppoſitum expendunt in §.ſed cum aliquis inſtituta de teſtamentis, per argumentum ab ſpeciali,vt conſtat ex littera, ibi: *tam Diuus,&c.*& ibi: *ex liberalitate ſubuenire,&c.*

82 Alterum notatu dignũ eſt, quod licet Doctor Suarez de Paz vbi ſupra,d.7.tempore â num.73.& Didacus Perez ad l.1.titu.8,lib.3.ordinamenti,colu.1007.verſ. *vnde*, & nonnulli alij,ex nouioribus vulgo exiſtiment excommunicatum in propoſito non eſſe euitandum hodie,ante quam denuntietur,ſtante extrauagãte,ad euitanda ſcandala,cuius litteram referunt,& ſentẽtiam multis explicãt Couarrubias, d.1.par.§.2.à n. 11.idẽ Paz,ex n.72.& latiſsimè poſt Nauarrum,& plerosque Gutierrez, quæſtionum Canonicar.c.1. à princip.nihilominus tamen hæc ſententia intelligenda eſt ad effectũ,vt poſſint fideles abſq; peccato, & minori excõmunicatione,cõmunicare,cum excõmunicato maiori,quãdiu nõ denuntiatur iuxta dictam extrauagantem,exceptis omnibus,in eadem expreſsis: quia neceſsitatem illam euitandi, ante denuntiationem ſubſtulit dicta extrauagans: at vero iudex ex officio,ſicut & pars aduerſa,& omnes alij ſi vellint poſſunt hodie,ſicut & olim euitare,& repellere huiuſmodi excommunicatum, quia dicta extrauagans(vt habet littera) in nullo fauet excommunicatis faueret autẽ,ſi nõ poſſẽt,hi ante denũtiationẽ ab alijs euitari,aut repelli, q eſt maxime notandũ ad d.c.intellexim⁹, & d.c.

Digitized by Google

d.c.1.& d.c.decernim°& ſimilia iura cõſtitutiones,&ordinationes agẽtes de ex cõmunicatis vitandis, vel nõ.

83 Denique illa cõtra plures gloſſas, ſi erudito lectori placebit elegãs erit animaduerſio,pro maiori intelligentia ſupra dictorũ,ea quę hucuſque retulimus de procuratore ex communicato, nullatenus intelligenda fore de procuratore ad impetrãdum, ſed ad iuditium exercendum, vt bene intellexit Ludoui.Gom. in cap. 1.de reſcriptis in 6.n.76.poſt ſcholã communem,in d.c.poſt ceſsionẽ:etenim quidquid cõtrariũ intenderint gloſa ibi,verb.*alie*,ad finẽ,& gloſ.verb. *per ſpecto*,in c.maximus 81.d. & gloſſa 2. in d.c.poſt ceſsionem,verſ. *etſi impetraret*,& gloſ.in c.vlt. de procuratoribus exiſtimantes, Innocentium III. in d.c.poſt ceſsionẽ non ſolũ egiſſe, de procuratore,ad lites exercendas, ſed etiã de procuratore ad impetrandum,dũ voluit ipſum admittendũ nõ eſſe,multo profecto verius eſt, & tenendũ decretalem illam, neutiquam accipiendam eſſe,de procuratore ad impetrãdũ, ſed ad iuditiũ exercẽdũ, tempore,namque illius text. & illarũ decretalium impetrata ab ex communicatis procuratoribus valebant,vtique,imò,& hodie valebunt, licet nõ valeant,quæ ipſe principalis ex communicatus pro ſe impetrauerit, vt vtrumque denotat, & efficaciter probat antiquus ſtylus Curiæ,ſecundum quem impetrantes principales, quibus gratia conceditur,non verò procuratores, qui pro illis impetrant, & præces offerunt abſolui ſolent,in eiſdem litteris ad effectum gratiæ impetrandæ,ad denotandum parum, aut nihil referre ad ipſius valorem vim, & efficatiam, quod procurator pro Domino impetrans ex communicatus fuerit,vel non, etiamſi interpretes Sexti decretalium in allegato c.1. de reſcriptis,illo libro,& gloſſæ proximè relatæ oppoſitum apertè crediderint,quibus nullo modo fides adhibenda eſt.

84 Quia verò nihil diximus de opponentibus exceptionem ex communicationis, quænam præſtare, & obſeruare debeant, ad obtinendum in exceptione ſua, illud ad extremum præſentis controuerſiæ animaduertere libet,id quod frequenter dici ſolet obijcientem exceptionẽ ex communicationis ad repellendum aliquem à iudicio,teneri exprimere ſpeciem ex communicationis, an ſit maior, vel minor, iuxta tex.in cap.1.de exceptionibus,in 6.non eſſe, vſque adeo verum,vt cõtrarium certius nõ ſit, & iuribus ipſique veritati magis cõſonum.Didici enim ex D. Thom. in 4.d.18.q.2.art.1.ad 1.& in additionibus ad 3.p.q.21.arti.1.ad 4. excommunicationem,minorem propriè loquendo non eſſe excommunicationem, neque ſpeciẽ ex communicationis,& minorem ſolũ dici, tanquã quędam pars maioris, non quod ſpeciem diuerſam conſtituat: vnde iam diu cępi conſiderare doctiſsimum Innocentium IIII.in d.cap.1.de exceptionibus in 6.dum voluit ex communicationis ſpeciem exprimendã nullatenus poſtulaſſe,quod exprimeretur,an eſſet maior, vel minor: quod acuta conſideratione ex illo eodem tex. ſic fortiter ſuadeo,ſi aduertas Innocentium IIII. ibidem ſuppoſitis terminis habilibus, ſcilicet excommunicatione maiori,de qua ſola agebatur illic, vt conſtat ex principio illius text. ibi: *maioris ex communicationis, &c.* Nouè requiſiuiſſe maiorem certitudinem eiuſdemmet excommunicationis oppoſitæ, nempè ad vitandas fraudes, & malicias, de quibus in principio text.& ad breuiorem, & faciliorem probationem

ex-

exceptionis, ad quæ omnia ſanè nihil conducebat, neque cõducere poterat ſcire,an ex communicatio maior eſſet,vel minor: & præterea ſi habito pro conſtanti,quod ex communicatio maior erat,adhuc Põtifex requirit maiorem certitudinem eiuſdẽ ex communicationis maioris oppoſitę,coacta iuris ratione fatendum eſt, non deſideraſſe expreſsionẽ ſpeciei ex communicationis,id eſt,quod excipiens exprimere debeat,an aduerſarius ſit ex cõmunicatus maiori, vel minori ex communicatione,iã enim conſtabat, quod erat ex cõmunicatus maiori,& quod excipiẽs excipiebat de ex cõmunicatione maiori, & nihilominus Romanus Pontifex petit inſuper,vt dictus excipiens exprimat ex communicationis ſpeciẽ, ergo nõ eſt intelligendus,quod exprimat ſpeciẽ ex communicationis, id eſt, quod declaret, an ſit maior, vel minor,& illa dictio,ſeu verbũ illud, *ſpeciem*,abſque dubio melioré,& ſubtiliorem ſenſum habet.

85 Igitur verba PontificisMaximi,in d.c.pia de exceptionib.in 6.dũ ait nõ ſufficere excipienti exprimere ex cõmunicationẽ,ſed opportere, vt ſpecies illius exprimatur non videntur intelligenda,de ſpecie, pro vt accipitur apud dialecticos,id eſt, an ſit maior,vel minor ex communicatio, vt exitimant,& controuertũt gloſſa, & DD.ibi,& in c.penult.de ſentẽtia ex communicationis,poſt aliosinſignis Couar.in c.alma mater.1.p.§.8.n. 5. quẽ refert & ſequitur Suarez de Paz in practica.1.tom.par.1.n.63.Sed de ſpecie,id eſt de cauſa ob quã ex communicatio incurſa eſt,prout aliás, & Latinè ſatis ſpecies, accipitur apud bo nos Auctores, & Iurecõſultos,vt per Berrutiũ,verb.*ſpecies*,verſ. *ſpeciẽ*, & paſsim alios.Ita intellexit AEgidi⁹ quẽ refert Dominicus,in d.c.pia,§.ſi quis vero,nu.10.quẽ tamen ipſe Dominicus,&alij immerito reijciunt,& eſt de mente aliorum teſteSuario de Paz,vbi ſupra aſſerentium,quod per ſpeciem ibi intelligatur caſus,vel factum,propter quod lata fuit ex communicatio,nam quod nos vulgariter appellamus caſum pollitioris litteraturæ,ſtudioſi appellant ſpeciẽ,vt annotauit Guillelmus Budeus in pandectis ad l.1.ff.de iuſtitia & iure, fol. 7.pag.2.cuius facti,ſiuè cauſæ expreſsio dubium non eſt, quin ſit magnopere conducens ad fraudes, & malitias vitandas,& ad breuiorem,& faciliorem probationẽ exceptionis oppoſitæ,quamuis aliàs ad ſubſtantiam veritatem,& effectum repellẽdi â iuditio ex communicatum maiori ex cõmunicatione, nihil referat, an ex hac,vel illa cauſa,ab hoc, vel illo, ex communicatore fuerit ex communicatus.Facitque pro AEgidij intellectu,ſi expendas,quodvbi cauſa,vel caſus ex communicationis exprimitur ſatis certè apparet,an maior, vel minor ſit,ideoque iure optimo Innocẽtius deſiderauit expreſsionem,& certitudinem ſpeciei,non quidem,an eſſet maior,vel minor,ſed cauſæ, ſcilicet ob quam lata fuit ex communicatio,vt brebius,& facilius ex communicationis exceptio probari poſsit, & expediri articulus, an aduerſarius repellendus ſit,nec ne.

86 In quo etiam ſenſu accipiẽdus eſt tex.in cap.dilectus el 1.de reſcriptis, vbi Romanus Põtifex copulatiuè requiſiuit mẽtionẽ de cauſa amotionis & de cauſa ex cõmunicationis, & licet de ſola ex cõmunicatione loquatur (*quod ſumopere notandum eſt*) nõ dicit litterasvitiari,ex eo quod ex communicatus impetrans, de ex communicatione, mentionem non fecit, ſed quia non fecit mentionẽ, de cauſa ex communicationis, vt patet

ex

ex littera: idque ex ratione,& cõſide ratione proximè dicta. Vbi aduerte, ad maiorẽ, & ſubtiliorẽ intelligẽtiã illius textus,quod ſicut aliud eſt exprimere amotionem, & aliud exprimere, cauſam amotionis, vt in d. c.dilectus:ſic lõge aliud eſt,agere de cauſa excõmunicationis, & aliud de excommunicatione ipſa. Et ſicut verosimile eſt prẹsbiteros,dequibus in illo text.feciſſe mentionẽ, de amotione,ad quam prẹtendebant ſe reſtitui,ſed non de cauſa illius, ita etiã fortaſe,de excommunicatione mẽtionem fecerunt,quãuis non de cauſa excommunicationis.id eſt de cauſa ob quã excommunicati fuerãt: id enim importat cauſa excommunicationis.Quã cauſam,quia minimè narrarunt dicti prẹsbiteri litteras ipſas quas impetranerant,tanquam perveri ſuppreſsionẽ obtentas,viribus carere decreuit Innocentius III. in d. c.dilectus ad finem: ad hoc namque vt reſcriptum valeat,& ne ſubrepticium ſit,non ſat eſt narrare factũ,ſed oportet exprimere ſeriem, & cauſam eiuſdem facti: ſicut & modum, & circunſtantias notabiles,per quas factum eſt: ſaltem vbi aliàs ſine his ſuperior,non eſt,omninò certus, vt oportet,& expreſsio ſolius facti,abſque eiuſmodi cauſa,& modo,obſcura eſt, & captioſa. 87

Et ita non ſufficit, ſi per narratiuã ſupprimatur aliquid, quo expreſſo, vel nullatenus, vel notabiliter difficiliùs reſcriptum emanaret,iuxta eaquẹ adducere ſolent interpretes, in cap.ceterum,& in c.ad aures,& in c. ſuper his de reſcriptis, & ita ex d. c. dilectus,notat gloſ.1.ibidem,& plures alij relati perRodericum Suarez allegatione 12.n.34. Dida.Perez ad l.1.tit.12.lib.3.ordinamẽti,q.9.in fine,traddit poſt alios Iacobus Menochius,caſu.202.n.3. & iuuat text. in c.ſuper eo, ibi: *facti ſeriem non continent* de cohabitatione, c.occidit, vbi gloſſa 2.cum alijs citatis per gloſſam primã,in allegato capi. dilectus, ſecundum quẹ,aliquandò in praxi,*quia á iure deſcendit*, magis attenditur, & prẹualet cauſa facti,quã factũ ipſum.

Summaria ad Controuerſiam 7.

1 *SI Principibus obediendum eſt, conſequens videtur, quod leges eſſentialiter præceptum contineant,& ideo merito id in cõtroverſiam vocatur.*

2 *Refertur opinio aſſerentium non eſſe neceſſarium, quod leges præceptum cõtineãt,& reperiri plures leges de conſilio.*

3 *Referuntur gloſſæ,& ſchola communis pro dicta ſententia.*

4 *Prædictorum fundamenta non ſunt,ita efficatia pro ſua opinione.*

5 *Reſponſa IurisConſultorum, verè leges ſunt, quæ tamen præceptum non involunt.*

6 *Permittendi virtus ad legẽ ſpectat,& tamen permittere nõ eſt præcipere.*

7 *Legislatoris munus eſt præmijs alicere ſubditos ad colendas virtutes, & tamen talis inuitatio longe diuerſa eſt á præcepto ipſo.*

8 *Cognita diferentia eſt inter Conſilium, & præceptum, & referuntur nonnulla iura,quæ ſolum continent conſilium.*

9 *Refertur altera communis contraria tenentium,non poſſe dari legem, quæ præceptum non contineat, cum ipſa ſit actus ultimus intellectus practici, quem neceſſarium eſt præceptum importare.*

10 *Subditi non poſſunt aliter per ſuperiorẽ ordinari in fines debitos, niſi mediante præcepto.*

11 *Lex ordinatio rationis eſt, & nõ poſſet ad effectum reduci, niſi Princeps præciperet ipſam obſeruari.*

12 *Probatur ex Papiniano legem cõtinere præceptum.*

13 *Eam propriè appellare poſſumus, & debemus veram permiſsionem, quæ cadit circa illicita, vel circa illa quæ prohibita ſunt, licet aliquando contingat circa licita & honeſta.*

14 *Iuxta tria actionum humanarum genera tres conſtituuntur præcipiendi modi, quibus additur quartũ genus, id eſt punire quaſi cætera omnia inutilia ſint, ſine coertione.*

15 *Iuſtus & legitimus Princeps non ſolum legibus & præceptis, ſed admonitionibus oprimisque conſilijs iuuare debet ſubditos.*

16 *Regum ſalutaria conſilia, reuera leges non ſunt.*

17 *Reſponſa Iuriſconſultorum præcepta quædam ſunt, quibus ſubditi ſtare tenentur.*

18 *Permiſsio ipſa etiam includit præceptum, quod quomodo intelligendũ ſit explicatur, & intelligitur reſcriptum Imperatorum in l. Gracus. C. ad legem Iuliam, de adulterijs.*

19 *Sæpenumerò in iure permiſsiones præcepta appellari conſueuerunt, adducuntur exempla, & explicatur lex ſecunda. C. de reſcindenda venditione, cum ſimilibus.*

20 *Dignitates honores & præmia reductiuè pertinent ad actum, & virtutem permiſsionis, atque etiam in inuitatione ſubditorum ad præmia præceptum includitur, & latet, ius coercendi miniſtros, vt præmia præſtẽt.*

21 *Non poteſt dari neque inueniretur in toto corpore iuris, lex aliqua, quæ præceptum non contineat, quod ſi dentur aliqua reſcripta Principum, conſilium dumtaxat continentia nõ erunt leges.*

22 *Rectè Acurſius exiſtimauit conſilium ad legis virtutem pertinere, quem perperam taxauit Soto, nec attentè Bartolum legit.*

23 *Non videtur venia dignus Alphonſus de Caſtro, qui legis virtutibus à Iureconſulto enumeratis quintam ipſe ex ſuo capite auſus fuit addere, nempé (præmiandi virtutem) vt loquitur eruditiſsimus ille vir.*

24 *Parum aut nihil intereſt, quod Principes in ſuis legibus, ſiue in decretis vtantur, verbo præcipimus, mandamus, & id genus alijs, imò ſatis eſt ſtatuiſſe, vt præceptum includant.*

CONTROVERSIA 7.

Vtrum omnes leges, & quæcumque ſtatuta Principum præceptum continere debeant, necne.

DIximus non pauca in quæſtione, quæ proximè præceſsit ſuper obſeruantia, & obedientia Principibus debita, & exhibenda à ſubditis, & vaſſallis, in legum, & mandatorum executione: in quo viſi fuimus præſupponere, & quodammodo fateri, leges omnes, atq; Regum mandata, & ſtatuta præceptũ in ſe cõtinere, quod prius quidem videba-

videbatur in cõtrouersiã deducẽdũ. Quare antequã vlterius progrediamur facturi operę prętiũ existimauimus,si difficilẽ illã pariter, & vtilem quæstionẽ agitauerimus,an de ratione legis sit,quod præceptũ cõtineat, ita vt quantũcũq; in cõmunẽ totius Reipublicę vtilitatẽ âPrincipe lata sit desinat esse lex,si aliâs non includat, & inuoluat mandatũ,atq; præceptũ.

2 In qua difficultate inuenio Ioannẽ Imolẽsem in.c.cũ cõtingat.n. 33. de iure iur.& Felin.in.c.nã concupiscientiã,de cõstit. & vtrobiq; omnes ferè Pontificij iuris Professores:existimãtes nõ esse necessariũ,quod leges præceptũ inuoluant, imò plures leges latas,& promulgatas fuisse, & posse quotidie ferri, & promulgari consilium dumtaxat continentes, quibus legibus, subditi, & vassalli, non tenentur obsequi,& obedire, & si possint,si velint.

3 Quã sententiã ante Imolã, & Felinũ,& plures alios docuerat glo. in l. legis virtus.ff.de leg.glo.in c. qui autẽ,10.distin.alia glo.in.c.1.de cõstit. quibus in locis idem sentit cõmunis schola existimantiũ nõ requiri,quod lex includat præceptum,pluresq; dabiles esse leges, & dari frequenter, quæ dumtaxat sunt consilij.

4 Et licet apud relatos iuris Interpretes &plures alios(quorũ nomina quia multiplex authorũ allegatio inutilis est cõsulto ommitto)nõ ita efficacia,vt possent inueniamus suæ opinionis argumẽta: efficacissimè poterit ex sequẽtib⁹ cõprobari, vt pręsentis quęstionisveritas magis elucescat

5 Et vt à I.Consultorũ responsis dictæ sententiæ cõprobatio proficiscatur,arbitror inter omnes cõstare ipsa quidẽ,veras esse leges, veraq; statuta,atq; placita illorũ hominũ,eruditissimorũ, quos aurea, & fęliciſsima illa sæcula tulerũt,iuxta Imperatoriã decisionẽ,in §.respõsa Prudentũ,institit.de iure natur.&c. Sed manifestũ etiã est, dicta Prudentũ respõsa,præceptũ in se nõ includere, iuxta famosam.l.2.vers.*his legibus*,ff.de orig.iur. trãscripitã in capite respõsa Prudẽtũ. 2.dist.dabiles ergo sunt, & datæ fuerunt de facto nõnullæ leges,quę præceptũ in se nõ cõtinerent, quibus parere cõsilij magis esset quã pręcepti.

6 Prætereâ,& fortius probo eandẽ partẽ sequenti cõsideratione:exploratũ etiã est,inter omnes permissionẽ qua frequẽter tam leges,quã Principes ipsi,erga subditos & eorũ actiones dirigẽdas,vti cõsueuerunt, nullũ mandatũ,neq; pręceptum cõtinere, quin potius adhibẽdã esse distinctionẽ inter hoc quod est præcipere, & permittere, vt distinguebat author operis imperfecti,homil.32.in Matt. relatus,in.c.hac ratione, 31. q.1.in illis verbis(*aliud est enim præcipere, aliud permittere*) atq; teste I.C.in l.virtus legis.ff.de leg.permittendi virtus ad legẽ pertinet, distinctaq; est ab alijs legis virtutib⁹ ibidẽ enumeratis:igitur nõ pręcisse spectat ad legẽ,q⁹ ipsa præceptum contineat,aut inuoluat.

7 Tertio sic argumentor pro eadẽ parte,magnopere spectat ad Legislatores,& Principes inferiores subditos allicere,& inuitare ad collendas virtutes,ipsarũq; actus studiosè exercendos:vt expresse docuit I.C. in l. 1.in prin.ibi,*præmiorũ*.ff.de iust. & iure,cũ nulla alia via melius adducantur ad despiciẽdũ vitiũ,& virtutẽ sequẽdã,quã propositione premiorũ: qua ratione vulgatissimũ est,Romanos, tẽplũ virtutis è regione templi honoris & gloriæ collocasse,vt omnes intelligerẽt per solas virtutes ad gloriã & honorẽ perueniri posse, & nõ per alia aspera,pręcipitia,& cõfragosa vitiorum loca,quę potius deijciũt,atq; deturbant homines à recta

Digitized by Google

virtutisvia.Sed talis inuitatio lõgèdi uerſa eſt àpręcepto ipſo,multũ enim differũt inuitare & pręcipere, argumẽto vulgar.tex.in l.Titio cẽtũ.§.1. ff.de cõd.& demõſt.igitur cũ munus propriũ Legiſlatoris & legis,ſit præmijs propoſitis ſubditos inuitare,ad ſtudiũ & amorẽ virtutis,vt prædiximus non neceſſe eſt,quod omnes leges,præceptũ cõtineant,ſed ſufficiet inuitationem quãdam ſubditorum, (vt ita loquar)includere & cõtinere.

8 Deniq; vltimo confirmatur dicta cõmunis opinio,ex ſcitiſsima & per vulgata differẽtia quã cõſtituunt Sãcti,præcipuè D.Hierony. lib.1.cõtra Iouinian.relatus, in c.fin.14.q.1.inter cõſiliũ & præceptũ,etenim, vt ipſe docuit, *Quod præcipitur imperatur, quod imperatur neceſſe eſt fieri, ſi non fiat pœnã habet, longè aliter vbi datur cõſiliũ, quo caſu offerentis arbitriũ eſt, vbi præceptũ neceſsitas eſt ſeruientis*, quæ ſunt verba D.Hieronimi.d.loco. Ex quibus tale cõficitur argumentũ,vt ſupponi tur de ratione cõſilij eſt,pręceptũ nõ includere,at manifeſtũ eſt,plures eſſe Principũ leges dãtes ſolũ cõſiliũ, & pręceptũ minimè imponẽtes, vt Il quidõ cõſtat,ex multis capitibus legis Euãgelicę,& plura etiã habemus I.Põtificij capita ipſũq; ius cęſſareũ nonnulla ſuppeditat exẽpla, vt relatione, & inductione facta patebit, per ſingula teſtimonia, plura profecto,ex l.Euãgelica referuntur, in.c. parat's.23.q.1.inter quæ percutiẽti, alterã partẽ faciei prębere aſsignatur,& alia ſimilia ibidẽ ſubijciuntur exẽpla,quæ cõſilij ſunt,& nõ præcepti, & de I.Canonico adeſt text.in.c. 1.de donat. quod indubitatũ eſt legẽ eſſe:vtpotè quia cõtinetur in corpore I.Canonici, & in priori loco, ſtatim in limine illius tituli, colocatur:& tamẽ in eo text.nullũ præceptũ imponitur,ſed quędã veluti laus, & cõmendatio liberalitatis adducitur,vt oſtendunt pulcherrima verba Greg.ibidẽ,quæ ſic habent,*Hanc ſibi quodãmodo nobilitas legẽ imponit, vt debere ſe,quod ſponte tribuit,exiſtimet*, expẽde q̃ ſponte tribuit,& vlterius,*Et niſi in beneficijs ſuis creuerit, nihil ſe præſtitiſſe putet*:quæ verba quodã conſiliũ ſalutare,liberalitatẽ exercẽdi apertè denotant, pręceptũ verò nequaquã includũt:neq; progreditur vltra tex. ille:ius etiã ciuile leges habet prębẽtes conſiliũ,ſicuti illud Vlpiani.I.C. in l.1.ff.de inoffic.teſtam. vbi agens quibusnã cõpeteret querella inofficioſi, ita ſubiungit; *Cognati enim proprij qui ſunt vltra fratrẽ melius facerent ſi ſe ſumptibus inanibus non vexarent cũ obtinendi ſpẽ non habeant*: ſignificãs nõ iniungi præceptũ proprijs cognatis vltra fratrẽ, vt abſtineant à querella & innanes ſumptus ſuper deſperata lite non faciant,ſed ſolũ conſiliũ dari,ita vt nõ fuerit illis pręcepto prohibitũ de inofficio diſputare,ſed reditũ ſalutare conſiliũ,ibi, *melius facerent*,nõ litigandi innaniter, ſine vlla obtinendi ſpe:igitur ex l. Euangelica I.Canonico, & Cęſareo, iunctis ſuperioribus fundamẽtis proximè relatis manet cõprobatũ,in omni iure plures inueniri leges conſilij,& non præcepti, ac percõſequẽs de primo advltimum manifeſtum relinquitur, neceſſe non eſſe,quod omnes leges præceptum contineant.

9 Contrariã tamẽ ſententiã verioré, & tenendã defendit altera cõmunis Doctorũ,quos refert & ſequitur Fr. Alphonſ.de Caſtro, inſignis Monachus Franciſcanus,lib.1.de poteſt. l. pœn.c.1.circa finem.Domin.de Soto.lib.1.de iuſtitia & iure. q.1. art. 1. col. 3. poſt D.Thom. 1.2. quæſt. 17. art.1. & quæſt.92. art.2. ad primum: aſſerentes nõ poſſe dari diſpoſitionẽ aliquã quantũcunq; in vtilitatẽ publicam

Digitized by Google

blicã à Principe promulgatã tanquã legẽ, quę præceptũ nõ includat: mouentur ex eo, quia vt deducitur ex Arist. Philosophorũ Principe, lib. 6. Ethic. c. 10. & nos superius animaduertimus differentes de legis definitione ipsa est actus vltimus intellectus practici, quũ, vt Philosophis placet, necessariũ est præceptũ, importare: ergo fieri nõ potest, quod lex nõ contineat & inuoluat præceptum.

10 Tùm prætereà, quia ll. ferũtur à Regibus & Principibus, ad dirigendos & ordinãdos subditos, in fines quos intẽdũt, vt perspicuũ est, & satis ostẽdimus supra dũ sermo esset de natura ipsius legis, sed subditi nõ possunt aliter per superiorẽ ordinari, in fines debitos, nisi mediãte pręcepto imperãdo & præcipiendo res ita fieri, vel nõ fieri, aliàs inanis & vacua, & sine effectu esset talis ordinatio: igitur coacta ratione, ne leges in vanũ ferãtur, & promulgẽtur, sentire debem⁹, necessariũ esse, quod pręcisse pręceptũ cõtineant: ne frustratoriæ sint, & à subditis, qui illas obseruare deberẽt pro nihilo ducantur: cũ dedecore & ignominia, ipsorũ Legislatorum; etenim sine præcepto, leges essent nullius momẽti & põderis, neq; reciperẽtur, neq; obseruarẽtur semel receptæ, quare præcisse requiritur, quod leges omnes præceptum includant.

11 Et cõfirmatur, quia resoluimus iã, legẽ esse ordinationẽ rationis: certũ autẽ est talẽ ordinationem nõ posse ad effectũ reduci, nisi Princeps eam obseruari præcipiat & imperet: cogimur ergo fateri imperium ipsum cõtineri, & includi in natura & essentia ipsius legis.

12 Deniq; dubitari nõ potest de veritate huius vltimę sentẽtiæ cum habeamus legẽ expressam ita statuẽtẽ, id est accutissimi ingenij virũ Papinianũ. l. Cõsultũ. qui lib. 1. suarũ de-

fin. in hæc elegãtissima verba prorupit (*lex est cõmune præceptũ virorũ prudentiũ consiliũ delictorũ quæ spõte vel ignorãtia cõtrahũtur coertio cõmunis Reipublicæ sponsio:*); quæ verba referre valde placuit, vt ex eorũ seriè lector intelligat, non solũ præceptũ, sed coertionẽ etiã includi, atq; cõprehendi in ipsa definitione: vt nullus possit deinceps dubitationi locꝰ relinqui, quin leges omnes Imperiũ in sua ratione formali includãt, & inuoluãt: ita vt aliàs desinant esse leges Imperio & præcepto tanquã vitæ carẽtes: ex quibus efficacissimè manet corroborata hæc secũda D. Tho. & suorũ discipulorũ sententia, à qua etiã si plura nõ suppeditarent fundamenta propter eximiã authoritatẽ accutissimi Papiniani nulla ratione discedere liceret. Illud verò, q⁹ accutissimè more suo vsurpat Papin. in d. l. 1. legẽ, scilicet coertionẽ esse, nõ solum eorũ quæ sponte, sed etiã quæ per ignorantiã cõtrahuntur (in quo mirabilis profecto est. I. C. decisio) oportunè si Deo placuerit suo loco discutiemus.

13 Vt autẽ proximè relata sententia, & quid in hac re tenẽdũ sit pœnitus intelligatur, nõnulla breuiter veniũt prænotanda, & Primo cũ Syluestro, verb. *permissio*, & Caiet. in Matth. c. 19. vers. *Moises permisit*. Soto in 4. distin. 33. q. 2. art. 2. post D. Tho. super 1. ad Corint. & super illis verbis, *hoc autẽ dico secũdũ indulgentiã*, lect. 1. glo. 1. & cõmunẽ Doctorũ, in. c. omnis. 3. distin. maturè aduertẽdũ est permissionẽ propriè nõ dici quando Princeps sciens, & prudẽs, fieri nõ prohibet, quæ licita & honesta sunt: vt cũ iudicio considerauit Paul. Castr. in d. l. legis virtus, nu. 3. & admonuerunt DD. proximè relati, sed illa sola est, & cũ propriè appellare possumus & debemus, verã permissionẽ, quæ

cadit circa illicita, vel circa illa quæ prohibita ſunt.v.g.quando Rex, vel Princeps certior factus de prohibitione,ſiue cognoſcens rẽ illicitã, & inhoneſtã eſſe illã nihilominus permittit,& conniuẽtibus oculis nõ punit leges iuſtas,ſiue præcepta ſalutaria continentes, quæ propriè & in rigore eſt,& dicitur vera permiſsio, vt probat tex.elegans in d.c. hac ratione.11.q.1. Etenim licet negari non poſsit permiſsionẽ aliquando cõtingere circa licita & honeſta, iuxta B. Pauli teſtimoniũ.1.Corinth.ibi;*Hoc autẽ dico ſecundũ indulgentiã*; vbi idem admonet B.Tho, tamẽ propriè,& rigoroſè illa ſola permiſsio eſt,quæ fit circa illicita,vel aliâs prohibita.

14 Rurſus dicto notabili accedit alterũ,nõ minus neceſſariũ in hac materia,quod cũ leges eò inuentę,& conſtitutæ fuerint,vt illis hominũ actiones ordinarẽtur in fines intẽtos à Legiſlatoribus, & vt regula ſint omniũ actionũ humanarũ per quã quidquid homines egerint in bonũ Reipublicæ, & publicã vtilitatẽ ordinaretur; triaq; ſint actionũ humanarũ genera:alię enim ſunt actiones hominum directè malæ,aliæ directè bonæ, aliæ denique indifferentes: neceſſe quoq; fuit tres ſimiliter modos conſtituere ad præcipiẽdas actiones ſubditorũ,ipſasq; dirigendas in bonum cõmune Reipublicę;quare Princeps ad dirigẽdas & ordinandas actiones hominum directè malas,vtitur,& vti debet ordinãdi modo correſpõdẽti ali actioni directè malę, id eſt prohibitione;qua Principes malis actibus illos prohibẽtes ſe opponũt; Ad dirigendas vero, & ordinãdas actiones directè bonas, alio actu directo ſe obijciũt & opponũt Legiſlatores,ſcilicet præcipiẽdo,vt ita fiant. Tandem actiones indifferẽtes per actũ indirectũ permiſsionis dirigere debent permittẽtes,vt tales actiones in differentes poſsint fieri: & voluit addere I.C,quartum genus,id eſt punire, vt denotaret manifeſtè inutiles eſſe tres illos modos dirigendi actiones hominũ per prohibitionẽ præceptũ & permiſsionẽ, niſi quartũ modum aderemus,ſcilicet punitionẽ,& cõertionẽ:in quibus tota vis legũ, & conſtitutionũ ſita,atq; collocata eſt, iuxta text.in l.vlt. ibi, *non paretur impunè*, ff.de iuriſdict.omn.iud.& in l.1.ff.de offic.eius cui mãdata eſt iuriſdictio: quæ quarta virtus legis in iuſta punitione,& coertione cõſiſtens cæteras omnesvirtutes mira brevitate à I.C. traditas & cõprehẽſas,in d.l,legis virtus,mirũ in modum exornat, & perficit,ita vt ſine illa reliquæ innanes & vacuę ſint,teſte B.Tho, ex cuius doctrina dicta collegimus,1,2.q,92.art. 2.Soto vbi ſupra, & non obſcurè docuit nos I.C. Papinianus, dũ in d.l. 1.de conſtit.Princip. inter partes ad legis definitionem neceſſarias, coertionẽ quoq; enumerauit: quaſi cætera omnia mihil prodeſſent,ſi vis,atq; poteſtas puniẽdi,& coercendi deficiãt,parũ enim referret reliquas virtutes legis diſtringere,& exercere,ſi ad illas exercẽdas, & executioni mãdandas,coertione,& punitione, nõ vteremur.

15 Denicq; notandum eſt, ad radicitus intelligẽdã propoſitæ dubitationis reſolutionẽ: ad iuſtũ & legitimũ Principẽ pertinere nõ ſolũ iuſtis legibus,& ſalutaribus præceptis,ſubditoſq; actiones,in bonos fines dirigere,& ordinare,ſed etiã illos ad pacẽ & trãquilitatẽ Reipublicę obtinẽdã, admonitionib⁹ optimisq; cõſilijs inuare bonisq; bonis moribꝰ inſtruere, 16
nõ ſolũ præcipiendo,ſed cõſulendo, exemplo ſummi illius Legiſlatoris, Chriſti Redẽptoris noſtri, cuius omnis actio,noſtra debẽt eſſe inſtitutio,

qui

qui pro infinita ſanctitate ſua prædictũ munus,& præcipiendi,& conſulendi prudentiſsimè & ſapientiſsimè,obiuit,& impleuit.

16 Circa quã doctrinã illud pro appẽdice conſiderandũ reſtat,dicta ſalutaria Regũ cõſilia,ſiue quæ tradũtur ad ſubditos admonẽdos,ſiue quæ in ſcriptis ſanctorũ Patruũ cõtinentur revera leges nõ eſſe,ſed quaſdã veluti paternas admonitiones,vt animaduertit. Soto lib. 1. de iuſt. q.2. art. 2.ad ſecundum.

17 Quibus ita cõſtitutis amplectẽtes dictã ſecundã ſententiã,reliquũ iam eſt,vt rationibus, & fundamẽtis pro priori opinione adductis,breuiter ſatisfaciamus: & ad primũ breuiſsimè dicendum eſt abſq; dubio: reſponſa I. Conſultorum præcepta continere,quibus vaſſalli,& ſubditi ſtare tenentur, & iuxta veras, & legitimas I. Conſultorum interpretationes iudicare; ſecundum mentem & ſententiã text.in.c.reſponſa prudẽtum. 2.diſt.vbi dicitur fuiſſe quoſdã prudentes,& arbitros æquitatis,qui inſtitutiones iuris ciuilis compoſitas ediderunt, quibus diſidentiũ lites, cõtentionesq; ſopirent:neque enim licebit iudici,vt ibidẽ docuit gl.verb. *ſopirent*,ab eorũ reſpõſis,tam in cõſulendo,quàm in iudicãdo, vlla ratione deuiare, quo iure vtimur: igitur dubiũ nõ eſt,quin dicta reſpõſa prudentũ,præceptũ cõtineant:quidquid nõ ignoremus alios alia tradere,quæ rectè cõſiderata dictis nõ cõtradicũt, qua ratione ceſſat ſecũdũ argumẽtũ.

18 Ad ſecundũ de permiſsione,quã præceptũ nõ includere aiebat prior opinio,dicendũ eſt, potius eſſe conſtãter affirmandũ,in permiſsione ipſa præceptũ inuolui,nã vt intẽdebat F.Alphon.de Caſtr.vbi ſupra, tenentur proculdubiò ſubditi ex præcepto imbibito, & incluſo in permiſsionę ipſa,permiſsionis,actũ nõ impedire, ſiue nõ obſtare; quominus etiã ſi res illa ſuper qua cadit permiſsio, illicita,ſeu prohibita ſit,fiat & effectũ ſortiatur,nõ obſtante prohibitione,ſiue iniquitate actus,cum ex alia parte,ſit permiſsio,& conniuentia Principis: qua ratione dubitari nõ poteſt,quin permiſsio præceptũ includat,de qua permiſsione interpretãdũ eſt reſcriptũ Imperatoriũ in l.Graccus.C.ad l. Iul.de adult.vbi permittitur vxorici diũ in fragãti adulterio â marito perpetratũ, quæ lex præceptũ continet, ne iudices impedire poſsint,permiſsionẽ illã, ſed impunitos relinquant maritos talia vxoricidia cõmittẽtes.

19 Qua etiã ratione ſæpenumerò in iure noſtro permiſsiones, præcepta appellari cõſueuerunt, & ecõuerſo, præcepta permiſsiones nominari, prioris exẽplũ ſit in d.c.hac ratione, 31.q.1.ibi,*volentes præcipimus*,vbi permiſsio præceptũ appellatur. Secũdi exẽplũ erit text.in l. leges ſacratiſsimè. C. de leg.in illis verbis, *permiſſa ſectentur*, quibus permiſsio præceptũ nuncupatur, ad quã etiã doctrinã reducendę ſunt omnes leges,& capitæ vtriuſq; iuris,quæ permittũt,contractus,ſemel celebratos,reſcindi & annullari,cõtra præceptũ celebris text. in l.ſicut ab initio,de action.& obligatio.vbi quod ab initio liberũ fuit poſtea firmũ eſſe debere præcipitur, & nihilominus ſunt plura iura, vt in l.2.C.de reſcinden.& in l.emptio.ff. de actionib.empt.quæ cõtractus ſemel ſpõte celebratos reſcindi volũt, atq; permittũt,quas leges & permiſſionẽ illã,præceptũ includere,ne ſubditi prohibeant,aut impediant', illarum vſum indubitati iuris eſt,& manet ſolutum,& explicatum ſatis, ſecundum argumentum.

20 Tertiũ minorẽ habet difficultatẽ, ſi traditã de permiſsione doctrinam

diligenter attendas: etenim dignitates honores,& præmia,quibus homines ad rectè operandum inuitari ſolent, reductiuè pertinent ad actum, & virtutè permiſsionis:quæ in quantum talis,ſine dubio præceptum cõtinet,vt ſatis ſuperque proximè oſtendimus, quo præcepto, ab actu & virtute permiſsionis proueniente, iudices,atque cæteri Reipublicę miniſtri aſtringuntur dictos honores, dignitates, & quæcumque debita præmia, inferioribus largiri: quod autem præmiorum petitio,atque cõceſsio ob ſeruitia, vel egregia aliqua facinora,ſiue in bello,ſiue in pace facta,pertineat,aut reduci debeat ad permiſsionem, probat expreſſè D.Iſidor.lib.5. Ethimol. cap. 19. relatus in cap.omnis.4.in ordin.3.diſt. in princip.ibi:*Omnis autem lex, aut permittit aliquid, vt vir fortis petat præmium,aut petat,&c.* Ecce vbi præmij petitio, apertè reducitur ad permiſsionem,quam clarè docuimus præceptum includere: namque fruſtra eſſet,& fraus manifeſta;ſubditos prę mijs allicere, & inuitare ad virtutẽ, ſi pœnes legem inuitantem, & alicientem non eſſet præceptum, vis, atque poteſtas, ad compellendos Reiqublicæ miniſtros,vt præmia fortibus,& iuſtis,ſtrenuèque dimicantibus, præſtent, atque concedant. Quare etiam in inuitatione ſubditorum ad honores, & præmia,præceptum includitur:& latet vis, atque facultas coercendi,eoſdem miniſtros; vtpræmijs & honoribus correſpondeant, re & opere adimplentes, & præſtantes præmia, quæ verbis legis propoſita fuerunt,legitimè, certantibus.

21 Quartum denique & vltimum argumentum, quod vſurpabat dicta prior ſententia de legibus conſilij, minus quidem obſtat, ſi aduertas ex ſupra notatis, quod ſi dentur aliqua reſcripta Principum, conſilium dũtaxat continẽtia, nequaquam leges erunt, ſed quædam veluti paternæ monitiones, iure magis pietatis,quã Imperij,ab ipſomet Principe dimanantes,ſi aliàs,talia reſcripta præcepta non inuoluant,vt rectè conſiderauit Soto vbi ſupra:& addere poterit lector nullã (niſallimur)in toto corpore iuris,neque extra, inueniri, aut excogitari poſſe legem,quæ præceptum non contineat, quamuis ſimul etiam cõſilium præſtet: vt inductione facta patebit, & apparebit perſpicuè,omnes,& quaslibet leges, quæ prima facie videntur ſolum conſilij, rectè conſideratas & expenſas, præcepta etiam continere, vt perſpicitur in l.Euangelica,quæ perfectiſsima lex eſt includens naturalia præcepta, & quam plurima etiam mandata poſitiua,ad quatuordecim articulos fidei, & ſeptem Sacramenta nouæ legis expectantia, quæ tamen Euangelica lex, nihilominus dictis præceptis naturalibus,& poſitiuis,ad ſalutarem ſuam perfectionem,adiũgit quoque nonnulla & non pauca, ſaluberrima conſilia: nec ideò deſinit eſſe vera & perfectiſsima lex, cũ aliàs præcepta contineat, atque vim & poteſtatem ſubditos coercendi: Reſpondemus ergo in forma (vt dialectici loquũtur)dictæ argumẽtationi, negantes poſſe dari leges aliquas cõſilium dumtaxat, & non præceptũ includentes, quod ſi ſimul inuoluãt conſilium,& præceptum ſatis erit,vt verè leges ſint,ſemperque relinquitur non eſſe dabilem legem aliquã, ſine præcepto, quod nos rectè defendimus. Manentque ſoluta argumenta, quibus pars oppoſita nitebatur.

22 Ex quibus quæ de permiſsione, quemadmodum ad virtutem legis pertineat

Digitized by Google

pertineat non male(vt credo) ſuperius declarata ſunt,venit in primis taxandus, & animaduertendus Magiſter Domin.de Soto,qui lib.1.de iuſtitia & iure,quæſt.2. art. 2. ad 2.immerito, & cum minore quam deceſſat virum doctum modeſtia,Accurſium interpretum I.Ciuil.facilè Principem,notat & reprehẽdit, eo quod in d.l.legis virtus magno cum iudicio, vt illi moris ſemper fuit, nobis tradiderit actum conſulendi, ad legis virtutem pertinere, cum potius inſignis ille Theologus,& in ſuo Ariſtotele, & D. Thom. magnopere verſatus non ſatis attenderit conſilium,vt prædiximus, ſiue conſulendi actum ad permiſsionem reduci, quam vnam eſſe, ex quatuor legis virtutibus à I.C.enumeratis, indubitatũ eſt,& ſimiliter pœnes legis conſilium & permiſsionẽ,vim eſſe coerciuam;atque præceptum, ne ſubditi,quæ permittuntur impediant, aut prohibeant,vti conſilijs,ab ipſa lege datis,quod ſufficit, vt verè dicamus legem ipſam,quatenus permittit, & conſulit vim habere coerciuam potestatẽq; præcepti ſortiri: rectius ergo Dominus Accurſius (quidquid eum minus benè reiecerit Soto vbi ſupra) exiſtimauit conſilium ad legis virtutem expectare:in eo quoq; deceptus Magiſter Soto,quod pro ſua confutatione,non ſatis attentè Bartolum legerit,qui in d.l, legis virtus, nõ aperto Marte,ſed dubius Accurſium improbauit,cum qua dubitatione pertranſiuit etiam Paulus Caſtrenſ. ibidem, non ſatis ſecum ſtatuens,an vera ſit,vel falſa relata magni Accurſij doctrina aſſerentis conſulendi actum ad legis virtutem pertinere:vt revera pertinet ex nuper à nobis tradita & explicata doctrina.

23 Secundo & vltimo, non videtur venia dignus Fr. Alphonſus de Caſtro, doctiſsimus alioquin Theologus,dum lib.1.de leg.pœn.c.9.quaſi increpans I.C.qui in d.l.legis virtus quatuor dumtaxat enumerauit legis virtutes, quintam ipſe ex ſuo capite auſus eſt addere, nempè) præmiandi virtutem,) (vt loquitur eruditiſsimus ille vir) qui non ſatis conſiderauit, id quod nos expendimus ſupra:nempè præmijs afficere ſubditos,ſub permiſsione includi: (teſte Iſidoro) relato in cap. omnis. 3. diſtinct.quare melius I. C. exiſtimauit illos ſolos quatuor actus eſſe omnes legis virtutes; & non plures, neque pauciores: ſcilicet imperare, vetare, permittere, punire, cæteri namque actus,quorum meminiſſe non videtur Modeſt.in d.l. legis virtus, facilè quidem ad dictas quatuor legis virtutes reduci poterunt ſi iudicium adhibeatur, non fuit ergo neceſſe quintam virtutem legis,excogitare, cum præmiandi actus ad permiſsionem ipſam reduci poſsit & debeat.

24 Tandem vt præfatam reſolutionem,ad praxim quotidianam reducamus, lectorem admonitũ eſſe volo:tam ad iudicandum,quàm ad cõſulendum,parum, aut nihil intereſſe, quod Principes in ſuis legibus, ſiue in Decretis illarum,vtantur, verbo, *præcipimus*, *mandamus*, & alijs id genus, præceptum, & coertionem denotantibus: cum in ipſa lege,quæ *ordinatio rationis eſt*, tacitè ſubintelligatur ratio præcepti,& coertionis, & aliàs, vt prænotauimus ſuperius,ſine præcepto & coertione,nequeant Legiſlatores ſubditos ordinare in prætenſos fines: ſufficiet ergo Legiſlatorem per ordinationem rationis,id eſt per legem aliquid ſtatuiſſe:nam hoc ipſo præceptum dediſſe cenſendus erit: cui obtemperare tenebuntur miniſtri, & ſubditi, ſiue iudices,ſiue alij inferiores, tam

in iudicando, quàm in conſulendo, & ita praxis obſeruat, quæ non curat, neque curauit vnquam, de legis præcepto, ſed de eius ordinatione, neque vtrum præcipiat lex, ſed ordinet necne.

Summaria ad Controuerſiam 8.

1 *BOnum in materia iuſtitiæ nulla ratione inueniri poteſt, ſine æquo; bonum vero extra materiam iuſtitiæ in alijs quibuſcunque materijs optime reperiri poteſt ſine æquo.*

2 *Aſſignatur prædictæ diſtinctionis ratio, & explicatur lex. 1. in principio. ff. de iuſtitia & iure, & quomodo magnæ notæ authores, eximiam connexionem inter bonum, & æquum in materia iuſtitiæ ſemper oſtendevnt.*

3 *Declaratur titulus controverſiæ, vt non procedat de æquo & bono in communi, ſed de æquitate in materia iuſtitiæ.*

4 *Adducitur tex. in l. hac lege. C. de pactis conuent. ad probandum poſſe dari legem, quæ deciſcat ab æquitate.*

5 *Confirmatur. quia multæ ſunt leges, ſubſtinentes actus metu geſtos, quas indubitatum eſt alienas eſſe ab æquitate naturali.*

6 *Leges præterea, & canones vſucapionem approbantes videntur eſſe contra æquitatem naturalem, & ſi iuſta ſint, & receptæ.*

7 *Nihilominus non eſſe dubitem legem humanam, quæ ab æquitate deficiat defendunt plures Doctores qui referuntur.*

8 *Sequitur eſt dicta ſententia, aliàs enim daretur lex iniuſta, quod nullatenus admitti debet, cum iuſtitia inueniatur in ratione formali ipſius legis.*

9 *Æquitas nihil aliud eſt, quam æqualitas, quæ coincidit cum iuſtitia, & iuſtitia cum ipſa lege, & ſic non eſt dubitabilis lex, quæ ab æquitate deficiat.*

10 *Repugnat quod lex ſit ordinatio rationis & ipſam ab æquitate deficere.*

11 *Æquitas nihil aliud importat, quam dictamen rationis in materia iuſtitiæ, vt interdix I. C. ſic intelligendus in l. Diuus. ff. de in integrum reſtit.*

12 *Æquitas aliquando opponitur iuri ſcripto, ſeu ſtricto rigori, quod probatur rationibus legibus & exemplis.*

13 *Defenduntur authores dicentes ſæpènumerò rigorem opponi æquitati, quibus abſque fundamento contradixit Albarus Baez.*

14 *Iuſtiſſimæ & vtiliſſimæ ſunt leges præcipientes obſeruari contractus metu, vel dolo geſtos, cum quibus æquitas primo aſpectu pugnare videtur.*

15 *Dictæ leges de obſeruandis contractibus metu, vel dolo geſtis, nihil nouum diſponunt, ſed ſunt quædam declarationes iuris antiqui. 12. tabularum, quod generaliter conuentiones obſeruari iuſſit.*

16 *Non verè Dominus Couarr. dictas leges appellat ius aſperum, & durum non aduertens, antequam exceptiones inuenirentur iuſtiſſimum quidem fuiſſe dictum ius, nec duritiem, aut aſperitatem aliquam continere.*

17 *Publica vtilitas anteponenda eſt priuatis, & multa ſunt, quæ ſi rationem eiuſque vtilitatem attendas iniuſta videntur, quæ attento bono Reipublicæ iuſta ſunt, & rationi conſentanea.*

18 *Bonum*

Digitized by Google

18 *Bonum in cõmuni rectè datur ab æquitate separatum, ex quo principio deducitur intellectus ad responsum Imperatorium in l. hac lege, C. de pactis conuentis.*

19 *Maiorem difficultatem habet quomodo possint esse iuste illæ leges, quæ probant contractus metu, vel dolo gestos, quibus æquitas magnopere aduersatur.*

20 *Refertur solutio Fortunij distinguentis in hac parte inter ius naturale, & ius ciuile.*

21 *Cõfunditur præstantissimi Fortunij solutio, quia in effectu cõcedit dari legẽ humanam ab æquitate denuntiẽ contra manifestam rationem.*

22 *Accedit contra Fortunium, quod omnis lex humana detinatur á naturali, quæ vt Fortunius rectè fatetur non potest ab æquitate deflectere.*

23 *Explicatur text. in l. 1. C. de dol. except. & in l. sicut, C. de actionib. & obligationibus, & diluitur præfatum argumentum, vt dicta leges in genere iustæ sint, licet in particulari duritiem contineant.*

24 *Attenta publica vtilitate vsucapiones, & alia similia acquisitionum genera non solum, non sunt contra æquitatem, sed secundum ipsam.*

CONTROVERSIA 8.

Vtrùm dari possit lex aliqua, quæ ab æquitate deficiat.

AD intelligẽdũ titulũ præfatæ dubitationis, & vt percipiam, quid sit id, de quo disputatur, præmittẽda est celebris illa distinctio inter bonum in materia iustitiæ, & bonum extra illam materiam, cuius post Aristot. meminit D. Thom. 1. 2. q. 55. art. 2. 3. & 4. & item 2. 2. q. 57. art. 1. vt bonum in materia iustitiæ nulla ratione inueniri possit, sine æquo: bonum verò extra materiam iustitiæ, in alijs quibuscũque materijs, optimè reperiri possit; siue æquo, vt communiter Theologi docent super D. Thom. dictis locis.

8 Oportet etiam præmittere pro titulo quæstionis propositæ, quo facilius intelligatur, prædictæ distinctio-

nis eam rationem esse; nam cum in eodem D. Thom. dict. q. 55. art. 2. 3. & 4. in omnibus actibus, quarumcũque virtutum, bonũ reperiri debeat, æquum verò, nõ, nisi in solis actibus iustitiæ: teste S. Doctore, d. 2. 2. q. 57. art. 1. nullo modo fieri potest, vt in materia iustitiæ, bonum contingat, absque æquo: etenim bonũ, & æquũ in materia iustitiæ, ita connexa copulataque sunt, vt nequeat vllum esse sine altero, vnde l. C. in l. 1. in princ. ff. de iust. & iure, cũ cognouisset bonum & æquum esse partes iustitiæ ab illa inseparabiles, & ius ipsum circa iustitiam potissimum versari; appellauit artem boni & æqui, vt significaret ius in bono & æquo tãquam in quibusdam cardinibus verti, vt animaduertit Frah. Comman. lib. 1. comment. c. 11. & rectè considerauit insignis Hispa. Fortun. vir inge-

nio

nio bene fortunato in d.l.1.ff.de iuſtit, & iur. vbi quoque Guillelmus Budeus homo exquiſitę eruditionis. Neque diuerſimodè ſenſiſſe videntur magnæ notæ authores, quinimò eiuſdem I. C. veſtigijs inhærẽtes, ad tradendam arctiſsimam connexionem inter bonum & ęquum in materia iuſtitiæ, ſemper vt vnam & eandẽ rem explicent, atque ſignificent, cõiungunt illa duo, nempè *bonum & æquum*, vt proximè relati Doctores aduotarunt, eſtque familiariſsimus, & frequentiſsimus loquendi modus apud optimos authores, qui illis duobus verbis, *bonum & æquum*, coniunctim vtentes, eximiam connexionẽ & familiaritatem, quam ſecũ habẽt, illa duo verba, apertè ſignificant, & oſtendunt.

3 Qua diſtinctione, & eius ratione prælimilla, pro intelligentia tituli controuerſiæ noſtræ, iam deducitur in eo conſiſtere, vt diſcutiamus, nõ quidem vtrum detur lex ab æquitate, id eſt ab æquo & bono in cõmuni deciſcens, quæ ratione careat, ſed an detur lex deficiens ab æquitate in materia iuſtitiæ, quæ iuſta ſit, & non æqua, vt clarius & latius in diſcurſu quæſtionis explicabimus.

4 Partem affirmantem comprobare videntur Imperatores in l. hac lege, C. de pactis conuentis, dum in illius tex. hypotheſi æquitatẽ bonitati opponunt, aſſerentes bonũ quidem futurum, vt mulier quæ propriã perſonam marito committit, committeret etiã paraphernа, id eſt bona, quæ habet extra dotem, attamen (ſubiungunt Imperatores) *quoniam conditoras legum æquitatis conuenit eſſe fautores nullo modo*, &c. Quibus verbis æquitate adducti decernunt oppoſitum eius, quod proximè bonum eſſe dixerant: ecce ergo tex. expreſſ. affirmantem dari poſſe bonum ab æquo deciſcens, quam doctrinam confirmat glo. communiter recepta, in d.l. hac lege. verb. *bonum*, quæ docet ſeparari quidem, atque diſtingui bonitatem, ab ęquitate: igitur benè poterit dari lex ſuper bono fundata, prout ab ęquo diſtinguitur, & percõ ſequens, quæ ab ęquitate deflectat, & eſt intentũ, ita tenuit glo. verb. *iur.* in d.l.1.ff.de iuſt. & iur. quam ſequitur Fortun. ibidem poſt Bart. & cõmunem ſcholam in eadem.l.1.

5 Præterea fundatur, dari poſſe legem humanam (nam de hac eſt controuerſia noſtra non de lege diuina, aut naturali) quæ vera & iuſta lex ſit, deuiet tamen ab æquitate, etenim pluſquam manifeſtum eſt plures eſſe leges, atque Principum placita, & conſtitutiones, contractus metu geſtos, & celebratos, ſubſtinentes: vt conſtat ex text. in l. dolo, cum ſimilibus. C. de inutilib. ſtipul. quas quidẽ conſtitutiones citra omnem controuerſiam eſt, eſſe iuſtas, legitimas, & ſubſtinendas, iuxta præceptum Imperatoris in prin. inſtit. de except. in ſuper certum & indubitatum etiam eſt, tales leges, alienas eſſe, ab æquitate naturali: vt proclamat I. C. ind. 1. ff. de doli exceptio. verſ. *item*, in illis verbis, *contra naturalem æquitatem*, expreſſe denotantibus contractus, dolo, geſtos, & celebratos, equitati naturali contradicere, eandemq; æquitatem naturalem infringi & labefactari, per ipſas leges, ſimiles conuentiones ſubſtinentes, igitur dabiles ſunt, & dantur leges humanæ ab æquitate deficientes.

6 Et cõfirmatur eadem pars ex eo, quia plures ſunt leges ex vna in alteram perſonam rerum dominia, transferentes, contra naturalem æquitatem: vt habemus exemplum in legibus vſucapionem ſequentibus. l. 3. ff. de vſucapion. & approbatis vſu-

capionem

capionem ipsam, tanquam medium ad transferendum dominiũ ab vno subdito in alium, quas leges æquitati cõtradicere docemur aperte, quia proculdubio contra æquitatem pugnat, quemquam cum alterius iactura locupletari: contra reg. tex. in l. nam hoc natura. ff. de condict. indebit. & contra regulam locupletari de reg. iur. in 6. Manifestũ autem est, adquirentem alicuius rei dominium, media vsucapione per legem approbata, locupletiorem fieri, cum alterius damno & iactura contra rationem & æquitatem naturalem, quæ totum oppositũ suadere videtur: dictas vero leges dominia rerũ sic posse trãsferri iuuentes, & approbantes, iustas & legitimas esse, explorati profecto, iuris esse videtur, cum conditores habeant non Iurisconsultos, aut Imperatores tantum, sed Pontifices Maximos, & generalia concilia, quæ vtpotè passim obuia referre non libet sintq; & fuerint multis ab hinc annis, in Republica Christiana receptæ, & approbatæ, quarum constitutionum authoritate quotidie vtuntur Tribunalia, tã iudices, quàm aduocati; fit ergo consequens plures leges humanas, iustas, dari posse, quæ ab æquitate deficiant.

7 Nihilominus partem negantem, id est dabilem, nõ esse legem humanam positiuam, quæ ab æquitate deficiat, cõstanter defendunt Cardin. Sancti Sixti, vulgo Turrecremata, nuncupatus in c. ius generale. 4. dist. insignis Cantaber Fortunius in l. 1. num. 6. ff. de iust. & iur. vbi Guillelmus Budeus, Franciscus Connanus, lib. 1. comment. cap. 11. doctissimus Couarr. in reg. possessor. 2. part. §. 6. numero. 3. Dominic. de Soto lib. 3. de iust. quæst. 1. art. 1. ad primum. per doctus Lusitanus Aluar. Baez in sua emphytheusi, quæst. 5. num. 4. plures relati ab insign. Couarr. vb proximè.

8 Quorum sententia à nobis sequẽda, & tenenda, non leuiter fulcitur sequentibus fundamentis. Primò, quia si dabilis esset lex, quæ ab æquitate deficeret, sequeretur manifestè dari quoque posse legem iniustam, vtpotè deuiantem à iustitia, sequellã probo, quia vt placuit eloquentiæ Principi ad Herenium lib. 3. iustitia æquitas est suum vnicuique tribuens, & qui deuiat ab æquitate, statim deficit etiam, à iustitia, consequens autẽ est falsum ergo & illud ex quo sequitur: minorẽ probo, scilicet, quod cõsequens falsum sit, esset enim magnum absurdum, & inconueniens maximum, concedere, dari posse legem à iustitia deuiantem, contra apertam mentem, & sententiam expressam Isidori relati in cap. erit autẽ lex ibi. iusta, 4. distinct. vbi iustitia legis proforma requiritur, vt exprimit verbũ illud, *erit*, in princip. positum, quod formã denotat, ac si clarius diceret, erit autem lex iusta, aliàs non erit lex, & contra text. in l. 1. in prin. ff. de iustitia & iure, ibi, *iustitiam namque colimus.*

9 Deinde efficacius probatur eadem pars, si animaduertamus, quod æquitas nihil aliud est, quam æqualitas quędam constituta à iustitia ipsa, in omnibus rebus; est enim munus proprium iustitiæ omnia & singula ad æqualitatem reducere; talis autẽ æqualitas æquitas est, quæ semper ambulat annexa, atque coniuncta ipsimet iustitiæ, vt denotauit Imperator in vulg. l. placuit. C. de iudicijs, ibi, *iustitiæ æquitatisque*, & rectè considerarunt Couarr. Aluar. Baez, Soto, & reliqui superius laudati: Ipsam verò æqualitatem nihil aliud esse, quam ipsam iustitiam, & vnam cum altera & ècontra ad conuertentiam dici

Digitized by Google

dici indubitatum eſt:cum æqualitas idem ſit quod iuſtitia, & iuſtitia nihil aliud importet,quam æqualitatẽ quandam;ergo de primo ad vltimũ non poteſt dari lex,quæ colat iuſtitiam,& eadem ab æquitate deficiat, nã ſi deficeret ab æquitate,ab æqualitate etiam deuiaret,& iuſtitiam nõ coleret, ac perconſequens iniuſta eſſet,& non lex,iuxta prædictam cõſiderationem,quam nuper faciebamus,contendentes, legis iuſtitiam, eſſe requiſitum eſſentiale eiuſdem.

10 Accedit in eiuſdem partis confirmationem, argumentum deſumptũ ab ipſa legis definitione, quam dicebamus eſſe ordinationem rationis in bonum commune, &c. in hunc modum impoſsibile eſt dari diſpoſitionem Regis,vel Principis,ſiue alterius Legiſlatoris, quæ ab æquitate deciſcat,& ſimul ſit ordinatio rationis:ergo nequit dari lex deuians ab æquitate:conſequentia probatur â definitione ad definitũ:etenim omnis lex ordinatio rationis eſt,quę ordinatio rationis non poteſt ab æquitate deficere,mutuò enim ſe perimunt hæc duo eſſe ordinationem rationis,id eſt legẽ,& ab æquitate deficere,erit namque lex iuſta rationabilis,quæ non modo pugnare cũ æquitate,ſed neque ab ipſa deficere, nec latum quidem vnguem poteſt, quomodo enim poſſet ſubditos ordinare in bonum commune, ſi non eſſet cum iuſtitia, & æquitate coniuncta: minimè ergo dabilis eſt lex ab æquitate deficiens.

11 Quæ ſententia dictis fundamentis corroborata verior quidem eſt,& ſequenda:pro cuius maiori declaratione,& pro ſolutione argumentorum,quæ pro priori contraria parte propoſita ſunt, nonnulla notabilia interim præmittere opportebit. Et primo animaduerto cũ meo præceptore Baldo, à quo ſi aliquid in iure profeci fateor didiciſſe in l.1. 1.lectura.ff.de iuſtit. & iur. cum Iaſ.in l. placuit.C.de iudicijs, quod æquitas eſt dictamen rationis in materia iuſtitiæ,vt intendit I.C. ſic intelligendus in l. Diuus, ibi, *ratio eſt æquitas*, ff.de in integr.reſt. docet Tiraq. lib. 1.de retract. §.35.glo.1. Franciſcus Connan.vbi ſupra,poſt Ciceron. & alios optimos authores per Tiraq. relatos,dict.loco,qui omnes docent æquitatẽ,nihil aliud importare, quã dictamẽ rationis in materia iuſtitiæ, ad quã ſignificationẽ referẽdæ reducẽdęque ſunt acceptiones reliquę huius verbi,*æquitas*,vbique â Cicerone,& dictis optimis authoribus per Tiraq.relatis vſurpatæ.

12 Quam quidem æquitatem,quę nihil aliud eſt, quam dictamẽ rationis in materia iuſtitiæ ſcitiſsimũ eſt opponi aliquando iuri ſcripto,ſeu ſtricto rigori:contingit enim multoties caſum emergentem de facto cõprehẽdi,& includi ſub verbis legis, quibus attentis caſus ille propter verborum vim,& thenorẽ,ſine dubio eſt, de caſibus illius legis, ſi verò mentẽ & rationẽ,quæ anima legis eſt, perſpiciamus deficit quidem in illo caſu,ratio mens & iuſtitia illius legis; ſubijciamus rem exemplis,quo facilius intelligatur: certè illi ſerui, de quibus in l.proſpexit.ff.qui & à quibus, ſi verba legis attendamus prohibentis in illa ſpecie dationem libertatis,nulla ratione potuerunt manumitti,tamen ratione, & mente legis Iuliæ,cuius ibi mentio fit rectè conſiderata,non inuenies cur dictis ſeruis differẽda eſſet libertas & manumiſsio:ecce quomodo ratio ipſa & æquitas iuri ſcripto, ſeu ſtricto rigori aduerſatæ ſunt in caſu.d.l.proſpexit,& in multis alijs legibus,& exemplis quorum meminit Couar.in reg.

poſſeſſor,

possessor,2.par.§.6.num.3.& in multis alijs iuribus passim supponentibus opponi multoties ius scriptum, & strictum rigorem,ipsimet æquitati,& è contra,sicuti docent,atq; supponunt,inter alia quã plurima text. in l.Pantonius.ff.de adquiren.hæredit.& in d.l.placuit C.de iudicijs.

13 Ex quo defendi possunt à multorum impugnationibus DD.communiter asserentes in d.l.placuit,& in l. 1. C. de legibus,& in cap. vltimo de transaction. quos refert & sequitur Tiraq.lib.1.de retract.§.35.glo.1.rigorem sæpenumerò opponi æquitati,quod verissimum quidem est, & ita supponunt omnia iura rectè intellecta, quamuis non satis probabilibus iuris fundamentis contradicat Aluar.Paez in sua emphyteusi.q.5. num.4.

14 Secundo pro maiori explicatione dicti notabilis considerare licebit cõtractus dolo,seu metu gestos, & reliquos omnes actus, qui secundum ius scriptum,& strictum rigorẽ sustinentur, non quidem niti peculiaribus iuribus,aut legibus in corpore iuris contentis: verbi gratia,l.1.ff. de doli except. d.l. prospexit.ff. qui & à quibus,d.l. dolo. C. de inutilib. stipulatũ similibus, sed fundari in iure antiquo legis duodecim tabularũ & aliarum legum præcipientium cõtractus ad vnguem,& præcisse obseruandos esse semel celebratos, iuxta mentem & verba I. C. in l. sicut ab initio.ff.de action.& obligat. & in l. 1.in princip. ff.de pactis: quibus locis impensè commendatur conuentionum obseruatio, neque dubium est dictas leges enixè præcipientes obseruari contractus in sua generalitate,& sic in vniuersum sumptas,iustissimas quidem esse, & vtilissimas. & non solum non esse contrarias, sed mirum in modum consentaneas & consonas,ipsimet æquitati,neque rigorem aliquem continentes,quod magis est,& credibile,si animaduertas,ad ea quæ frequentius accidunt, leges adaptari, sufficereq; si in genere iustæ sint,& legitimæ,dictæ leges, quæ sustinẽt,atq; defendunt, cõtra ct' metu gestos,& alios actus cũ quib' primo aspectu æquitas pugnare videretur, quãdiù per alias leges tales actus excepti non fuerint in specie.

15 Vnde etiam cum iudicio poterit expendi,& prænotari, dictas omnes leges,speciatim agentes,de sustinẽdis talibus contractibus, dolo, seu metu,celebratis,& alijs similibus actibus,prima facie cum æquitate pugnantibus,nõ constituere ius aliquod nouum:quasi illarum authoritate, tales actus, siue dolo, siue metu gesti, nitantur,sed solum esse quasdam iuris antiqui declarationes,& explicationes, multo enim antea quam per d.l.dolo.C.de inutilib.& per principium instit. de exception. & alia similia iura, constitutum fuisset, suprà dictos contractus,sustinendos, & valituros, mero iure; idemmet fuerat statutum per d. l. duodecim tabulatũ,& d.l.sicut ab initio. C.de action. & obligation. & d.l.1. in princip.ff. de pactis: quibus iam diu generaliter fuerat mandatum,conuentiones omnes obseruari, & sustineri debere:& nisi tales regulæ generales emanassent,nonnullæ exceptiones, & leges aliæ speciatim agentes, de eorũdem contractuum,siue dolo,siue metu,gestorum,rescissione,semper profecto,& perpetuo valerent, atque sustinerentur ex generalitate dictarũ legum.

16 Quæ cum non considerasset doctissimus aliàs Couar.in reg. possessor.2.par.§.6.nu.3.coactus fuit confingere nescio quas significationes rigoris & æquitatis erudite, more suo

ſuo,licet non verè,vt ex dictis patebit,referens ad peculiares leges de contractibus metu,vel dolo celebratis agentes, quod ipſimet contractus ſuſtineantur,& defendantur: vbi perperam non ſemel,ſed multoties ſcriptum ius,aſperum, & prædurum appellat: non animaduertens id in ſua generalitate, antequam exceptiones,vt prædiximus emanarent iuſtiſsimum quidem eſſe, neque duritiem,aut aſperitatem aliquam continere: neque alia incommoda, quæ minus aptè comminiſcitur Magnus Couar.d.loco.

17 Tandem priuſquam ad argumenta contrariæ partis diluenda accedamus,lectorẽ admoneo: id quod notiſsimum eſt,& ſatis vulgare, publicam ſcilicet vtilitatem, præferendã eſſe,& anteponendam,priuatis commodis: iuxta ſententiam Pontificis Maximi relatam, in cap.licet de regular.etenim turpis eſt pars,quę ſuo toto auxilium non affert, & opem: vt aliàs cecinit text. in cap.qui contra mores, in illis verbis: *Turpis eſt pars, &c.* 8.d.quò fit, vt quam plurima, quæ ſi priuatam vniuſcuiuſque vtilitatem attẽdamus, primo impetu iniuſta videntur, attento bono Reipublicæ,& publica vtilitate conſiderata,iuſta ſint, & rationi conſentanea.

18 Quibus ita animaduerſis, & non tam rudi, *vt aiunt*, minerua conſideratis, iam ſe ſe offerunt, ſponte ſua diſſoluenda,argumenta illa propoſita,pro aſſerentibus dari poſſe,legem aliquam,ab æquitate deuiantem: & primum quidem argumentum petitum,ab Imperatoris reſcripto,in d.l. hac lege,C.de pact.conuen.quo ſupponi videbatur, eſſe dabile bonum, deuians ab ęquo,facilem quidem ſolutionem habet: ſi reducamus in memoriam diſtinctionem ſuperius adductam,inter bonum in materia iuſtitiæ,& in alijs materijs: vt prius,nõ poſsit,ſine æquo inueniri: poſterius autem,ſcilicet bonum in communi, rectè dari poſsit ab æquitate ſeparatum:qua diſtinctione præhabita erit aita mentis cogitatione perpendendum,quod bonum, cuius meminit Imperator, in dict. l. hac lege, non verſabatur in materia iuſtitiæ, ſed in quodam actu prudentiæ, ſecundum quem admonet legislator ille, quod ſicuti mulier perſonam ſuam viro commiſſerat,poterat etiam prudenter bona paraphernalia,eidem committere: vt conſtat ex verbis Imperatorum Theodoſij,& Valentiniani,in d.l.ibi: *quamuis enim bonum erat mulierem,quæ ſe ipſam marito committit, res etiam.eiuſdem pati arbitrio gubernari, attamen quoniam conditores legum, &c.* Quibus manifeſtũ eſt bonũ, de quo ibi non verſari in actu iuſtitiæ,ſed in actu prudentiæ,vndè ex ſupra notatis mirum non eſt,ſi tale bonum, ſine æquo reperiatur:bonum enim in alijs materijs, præterquã in materia iuſtitiæ,rectè inuenitur ab æquitate ſeparatum. Qua ratione rectiſsimè etiam ſubiungebant Imperatores,in illius tex.ſpecie æquitate attẽta, cui fauere debent legũ conditores,nullo modo oportere, quod muliere prohibente,vir in paraphernis, ſe immiſceat,vt denotant illa verba, quæ ſequũtur,ibi: *attamen quoniam conditores legum æquitatis conuenit eſſe fautores nullo modo*, vt dictũ eſt, *muliere prohibente virum in paraphernis ſe volumus immiſcere*, oppoſuerunt ergo Imperatores æquum bono,ſed non bono in actu iuſtitiæ, q̃ impoſsibile eſt ab ęquitate ſeparari,ſed in actu prudentię,quod bonum extra iuſtitiam optimè reperitur,ab ęquitate ſeiunctũ, & ſeparatum: in quo intellectu,&verò,ni fallor,ſenſu capiendi ſunt Imperatores,

Digitized by Google

peratores in d.l. hac lege, quidquid interpretes communiter, de illius interpretatione agentes, plures solutiones, perperam, & extra chorum comminiscantur, cessatq; omnino, dicta prima difficultas.

19 Secundum argumentum de contractibus metu, seu dolo gestis, qui repugnante æquitate substinentur, in d.l. dolo. C. de inutilibus, imò leges illos substinentes, iustæ appellãtur, & legitimæ, in princip. instit. de exception. quidquid æquitas dictis contractibus aduersetur, maioré certè difficultatem habet, quam diuersi diuersimodè diluere connati sunt.

20 Inter quos noster Fortunius Garsia in l. Iurisgentium. §. prætor ait, super illis verbis, *contra naturalem æquitatem*, num. 28. ff. de pactis ennixè contendit, veram solutionem, prædictæ difficultati assignare: & multis verbis vltro citroq; habitis deniq; visum fuit doctissimo Fortunio, constituendam esse differentiam in hac parte, inter ius naturale, & ius ciuile, vt illud, nullo pacto deficere possit ab æquitate, hoc verò nempè ius ipsum Cęsareum, & ciuile, rectè valeat ab æquitate deuiare: cum qua distinctione transit ipse, & existimat ita cõponendas, & intelligẽdas esse leges omnes, contra æquitatem substinentes, contractus, metu, vel dolo, gestos, & celebratos, vt procedant tanquã leges ciuiles, quæ benè possunt (vt ait ille) deflectere ab æquitate.

21 Sed valde miror præstantiss. Fortunium linceis suis oculis, & mirabili, qua pollebat subtilitate, & eruditione: non animaduertisse ex eius doctrina magnum, & ineuitabile absurdum sequi, dari scilicet posse, legem aliquam, ab æquitate deuiantẽ, contra â nobis superius resoluta, & contra manifestã rationem: etenim cum leges vniuersæ præcisè versentur circa actus iustitiæ, qui non possunt seiungi, aut separari ab æquitate, ne vtiquam dari potest lex aliqua quæ ab æquo deficiat, sicuti nõ sine absurdo fatetur, & præsupponit Fortun. dictam distinctionẽ amplexus.

22 Accedit contra eundem, argumẽtum ad hominem dum fatetur & rectè, legem ipsam naturalem, nõ posse ab æquitate deficere: quoniã planum est, vt animaduertit D. Tho. 1. 2. q. 95. art. 2. Soto lib. 1. de iust. q. 5. art. etiam 2. omnem legem humanã deriuari, & proficisci â lege naturali sed lex naturalis, vt fatetur Fortun. & verissimum est, docetq; text. in. c. ius naturale, 1. distin. semper est equa & bona; ergo omnis quoque lex humana, quæ à naturali deriuatur, semper debebit esse æqua & bona, nunquamq; valebit, neque tantisper ab æquitate deuiare, lapsusq; fuit non leui errore, doctissimus alioquin Fortuni. noster.

23 Cuius explosa solutione, planiùs argumentum dissolues, si reminiscaris, leges illas, contractus metu, siue dolo celebratos, admittentes, secundũ suam generalitatẽ iustissimas quidẽ, & vtilissimas esse, equitatiq; conuenientes, & consentaneas, vt non obscure colligitur ex l. 1. in princ. ff. de pactis, & ex l. sicut ab initio. C. de action. & obligat. iuncta l. duodecim tabularum, quarũ legũ generalitate, & iustitia attenta, quicumq; contractus substinendi sunt: licèt in particulari & in specie consideratas ipsas leges, quatenus substinent contractus metu, seu dolo celebratos, negari nõ possit ipsas, duritiem, & asperitatem aliquam, cõtra naturalem æquitatẽ, cõtinere; vt innuit. I. C. ita intelligẽdus in l. 1. ff. de doli exceptio. qua distinctione iustitiæ legum in communi, & in particulari supposita, tanquam certa, sufficit quidem quod tales

les leges in communi,& in ſua generalitate iuſtæ & æque ſint,neque ob id quod in particulari rigorem includant deſinent eſſe leges, quæ ad ea quę frequentius accidunt,magis quã ad particulares euentus adaptari debent:magis autem frequenter contingit æquum eſſe,quod omnes contractus obſeruentur,quã quod ęquitas ſuadeat, nonnulos non fore obſeruandos, leges ergo præcipientes obſeruari contractus omnes, in vniuerſum,nituntur æquitate generali: quæ omnino ſeruandæ erunt cum qualicumque priuatorum damno, quamdiu per alias leges iuuentes cõtractus metu,vel dolo geſtos, reſcindi particulari æquitate, dictante, non fuerint excepti, breuiter ergo, vt ad quandam ſummam reducamus ſolutionem,dicimus iuſtas & ęquas eſſe,dictas leges,ſi in genere ſummãtur, parumque, aut nihil intereſſe, quod in particulari duræ & aſperæ appareant dummodò ſint iuſtæ & legitimæ in genere reſpectu, dictarum legum generaliter loquentium in d. l. duodecim tabularum. l. ſicut ab initio, & d.l.1.ff.de pactis, quare nihil impedit ſecundũ argumẽtum.

24 Tertium & vltimum, de multis legibus dominia rerum, de vna in alteram perſonam, paſsim & contra æquitatem,vt apparet transferentibus, facilè diſſoluitur ſi conſideres priuatam vtilitatem, ſi contradicat bono publico, ceſſare debere,atque deficere,qua ratione cum vſucapio, propter publicam vtilitatem facta, fuerit medium inuentum, ad transferenda & adquirenda dominia, ex dict.l.3.ff. de vſucapion. rationi conſonum videtur, quod collata cũ publica vtilitate, ratio illa æquitatis de qua in d.l.namhoc natura. ff.de condict.indeb.& in d.reg.locupletari in 6.ceſſet omninò,atque deficiat: igitur inſpecta & attenta publica vtilitate vſucapiones, & alia acquiſitionum genera: non ſolum non ſunt contra æquitatem,ſed ſecundum ipſam,ceſſant enim,inutiles ſunt & inanes,priuatæ omnes rationes,ęquitatis,de quibus in d.l nam hoc natura,& in regula locupletari cum ſimilibus,ſi cum bono publico, & Reipublicæ vtilitate conferantur, quibus ſolutæ manent allatæ in princip.propriori ſententia difficultates, & finita propoſita quæſtio.

Summaria ad Controuerſiam 9.

1 *PArum aut nihil prodeſſet leges ſancire, niſi ſcriberentur, ideó merito controuertitur, an ſit de ſubſtantia legis quod ſcribatur.*

2 *Hæc controuerſia procedit etiam in ſtatutis inferiorum,quæ ſunt & dicuntur leges.*

3 *Refertur ſententia, quod de ſubſtãtia legis ſit eam ſcribi,& enumerantur nonnulli. DD. eam tenentes quam in caute communem appellabit Salicetus.*

4 *Munus legis eſt actiones hominum dirigere in communem vtilitatem & ſic neceſſe eſt,quod homines leges intelligant,& perconſequens neceſſe etiam erit eas ſcribi.*

5 *Lex nullibi ſubſiſtere poteſt, niſi in ſcriptura,& ſic neceſſe eſt quod ſcribatur.*

6 *Cum ſententiæ ſecundum leges ferantur, ſicut ſententiam ſcribi neceſſe eſt,& ſi non ſcribatur erit nulla, ita & lex.*

7 *Cum leges omnes dictãde recitandæq; ſint neceſſe eſt vt ſcribantur.*

8 *Iſidorus*

Digitized by Google

8 Isidorus appellauit legem constitutionem scriptam, & nisi lex scriberetur non possent dignosci eius virtutes enumeratæ á Modestino in l. legis virtus.

9 Refertur contraria sententia, quod scriptura non sit de substantia legis, quidquid enim prætermittitur in definitione non potest spectare ad essentiam, & nullibi in definitione legis reperitur, quod pro substantia eius requiratur scriptura.

10 Enumerantur remissiue variæ legis definitiones, in quibus nequaquam fit mentio scripturæ.

11 Optimè stat, quod lex sit ordinatio rationis absque eo quod scribatur.

12 Quemadmodum earum rerum quæ arte fiunt, quædam manet regula in mente Artificis, quam ideam appellant, ita lex ipsa subsistit in mente Legislatoris, & sic non est necesse quod scribatur.

13 Incipit interpretatio. cap. 1. de constitut. in 6. vbi dicitur Pontificem habere omnia iura in scrinio pectoris sui, vnde eos non excusat ignorantia iuris, & nouis editis constitutionibus, non est necessaria anteriorum reuocatio, ea vero quæ facti sunt, benè possunt á Pontificibus ignorari.

14 Incredibile videtur, quod Pontifex habeat in mente propèmodu infinita iura, qui sicut potest ignorare facta, & consuetudines, ita & iura, & rectè notatur Cicero, quod introduxerit Themistoclem omniũ, quæ viderat tractauerat, & disputauerat, memoriam habentem.

15 Intelligitur. d. ca. 1. de constit. in 6. vt Pontifex censeatur habere omnia iura in scrinio pectoris sui, id est omnium iurium regulam esse ideam quandam in mente retentam ad ordinandos subditos in commune bonum.

16 Difficilis adhuc videtur text. in d. c. 1. dũ præsupponit ignorantiã consuetudinis, & iuris statutarij, siue municipalis excusare Principem cum talis iuris ignorantia regulariter non excuset.

17 Diluitur argumentum, & bene intelligitur. d. cap. 1. vt ignorantia iuris municipalis, & consuetudinis locum habeat in Principe non in subditis.

18 Fatendum est commodius & melius fore si leges scribantur, nunquam tamen concedendum, quod scriptura sit de substantia.

19 Si quæratur de loco, in quo consistunt leges, dicendum est consistere in intellectu Principis.

20 Explicatur. c. vlt. de re iudicata, in 6. vt loquatur in sententia definitiua, quæ necessario scribenda est cum debeat intimari: lex vero non ita.

21 Alia differentia inter sententiam & legem, vt illa ferri possit in bonum priuatum, hæc vero non sic, illa adeo non possit in similitudinem, hæc vero sic, limitant nonnulli nisi talis sententia diffinitiua lata sit ab ipso Principe.

22 Tex in l. humanum. C. de legibus, & similia iura, quæ petunt vt leges reducantur ad scripturam accipiẽdæ sunt de quadã solemnitate, non quod requiratur pro substantia legis.

23 Isidorus in cap. lex est. 1. distin. noluit diffinire legem, sed constituere differentiam inter ius scriptum, & non scriptum.

24 Cur Isidorus eam solam differentiam constituerit, quod lex sit ius scriptũ, consuetudo ius non scriptum.

25 Similiter interpretatur Iustinianus, in §. constat autem, institut. de iure naturali, vbi legem appellauit ius scritum, consuetudinem ius nõ scriptum, quæ differentia notior est, & accommodatior Tironibus, non quod

Digitized by Google

Iuſtinianus plures alias non præcognouiſſet differentias.

26 *In probandis actibus eadem fides adhibenda eſt teſtibus, ac ſcripturis, ac nullibi cautum eſt, ad probandam legem ſcripturam requiri, & longa differentia eſt, an ſcriptura ſit de ſubſtantia, ſeu eſſentia alicuius actus, an vero requiratur ad probationem.*

CONTROVERSIA 9.

Vtrùm ſcriptura ſit de ſubſtantia legis, ita vt omnino requiratur illam ſcribi, vt lex ſit.

1 PARVM, aut nihil prodeſſet, leges ſancire, longavè commentaria circa illarũ interpretationẽ cõponere, de ipſarum vi, poteſtate, & obligatione diſſerere, niſi ſcriberentur: quare cogimur in controuerſiam adducere, ſitnè de ſubſtantia legis, quod ſcribatur, calamovè, & attramento poſteritati commendetur, ita vt ſine ſcriptura lex non ſit, neque obliget, ante quam ad papyrum reducatur.

2 Quæ controuerſia non ſolum locum habet, in legibus & conſtitutionibus Principum, ſuperiorem, non recognoſcentium, ſed etiam in ſtatutis Prælatorum inferiorum, vtpotè Epiſcoporum & ſimilium, namq; vt inferius ſequenti libro explicabimus latè, etiã ſtatuta inferiorũ ſunt, & dicuntur leges, de quibus rectè dubitatur requirãt ſcripturam, nec ne.

3 In qua difficultate pro duriori, & difficiliori ſententia, quæ habet de ſubſtantia legis eſſe, quod ſcribatur habemus D.Tho. 2. 2. q.57. art.1.ad ſecundum, quem ſequitur Soto lib. 3.de iuſt.q.1.art. 1.ad primũ, defendit Turrecremata in cap.lex eſt,1. diſtin. & plures alij, quos retulit Felin. in reg.nemo poteſt,nu.3.de reg.iur. in 6.& non poſſum nõ mirari, quod Salicet.in l.humanum.8.C.de legib. non ita cautè fuerit proiectus ad appellandam eam communem.

4 Ad quam ſententiã cõprobandã, plura certè conficere poſſumus non leuia, neq; inutilia argumenta. Etenim res eſt, & veritas præſuppoſita munus, & officiũ legis, eſſe actiones hominũ dirigere & ordinare, in publicam & cõmunem, vtilitatem: neq; quomodocũque, ſed per imperium, & vim coerciuã ſi oportuerit: conuenit enim legibus ſacratiſsimis, vitas hominũ poteſtate & authoritate cõſtringere, quo fit, vt intelligi ab omnibus debeant, vt vel ſic, inhibita declinent, & permiſſa ſectentur, vt rectè Philoſophati ſunt, Valent. & Martian. Imperatores in l. leges ſacratiſſimæ. C. de legib. Quis autem non videt, multo aptius & cõmodius leges intelligendas eſſe, ſi de illis ſcripturæ fiant, vt quod præcipitur per eas, facilius dignoſci poſsit, vt in alio propoſito non multum diuerſo, diſcurrebat I.C. Caius lib. ſingul. ad formulam hypothecariam, relatus in l. con-

Digitized by Google

cõtrahitur.4.ff.de pignor. vbi docet commodiùs,& faciliùs ſcripturis cõprobari quod actum eſt quam ſi non ſcriberetur:igitur ſi magis expediẽs, imò neceſſariũ eſt, ad ordinãdas actiones hominũ, mediis legibus, quę ordinationes rationis ſunt,quod ſcribantur conſequens eſt ſcripturã de ſubſtãtia legis eſſe:quippè ſaluari rectè nõ poteſt,quod cũ effectu lex ſit ordinatio rationis,niſi ſcribatur.

5 Et confirmatur argumento ab impoſsibili, ſi inquiramus ſi lex ſcripta non ſit,vbi nã ſubſiſtet, certè nullibi ſubſiſtere poteſt,niſi in ſcriptura ipſa,& ex cõſequẽti coacta ratione dicẽdũ videtur neceſſe forè, quod lex ſcribatur aliter enim nullibi lex exiſteret,vel potius non eſſet lex.

6 Nec deſunt nonnulla vtriuſq; iuris teſtimonia pro dicta ſententia inter quæ ſe ſe offert argutum, atque difficilẽ Bonifacij VIII. Pont. Max. reſponſum in.c. fin. de ſentent.& re ud.lib.6.vbi apertè docuit,oportere ententiam diffinitiuam ſcribi & re:itari,aliàs enim, inquit Bonifacius: *Nec nomen ſententie mereatur, neque ab a ſit appellare neceſſe*: ſimili ergo molo,& multo magis expedire videtur eges ſcribere,ſecundum quas conſtituenda iudicia ſunt,& ipſæ ſenten iæ ferendę,adeò vt eadem nullitas, quam in ſententia non ſcripta induxit ibidem Bonifacius repetenda ſit contra legem non ſcriptam, vt nec nomen legis mereatur, neque illam obſeruare neceſſe ſit.

7 Imperator etiã Conſtantinus per propriũ eius reſcriptũ, relatum in d. l.humanũ genus 8.C. de leg.& conſtit.Princ.apertè voluit,quod ſtatuta rediger ẽtur in ſcripturã,vt ſatis euincunt duo verba,*dictari,& recitari*,ibi dẽ vſurpata ab Imperatore, docente dictandas,& recitãdas eſſe leges omnes,& cõſtitutiones Principum:fieri autem non poterat dictari leges, & recitari, niſi ſcriberentur igitur Legiſlator, qui de legum ſubſtãtia eſſe voluit,dictare, & recitare illas, per neceſſariam conſequentiam decreuit fore de legum ſubſtantia, quod redigantur ad ſcripturam.

8 Tandem Magnus Iſidorus lib.5. Ethimolog.c.3. relatus in.c. lex eſt, 1.diſt.definiens legem,appellauit illam conſtitutionem ſcriptam,inuoluẽs in eius definitione ſcripturam; & non ſolum ſignificans, ſed apertè docens de ſubſtãtia legis eſſe, quod ſcribatur,vt faciliùs ab omnibus poſſit intelligi & cognoſci, quæ nã per legem vetantur,puniuntur, permittuntur,aut prohibẽtur,quæ ſunt quatuor legis virtutes,quarum ſupra meminit Modeſtin.à nobis relatus & explicatus, & hæc ſunt potiſsima fundamenta,quę pro ſentẽtia D.Thom. Cardinalis Sancti Sixiti Dominici de Soto,& aliorum ſcripturã pro legum ſubſtantia exigentium, breuitati conſulendo excogitari potuerunt.

9 Contrariam verò partẽ ſecuriorẽ, & à nobis recipiendã tenuerunt Felin.in reg.nemo poteſt,de regu. iur. in 6.n.3.vbi Ioan.And.Franc.de Ripa in rubr.de conſtit.num.42.Andr. ab Exea in eadem rub.num. 189. & alij plures ab eo relati:conſtanter aſſerentes nulla ratione requiri ad eſſentiam & ſubſtantiam legis, quod ſcripta ſit,ſufficereq; ſi lingua & voce dumtaxat proferatur,ad quod exiſtimandum mouentur duobus potiſsimũ fortiſsimis,& veriſsimis fundamentis. Primum incipit ab Ariſt. lib.4.Metaph.docente quidquid prę termittitur in definitione nullo modo expectare poſſe ad eſſentiã definiti ex cuius doctrina, ita conficitur argumentum pro hac ſecunda ſententia, nullibi in diffinitione le-

gis reperitur, quod pro ſubſtantia illius requiratur ſcriptura, igitur nõ requiritur pro ſubſtantia:probo conſequentiam,à definitione ad definitũ.Etenim planum eſt iam, ex ſuperioribus, definitionem legis eſſe, quod ſit: *Ordinatio rationis in bonum commune á gerente curam communitatis promulgata*: & nulla vlterius habet verba,illa definitio,in qua nulla mẽtio fit ſcripturæ;ergo de eſſentia legis non eſt illam ſcribi.

10 Accedunt variæ legis definitiones quarum meminit Imperator, ſecundum varias legum ſpecies, in §. lex, cum ſequentibus, inſtit. de iur. natur.quibus in definitionibus, neque vmbra, neque veſtigium aliquod,reperitur neceſsitatis ſcripturæ:ac perconſequens non eſt de legis ſubſtantia quod ſcribatur.

11 Secundum argumentum pro hac eadem parte,ita efficaciſsimè conficitur,ſi memineris proximæ memoratæ definitionis ipſius legis, quam repetebamus, eſſe; *Ordinationem rationis in bonum commune, &c.* Rectè profectò datur, atque ſaluatur vera ordinatio rationis,ſimul cum omnibus ſuis circunſtantijs, & requiſitis, quantumuis ſcriptura non adhibeatur, veluti ſi voce prolata, & verbo dumtaxat,lata ſit lex: erit vtiq; vera ordinatio rationis in bonum commune à gerente curam communitatis promulgata, ergo ſcriptura nequit eſſe de ſubſtantia legis: quod autem verbis ſolum ſine ſcripturis valeant,leges dari & ferri, probatur authoritate Clement.dudum. §.nos etenim, verſ. ſeu ſcripto, de ſepult. Probat mirum in modum Gregor. lib.7. Epiſt. Epiſtola 17. reſcribens Bonifacio primo defenſori,cuius doctrina refertur, in cap. inſtitutionis, 7.25.quæſt.2. qui apertè diſtinguit, leges in ſcriptis datas ab illis legibus,quæ ſine ſcriptura ſola voce, & præſentia Pontificis latæ ſunt, & vtraſque iure optimo præcipit obſeruari,ibi: *Perpetua ſtabilitate,& ſine aliqua conſtituimus reſſragatione ſeruari:* & clarius verbis quæ ſequuntur, ibi: *Siue quæ ſcripto decreuimus, ſiue quæ in noſtra præſentia videntur eſſe diſpoſita:* quibus verbis manifeſtè docet Gregor.veras eſſe & obſeruandas leges, quæ non ſcribuntur: ergo ſcriptura non erit de ſubſtantia legis, & vera lex erit perpetua, & irreuocabilis, etiam ſi non ſcribatur, tam per Legiſlatorem legem ferentem, quàm per eius ſucceſſorem, decet enim beneficium Principis eſſe manſurũ, regula decet de reg.iur.in 6. & colligitur ex tex.in cap.1.cap.in Galliarum, cap. inſtitutionis 25. quæſt. 2. tradit Abb. in cap. litteris, per text. ibi, vbi glo.recepta, de reſcript. Felin.in cap.nouit de iudic.nu.7.Mandoſ.in Reg.11.Chancellerię,num.2. Gabr. libr. 1. comm.titu. de diuerſis reſcript.à num.71.communis ſchola,in l.digna vox.ff. de legibus: atq; id præcipuè ſi parti quæſitum ſit ius, argumento.l.id quod noſtrum, cum alijs,quæ dictis in locis citati DD. referunt, quæ perſequi modo non vacat.

12 Denique hoc ſecundum & potiſsimum fundamentum dictæ ſententiæ corroboratur ſi conſideres cum Turrecrem.in d. cap. lex eſt.1. diſt.& Archidia.ibidem,& præcipuè cum D.Thom.2.2.quæſt.57. artic.1. ad ſecundum,quod quemadmodum earum rerum, quæ mediante aliqua arte exterius fiunt, quædam manet regula quam Philoſophi, & Theologi Ideam appellant in mente ipſius artificis manens,& exiſtens, pari ratione, & ſimili modo lata lege per Principem, & Regem manet in mente ipſius, quædam regula Prudentiæ

Digitized by

dentiæ ſecundum quam ſubditos ordinauit per ordinationem rationis, id eſt per legem ipſam, in bonum commune: ita vt ſicut res manu facta & fabricata, in mente artificis manet, ſic etiam lex ipſa ſubſiſtat in mẽte Legiſlatoris: rectè ergo poterit ibi permanere, & permanebit lex in pectore ipſius Principis, etiam ſi ad papyrum, & ſcripturam minimè reducatur.

13 Vnde ante quam vlterius progrediamur ſuccedit elegans, & vera interpretatio text. in cap. 1. de conſtit. in 6. in illis verbis: *Licet Roman. Pontifex qui iura omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere, &c.* Vbi Bonifac. Octauus, vulgo non benè intellectus indiſtinctè dixit Pontifices Maximos habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui, id eſt in ſua mente recondira, atque collocata, in eum finem, & effectum, vt iura omnia in promptu habere cenſeantur, ita vt jurium ignorantia eos non excuſet, & quod magis eſt, vt nouis ab ipſis Pontificibus Maximis, conditis conſtitutionibus & ſtatutis, non ſit neceſſaria anteriorum expreſſa reuocatio, quinimò, eo ipſo quod nouam condiderint conſtitutionem, reuocata noſcantur anteriora iura, etiam ſi de illis mentionem non fecerint, cuius diſpoſitionis rationem annectit, atque ſubiungit Bonifac. *quia Pontifex ſcire cenſetur, & habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui*, ad differentiam eorum quæ facti ſunt, & in facto conſiſtunt, veluti ſpecialium locorum & ſingularium perſonarum conſuetudines & ſtatuta, quę benè poſſunt á Romanis Pontificibus ignorari, quippè ea quæ facti ſunt nullâ ratione cenſentur habere in ſcrinio pectoris ſui, ſecus iura omnia, quæ nõ ignorare Põtifices Maximos, ſed potius ea ſcire pręſumũtur.

14 Difficultas conſiſtit in eo, quod nimis arroganter dictum videtur vel potius iactatum à prudentiſsimo Pariter, & doctiſsimo Pontifice Bonifacio, quod Pontifices habeant, vel cenſeantur habere in mente propemodùm infinita iura, quod non videtur credibile: etenim omnium habere memoriam plus diuinitatis, quam humanitatis habet, & memini malè audiuiſſe, apud bonæ notæ authores ipſummet eloquẽtiæ Parentẽ, quòd in lib. de claris orator. introduxerit Themiſtoclem adeo memoria abundantem, vt ita quæcumq; viderat, audiuerat, tractauerat, & diſputauerat in promptu haberet, vt nihil illi ſemel fuerit infuſum, quod poſtea ex animo effluxerit: deinde qui fieri poteſt? vt Summ. Pont. Paul. Quint. qui nunc fœliciſsimè ſummũ tenet Pontificatum iura omnia tot Romanorũ Pontif. ſuorum prædeceſſorum authoritate condita, habere cenſeatur in pectore ſuo, quod videtur vtique omnino aborrens, & alienum â ratione, cum ſicuti præſupponit Bonifac. in d. c. 1. poſſe ſummos Eccleſiæ Præſules ignorare facta, & conſuetudines, poſsint etiam ignorare, iura ſaltim nonnulla antiqua, recondita, & minimè nota, quæ memoria hominum effugiſſe videntur.

15 Cui difficultati non vulgari à vulgatiſsimi textus difficilimis verbis ſubortæ, facilè reſpondebis, ſi repetas proximè dicta ex Archidiacono, Cardinali Sancti Sixti, D. Thom. & Soto, ſcilicet, quod iura cõmunia, nihil aliud ſunt, quã regulæ quædã quibus Principes, & Põtifices Maximi, inferiores ordinãt in bonũ cõmune & publicã vtilitatem, quas regulas, ſiue ordinationes rationis, indubitatum eſt ſuam ſedem habere, in eorũdem Principum, ſiue Legiſlatorum mente: in qua manet repoſita regula illa

Digitized by Google

prudentiæ,qua Legiſlator,ſiue Princeps ſuos ſubditos ordinat, in commune bonum ſicuti dicebamus manere in mente artificis regulam quãdam eorum,quæ exterius per artem facit, pari etiam ratione ſubſiſtit in Principe,illa prudentiæ regula ad ordinandos ſubditos in communem & publicam vtilitatem, quam regulam à qua iura dimanant impoſsibile eſt alibi ſubſiſtere quam in mente Legiſlatoris:ad quam ſe referens Bonifacius cum perſpiceret regulas omnes quibus ſubditi ordinantur in bonum commune,id eſt leges,ſuam ſedem habere in mente Principis, & non alio in loco,rectè dixit,& ſubtiliter conſiderauit cenſeri Pontifices habere omnia iura, id eſt, omnium iurium regulam, & Ideam in ſcrinio pectoris ſui:Etenim ſi leges & ſtatuta nõ ſcripta quæquam plurima ſunt & eſſe poſſunt,non manerent in mẽte Legiſlatoris tanquam regulæ ordinatiuæ,nullibi profecto forent, & perconſequens neque leges, neque ſtatuta poſſent nuncupari:quod falſum ſimul & abſurdum magnum eſt, minimeque concedendum : neuti quam ergo fuit mens Bonifacij affirmare,quod Pontifex memoria teneret omnia iura, quod impoſsibile erat,& hic eſt veriſsimus & germanus illius text.intellectus ommiſsis alijs, quæ adducit Ludou. Gometius in d. c.1.de conſtit.in 6.num. 92.

16 Quod ſi liceat tantiſper à themate & propoſito noſtro deuiare, non poſſum non tẽpeſtiuè inquirere hoc loco, quid cauſæ ſit quod Bonifacius in eod.c.1. dẽ conſtit. ſine difficultate docuerit ignorantiam conſuetudinis,& iuris ſtatutarij, ſiue municipalis excuſare, Principemque non cenſeri habere in pectore ſuo conſuetudines particularium Populorum, ſiue ſtatuta municipalia, quemadmodum cenſetur habere iura communia ratione ſuperius explicata:didici namq; quod iuris municipalis, ſiue ſtatutarij ignorantia regulariter non excuſat, vt docuit Alexan.conſ.166.lib.6.num.3.D.Anton. de Padilla in l. conſtitutiones. C.de iuris & facti ignorantia Fr. Alphonſus de Caſtro lib. 2. de poteſt. legis pœnalis.c.14.fol.mihi 289.poſt Bald.in d.l.leges ſacratiſsimæ,idemque dicendum eſſe de iure conſuetudinario,cuius ignorantia minimè excuſat,quippè etiam cõtinetur appellatione iuris, cuius mentio fit in regula ignorantia de reg.iur.in 6.

17 Sed cur in d.cap.1. fuerit admiſſa conſuetudinis ignorantia,dicendũ eſt nequaquam fuiſſe admiſſam iuris conſuetudinarij, ſiue ſtatutarij ignorantiam,imò ſtante illius tex.de ciſione teneri ſubditos omnes ſuarũ conſuetudinum,& ſtatutorum notitiam habere : quorum ignorantia quantumuis particulares ſint conſuetudines,& peculiaria ſtatuta, non excuſabit eos:neque contradicit text. in dict.cap.1. cui ſatisfiet, ſi reſpondeas procedere & locum habere excuſatio illa, & admiſsio ignorantiæ conſuetudinis,ſiue ſtatuti municipalis reſpectu Romani Pontificis quem manifeſtum eſt, non eſſe ſubditum ipſius ſtatuti, ſiue conſuetudinis particularis,& tanquam reuera non ſubditus, non tenetur, talium ſtatutorum,ſiue conſuetudinũ notitiam habere:& ideò in Pontifice Maximo in cuius perſona loquitur text.ille prudenter,& cum iudicio admiſsit Bonifacius conſuetudinis, & ſtatutorum ignorantiam, quam proculdubio non admitteret,in alijs ſubditis inferioribus,quorum ſinguli ſingula ſtatuta municipalia, & conſuetudines omnes ſcire tenentur : argumento text.in d.l.leges ſacratiſsimę,

igitur

igitur Pontifices Maximi rectè cenſentur habere omnia iura, id eſt regulam & Ideam omnium iurium in ſcrinio pectoris ſui, non autem habere notitiam conſuetudinum & ſtatutorum, quæ potius ignorare præſumuntur.

18 Quibus ita traditis, pro intellectu dicti cap. 1. de conſtitution. in 6. reliquum iam eſt, vt redeuntes ad viã, à qua aliquantulum digreſsi ſumus, deſcendamus ad ſolutionem argumentorum, quæ propoſuimus pro aſſerentibus requiri ſcripturam pro ſubſtantia legis. Et quidem primum deſumptum ex munere & officio legis, quod eſt ordinare ſubditos in bonum commune per vim, & imperium ſi oportuerit, quod dicebamus facilius & commodiùs expediri poſſe, legibus in ſcripturam redactis, quam eiſdem ſola mente retentis, argumento d. l. contrahitur. ff. de pignor. leuem, vel nullam certè difficultatem habet, ſi conſideres tantũ conuincere congruum fore, & magis commodum, ſi leges ſcribantur, non tamen requiri tanquam de ſubſtantia, vt conſiderauit Bart. in dict. l. humanum. C. de legib. nec negamus præfatam congruitatem, imò fatemur aptiùs & faciliùs ordinare poſſe ſubditos, in publicam vtilitatem, & comune bonum (quod proprium munus legis eſt) per legem ſcriptã, quam per eandem in ipſa Principis mente exiſtentem, ſed nequaquam euincit argumentum, ſcripturam prę ciſſè requiri pro ſubſtantia legis, & multo minus nõ poſſe ordinare ſubditos per legem non ſcriptam, facilè namq; poſſunt Legiſlatores, inferiores cogere, atque compellere ad obſeruãdas leges ſemel latas, nec redactas ad ſcripturã, in eorundẽ mente, ſuam ſedẽ habentes, neque imperiũ, ſiue coertio, erunt fruſtra, quidquid revera magis congruũ, & vtiliùs foret, ſi leges ſcriberentur, ſemper tamen firma manet doctrina noſtra, qua affirmamus ſcripturam non eſſe de ſubſtantia legis.

19 Ad cõfirmationẽ verò, qua inquirebamus de loco in quo ſubſiſteret lex, ſi non ſit ſcripta, facilius reſpõdetur, ex ſupra traditis, legẽ non ſcriptam ſuã ſedem habere in mente Legiſlatoris, neque fore neceſſe, quod reducatur ad ſcripturam, cum rectè poſsit exiſtere, & revera exiſtat, in ipſius Principis intellectu.

20 Text. verò in. c. fin. de ſententia & re iudic. lib. 6. pro priori cõtraria parte expenſus, vbi deſiderauit Bonifac. diffinitiuã ſententiã ſcribi, aliter nullius momenti fore, longè diuerſam ſpeciem continet, alienam à propoſito noſtro, loquitur enim Pont. Max. ibidem, vt ex littera illius text. cõſtat in ſententia diffinitiua, quæ ſecundũ iuris notiſsima præcepta, quorũ meminit glo. & DD. ibidem, ſine ſcriptura non tenet, neque ſola voce proferri poteſt cũ recitatione, pronũtiatione, & intimatione indigeat, quę ſi non ſcribatur nullius erit momenti. Diſputatio verò noſtra & propoſita quæſtio verſatur, circa legem vtrum ſcripturam requirat pro ſubſtantia, quam planum eſt à ſentẽtia differre: quare requiſitum illud, quod ſententia de neceſsitate ſcribẽda ſit, & omninò ad ſcripturam reducenda, tanquam exorbitans à iure communi, & quid ſpeciale continens, non poterit extendi, aut prorrogari ad legem ipſam, vt dicamus neceſſarium etiã eſſe quod lex ſcribatur: etenim odia reſtringi debent, & nõ extendi. l. cũ quidã, ibi: *Aliamq; eſſe cauſam inſtitutionis, quæ benignè acciperetur exheredationes autem non eſſe adiuuandas*, c. pœnæ, de pœnitentia, diſtin. 1.

21 Ratio verò diſcriminis, quæ ver-

Digitized by Google

fatur inter ſententiã & legem facilè dignoſcetur,ſi aduertas cũ Soto lib. 1.de iuſtit. quæſt. 1. art. 1. quod nos etiam inferius trademus,lib. 3. huius tractatus cũ egerimus de illa celebri quæſtione,vtrum leges ferri poſsint in bonum priuatũ,atque illud eſt ſententias diffinitiuas inter partes pronuntiatas leges non eſſe, neque citari poſſe,aut adduci in ſimilitudinem tanquam leges ex tex.in l.nemo. C. de ſententijs,& interloqution.omn. iudic.quam ſententiam limitant nõnulli,niſi talis ſentẽtia diffinitiua lata ſit ab ipſo Principe cum animo condẽdi legem, iuxta.l.1.ff.de conſtitut. Princ.l.vlt. C.de legibus, ita Franc. de Ripa in rubr.de teſtam. num.6. & ibidem Philipp.Deci.col.1.Abb.Panormit. poſt Cardin.Henrric.vulgo Hoſtienſ.nuncupatũ,in cap.in cauſis de re iudic. quidquid tamen ſit de dicta limitatione illud certũ eſt, quod attinet ad ſolutionem propoſitæ argumentationis latiſsimum diſcrimẽ eſſe inter legem & ſententiam, neque à diſparibus,itaque diuerſis colligi poſſe, nedum efficax argumentum,ſed neque ſatis probabile.

22 Prætercá ad d.l.humanũ ibi, *tunc legata dictari*, iuncta glo. ibidem. C. de legib. cuius authoritate contendebamus probare, neceſſe fore legem ſcribi,atque dictari facilis ſolutio eſt,ſi iterum repetas nonnullas leges,quæ videntur petere,quod conſtitutiones, ſiue leges omnes reducantur ad ſcripturam intelligendas eſſe de quadam ſolemnitate accidẽtali,non quod requiratur pro ſubſtãtia legis,ſed ad melius eſſe,quò faciliùs & commodiùs ordinari poſſint omnes in bonum commune mediis legibus,quod nos minimè negamus,quinimò ſponte fatemur, quod foret magis vtile & cõducibiliùs publicę vtilitati,ſi leges ſcriberẽtur, nõ tamen inde ſequitur præciſſè neceſſariam ſore ſcripturam.

23 Tandẽ vltimã argumentũ ex definitione legis à Magno Iſidoro tradita in.c.lex eſt,1.diſtin. nullum nobis negotiũ faceſsit, ſi aduertamus animũ,ſiue mentẽ Iſidori ibidẽ nõ fuiſſe definire legem,eiusvè naturã, aut eſſentiã explicare, ſed duntaxat differentiam diſcrimenq; conſtituere: inter legem & conſuetudinẽ, vt conſuetudo ius ſit non ſcriptũ, lex verò ius ſcriptũ,idq; voluiſſe Iſidorum,d. loco facilè cõperiet, qui rem à principio egerit incipiendo á cap.ius generale in fin.eiuſdem,diſtin. 1. iũcto d.c.lex eſt,cũ c.ſequẽti, quibus docere voluit Iſidorus cõſtare ius noſtrũ in cõmuni,ex ſcripto, & nõ ſcripto, ideſt,ex lege &cõſuetudine.Ad quã differentiam conſtituendam tendũt illa verba Iſidori,*lex eſt cõſtitutio ſcripta*, non ad legis definitionem tradendam.

24 Quod ſi aliquis nõ incurioſè dubitaret,quid cauſę fuerit,quod cũ plures aliæ,ſint dabiles differentię inter legẽ & cõſuetudinẽ, dicti ſolũ diſcrĩminis meminerit Iſidorus:huic facilè reſpondebis, quia talis differẽtia, quod lex ſit ius ſcriptũ, conſuetudo verò ſecus quæ non ſcribitur notior nobis eſt, & magis prę manibus eſſe poterit,quid enim facilius quam interroganti diſcrimẽ & differentiam inter legẽ &conſuetudinẽ reſpõdere,quod altera ſcilicet lex ius ſcriptũ ſit, altera verò hoc eſt conſuetudo ius non ſcriptum.

25 Eoq; reſpexiſſe etiam cenſendus eſt Imperator Iuſtinianus, dum in §. cõſtat autem, inſt.de iur.natur.gent. & ciuil.vtramq; iuris ſpeciẽ diſtinxit per eandẽ differẽtiã, cuius meminit Iſidor.inter legẽ & conſuetudinẽ,ſcilicet quod illa ius ſcriptũ, hæc verò ſit ius nõ ſcriptũ:conſtat autẽ ius noſtrum

ſtrum (dixit Imperator) *ex ſcripto, & non ſcripto, &c.* non quod alias plures differentias legis & cõſuetudinis nõ præcognoſceret, ſed quod dicta differẽtia ſcripti, & nõ ſcripti nobis notior eſſet, & quã Tyrones, quos inſtituere deſiderabat Imperator facilius percipere poſſent, quibus diluta manet vltima difficultas, & firmum, atq; perpetuum, quod ſcriptura non ſit de ſubſtantia legis.

26 Vſq; adeò, vt neq; ſcripturarũ ſolemnitates & firmitates, quibus frequenter vtimur in ſcripturis publicis ſint de neceſsiatate probationis: habemus enim regulã generalẽ in iure noſtro, de qua in l. contrahitur, & in l. in exercendis. C. de fide inſtrum. in probandis actibus eandẽ fidem adhibendã eſſe, teſtibus, atque ſcripturis: qua ratione cũ nullibi cautũ reperiatur ad probandã legem, ſcripturã requiri, ſiue aliam ſpecialem ſolemnitatem, debebimus perſiſtere in regula generali, argumento vulg. l. de pretio de publiciana in rem actione: differentiam autem quæ verſatur, an ſcriptura ſit de eſſentia alicuius actus, vel requiratur tantum ad probationem illius, tradit ſapienter more ſuo Aluar. Baez Luſitanus in ſua emphytheuſi, quæſt. 7. num. 5.

Summaria ad Controuerſiam 10.

1 *ORdo doctrinæ poſtulat, vt poſt præcedentes quæſtiones ea controuerſia diſcutiatur an dari poſſit lex aliqua vim habens obligandi ante quam promulgetur.*

2 *Probatur ex definitione legis, quod non ſit lex ante quam promulgetur, & cum prius ſit, quod res & ſubſtãtiæ exiſtant, quã quod vim habeant operandi pariter impoſsibile eſt, quod lex ante quam exiſtat extra cauſas vim obligandi habeat.*

3 *Ripæ opinio aſſerentis legẽ obligare ante quam promulgetur reijcitur tanquam periculoſa.*

4 *Quamuis Ripæ ſententia omnino careat iuris fundamento, in ipſius tamen gratiam adducitur vnum argumentum ex ſimilitudine legis naturalis, quæ proculdubio abſque promulgatione obligat.*

5 *Nihilominus certius eſt impoſsibile eſſe, quod leges ante promulgationem obligent, aborret enim à ratione naturali Principem velle ligare ſubditos lege nondum promulgata.*

6 *Infertur falſam eſſe Ripæ, & aliorum doctrinam tenentium, quod ſi quis priuatim ſciret nouam taxam imponendam, non poſſet vendere ſupra taxam currentem, dolumque committere, & ad reſtitutionem teneri ſi id faciat.*

7 *Confunditur dicta exiſtimatio, quia talis annonæ venditio nullam offendit legem, nec conſtitutionem.*

8 *Probatur quod dictus venditor, nec fecerit contra legem, nec in fraudem legis, quia abſurdum eſt, quemquam teneri pœnis legis nondum promulgatæ, quam potuit Princeps nõ promulgare, & mercator ſciens copiam tritici ſuperuenturam pariter poterit de ſuo tritico diſponere.*

9 *Conuincitur vlterius dicta communis opinio, ex eo quod in caſibus propoſitis abſit proculdubio fraus & dolus, vtpote quia præſupponitur nõdũ promulgata lex, & rigida eſt ſentẽtia quæ aſſerit illud intereſſe maioris pretij currẽtis tẽpore venditionis reſpectu minoris per nouam pragmaticã taxandi reſarciendum eſſe.*

Digitized by Google

10 *Poſſe defendi dicta communis opinio in duobus caſibus primus ſi(quod raro eueniet) venditor eſſet quiſpiam ex Senatoribus qui interfuerunt in Senatu tempore quo predicte fiebant taxationes.*

11 *Secundus caſus in quo venditor, de quo ſupra tenetur reſtituere (qui frequenter eueniet)quando magnam quantitatem in exceſſu venderet, & emptorem ſolicitaret, & alium de annonam emiſſet & reuenderet, quem vix credi poteſt carniſſe fraude,quã ab his & ſimilibus conuentionibus abeſſe debere, non ſine erubitione comprobatur.*

12 *Ex dictis firma manet ſuperior reſolutio, qua habet leges ante promulgationem nullam ſortiri vim obligandi.*

13 *Due ille gloſſe quibus nitebatur Ripa ſuam opinionẽ minimé probant gloſa enim in cap. cum ſingula, verbo,* peruenerit,*de præbẽdis, agit de tẽpore quo incipit lex obligare poſt promulgationem.*

14 *Multo minus probat opinionem Ripæ altera gloſa in cap.2. de rebus Eccleſiæ alienandis, lib.6. verſic.* hactenus, *cuius eadem prorſus mens fuit cum ſuperiori.*

15 *Non faciunt pro opinione Ripæ,& ſequatium duo iura in l. 1. ff. de actio. empti. & in l.quero.ff. eo.que longè diuerſo modo intelligenda ſunt, non enim loquuntur de tacente legem ferendam,ſed de celante vitium rei, quod detegere debuiſſet,nec probant in propoſita ſpecie de venditore annonæ,comperere emptoribus ignorantibus beneficium moderationis.*

16 *Iuriſconſultus etiam in d.l.quero manifeſtè loquitur de venditore celante,atque tacente vitium rei.*

17 *Retorquetur aduerſus Ripam, & ſequaces tex.in d.l.1.ff. de act. empt. dum in effectu docet dolo & fraude carere eum qui tantùm rei ſuæ proſpectum eſſe voluit,veluti dictus annona venditor, qui nõ decipere emptorẽ,ſed ſibi ſoli prouidere curauit.*

18 *Lex naturalis non modo ſufficienter, ſed ex abundanti Adamo promulgata fuit,ac deinde nobis omnibus, & cum Deus tanquam author naturæ ſingulorum mentibus indixerit dictamen illud legis naturalis, ſatis videtur promulgata, atque ideó ſtatim ab Adamo creato cœpit obligare.*

CONTROVERSIA 10.

Vtrûm dabilis ſit lex, quæ antequam promulgetur vim habeat obligandi.

ORDO doctrinæ nõ præpoſterus ſuo quaſi iure poſtulare videtur,vt poſt agitatas noue nõ inutiles, neq; inſubtiles quęſtiones,quę ab ipſa legis definitione & ſingulis verbis eiuſdẽ,cuius memi nimus in 1.quæſt. tanquam ribuli à quoddã perenni fonte fluxerũt,decimã diſcutiamus ad extremũ huius libri quæſtionẽ, ab vltima particula d.diffinitionis, etiam profectam, an dari poſsit lex aliqua vim habens obligandi antequam promulgetur, & publicetur.

Cuius

2 Cuius dubitationis vera resolutio præ manibus quidē est, si attenderis ad illud verbū, *promulgata*, positum in vltima parte diffinitionis legis, diximus enim, *quod est ordinatio rationis ab eo qui curam gerit communitatis promulgata*, ex qua vltima particula, apertè deducitur promulgationē, & publicationē legis, esse de intrinseca ratione illius ad eiusq; substātiā pertinere, adeò, vt antequam promulgetur, non sit lex, fieri enim nō potest, quod definitū existat antequā omnia & singula verba rectæ, & quidditatiuæ definitionis verificari valeant: exploratissimū autē est, quod antequā lex sit nequibit habere vim obligandi, quoniā, vt vulgare dicteriū habet *non entis nullæ sunt qualitates*. l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. l. eius qui in Prouintia. ff. si cert. pet. prius verò est, quod res, & substantię existant quam quod vim habeant operandi, igitur impossibile est, quod lex antequam existat extra causas vim obligandi habeat.

3 Verumtamen quia in iure nostro nihil est, ita certum quod nō habeat contradictorē, vt aptissimè dici possit omnia in hac iuris disciplina fieri secundū littē, iuxta illud Philosophi, non defuit vnus Ioannes Franciscus Riparien. qui in rubr. de constit. nu. 47. securè & sine difficultate docuit, per illationē quandam, habentes notitiā legis, etiā quod nondū sit publicata, & in scriptis redacta vi, & authoritate ipsius ligari, nec forte aliquod adducit doctrinæ suæ argumētū duarum dumtaxat glossarū allegatione cōtentus, altera in c. 2. verb. *hactenus*, de rebus Eccles. non alienan. lib. 6. altera in cap. cum singula. §. 1. verb. *peruenerit*, de præb. eod. lib. quæ glossæ, si rectè intelligantur non faciunt pro Faanc. de Ripa, & longè diuersum intellectū habent, vt infra patebit. Nec magis Ripæ opitulātur textꝰ in c. proposuisti. 32. dist. & in c. 1. de postulat. Prælat. quorū argumēto fulcire curauit sententiā suā, vt ostendemus etiam & declarabitur statim, vt nō possim nō mirari per doctū vtriusque iuris professorē tam leuibus, ne dicā incertis & extraneis fundamentis adductū fuisse, ad securè tradendam doctrinā, ita periculosam ad hominū cōscientias implicandas affirmando leges antequā publicentur habere vim obligādi, & quod peius est ausum fuisse Ripam ex tam falsa illatione iterū, atq; iterū inferre nōnulla ad praxim, & vsum quotidianū necessaria à d. nu. 47. cū seqq. quæ sicut falso nitūtur fundaméto, ita facilè corruent, atque deficient, neque suis viribus subsistere poterunt, vt inferius explicabitur.

4 In gratiā tamē Franc. Riparien sis, quāuis eius sentētia omni prorsus iuris fundaméto destituta videatur cō probari poterit, vt magis veritas elucescat, si reducas in memoriā, legem naturalē non fuisse promulgatā ante Moysem, vt notissimū est, & probat tex. in. c. Moyses. 5. dist. sed scitissimū etiā est, & absq; cōtrouersia, eandem legē naturalē, statim ac Adamus primus noster Parens creatus fuit, cœpisse obligare, igitur lex ipsa naturalis antequam promulgaretur vim habuit obligādi, & perconsequens promulgatio nō requiritur pro substātia legis, quę ratio, sicut in lege ipsa naturali, ita procedit & locum habet in alijs legis speciebus, ac proinde non ita falsum est dictū Franciſci Riparien. corollarium vbi supra.

5 Quo argumēto nō obstāte certius profecto est, quā quod vlla indigeat probatione, leges nullo modo obligare, antequā promulgētur, & publicē tur, imò neq; leges esse, ante promulgationem, vt satis euincit efficax illa ratio

ratio initio propoſita ex ipſamet legis definitione deſumpta, in qua intrat tanquam eſſentialis pars, verbum illud, *promulgata*, & ridiculum eſſet, ne dicam inhumanum, ab omnique ratione naturali aborrens, lege nondùm promulgata, velle Principem ſubditos ligare, atque compellere, ad illius præcepti obſeruantiam, cuius nullam habuerunt notitiam, quamobrem firmiter, & verè tenendum eſt, nullam eſſe pœnes legem vim, aut poteſtatem obligandi antequam promulgata ſit.

6 Ex qua veriſsima reſolutione, (quia cõtraria nonnullos decepit viros doctos) oportebit vtiliter inferre falſam eſſe ſententiam eiuſdem Ripæ vbi ſupra, Felini in cap. 1. num. 7. limitat. 2. de conſtit. Cini in l. fraus. ff. de legib. Bart. in l. contra eod. titu. & in l. quæro. ff. de act. empt. Bald. in l. 2. C. de peri. & com. rei vend. Barba. & Felin. in cap. 2. de conſtit. Paul. Caſtrenſ. in l. 1. §. fin. de actio. empt. iterum, atque iterum Barbatij conſ. 56. col. 2. lib. 2. & conſ. 66. col. 6. & ſequentibus, eod. lib. Securè aſſerentium, quod ſi aliquis, qui priuatim ſciret ſtatim paulò poſt ferendam eſſe legem, per quam imponenda ſit taxa noua, nouumque pretium annonæ aſsignandum, ipſe ſua priuata notitia vtens, ante quam lex publicata ſit, carius vendiderit annonam emptoribus ignorantibus, obligatum eſſe ad intereſſe, quaſi dolum & fraudem commiſſerit, & fecerit in fraudem legis, argumento text. in l. quæro. ff. de action. empti. & in l. contra legem. ff. de legibus.

7 Quorum exiſtimatio confunditur ex ſequentibus, nam ſi illa annonæ venditio, ita cautè à venditore celebrata, vt maius pretium participaret, quam quod ſciebat per nouã conſtitutionem Principis, non multò poſt fore taxandum eſſet iniuſta cum aliquovè ſcrupulo procederet, maximè, quia cõtra legem aliquam, vel in fraudem legis, non legis exiſtentis nouum minus pretium taxantis, quia ſupponimus nondum fuiſſe latam, non legis quæ ferenda eſt, & illico publicanda propter eãdem rationem, vtpotè quæ nondum lata, neque promulgata, igitur nullã offendit conſtitutionem talis vẽditor quantumuis propter priuatam ſcientiam, quam habebat noui minoris pretij futuri omnem ſuam diligentiam adhibuerit, vt protinus annonam diſtraheret.

8 Et confirmatur minor, in qua cõſiſtit tota vis dictæ argumentationis, ſcilicet, quod prædictus vẽditor, nec fecerit contra legem, neq; in fraudẽ legis, nã ſi feciſſet nõ dubiũ eſt, quin eſſet obnoxius pœnis eiuſdẽ legis, vt colligitur ex vulgatis Iuribus in l. nõ dubiũ. l. cõtra legẽ. C. de legib. quod ſi tu ſolus conceſſeris, quod omnes negãt, fateberis profecto inexpiable abſurdum, quod fieri poſsit, quẽpiam ſubiacere pœnis legis nondum latæ, neq; promulgatæ, ſed ſolũ in Principis mẽte retẽtæ, quæ alio fortaſis cepto cõſilio, vel oblato aliquo impedimẽto (quod ſæpenumerò contingere ſolet) poſſet non ferri, neq; in lucem prodire: iuſtè ergo & liberè potuit annonã vendere, neq; cẽſebitur feciſſe cõtra legẽ nondũ exiſtẽtẽ, neq; fraudẽ aliquã cõmiſsiſſe, vtpotè qui potuerit ſecundũ taxatũ pretiũ non attẽdens ad pretiũ poſtea taxãdũ pro arbitrio de ſuis rebus diſponere, nõ aliter quã ille mercator & publican', qui cũ timeret, vel certo ſciret magnam copiam tritici, vel cuiusuis alterius mercis, cuius frequens eſſet commertium per viam maris breuiter ſuperuenturam, curat ſtatim ſuas merces diſtrahere ante quam copia ſuperue-

superueniat, qui rectè quidem id facere poterit, vt quotidiè faciunt soliciti mercatores quantumuis talium mercium emptores, & redemptores essent pœnitus insci, & ignari abundantiæ mercium breuissimè superuenturæ, nec dicetur ille suas merces fraude, aut dolo aliquo distraxisse, sed iusta fuisse vsum solicitudine, & permissa sibi diligentia, ita docent omnes teste Dominic. de Soto lib. 6. de iust. quæst. 3. artic. 2. ad tertium: pariter ergo & ille qui notitiam habebat minoris pretij per legem taxandi potuit anticipata venditione ante latam legem de annona disponere, vt maiori pretio tempore venditionis currente frueretur, non obstante quod emptores ignorauerint nouum pretium taxandum fore, etenim vt alias dici solet, *vigilantibus, & non dormientibus hominibus iura subueniunt.*

6 Conuincitur præterea dicta cõmunis opinio, si cõsideres tunc demũ dici fieri aliquid in fraudẽ legis, quãdo fit contra ipsam legẽ, & nõ aliter, iuxta tex. in l. fraus. ff. de legib. at vt supponitur tẽpore vẽditionis nondum erat lex, propterea quod adhuc promulgata non fuerat: igitur venditio, neq; fuit, neq; esse potuit contra legẽ, & percõsequẽs neq; in fraudẽ legis, quod si venditor nõ fuit in vẽditione improbato more versatus, neque aliquid fecit circũueniẽdi emptoris causa, sed solũ permissa, & data sibi solertia vsus fuit durũ esset ne dicã falsum, & alienũ à ratione teneri eum ad interesse emptori ignoranti, quasi fraudem fecerit ei, quod nullo pacto admittendũ est, neque sustineri potest rigida illa sententia asserentiũ illud interesse maioris pretij currẽtis tempore venditionis respectu minoris pretij per nouam Pragmaticam taxandi in scio, & ignaro mercatori ementi resarciendum & restituendum esse.

7 Defenderem tamen, & sustinerem cõmunem opinionẽ in duobus casibus, quorũ primus raro eueniet, alter verò sæpissimè contingere poterit, si venditor esset quispiã ex Senatoribus Regis, qui interfuerunt in Senatu tempore quo prædictæ fiebant taxationes, & nouæ Pragmaticæ ordinabantur, quod nunquã, vel ferè nunquã eueniet, is certè propter dolũ & fraudẽ manifestã, qua vteretur in tali casu propter abusum proprij muneris, & officij à quo lõgissimè abesse debet cõmertium, & denique propter notissimam turpitudinem, quam præferret talis venditio annonæ, proculdubio teneretur ad interesse restituendum emptori ignoranti.

8 Ille etiam (& erit secundus casus) qui magnã quantitatem in excessu venderet solicitatis emptoribus, quæ alias non essent empturi, & aliunde annonam emisset, vel quæsiuisset, vt reuenderet, & breui manu grande lucrum compararet diceretur iudicio meo fraudem commisisse, & quasi circumueniisse emptores illos, precibus, vel alia ratione ad emendum inductos, qui teneretur vtique ad interesse, propter nimiam illam, & insolitam diligẽtiam, quæ vix credi potest caruisse fraude, & regulare est, vt quandocũq; & quomodocũq; cõtigerit emptorẽ capi à vẽditore, locus sit restitutioni damni, & interesse interuenientis, vel quod probabiliter verti potuit, bona fides enim, quæ in contractibus exigitur, summam æquitatem desiderat, teste Triphonino Iurisconsulto, in l. bona fides. ff. de positi, & Caius in l. ex maleficijs. ff. de actio. & oblig. his actionib. inquit: ¶ Inuicẽ experiri possũt de eo q alterum alteri ex bona fide præstare

Digitized by Google

præſtare oportet: vnde Marc. Cicer. lib. 3. de offic. refert Quintum Scevolam exiſtimantem in his iudicijs, & actionibus bonę fidei ſummâ vim eſſe, quoad iudicis arbitrium, & fidei bonæ nomen manare latiſsimè idq; verſari in tutellis, ſocietatibus, pignoribus, depoſito, mandato, emptione, venditione, conductione, & locatione: ſiquidem vt placuit eidem eloquentiæ Principi in his magni eſt iudicis ſtatuere: ex quibus manifeſtè deducitur, quam longè abeſſe debeant fraus, & dolus, à bonæ fidei iudicijs, de quorum numero emptio & venditio eſt, & facit illud, quod dicitur in ſacris litteris. 4. Reg. cap. 6. ibi: *Neque enim cæpiſti eos, labio, gladio, arcu, vt percutias, &c.* Magnopere ergo expedit proſpicere, & prouidere, ne homines in ſuis conuentionibus, & comertijs dolo, & fraude improbato more verſentur, ſed omnia fiant ſecundum bonam fidem, inſpecto bono & æquo, non animo circunueniendi proximum, qua conſideratione adducor, vt in dictis duobus caſibus recipiendam duxerim dictam communem opinionem, quam generaliter dubiam ne dicam falſam eſſe, & omni iuris fundamento deſtitutam ſuperius demonſtraui contra Cinum, Felinum, Ripam, & alios aſſerentes non poſſe eum, qui ſciebat, pretij mutationem futuram vendere merces ſuas ante promulgationem, ad maius commune pretium tempore venditionis currens participandum.

12 Ac proinde firma manet, & libera â quacumque contraria impugnatione conſtituta à nobis reſolutio, quæ habet leges ante promulgationem nullam ſortiri vim obligandi, quam vltra ſuperius dicta, probat text. celeb. in cap. in iſtis, 4. diſt. Soto lib. 1. de iuſtit. quæſt. 1. artic. 4. poſt D. Thom. 1. 2. quæſt. 90. artic. etiam 4. docuit Sylueſter in ſum. verbo, *lex*.

13 Solum ſupereſt reſpondere præpoſteris fundamentis allatis à Franciſc. Riparienſ. & inſuper illi obiectioni de lege naturali, quam in gratiam illius concepimus vbi ſupra. Qui profecto apertè lapſus fuit dum exiſtimauit dictas duas gloſſas, ſibi prodeſſe quarum longè diuerſa mẽs eſt, vt ex earundem verbis attentè perlectis recte perſpicitur, neque enim loquuntur dictæ gloſſæ ſuper iſta dubitatione, an teneret lex, & conſtitutio, de quibus in illis iuribus ante promulgationem, qua de re nobis ſermo eſt, ſed ſuppoſita legis promulgatione dubitationis erat in illis gloſsis, quodnam temporis ſpatium requireretur, vt cenſeri poſſet, & deberet, latas & promulgatas conſtitutiones, ad notitiam ſubditorum peruenisſe, ad effectum obligandi, vel non obligandi: vtrum ſufficeret vnus, an duo menſes eſſent neceſſarij, à quorum tranſcurſu inciperet lex obligare, & ſubdit glo. dict. cap. cum ſingula, verb. *peruenerit*, de præbend. quod ſi ante duos menſes a tempore publicationis ſubditi notitiam habuiſſent conſtitutionis, aut legis, ſtatim eis incipiet currere taxatum tempus, ad hoc vt lex obliget poſt eius publicationem, & promulgationem, tantum abeſt, vt ſermo fuerit apud. d. gloſsã obligent leges & conſtitutiones ante promulgationem nec ne, de quo nec verbum vllum.

14 Et multo minus altera glo. quã nitebatur Riparienſ. in dict. cap. 2. de reb. Eccle. lib. 6. verb. *hactenus*, cuius eadem prorſus mens eſt cum ſuperiori, nẽpè agere de tẽpore, quod poſt publicationem currere debeat, ad

Digitized by Google

ad hoc, vt lex obliget, vt constat manifestè ex verbis eiusdem glo. d. ver. *hactenus*, ibi: *Si post istam constitutionem infra duos menses á tempore publicationis*, &c. Ecce sermo est de lege iam publicata & promulgata, igitur vides, dictas glossas alienas omninò, atque diuersas esse, ab eo sensu, quo eas allegauit Franc. de Ripa, quæ nullo pacto eius sententiæ fauent, nec fauere possunt.

15 Sed authores supra relati, dum inruerunt venditorem anonæ scientem nouum pretium moderandum, quasi dolo & fraude versatus, teneri ad resarciendum interesse emptori ignorãti, parũ fortasis fidentes dicto asserto fraudis fundamento quo nitebantur, adduxerunt pro sua sententia duo potissimum iura in l. 1. ff. de act. empti. ibi: *Improbato more versatus sit*: & in l. quæro, ibi; *ne alioquin*. ff. eod. quæ quidem, diuersum intellectum habent, aliterque accipienda sunt, quam dicti grauissimi Patres accepe runt, securè credentes licet non benè, dictorum iurium argumento, in proposito themate competere emptoribus ignorantibus beneficiũ moderationis. Verum enim verò citata iura non faciũt pro communi, neque loquuntur de venditoribus, qui tacita lege futura nondum promulgata, vt rei suæ prospicerent vendiderunt, siue tacita alia quauis circumstantia, quam tacere possent, vt contingit in casu proposito de tacente legem ferendam, quam contendimus taceri potuisse, sed agebatur in illis iuribus, de venditore celante vitium rei, quod detegere debuisset emptori, ne aliás dèciperet eum, qualis non videtur esse, is qui pretium anonæ nondum taxatum, aut moderatum, sed taxandum, aut moderandum subticuit: patet si attendas ad nonnulla verba dictarum. ll. Vlpianus, enim in d. l. 1. sic inquit: *Et generaliter dixerim si improbato more versatus sit in celanda seruitute*; quam seruitutem certum est, & exploratum, talem venditorem debuisse aperire, aliàs dolo faceret si taceret.

16 Modestinus etiam I. C. lib. 5. responsorum relatus in d. l. quæro. 40. manifestè loquitur de venditore celante, atque tacẽte vitium rei, quod propalare tenebatur, cum enim vendidisset fundum, ita vt id venundatum esse videretur, quod intra terminos ipse venditor possedisset, & sciens aliquam partem certam se nõ possidere, non certiorauit emptorem, cum ratione coniunctum, & copulatam fuit, venditorem in ea specie teneri, cuius rationem rectè subiunxit Iurisconsultus: *Ne alioquin emptor capiatur, qui fortassis si hoc cognouisset, vel emturus non esset, vel minoris emturus esset, si certioratus de certo loco fuisset*, & cæteraque sequuntur in illo textu circa tacentes seruitutes, quam nihil habere commune, cum sententia dictorum Patrum, plusquam liquido constat, ex eorundem iurium thenore, & contextu.

17 Nec silere possum hoc loco, text. in d. l. 1. de actio. empti. potius nobiscum facere, & confirmare mirum inmodùm sententiam, quæ habet venditorem, qui tacuit pretium, quod priuatim sciebat per nouam legem moderandum fore, non teneri, neque competere emptori beneficium moderationis, si referas, & expendas verba quę sequuntur ex d. l. 1. ibi: *Non si securitati suæ prospectum voluit*, docens quod si venditor improbato more versatus fuisset, in celãda seruitute teneretur vtiq; cõtra verò si nõ more improbato, sed dũtaxat, vt rei suæ prospiceret, quemadmodum contingit in venditore tacente

Digitized by Google

tacẽte legem futuram circa nouam taxam anonæ & vendente ſuas merces,ſiue anonam ſuam qui quidem non fecit,neque feciſſe videtur, vt improbato more verſaretur in contractu illo,ſed ſolum rei ſuæ proſpectum eſſe voluiſſe,quod illi imputan tum nõ eſt,ergo tantum ab eſt,quod tex.in d.l. 1. faciat pro antiquis Patribus,vt potius illis contradicat, & nobis opituletur magnopere dum docet in effectu,dolo & fraude care re eum,qui tantum rei ſuæ proſpectum eſſe voluit veluti venditor a nonę,de quo loquimur qui non decipere emptorem,ſed ſibi ſolum pro uidere curauit.

18 Denique circa principalem quęſtionem noſtram, non obeſt illud, quod dicebamus de lege naturali, quod ante promulgationem obliga uerit,& cæteraq; expendimus in argumento,quod minimè obſtat ſi cõſideres,legem naturalem non modo ſufficienter,ſed ex abundanti Adamo proto Parenti noſtro promulgatam fuiſſe,ac deinde nobis omnibus & ſingulis eius deſcendẽtibus; nãq; cum Deus opti.max. tãquam author naturæ ſingulorum mentibus in dixerit,dictamen illud legis naturalis, iuxta illud Diui Pauli ad Rom.2. *Qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis* & illud Pſalmi. 9. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*, ſatis ſuperq; videtur lex ipſa naturalis publicata & promulgata,atq; ideò mirũ nõ eſt ſi ſtatim cęperit obligare ab Adamo creato.

Libri primi finis.

LAVS DEO.

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRISTOPHO RIABANGVIANO SEDANO.

PRIMARII OLIM, ET DECANI, IVRIS Pontificij, In Academia Complutenſi, nunc præfecti nobilitatis In Granatenſi Prætorio.

TRACTATVS

DE LEGIBVS ET CONSTITVTIONIBVS Principum, Ipſorumque, & aliorum Iudicũ Ordinariorum, & Delegatorum poteſtate iuriſdictione, & Imperio.

LIBER SECVNDVS.

Summaria ad Controuerſiam 1.

1 *VTilitatem non mediocrẽ, nec leuem difficultatem in ſe cõtinet inueſtigare quiſnam poteſtatem habeat condendi leges, & faciendi ſtatuta.*

2 *Demõſtratur à priori nullã eſſe cõmunitatẽ, quæ ſuã vim rectricẽ nõ habeat ex ſimilitudine corporis naturalis, ad communitatem ipſam, quæ eſt quoddam corpus fictum.*

Digitized by Google

3 *Inconueniens eſt fateri dari fictionem, quæ naturam non imitetur, ſed impoſsibile eſt naturaliter manere corpus humanum, abſque facultate rectrice, & moderatrice humanarum actionum.*

4 *Ad ſolas communitates earumque gubernatores pertinere leges, & ſtatuta condere probatur ex deffinitione iuris ciuilis.*

5 *Idem iuditium eſt de cõmunitatibus in ferioribus, quantũ ad ſuas leges, & municipalia ſtatuta condenda.*

6 *Romanus Pontifex, circa ſpiritualia, et temporalia Eccleſiæ ſummã, & pæne omnimodã poteſtatem habet circa tẽporalia verò extra terras Eccleſiæ non habet iuriſdictionẽ, & nihilominus multa ſunt Decreta Põtificũ, & Cõciliorũ circa res tẽporales.*

7 *Referuntur plura Decreta quorũ authoritate temporales Clericorum cauſæ ad iudices Eccleſiaſticos priuatiuè deferũtur, ſicuti etiã cauſa iuris patronatus, & cauſa dotis inter laicos.*

8 *Cauſam iuris patronatus temporalem, & profanam eſſe efficaciter oſtendit: ſi expendas, & quanto de iuditijs eum ſimilibus.*

9 *Perſonæ merè laicæ obtinere poſſunt, et quotidiè obtinent ius patronatus, ex quo deducitur talem cauſam ad poteſtatem laicam pertinere.*

10 *Laici attento iure, & ſine vlla indulgẽtia, aut priuilegio obtinere poſſũt, & poſidere iura patronatus, ex quo etiam deducitur ad iudicium ſeculare pertinere, cũ quo ſtat, quod Pontifices ſe intromittunt in his cauſis, et leges condunt, & ſtatuta, circa ipſas extra terras Eccleſiæ.*

11 *Tribuni plebis Prætores, & Iuriſcõſulti ſuas leges ediderunt, abſq; eo quod fuerent Rectores communitatum, quæ ex vſu tribunalium, & approbatione Regũ Hiſpaniæ, in quibus nõ inueniũtur correctiæ verè leges ſunt.*

12 *Rectores communitatum ſunt quædã capita, veteres autem legum conditores, circa diuerſas partes communitatum ſua munera gerebant.*

13 *Tempore Tribunorum plenis Prætorum, & Iuriſconſultorum, Reipublicæ adminiſtratio, & cura Populi, ad Senatum pertinebat.*

14 *Auguſtini Hieronymi Iſidori, & aliorum Sanctorum Patrum egregia dicta habent, & obtinent vim, ac poteſtatem legis, quos nunquam fuiſſe commumeratos, inter Rectores communitatum, qui authoritatem habẽt ferendarum legum, pluſquam manifeſtum eſt.*

15 *Communitas collectio quædam eſt plurium hominum in vnum corpus.*

16 *Ad communitatem conſtituẽdam aliquis nexus ſocietatis, ſiuè vinculum commune requiritur, ex quo intelligitur textus, in c. dilecta de exceſſibus Prælat. vt Clerici illi, quia non erant aliquo vinculo ſocietatis hæti, ſed quædã multitudo nõ potuerint ſumere, nec de nouo fabricare ſigillũ*

17 *Etiam ſi Clerici illi communitas nõ fecerint nihilominus vectè iacet ille text. ſub tit. de exceſſibus Prælatorum.*

18 *Dicta collectio plurium hominum in vnum corpus, quæ communitas dicitur vipartita cernitur altera eſt ciuilis, cuius finis eſt cõſeruare, & ordinare homines in bonum commune, vt alter alteri opem ferat.*

19 *Altera eſt communitas Eccleſiaſtica cuius finis eſt conſeruatio partium in ſuo eſſe ſpirituali, & dirigere, & ordinare homines in finem ſupernaturalem, vt ſeruent legem Dei, neq; in his ſublunaribus quæ caduca ſunt ſubſiſtant.*

20 *Sub dicta communitate Eccleſiaſtica militant omnes baptizati, vt probãt Apoſtoli teſtimonia, quæ hic referuntur.*

21 *Communitas ciuilis ordinatur in finẽ na-*

Digitized by Google

nãturalem, ad quem consequendum adhibet media acommodata, Ecclesiastica verò dirigitur in finẽ supernaturalem, & bonum spirituale, & media eidẽ fini supernaturali acommodata.

22 *Ad similitudinem dictarum duarum communitatum constituitur duplex potestas, in mũdo altera Ciuilis, per quam communitas Ciuilis gubernatur, altera Ecclesiastica, per quã dirigitur communitas spiritualis in finem supernaturalem.*

23 *Ecclesiastica potestas dignior, & excellentior est, ipsa potestate ciuili, sicut anima excedit corpus ipsoque lõgè excellentior est.*

24 *Potestas ciuilis subordinatur Ecclesiastice, sicut frenũ factiua, seu nauis factiua respectu equestris, vel nauigatoriæ.*

25 *Laica potestas non ita præcisè á potestate spirituali pendet, sicuti dictæ artes inferiores à superioribus, & quantumbis per possibile, vel impossibile cessaret Ecclesiastica potestas nõ statim deficeret secularis.*

26 *Rectius laica potestas comparatur ad Ecclesiasticã, sicut caro ad spiritum & contra, & quemadmodũ spiritus carni solet imperare, vsque ad martirium sic potestas Ecclesiastica aliquando potestati seculari repugnat, & animose resistit.*

27 *Intelligitur c. solitæ de maior. & obed. & quo modo intelligenda sit comparatio illa potestatis Ecclesiasticæ ad solem, & potestatis secularis ad Lunam quam fecit Pontifex ibidem.*

28 *Omnis potestas, tã tẽporalis, quã Ecclesiastica á Deo est, & promanat illa tanquã ab authore naturæ hæc, tanquã ab authore gratiæ.*

29 *Omnis publica potestas, & iurisdictio apud Papam Imperatorem supremos ue Principes residet ab hisque, tanquam à capite in membra dimanat.*

30 *Ecclesiastica potestas longè superior & dignior est, ciui temporalis, tanquam subordinata, & quodam modo sub altera subijcitur, quo fit, vt Pontifices sæpenumero de temporalibus dispenant, & nonnullas causas seculares Ecclesiastico iuditio reseruent.*

31 *Nullo modo dici potest, quod Ecclesiastica potestas laicis Principibus fuerit, vnquam communicata, & error est affirmare iurisdictionem spiritualem, apud Imperatores existere.*

32 *Ecclesiastica iurisdictio, atque potestas res est supernaturalis, & á Christo Domino instituta secularis verõ suam vim, & potestatem habet à natura.*

33 *Politica potestas eiusdem speciei est, apud omnes gentes non tamen vna sed plures numero Ecclesiastica verò vna numero, & individua est in toto Orbe terrarum.*

34 *In Romanis Pontificibus est quedam potestas excellentiæ secundum quã abrrogare possunt leges seculares bono spirituali aduersantes.*

35 *Ex vi suæ potestatis Ecclesiasticæ potuerunt Romani Pontifices abrrogare, & extinguere leges Ciuiles approbantes vsuras, & præscriptionem cum mala fide admittentes, ita vt neque in foro seculari valeãt custodiri.*

36 *Plures sunt leges obseruatæ in suo foro, quæ præstant authoritatem peccãdi, quibus Pontifices Maximi sciẽtes, & videntes illas obseruari non derogant, vt in l. quæ præstat autoritatem consuetudini.*

37 *Præscriptio genus adquisitionis est cũ suetudo vero dumtaxat est, lex quædam, introducta ad constituendum ius, inter inferiores, & non ad adquirendum.*

38 *Quantumuis consuetudo sumat initiũ cum peccato subditorũ nihilominus*

Digitized by Google

ſi concurrãt alia requiſita vera erit conſuetudo.

39 *Legi non nocet ſi dolo legislatoris feratur,& intelligitur text.in l.1.ad finem,ff.de doli mali, & metus exceptione.*

40 *Conſuetudo principaliter non intendit legem abrrogare,ſed introducere ius nouum abrrogatio autem legis contingit ſecundario.*

41 *Præſcriptio ius noſtrum ſine facto noſtro,in alium transfert conſuetudo, vere non transfundit ius aliquod de vno in alterum.*

42 *Si per conſuetudinem ius iam creatum in alium transferatur non erit propria conſuetudo,neque incipere, nec procedere poterit, cum peccato, ad ſimilitudinem præſcriptionis, vnde intelligitur text. in cap. vltim. de præſcriptio.verſ.cum generaliter.*

43 *Non poteſt dubitari quin lex,qua mẽ viris authoritatem præſtat vxores adulteras interficiendi graniſsimũ peccatum permittat, & tamen ſeruatur,& procedit in ſuo foro, ſine impedimento aliquo, quam Pontifices, neque abrrogãt,neque infringũt quantumuis ſint ſupernaturali contrariam.*

44 *Diſtinguendum eſt inter permiſsionẽ peccati,reſpectu culpæ, & reſpectu pœnæ,& intelligitur tex.in l. Grachus,C.ad l.Iul. de adulter.*

45 *Quædam ſunt communitates inferiores,& veluti membra communitatum, quæ latius patent, quæ communitates inferiores rectè appellantur partiales,ſeu particulares.*

46 *Communitates inferiores,quædam perſonales,quadam Reales, perſonales, quando plures perſonæ colliguntur in vnum corpus, vt in vniuerſitatibus,veluti Salmantina,& Complutenſi.*

47 *Communitates Reales non conſtãt, ex perſonis,ſed gaudent territorio, vt opida Ciuitates,ſiue Vrbes.*

48 *Communitas Eccleſiaſtica lege diuina, & ſupernaturali inuenta fuit, ſicut Politica, & Ciuilis originem habuit á iure naturali,communitates vero inferiores ſunt, quædam humanum iuuentum, & membra dictarum communitatum ſuperiorum.*

49 *Communitates inferiores regulariter ſunt illicitæ,communitates autẽ ſupremæ ſemper ſunt licitæ.*

50 *Communitates ſuperiores,id eſt Politica,& Eccleſiaſtica per ſe ſunt perfectæ,inferiores vero pendent à ſuperioribus,& omne collegiũ improbatũ eſt,niſi appareat ſpecialiter approbatum,& quibus permiſsum eſt, corpus habere,poſſunt habere res communes arcam, & Sindicum.*

51 *Domus quælibet cuiuſcumque patris familias non eſt communitas, quia diuerſimodè ſe habet, erga ſingulas perſonas domus.*

52 *Perſonæ in domo patris familias, non coguntur,neque Congregantur,in vnum corpus,quod requiritur ad eſſentiam communitatis.*

53 *Pater familias per patriam poteſtatem dominatur filijs per dominatiuam ſeruis,per omnimodam poteſtatem Vxoribus: vnde fit, quod cum triplex ſit poteſtas patris in domo ſua,vna,ab altera diuerſa nullo modo poſsit,domus ipſa communitas cẽ ſeri.*

54 *Sicut caput ſe habet ad corporis membra,quod membrorum gubernatio pẽdet á capite,ſic Rector ad ſuã communitatem.*

55 *Romanus Pontifex vnicus, & ſolus eſt communitatis Eccleſiaſticæ Rector pœnes quem reſidet tota Eccleſiaſtica poteſtas,& ſub quo militãt cæteri omnes Rectores communitatum inferiorum.*

56 Com-

Digitized by Google

56 *Communitates Ciuiles non ita ad vnum Rectorem redactę ſunt, neque*
3 *vnogubernãdi genere ſemper adminiſtratæ, ſed per plures perſonas ab eiſdem communitatibus Ciuilibus delectas.*

57 *Monarchicum gubernandi genus omnium aptiſsimum eſt, & melius quã per Optimates, aut per Populum, quod demonſtratur exemplis ab antiquitate, & ſacris litteris petitis.*

58 *Suma Regia poteſtas, quæ pœnes Populum antea erat in Principem tranſlata fuit, & expenduntur l. 2. ff. de origine iuris, l. 1. de conſtitut. Principum, l. ex imperfecto, C. de teſtamentis.*

59 *Sicuti ſub Principe ſunt alij Optimates, & gubernatores Prouintiarum, ita ſub his alij inferiores militant deſignati ad Regendas Ciuitates.*

60 *Soli ſuperiores communitatum ſtando in terminis iuris communis iuxta limites ſuæ poteſtatis rectè poſſunt, & valent ſuas leges condere, quod demonſtratur á priori, & poſteriori.*

61 *Dari non poteſt communitas, ſine vi, & poteſtate ferendi leges, & condendi ſtatuta, quod etiam demonſtratur.*

62 *Rectè tamen fieri poteſt, vt ſtatuto lege præſcriptione fũdatione, vel alio modo poteſtas ferendi leges nõ ſpectet, ad communitatum Rectores, vt videmus in vniuerſitatibus Hiſpaniæ, vbi ad ſolum Regem noſtrũ ſpectat leges ferre, & ſtatuta condere, & in generali legatione non veniũt ſpecialia.*

63 *Dicta ſpecialia, ſeu reſeruata, quaſi mixti Imperij ſunt, & ideo generali commiſsione non trãſferuntur, quod probatur aliquot iuribus, & exemplis.*

64 *Dicterium illud (limitata cauſa limitatum producit effectum) non ſolum procedit in ſententijs, & reliquis actionibus, ſed etiam in his quæ fiunt, per viam legis, vel ſtatuti, quod probatur ratione iuribus, & exemplis, & declaratur reg. ea quæ 26. lib. 6.*

65 *Præcipuum attributum legis, eſt, vt feratur á ſuperiore legitimo, legitimãque habente poteſtatem, atque adeó inter ſubditos.*

66 *Non ſolum iudices inferiores, ſed etiã ipſi ſupremi Principes ſi metas ſuæ poteſtatis exceſſerint ab eis geſta viribus non ſubſiſtent, & neque Pontifex in temporalibus, neque Rex in ſpiritualibus ſtatuere poſſunt, quod iuribus, & exemplis comprobatur.*

67 *Si Romanus Pontifex legitimauerit aliquem non ſibi ſubditum, illi non proderit legitimatio ad ſuccedendũ in bonis temporalibus.*

68 *Etiam ſpiritualia facta ab eo, qui poteſtatem gerendi non habet, viribus non ſubſiſtunt minimeque valent, quæ doctrina diſcurſu Sacramentorum confirmatur.*

69 *Valet Sacramentum confirmationis collatum à præsbiteris, ex delegatione Papæ ita accipiendum eſt Trid. c. 3. ſeſsione 7.*

70 *Papa conſtituere poteſt, & aliquando cõſtituiſſe conſtat ſimplices præſbyteros ad conferendũ ex eius commiſsione non ſolum minores, ſed etiã maiores ordines.*

71 *Et ſi nemo poſsit ab alieno Epiſcopo Ordinari, ſine ſui Epiſcopi licentia, nihilominus ordinatus ab Epiſcopo, non ſuo recipit Ordinis Sacramentũ: licet hodie ſuſpenſus maneat, ipſo iure ſine ſententia.*

72 *Diſtinguendum eſt inter Sacramenta, quæ ex parte ſuſcipientis, nullũ prorſus actũ requirunt, & inter illa quæ deſiderant proprium ſuſcipien-*

tis actum, vt illa valeant, etiam ab alieno miniſtro hæc non ita.

73 *Rectores communitatum quantumcũque ſint magiſtratus, ſiue fulgeant lumine dignitatum non poterunt leges ferre, niſi aliás lege conſuetudine præſcriptione, ſeu priuilegio fuerint muniti, & ponderatur lex vlt. C. de l g bus.*

74 *Iuriſdictio quatuor modis adquiri, & minui poteſt, lege conſuetudine præſcriptione, ſeu priuilegio, quibus modis communicatur iuriſdictio, etiam minoribus Magiſtratibus, & magna vis eſt conſuetudinis, in adquirenda quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, adeò vt ſcientia Principis non requiratur, & expenditur, text. in capi. licet cauſam de probat. & in capit. irrefragabili de offic. ordinarij.*

75 *Rectè valuit illa præſcriptio, qua Ciuitates Italiæ abſente, & ignorante Imperatore circa iuriſdictionalia ſe defendebant, quamuis eam Bart. improbauerit.*

CONTROVERSIA 1.

An poteſtas ferendi leges pertineat ad omnes, & ſolos communitatum moderatores.

1 SECVNDVS hic liber, & prima principalis Controuerſia, quę circa ipſum agitanda eſt, vtilitatem non mediocrem, nec leuem difficultatem in ſe cõtinet: verſabiturque in inueſtigando, quinam ſunt, qui poteſtatem habent condẽdi leges, & faciendi ſtatuta: quæ diſputatio habebit etiam multum delectationis, circa eiuſdem fructus colligendos, vt ſi vires noſtrę ſufficerent præſtare poſſemus, & vſurpare facilè, Horatianum illud *omne tullit punctum, qui miſcuit vtile dulci.*

2 Atque vt inde, vndè omnis hæc diſceptatio ducitur fæliciter noſtra proficiſcatur oratio, conſiderabam nullam eſſe in Republica communitatem, quæ ſuam vim, & poteſtatem non habeat: quemadmodum enim experimur quodcumque corpus naturale, inſitam habere, & innatam facultatem quandam, ſecundum quam eius membra, ad ſuum totum diriguntur, & ordinantur: pari modo, quælibet communitas ſuam vim, & poteſtatem debet habere cuius virtute partes talis communitatis, ad totum dirigantur, & ordinentur, quæ ſimilitudo ſequentibus conſiderationibus cõprobatur: etenim ſi vniuerſæ, & ſingulæ, communitates, tali vi, & poteſtate carerent falſa eſſet I.C. doctrina, in l. proponebatur, ff. de iudicijs, vbi Alphenus I.C. ex Philoſophis cõcludit cõmunitatẽ, quodã eſſe corp' fictũ, & collectionẽ quãdã pluriũ hominũ in vnũ corpus, fieri namque minimè poteſt dari corpus viuum, ſine vi ordinatiua, &

Digitized by Google

& directiua singulorum partium ad totum; quatenus, aut communitas corpus fictum non est, aut vim, & potestatem erit habitura, dirigendi, & ordinandi, omnes, & singulas eius partes ad suum totum.

3 Et confirmatur, aliter enim sequeretur maximum inconueniens, dari fictionem aliquam, quæ naturam nõ imitaretur, impossibile enim est naturaliter manere corpus humanum, absque facultate rectrice & moderatrice humanorum actionum: quod si daretur communitas tali facultate carens, iam fictio non imitaretur naturam contra alteram alterius I. C. decisionem, in l. adoptio. ff. de adoptionibus docentis fictionem naturam imitari: supponendum ergo est, tanquam certum, & exploratum pænes omnes, & singulas communitates, esse vim, & potestatem quandam, dirigendi, & ordinandi, suas partes in totum, & commune bonum, quæ quidem communitates, cum suos habeant Rectores, & moderatores, quibus reguntur, & gubernantur, opportunè, & vtiliter vertitur in disputationem: vtrum pænes omnes, & solos tales Rectores, & moderatores communitatum, sit potestas condendi legem, an verò alij, leges etiam ferre possint, & valeant.

4 In qua Controuersia, quæ facilis non est, sumi potest argumentum ad probandum ad omnes, & solas communitates earumque Rectores, & moderatores pertinere, leges, & statuta condere: si consulamus iuris ciuilis definitionem, cuius meminit text. in cap. ius ciuile, 1. distinct. vbi dicitur: *Ius ciuile esse quodquisque populus, vel quæque Ciuitas sibi proprium diuina humanaque causa constituit*, quibus verbis apertè significatur, penes omnes, & solas communitates ciuiles residere, supremam, & amplam illam potestatem, ferendi leges, & statuta condendi: id est pænes Populos, & Ciuitates, quæ per suos Rectores, & moderatores, valent, & possunt, sancire leges condere statuta, ipsosque Populos dirigere, & ordinare, in bonos fines, communem, & publicam Reipublicæ vtilitatem.

5 Ad quarum communitatum normam, & similitudinem, certum est idem fore asserendum de alijs Conuentibus, & Communitatibus minoribus, quantum ad suas leges, & municipalia statuta condenda, attenta, dicta iuris ciuilis definitione.

6 Sed videtur, retrò nihilominus esse philosophandum, si repetamus ex annalibus antiquis, & benè fundata iurisprudentia, tam Canonica, quã Ciuili. Pontifices Maximos, etsi circa spiritualia, & temporalia Ecclesiæ subiecta, summam, & pæne omnimodam potestatem habeant (in quo nulla dubitatio est, neque esse potest) tamen circa temporalia extra terras Ecclesiæ indubitati iuris est, eũdẽ Romanũ Pontificẽ iurisdictionẽ nõ habere: vt aiebat Nicolaus Papa in Epist. ad Michaelẽ Imperatorẽ, quæ incipit (*propositeram*) relata, in capit. vbi nam, & in cap. denique, cap. cum ad verum 96. distinctio. vbi scilicet in dict. capi. cum ad verum, palam docetur, neque Imperatorem, iura Pontificatus, arripere, nec Pontificẽ Romanũ nomen Imperatorium, vsurpare posse: at plures habemus leges, quamplurimaque statuta, ordinationes, & decreta, á Pontificibus Maximis, atque Concilijs circa res temporales edita, & stabilita, atque id quidem sine vlla potestate, aut authoritate, vt dictum est, igitur non tanta authoritas, & potestas requiritur, ad condendas leges,

vt omnes,& ſoli rectores, communi tatum,eas condere valeant.

7 Minor propoſitio, in qua totius difficultatis neruus conſiſtit,ſcilicet quod ſint plures leges Pontificũ,& Cõciliorum, circa temporalia,extra terras Eccleſiæ,patet ad oculum, ex c.innolita,c.placuit 11. quæſti. 1. quibus iuribus, & eadem cauſa, & quæſtione plures Canones referuntur,quorum authoritate temporales Clericorum cauſæ,ad iudices Eccleſiaſticos priuatiuè deferuntur.Conſtituerunt etiam ipſimet Romani Põtifices,quod cauſæ iuris patronatus inter laicos,& negotia quædam dotalia inter coniuges,certo modo,& coram certis quibuſdam iudicibus, diffinirentur, c.de prudentia, de donat.inter vir.&vxorem,c.quanto de iudicijs, quas quidem cauſas,liquidò conſtat,temporales eſſe, ergo nõ pænes omnes, & ſolos cõmunitatũ rectores,reſidet iſta poteſtas,ſancièdi leges.

8 Et corroboratur, ſi conſideres in particulari, cauſam iuris patronatus tẽporalem, & prophanam eſſe: quia ipſummet ius patronatus, nihil aliud eſt, quam facultas præſentãdi, & offerẽdi miniſtrũ alicui Eccleſiæ, vel pio loco : quam facultatem, quæ nouè conceſſa fuit,in c. decernimus 16.q.7.ex ſe,& ſecundũ ſuam naturam,non ſpiritualem, ſed temporalem eſſe, certum, & indubitatum eſt : & tibi planum fiet, ſi cum iudicio expendas, ipſosmet iuris Pontificij authores, quoties agunt de cauſa iuris patronatus,apud Eccleſiaſticum non quomodocumque,ſed priuatiuè tractanda, totam rationẽ & cauſam referunt,ad annexionem illam,per quam ab Eccleſia ad ſpiritualia ordinantur, & dirigun tur patronatus iura, vt non obſcurè colligitur,ex c.quanto de iudic.cum ſimilibus in eo ſignificare volentes, ex ſe,ius ipſum patronatus,& ſeclu ſo reſpectu ad ſpiritualia,temporale eſſe.

9 Poteris etiam expendere,& conſiderare perſonas merè laicas poſſe obtinere,vt quotidie obtinent dictam præſentandi facultatem, quam vocamus ius patronatus: vt probat text.in c.conſultationibus cum ſimi libus de iure patronatus,& videmus quotidie à laicis poſsideri,vndè faci lè deducitur iuris patronatus cauſam,vtpotè temporalem,inter laicos ad poteſtatẽ laicã pertinere,ex text. in c.cum ad verum 96.d.iuncta reg. c.cum ſit generale,c.ſi Clericus laicum de foro compet.

10 Ex quibus ſic conficitur efficax argumentum,laici attento iure, & ſine vlla indulgentia, aut priuilegio aliquo,obtinere poſſunt,& poſidere iura patronatus.igitur cauſa iuris patronatus contra laicum pertinet ad iudicem,ſiuè ad iuditium ſeculare, & cum hoc ſtat quod Põtifices ſe intromittunt,in his cauſis, & leges condunt,& ſtatuta circa ipſas, extra teras Eccleſiæ:ergo non ad ſolos communitatum Rectores, ſpectat, leges ferre,& ſubditos ordinare;idemque argumentum formari poteſt de cauſis, circa coniugum dotes, de quib° in d.c.de prudentia, cum ſimilibus, de donat.inter.

11 Rurſus principaliter ſuadetur,plures alios,præter communitatum Rectores,poſſe leges ſancire,& ſtatuta condere: quippè Tribuni plebis,Pretores,& Iuris Cõſulti,ſuas leges ediderũt,quibus Reſpublica diu fuit adminiſtrata: vt ſigillatim probant, §. plebiſcitum,§. prætor,& §.reſponſa prudentum, inſtitu. de iure naturali gent.& ciuili. l.2.§.ita in ciuitate, ff. de orig. iuris, & quod magis eſt, his temporibus, nos illorum dictis

pro

Digitized by Google

pro legibus vtimur in tribunalibus, & cauſarum deciſionibus, & tamẽ expeditum eſt, neque Tribunos plebis, neque Prætores, nec denique Iuriſ-Conſultos fuiſſe de numero Rectorum: igitur non ad ſolos communitatum Rectores ſpectat, neque ſpectauit vnquam præclarum iſtud munus condendi iura, & faciendi ſtatuta: maior propoſitæ argumẽtationis, patet, ſi plebiſcita Prætorũ ędicta, ipſaque Reſponſa IurisConſultorum oculis intueamur, in libris pandectarum contenta, quæ veras leges fuiſſe, non debet cõtrouerti: imò neque dubitari (quidquid noſtrates dubitent) quim hodie in quibus nõ ſunt correctæ, verè leges ſint, ex tacito conſenſu, & veluti approbatione noſtrorum Regum: qui profecto, niſi leges fore voluiſſent, non paterentur, tot ſęculis â nobis obſeruari, allegari in iudicijs, & in ſcholis interpretari: itaque certius eſt, quam vt vlla probatione indigeat, quod Tribunorum plebis, Prætorum, & IurisConſultorum deciſiones, fuerunt olim, & ſint hoc ſęculo noſtro, veras, & legitimas leges, & conſtitutiones noſtrorum Principum, & Rectorũ, tacita authoritate confirmatas, & approbatas.

12 Minor propoſitio, ſcilicet, quod ſupra dicti, non fuerint de numero Rectorum, patebit etiã, ſi animaduertamus communitatum Rectores eſſe, veluti quędam capita illarum, repreſentantes totam communitatẽ, iuxta textũ in c. ſcire debes, 7. quęſt. 1. & in l. ciuibus, iũcta gloſ. ff. de reb. dub. At Tribuni plebis, Prætores, IurisConſulti, non præſidebant in tota communitate, neque capita erãt, neque Prędes, ſed dumtaxat circa partem aliquam communitatis, vel Reipublic. & circa peculiare aliquod officium, ſuum munus gerebant: etenim. vt colligitur ex dict. l. 2. §. eiſdem temporibus, ff. de origine iuris, Tribuni in vna tantũ parte communitatis ſuum magiſtratũ gerebant, Prætores verò, ſolum conſtituebantur, & deputabantur ad iudicia, pro dirimendis, & iudicandis litibus: vt narrauit etiam d. l. 2. §. eo tẽpore, Tandem prudentiſsimis IurisCõſultis nudum munus conceſſum fuit leges interpretãdi, vt docet idẽ Pomponius, in d. l. 2. §. vltim. probat text. in c. reſponſa prudentũ, 2. diſt.

13 Tum præterea colligitur, ſupradictos legumlatores, non fuiſſe Rectores, ſiue capita communitatum, quia tempore Tribunorum plebis, prætorum, & IurisConſultorum, Reipublicæ adminiſtratio, & cura Populi, ad Senatum pertinebat allegata l. 2. §. deinde, ff. de origin. iuris, procedit; ergo conſequẽtia: non pœnes omnes, & ſolos communitatum Rectores, fuiſſe poteſtatem faciendi conſtitutiones, & ſtatuta, quæ pars negatiua eſt principalis noſtræ quęſtionis.

14 Præterea etiam Diuus Auguſtin. Hieronym. & alij ſancti Patres Eccleſiæ proceres, qui Summi Pontifices non fuerunt protulerunt, quamplurima, ſcitu, & cõmendatione dignisſima; quæ vim, & authoritatem legis ſortiuntur: vt conſtat ex tex. in c. cum Apoſtholica, de his quæ fiunt a Prælatis, ibi: *in reuocatione autem iuxta ſcriptum Hieronymi, ſufficit conſenſus Epiſcopi, &c.* cap. de libellis 20. diſtinctione, ibi: *Tunc ſi illorum quorum meminiſtis; dicta Hieronymi Auguſtini, Iſidori, vel cæterorum ſimiliter SS. Doctorum ſimilium reperta fuerint magnanimiter ſunt retinenda, ac promulgãda, &c.* quibus iuribus Honor. III. in d. cap. cum Apoſtolica, & Leo Papa IIII. in dict. c. de libell. 2. diſtinctione, apertè docent Auguſtini, Hieronymi, Iſidori,

deri, & aliorum Sanctorum Patrum nonnulla egregia dicta, habere,&obtinere,vim, ac poteſtatẽ legis: quos nunquam fuiſſe connumeratos, inter Rectores communitatum,qui authoritatem habent, ferendarum legum,pluſquam manifeſtum eſt, neque indiget probatione aliqua: igitur non ſolis Rectoribus communitatum,competit poteſtas condendi leges,& faciendi ſtatuta,cũ alij plures,nec Summi Pontifices,nec communitatum Rectores, leges ediderint,& ordinauerint.

15 Ex quibus propoſita quæſtio,mirum in modum redditur anceps, & dubia,adeò,vt rei difficultas nos cogat,antequam ad ſtatuendum accedamus, nonnulla animiduertere, & conſiderare: & primo cum Bart. in l.aut facta,§.vltim.ff.de pœnis, cum Couarr.in cap.alma mater,2.part.§. 1.num.6. placet communitatem deſcribere,quæ vt ſupra tetigimus, *collectio quædam eſt plurium hominum in vnum corpus*, quidquid Barto. Azo, & alij relati á Bologn.in authen.habita.num.336.C. ne filius pro patre aliter,&multis modis definiant communitatem.

16 Ex propoſito autem diximus, vt ſit vnum corpus,ſiuè vnum collegiũ, vel ſocietas, quam intelligimus futuram eſſe aliquo communi vinculo colligatam; vt vera communitas ſit: Etenim qui non ſunt de vno collegio,vel de vna ſocietate,veluti in vnum quoddam corpus collecti, nec ſunt,nec dicuntur communitas,neque collegium:teſte gloſ.in c.dilecta in Chriſto, verſ. *nec ſint vnum corpus*, de exceſſib.prælat. multitudo nãque hominum communitatem minimè facit, vt probat.text.ellegans, in dict.cap.dilecta,vbi optimè,illa Abbatiſſa Iotrenſis,allegauit coramHonorio III. Pontifice Maximo, quod Clerici,ſiuè ſubditi, de quibus,ibi, cum non eſſent vnum corpus, id eſt non haberent communitatem aliquam, perperam contendebant, de nouo fabricare ſigilium, ea quidem non intelligentí ratione, quia licet Præsbiteri, & Clerici illi Iotrenſis Eccleſiæ,eſſent multitudo Clericorum, quia tamen non erant aliquo ſocietatis vinculo colligati, neque collegium,neque communitatẽ poterãt cõſtituere,neque habere ſigillum: quoniam vt diximus ad communitatem conſtituendam, aliquis nexus ſocietatis,ſiuè vinculum commune requiritur:exHonorio III.vbi proximè, qui illius Abbatiſſę votis annuendo,vt conſtat ibi: *Præsbiteris, & Clericis,authoritate noſtra inhibeatis expreſsè,ne præſumant, vel de nouo fabricare ſigillum, vel vti eo, ſi forte reuiter fuerit fabricatum*:eius rationes,& fundamenta allegata ratificare,& approbare viſus eſt.

17 Neque ideò text.ille minus rectè iacebit,ſub tit.de exceſſibus Prælatorum,quamuis enim illi Clerici Iotrẽſes,non eſſent Prælati,neque collegium,aut communitas, quia tamen præſumpſerunt ſigillum habere:quaſi verè eſſent vnum Corpus, aut ſocietas aliqua,bene potuit Abbatiſſa, de illis conqueri. quippè de facto ad inſtar communitatis,ſigillum nouiter fabricare contenderent,aptèque collocate fuit,dicta facti ſpecies,ſub dict.tit.& Rubr.de exceſſibus Prælatorũ: nec fuit neceſſè, quod eſſent verè prælati,ſed ſatis eſt, quod præſumpſerint,nouo vti ſigillo, tanquã ſi forent collegium, aut communitas aliqua,legitimè conſtituta.

18 Oportet etiam conſiderare,iſtam collectionem plurium hominum in vnum corpus,quæ communitas eſt, bipartitò cerni,& diuidi poſſe. Alia enim eſt communitas, cuius mo mi-

nit

nit M. Cic. de ſomno Scipionis, quæ dicitur cætus hominum iure ſociati, qui ciuitates appellantur, & in oratione pro Seſtio, vbi tales hominum cætus appellauit cõuenticula hominum, & ſubdit Cicero, *quæ poſteà Ciuitates appellatæ ſunt*. Vndè iure optimo communitas hæc â Ciuitate, Ciuilis nuncupari ſolet, in l. omnes Populi, ff. de iuſt. & iur. & alibi ſæpiſſimè: eſtque frequentiſsima appellatio ſecundum quam tales Conuentus hominum, nominantur Communitas Ciuilis, quæ in eum finem ordinata, deſtinataque fuit, vt homines, qui ſunt partes communitatis conſeruaret, & ordinaret, in bonum commune, vt alter alteri opem ferret, & inuicem ſibi ſecundum ſuam indigentiam ſufficerent, & permanerent in ſuo eſſe naturali, & iuxta rationis præcepta viuerent.

19 Altera verò dicitur communitas Eccleſiaſtica, ſeu ſpiritualis, quæ longè diuerſum finem habet, diuerſimodèque conſetur in multis: quemadmodum enim, communitas Ciuilis, habet pro fine conſeruare partes cõmunitatis, in ſuo eſſe naturali, ita cõmunitatis Eccleſiaſticæ finis eſt, cõſeruatio partium, in ſuo eſſe ſpirituali, id eſt dirigere homines, & ordinare, in finẽ ſupernaturalem, vt ſeruẽt legem Dei: neque in his terrenis, & ſublunaribus, ſubſiſtant, quæ caduca ſunt, & breui peritura, ſed futuram illam cæleſtemque Hieruſalem, *quæ Ciuitas permanens eſt*, appetant, & inquirãt, perpetua illa pace, & trãquillitate fruituri.

20 Sub qua ſpirituali communitate militãt omnes Chriſtiani, qui aſumpto, Crucisſignaculo, id eſt ſemel baptizati, membra ſunt dictæ communitatis, & vnum corpus efficiũt, atque conſtituunt, in eſſe ſpirituali: vt tradit Cano, libro quarto, de locis Theologicis, capi. 2. & 3. ex Concil. Colonienſi circa interpretationem ſymboli fidei, ad verbum, *ſanctam Eccleſiam*, deſumpſit Concilium ex B. Paulo ad Corinth. capi. 2. vbi habetur, *quod omnes in vnum corpus, baptizati ſumus in Chriſto Domino*, & ad Roman. etiam 2. vbi docet B. Paulus, *multos eſſe vnum Corpus in Chriſto*; ex quibus locis apertè deducitur, hanc fidelium collectionẽ, quæ Eccleſia dicitur, corpus quoddã ſpirituale efficere; id eſt quandam congregationem ſpiritualem, homi num fideliũ, quæ ab Eccleſia Eccleſiaſtica nũcupatur, iuxta tex. in c. Eccleſia, de cõſecratione diſt. 1. gloſsã, & ibi traddita, in c. vltim. ne Prælati vices ſuas.

21 Ordinatur ergo Ciuilis communitas, quæ laica, ſiuè politica appellatur: in finem naturalem, ad quem cõſequendum adhibet media eidem accomodata: ſcilicet, vt viuamus vitam rectam, ſecundum Deum, & præcepta in naturalibus, & externis, ad pacem, inter ſubditos conſeruãdam, & Regi, aut Principi obtemperandũ, cui vel Reipublicæ data fuit â Deo Opt. Max. tanquam authore naturæ mediante lumine naturali, vndè âRegibus Principibus, ſeu Republica ipſa, tanquam â quoddam fonte perenni, deſcendit, & deriuatur in Magiſtratus inferiores: iuxta text. in capi. ſolitæ, cap. cum ad verum 96. diſtinctione, cum alijs, & iuxta l. 1. ibi *Populus*, ff. de conſt. Princip. docet poſt multos alios, Couarr. in pract. cap. 1. num. 6. Nauarr. in cap. nouit notab. 3. num. 85. Pater Molina de iuſtitia & iure, diſputat. 26. Eccleſiaſtica verò communitas dirigitur in finem ſupernaturalem, & bonum ſpirituale, & media eidem fini ſupernaturali accomodata.

22 Ad quarum cõmunitatum ſimilitudinem

dinem constituitur etiam duplex po testas in mundo,Altera Ciuilis, per quam communitas ipsa Ciuilis gubernatur,altera Ecclesiastica,per quã dirigitur Communitas spiritualis in finem supernaturalem, cuius duplicis potestatis mentionem fecerunt Pontifices Maximi, in cap. duo sunt 96.distinct.& in dict.capit.solitæ, de maioritate,& obedientia Couar.vbi supra,num.2. Victoria de potest.Ecclesiæ,pag.mihi 67. Frater Alfonsus de Castro de leg.pœn.lib.1.c.1. Nauarr.in cap.nouit notab.3.corol.25. de iudic.Soto in 4.distinct.25.quæst. 2.artic.1. qui omnes latè explicant dictas duas potestates Ciuilem,& Ecclesiasticam,in ordine ad suos effectus.

23 Planum autem est,& apertum,ita vt probatione non indigeat, Ecclesiasticam quidem potestatem, digniorem,& excellentiorem esse ipsa potestate Ciuili; sicut anima excedit corpus, ipsoque longè excellentior est; & res supernaturales, naturalibus sunt eminentiores;bonaque æterna temporalibus,multo superiora,& diuiniora: sic potestas spiritualis, multo perfectior, & excellẽtior est laica potestate.

24 Quo fit,vt potestas ciuilis,tanquã inferior, potestati Ecclesiasticæ, veluti superiori,& eminentiori, subordinetur,vt dicebat Arist.1.Ethic cap. 1.de arte frenifactiua, seu nauisfactiua, quas veluti inferiores, respectu artis æquæstris, vel nauigatoriæ illis subordinari docuit, quæ similitudo, siuè æquiparatio, á multis adducitur ad denotandum gradum excellẽtiorem,& eminentiorem potestatis Ecclesiasticæ, siuè spiritualis respectu Politecæ,seu laicæ potestatis.

25 Erit tamen aduertendum istã laicam potestatem, non ita præcisse à potestate spirituali pendere; sicuti dictæ artes inferiores á superiorib⁹ discrimen præ manibus est,etenim si artes superiores non essent, proculdubio cessarent omninò inferiores artes, invtilesque, & innanes redderentur:at verò quãtumuis per possibile, vel impossibile,cessaret Ecclesiastica potestas, non statim deficeret sæcularis, vt cum iuditio aduertit Pater Molina,ex Victoria, & alijs, 1.tomo de iustit.disputat.29.colum. 14.vers.*illud vero*,Bellarm.lib.5.controuers.c.6.colum.1. & 2.

26 Quare rectius dicemus laicam potestatem comparari ad Ecclesiasticã, sicut caro ad spiritum,& è contra, vt quemadmodum caro subest spiritui. Spiritus verò præest, ita etiam Politica Potestas subsit Ecclesiasticæ, & ipsa Ecclesiastica siuè spiritualis præsit, ita tamen, vt sicut retento eodẽ themate, spiritus noster non consueuit, se immiscere semper, in actionibus carnis,sed permittit carnem ipsam,suas actiones exercere relinquẽdo illam,vt agat,& operetur, sic similiter potestas Ecclesiastica,plerũque se non immiscеat,in rebus,& negotijs,ad Politicam potestatem pertinentibus, sed desinat illam suas actiones exercere suisque muneribus fungi: ita tamen, vt quemadmodum spiritus,quando carnis actiones repugnant, & contradicunt, fini supernaturali,carni solet imperare, illiusque actiones prohibere, illis fortiter se opponendo, & per ieiunia similesque corporis afflictiones, carnem ipsam macerando,& castigando, vsq; adeò,vt si necesse fuerit aliquando spiritus, ipsi carni martyrium indicat, atque præcipiat, similiter potestas Ecclesiastica, si depræhenderit Politicæ potestatis actiones contradicere, & repugnare fini supernaturali, in quem ipsa spiritualis potestas,dirigitur, & ordinatur, animosè re-

Digitized by Google

reſiſtat,& contradicat impediat, atque prohibeat, dictæ laicæ poteſtatis actiones, ne ſubſequantur.

27 Nec me latet Pontificem Maximum, in d.cap.ſolitæ, verſ. *præterea*, comparaſſe poteſtatem Eccleſiaſticam ſoli, à quo omnis ſplendor, & lux oritur, & proficiſcitur ſæcularem verò Lunæ: quæ ſimilitudo accipienda non eſt, vt eam intellexit Abb. in d.cap.ſolitæ ad fin.& DD.ibidẽ, quaſi voluerit Roma. Pont. vt quemadmodum Luna mutuam accipit claritatem ab ipſo ſole, quaſi â fonte totius luminis, teſte D. Thom. 2. 2. q. 47.artic.5.ad ſecundũ,& q.58. art.6. in corpore: ſic etiam Politica poteſtas ab Eccleſiaſtica, ſeu ſpirituali, & Reges, ſeu Imperatores,& Principes á Pontificibus Maximis accipiant, aut mutuentur temporalem iuriſdictionem: ſed cum Nauarro vbi ſupra, num.125.vt in eo cõparatio Romani Pontificis cõſiſtat, vt ſicut Sol luminare maius eſt, cuius lumen, & ſplendor in multis quidem ſuperat, & excedit lumen Lunæ, quæ luminare minus communiter nuncupatur; ita ſimiliter ſe habeat poteſtas Eccleſiaſtica reſpectu laicæ, vt tanquã maior, & excellentior illam ſuperet, & excedat, ita exprimit & apertè declarat ipſemet Innocent. Papa III. author dictæ Decretalis *ſolitæ*, d. verſ. *præterea*, cuius verba, quia ellegantiſſima ſunt, & mire dictũ intellectũ cõfirmãt libuit, hic trãſcribere, & expẽdere, *præterea* (inquit Innocent.III.) *Noſſe debueras, quod fecit Deus duo magna luminaria in firmamento cæli, luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti, verumque magnum ſed alterum maius. Ad firmamentum igitur Cæli, hoc eſt vniverſalis Eccleſiæ fecit* 28 *Deus duo magna luminaria, id eſt duas inſtituit dignitates, quæ ſunt Pontificalis authoritas, & regalis poteſtas. Sed illa quæ præeſt diebus, id eſt ſpiritualibus maior eſt, quæ vero carnalibus minor: vt quanta eſt, inter ſolem & Lunam tanta inter Pontifices, & Reges differentia cognoſcatur:* Hæc ellegantiſsimè Innocent. III, quibus præclariſsimis verbis manifeſtè demonſtrauit, comparationẽ, inter Eccleſiaſticam Poteſtatem, & ſæcularem, Solem, & Lunam, conſiſtere duntaxat, in magnitudine, & excellentia, vt quemadmodum Sol excellentior, & clarior eſt, ipſa Luna, ſic poteſtas ſpiritualis præemineat ſæculari, vt conſtat ex eiſdem verbis Põtificis ſigillatim conſideratis, ibi: *luminare maius*, & ibi: *luminare minus*, & iterum ibi: *ſed alterum maius*, & denique ibi: *ſed illa quæ præeſt diebus, id eſt ſpiritualibus maior eſt, quæ vero carnalibus minor*, & tandem ibi: *vt quanta eſt inter Solem, & Lunam, tanta inter Pontifices, & Reges differentia cognoſcatur*: Semper denotans Summus Pontifex cõparationem ſolum fieri circa magnitudinem, & excellentiam, non circa alias Solis & Lunæ qualitates, quẽm intellectum præſenſit gloſ.vlti.verb. *fulgorem*, in dict.cap.duo ſunt 96.diſtinctione verbis quæ ſequuntur, *& quanta eſt differentia*, inquit gloſ. *inter Solem, & Lunam, tanta eſt differentia, inter Imperium, & Sacerdotium, extra de maioritat. & obedien. ſolitæ*: quæ gloſ. dum allegat ſupradictam Decretalẽ *ſolitæ* ad probandum, quod ſicu Sol Lunam excedit, ita Sacerdotium ſuperat Imperium, exiſtimat, ſic accipienda, & intelligenda fore, ſupra dicta verba, vt in ſola magnitudine, & excellentia ſolis, reſpectu Lunæ, & Sacerdotij reſpectu Imperij temporalis, ſteterit comparatio, & non in alijs.

28 Et quamuis liquido conſtet omnem poteſtatem, tam Politicam, & temporalem, quam ſpiritualẽ, & Eccleſiaſticam à Deo Optimo Maximo eſſe

eſſe, & promanare, vt reſoluit Cardi.Belar.1.pat. controuerſia de laicis,lib.3.ex c.2. pater Molina vbi ſupra,diſputat.27.& probatur ex Ioanne,cap.19.ibi:*non haberes poteſtatem in me vllam niſi,&c.*Et ex illo Apoſtoli, *non eſt poteſtas,niſi à Deo*, cum pluribus alijs relatis â Belar.ibidem. Diuerſimodè tamẽ oritur, & proficiſcitur quælibet poteſtas,Deus enim, vt author naturæ eſt,medio lumine naturali,conceſsit ſecularẽ poteſtatem Ciuilem ſiuè Politicam, Regibus, & Principibus terræ,ſiuè ipſi Reipublicę, â quibus in reliquos inferiores magiſtratus dimanat,dict.capit.cum ad verum,dict.cap.ſolitæ,d.l.1.de cõſtit.Princip. docent Cou.Nau.& Pater Molina vbi ſupra.At verò Chriſtus Dominus,vt eſt Author gratiæ, Eccleſiaſticam, ſiuè ſpiritualem poteſtatem dedit Beato Petro, & ſucceſſoribus eius Romanis Pontificibus,vt conſtat ex Math.16.& 18.cap. *tibi dabo claues,& quecumque ligaueris, &c.*& Ioannis vltimo,*paſce oues meas*, atque id vt á D.Petro Apoſtolorum Principe,&ſucceſſoribus eius,vel vt à fontę,& verò capite,in Epiſcopos, & alios Eccleſiæ Prælatos dimanaret,& deribaretur immediatè, iuxta text.in cap.ita Dominus 19.diſt. vbi Leo Papa I.ad Epiſcopos Viennenſes, ita ſcribit: *vt in Beatiſsimo Petro Apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret,vt ab ipſo,quaſi quodam capite,&c.* Vbi notant Cardin.S.Sixti, & alij Pater Belar.1.apr. lib.4. de Romano Pontifice capi.9.cum ſeqq. & cap.22.& 24.cum ſeqq. doctè, & eleganter Burſat. conſ.125. à nume.49. & 51. Pater Molina vbi ſupra,diſputatione 21.Cou. poſt plures alios in pract.c.1.n.2.

29 Omnis igitur publica poteſtas, & iuriſdictio,apud Papãm,Imperatorẽ ſupremosue Principes,reſidet,ab his

30

que,tanquã â fonte, & velut â capite,in membra profluit; atque dimanat, vt ſi ſermo ſit de poteſtate Eccleſiaſtica, probat d.c.ita Dominus text.elegans,in cap. fundamenta, in princip.de electione in 6.ſi verò loquamur de Ciuili poteſtate, probat text.in l.2.§. in initio,& §. poſt deinde,ff.de origin.iuris, cõprobat aptiſsimè Bal.per quandam ſimilitudinem,& poſt eum Matheus de Affli-ctis,in cap.1.ibi: *poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum*, quæ ſint regalia.

Et licet huiuſmodi duæ poteſtates in multis diſcretę ſint,& diſtinguantur inter ſe, c. quoniam, 10. diſt.ibi: *vtriuſque poteſtatis officia diſcreuit*, d. cap.cum ad verum, vbi eadem verba referuntur,tamen vt diximus pro culdubio Eccleſia longe ſuperior, & dignior eſt,cui temporalis,ſeu Politica,tanquã ſubordinata, & quodã modo ſub alterna ſubijcitur, vt vniuerſa iura pro clamant,quo fit,vt Põtifices Maximi,ſępenumero de temporalibus diſponãt,in ordine ad ſuũ finem ſupernaturalem, iuxta tradita per Belar.d.conuer.de R. Ponti. lib. 4.cap.6. denotant elegantiſsima verba,cap.per venerabilem,verſ.*rationi*, qui filij ſint legitimi,;ibi: *certis cauſis inſpectis temporalem iuriſdictionẽ caſualiter exercemus*, id eſt quandocumque fini ſpirituali, & ſupernaturali, quem intendimus conducere perſpicimus: ſimiliterque nonnullas cauſas natura ſua temporales, & profanas ad temporalemq; poteſtatem omninò ſpectantes, conſueuerunt Romani Pontifices ab eadem poteſtate ſæculari eximere, & reſeruare illas, Eccleſiaſtico tantum iudicio ventilandas,vt factum eſt,in c.2.de for comp.

31 Nec poſſum non animaduertere, cum patre Roberto Belarmino, vbi proximè lib.1.c.7.cum Vitoria,in re-

lect.

gitized by Google

lect.de poteſt.Ciuili ante finem,nul lomodo dici poſſe, quod ſpiritualis ſeu Eccleſiaſtica illa poteſtas, quam Chriſtus Dominus Redemptor noſter,Petro,&ſucceſſoribus ei⁹ in lege graciæ tribuiſſe diximus alicubi laicis Principibus,aut Reipublicæ ſæcu lari fuerit cõmunicata,quinimò magis derogata fuit,ſi expendamus ver ba cap.cum ad verum, 96.diſtinctione,ibi: *cum ad verum ventum eſt, vltrà ſibi,nec Imperator iura Pontificatus arripuit,nec Pontifex nomen Imperatorium vſurpauit*,quibus verbis manifeſte demonſtratur Eccleſiaſticam poteſtatem Petro,& ſucceſſoribus tradditã nuſquã laicis Principibus fuiſſe com municatam colligiturque ex dict.ca. ſolitæ,& ex illo actorum 20. *Quos Spiritus Sanctus poſuit regere Eccleſiã Dei*: tradiderunt Almay.de poteſt. Eccle ſiæ.cap.3.poſt plures alios,Couarru. practic.31.num.2. & contra Berentiũ,& Henrrichum Octauum Anglię Regem,& alios hęreticos adductis, quamplurimis Sanctorum Patrum te ſtimonijs Bellarm.& Vitoria vbi ſupra.qui teſtantur Ioann.22. Pontificem Maximum damnaſſe errorẽ, & iniquam ſententiam,cuiuſdam Marſilij de Padua,qui ita fuit ad a vdendum proiectus,vt crederet iuriſdictionem ſpiritualem,apud Imperatores exiſtere, cuius erroris fecerunt, etiã mẽtionẽ Burſat. vbi ſupra,n.45. verſ.*Ioann.*22.& Couar.d.c.31.pract. verſ.*prima.*

32 Et vltra ſuperius traddita ad prædictam diferẽtam comprobandam, quod Eccleſiaſtica poteſtas procedat â Chriſto Domino,tanquam authore gratiæ,ſæcularis, verò à Deo, tanquam authore naturæ, facit efficax ratio. Etenim quemadmodum ſingulares ſuam habent vim à natura, qua ſe conſeruant, & tuentur, ita ſimiliter quæcumque communitas Ciuilis, quæ à natura noſcitur eſſe; vt probat tex.in l.ex hoc iure,ibi: *diſcreta genres*, ff. de iuſtitia & iure, ſuã vim,& poteſtatẽ â natura debet habere: ita docet Soto lib.4.de iuſt. q. 1.arti cap.1.concl.2.poſt Ariſt.lib. 1. Ethic c.2. nec mirũ,quod talis communitatis poteſtas, & iuriſdictio profluat ab ipſo Deo authore naturæ, q̃ ſecus contingit in communitate ſpirituali,ſeu Eccleſiaſtica, cuius finis, cum ſit donum ſupernaturale, iuxta illud Paul.ad Hebręos 2. *oculis nõ vidi,neque auribus audiui,&c.* Proculdubio Eccleſiaſtica iuriſdictio, atque poteſtas, res eſt ſupernaturalis, à Chriſto Domino Redemptore noſtro inſtituta,Mathei.16. c. *ſuper hanc Petrã,&c.* vbi præſcripſit formam Eccleſiaſticæ poteſtati,quã traddit tex. in cap.ita Dominus, 19.diſtinct.

33 Eſt & altera diferẽtia præter traditas ſupra,inter ſpiritualem, & Politicam poteſtatem, quod hæc eiuſdẽ ſpeciei eſt,apud omnes gentes, atq; nationes,non tamen vna, ſed plures numero,ſcilicet,vt quot ſunt Populi,& Ciuitates, tot ſint poteſtates, & iuriſdictiones numero,licet vna tantum poteſtas,& iuriſdictio in ſpecie, vt probat tex.in §.ſed ius quidem,inſtit.de iure natur.gent.& ciu. ibi: *ſed ius quidem Ciuile ex vnaquaque Ciuitate appellatur, veluti Athenienſium*:illa verò,ſcilicet poteſtas Eccleſiaſtica,tãtã habet excellentiam, vt vna numero ſit indiuidua, & in diuiſa, in toto Orbe terrarum,ad ſimilitudinem Eccleſiæ, quæ vna tantum eſt,vt comprobat Ciprian. in tracta. de vnitate Eccleſiæ relatus in c. loquitur 24. q. 1.tex.celebris in extrauag. vnã Sanctam de maior.& obed.

34 Hæc autẽ maior vis poteſtas,& excellẽtia iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſuper tẽporalem, etſi in multis perſpici poſsit quotidiè, nulla tamen in

te

criptio principaliter dicat adquiſitio nem, & præmium & commodum lex ipſa tribuat præſcribenti. Longè aliter contingit in conſuetudine, quæ dumtaxat eſt ius quoddam ſiue lex introducta, & inuenta ad conſtituendum ius inter inferiores, ex tex. in cap. conſuetudo, 1. diſtin. non ergo inſtituta fuit cõſuetudo ad adquirendum, ſed vt conſtaret etiã ius noſtrũ ex non ſcripto, ſicuti ex ſcripto, id eſt ex legibus antea cõſtabat, §. cõſtat autem inſtit. de iur. nat.

38 Quo fit, vt quantumuis conſuetudo ſumat initiũ cũ peccato ſubditorum, & procedat vlterius ſubditis infringentibus legem ſcriptam, cui ipſa conſuetudo repugnat, & contradicit, nihilominus ſi concurrant alia requiſita vera ſit conſuetudo, quæ nõ intendit ſubditos inuitare, ad peccãdum, & delinquendum, ſed ſolummodò facere ius nõ ſcriptum, ipſumque introducere, quod ipſimet ſubditi, ita introducentes conſuetudinem, ſeruare teneantur, conſuetudine ſemel in eſſe deducta.

39 Subijciamus rem exemplo, quo facilius intelligatur, leges certè quæ in bonum commune quotidiè proferuntur, indubitatum eſt quod non deſinent eſſe tales, etſi Reges, & Principes malo animo, & obſtinata mente tulerint, & ſtatuerint ipſas leges, ita vt cum peccato ſtatuentium, ferantur, quinimò quemadmodum dolo fit in contractibus, & in teſtamentis, ita & in legibus, vt dicebat Paulus I.C. ſic breuiter, & verè intelligendus, in l. 1. ad fin. ff. de doli, mali, & metus exceptione, ibi: *Et quidem dolo fit tam in contractibus, quam in teſtamentis, quam in legibus*: tunc verò dicemus dolum in legibus committi, ſi ferantur malo animo Legiſlatorum, & cum ſtatuentium peccato, quod ſicuti legi minimè nocet, quominus iuſtè procedat, atque ſeruetur, ita ſimiliter conſuetudini damnum non irrogat peccatum ſiuè mala fides ſubditorum contendentium illam introducere, etiam contra ius ſcriptum, & diu obſeruatum.

40 Neque obſtabit ſi quis non in ſubtiliter expendat, per conſuetudinem directè acquiri exemptionem quandam legis ſcriptæ, quoniam conſuetudo principaliter & directè non intendit legem abrrogare, ſed introducere ius nouum, abrrogatio autẽ legis contingit ſecundario, & in quãdam conſequentiam, quæ non venit in conſiderationem, iuxta tex. vulg. in l. 1. ff. de authorit. tutorum.

41 Vel ſi malueris poteris reſpondere præſcriptionis munus, & officium eſſe, ius noſtrum iam creatum, & perfectum, & in nobis poſitum ſine facto noſtro in alium transferre, ita docuit Iaſſ. in l. de quibus, numero 44. ff. de leg. poſt glof. vltim. communiter receptam, in cap. ſi diligenti de præſcripti. At verò conſuetudinis illud eſt ingenium atque natura, vt ius nouum conſtituat, neque transfundat de vno in alterum ius aliquod, iam poſitum, & creatum, quare mirum non eſt, ſi conſuetudo poſsit incipere, & procedere cum peccato, præſcriptio tamen non ita.

42 Quod ſi contigerit aliquando, conſuetudinem ius iam creatum, in alium transferre, quo caſu improprie appellabitur conſuetudo, exploratum eſt tunc, neque incipere, neque procedere poſſe cum peccato, propter ſimilitudinẽ, & affinitatẽ, quã haberet, & habet talis cõſuetudo cũ præſcriptione, ita vt modo præſcriptio modo cõſuetudo appelletur: qua ratione ſuccedit rectè intelligẽd°

text. in capit. vltim. de præſcript. verſ. *cum generaliter*, ibi: *conſuetudini, &c.* quo in loco non fit mentio conſuetudinis propriæ, quippè ius iam creatum in alium transferat, quod non eſt proprium, imò alienum à vera, & propria conſuetudine, vt proximè diximus, ſed magis propriè eſt, & appellabitur præſcriptio conſuetudo illa, de qua in d.c. fin.

43 Alterum exemplum ſe ſe offert iuſtæ legis in ſuo foro introductæ, & procedentis cum peccato, in l. Grachus, C. ad legem Iuliam de adulter. vbi conceditur authoritas, & facultas marito, vxorem adulteram interficiendi, imò quod magis eſt, lucrum leges maritis elargiuntur, pro tali occiſione retinentibus dotem, ex text. in l. conſenſu, C. de repud. & in cap. plerumque, de donation. inter vir. & vxor. noluerunt enim legislatores, quod maritus occidens vxorem, & permiſsione legis vtens puniretur in ammittenda dote, quam de nouo non acquirit, ſed magis retinet, & conſeruat. Quæ quidem lex, quæ maritis authoritatem, & facultatem præſtat vxores adulteras interficiendi, non poteſt dubitari, quin grauiſsimum peccatũ permittat, quoniam mariti, authoritate legis, vxores committentes adulterium, interficientes, grauiter profecto peccant, ita docet glo. in cap. inter hæc 33. quæſt. 2. Fortun. Garcia de vlti. fin. illatione 11. Menoch. de arbitrar. quæſt. 90. Menchaca de ſucceſ. creat. §. 7. num. 2. qui omnes poſt B. Auguſt. lib. 2. de adulterin. cõiug. capi. 14. & ſeqq. conſtanter tenent maritum interficientem vxorem adulteram, ſine dubio grauiter peccare, quidquid vulgo dicatur occiſionem illam fieri legis authoritate, & ſic docet communis Schola, teſtè Couarrub. 2. par. cap. 7. §. 7. numero octauo, neque vllus locus dubitationi relinqui poteſt. Et tamen dict. l. Grachus ſeruatur, atque procedit in ſuo foro, ſine impedimento aliquo, cui Romani Pontifices ſcientes & videntes talem legem, cum peccato procedere, neque abrrogant, neque infringunt illam, & ſi maximè fini ſupernaturali, quod intendunt Pontifices repugnet, & contradicat ergo, &c.

44 Adeò autem certum eſt leges permittentes occiſionem vxoris adulteræ introductas, & in eſſe productas fuiſſe, cum peccato: vt ex ipſiſmet legibus ciuilibus facillimè poſſit colligi, atque deduci: minimè namque loquuntur, de permiſsione, & impunitate reſpectu peccati, ſed reſpectu pœnæ in foro exteriori per humanas leges occidentibus præſcriptæ, poterunt enim mariti, vxores adulteras impunè occidere, propter quam occiſionem nullam certè pœnam ſuſtinebunt, imò lucrum, vt prædiximus, peccatum tamen neutiquam euitabunt, ex quo manet intellecta, & accepta in vero ſenſu, dict. l. Grachus cum ſimilibus, & ſimul propoſitæ obiectioni ſatisfactum: Etenim veriſsimum eſt dici non poſſe dari legem aliquam, quæ præſtet authoritatem peccato, cui Romani Pontifices non derogent, fortiterque reſiſtant, reſcriptum enim Imperatorium, de quo in dict. l. Gracus, nullo modo loquitur de permiſsione reſpectu culpæ, ſed reſpectu pœnæ, vt intendit Imperator, ibi: *impunè*, & iterum, ibi: *nullam pœnam*, denotans impunitatẽ reſpectu pœnæ in foro exteriori, nõ autẽ reſpectu peccati in foro animæ, nulla igitur ratione, d. l. Grachus peccatũ fouet, illi vè authoritatẽ præſtat, ſed ſuſ-

ſuſpendit dumtaxat, pœnæ per leges impoſitæ executionem, quod vtique facere poteſt.

45 Tertio principaliter præmitendum, & conſiderandum eſt, ad maiorem propoſitæ, quæſtionis intelligẽtiã dari in Republica, quaſdam communitates inferiores, & veluti membra aliarum communitatum, quæ latius patent, quas communitates inferiores, rectè appellabimus, partiales, ſeu particulares, quarum mentio fit in l. 1. & in toto titulo, ff. quod cuiuſque Vniuerſitatis nomine, & in c. dilecta de exceſsibus Prælatorum, vbi notarunt gloſ. & poſt eam Innocent.

46 Quæ communitates inferiores particulares, ſeu partiales ſecundum Innocent. in dict. cap. dilecta in princip. bipartitò cernuntur, quẽdã enim ſunt perſonales, quædam reales, perſonales quidem ſunt, quæ conſtant ex perſonis, quando plures perſonæ colliguntur in vnum corpus, ſiuè in vnam ſocietatem, vel communitatem ad profitendum, vel negotiandum aliquid, vt contingit in ſtudijs generalibus, ſiuè Vniuerſitatibus, vt in Schola Salmantina, & noſtra Complutenſi, & in alijs quarum meminit, l. vltim. C. de iuriſdict. omni. iudic. & dictæ communitates inferiores perſonales, communiter, & rectè nuncupari ſolent Vniuerſitates, & Collegia.

47 Reales verò communitates diuerſimodè ſe habent, neque enim ſolũ conſtãt ex perſonis, ſed gaudent territorio, cuius generis ſunt, oppida, Ciuitates, ſiuè Vrbes ædificatæ, & conſtructę intra alienum territoriũ, quæ municipia nuncupantur, de quibus agitur in authentico de defenſoribus Ciuitatum, collat. 3. & in toto titulo, ff. ad municipalem, & de incolis. Qua ratione ſe habent Epiſcopatus, & Prouintiæ, quæ inferiores, & partiales communitates ſunt, ſi conferantur cum communitate Eccleſiaſtica, & reſpectu illius, de quibus Diæceſsibus Epiſcopatibus, ſeu Prouincijs inferioribus reſpectu Eccleſiaſticæ communitatis mentio fit, in cap. 1. cum ſeqq. 80. diſtinct.

48 Differunt autem in multis minimè contemnendis qualitatibus communitates particulares proximè relatæ â duabus illis ſũpremis communitatibus, ciuili, & Eccleſiaſtica, quarum ſupra meminimus. Etenim primo in eo diſtinguntur, quod communitas Eccleſiaſtica, lege diuina ſupernaturali inuenta & inſtitura fuit, ſicuti communitas ciuilis, & Politica originem habuit ex iure naturali, inferiores tamen, ſeu partiales communitates ſemper fuerunt, & ſunt hodie non ſupernaturale diuinum, neque naturale, ſed quoddam humanum inuentum, vt conſtat, ex l. prima, & per totum, ff. de col legijs illicitis, & ex l. prima, in princip. ff. quod cuiuſque Vniuerſitatis nomine, omiſſa ſemper, & habita pro conſtanti illa diferẽtia, quod dictæ duæ ſupremæ communitates ſe habent, vt capita aliarum communitatum, inferiores verò, & partiales ſunt, & rectè dicuntur membra.

49 Differunt ſecundo in eo ex Bologn. in authentica habita, C. ne filius pro patre, Bartol. in l. vltim. ff. de Collegijs illicitis, quod regulariter communitates inferiores, ſeu partiales illicitæ ſunt, ex text. in l. collegia, §. in ſumma, ff. de Collegijs illicitis, communitates verò ſupremæ ſemper ſunt licitę, vt probat text. per argumentum, in l. eas, ff. de capitis diminutione.

Digitized by Google

50 Tertium denique discrimen inter partiales communitates, & illas supremas, quarum antea mentionem fecimus facile deprehenditur si considetes Politicam, & Ecclesiasticam communitatem, & quamlibet illarum, ita absolutas esse, & per se subsistentes, adeoque perfectas, vt non egeant alieno auxilio extrinsec⁹ adueniente: at, particulares communitates imperfectæ quidem sunt, quarum potestas â supremis deriuatur semperque pendet nũquamque subsistit per se, vt docet Caius I. C. in l. 1. §. quibus, vers. *ad exemplum*, ff. quod cuiusque vniuer. ibi: *ad exemplum Rei public. habere res communes*, vbi tradit inferiores communitates regulari, & pendere à superioribus, & ad illarum normam, & exemplum instituí: ita vt quibus permissum est, corpus habere Collegij Societatis, siuè cuiusque alterius, eorum nomine, liceat etiam ad instar Reipublic. id est supremæ communitatis, â qua deribantur habere res communes, arcâ communem, & actorem, siuè Syndicum, per quem tanquã in Republica, quod communiter agi fierique oportet agatur fiat: quæ sunt verba I. C. in dict. §. quibus, satis denotantia dependentiam inferiorum cõmunitatum á supremis, vltra diferentiam, 53 quam nuper constituimus, quæ supremæ communitates, licitæ sunt, inferiores non ita, nisi specialiter sint approbatæ: Etenim neque societatem, neque Collegium', neque huiusmodi corpus, passim omnibus habere conceditur: nam, & legibus, & Senat⁹ Cõsultis, & Principalibus cõstitutionibus, ea res coercetur, testè I. C. Caiò, in dict. l. 1. in principio, adeò, vt omne Collegium improbatũ sit, nisi appareat specialiter approbatum, vt communiter tradunt DD. ibidem.

51 Nec displicet hoc loco, veluti per corollarium breuissime differere, sit ne communitas, domus quælibet, cuiuscumque patris familias: de qua re disputat Soto, libr. 3. de iustitia. q. 1. artic. 3. & latius iterum lib. 5. quæst. 2. arti. 2. post D. Thom. 1. 2. quæst. 90. artic. 3. ad 3. qui negatiuè, respondẽt & rectè, quia licet pœnes Patres familias, tota suæ domus potestas resideat, & quodam modo se habeant ad domum suam, sicut se habet caput ad membra sui corporis, & matris filiorumque, & cæterorum, de domo, recta gubernatio in suis actibus pendeat à Patre familias, tanquam â capite, nihilominus tamen, quoniam talis potestas Patris familias, vniformis non est, circa omnes, quinimò diuersimodè se habet, erga singulas personas domus, consequens fit talẽ domũ, censeri non posse cõmunitatem, ad cuius constitutionem, æqualis, & vniformis potestas desideratur, circa omnes, & singulas personas.

52 Et confirmatur namque personæ in domo Patris familias non coguntur, neque congregantur in vnum corpus, ꝙ requiritur ad rationem, & essentiam cõmunitatis, vt patet ex supradictis, & patebit clarius ex statim referendis.

53 Quod verò Pater familias aliter præsit in domo sua, vni personæ, quã alteri, patebit inductione facta, per singulas personas: Etenim mediante patria potestate, pater superior est, & præest filijs suis: iuxta text. in §. vlt. inst. de patr. potest. l. potestatis, ff. de verbo. signific. aliaque forma, & causa lõgè diuersa, dominatur seruis: nẽpe per potestatem dominatiuam: iuxta §. seruitus instit. de iur. person. docuit Soto, libr. 3. de iust. q. 2. artic. 2. quid dicã, quã longè diuersa ratione mariti præsint vxoribus: iuxta celebre testim. D. Pauli, 1. corinth. cap. 7.

mu-

Digitized by Google

mulier poteſtatem ſui corporis non habet ſed vir, text.in cap. Nemo, ibi: (*datum eſt tibi ius,*) 32.q.4.filijs ergo per patriam poteſtatem, ſeruis per poteſtatem dominatiuam, vxoribus per omnimodam poteſtatem, aliter, & aliter præſunt, & dominantur Patres familias: vnde fit, quod cum triplex ſit eorum poteſtas in domo ſua, & vna ab altera diuerſam ſpeciem conſtituẽs: nullo modo poſsit domus ipſa, communitas cenſeri, vnumve corpus cõſtituere, tenenda ergo eſt concluſio negatiua cum D. Thom. & Soto vbi ſupra, q domus patris familias, nullo modo poſsit communitas cenſeri.

54 Quarto & vltimo principaliter cõſiderandum eſt, ad exactam propoſitæ quęſtionis principalis reſolutionem, quinam ſint Rectores cõmunitatum, & aduertendũ cum B. Thom. 3.par.q.8.art.1.q quẽadmodũ in corpore humano naturali, mẽbrorũ gubernatio, & moderatio, pẽdet â capite: ita etiã cõtingit in communitate, vt ſubditorũ adminiſtratio, in omnibus ſuis actib°, ſit ab ipſo cõmunitatis Rectore, quo præſupoſito illi erũt cõmunitatum Rectores, pœnes quos tota cõmunitatis poteſtas reſideat: ita vt ſe habeãt ad cõmunitatẽ, ſicut caput ſe habet ad corporis membra, quæ ab ipſo pendent, & deriuãtur.

55 Vndè colligitur, in communitate Eccleſiaſtica ſolum Pontificẽ Romanum Rectorem eſſe, cui ſubſunt cæteri omnes Prælati Eccleſiaſtici, Epiſcopi, Archiepiſcopi, & illi, qui fulgẽt Patriarchatus dignitate, cæterique rectores, qui præſunt collegijs, ſiuè Religioſis locis, quorum mentio fit in c. cum ab Eccleſiarum de officio ordinarij: certum enim eſt omnes communitatum inferiorũ Rectores ſubijci, atque ſubeſſe, Pontifici Maximo, tanquã vniuerſali, & ſolo totius Eccleſiaſticę cõmunitatis Rectori: vt elegãter expreſsit, & declarauit Calixtus Papa Primus in Epiſt.1.ad Benedictum Epiſcopũ, relatus in c. nõ decet.12.diſtinct.ibi: *non decet á capite mẽbra diſcedere, ſed iuxta ſacræ Scripturæ teſtimonium omnia membra caput ſequantur. Nulli verò dubiũ eſt, quod Apoſtolica Eccleſia mater eſt omnium Eccleſiarum á cuius vos regulis, nullatenus conuenit deuiare, &c.* Faciuntque mirum in modũ alia ellegantiſsima verba Gregorij Papæ IIII. relata in c. 2. eiuſdẽ 12.diſtin. ibi: *præceptis Apoſtolicis nõ dura ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiam, quæ á Sancta Romana Eccleſia, & Apoſtolica authoritate iuſſa ſunt, ſalutiferè impleantur*: & cætera quæ ſequũtur, in d.c.2. quibus verbis Calixtus, & Gregorius Põtifices Maximi, Apoſtolicam authoritatẽ, mirificè extollentes, ſatis ſuperque oſtendunt Romanũ Pontificem, vnicum & ſolum eſſe, totius Eccleſiaſticæ, communitatis Rectorem: pœnes quem reſidet tota Eccleſiaſtica poteſtas, & ſub quo militant cęteri omnes Rectores communitatũ inferiorũ, quibus non licet præceptis Apoſtolicis reſiſtere, ſed pro obedientiam, quę âRomano Põtifice iuſſa fuerint ſalutiferè adimplere.

56 Verũ cõmunitates ciuiles, non ita ad vnũ Rectorẽ, vnumvè caput redactæ ſunt, neque vno gubernandi genere ſemper adminiſtratæ, ſed per plures perſonas ab eiſdẽ cõmunitatibus ciuilibus delectas: vt animaduertere poſſumus in Republica Romana, quæ olim poſt Reges exactos, per duos Conſules ſingulis annis, electos, & creatos, diu adminiſtrata fuit: vt teſtatur Fran. Connan. lib.1. Commentar.c.12. Hieronym. Cagnol. in l.2.nume.33. ff. de orig.iur. Triaque genera regendi communitatem fuiſſe comperimus, ſcilicet gubernandi genus per Dimocratiam, id eſt per Populum ipſum, quandiu pœnes

illum,& non circa peculiares perſonas conſtitit Reipublicæ adminiſtratio:alterum genus Ariſtocratiæ,hoc eſt quando Imperium ſtetit pœnes aliquos Optimates Populi, ad quos ſumma totius Reipublicæ deferebatur.

57 Tertium denique, genus communitatem adminiſtrandi, quo his temporibus feliciter fruimur Monarchicũ eſt, & per Monarchiam,id eſt per Regnum vnius, ſicuti contingit in tota hac Imperij Philippici mole, quæ ad vnum Catholicum, & Chriſtianiſsimum Regem noſtrum Philippum Tertium iuſtiſsimè reducitur. Quod vltimum gubernandi genus omnium aptiſsimum eſſe, teſtatur experientia: & docuit eleganter Philoſophus,lib.3.Polit.cap.10. & 11. à quo deſſumpſit Martinus Nauarr.ad cap.nouit de iudicijs notabi.3.num. 25. & habemus textum expreſſum, in cap.in apibus, 7.q.1.ex B.Hieron. Epiſt. 4. ad Ruſticum Monachum, vbi comparatione, & exemplis elegantiſsimè propoſitam ſententiam confirmat: vt quemadmodum apes, vnum dumtaxat Principem habent, & grues vnam ſequuntur ordine litterario, ita Imperator vnus,eſſe debeat, & iudex vnus, nè ſequantur pericula, & mala ſimilia illis, quæ antiquitas magnopere doluit,& Sacræ litteræ collachrimatæ ſunt: Etenim Roma,Domina gentium, quam primum condita edificataque fuit duos fratres ſimul habere Reges non valuit, & parricidio dedicata eſt: legimuſque in Sacris litteris Eſau, & Iacob,in vtero Rebecæ matris ſuę,quaſi inteſtina bella geſsiſſe, & tandem vt nuper dicebamus loquentes de ſummo Rectoratu, Pontificis Maximi,ſinguli Eccleſiarum Epiſcopi,ſinguli Archipresbiteri, ſinguli Archidiachoni,& omnis ordo Eccleſiaſticus ſuis Rectoribus nititur,quibus ſatis demonſtratur præcipuum, atque potiſsimum eſſe Regimen, per Regnum vnius, Monarchicum ſcilicet, quam per Ariſtocratiam, id eſt per Optimates,ſiuè per Dimocratiã, hoc eſt per Populum: ſicuti experiẽtia rerum omnium magiſtra ſæpiſsimè docuit,& declarauit.

58 Qua ratione factũ eſt, vt illa ſumma Regia Poteſtas, quæ pœnes Populum antea erat in Principem tranſlata ſit, §.nouiſsimè,l.ſecunda, ff.de orig.iur.l.1.ff.de conſtit.Princip.Populuſq;ue ius Regni in Populum trãſtulerit, ſicuti rectè docent inſignis Couarr.practicar.cap.1.num. 3. Vlderic.Zaſsius,in dict.l.2.numero 85. Franciſcus Conan.libr.1.cap.16.Vnde factum fuit, vt lex illa per quam Regnum ipſum fuit translatum in Principem modo lex Regia, nunc lex Imperij, in iure noſtro aptiſsimè appellaretur; vtpotè quia per illam Populus ius Regni, ſiuè Imperij,in Principem tranſtuliſſet, vt animaduertimus in dict. l. prima, ff. de conſtit.Princip.& in dict.l. ſecunda, §. nouiſsimè, ff. de origin. iur. & in vulg. l. ex imperfecto, C. de teſtament.

59 Certum autem eſt, quod quemadmodum ſub Principe ſunt alij Optimates, & Gubernatores Prouintiarum, ita ſub his ſunt quoque alij inferiores; qui deſignantur ad regẽdas Prouintias,Ciuitates, ſeu municipia, quorum expreſſiam mentionem fecerunt plures Tituli,per libros Digeſtorum, & Codicis, diſperſi, atque diſtributi; quibus etiam ſubſunt Collegiorum ſæculariũ Rectores, quorum meminiſſe videntur Imperatores Anaſtaſius,& Conſtantinus, in l.fina. C. de iuriſdictio. omnium iudicum, & de foro competenti.

Qui-

Digitized by

60 Quibus ita conſtitutis,& longa digreſsione ptænotatis, operęprætiũ, iam eſt,vt ex diuerticulo ad viam reuertamur,quæſtioni principali à nobis propoſitæ, per duas principales concluſiones, reſpondentes, quarũ prima ſic ſe habet, ſoli ſuperiores cõmunitatũ ſtando in terminis iuriscõmunis, iuxta limites ſuę poteſtatis, rectè poſſunt,& valent ſuas leges cõdere. Quæ cõcluſio nõ inefficacitèr probabitur ſequẽtibus conſideratio nibus: quã primũ enim alicui datur poteſtas adminiſtrandi cõmunitatẽ aliquã,ipſo facto data cẽſeri debet, ad omnia illa quæ,ad Regimen,& rectã adminiſtrationem Ciuitatis, ſeu cõmunitatis,ſunt neceſſaria,argumẽ tex.in l.ad rẽ mobilẽ,ff.de procurat. cap.præterea de offic.delegati, ſed media neceſſaria ad benè regẽdam, & adminiſtrãdam Reipublicã in eo maximè ſita,atque cõſtituta ſunt, vt Rectores leges ferant, atque conſtituant,igitur coacta ratione dicẽdum eſt,munus ferendarum legũ cõſiſtere pœnes ipſosmet cõmunitatũ Rectores.Probatur minor propoſitę argumẽtationis;vbi hæret difficultas; mẽbra namq; cõmunitatũ,vt expeditũ eſt,quæ viuẽtia ſunt, & vtẽtia ratione, ſi trahẽda ſunt ad ſuum totũ, id eſt ad bonum cõmune,id quidem nõ aliter fieri poſſe credẽdũ eſt, quã per dictamẽ rationis, medio quo dicta mẽbra dirigũtur ad deſiderãdum bonũ cõmunitatis, quod dictamen rationis,nihil aliud eſt,quam ipſa lex c.conſuetudo,verſ. *porrò*, 1. diſtinct. ſubditi ergo medijs legibus, hoc eſt medio dictamine rationis dirigendi ſunt,& ordinandi in ſuum totũ, hoc eſt in bonũ cõmunitatis, ne ſequantur pœnè infinita mala, & incommoda, quæ ſemotis legibus ſuboriri poſſent,& timeri,quia ſicut corpora noſtra ſine mente, ita Ciuitas ſine legę ſuis partibus,neruis, ac ſanguine,& membris vti non poſſet,vt aiebat parẽs eloquẽtiæ Cicero in elegãti oratione,quã habuit pro Aulo Cluentio,& in 2.de officijs,explicat B.Hieron.cõtra Rufin.poſt Ariſt.lib.4.Polit.quos retulit & ſequutus eſt, Vldericus Zaſius in d.l.2.ff.de orig.iur.incredibilęq; dictu eſt, aliàs,quam liberè declinarẽthomines,vnuſquiſq; in viã ſuã,minimè curantes,de communivtilitate,cõtẽdentes,ſe quęſito colore iuſtæ ignorãtiæ legum,facilè ab earũ obſeruãtia excuſare:vſq; dũ corruerent omnia, & ipſa communitas periret,omniaque deficerent,minimeque poſsent ſtare,ſi pœnes Rectores communitatum, vel communitates ipſas talis poteſtas condendi leges defficeret.

61 Et confirmatur ex eo,quia dari nõ poteſt cõmunitas,ſine vi & poteſtate ferendi leges, & condẽdi ſtatuta: ſi conſideremus ad omnes, & ſingulas cõmunitates pertinere, vim illã, ſeu poteſtatẽ ſubditos,& inferiores, tanquam partes ad ſuum totũ, id eſt ad bonũ cõmune,dirigendi,& ordinandi,ordinationẽ autẽ iſtam,maximè fieri per leges, certiſsimũ eſt, & indubitatũ,dictam poteſtatẽ ordinãdi Rempublicã reſidere, pœnes omnes,& quoſlibet Rectores cõmunitatũ:igitur ad illos ſpectat, & leges ferre,& condere ſtatuta nouasve facere conſtitutiones.

62 His conſiderationibus fulcita, & confirmata prædicta concluſione,reliquum eſt, vt ſingula eius verba, ſigillatim explicemus,diximus, enim, *in terminis iuris communis*, contẽdẽtes rectè fieri poſſe,vt ſtatuto, lege præſcriptione fundatione,vel alio modo cõtingat,poteſtatẽ ferẽdi leges,non ſpectare adcõmunitatũ Rectores.Etenim negari nõ poteſt,quin communitates inferiores ſint iuris humani,

Digitized by Google

poſitiui,& ex conſequenti recipere poſsint modum,formam,& mutatio nem,per ſtatuta præſcriptionem,ſeu legem,vel alio quouis modo ex approbatis â iure,vt videmus, & experimur in Vniuerſitatibus Hiſpaniæ; quarum rectores poteſtatem non ha bent iura ſanciendi, ſed ad Regem noſtrum Catholicum,& Chriſtianiſ ſimum,ſpectat ferre leges, & ſtatuta condere ad Regimen dictarum Vniuerſitatum ſalutaria: talis quippè po teſtas cenſeri non debet in Rectorem translata, niſi quando communitas omnem â ſe abdicauit poteſtatem,vt factum fuiſſe diximus Regia illa lege iure optimo Imperij nuncupata, per quam Populus Principi, & in Principem omnem ſuam poteſtatem Regnum & Imperium tranſtulit eſt enim facultas cõdendarũ legum de maximè reſeruatis, & veluti ius quodam excellentiæ, reſidens in ipſa communitate,iuxta tex.in l.vltim. C.de leg.& traddita per DD.in ca.q̃ translationem de officio leg.vbi regula recepta cõſtituta fuit ab Innoc. III. generali legatione alicui commiſſa,eius facultatem non ſe extendere,ad ea quæ peculiariter ſunt Põtifici Maximo reſeruata : quæ exigunt mandatum ſpeciale, nec ſufficit generalis commiſsio,vt eſt quęſtio fidei,in cap.quoties 24. quæſt. 1. & in cap.maiores,de baptiſmo,&ei effectu, & maiores Eccleſiæ cauſæ, putâ translationes Epiſcoporum, ſedium mutationes,vt in cap.mutationes 7.quęſt.1.& in cap.1.de tranſact. depoſitiones Epiſcoporum, ceſsiones eorumdem,& translationes electorũ : vt in cap.inter corporalia de translatione Eccleſiæ,vel altaris, cõgregatio,Concilij generalis,de qua in c.1. 17. diſt. & alia id genus quæ ſibi ſpecialiter ſedes apoſt. reſeruauit,quorum meminit gloſ. magiſtra, in dict.cap.quod trãslationem,verb. *reſeruata*, quæ proculdubio in generali demandatione,non transferuntur,niſi ſpecialiter de his contineatur ibidem.

63 Cuius rei ratio elegans eſſe poteſt, dicta enim ſic reſeruata, quaſi meri Imperij ſunt,l.Imperium, ff.de iuriſdictione omnium iudicum,quo fit,vt generali cõmiſsione nõ tranſferantur, iuxta l.1.ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio,habemus que exemplum in patre familias,qui licet filio liberam adminiſtrationẽ concedat,non cenſetur dediſſe,alienandi facultatem,iuxta tex. in l.ſi pater.ff.quæ in fraudem creditorum, l. contra iuris ciuilis,§.vlti.ff. de pact. neque donandi,ex tex. in l. filius familias, ff. de donation. in generali, namque permiſsione non veniunt ea,quæ ſpecialiter quis non concederet, l. qui peculij, ff. de peculio: Alia exempla conſtituit gloſ. verb. *reſeruata*, in d.c. quod translationẽ, quæ ſatis euincunt pœnes communitates, ſiuè communitatum Rectores reſidere peculiariter, illis ſoliſq; competere,facultatem ſancieudi leges : idque ſignificat verbum illud, *ſoli*, de quo in propoſita concluſione.Probat tex.opt. in d.l.vlt.ibi, *ſoli Imperatori*,C.de leg.

64 Tãdem diximus iuxta limites ſuæ poteſtatis ad ſignificandum,& denotandum,quod limitata cauſa,limitatum producit effectum,l.in agris, ff. de adquir. rerum dominio ea enim, quæ fiunt â iudice,ſi ad eius non ſpectant officium viribus non ſubſiſtũt, regula,ea quæ 26.de regu.iur.libr.6. quam certiſsimum eſt, nõ ſolum procedere,in ſententijs,& reliquis actionibus,ſed etiam in his, quę fiunt per viam legis,vel ſtatuti,teſte Gomezio in cap.2.§.ſtatuto.num.89. de conſtitu.eod.libr.6. & probatur eleganti

ſa-

Digitized by Google

ratione,quia validitas omnium humanarum actionum,duobus potiſsimum nititur,atque cõſiſtit,cap. cum ſuper de offic. deleg. l. nolle adire, vbi docuit ſapientiſsimus Bald.ff.de adquirend.rerum dominio congeſſit multa ad propoſitum D. Franciſcus Sarmiento de reditibus Eccleſiaſticis,1.par.cap.4.num.2. & in omni negotio prius,& ante omnia de poteſtate agentis, quærendum eſſe,inductione facta per nonnullos caſus, facile comprobari poteſt, & in iudicijs probat tex.in l.1.C. ſi in cauſa iuditij pignus capiatur, ibi: *ſi eius iuſſu cui ius iubendi fuit*, tradit Grauat. ad Octauian.de ſtylo Curiæ,libr.7.cap. vltim.num.40.& multis comprobauit Banzius, in tract. de nullitatibus, tit.ex defectu iuriſdictionis, nu. 9.& in teſtamẽtis,probat.tex.in l.ſi quęramus,ff.de teſtam.& inde abijt in dicterium,vt iuriſdictio iudicis,appelletur vaſis,&fundamentũ ipſius iuditij,vt ex Bald. Magiſtro Doctiſsimorum ſcripſit Gaillus libr. 1.obſeruat. capit. 42. nume. 10. indeque emanauit certiſsima doctrina in praxi recepta, vt quicumque aſſerat, ſe iudicem eſſe,vel iuriſdictionem habere,de ea docere teneatur, nulluſque â Principe inferior,cẽſeatur habere iuriſdictionem,niſi illam oſtendat,vt recte probat text.in l.prohibitũ, C.de iure fiſci,libr.10. & in c.cũ in iure peritus, de offic. delega. docuit Gabr.lib.1.commun.tit.de probat.concl.3.Menoch.conſ. 100. á n. 71.& de præſumpt.libr.2.præſumpt. 15.adeò vt iudicibus neceſſe ſit litteras Principis oſtendere,iuxta l.1. C. de mandat.Princip. & latè tradita á Maſcard.de probat.concl.1005.Garcia,regu. 290. quoniam vt benè docuit I.C.in l.vltim.§.iudicandi,ff.de varijs, & extraordinarijs cog. iudicandi poteſtas, ad publicum munus ſpectat, omniſque iuriſdictio,in Põtifice Maximo Imperatore, alijsque ſupremis Principibus reſidet, atque conſiſtit,à quibus tanquam à quodã pereni fonte,& ſicuti â capite in mẽbra profluit,atque dimanat:quam ſimilitudinem attullit Afflictis, poſt Bald.in cap.1.ibi: *poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum*,que ſint Regalia,& de poteſtate Eccleſiaſtica, quod tota pœnes Põtificẽ Romanũ reſideat, probat tex.in c.fundaměta,in princ. de elect.in 6.c.ita Dominus, 19.diſt. ſicuti de poteſtate ciuili comprobauerat I.C. Pompon.in l. 2. §. in initio,& §.poſt deinde,ff.de orig.iuris: vndè denique profluxit,dicta receptiſsima praxis cuius meminit Bar.ab omnibus receptus,in d.l. prohibitũ: ſecundum quam, quicunque iudex, inſinuare tenetur,Præſidi Curiæ, ſiuè Correctori Ciuitatis litteras, quibus ei iuriſdictio â Principe conceditur,vulgo dicitur: *ſer obligado a moſtrar ſu comiſsion*, ex quibus omnibus, quæ certiſsima ſunt relinquitur planum,& apertum,Legislatorem non poſſe leges cõdere extra limites ſuæ poteſtatis,dictamque regulã,ea quæ de regulis iur.in 6.currere etiam,atque procedere,in his, quæ fiunt per 65
viam legis,vel ſtatuti.

Et confirmatur efficaci ratione, etenim inter reliqua legis attributa, prȩcipuum illud eſt,vt feratur à ſuperiore legitimo,legitimamque habente poteſtatem,atque adeò inter ſuos ſubditos,vt docet Soto de iuſtitia, lib.1.quæſt.1.artic.1. proſequitur B. Thom.1.2.q.96.artic.5.igitur ſi communitates vel illarum Rectores,limites ſuæ poteſtatis, excedant in condendis legibus,nihil facient, quinimò corruent omnino leges, atque deficient, tanquã latę à non legitimo ſuperiore, legitimam ve poteſtatem non habente,v.g. ſi inter non

ſubditos,lata fuiſſet lex, vel conditũ ſtatutũ, quod proculdubio exteros non ligabit.

66 Quæ doctrina procedit, & locum habet non ſolùm in iudicibus inferioribus,ſed etiam in ipſomet ſupremo Principe, qui ſi metas ſuæ poteſtatis exceſſerit, ab eo geſta viribus non ſubſiſtent,ex traditis à Palacios Rubios in repetitione capituli,notab.2.§.1.num.16. ex quo principio profluit,&derivatur,veluti per corollarium, neque Pontificẽ Maximum in temporalibus,neque Imperatorem in ſpiritualibus poteſtatem exercere poſſe,cap.nouit.in prin.de iudicijs,& ibi latè tradita per Doctores; cap.cum ad verum, 96. diſtinct. vnde etiam deſcendit originemque habuit celebris deciſio Clemen.Paſtor.§.deciperet de re iudic.qua deciditur Imperatorem, citationẽ decernere non poſſe,vltra fines Imperij ſui,neque citationem citatum ligare, regulareque eſt, quod banni, vel confiſcationis ſententia,vltra territorium iudicis proferentis effectum ſortiri non poſsit, vt tradit latè Decian.tract.crim.tom.1. lib.4. cap. 29.in prin.Immola in l.vlt.ff.de iuriſdictio.omn.iudic. comprobat Iaſ.ex Bald.& alijs in d.l.vlt.num.2.vbi omnes de iuriſdict.omn.iud.

Ex quibus præter ſupradicta, vti-
67 liter inferre poſſumus,cum gloſ.Magiſtra.verb.*habeat poteſtatem*, per tex. ibi,in cap.per venerabilem, qui filij ſint legitimi,& cum pluribus relatis à Couarr.2.par. Sponſalium, cap. 8. §.8.num.14.quod ſi Romanus Pontifex legitimauerit aliquem,non ſibi ſubditum ſupra quem, neque dominium,neque iuriſdictionem habeat, illi legitimationem minimè prodeſſe,ad ſuccedendum in bonis temporalibus, quippè in tali ſpecie Romanus Pontifex,veluti extra territoriũ ius dixerit,tranſiliens(ſi fas eſt ita loqui)& excedens limites ſuæ poteſtatis.Quam illationem ex multis quos retulit communem appellauit, Dominus Molina de Primog.lib.3.cap. 2.à num. 11. Rojas in Epit.ſucceſſi. cap.23.à num.112.qui omnes generalitèr docuerunt legitimationes nõ procedere,neque effectũ ſortiri poſſe,quo ad bona extra territoriũ litigantium exiſtentia.

68 Vltimo principaliter, & non minus vtiliter in fero, omnia proximè dicta,ſimiliter locum habere in ſpiritualibus,ſicuti in his quæ ſunt iuriſdictionis exterioris,id eſt(vt ego interpretor) vt etiã ſpiritualia facta ab eo,qui poteſtatem gerendi non habeat, viribus non ſubſiſtant,minimeque valeãt; atque id vrgẽtiori, & efficatiori ratione, ſi cõſiderem° ad omnia ſpiritualia,præcipuè ad Sacramẽta miniſtranda,& exercenda, certos miniſtros deſignatos eſſe, atq; adeò ab alijs,neque tractari, neque adminiſtrari rectè poſſe, quia non ſunt ex miniſtris ad ea munera deputatis, quare contra Luterum peſtilentiſsimum hominem monſtrum illud atque portentum,in vltimas terras mãdandũ rectiſsimè,& ſanctiſsimè quidem definiuit Synodus Tridentina, ſeſsione 7.deSacram.in genere can. 10. impium eſſe affirmare omnes Chriſtianos, poteſtatem habere, ad omnia Sacramenta miniſtranda,quã doctrinam latiſsimè tradunt, atque confirmant plures, laudati ab Enrriquez,1.par.ſummæ,lib.1.capi. 26.§. 3. quem oportebit omninò videre proſequitur Bellarmin.tom.2.libr.1. cap.24.

69 Neque huic Catholicæ doctrinę, ſic â Tridentino definitæ aduerſari poterit valere Sacramentum confirmationis à præsbiteris collatum, ex tex.celebr. in cap. peruenit, 95.diſt.

& ta-

& tamen ſolos Epiſcopos eſſe miniſ tros confirmationis, vt probat text. in cap.quoniam de conſuetudine,& rectè quoque definiuit Trident.dict. ſeſsione 7.ca.3.ſolutio enim prę manibus eſt,ſi cum multis,de quibus etiam Enrriquez,1.par.lib.3.cap. 6.§. 4. Vellarm.dict.tom.2.lib.2.cap. 12. cum Couarr. variarum, 1.capi.10. å num.8.poſt Sotũ in 4.diſtinct.6.q.1. artic.11. contra Durand. Scotum,& alios veriſimè reſponderis definitionem Concilij,dict.cap.3.ſeſsio 7. ita fore intelligendam, & accipiendam, vt ſoli Epiſcopi ſint ordinarij miniſtri Sacramenti confirmationis, de miniſtris verò, eiuſdem Sacramenti, ex vi delegationis, non meminiſſe Concilium,atque id non tollere, quominus ex Pontificis Maximi permiſsione Clerici cõſtitui poſſint,miniſtri, delegati, vt ſapienter præcitati reſoluunt,ſicque euaneſcit propoſita difficultas.

70 Qua etiam ratione quantumuis, Bellarm.dict.tom.ſecũdo,libr.9.cap. 21. & plures relati ab Enrriquez, 2. part. ſummæ, libr. decimo, capit. 2. in principio rem perſpicuam eſſe dixerint ſolos Epiſcopos miniſtrare poſſe ordinis Sacramẽtum, ex Decreto Tridentini,ſeſsione 23.can.7. id tamen non tollit, quominus Papa cõſtituere poſsit, ſimplices Præsbiteros, qui ex eius commiſsione conferre poſsint, non ſolum minores, ſed etiam maiores ordines, vt docet Abbas,Panormita.in cap.quanto de conſuetudine,num.9. quamuis non ignorem, in maioribus ordinibus magnam Doctorum cateruam in cõtrarium eſſe, teſte Couar. vbi ſupra, Soto diſt.25.q.1.artic.1. verſ. *ad ſecũdum*, meminique Doctiſsimum Franciſcum de Vitoria de Sacram. ordinis,num.215. affirmaſſe,tenere omnes contrariam ſententiam, ſed nihilominus res notiſsima eſt aliquando à Sede Apoſtolica Bullam emanaſſe, per quam ſimplici Sacerdoti, fiebat poteſtas conferendi,& miniſtrandi,Subdiachonatum, vt teſtatur Bibald. in aureo candelabro, 1.part. de Sacramento ordin.nu.17. verſ. 8. cuius Bullæ authoritate licebit perſiſtere in proximè relata illatione, atque tenere, delegari poſſe à Pontifice Maximo,ſimplici Præsbitero,poteſtatem conferendi, ordines, tam maiores,quam minores: ſalua ſemper in hac re,ſicut in cæteris omnibus,correctione,& emendatione Sacroſanctæ Matris Eccleſiæ,cui & cuiuslibet melius ſẽtiẽtis iuditio ſcripta noſtra libenter ſubijcimus.

71 Minimèque doctrinæ proximè relatę obſtare poteſt regula illa certiſſima,quę habet nullum Epiſcopum poſſe ordinare,ſibi non ſubditum,c. Clericũ,72.diſt.c.1.& per totã, 9.q. 2.c.cũ nullus de temporib. ordinat. lib.6.traditur pro regula generali,in c.quod translationem 11.d. titu. de temporib. ordinat. in decretal. vbi habetur expreſsè,neminem poſſe ab alieno Epiſcopo ordinari, ſine ſui Epiſcopi licentia, quod multis comprobauit Gratian.in capi.1. cum ſequentibus 9.quæſt.2. & probat text. in cap.1.cum ſequentibus eod. titu. libr.6. cuius rei ratio deduci poteſt, ex Reg.tex.in c.peruenit 11. q. 1. ad finem,ibi: *nam ſi ſua vnicuique Epiſcopo iuriſdictio non ſeruatur, quid aliud agitur,niſi vt per nos,per quos Eccleſiaſticus cuſtodiri debuit ordo confundatur*: & facit text.in c.3. de parrochijs,optimè Synodus Tridentina,ſeſs.14. de reformat.c.9.tradit.idem Cõciliũ Tridentinũ,ſeſs.23.c.8.& 9. de reform. & dict.ſeſs.14.de reform.c.2.& nihilominus,cũ dict.reg.benè ſtat, ordinatos ab Epiſcopo,nõ ſuo, recipere ordinis Sacramentũ validèq;ordinare,

re,quauis his tẽporibus ipſo iure maneant ſuſpenſi,propter extrauag. Pij II.quæ incipit,*cum ex Sororum*,cuius meminit Enriquez, in 2. part. ſum. lib.10.cap. 21.§. 4. littera l. Nauarr. conſ.29.num.3.de tempor. ordinat. Inſig.Epiſcopus,Bernardus Diaz in pract.crim.canon.capi.26. littera D. vbi eius additionator meus anteceſſor Salzedo , Gutierrez Canonic. cap.26.à num.20.& ſi olim iure antiquo, foret neceſſaria ſententia,per quam ita ordinati ſuſpenderentur, dict.cap.quod translationem, de tẽpor.ordinat. igitur geſta ab Epiſcopo alieno extra limites ſuæ poteſtatis rectè valent, & ſuſtinentur cõtra ſuperius reſoluta.

72 Nõ inquam obſtat iſte diſcurſus, & argumentatio, adhibita diſtinctione inter Sacramẽta, quę ex parte ſuſcipientis,nullum prorſus actũ requirunt,ſed ſolũ,vt ſuſcipiat,ſicuti contingit in ordine,& ſimillibus,&inter illa Sacramenta, quæ deſiderant , & prærrequirunt, proprium ſuſcipientis actum, vt aliquid agat , & præſtet ex parte ſua, verbi gratia, ſe ſubmittat, atque ſubijciat poteſtati clauiũ, quod neceſſariũ eſt, & omnino prę requiritur in Sacramento pœnitentiæ, vt in prioribus, quamuis neceſſe ſit , proprium Prælatum interuenire, vt iuſtè , & licitè miniſtrentur, non tamen, vt valeant,nam quãtum ad ſuſtantiam,& validitatem,potius dicuntur ad cuiuslibet Epiſcopi munus, & officium pertinere; ſecus verò in alijs,quæ exigunt, vt aliquid agat, ſuſcipiens : quæ quidem ſi ab alieno Prælato miniſtrentur, nullius momenti futura ſunt: quam doctrinam,& Sacramentorum diuiſionem didici ab Angelico Doctore in addition.ad.3.par.quæſt.8.arti. 2.ad.1. poſt quem explicarunt Dominicus de Soto,in 4.diſt.18.quæſt. 4.artic.2.verſ. *hoc ſuppoſito*, & Neoterici communiter,quidquid rem hãc confundat, gloſ.in reg.ea quæ fiunt à iudice,de reg.iur.in 6.

73 Tandem vt huic prolixæ diſputationi vltimam manum imponamus, ſit vltima concluſio, circa theſim noſtram principalem, (Rectores communitatum , quorum ſæpè mentionem fecimus,in hac celebri quæſtione, quantumcumque ſint Magiſtratus,ſiuè fulgeant lumine dignitatis, nõ poterũt leges ferre,niſi aliàs lege cõſuetudine,preſcriptione ſeu priuilegio fuerint muniti) Etenim talis poteſtas ferẽdarũ legũ,ipſorum Rectorum eſt,& non Magiſtratuum,& cõfunderentur omnino Reſpublicæ, ſi vnicuique non ſeruaretur propria iuriſdictio,vt probat tex.in l.1.C.de officio Præfecti vrbi, congruit Capit peruenit,11.quæſt.1.rectèque dicebat Plato in dialogo de Regno munus Regis eſſe, leges condere, & quo mutuatam fuiſſe credo , optimã deciſionem legis vltimę,ibi: *ſoli Imperatori*, C. de leg. quemadmodum enim in corpore naturali, ad præcipuam partem, id eſt ad caput ipſum, ſpectat, ordinare cætera membra,ad bonum totius corporis , ita vt talis virtus ordinatiua in ſolo capite reſideat, & vigeat,ſimili modo in communitate,& in Republica munus & officium adminiſtrandi , vel debet expectare , ad totam communitatẽ, vel ad ſolum communitatis Rectorem.

74 Idque quatuor modis acquiri, minui, ſeu deperdi poſſe , ſcilicet lege, conſuetudine , præſcriptione, ſeu priuilegio , pluſquammanifeſtum eſt, illis enim comparatur iuriſdictio, & conceditur de nouo non habenti , vt conſtat ex traditis per Doctres, in cap. cum contingat de foro competenti, quibus etiam quatuor

tuor modis communicari poteſt iuriſdictio, minorib' magiſtratibus. Prę cipuè tamen magna vis eſt, conſuetudinis in acquirenda, quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, adeò, vt ſciẽtia Principis, alteriusvè ſuperioris nõ requiratur, vt ex multis obſeruat Couarr. in regula poſſeſſor. 2. par. §. 3. nu. 2. quidquid Doctores communiter cõ tradixerint, ex Iaſſ. in l. imperium, num. 22. ff. de iuriſdictione omnium iudic. ſatiſque probat ſi expendatur celebre reſponſum Pontificium, in cap. licet cauſam, verſ. *ex præmiſſis*, de probation. iubat capitulum irre- 75 fragabili, verſ. *exceſſus*, ibi: *conſueuerunt*, de officio ordinarij, capitulum cum contingat, ibi: *conſuetudine*, de for. compet.

Ex quibus infero neſcio quam rectè, improbaſſe Bartolum, in l. 1. §. denique, num. 5. ff. de aqua plubia, per celebrem illam præſcriptionem, qua Ciuitates Italię abſente, & ignorante, Imperatore, circa iuriſdictionalia ſe defendebant, quæ certè præſcriptio, quidquid Barto. d. loco eam conſtanter improbauerit rectè admitti potuit, ex dictis.

Summaria ad Controuerſiam 2.

1 *MErito poſt primam Controuerſiam ſuccedit hæc ſecũda, vtrum communitates earum ve Rectores poſsint ſtatuta condere contra leges ſuperiorum.*

2 *Probatur pars negatiua á priori, quia mutatio legis ſuperioris non poteſt dirigi in bonum communitatis, quãdo quidem potius præſumi debet pro ipſa lege, quod iuſta ſit, & rationi conſentanea.*

3 *Quod procedit etiam ſi tale ſtatutum ſolum indirectè legi ſuperioris contrà dicat, nec enim ideo minus erit inane ipſum, vt in exemplo, cap. 1. verſ. qui verò, de cler. non reſi. in 6.*

4 *Epiſcopi ſtatutum contra legem ſuperioris factum non eſt admittendum, quia in præiudicium ſubditorum, & ita praxis obſeruat.*

5 *Referuntur Doctores aſſerentes laicorum communitates poſſe ſua ſtatuta condere contra leges ſuperioris, & notatur Bar. quod non ſatis ſibi conſtet.*

6 *Licet paciſci contra ius commune, & legem ſuperioris, ergo & condere ſtatutum.*

7 *Poſſunt particulares communitates cõſuetudines introducere contra ius commune, ergo & ſtatuta facere.*

8 *Princeps ſupremus, & ſi legi naturali ſubditus, poteſt eidem detrahere, ergo communitates earumque rectores poterunt detrahere iuri communi, & noua ſtatuta facere contra leges ſuperiorum.*

9 *Singuli de communitate poſſunt renunciare pluribus legibus aduerſantibus iuri communi, ergo multo melius poterunt communitates, ipſæ, & earum capita contra leges ſuperiorũ nõnulla ſtatuta cõdere.*

10 *Vrget pro eadem parte, e. cum dilectus de electione, ex quo deducitur ſoli Epiſcopo liberum eſſe nouè aliquid ſtatuere, cõtra ius cõmune ergo multo magis id licebit communitati.*

11 *Verior & tuenda eſt prior ſentẽtia, adeo vt non ſolum Eccleſiaſtica, ſed neque laicorum communitates valeãt vllo modo ſtatuta facere contra leges ſui ſuperioris.*

12 *Intelligitur tex. in l. omnes Populi, vt ini-*

minimé verba fecerit de municipijs, & dato quod de illis loqueretur nen riquam valet conſequentia de poteſtate ſtatuendi de nouo ad poteſtatẽ abrrogandi.

13 *Sententia quæ docet non poße communitates earumve Rectores ſtatuta condere contra ſuperiorum leges limitanda eſt, in ſtatutis contendentibus, abrrogare illas leges, quæ reſpiciunt ſingulorum vtilitatem.*

14 *Niſi negotia ardua, & dificilia ſint in his enim, & ſi ſingulorum reſpiciant vtilitatem non poterunt communitates, ſinè Rectores earum, facere ſtatutá, ardua enim negotia natura ſua manent ſuperioribus præſeruata, vtpotè maioris ponderis.*

15 *In caſibus in quibus fieri poſſunt ſtatuta detrahentia iuri communi non ſoli Rectores, ſed cæteri omnes de communitate concurrere debent mos enim faciendi ſtatuta legibus cõtraria ſpectat ad ſingula communitatis membra, in ſimul cum Rectore.*

16 *Reſcriptum de muneribus, & honoribus gradatim deferendis reſpicit ſingulorum vtilitatem, cui liberé poterit renunciari, & fieri ſtatutum, vt certæ conditionis homines præferantur, & intelligitur text. in l. vt gradatim de muneribus, & honor.*

17 *In Populis qui capita ſunt communitatum efficax argumentum eſt, de poteſtate ad introducendas conſuetudines ad poteſtatem ſtatuendi cõtra leges, non ſic in communitatibus inferioribus quibus non alia facultas ſtatuendi competit, quã quæ ab ipſis Principibus data eſt.*

18 *Dictæ communitates liberé poterunt conſuetudines introducere contra leges ſuperiorum, non tamen leges ferre, ſeu ſtatuta facere, nec enim valet conſequentia de conſuetudine ad legem, ad quam tollendam datur inſtantia.*

19 *Ex facultate Principibus conceſſa interpretandi ius naturale ipſorum poteſtas, aliquando eidem iuri naturali, in aliquo derrahendi, quam facultatem, cum non habeant communitates inferiores, erga ius commune minimum non eſt, ſi ipſum abrrogare non valeant.*

20 *Statutum Epiſcopi continens ſubditorum præiudicium abſque Cleri conſenſu, nequaquã admittendũ eſt, qui non poteſt ſtatuere cõtra leges ſuperiorum, non modo prohibitiuas, ſed neque ordinatiuas, ſeu permiſſiuas, quidquid Epiſcopus poſſit ſua ſtatuta condere, & ordinationes facere, & intelligitur text. in c. veſtra, de locato.*

21 *Concluſio quæ docet inferiores nõ poſſe infringere ſuperiorum leges fallit in legibus reſpicientibus priuatam ſingulorum vtilitatem, quibus rectè poterit derogari, per contraria ſtatuta etiam inferiorum interuenientibus duobus requiſitis, quorum ſupra facta eſt mentio.*

22 *Non obſtat text. in c. cum dilectus de conſuetudine, quidquid ibi non interuenerit Cleri conſenſus circa Epiſcopi ſtatutum, de quo in illo tex.*

23 *Refertur communis canoniſtarum intellectus ad d. cap. cum dilectus, verbo,* conſtitutione.

24 *Impugnatur dictus intellectus, & reſolutur ſufficere, quod ius quoad ſe ſit in eſſe productum, quamuis non comprehendat rem nondum exiſtentem.*

25 *Aſſignatur verus intellectus ad d. cap. cum dilectus de conſuetudine, & patronus ius patronatus alienare non poteſt propria authoritate, nec aliquid temporale ab Eccleſia exigere, niſi tempore fundationis illud a Dioceſano ſibi reſeruatũ fuerit.*

Digitized by Google

26 *Deceptus fuit Archidiacon. dum exiſtimauit de Cleri conſenſu potuiſſe Epiſcopum ſtatuere, quod promoti ad minores ordines continerent, non aduertens materiam continentiæ eſſe arduam, ſuper qua Prælati inferiores, nullam prorſus iuriſdictionem habent, & quæ ſuapte natura magis reſpicit votum, quã præceptum.*

27 *Sed obſtat, quod Clerici in minoribus pacto ſe poſſunt adſtringere ad continentiam, ergo & Epiſcopus ita diſponere per ſtatutum interueniente cleri conſenſu.*

28 *Non obtinet argumentum de pacto ad ſtatutum, & per conuentionem paciſcentes ſolum obligantur, per ſtatutum autem, aut legem ſucceſſores etiam.*

CONTROVERSIA 2.

Vtrum communitates Eccleſiaſticæ, eárumve Rectores, ſiuè Decani, ſiuè quicumque alij primum locum tenentes, in ipſis communitatibus condere poſsint ſtatuta contra leges ſuperiorum.

1 SVCCEDIT non immerito, ſecundo loco, circa hunc ſecundum librum illa controuerſia de poteſtate communitatum Eccleſiaſticarum, & Rectorum earundem, circa condenda ſtatuta, nã cum præcedenti diſputatione ſtatuerimus communitates, ſiuè Rectores, nihil præſtare poſſe extra limites ſuæ poteſtatis, & non aliter valere, leges ferre, quam intra mætas potentiæ ſuæ, ac re vera quicumque ſtauerint, ſiue decreuerint aliquid, contra leges ſuperioris, tranſgrediantur dicta limina potentiæ ſuæ, vt manifeſtum eſt, & probat tex. in Clem. ne Romani de electione, & in cap. qui reſiſtit, ibi: *non tamen ſi contra pro conſul.* 11. q. 3. operæ prætium, videbatur ſtatim Eueſtigiò, poſt præcedentem diſputationẽ, iſtam forè profligandã, qua quærimus liberum, ne ſit communitatibus earumve Rectoribus contra ſuperiorum leges nonnulla ſtatuta condere.

2 Et cum ſic ſtatuentes, dictos limites tranſgredi videantur, decernentes contra leges ſuperiorum, iam videtur propoſitæ quæſtioni negatiuè reſpondendum: Etenim in tantum aliquid poſſunt communitates, in quantum illud poſſe, ordinatur

in

Digitized by Google

in ſuum bonum quarum poteſtas regulari debet, iuxta mætas ſui boni, vt dé ſe patet, & conſtat ex reſolutis in diſputatione præcedenti: at ſtatutum legi ſuperioris repugnans nõ poteſt referri ad publicũ bonũ communitatis, cõmunitas ergo non poterit facere tale ſtatutum, cum nihil poſsit, niſi ordinatum in ſuum bonum, minor propoſitio, ſcilicet, quod ſtatutum legi ſuperioris contradicens, dirigi non poſsit in bonum commune, probatur ex præſumptione, quæ facit pro ipſa lege, quod iuſta ſit, vtilis & rationi conſentanea, ex tex. in cap. in iſtis, 4. diſtinctione, igitur communitates, earum vè Rectores, nihil valent efficere legibus ſuperioris contrarium.

3 Quòd vſque adeò verum eſt, vt procedat caſu quo tale ſtatutum ſolum indirectè legi ſuperioris contradicat, non enim eò minus detrahet iuri communi, in qua ſpecie omnia & ſingula ſtatuta, ita detrahentia ſuperiorum legibus inualida ſunt, & inania ex text. in quo conſiſtit tota vis huius doctrinæ, in cap. qui reſiſtit 11. quæſt. 3 exempli gratia, ſi ſuppoſita deciſione text. in capit. primo, verſ. *qui verò*, de Clericis non reſidentibus in ſexto, quo prohibentur capi diſtributiones quotidianæ in abſentia, decerneret Epiſcopus, vt canonici, qui abeſsẽ, valerent illas percipere, ſi alij canonici intereſſentes, ſuum præſtitiſſent conſenſum, in quâ ſpecie ſtatutum illud indirectè vtique, & non directè reſiſteret iuri communi, id eſt deciſioni text. in dict. capit. primo, & tanquam iuri communi ſcripto repugnans foret inutile omninò & inane, ex ratione proximè dicta, & ex deciſione text. in capit. inſtituimus, ibi: *immutari* 25. quæſt. ſecunda, probant Felin. in cap. quod ſuper his, n. 9. Domin. in ſumma 18. d. col. 2.

4 Mirificè facit ſentẽtia noſtrorum in capit. veſtra de locato aſſerentium ſtatutum Epiſcopi, quod contineat damnum, & præiuditium ſubditorum, abſque eorundem conſenſu non eſſe admittendum, vt tradit Felin. in capit. cum omnes de conſtitut. numero 11. Archidiacho. in capit. primo, numero nono, de cõſecratione diſt. 3. communis Canoniſtarum Schola, in dict. cap. veſtra, teſte eodem Felin. vbi proximè, planè Epiſcopi ſtatutum contra legem ſuperioris factum proculdubiò contineret manifeſtum ſubditorum præiuditium, ac per conſequens põ eſſet admittendum, & ita praxis obſeruat.

5 Verumtamen, vt quemadmodum nihil nouum ſub ſole, ita nihil ferè fit in diſciplinis, ſine controuerſia: non defuerunt in hac re plures non leuis authoritatis contradictores, ſaltim loquentes in communitatibus laicorum, quas dicunt ſtatuta condere poſſe, contra leges ſui ſuperioris, hi ſunt Bartol. in l. omnes, numero 26. & ibi Iaſ. num. decimo, Felin. in dict. cap. quod ſuper his, numero 9. poſt gloſ. in l. neque ex Prętorio, ff. de regul. iur. qui omnes, præcipuè Bartol. (non multum ſibi conſtans) conſtanter affirmant laicorum communitates rectè quidem poſſe ſua ſtatuta cõdere, & ſtabilire, contra leges ſuperioris.

6 Quorum ſententia non leuibus, nec verilimilibus rationib⁹ fulcitur. Prima ex authoritate tex. in d. l. omnes, qua moti ſũt prædicti Doctores ad exiſtimãdũ, municipia, & cæteras cõmunitates inferiores poſſe cõdere

ſta-

ſtatuta contra ius commune. Deinde quia explorati iuris eſt, liberum eſſe hominibus pacta conuenta interponere contra ius commune & leges ſuperioris. l. paciſci. ff. de pact. igitur ſimili modo poterunt ſtatuta condere, quia de pacto ad ſtatutum valet argumentum.

7 Tertio confirmatur eadem pars, ex glo. magna, in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, & ex glo. verb. *abrogatur*, in l. de quibus. ff. de legibus, & doctrina Doctorum vtrobique communiter aſſerentium, integrum eſſe laicis communitatibus particulares conſuetudines introducere, contra ius commune & leges ſuperiorum, ergo & poterunt ſtatuta cõdere iuri communi repugnantia: ſimiliter enim ſicuti diximus valere argumentum de pacto ad ſtatutum, ita & validum eſt de conſuetudine ad ipſummet ſtatutum. d. l. de quibus, ibi, *nam quid intereſt.* ff. de legibus.

8 Facit præterea fortiter pro eadem parte, contra ſuperiorem reſolutionem, argumentum ex Antonio Immola, & alijs relatis à Felino vbi ſupra: deſumptum, & ingenioſè collectum, ex text. in l. ius Ciuile. ff. de iuſtitia & iur. quo probatur Principem ſupremum, quantumuis legi naturali ſubditum, atque ſubiectum, rectè poſſe eidem iuri detrahere: quo fit, vt nihil impediat detractio iuris communis, quominus communitates earumvè Rectores, poſsint condere noua ſtatuta iuri communi detrahentia, non obſtante doctrina text. in dicto cap. qui reſiſtit. 11. quæſt. 3. & in dicto cap. inſtituimus, ibi, *immmteri.* 25. quæſt. 2. accedit capit. ſecundum. §. ſtatuto, de conſtit. in 6. quo probatur Epiſcopum, tanquam Rectorem communitatis, à Pontifice Maximo nõ ab ipſa communitate deſignatum, poſſe ſolum ſua condere ſtatuta, vt animaduertit ibidem Gometius num. 2.

9 Confirmatur inſuper eadem ſententia, quia plura ſunt ſtatuta, quæ aduerſantur legibus, quibus ſinguli de communitate liberè poſſunt renuntiare, quarũ legum meminit glo. in cap. ſi diligenti, de foro competẽti, glo. recepta in rubr. C. de decretis Decurionum lib. 10. quæ indubitatum eſt condi & ſtabiliri poſſe à communitatibus, & earum Rectoribus, quippè ſi communitatum ſinguli homines, ipſismet legibus poterant renuntiare, tanquam in re ſua arbitri, & moderatores, multo magis totæ communitates, & capita illarum nouis ẽditis ſtatutis, & conſtitutionibus, poterunt ſuperiorum leges in ſingulorum vtilitatẽ introductas infringere, & abrogare, ac perconſequens ſaltim ſtatuta cõmunitatum facta contra leges reſpiciẽtes ſingulorum vtilitatem valebũt, & ſuſtinebuntur.

10 Confirmatur inſuper, & vrgentius, dicta opinio ex nõ facili deciſ. text. in cap. cum dilectus, de conſuetudine, ibi, *nec iuri communi*, vbi non obſtante reg. cap. 1. de electione valuit ſtatutum Epiſcopi, vt munus eligendi Abbatem in vno monaſterio, ad aliud monaſterium ſpectaret non obſtante etiam, id quod pro regula traditum eſt in priori opinione, non valere ſtatutum Epiſcopi contra ius commune, ſiue permiſsiuum, ſiue ordinatiuum, nõ accedente totius cleri conſenſu, igitur cõmunitates & earũ Prælati, nõ impediuntur ſtatuta condere cõtra ius cõmune: & premitur argumentũ ex eo, quia in d. c. cum dilectus non apparet, cleri conſenſum interueniſſe, immò totum contrarium innuit idẽ text. ibi, *Ad petitionem Patronorum*,

Digitized by Google

ac perconſequens, ſi ſoli Epiſcopo liberum eſt nouè aliquid ſtatuere, contra ipſummet ius commune, à fortiori licebit communitati, quibus rationibus & argumentis anceps, & difficilis manet propoſita quæſtio.

11 Illis tamen & alijs quæ conſultò omittimus, quia parui momenti ſunt minimè refragantibus, verior, & tenenda eſt prior ſententia, ſuis fundamentis munita, quæ illam ſatis confirmant, neque eis aduerſarij reſpondere valebunt, quæ adeò procedit, & locum habet, vt non ſolum eccleſiaſticæ, ſed neque laicorum communitates valeant vllo modo ſtatuta facere contra leges ſui ſuperioris, vt voluit glo. in rubri. C. de decret. Decurion. lib. 10. & obſeruauit in ſpecie Rainer. in d. l. omnes, nu. 5. ff. de iuſt. & iur. & probat text. in l. normam. C. de officio præfecti Prætorio, idque verius exiſtimauit Alucric. in 1. part. ſtatutorum quæſtione 8.

12 Solum ſupereſt, vt propoſita argumenta ſpeciatim percurramus, quod omninò vtile erit, cum ad aliquorum iurium exactam intelligentiam; tùm etiam ad propoſitæ quæſtionis pleniorem & faciliorem reſolutionem. Et primum ex d. l. omnes, facilè profectò refelli poteſt, ſi conſideres cum Rayner. vbi ſupra, illum text. nullo modo ſermonem inſtituiſſe de Municipijs, cæterisvè communitatibus inferioribus, ſed de populis, qui capita ſunt ipſarum communitatum, quinimò & ſi gratis concederemus de Municipijs, verba feciſſe Iuriſconſultum ibidē, adhuc nihil probat contra veriorem ſententiam; etenim quantumuis Populis, ſiue Municipijs, probaret ille text. factam fuiſſe poteſtatem condendi, & ſtabiliendi noua ſtatuta; non tamē ob id talis poteſtas adeò extendenda, dilatandaque eſt, vt virtute facultatis nouitèr ſtatuendi, & decernendi, abrogare poſsint, & valeant leges ſuperioris, contra reg. text. in l. ſi quando. C. de inofficioſo teſtam. & contra deciſ. text. in d. cap. qui reſiſtit, quo fit, vt tex. in d. l. omnes ſuperiori reſolutioni minimè contradicat.

13 Secundum petitum ex d. l. paciſci. ff. de pactis, ſimiliter vires non habet, probat enim rem veriſsimam, & nihil aliud: valere ſcilicet, & ſuſtineri ſtatutum factum contra legem per ſingulas perſonas de communitate renuntiabilem, cuiuſmodi ſunt leges illæ, quæ ſingulorum vtilitatem reſpiciunt, quarū proximè mentionem fecimus: tenendum igitur, eſt, ſuperiorem doctrinam verioré, & certiorem, qua decreuimus, neque communitates, neq; earum Rectores ſtatuta condere poſſe, contra ſuperiorum leges limitandam & reſtringendā eſſe, in caſibus in quibus talia ſtatuta contendunt abrogare, non quaſcumq; leges, ſed illas dūtaxat, quę ſingulorū vtilitatē tangunt, tunc enim valebunt & erunt ſuſtinēda talia ſtatuta, vtpotè facta contra leges quibus ſinguli de communitate liberè poterant renuntiare.

14 Attendendū tamen erit, atq; cauendum, ne ſit negotium arduum, ſiue difficile, regulare enim eſt, quod ardua negotia non ſubdantur iuriſdictioni, & poteſtati inferiorum, ſed tanquā maioris ponderis & momenti ſuperioribus, & ipſismet Principibus, præſeruētur, iuxta celebr. deciſ. text. in cap. maiores de Baptiſmo, docuit expreſſè Ioan. de Immola in c. veſtra, de locato, & Bart. in d. l. omnes, num. 26. quare in cauſis arduis, & maioris ponderis, non poterunt communitates, ſiue Rectores earum, ſtatuta

ſtatuta facere, & ſi legibus in ſingulorum vtilitatem introductis, ſolum contradicant: ipſo namque iure, & natura ſua, ardua negotia, manent, vt diximus ſuperioribus præſeruata.

15 Neceſſeque erit vt in caſu limitationis prædictæ tale ſtatutum derogans legi renuntiabili, fiat interuenientibus illis, qui communitatem ipſam repræſentant, nempè ipſiſmet communitatum membris, neque à ſolis Rectoribus fiant talia ſtatuta, detrahentia iuri communi, quantumuis ipſi ſoli, ſtatuendi poteſtatem habeãt, ſine ſuis communitatibus, adhuc enim ſtatuta legibus derogantia, ſoli, niſi cæteri conſentiant, condere, non valebunt: ſpectat quippè ad ſingula communitatis membra, inſimùl cum Rectore, munus iſtud faciendi ſtatuta, ſuperiorum legibus contraria; cum ad omnes, & ſingulos ſpectet, ipſas leges, ad vnguem obſeruari, & cuſtodiri; pro quarum deciſionibus præſumitur, quod vtiles ſint, & neceſſariæ reipublicæ interim dum à Principe non abrogantur, ac perconſequens ſtatũta cõtra ipſas, ſaltim primo aſpectu, futura eſſent inania, & inutilia, ne dicam iniuſta: quare omnino oportet, vt ſi nouis ſtatutis, inferiorum, abroganda ſint, concurrant omnes, atque cõſentiant, in tali abrogatione.

16 Vnde profluit, non inepta conſideratio ad tex. in, l. vt gradatim. in prin. ff. de munerib. & honorib. vt quantumuis, D. Pius Imperator ad Titian. reſcribens, cuius reſcripti meminit Vlpian. ibidem, voluerit honores gradatim deferendos eſſe, & vt â minoribus ad maiores perueniatur, nihilominus lege municipali caueri poſsit, vt præferãtur in honoribus certæ conditionis homines obſeruato tamen, quod idonei ſint, ſicut Marci. Imperatoris reſcripto, relato in d.l. vt gradatim verſ. *& ſi lege*, manifeſtè continetur, quod ea ratione procedit quia reſcriptum, *de muneribus, & honoribus gradatim deferendis* reſpicit ſingulorum vtilitatem, cui liberè poſſumus renuntiare; & perconſequens nouè ſtatuere, ut graduum ordo peruertatur, & non ſeruetur, prælatis obiuſtam cauſam, certæ conditionis hominibus.

17 Minimè etiam obſtat tertia difficultas, qua perſuadere nitebamur, quod quemadmodum communitas laica, potens eſt ad inducendam ſpecialem conſuetudinem, contra ius commune, & ſuperiorum leges, iuxta doctrinam, gloſ. magnæ in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, & gloſſæ, verb. *Abrogatur*, in d.l. de qq. quibus in locis tradũt communiter Doctores integrum eſſe populis, introducere conſuetudines contra leges ſcriptas; ſic etiam poſsit ſtatuta condere eiſdem legibus ſcriptis derogantia, propterea quòd in iure noſtro optimum confici ſolet argumentum de conſuetudine ad ſtatutum, ex ſæpe relata, l. de quibus ibi, *nam quid interest* ff. de leg. quia reſpondetur populos bipartitò cerni quidam enim ſunt communitates inferiores, quibus eatenùs, competit poteſtas, condendi ſtatuta, quatenus reperitur à Principe conceſſa, & nõ aliter nec alio modo, ſecundum omnium ſententiam in d. l. de quibus, alij verò populi capita ſunt ipſarum communitatum, apud quos inuenitur libera facultas, ad ſtatuendum, iuxta. tex. in c. ius ciuile. 1. diſt. & in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. Qua doctrina præſuppoſita, fatemur quidem efficax argumentum eſſe de lege ad conſuetudinem, in populis qui capita eſſe communitatum,

Digitized by Google

propter illam liberam facultatem, quam habent ad condenda ſtatuta; non ſic in communitatibus inferioribus, quibus vt diximus non alia facultas ſtatuendi competit, quam quæ ab ipſis Principibus data eſt: quò fit, vt cum careant tali poteſtate antiquandi & abrogandi, veteres leges, non poſsint communitates inferiores aliquid immutare in derogationem iuris ſcripti.

18 Fatemur igitur libenter, prædictas communitates, liberè poſſe cõſuetudines introducere, contra leges Superiorum, virtute facultatis ad id ſibi à Principibus factæ: iuxta l. 2. & communem reſolutionem ibidem traditam à DD. C. quæ ſit longa conſuetudo, & text. in cap. in iſtis, ibi, *firmatur autem*, 4. diſtinct. conſtanter tamen negandum eſt, inde colligi, liberum fore, dictis cõmunitatibus, ſtatuta facere, ſicuti conſuetudinem inducere: quaſi idẽ in poteſtate ſtatuendi dicendum ſit. Atque ex Dialecticorum regula, ad tollendam conſequentiam, ſufficit dare inſtantiam, videmusque aliás, poſſe Clericos, cõſuetudinem quoque inducere contra leges, & canonum ſtatuta, ex celeb. deciſ. text. in cap. vltim. de conſuetudine, & nihilominus manifeſti iuris eſt, conſtansque inter omnes aſſertio, non poſſe illos, contra canones aliquid ſtatuere, ſeu definire.

19 Nec refragatur quartum argumentum, quod forte admodum appellauimus ex d.l. ius ciuile. ff. de iuſtit. & iur. ductum etiam à ſimilitudine, vt quemadmodum Princeps ſupremus (licet ſubditus, atque ſubiectus iuri naturali) rectè poteſt eidem detrahere, ita etiam cæteri Populi, & communitates inferiores, valeant & poſsint ſtatuta condere, iuri communi, cui ſubditæ ſunt, atque ſubiectæ detrahentia. Quæ difficultas parum quidem obſtat facilèque diluetur, ſi prudenter conſideres, ſuppoſita poteſtate ſupremis Principibus competente ad interpretandum, & explicandum ius commune, ſiue naturale, ſiue poſitiuum, cuius poteſtatis ſæpè fecerunt mentionem interpretes, præcipuè Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 19. & 26. de conſtit. fieri certè non poſſe, quod talis interpretatio punctum iuſtitiæ ſemper attingat, & aſſequatur, indiuiſibiliter, argumento cap. à nobis, el ſegundo, de ſententia excommunicat. in illis verbis: *Quam, & fallere ſæpè contingit & falli.* Vnde fit cum iuditio conſiderata, atque perpenſa dicta interpretandi facultate, Principibus facta, cenſendum quoque eſſe, eiſdem datam poteſtatem, ad detrahendum, & derogandum aliquo modo, eidem iuri communi tantiſper, ſcilicet, & quatenus minimè poſſunt ſic interpretando punctum indiuiſibile iuſtitiæ, ſemper attingere: habemus enim iuris Principium, quod conceſſo vno, ea omnia cenſentur conceſſa, ſine quibus illud vnum conſtare non poteſt, vulg. cap. præterea, de offic. delegat. mirum ergo non eſt, ſi ex poteſtate interpretandi Principibus communicata, & impotentia punctim feriendi, & attingendi exactam omninò legum interpretationem, oriatur & proficiſcatur facultas, atque poteſtas, eiſdemmet legibus, aliquo modo derogandi: longè verò aliter philoſophandum erit, in communitatibus inferioribus, quibus ſicut non fuit data poteſtas ad interpretandas, ſiue explicandas, Superiorum leges. l. penult. & vltim. ibi, *interpres legum.* C. de legib. ita, nec conceſſa facultas, eiſdem legibus detrahendi.

Ad

Digitized by Google

20 Ad illud verò quod acceſsit ſuperiori difficultati, quam proximè diluimus: facilè ſatisfit fatendo Epiſcopum, tanquam Rectorem ſuæ communitatis, à Pontifice Maximo, & nõ ab ipſa conſtitutione deſignatum, poſſe ſolum, ſua ſtatuta condere, & ordinationes facere, iuxta d. cap. 2. §. ſtatuto, vbi adnotauit Ludou. Gomez. num. 2. de conſtit. lib. 6. non tamen ob id concedendum eſt, liberum fore Epiſcopo, ita ſtatuere, contra leges ſuperiorum, non modo prohibitiuas, ſed neque ordinatiuas, ſeu permiſsiuas, quæ minus participant rationem legis, neque enim poterit citra totius Cleri cõſenſum aliquid decernere, legibus ſuperioris repugnans, talia namque ſtatuta continerent manifeſtũ ſubditorum præiuditium, quorum intereſt frui legis beneficio, & ad quos ſpectat illius deciſioni, & conſtitutioni ſi expedierit renuntiare: quo fit vt dum ipſi nõ conſenſerint, nihil Epiſcopus præſtare valeat, aduerſus leges, & ſtatuta, ſuperiorum. Vnde venit non ineleganti interpretatione explicandus Innocent. III. Pontif. Maxim. qui reſcribens Abbati, & Conuentui S. Petri de Pratel. Londonen. Diœceſ. facilè cõtempſit Diœceſan. Epiſcoporum ſtatutum, ex eo capite dumtaxat, quod totius Cleri conſenſus in eo non interueniſſet, ex quo reſponſo Pontificio, relato in capit. veſtra, de locato, & illius argumento optimè deducunt interpretes noſtri, & communiter aſſerunt, ſtatutum Epiſcopi continens ſubditorũ præiuditium, abſque Cleri conſenſu nequaquam admittendum fore: ita in effectu Felin. in c. cum omnes, nu. 11. de conſtit. Archi. in c. 1. nu. 9. de conſecratione diſtin. 3. tradunt DD. communiter in d. capit. veſtra, docet communis Canoniſtarũ ſchola teſte Felin. vbi proximè.

21 Ad alteram confirmationẽ propè quartum argumentũ appoſitam, circa derogandas leges, ſingulorũ vtilitatem reſpicientes, vbi dicebamus, quod ſicuti ſinguli rectè poſſunt eiſdem renuntiare: ita liberè valebũt noua ſtatuta condere, eiſdem legibus detrahentia, imò illas abrogare omninò: facilè reſpondebis, fatendo hanc eſſe limitationem præcipuę, & certiſsimę cõcluſionis ſuperius propoſitæ docentis inferiores, non poſſe infringere ſuperiorum leges: fallit enim in legibus reſpiciẽtibus priuatam ſingulorum vtilitatem, quibus rectè poterit derogari, per contraria ſtatuta, etiam inferiorum, qui ſicut poſſunt illis renuntiare, ita eaſdem abrogare. Quam limitationem attulit glo. in rubrica. C. de decretis Decurion. lib. 10. communiter ab omnibus recepta, quæ omninò tenenda eſt, duobus requiſitis interuenientibus quorum ſupra meminimus, ſcilicet, quod talia ſtatuta contra leges reſpicientes ſingulorum vtilitatem facta, ita demũ valida ſint, & firma, ſi non fiant à ſolo Rectore, quantumcumque ſolus ſtatuendi poteſtatem habeat, ſed ſimul concurrant ipſa communitatis membra, quæ ipſammet communitatem repręſentãt, vt ſupra tetigimus: inſuper & quod negotium, non ſit ita arduum, ſeu magni momenti: ſimiles enim cauſæ manifeſti iuris eſt, non ſubeſſe iuriſdictioni & poteſtati inferiorum; vt ſatis ſuperius demonſtrabimus: currit ergo liberè, atque ſine difficultate procedit præcipua noſtra doctrina, de impotentia communitatum inferiorum ad infringendas ſuperiorum leges.

22 Tandem minimè obſtat difficultas vltima, ex text. in cap. cum dilectus, de conſuetudin. ibi, *nec iuri communi,*

Digitized by Google

mmi, quo probari videbatur valere ſtatutum Epiſcopi, etiam contra ius commune, ſcilicet, quod electio Abbatis in vno monaſterio ad aliud monaſterium diuerſum ſpectaret contra ſuperius reſoluta, vbi diximus Epiſcopi, ſiue alterius Prælati ſtatutum non valere contra Superiorum leges, quantumcumque permiſsiuas, ſiue ordinatiuas, ſi non interueniſſet totius Cleri conſenſus, ſimul cum Epiſcopo: At in d. cap. cum dilectus, non ſolum non apparet talem conſenſum interueniſſe, quinimò oppoſitum colligitur, ex illo tex. vt denotant illa verba, *ad petitionem Patronorum*, quibus innuitur, & ſignificatur apertè, tale ſtatutum, fuiſſe factum, ad inſtantiam Patronorum, non tamen interceſsiſſe Cleri conſenſum.

23 Cui difficultati ſatisfacit communis Canoniſtarum ſchola, poſt glo. in d.cap.cum dilectus, verbo, *conſtitutione*, præſupponẽdo ius illud, cap. 1.de elect. quo Lutius Papa decreuit, quod ſi duo, vel tres fuerint in Congregatione nullus eligatur, niſi eorum electione Canonica, nondum editum fuiſſe, tempore illius Epiſcopalis ſtatuti, cuius mentio fit in d.cap.cum dilectus, ideòque tale ſtatutum rectè procedere potuit, cõtra ius commune nondum in eſſe productum.

24 Quæ ſolutio licet illam commendent, & extollant Felin. in cap. quod ſuper his de maiorit. & obedien. nu. 5. Abb. in d. c. cum dilectus, nu. 10. minimè defendi poteſt, aut ſuſtineri, ſi conſideres verum quidem eſſe ſupradictum ius, de quo in d.cap. 1. de elect. nondum fuiſſe in eſſe productum, quantum ad partem, id eſt quantum ad illud monaſterium, in cuius conſtructione, & fundationis initio poſitum fuit tale ſtatutum: ſufficere tamen, & ſatis eſſe, quod lex illa, atque conſtitutio, cap. 1. fuiſſet in eſſe producta quantum ad ſe: vt enim habet imperatoriũ reſcriptum in l. Arriani. C. de hæreticis, lex ſemper loquitur, & ius non deſinit ſemper aſsiſtere, & quamuis comprehendere non poſsit, rem nondum exiſtentem, hoc eſt monaſterium ante ipſius conſtructionem, quia tamen iam ius illud, quo ad ſe erat in eſſe productum, vtique obſeruandũ foret. Nec iure negare quis poſſet, quod ſtatutum Epiſcopi, in ipſa conſtructione, & fundatione monaſterij factum, quo cautum eſſet, vt ius, atque potestas creandi Abbatem ad aliud monaſterium ſpectaret, iuri cõmuni, de quo in d.cap. 1. de election. contradiceret, atque repugnaret, niſi totius Cleri conſenſus interueniſſet.

25 Vnde ad exactam & veram interpretationem, dict. capit. cum dilectus, longè alia via incedendum eſſe ſuſpicor: & pro eius intelligentia animaduerto, ad hoc vt Epiſcopi decretum, ſit ſtatutum generale, legis rationem habiturum, omninò oportere, quod ordinetur, & dirigatur in bonum totius communitatis, cuius clauum Epiſcopus tenet, cuiusque Rector eſt, alias enim ſi priuatam dumtaxat alicuius negotij vtilitatem reſpiciat, non erit ſtatutum, ſeu lex, ſed aliquod particulare decretũ, veluti contingit quando ipſemet Epiſcopus, ſuper aliqua cauſa inter partes ſententiam dicit, & intereſſe vnius in alteram tranſfert, de vtriuſque conſenſu: exemplum poteſt eſſe in cap. præterea, ibi, *præter antiquos*, de iur. patronat. ex quo text. colligunt interpretes communiter patronum ius Patronatus propria authoritate alienare non poſſe: nec ab Eccleſia aliquid tem-

Digitized by Google

temporale exigere, niſi tempore fundationis à Diœceſano illud fuerit ſibi reſeruatum: vtique planum, & apertum eſt, talem reſeruationem non habuiſſe rationem legis, aut ſtatuti, ſed quodam fuiſſe particulare decretum, inſtar cuiuſdam ſententiæ, per quod Epiſcopus iuſta ſubſiſtente cauſa, ius vnius partis in alteram tranſtulit; quod patet ex eo, quia tale decretum & ſimilia, non reſpiciunt bonum totius communitatis, ſed ſolum priuatam alicuius vtilitatem contingunt: ſimiliter ergo dicendum eſt, ſtatutum de quo in dicto cap.cum dilectus (ſi talem compellationem meretur) non fuiſſe generale, quod habuerit rationem legis, (vtpotè, quia non reſpiciebat bonum totius communitatis, cuius Epiſcopus Rector erat, nec potuit eſſe ſtatutum, ſeu lex, abſque totius cleri conſenſu) ſed quodam particulare decretum, ad modum ſententiæ: qua ratione pœnitus ceſſat ſupradicta difficultas, ex dicto cap.cum dilectus, de conſuetudine.

26 Denique pro coronide & complemento principalis noſtræ quæſtionis, non inutilitèr profectò breuiſsimè ex dictis inferendum eſt, in totum explodendam, & exterminandam fore doctiſsimi Archidiachon. ſententiam, qui non ſatis prudentèr in cap.certè, num. 1. 12.quæſt.1, tantam Epiſcopis tribuere voluit poteſtatem, vt exiſtimauerit integrum illis eſſe, interueniente cleri conſenſu ſtatuere, atque decernere, quod promoti ad minores ordines continerent: miror certè Archidiaconũ, nõ aduertiſſe materiam continentię, rem eſſe admodum arduam, atque difficilem, ſuper qua Epiſcopus, vel alius Prælatus inferior, nullam prorſus iuriſdictionem habet, neque habere poteſt: etenim vt apertè colligitur ex Epiſto. Leonis Papæ. 90. in ordine cap. 3. ſcribentis Ruſtico Naruonenſ. Epiſcopo, relata in capit. lex continentiæ, 31. diſtinctione, non poteſt imponi laicis hominibus præceptum continentiæ, niſi per ſtatutum eccleſiæ vniuerſalis, & illius authoritate, præterquamquod materia continentiæ, ſuaptè natura magis reſpicit votum quam præceptum, iuxta doctrina B. Ambroſij in lib. exort. ad virgines relata in capit. integritas 32, quæſtione 1. cuius iucundiſsima verba rãtiſper referre placuit, quia multũ propoſito cõducunt, *integritas corporis* (inquit Ambroſius) *experenda à vobis eſt, quam ego pro conſilio ſuadeo, non pro imperio præcipio: ſola eſt enim virginitas quæ ſuaderi poteſt, imperari non poteſt, magis voti, quam præcepti:* vbi dictio illa, *ſola*, determinat verbum, *ſuaderi*, id eſt, ſolummodo ſuaderi poteſt: imperatur enim fides, ſpes, charitas, humilitas, quandoque etiam imperatur continentia, ratione delicti, vt in pœnitentibus vxoricidis, & inceſtuoſis, vt in cap.1.cum ſequentibus, 31.quæſt.1. quo fit, vt Monachi, vel Canonici non poſsint inuiti ad diſtrictiorẽ vitam compelli, ea enim res magis eſt voti, quam præcepti, & magis liberæ voluntatis, quam coactionis: ſicut rectè dixit Gregor. ſcribens Natali Epiſcopo Salonitano, refertur, in cap.geſta. 74. diſtinct. *inſtum quidem eſt, vt nemo crescere compellatur inuitus*, & Nicolaus Papa omnibus Epiſcopis ſcribens relatus in cap. præſens, 20. quæſt. 3. increpat illos, qui alios inuitos, & reluctantes ad perfectum ſtatum religionis traduxerunt, ex quibus omnibus plane deducitur, atque colligitur, ea quæ meri conſilij ſunt ſicuti continentia

nentia non poſſe cadere ſub præcepto,niſi aliud præcipiat, vel conſtituat eccleſia vniuerſalis cui hoc munus præcipuè impoſitum eſt, vt ſtatuat atque decernat circa arduas, & difficilimas cauſas, ad quarum numerum iure optimo & ſumma cum ratione refertur continentia præcipienda.

27 Neque aliquãtulum Archidiacono opitulabitur,ſi quis vrgeat, liberum quidem eſſe clericis in minoribus conuentione facta ſiue pacto,ſe aſtringere ad continentiam, iuxta text.in cap.quod Deo pari.33. quæſt.5. quaſi ſequatur inde, idem poſſe Epiſcopum ſtatuto præcipere, & comprehendere,præſuppoſito eorundem clericorum conſenſu.

28 Reſpondetur enim,in promptu eſſe veriſsimam diſcriminis rationem:ſi conſideremus per clerici cõuentionem, paciſcentes dumtaxat obligari, ex l. ſi pactum. ff. de probat.per legem autem, ſeu ſtatutum, non ſolum ligantur ſtatuentes, ſeu conſentientes,ſed etiam cæteri ſucceſſores, quotquot progreſſu temporis in communitate fuerint, vel futuri ſint,vulg. l. proponebatur. ff. de iudit.longè enim diuerſa ſunt,& diuerſimodè aſtringentia; & obligantia,conuentio,& ſtatutum: & tritum eſt omnium ſermone dicterium,tam inter Dialecticos, & Philoſophos, quàm inter Iuriſperitos, quod â diuerſis non ſit illatio. l. Papinianus exuli.ff.de minorib.:quare non obtinet argumentum de pacto ad ſtatutum, non obſtante contradictione gloſſæ,in rubrica de decret.Decurion. lib.10. quam appellauit ordinariam ad id Andr.Tiraq. de primogenitura, quæſt. 6. qua ratione reſoluenda ſunt, atque ceſſare videntur quam plurima, quæ circa Epiſcoporum ſtatuta, contra ius commune facta,multis verbis inuoluunt Crott.in l. omnes num.13. ff. de iuſtit. Felin. in capit. cum omnes de conſtitut. & in dicto capite quod ſuper his,de maior. & obed.

Summaria ad Controuerſiam 3.

1 *Epiſcopi non poſſunt diſpenſare in his, quæ per canones, & ius cõmune ſtatuta ſunt,niſi ſpeciatim illis poteſtas data ſit.*

2 *Refertur opinio exiſtimantium Epiſcopum in omnibus diſpenſare poſſe, niſi ſpeciatim iure aliquo prohibeatur.*

3 *Dictam ſententiam multi, non ſolum communem, ſed communiorem appellant.*

4 *Reperiuntur quam plurimi caſus in quibus Epiſcopi diſpenſant, veluti in hæreſi,& alijs criminibus, ea ſola ratione,quia iure aliquo non innititur illis prohibita diſpenſatio.*

5 *Oppoſita ſententia,quod Epiſcopi nõ poſsint diſpenſare, niſi ſpeciatim ſecla ſit illis diſpenſandi poteſtas in certis negotijs, iam hodié communior,atque receptior eſt.*

6 *Deſumitur efficax argumentum pro dicta ſententia veriori,& communiori,ex c.atſi clerici. §.de adulc. de iudi.*

7 *Iterum fortiter inducitur pro eadem parte,d.§.de adulterijs.*

8 *Quemadmodum Epiſcopi non poſſunt contrà*

Digitized by Google

contra canones, & ius cõmune ſtatuere, ita neque in illis diſpẽſare; valet enim argumentũ de impotentia ſtatuendi ad impotentiam diſpẽſandi, & ponderatur tex. in cap. 1. de conſtitut.

9 *Si Epiſcopi diſpenſare poſſent ineffi-cax, immò leuiſſimum eſſet argumentũ Pontificis, inc. dilectus de cẽp. ord.* ideò Prælatũ non potuiſſe diſpenſare; quia diſpenſatio á canone minimè fuit permiſſa.

10 *Non procedit hæc controuerſia circa canones pœnitentiales, nec circa pœnitentiam, quæ per illos imponi ſolet, in quibus etiam inferiores cõfeſſarij diſpenſare poſſunt.*

11 *Inſignis controuerſia eſt, ſint ne hodiè ſublati dicti canones pœnitentiales, ſaltim illi qui pro quolibet peccato mortali ſeptennem pœnitentiam imponebant, & obtinuit iam non obſeruari, & pœnitentiæ omnes ad arbitrium confeſſariorũ redactæ ſunt.*

12 *Non minus controuerti ſolet, an confeſſarius valeat mutare, & minuere pœnitentiam á ſeipſo, ſiue ab alio, etiam Romano Pontifice impoſitam, & obtinuit poſſe ex iuſta cauſa.*

13 *An verum remiſſio talis pœnitentiæ proprié, & in rigore diſpenſatio ſit, conſueuit etiam diſputari, & inducitur text in cap. quem pœnitet, de pœnitentia, diſt. 4. ad probandum, quod verè ſit diſpenſatio.*

14 *Non procedit hæc controuerſia, in quibus caſibus data eſt Epiſcopis diſpenſandi licentia, quorũ nonnulli referuntur, & ſæpenumerò Epiſcopi ea abuti ſolent.*

15 *E conuerſo etiam, non procedit præſens controuerſia, circa eos caſus in quibus ſpecificè & expreſsé per iura ſcripta Epiſcopis fuerit denegata diſpenſandi poteſtas, in quibus abſq; vlla dubitatione eſt, ipſos diſpenſare non poſſe.*

16 *Ex benigna interpretatione cenſetur Epiſcopis data poteſtas diſpenſandi in materia leui & parui momenti, non obſtante generali prohibitione.*

17 *Quando canones de diſpenſatione ſermonem inſtituunt minimè declarantes, quisnam Prælatus diſpenſaturus ſit, tacitè de Epiſcopis, & Prælatis inferioribus intelligendi ſunt; quidquid contradicat Barbatia argumentando, ex cap. 1. cap. cum ex eo, de ætate & qualitate.*

18 *Intelligũtur text. in dicto cap. 1. & in dicto cap. cum ex eo, vt ibi neceſſe fuerit Epiſcopos nominare, quia illis antea erat denegata diſpenſandi poteſtas.*

19 *Non ſolum per legem aliquam ſcriptam, verum etiam per legitimam conſuetudinem, conceditur iuriſdictio facultasque diſpenſandi communicatur Epiſcopis alijsque Prælatis Romano Pontifice inferioribus, & interpretatur text. in cap. vlt. de ſchiſmaticis.*

20 *Similiter etiam non ſolum per leges ſcriptas, ſed etiam per conſuetudinẽ poterit denegari ſupradicta diſpenſandi facultas, quo caſu nihil interereit, quod per canones, vel leges ſcriptas data fuerit Epiſcopis diſpenſandi licentia.*

21 *Controuerſia hæc, ſolũ procedit quãdo per canones & ius ſcriptum aliquid prohibetur planè, & ſimpliciter, ſine mentione diſpenſationis, vbi lex, nec denegat, neq; cõcedit expreſsé, nec tacitè diſpenſandi facultatem.*

22 *Verior eſt ſententia, quæ docet in terminis prædictis, Epiſcopos, aut alios Prælatos diſpenſare non poſſe.*

23 *Ratio in promptu eſt, quia inferiores Prælati ſubditi ſuæ legis, quam ne queunt abrogare,*

24 *Idem iudicium eſt de Legatis etiã de latere, inter quos, & Epiſcopos, & Archiepiſcopos nulla differẽtia verſatur in hac materia, omnes enim ſubditi ſunt canonis, ſeu legis.*

25 *Non obſtat illud*, quæ poteſt Rom. Põtifex in toto orbe poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi, *eſt enim intelligendũ dũmodo nõ inueniatur ius aliquod impediens, aut prohibẽs rem ſuper qua decernitur, aut ſtatuitur.*

26 *Quemadmodum Roman. Pontifex nihil poteſt nec vult poſſe contra legem Dei ſimiliter, neque Epiſcopi contra Pontificias conſtitutiones, & in materia diſpenſationis non concedere, & prohibere idem ſunt.*

27 *Conſtanter negandum eſt reperiri in iure aliquos caſus, in quibus Epiſcopi ob id diſpenſant quia non reperiuntur prohibiti.*

28 *Diſpenſatio ab abſolutione longè differt, non ſolum in hac materia, ſed generaliter in omni negotio expenditur Tridentinum ſeſſione 14 cap. 6. ibi*, diſpenſare, vel abſoluere, *& intelligitur text. in capit. nuper. 29. de ſententia excommunicat.*

29 *Pontifex in dicto cap. nuper loquitur de abſolutione, in qua optimè argumentatur, quia ſibi Pontifex non reſeruauit liberum eſt Epiſcopis abſoluere, quæ conſequentia minimè valet in diſpenſatione, cuius non meminit text. in dicto cap. nuper.*

30 *Interferitur quæſtio, an excommunicatus*, donec ſatisfecerit, *facta ſatisfactione neceſſario abſoluendus ſit, an per ſolam ſatisfactionem maneat abſolutus.*

31 *Nec refert, quod talis conditio exprimatur, quia tacitè ineſt in qualibet excommunicatione.*

32 *Non leuiter notandum eſt, non ſemper in Eccleſia Catholica fuiſſe vnum, & eundem excommunicandi modum, & hodiè in Tribunalibus, & in Bullis Apoſtolicis excommunicationis verba, non per obliquum, ſed directè proferuntur.*

33 *Propè tempora primitiuæ eccleſiæ illa frequentior fuit excommunicandi forma, per quam verba excommunicationis dirigerentur, non in ipſum excommunicatum, ſed in cæteros fideles prohibendo eos cum excommunicatis communicare.*

34 *Excommunicatio non habet, nec habuit vnquam certa & determinata verba, ſed ſatis eſt proferre per quæcumque verba, ſiue directa, ſiue indirecta, dummodo mens & intentio excommunicantis ſignificetur.*

35 *Aſſeritur duas eſſe ſententias in hac difficultate, & fundatur illa quæ docet excommunicatum*, donec ſatisfecerit, *ſatisfactione præmiſſa ipſo facto ipſo iure manere abſolutum, neque opus eſſe abſolutione aliqua.*

36 *Confirmatur, quia ſicuti non requiruntur certa verba ad excommunicationem, minimè etiam deſiderari debent ad hoc, vt quis exeat ab excommunicatione, ſed ſufficiet excommunicantis voluntas declarata per illa verba*, donec ſatisfecerit.

37 *Suaderur vrſus eadem ſententia ex ſimilitudine ſuſpenſionis, & interdicti, quæ quidem ſub eadem forma prolata, ſine abſolutione aliqua tollantur, & relaxentur, & idem iudicium eſſe debet de excommunicatione.*

38 *Magis nocet excommunicatio quam alie cenſuræ, ac per conſequens facilius tolli debet.*

39 *Altera ſententia eſt ſuperiori contraria, quæ docet excommunicatũ*, donec

nec ſatisfecerit, quantumuis ſatisfaciat noua abſolutione indigere.

40 *Referuntur authores illam tenentes.*

41 *Probatur ſupra dicta ſententia ex praxi quotidiana, & ex ratione, quia in quacumque excommunicatione ſimpliciter prolata ſub intelligitur illa adiectio* (donec ſatisfecerit) *& nihilominus excommunicatus ſimpliciter, quantumuis ſatisfaciat noua abſolutione indiget.*

42 *Rurſus probatur ex multorum iurium authoritate, & ex cap. ex literis 11. de conſtitution.*

43 *Et confirmatur ex alijs iuribus, nempè ex Clem. 1. de decim. & Clem. 2. de hæret. & ex cap. 1. de iudicijs, cuius vltima verba pro eadem parte expenduntur.*

44 *Retinenda eſt iſta poſterior ſententia, tanquam verior & frequentior, & diluuntur contrarie partis argumenta, vt primum procedat in his, quæ tacitè auferri poſſunt, & nullo modo in excommunicatione, quæ expreſſam reſtitutionem expoſtulat, neque perpetuum eſt, quod verbum,* donec, *ſignificet finito tempore oppoſitum ſequendum eſſe, vt in illo loco Matthei cap. 1.* non cognouit eam donec pepererit.

45 *Licet certa & præfinita verba formalia neceſſaria non ſint ad abſolutionem, aliqua tamen requiruntur, nec poteſt colligi abſolutio ex tacita excommunicantis mente, & intellignatur. c. propter. c. quanquã, 18. dist. & cap. 1. de iudicijs.*

46 *Interpretatur ſententia (ſi vera eſt) multorum aſſerentium ſi quis excommunicetur á Summo Pontifice* (donec ſatisfecerit) *nõ requiri ne uam abſolutionem, vt procedat, quia Pontifex eſt ſupra omne ius humanum poſitiuum.*

47 *Aſſignatur diſparitas quare ſuſpenſio, & interdictum adueniente tempore præfinito extinguntur, non ſic excõmunicatio, quæ ſumitur, ex eo quod excommunicatio ſit magis nociua.*

48 *Suſpenſio & interdictum nullam requirant certam formam, nec verba deſiderantur, vt ceſſent, contra verò excommunicatio maior, vt probant iura ſic interpretanda in cap. ſeruetur, 2. q. 3. c. á nobis. c. cum de ſideres, de ſententia excommun.*

49 *Vt quis abſoluatur ab excommunicatione (quia priuat á communione fidelium) requiruntur verba ſolemnia, vt qui cognouerunt ipſum primatum ſciant reſtitutũ, nõ ita in ſuſpenſione, & interdicto in quo minor requiritur reconciliatio, quippè qui adhuc exiſtentes intra Eccleſiæ limina interdicuntur & ſuſpenduntur.*

50 *Notatur Rip. & interpretatur text. in cap. quamquam, de cenſibus, lib. 6. in final. verbis.*

51 *Non intendit iudex per verba tacita abſolutionem impartiri, nec poſſet, etiam ſi vellet.*

52 *Infertur ad praxim eum qui plenè ſatisfecit, nondum tamen actualiter abſolutum incurrere pœnas per leges Regias impoſitas contra illos, qui diu quàm par eſt contumaces perſeuerant in excommunicatione.*

53 *Adhuc interpretatur text. in d. cap. nuper, vt facta per Canonem mentione diſpenſationis ſi Pontifex eã ſibi non retinuit Epiſcopus diſpenſare poſſit, pariterque abſoluere ſi reſeruata non fuerit abſolutio.*

54 *Interpretatur tex. in l. neenõ poſt princip. ff ex quib. cauſ. maiores, vbi agat de reſtitutione, nõ de diſpẽſatione, quæ ſemper*

Digitized by Google

ſemper eſt contra ius ſcriptum, non ita reſtitutio, ſed præter leges, vnde neceſſe eſt, quod lex concedat facultatem diſpenſandi, non tamen concedendi reſtitutionem.

55 *In materia diſpenſationis ſemper datur generalis prohibitio, ſecundum quam generaliter, & perpetuò cenſetur inferioribus denegata diſpenſandi facultas, nec opus eſt prohibitione ſpeciali circa hunc, vel illum caſum.*

CONTROVERSIA 3.

Vtrũ eſto quod Epiſcoporũ ſtatuta cõtra leges Superiorũ facta inutilia ſint, & inualida, poſsint nihilominus Epiſcopi diſpenſare in his, quæ per Canones & Ius cõmune ſtatuta, aut prohibita ſunt, præſertim in criminibus, quæ & qualis regula cõſtituenda ſit affirmatiua, nè an negatiua.

1 VIDEBATVR ex ſuperiori diſputatione præſenti controuerſię ſatisfactũ; Etenim ſi reſoluimus cum veriori ſententia, Epiſcopos, ſiue alios Prælatos, inferiores, neutiquã poſſe ferre leges, aut ſtatuta condere Principum placitis, ſeu conſtitutionibus repugnantia, eo ipſo, & in neceſſariam quandam conſequentiam, dictum eſſe, credendum erat liberum nõ eſſe Epiſcopis diſpenſare in his, quæ per Canones & Ius commune ſtatuta, aut prohibita ſunt: repugnante regula, cap. cum inferior, de maior. & obed. quomodo enim Epiſcopi, quippè qui licet Prælati, ſubditi tamen & inferiores reſpectu Romanorum Pontificum, & Conciliorũ vniuerſalium, illorum Canones, ſiue Decreta, ſuprema authoritate, & maturo iudicio in lucem edita, & præſertim ad corpora iuris redacta poterũt relaxare? nullatenus certè, nullaque ratione credibile eſt Epiſcopis, ſiue ſimilibus Prælatis competere talem diſpenſandi poteſtatem.

2 Quia tamen ſuperiori ſæculo nõ defuerunt, quam plurimi eximij interpretes, qui non obſtante proximè relata conſideratione adducti fuerint ad exiſtimandum, in propoſita difficultate affirmatiuam regulam fore

fore conſtituēdam: vt poſsint Epiſcopi diſpenſare in omnibus caſibus, niſi ſpeciatim iure aliquo prohibeātur, ita vt Edictū in hac materia prohibitorium ſit, id eſt, quod reperiuntur nonnulli caſus, in quibus ob iuris prohibitionem non valent Epiſcopi diſpenſare, illis tamen exceptis in reliquis omnibus liberè diſpenſare poſsint in his quæ per Pontifices Maximos, & ius commune ſtatuta, aut prohibita ſunt: ideò operæpretium me facturum exiſtimaui ſi non intempeſtiuè hanc celebrem quæſtionem, profligaſſem, in vtramque partem, quam ſpero, vtilitatem & iucunditatem candicto lectori allaturam.

3 Gloſſa, & DD. antiqui ſuper §. de adulterijs, cap. at ſi clerici. 4. in ord. de iudic. circa illa verba, *poteſt Epiſcopus diſpenſare*, dictam partem affirmatiuam conſtanter tuentur, atque defendunt, vt conſtat ex Collect. & alijs, quorū meminit Abb. in d. §. de adult. num. 5. & 4. tenet & ſequitur eruditus Aluar. Pelag. de plāctu Eccleſiæ lib. 1. cap. 50. col. 2. verſ. *in ipſis*, vbi quod magis eſt dictam ſententiam non modo communē, ſed communiorem appellat poſt glo. 1. & 3. in cap. cum illorum 32. ver. *interdicto*, de ſentent. excommunic. tradit dictam partem affirmatiuam, glo. in cap. miror. 50. diſt. verſ. *de diſpenſatione*, & glo. ſummę ibidem in fin. & in capit. requiritis. 1. quæſt. 7. tradit glo. in cap. nuper. 29. ver. *non petimus*, de ſentent. excommunic.

4 Pro qua expendi quidem poſſunt iura non parui ponderis, aut momēti, ſed quibus, non videtur commodè ſatisfieri poſſe: reperiuntur enim quam plurimi caſus in quibus Epiſcopi diſpenſant ueluti in hæreſi, & alijs criminibus adulterio grauioribus, ea ſola ratione, quia iure aliquo non inuenitur illis prohibita diſpenſatio: vt videre eſt in adductis per d. glo. 1. & 3. ſuper prædictis verbis. §. de adult. & per tex. in cap. presbyterorum, ver. *peres*, vbi glo. & in c. ſi quis presbyterorum. 50. diſtin. vbi etiam docuit glo. & expendi ſolet. d. c. nuper, verſ. in 2. & adduci pro eadem parte, reg. l. necnon. 28. poſt principium, ibi, *ſed ſi lex non prohibeat*. ff. ex quibus cauſis maiores, quibus efficaciter probari videtur (ſi rectè expendantur) dicta pars affirmatiua, quæ initio & primo aſpectu nullam, vel leuem & innanem difficultatem inuoluere videbatur.

5 Verum oppoſita ſententia Epiſcopos diſpenſare non poſſe, niſi ſpeciatim facta ſit illis diſpenſandi poteſtas in certis quibuſdam negotijs, ita vt in alijs non habeant diſpēſandi facultatem, atque ideò Edictū in hac materia permiſſorium ſit, & non prohibitorium ſicut aſſerebat proximè relata opinio: iam hodiè communior receptiorq; eſt, quamuis antiquitus contraria magis communis fuerit. Tuentur enim hanc ſecundā ſententiam ex antiquioribus Archidiac. Hoſtien. & alij plures, quorum nomenclaturam retulit Abb. vbi ſupra. d. num. 4. & alij vetuſtiores Interpretes relati à glo. 1. & 3. ver. *poteſt Epiſcopus*, &c. in d. §. de adult. ſequuntur Felin. Philip. Deci. & reliqui communiter ibidem, Couarr. in cap. alma mater. 1. part. §. 7. num. 8. Soto lib. 1. de iuſtit. quæſt. 7. art. 3. verſ. *at ſciſcitaris*, poſt D. Thom. 1. 2. quæſt. 96. art. 4. ad tertium, Petrus Rebuf. in praxi. titu. de diſpenſat. ad plura, num. 27. & plures citati & laudati pro hac ſecunda opinione per Aluar. Pelag. vbi ſupra.

6 Pro qua plura certè poſſunt adduci efficaciſsima argumenta, vtpotè quia verior profectò, & cōmunior, atqu

atque receptior ſententia eſt. Primũ que ducto argumento ab ſpeciali facilè de ſummi, & colligi poteſt ex d. §. de adult. vbi ſpecialis poteſtas data eſt Epiſcopis diſpenſandi in adulterio, & quibuſdã alijs in quibus ante. d. §. non erant prohibiti diſpenſare, ſignum ergo eſt nõ adumbratum, ſed expreſſum, ideo conceſſam illis fuiſſe talem diſpenſandi facultatem, quia in dictis caſibus aliter quã per dictam conceſsionem Epiſcopi diſpenſare nonvalebant, etenim ſi poſſent Epiſcopi diſpenſare, vbi ſpecialiter non inuenirentur prohibiti per peràm ne dicam ineptè fuiſſet illis de mandata diſpenſandi poteſtas de qua in d. §. de adult.

7 Accedit, & confirmatur idẽ argumentũ ſi conſideres per locũ ab ſpeciali, ex eodem, §. de adult. non poſſe Epiſcopos diſpenſare in alijs criminibus adulterio grauioribus: & tamen *vifallimur*, non inuenies in iure fuiſſe illis prohibitã talẽ diſpenſationẽ, ſatis igitur eſt non inueniri datam diſpenſandi licentiã in criminibus grauioribus, ad hoc vt prohibita cenſenda ſit.

8 Præterea certũ eſt, & reſoluimus in quæſtione præcedẽti Epiſcopos, ſiue aliosprælatos inferiores nihil ſtatuẽdo diſponere poſſe, cõtra canones, & Romanorũ Põtificum ſtatuta, iuxta ſæpè allegat. tex. in c. quod ſuper his de maior. & obed. ergo minimè etiam poterũt eoſdem canones, ſiue ſtatuta ſuperiorũ relaxare media diſpenſatione, præſertim cũ iuris relaxatio nihil aliud ſit, quam exẽptio quædam ſubditorũ â legis vinculo, & nexu, quam exemptionem, quis dubitat Epiſcopũ præſtare non poſſe, ſi ad id poteſtatem non habeat, virtute alicuius legis ſcriptæ, ſiue poteſtatis, ſibi factæ à Rom. Pont. aliter enim alligatę ſunt, & inermes Epiſcoporum manus, inferior namque ſuperiorum iura abſque conceſsione ſpeciali abrrogare, aut relaxare, non poſſe pluſqnã manifeſtum eſt: contradicente, d. reg. c. cum inferior, cuius imbeſtibulo præſentis quæſtionis meminimus, & ipſomet ſpiritu rationis hanc veritatẽ docente: quoniam omnes, & ſinguli tam Epiſcopi, ſiue prælati, quam cæteri priuati homines, ſubditi ſumus atque ſubiecti legibus, & conſtitutionibus Principũ, qui ea quæ per canones, & ius cõmune ſtatuta ſunt obſeruare, & cuſtodire tenemur iuxta tex. in c. cum quibus in fi. 24. q. 3. & in c. 1. de conſtit. ibi: *Ab omnibus*, quæ particula nullum excludit, ac ſi diceret *ab omnibus* ſubditis Romano Pontifice inferioribus complectens atque comprehẽdẽs etiã omnes alios prẽlatos Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Primates, & omnes cuiuſcumque conditionis illi ſint.

9 Deinde fortitèr probatur eadẽ pars ex c. dilectus de tẽporibus ordinat. in illis verbis *diſpenſatio á Canone minimè ſit permiſſa*, vbi proponitur à Pontifice Max. efficax argumentũ ad probandũ, Epiſcopum, vel Archiepiſcopum, & ſimiles prælatos inferiores diſpenſare nõ poſſe, quia per ius Canonicum neutiquam permiſſa illis erat diſpenſatio, quod argumentum non ſolũ non eſſet efficax, ſed leuiſſimum quidem foret, imò ſuperuacuũ, & innane minimeque procederet, ſi ad hoc, vt prẽlati inferiores diſpenſare valerent ſufficeret, nõ fuiſſe illis ſpeciatim prohibitam diſpenſationem, etenim nõ benè argueret Pont. Max. neque colligeret ex non permiſſa diſpenſatione impotentiã diſpenſandi ſi poſſemus reſpondere ſufficere quidem, quod non inueniãtur prohibiti, quare vt rectè procedat Põtificis argumẽtatio per neceſ-

ceſſariam & euidentem conſequentiam colligitur Epiſcopos, ſiue Archiepiſcopos in his quæ per canones ſtatuta ſunt diſpenſare nõ poſſe, niſi ſpecialis facultas illis data ſit ad diſpenſandum & relaxandum ius ſcriptum.

10 Quæ doctrina quæ veriſsima quidem eſt, vt plenius & faciltus intelligatur, veteremq; noſtram conſuetudinem iura interpretandi, hac etiam in parte retineamus, ſeparantes certa ab incertis operæpręţium duximus nonnulla ſupponere, quæ magnopere conducunt, cum ad propoſitæ quęſtionis exactam intelligentiã, tum ad variorum iurium intellectũ. Et primò quidèm ſupponendũ eſt, non verſari quæſtionẽ noſtram circa Canones pœnitentiales, & pœnitentiã quæ frequenter per illos imponitur, vel imponi ſolet, in his enim certiſsimum eſt, & citra omnẽ diſputationem non ſolũ Epiſcopos, & Archiepiſcopos, ſed & alios inferiores cõfeſſarios diſpenſare poſſe, illorũ enim arbitrio relinqui cõſueuerunt tales pœnitentiæ, vt definitũ eſt in Synodo Trident. ſeſſ. 14. c. 9. de operib. ſatisfact. & ante Concil. Trident. in c. menſuram, & in. c. quẽ pœnitet, de pœnit. diſt. 1. c. Deus qui vbi communis ſchola Canoniſtarũ, de pœnit. & remiſſ. Iacob. Menoch. in ſuis arbitr. caſu 391. poſt Abb. Panor. in d. c. Deus qui, nu. 5. vbi dixit cõmunem, Philip. Deci. & omnes in d. §. de adult. tradit Henrriquez in ſumma lib. 5. de Pœnit. Sacramẽto, cap. vlt. num. 9. poſt Nauarr. in Man. cap. 26. num. 17.

11 Nec me latet inſignẽ controuerſiã eſſe, ſint ne hodiè de medio ſublati dicti Canones pœnitentiales illi præſertim, qui pro quolibet peccato mortali ſeptem annorũ pœnitẽtiã imponebãt, quorũ meminit Grat. in. c. hoc ipſum. 33. q. 2. Henrriquez d. n. 9. Nauarr. vbi ſupra, & in. c. falſas, de pœnit. diſt. 5. n. 14. Frequẽtius tamen in eã opinionẽ itum eſt, quod iam abierint in deſuetudinẽ prædicti Canones illorumque pœnitentiã præcipuè ſeptenẽ, iam hodiè vſu, & conſuetudine nõ obſeruari, cuius rei ratio eſt, quia per iura proximè relata, & ex Conciliorum authoritate, & totius eccleſiæ approbatione pœnitentiæ omnes ad arbitriũ, ſeu nutum cõfeſſariorum redactæ ſunt.

12 Nec minus controuerti ſolet à Theologis, & Iuriſperitis vtrum dictum confeſſarij arbitrium, ita extẽdi poſsit, vt non ſolũ mutare valeat, & minuere ex iuſta cauſa pœnitentiam à ſeipſo, ſiue ab alio Sacerdote impoſitam, ſed pariter etiam ſi Rom. Pont. illam impoſuiſſet poſsit talem pœnitentiã mutare, ſeu minuere: in qua re Philip. Deci. in d. §. de adult. n. 7. poſt glo. 2. in. c. 2. de ſortileg. intendunt, & non improbabiliter, liberum non eſſe cõfeſſario immutare, ſeu minuere pœnitentiam iniunctã à Pont. Max. ſequuntur Soto, in 4. diſtin. 20. quæſt. 2. art. 3. verſ. *in calce*, & plures alij ex nouioribus relati ab Henrriquez, d. c. vlt. n. 1. Contrariũ tamen, imò quod minuere poſsit, & immutare confeſſarius ex iuſta cauſa pœnitentiam non ſolum à ſe, ſed & ab alio, etiam à Rom. Pont. impoſitam defendit, glo. in. c. accedens. 50. diſt. verb. *id eſt*, glo. 1. in. c. tempora 26. q. 7. docet cõmunis ſchola, vt teſtantur Ludou. Roman. & eius additionator ſing. 466. ſequuntur Tiraq. in præfat. de pœn. temper. n. 26. Martin. Nauarr. in man. d. c. 26. num. 22. Quæ duæ opiniones reducuntur ad concordiam, ſicut illas reduxerunt Henrriquez, & Nauarr. vbi proximè.

13 Denique vtrum remiſsio, ſiue immutatio talis pœnitentiæ, propriè, & in

& in rigore diſpenſatio ſit,vt placuit Felin.in cap.ſicut, col.1. de homici. Philip.Deci.Abb.Panor. & alijs, in d.§.de adult.expendentibus,& commendantibus ad probandum, quod verę diſpenſatio ſit,text.celeb. pariter & difficilé in cap. quē pœnitet. d.diſt.1.declarat optimè Nauarr. in d.cap. quem pœnitet. n.6. & 7.verſ. 4,quem omninò videre,& conſulere oportebit interim dum à nobis dictæ dubitationes altius ſuo loco nō diſputantur, quas Deo dante in diſcurſu huius operis vtrinque profligare non ommittemus.

14 Secundo ſupponendū eſt,cū Speculatore titulo de diſpenſatione, §. nunc de Epiſcoporū,cū Alb. Pelag. d.c.50. propoſitā diſputationem nō verſari, in caſibus in quibus per canones,aut ſtatuta Principum ſpecialiter Epiſcopis, Archiepiſcopis, aut ſimilibus Prælatis facta fuerit diſpēſandi poteſtas,vt in exemplis,quorū meminit glo.1.& 3.in d.§. de adult. & ſæpiſsimè Trident.nonnulla prohibens & concedens Epiſcopis relaxandi & diſpenſandi facultatem ſi illis viſum fuerit, qua ſæpiùs abutuntur Epiſcopi,quam par erat,conſtituentes regulam & generaliter diſpenſantes,vbi aliquando dumtaxat, & ex iuſta cauſa data fuit illis diſpenſandi licentia(cui malo fortè Eccleſia Catholica iterum congregata oportunè ſuccurreret,& ſubueniret, neque inſtituti noſtri eſt talem quærellam proſequi) & in alijs caſibus per ius Canonicum diſperſis,vbi ſimilis poteſtas facta inuenitur Epiſcopis, iura relaxandi, iuſta ſubſiſtente, cauſa quemadmodum in cap.1.de ætat.& qualit.lib.6. & in d.Synodo Trident. ſeſsione 14. de reformatione, cap.7.ibi, *cauſa cognita*, & ſeſsione 25.de reformatione, cap.18.in princip. & ibi, *cauſa cognita*, & alijs multis in locis eiuſdem Tridentini, in quibus talis poteſtas Epiſcopis tributa fuit, & in. c. pen. de elect.cap. ſanè. 4. de cleric. coniug.cap.cum. ex eo,d.titu.de ætat. & qualit.lib.6.& alibi ſæpiſsimè in iure noſtro:vt videre eſt apud Speculatorem latè tradentem, d. titu. de diſpenſatione. §. nunc de Epiſcoporum,apud Albar.Pelag. vbi ſupra,de eadem re latiſsimè tractantē circa quorum iurium ſpecies exploratum & manifeſtum eſt,non procedere noſtram controuerſiam, vtpotè quia indubitatum, & ſine difficultate aliqua in dictis caſibus liberum forè Epiſcopis diſpenſare adhibita cauſæ cognitione, ex poteſtate per ius ipſum ſibi facta.

15 Econuerſò etiā non verſatur propoſita controuerſia circa eos caſus, in quibus ſpecificè & expreſſè per canones & iura ſcripta, fuerit denegata diſpenſandi facultas, Epiſcopis, ſiue alijs quibuscumque Prælatis inferioribus;verbi gratia, quādo Pontifices Romani,ſiue Cōcilia generalia in aliquibus negotijs diſpenſandi facultatem, ſibi vel Apoſtolicæ Sedi reſeruauerunt,vt contingit in vulg.cap.de multa,in fin.de prēb. docet glo.in ca.quod tranſlationem 4.de officio leg. & habemus alia plura exempla relata per Alb.Pelag.vbi ſupra,col.2.verſic.*prohibetur*, cum ſequentibus,ſunt iura expreſſa in cap. pen. de filijs Præsbyterorū, & in. c. etiā pen. de ſimonia, & in.c.1. verſ. *ſciturus*,de re iudicat.lib.6.quibus in locis diſpenſatio ſic oportunè faciē da Pontificibus Maximis, ſeu Apoſtolicæ Sedi reſeruata fuit, & perconſequens ſublata Epiſcopis, & alijs Prælatis inferioribus,illisq; denegata omninò,quare pluſquam manifeſtum eſt, & abſque vlla controuerſia, ipſos diſpenſare non poſſe.

Vnde

by Google

Vndè nõ procedit noſtra diſputatio in caſu denegatæ ſeu cõcelæ poteſtatis, iuxta prædicta.

16 Illud verò nõ eſt conſideratione indignũ, quod cũ ueritio animaduertebant Nauar. in man. c. 22. n. 85. Pater Henriquez in ſumma, libr. 12. de impedi. matrimonij, c. 3. nu. 1. & 2. & lib. 10. de Sacra. ordi. c. 35. nu. 3. poſt Sotũ, Sylueſtr. Caiet. D. Thom. & plures alios citatos à Nauar. vbi proximè, id eſt tunc den. ũ interpretandũ eſſe, benigna quadã conſideratione, & per quandã Epychiã tacitè & virtualiter factã fuiſſe Epiſcopis poteſtatem, diſpenſandi cõtra canones & illorum ſtatuta, etiã ſi expreſſè nõ concedatur, quãdo materia, & negotiũ de quo agitur eſſet leue, & parui ponderis, aut momenti, & quando ſi ſpeciãlis eſſet Principis conſenſus, magnũ timeri poſſet ſcandalum, vel animarũ periculũ, vrgensvè ſe ſe offerret neceſsitas, aut ſummè difficile eſſet ipſummet Principem adire: quibus in caſibus quis non videt ipſos iuris ſcripti authores, in generali legis prohibitione, noluiſſe prædictos caſus comprehendere, ſiuè interdicere Epiſcopis diſpenſationem: quinimò argumẽto regulæ in generali, & capituli, quia circa, de conſanguinitate, & affinit. probabiliter credẽdum eſt, & ea ducenda benigna interpretatio, quod Legislator voluerit talẽ Epiſcopis concedere facultatẽ, vt ad ſuccurrendũ conſcientijs hominum, in his, & ſimilibus caſibus, non obſtãte iuris prohibitione liberè diſpenſare valeãt, vt rectè relati DD. animaduertunt.

17 Illud etiã ſubtiliter, pariter, & vtiliter cõſiderare oportebit, circa dictã tacitã, ſiue virtualẽ diſpẽſandi conceſſionẽ, Epiſcopis & Prælatis inferioribus factã, eo caſu cẽſeri tacitè illis data facultas ad diſpenſandũ, quãdo canones de diſpẽſatione ſermonẽ inſtituunt, minimè tamen declarantes, quisnam Prælatus diſpenſaturus ſit, exemp. grat. ſi ius dicat, *diſpenſari poſſe*, *diſpenſandum fore*, & alia ſimilia proferat verba: etenim abſurdũ eſſet, & ab omni ſpiritu rationis alienum, talia verba ad Põtificẽ Maximũ referre, quippè qui ad hoc vt diſpenſare poſsit in quocũque iure poſitiuo humano, eiuſdẽ iuris poſitiui authoritate nullatenus indiget: in prædicta ergo ſpecie, iura canonica agentia de diſpenſatione, virtualiter, & implicitè inferiores Prælatos cõprehẽdunt, teſtè Innoc. & alijs per Abbatẽ relatis d. §. de adul. n. 5. & 6. Felin. ibidẽ in princ. Philip. Dec. nume. 7. probat ſatis expreſſè text. celebr. & difficilis in hac materia, in d. c. nuper. verſ. in 2. ibi: *eo ipſo videtur*, & ibi, *non retinuit*, probat etiam text. vbi gloſ. 3. in cap. poſtulaſtis de clerico excommunic. & in cap. penult. iuncta gloſ. vlti. de pœn. quibus in locis tenent omnes & fatentur communem, in dict. cap. nuper: aliter enim (vt proximè dicebam) inanis, & otioſa eſſet diſpenſationis mentio, quæ vt aliquid operetur, neceſſe eſt, vt Epiſcopos cõprehendat, de Prælatiſque inferioribus coacto iure intelligatur, quibus abſque dubio, per ſolam diſpenſationis mentionem, tacitè & implicitè conceſſa videbitur diſpenſandi facultas. Nec me latet Andr. Siculum, Barbat. magis fortaſſe animo contradicendi, quam quod ita crederet, in additione ad Abbat. ſuper d. nume. 5. littera E. in dict. §. de adulter. valde dubitaſſe, de veritate dictæ communis & veriſimæ ſententiæ, adductum authoritate iurium, in dict. capit. primo, & in capit. cuin ex eo de ætate, & qualitate, libr. ſexto, ex quibus iuribus, ita argumentatur Barbati. vt conuincat facta

Digitized by Google

diſpenſationis mentione,non ſtatim ſubintelligendum eſſe , comprehenſos Epiſcopos, ſicuti docet dicta communis ſententia , namque in dictis capitibus(inquit ipſe) facta mentio fuit de diſpẽſatione, & nihilominus adiectum, qnod eſſet concedẽda per Epiſcopũ,ſuperfluè autẽ in illis iuribus,*per Epiſcopum*,adderetur,ſi ſola mentione diſpenſationis facta deberemus intelligere,diſpenſandum fore per Epiſcopum, ex præ dicta conſideratione.

18 Cui difficultati facilè quidẽ poteris ſuccurrere,ſi attendas,per ea iura fuiſſe Epiſcopis cõceſſam nouã diſpẽſandi facultatẽ,antea illis expreſſè denegatã,vt ſatis cõſtat ex verbis illorũ iuriũ,quare neceſſe fuit Epiſcopi mentionẽ fieri,vt omnes intelligerẽt antea denegatã poteſtatẽ,illis de nouo cõcedi,vndè ſi ſermo eſſet circa aliã materiã,in qua Epiſcopus nõ eſſet expreſſè prohibitus diſpenſare, proculdubio ſufficeret de diſpenſatione ipſa mẽtionẽ fieri dũtaxat,nec foret neceſſe Epiſcopum nominare quaſi per ipſũ diſpẽſandũ eſſet, qua cõſideratione & veritate attẽta,iã minime obſtãt dicta iura,nec præſtabũt Siculo argumentum , ſiuè anſam ad contradicendum.

19 Neq; oportebit ſilẽtio præterirè retento eodẽ themate poſſe Prẹlatis inferioribus ſpecificè cõcedi talẽ poteſtatẽ diſpenſandi nõ ſolũ per canones,& ſtatuta Conciliorũ,ſiuè per legẽ aliquã ſcriptã,ſed etiã per cõſuetudinẽ,quã aptam,& ſufficientẽ eſſe ad cauſandã,& producendã iuriſdictionẽ,pluſquã liquidò cõſtat, ſi reducas in memoriã regullã illã text.in c. duo ſimul,ibi,*vel priſca illis cõſuetudo*, de offi.ord.& c.conquẹſtus 9.q.3.cõſuetudinis enim,quæ ius non ſcriptũ dicitur vſusque lõgæui magna profecto, vis & poteſtas eſſe ſolet , quæ &iuriſdictionẽ tribuere poteſt,& plũres alios effectus producere,vt rectè conſiderarũt Soto, & Caiet. vbi ſupra. Vndè deriuari poteſt elegans interpretatio ad Innocẽtij III. Pont. Max.Põtif.reſponſũ,in c.vlt.de Chiſmaticis,vbi decreuit,ordinatũ á Chiſmatico incunctantèr ab officio fore repellẽdũ,niſi duo ſimul,& ſemel legitimè probauerit, id eſt ſecũ fuiſſe miſericorditèr diſpenſatum,& ab ea perſona(inquit Pontif.Max) quæ ſu per hoc poteſtatem habuerit diſpenſandi,vt intelligatur , quod poteſtas illa non ſolum potuerit oriri,& proficiſci â lege aliqua ſcripta,ſed etiam à conſuetudine, quæ ſufficit(vt dictum eſt)ad cauſandum,&producendum ius, iudicandi , & diſpenſandi, ſeu relaxandi iura , etenim non ſolum per legem aliquam ſcriptam, verum etiam per legitimam conſuetudinem conceditur iuriſdictio facultasque diſpenſandi communicatur Epiſcopis, alijsvè Prælatis Romano Pontifice inferioribus.

20 Similiter Philoſophandum eſt circa denegationem facultatis diſpenſandi, vt tunc demum cenſeri, & iudicari debeat denegata, vbi ita conſuetudine fuerit introductum, quod Epiſcopus nulla ratione diſpenſare poſsit, quo caſu nihil interierit,quod per canones, vel leges ſcriptas, data fuerit Epiſcopis diſpenſandi licentia, vel ſi de diſpenſatione mentionem non fecerint , iuxtà dict.capit. duo ſimul de officio ordinarij cum ſimilibus, tantam eſſe vim, ac poteſtatem conſuetudinis aſſerentibus, vt ordinariam dare poſsit iuriſdictionem,vt præter text. in dict. capit. duo ſimul, probat text.in capit. cum contingat de foro competent. & in dict.capit. conquæſtus 9. quæſtione 6.tex. vbi Bald.in l.prima,C.de manc ipi. liberorum , notant Doctores

in

in l.& quia, ff.de iuriſdictione omn. iud.latè Roman. cõſ.243.Ang.Bald. & alij in l. imò, ff. de legib.ea enim, quę longa cõſuetudine comprobata ſunt,ac per annos plurimos obſerua ta,velut tacita Ciuiũ cõuentio,teſtè Hermogen.Iuris Conſulto, in l. ſed ea,ff.de legib. non minus, quam ea quæ ſcripta ſunt iura ſeruantur,& ſicut oportunè docui Paul.lib.7.ad Sabin. relatus in d.l. imò magnæ certè authoritatis dictum conſuetudinis ius habetur, quod in tantum probatum eſt, vt nõ fuerit neceſſè id ſcripto comprehendere,ſatis igitur conſtat non ſolum per leges ſcriptas, ſed etiam per conſuetudinem poſſe denegari,atque concedi ſupradictã diſpenſandi facultatem.

21 Quibus ita conſtitutis,&non inelegãter (vt credo) peroratis reliquũ iam eſt,vt ſtatuamus propoſitã controuerſiã, in his dumtaxat cardinib' verti,atq;verſari, in quibus per canones,& ius ſcriptum aliquid prohibetur planè & ſimpliciter,diſpenſationis autem nulla mentio fit:id eſt,neque ius ſcriptum ſpeciatim,& expreſſè diſpenſationem denegat, aut concedit,nec item eandem virtualiter, & implicitè denegare,aut concedere videtur,ſed relinquit negotium interminis ſolius prohibitionis, atque præcepti,de diſpenſatione verò,nec verbumvllum.Quo caſu explorati iuris eſt,veriorem quidem eſſe , & his temporibus magis cõmunem, & receptiorem ſententiã illã, ſecundam, & poſteriorem,cuius ſuperius mẽtionem fecimus contra priorem oppoſitam,quam ſecuti fuerant priſci, & antiquiores interpretes , cum gloſ. quas ſimul retulimus.

22 Quare retenta ſecunda ſupradicta ſententia,ſecundum illam, talis in hac re venit ſtatuenda concluſio,ſeu theſis(veriſsima quidem eſt dicta ſe-

cunda ſententia, quæ habet, neque Epiſcopos,neque alios Prælatos inferiores,qui ſubſunt Pontifici Maximo diſpenſare poſſe cõtraCanones, ius commune,aut ſtatuta Pontificũ) & addendum eſt,niſi eiſdem Epiſcopis,ſiuè Prælatis,conceſſa ſit diſpenſandi facultas, verbis expreſsis, vel ſubintellectis, id eſt tacitè, vel expreſſe,per aliquod ius ſcriptũ, vel nõ ſcriptũ, ſiuè per aliã cõceſſionẽ ſpecialem.

23 Quæ doctrina,quãuis ita certa ex ploratăqueſit ex ſuperioribuſq;adeò confirmata,maneat,vt nulla iã videretur indigere probatione,confirmatur ex eo,quia proculdubiò omnes, & ſinguli Epiſcopi,&Prælati,inferiores,Romano Pontifice, ſubditi ſunt iuris communis,ſeu canonis , atque ex conſequenti,verum etiã eſt, tales Epiſcopos,ſiuè Prælatos, non poſſe tollere,vel abrogare,canones quorũ ſubditi ſunt,& inferiores, niſi á iure aliquo expreſſam,vel tacitã habeant poteſtatem,ad diſpenſandum,& tollendũ,ſiuè abrogandũ ius cõmune: inferior enim cõtra ſuperiorẽ planũ eſt,nihil præſtare, aut efficere poſſe, refragante , ſibi reg.vulg.c.quod ſuper his, & capituli cũ inferior de maior.& obed.Quod verò Epiſcopi,ſiuè alij prælati inferiores, ſubditi ſint canonis,aut iuris cõmunis, præterq; quod expeditũ eſt,cõſtat liquidò,ex d.c. quod ſuperhis iuncta celebr.de cĩſ.text.in cap.1.de conſtit. Nec minus dubitari poteſt,quin Prælati in iure diſpenſantes , eo ipſo auferant,& tollant,canones,ſeu iura ſcripta,quę in effectu diſpenſando relaxant,quo fit manifeſtè,vt inferiores, quantumuis Epiſcopali , vel Archiepiſcopali dignitate perfulgeant, ſuperiorũ cõſtitutiones,abrogare, aut immutare minimè valeant.

24 Idem iudicium eſt de Legatis etiã

de latere, de quibus ideo peculiarē quæſtionem non fecimus, quia vt reſoluit Couarr.de ſponſalib. 2. par. cap.6.§.10.num.2. Dueñas reg.248. nullum in hac materia diſcrimen verſatur inter Epiſcopos, & Archiepiſcopos ex vna parte, & Pontificis legatos,quantumuis de latere ex alia: ſicut etiam antea docuerat gloſ. penult.in dict.cap.dilectus 19.de præb. & communis reſolutio eſt,vt ex Abba. teſtantur Couarrub. & Dueñas, vbi proximè,non poſſe legatos, etiã ſi de latere ſint tollere,ſiuè immutare ius commune, niſi in caſibus in quibus Epiſcopi, ſiuè Archiepiſcopi illud immutare poſſunt, cum ſibi conceditur tacitè, vel expreſſè, per legem, ſeu conſuetudinem, vel aliã legitimam conceſsionem:quare dubitari non poteſt, quin verior,& veriſsima ſit dicta ſecũda ſententia, hodiè magis communis,& hoc iure vtimur.

25 Neq; obſtabit ſi quis adhuc argumẽtetur cõtra ſuperiorem reſolutionem,contendens non eſſe ita certã, & exploratam, ſicut prædiximus, cõtradicit enim,& videtur non leuiter repugnare axiomnia illud Theologorũ & noſtrorũ, toties repetitũ, quod habet,ea quæ poteſt Romanus Pontifex in toto Orbe,& in eccleſia vniuerſali,poſſe Epiſcopũ in ſua Diœceſi,reſpectu ſuorũ ſubditorũ,niſi ſit aliqua lex Canonica,quæ ipſum impediat,aut prohibeat: vt probat text.in c.1.ibi,*ſecundum quod Canones cenſent*, & ibi,*in ſuis Diœceſibus liberam*,de offi. ordin.& in c.ad honorem de autho. & vſu palij,ibi:*in plenitudinẽ poteſtatis*, tradit Henrriquez de matr.lib.2.c.3. n.2.&de ſacram.ord.c.35.nu. etiã 2. lib.10.ſuæ ſummæ,poſt Abul. Sotũ, & plures alios, quorũ ipſe meminit, etenim ſi tantum poſſunt Epiſcopi in ſua Diœceſi, quantum Pontif. Maxi. in eccleſia vniuerſali, vt innuere videtur tex.in d.c.ad honorem, ibi, *in partem*,&c.cum expeditum ſit,& cõſtet inter omnes,ſummum Pontif.in toto Orbe, & in vniuerſali eccleſia, poſſe ſupra omnes leges Canonicas, & ſupra ius commune poſsitiuũ; iuxta vulg.c.propoſuit,de conceſ. prẽb. (vndè diſpẽſat pro arbitrio in omni iure poſitiuo:)relinquitur ſimiliter Epiſcopum diſpenſare poſſe,cum ſuis inferioribus,& ſubditis, ſi non impediatur, aut prohibeatur lege aliqua, ſiuè conſtitutione Pontificia, neque indigere iure aliquo ſibi diſpenſandi facultatem cõcedẽte.Quod argumentũ,(vt dicebã)nõ obſtat ſi conſideres dicteriũ illud Theologorũ, & noſtrorũ,crebris ſermonibus vſurpatũ,tunc demum locum habere,quando negotiũ in quo Epiſcopus nititur diſpenſare,ſiuè ſtatuere aliquid, non comprehenditur ſub aliqua iuris prohibitione, neque inuenitur ius aliquod impediens, aut prohibens rẽ, ſuper qua decernitur, aut ſtatuitur, quo caſu ſi tollas de medio iuris impedimentum,aut prohibitionem, verum quidem eſt poſſe Epiſcopum in ſua Diœceſi, erga ſuos ſubditos, idẽ quod poteſt Pontif.Max. in eccleſia vniuerſali,tamen ſi refragetur ius aliquod ſiuè Pontificia conſtitutio pro culdubio liberam Epiſcoporum in ſuis Diœceſibus poteſtatem impediet, atque reſtringet, iuxta doctr. tex.in d.c.1.de offi.ord.Neq; erit neceſſe 9 ius ipſum vlterius progrediatur ad prohibẽdam diſpenſationem, imò ſufficiet, quod ſimpliciter ſtatuat,atque decernat ſuper aliqua re, ſiuè negotio, ad hoc vt Epiſcopi nõ obſtante libera poteſtate, qua vtuntur in ſuis Diœceſibus, illud immutare non valeant.

26 Quinimò ſi cũ iuditio perpẽdam cũ Martin.Nauarr.in man.prælud.9. hum.

Digitized by Google

rum. 13. ita se habere Episcopos in sua Diœcesi respectu legum, & constitutionum Romanorum Pontificum, siuè Conciliorum vniuersaliũ, quemãdmodum se habet Roman. Põtifex ad legem Dei Opt. Max. vt bene etiam probat per argumentum text. vulg. in dict. capit. cum inferior, facilimo negotio poterimus prædictam argumẽtationem retorquere: etenim qua ratione Roma. Pontifex in toto Orbe, & in Ecclesia vniuersali, nihil potest, nec vult posse contra legem Dei, similiter neque Episcopi contra Pontificias constitutiones, ita vt sicuti opus non fuit ad impediendam Pontificis Maximi dispensationem, in lege diuina, quod ipsa lex diuina prohiberet dispensare sed generaliter satis erit legem diuinam decreuisse, simili modo sufficiat, quod lex humana Pontificia, sic vel sic decreuerit, nec necesse erit, quod vlterius ad prohibitionẽ progrediatur: etenim in materia dispensationis non concedere, & prohibere idem sunt, & non minus importat vnum quam aliud, quoniam eo ipso, quod non conceditur expressè, vel tacitè, denegata censetur, & intercluſa dispensandi facultas, proceditque, & locum habet regul. cap. 2. de translat. Prælati, qua docemur prohibitum censeri & dici omne id quod non reperitur concessum, cessat ergo omninò proposita argumentatio.

28

Neque impediunt, quominus veritas conclusionis nostræ procedat, nonnulla iura, quæ initio pro cõtraria parte tetigimus, expendentes nõ nullos reperiri casus, in qq. Episcopi dispensant, ea ratione dũtaxat, quia iure aliquo non inueniũtur prohibiti dispensare, sicuti in hæresi, & alijs criminibus adulterio grauioribus, in quã rẽ nõnullas glo. & iura citauim, respondetur enim cõstanter negando, reperiri aliquos casus, in qq. Episcopi ob id dispensant, quia non reperiuntur prohibiti, sed ex eo, quia in his, & similibus casibus concessa est Episcopis dispensandi potestas, siuè expresse per legẽ aliquã scriptã, vel legitimam consuetudinem, siuè tacitè, & implicitè, quia constitutiones mentionem faciẽtes de dispensatione, credẽdæ sunt, se retulisse ad Episcopos, seu alios Prælatos, Romano Põtifice inferiores, ex doctrina quã superius tradidimus.

29

Ad tex. etiam in d. c. nuper, vers. *in secundo*, in cuius decisione tota vis, & pondus aduersę opinionis niti videbatur, quidquid eius mentẽ Doctores nõ fuerint assecuti, quorũ mentionẽ fecerunt Dueñas, reg. 252. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 12. n. 5. & 6. non erit difficilis respõsio ab antiquioribus petita, quorum meminit Abb. in d. §. de adult. n. 4. si consideres, tex. in d. c. nuper, non instituisse sermonẽ, de dispẽsatione, sed tãtum de absolutione verba fecisse: dispensationem autem ab absolutione non solum in hac materia, sed generaliter in omni negotio longè differre, plusquã manifestum est, vt satis expressit Synodus Tridentina, d. capi. 6. ibi, *dispensare*, & ibi, *absoluere*, quam differentiam adnotauit Gutierrez in quęstionibus Canonicis, c. 3. n. 4. & 5. post glos. verb. *suspensus*, ad mediũ, in c. cupientes, vers. *cæterum*, de elect. in 6.

Circa absolutionẽ verò rectè deduxit argumentum Roman. Pont. in dict. cap. nuper, dum ex eo, quia sibi non retinuit aptissimè collegit datã fuisse inferioribus Prælatis, facultatem absoluendi in eo casu. Accedit illud esse, excommunicationis ingenium, naturam, & cõditionem, vt quamuis simpliciter proferatur,

nulla habita mentione absolutionis, nihilominus si author cõstitutionis, vel canonis, illã sibi speciãtim nõ reseruauerit, perinde erit, ac si dixisset expresse, duraturã talem excõmunicationẽ, vsquedum excõmunicatus, satisfactione præmissa fuerit absolutus, neque vlterius progressurã propter imbibitam, & implicitam conditionem, sub qua proferri censetur quælibet excommunicationis sententia, *donec satisfecerit excommunicatus*, & quia verbum, *donec*, temporis extremitatem significat, & vsque ad satisfactionem procedit, atque progreditur excommunicatio, & nõ vltra, adeò vt si quis excommunicetur sub ea forma, *donec satisfeceris*, solum exprimitur, & explicatum censeri debet, id quod tacitè inerat, id est excommunicatũ, quam primum satisfecerit & non antea absoluendũ fore, & restituendũ cõmunioni ecclesiæ, vbicumque igitur author canonis, vel constitutionis, expressè, sibi non retinuerit absolutionẽ, ex tacita eius mente, & intentione, data facultas videtur inferioribus, absoluendi excommunicatum, quã primum satisfecerit, & paruerit mãdatis excommunicantis, ex eius (inquam) mente, & intentione, ingenio, atque natura excõmunicationis, quare recta, & iuris Põtificij principijs cõsona fuit collectio, seu argumẽtatio Pontificis in d.c.nuper, vbi ex eo deduxit, liberũ esse Episcopis absoluere, quia Rom. Pontifex absolutionẽ sibi non reseruauerat, nec dispensationis meminit, vt prædiximus.

30 Sed interim priusquã ab intellectu, & interpretatione, d.c.nuper discedamus, operepretium duxi, quia proximè dixeram excõmunicatum sub ea forma, *donec satisfeceris*, satisfactione præmissa adhuc indigere absolutione, subtilẽ pariter, & difficilẽ excitare, & breuissimè resoluere cõtrouersiã, ab instituto nostro, qui de legibus & cõstitutionibus Principũ, verba facimus aliquantulũ alienã, sciu tamẽ, & cognitione dignissimam: vtrũ excõmunicatus sub dicta forma *donec satisfeceris*, post satisfactionẽ indigeat noua absolutione, an per solã satisfactionem maneat absolutus, cesset omninò excommunicatio, neque progrediatur vlteri°, sed solũ duret vsque ad satisfactionem.

31 In qua difficultate illud explicatũ est, nihil interesse, si talis cõditio exprimatur, cum tacitè insit etiã prolata excommunicatione simpliciter, ex intentione iudicis excõmunicantis, natura & conditione ipsius excõmunicationis, ea verò, quæ tacitę insunt, expressa nihil operantur, iuxta reg.l.3.ff. de leg.1.cum vulg.

32 Præsuponendum etiã est, & nõ leuiter notandũ, non semper in Ecclesia Catholica, fuisse vnũ, & eundem excommunicandi modũ, sed diuersum, pro temporum differentijs, his enim temporibus videmus talẽ excommunicandi formam vtu, & consuetudine in ecclesia, & Tribunalib° tam supremis, quã inferioribus receptam, secundum quam consueuimus ipsa excommunicationis verba non per obliquũ, sed directè proferre in ipsummet excõmunicatũ, ad ponendũ, & constituẽdum cũ exulẽ & alienũ, ab omni fideliũ communione, & eo ipso, in quandã necessariã consequentiã, omnes alij prohibiti manẽt cõmunicare cum illo, iuxta tex.in c. præterea 40.de appellat.& in c. pen. de sent.excõmun.Bullarũ etiã Apposticarũ cõsuetudo, id ostendit, quarum excommunicationes semper in ipsum excommunicatum diriguntur, & solemnis illa excõmunicatio per Bullã Cenæ Domini promulgata, similiter in excõmunicatũ eiusq;

per-

perſonam dirigitur, & ordinatur, vt ex eadem Bulla Cenæ Domini liquidò conſtat.

33 Propè tempora autem primitiuæ eccleſiæ, illa frequẽtior fuit, excommunicandi forma, vt videre eſt in canonibus antiquis, per quã verba excommunicationis dirigerentur, non in ipſum excõmunicatũ, ſed in cæteros fideles, prohibendo eos, cum excommunicatis cõmunicare, quos ita arcebant, & excludebãt à cõmunione fideliũ, eoque excommunicandi genere cõtra Quoduultdeũ Cẽturiẽ. Epiſcop. vſum fuiſſe Cõcil. African. manifeſtum eſt, & refertur in c. 1. de iudic. in illis celebratiſsimis verbis, *placuit, vt nullus eidẽ cõmunicet*, dũ ſermo eſſet de dicto Quoduultdeo Centuriẽſi Epiſcopo. Et probatur atque fulcitur hæc poſterior excõmunicãdi forma per antiquos canones recepta, ex D. Paul. 2. ad Theſal. c. 3. ibi: *ſiquis nõ obedierit, &c. hunc notate, & ne cõmiſceamini cum illo, vt cõfundatur*, & ex alio loco Mathei 18. c. relato in c. nouit de iudic. in illis verbis. *ſit tibi tã quam ethnicus & publicanus*, quibus eã ſemper adiunxit eccleſia interpretationẽ, ex vnanimi patruum cõſenſu, vt referantur ad excõmunicationẽ, vt colligitur ex dicto teſtimonio D. Pauli, & ex tex. in c. placuit 2. q. 6. ibi: *tãdiu eidem Epiſcopo ab alijs non cõmunicetur, &c.* & ex c. Epiſcopi 2. q. 3. ibi: *communio illis, &c.* quæ teſtimonia tã à ſacris litteris, quam â iure Pont. petita ſatis oſtendũt, frequentiſsimũ vſum fuiſſe in eccleſia antiquis tẽporibus receptũ, excõmunicandi fideles per verba indirecta relata in reliquos non excõmunicatos, ſecũdum quæ indirectè, & in quadã conſequẽtia eos euitabant, & priuabant eccleſiæ cõmunione, vt in dictis locis, & teſtimon. proximè relatis.

34 Tertium & vltimum notabile cõducens ad reſoluendã prædictã difficultatem, excommunicationẽ nõ habere, neque habuiſſe vnquã, certa & determinata verba, quibus proferri debuerit; ſed ſatisfuiſſe eã proferre, per quæcũque verba, ſiuè directa, ſiuè indirecta, ea ſolũ lege, & cõditione, vt apta ſint, & efficacia ad mentẽ & intentionem ipſius excõmunicãtis ſignificandam & promulgãdam, in qua conſiſtit tota vis excommunicationis, vt omnes intelligant ſic excõmunicatũ priuatũ manere ab eccleſiaſtica aliorũ fideliũ cõmunione, iuxta d. c. pen. ibi: *vel ſimili*, de ſentẽtia excommunic. traddit Ioann. Gutier. in qq. canon. c. 7. n. 7. Nauarr. in man. cap. 22. nu. 37. poſt Hoſtienſ. & gloſ. verſ. *poteſt*, in c. pen. de cler. excom. eſtque recepta omnium ſentẽtia teſtè Gutier. vbi ſupra.

35 Quibus ſic prænotatis duas circa dictã controuerſiã inuenio inter ſe pugnantes, & omninò diſidẽtes ſententias, quarũ altera cõmunipraxi, & vſu recepto in tota eccleſia, & Tribunalibꝰ eccleſiaſticis ex diametro cõtradicit: hoc enim iure vtimur, vt excõmunicatꝰ quãuis ſatisfecerit, p ſatisfactionẽ, nõ ipſo facto abſoluatur, aut liberetur ab excõmunicatione, ſed adhuc indigeat noua abſolutione: nihilominꝰ tamẽ non deſunt, nec leuis authoritatis cõtradictores, qui excõmunicatũ quã primũ ſatisfecerit eo ipſo abſolui, & liberari ab excõmunicationis nexu affirmauerint atque cõtẽderint, neque opꝰ eſſe abſolutione aliqua: quã opinionẽ ante omnes amplexa eſt, glo. 2. in c. vlt. de mat. cõtracto cõtra interdictũ eccleſiæ, ſequuntur relati à Couarru. in c. alma mater, 1. part. §. 2. num. 7. tenet Alciat. in c. 1. de iudic. num. 10. & facit doctr. Bart. in l. 4. ff. de ſeruit. docentis eam eſſe conditionem, atque naturam illius particulæ, *donec*,

Digitized by Google

de qua in themate huius quæſtionis, vt actum temporalem efficiat, cuicũ que diſpoſitioni adiungatur,ex text. in §.manet,inſtit. de ſociet. §. illud, inſti.de rerum diuiſione,probat tex. in cap.vlti.ibi: *donec,&c.* de condit. appoſit. denotatque talis particula extremitatem temporis, & quoties apponitur excommunicationi ſignificat eandem dumtaxat impoſitam eſſe,vſque ad ſatisfactionem,& non amplius; actus enim actiuorum non operantur, vltra eorum intentionẽ ſatiſque conſtat in propoſita ſpecie, de mente ipſius excommunicãtis,cuius animus fuit excommunicare,vſque ad tẽpus ſatisfactionis,qua præmiſſa noluit amplius ligare, aliàs enim deficeret veritas illius adiectionis, *donec ſatisfecerit*, ſi vtique etiam poſt ſatisfactionem reus maneret excommunicatus,& abſolutione indigeret. Nec negari poſſe videtur talem excommunicationem temporalem eſſe,ſolumque prohibere communionem, vſque ad tempus ſatiſfactionis,& nõ amplius,igitur vt euẽ tus verbis conueniat ſequuta ſatiſfactione, ſtatim abſolutus manebit excommunicatus, neque illi neceſſe erit, nouam abſolutionem petere.

36 Accedit ad excommunicationẽ, (vt diximus) non requiri certa, ſiuè determinata verba,ſed illa ſufficiũt, & deſiderantur,quibus conſtare poſſit de mente iudicis excommunicare volentis, vt denotant verba dict. cap.1.de iudic. *placuit vt nullus eidem communicet* & ſimilia; pariter etiam, vt quis liberetur ab excommunicatione,& abſoluatur,certa præfinitaque verba non requiruntur, quippè talis abſolutio non ſpectat ad ordinem,ſed ad iuriſdictionẽ, neque ſacramentalis eſt,ſufficietque conſtare de voluntate ſuperioris abſoluere volentis,vt tradit Hẽriquez libr. 13. cap.20.num.2.in princ.Nauarr.dict. cap.27.num.37.& cap.26.nu.8. probant per argumentum text.in cap.1. de regul.iur.& in l.nihil tam naturale,ff.eodem,quibus iurib.habetur vnamquamque rem,per quaſcumque cauſas naſcitur per eaſdem diſolui, & ita ſi verba certa, & determinata non ſunt neceſſaria ad excommunicandum,minimè etiam deſiderabũtur ad hoc vt quis exeat ab excommunicatione,ſed ſatis erit ſufficietque excommunicantis voluntas, & intentio declarata,& expreſſa per illam adiectionẽ,*donec ſatisfecerit*, qua oſtenditur ſolum voluiſſe ligare excommunicatum, vſque ad ſatisfactionem,& non amplius, igitur ſatisfactione ſequuta, excommunicatio deſinet, & extinguetur omnino, ita vt non requiratur noua abſolutio, nam ſi poſt ſatisfactionem duraret excõmunicatio, vſque dum excommunicatus abſolueretur,verum non eſſet excommunicatum fuiſſe, *donec ſatisfecerit*.

37 Vrget præterea mirum in modũ pro hac ſententia,ſi expendas ſuſpẽſionem, & interdictum,prolata ſub eadem forma, *donec ſatisfecerit*, præmiſſa ſatisfactione ſtatim tolli, & relaxari,neque opus eſſe abſolutione, aut relaxatione aliqua, vt probat tex.in cap.non eſt vobis,2.de ſponſal.iuncta gloſ.3.& in Clement.1. iũcta gloſ.dict.verſ.*donec*, de decimis, ſequuntur communiter DD.in dict. cap.1.de iudic. vt teſtantur Couarr. dict.n.7.Gutierrez in qq. Canon. c. 5.num.7.Henrriquez, in 2.par.ſummæ, libr.13. de excommunicat.cap. 29.num.2. additio ad Capellã 297. idem autem iuditium eſſe debet, de excommunicatione cum eadem ratio verſetur, inter dictas tres ſpecies ſuſpenſionem,ſcilicet,interdictũ, &

ex-

excommunicationem, quippè quatenus cẽſuræ eccleſiaſticæ ſunt, & arma quędam eccleſiaſtica, quibus eccleſia vtitur, maximam paritatem, & ſimilitudinẽ habent inter ſe, tanquã vincula eccleſiaſtica, & nerui eccleſiaſticæ diſciplinæ, iuxta text. in cap. nemo contemnat. 2. q. 3. vulg. c. quærenti de verb. ſignif. c. cũ inter, de cõ ſuetud. vndè coacta iuris ratione dicendum videtur, quod quemadmodum ſuſpenſus, *donec ſatisfecerit*, ſatiſfactione præmiſſa ſtatim non eſt ſuſpenſus, & liberè poteſt ordines exercere, abſque noua aliqua abſolutionè, ſeu relaxatione, ſimiliter in excommunicatione contingat, quod ſcilicet non ſit opus noua abſolutione, & confirmatur, quia regulariter prohibita ad certum tempus, ſi eleba tur, ſtatim cenſẽtur conceſſa, etiam ſi non ſuperueniat noua conceſsio, ex latè traditis ab Andrea Tiraquel. de retract. tit. 10. gloſ. 2. â num. 48. & probat text. in l. Imperator. 8. ff. de poſtul. at qui excommunicat ſubditum, *donec ſatisfecerit*, nihil aliud facit, quam illi prohibere communionẽ, vſque ad tempus ſatisfactionis, & non amplius, poſt ſatisfactionem, ergo cenſeri debet conceſſa communio, ex reg. d. l. Imperator, & reſolutis â Tiraq. vbi proximè.

38 Præſertim ſi expendamus multò magis nocere excommunicationẽ, quam interdictum, atque ſuſpenſio, vulg. cá. corripiantur 24. quæſt. 3. eſt autẽ veriſimile, imò conueniens ominò, vt id, quod maius nocumentũ affert facilius tollatur, & relaxetur, ac per conſequens excommunicatio facilius etiam ceſſare debet, quã interdictum, ſeu ſuſpenſio, per argumentum â fortiori, quo probari videtur, quod ſi ſuſpenſio, & interdictũ, quæ non ſunt adeò nociua retento eodem themate ſequuta ſatisfactione vlterius non progrediuntur, neque requirunt nouam abſolutionẽ, ſeu relaxationem, multo magis, iuxta eandem hypotheſim, ceſſabit excommunicatio, neque erit neceſſaria noua abſolutio, vtpotè quia magis nocet, quam aliæ cenſuræ, iuxta proximè dicta.

39 Altera ſententia prædictæ extrema verior quidem eſt, atque communi omnium Tribunalium Eccleſiaſticorum vſu, & praxi quotidiana vbique recepta, quæ docet excommunicatum, *donec ſatisfecerit*, per ſatisfactionem non abſolui, nec liberari ab excommunicatione, ſed adhuc noua abſolutione indigere, & hoc iure vtimur, vt diximus in propoſitæ dubitationis ingreſſu.

40 Quam ſententiam, vbique gentiũ, ſtylo & conſuetudine iudicantium receptam & approbatam, tenent, atque defendunt vt iacet, Abb. Panor. in dict. cap. 1. de iud. num. 6. And. Alciat. nu. 10. Philip. Dec. 2. lectura notab. 6. ibidem Henrriquez in 2. part. ſumm. lib. 13. de excommunicatione, cap. 29. num. 2. Martin. Nauar. in man. cap. 27. nume. 16. Gutierrez in qq. Canon. cap. 5. num. 7. Couarr. in cap. alma mater, 1. par. §. 10. num. 15. & §. 2. num. 7. & de ſponſal. 2. par. c. 6. num. 16. ante omnes gloſ. verb. *donec*, verſ. *in excommunicatis*, in Clem. 1. de decimis, docet communis Canoniſtarum Schola in dict. cap. 1. de iud.

41 Et præterquamquod ſtylus vſus, & conſuetudo omnium Tribunaliũ, rem hanc ſic ſemper receperunt, veritas dictæ ſententiæ ſuaderi poteſt efficaciſsimis rationibus: ſupponamus enim, vt melius, & facilius veritatem hanc poſsimus inueſtigare, & confirmare iſtam ſecundam ſententiam, excommunicationẽ fuiſſe ſimpliciter prolatam, ſine adiectione il-

Digitized by Google

la,*donec ſatisfecerit*, planum eſt nullusque dubitauit, ita excommunicatum, etiamſi obtemperaſſet, & ſatisfeciſſet iudicis præcepto, adhuc fore abſoluendum,ſicut praxis obſeruat,& perpetuò obſeruauit eccleſia: tunc ſic argumentor excommunicatione ſimpliciter prolata ſemper reſtat noua abſolutio, ſine qua euitari non poteſt excommunicatio, igitur etiam ſi proferatur ſub illo adiũcto, *donec ſatisfecerit*, ſuper qua noſtrum thema verſatur indigebit adhuc excõmunicatus noua abſolutione,cõſequentiam probo, quia certum & expeditum eſt,in quacũque excommunicatione ſimpliciter prolata in eſſe ex natura rei adiectionem illã, *niſi ſatisfecerit*, vel *donec ſatisfecerit excommunicatus*, ſic enim ſubintelligendæ ſunt excommunicationes, quæ quotidiè proferũtur, at id quod tacitè ineſt, ſi exprimatur nihil operatur,ex dict.l.3. de legat.1.cũ vulg. quemadmodũ ergo ſimpliciter pronunciata excommunicatio non eliditur per ſatisfactionem, ſed neceſſaria eſt noua abſolutio,ſimiliter quãdo profertur ſub iiſdem verbis noſtri thematis, noua abſolutione indigebit,nulla enim ſatisfactio quantumuis plena,& pleniſsima ſufficiens eſſe poterit ad præſtandam, ſiuè cauſandam abſolutionem excommunicato,cap.â nobis 28.verſ. *vndé*, c. cũ deſideres 15.verſ.*cui*, & verſ. 3. cum ſeqq.de ſententia excommunicationis.

42 Præterea eandem partem efficaciſsimè probant nonnulla iura expreſſa,quorum non infimum locum obtinet Innocent. III. Pontificium reſponſum,dum reſcriberet vniuerſis Doctoribus Pariſijs commorantibus,relatum in cap. ex litteris 11. de conſtit. qui ſermonem inſtituens,de eo qui propter contumatiam,non in perpetuum,ſed vſque ad ſatisfactionem,communione fuerat priuatus, in illa verba ſalutaria prorrumpit Põtifex: *cum ſatisfactionem congruam exibuerit reſtitutionem obtineat*,&vlterius, *mandamus quatenus ſupradictum Magiſtrum ſtatutis veſtris,nũc humiliter parere curantem ad communionis veſtræ conſortium in magiſtralibus admittatis*, vbi expreſſè Innoc. III. poſt congruam & plenam ſatisfactionem, & exhibitam obedientiam,requirit nouam reſtitutionem,& nouam admiſsionem illius Magiſtri,qui propter contumatiam fuerat communione priuatus.

43 Idem probat text.in dict.Clem.1. de decimis,verſ.*quod ſi*,ibi, *ante ſatisfactionem condignam nullatenus abſoluendi*,& confirmat altera Clem.2.de hæreticis poſt princ.in illis verbis, *á quæ non poſsint abſolui*,&c. & iterum in illis verbis, *donec illis á quibus extorſerint plenè ſatisfecerint*,vbi dum ſermo eſſet de excommunicatione eam nõ poſſe euitari, quantumuis plena ſequuta ſit ſatisfactio, niſi noua ſubſequatur abſolutio docetur,&ita tenet gl.iũcto tex.in c.quãuis 58.de ſentẽtia excomunicationis, ſicque manifeſta res eſt,vt otioſum ſit illam amplius confirmare, & verbis nedum adumbratis ſed expreſsis docuit iſtam veritatem Concil.Nationale African.cuius particula refertur, in d. cap.1.de iud.quo loci præmiſſa ſatisfactione, adhuc fore abſoluendum Quoduultdeum Epiſcop. Cẽturien. ſatis oſtendit Concil.ſub illis verbis, *donec ſatisfactione præmiſſa fuerit abſolutus* licet enim poſſet quis commiſci,ex eo ibi: fore neceſſariã nouã abſolutionẽ,quia totũ id fuerat expreſſũ, in excõmunicatione prolata ſub illa forma, *donec ſatisfactione præmiſſa fuerit abſolut°*,tamẽ ſecuri° docebit qui dixerit magis voluiſſe Cõc.in illa locutione ſe conformare cũvſu,

&

Digitized by Google

& stylo ecclesiæ recepto, vt quãtumuis plenam quis exhibeat satisfactionem egeat adhuc omninò, noua absolutione.

44 Verùm vlterius istam receptam, & verissimam doctrinam, magis ac magis confirmasse videbimur, si retenta dicta secunda sententia, tanquam veriori, & frequentiori, accedamus ad diluenda fundamenta illa, quę pro priori opinione pugnare videbantur, & ad primũ, quod oriebatur ex significatione illius particulę, *donec*, quam dicebamus temporis extremitatem significare, & ex d.l. Imperator cum similibus, vndè promanauit vulgatum iuris dicteriũ, *quod prohibita ad certum tempus eo finito, atque transacto concessa censentur*, facile respondebis, si consideres multa esse in iure, quæ tacitè, seu per tacitam concessionem, tolli, & auferri possunt, alia verò, quæ concessionem expressam requirunt, rectè ergo procedebat argumẽtum in his, quæ possunt tacitè auferri, & euitari, nec requirunt concessionem expressam, in quibus sufficit tacita voluntas concedentis quod antea prohibuerat: at cum excommunicatio, qua quis priuatur à communione fidelium, expressam restitutionem expostulet, vt proximè relata iura docebant, fieri non potest, vt talis restitutio, ex coniecturis quantumuis bene fundatis, seu ex tacita priuantis mente inducatur, quinimò expressa restitutionis verba petenda sunt, vt statim clarius explicabimus. Nec perpetuum est particulam illam, *donec*, denotare temporis extremitatem, neque implicare semper, transacto illo tempore, oppositum eius, quod antea erat sequendum esse, vt si prius fuerat excommunicatus, donec satisfecisset, secuta satisfactione eo ipso, & statim liberetur ab excommunicatione: quoniam potius attendẽda est subiecta materia, quæ talis esse poterit, vt transacto tempore illicò sequatur contrarium, absque nouo opere, vt in suspensione, & interdicto, & eius naturæ, vt quamuis cesset præfinitum tempus, non sequatur oppositum eius, quod antea erat, ne si contrarium implicetur, sequatur aliquod absurdum, siuè magnum inconueniens, vt rectè sicut cætera omnia considerauit D. Thom. 3. par. quæst. 25. art. 3. ad 3. explicans illud Mathei cap. 1. *non cognouit eam donec peperit*, &c relatũ in c. Ioseph. 5. de verb. sig. & adduxit similia iura glo. in c. quod dicitur 4. eod. tit. vbi ita docẽt Abb. & communis schola, magnum quippè absurdum esset, & inexpiabile crimen, ex illis verbis, *nõ cognouit eam donec peperit*, velle deducere, quod postquam peperisset, cognouisset eam: & absurdum etiam esset affirmare, quod excommunicatio maior, quæ ex natura sua perpetua est, in quo differt à minori excõmunicatione, iuxta tex. in cap. quia 10. q. 1. & in c. clericos, vbi tenent communiter DD. de cohabitatione clericorum, cesset contumatia cessante, & sequuta satisfactione duntaxat, quasi particula, *donec*, siuè sub intellecta, siuè expressa, implicet quod si satisfecerit amplius nõ erit excõmunicatus, quę implicatio admitti certè nõ debet, ne sequatur absurdum, quod quis cõtra vsum ecclesiæ receptasque traditiones, non habita absolutione, sola satisfactione contendat sefore absolutum, quod falsissimum est, & cõtra proxime tradita.

45 Nec obstat id quod accesserat deinde, ad confirmationem dictæ prioris sententiæ, à nobis reiectæ, dũ expendebamus, videri, necesse non esse absolutionem aliqua, præter ipsam satisfactionem, quia excõmunicatio

ta-

talis conditionis eſt,vt non requirat certa & determinata verba quemadmodum neque abſolutio: Reſpondemus enim quod licet fatẽdum ſit certa præfinitaque verba non præreq̃iri,ad hoc vt quis abſoluatur, negari tamen non poteſt aliqua deſiderari,quæ importent,atque ſignificẽt, vinculi relaxationem: neque ſatis erit aucupari,aut colligere abſolutionem,ex tacita, vel ſubintellecta excommunicantis mente: non enim datur abſolutio tacita, ſed expreſſa, & verbis expreſsis prolata exigenda eſt, & tantum abeſt,vt excommunicatione pronunciata ſub illa adiectione, *donec ſatisfecerit*, colligi poſſit tacita abſolutio,ſiuè vinculi relaxatio,poſt ſatisfactionem, vt oppoſitum facilimè valeat deduci: etenim ſi verum,& rectum ſenſum, illorum verborũ attendamus,ſignificãt excommunicatum manſurum, & permanſurum in excõmunicatione donec reſipiſcat,& ſatisfaciat, & nullatenus prius abſoluendum,id eſt ante ſatisfactionem,ea verò ſequuta, ſtatim abſolutionem mereri, foreque quam primum abſoluendum, idẽq; importãt,verba,*donec ſatisfecerit*, vel *donec ſatisfactione præmiſſa fuerit abſolutus*, id eſt non antea excommunicatum vinculi relaxationẽ mereri, quã ſi ſatisfaciat,& obtemperet, mandatis iudicis excommunicantis:in quo ſenſu accipienda ſunt iura,in c.propter,& in cap.quamquã,vbi glo.verb. *ſententiam*,18.diſt.& in dict.cap.1. de iud. ad eandemque interpretationẽ reducenda quæ ibidem adduxit Philipp.Dec.in 2.lectura notab.6.nu.2. & quamplurima,quę contra communem,& veriorem ſententiam expendebat Aug.Beroi.in d. c.1. de iud.n. 75.&76.

46 Id verò quod tradiderunt Ant. & Abb.nu.vlt.in dict.cap.fin.de matrimon. contr. contra interdictum Eccleſiæ,& Dominicus, quos ſequuti fuerunt Dec. vbi proximè Felin. num.4.Alciat.num.10.in dict.cap.1. de iud.longè videlicet aliud iudiciũ eſſe de Roman. Pont. excommunicante ſub illis verbis, *donec ſatisfecerit*, & in tali ſpecie non requiri nouã abſolutionem, *ſi verum eſt*, procedit ex eo,quia cum Pont.Max.(vt exploratum eſt) ſit ſupra omne ius humanum poſsitiuum, ſit eum poſſe excommunicatum abſoluere, non adhibita cauſæ cognitione,neque vlla obſeruata forma,argumento Clem. ſi ſumus de ſententia excommunic. & vulg.c.propoſuit de conceſsione præbendę.

47 Alterum rurſus argumentum, tertio loco propoſitum,quod mirum in modum vrgere diximus pro dicta priori ſententia,ſumptum ex equiparatione trium cenſurarum, excommunicationis,ſuſpenſionis, & interdicti, vt quemadmodum interdictũ, atque ſuſpenſio,adueniente tempore præfinito omninò ceſſant, & extinguntur, idem ſimiliter dicendum eſſet in excommunicatione, quod deberet ceſſare, atque ſuſpendi ſtatim ſatisfactione ſequuta, illud inquam argumentum, nobis negotiũ non faceſsit, ſi conſideres illud eſſe excommunicationis ingenium,atq; conditio, vt ſit multo magis nociua, quam aliæ pœnæ inflictæ à iudicibus eccleſiaſticis, multoque magis noceat,quam ſuſpenſio, ſeu interdictũ, vt probat vulg.text. in d.capi. corripiantur: etenim per excommunicationẽ (vt planum eſt) præſcindũtur, excommunicati,à communione fidelium,efficiunturq; membra Satanæ,cui olim viſibiliter tradebantur, vt colligitur ex B. Paul. teſtim.1. ad Corinth.cap.5.relato,in cap.audi,in princ.2.quæſt.3. ſi adiungas patruũ,

&

& aliorum Doctorũ explicationem tradditam ab Henrriquez d.lib.13.c. 1.nu.3. vbi contra Medin. ſequutus communem ſententiam hanc conſiderationem confirmat.

48 Cõſiderabis præterea 9 inter reliquas diferẽtias à DD. relatas, inter excommunicationem, ex vna parte, & ſuſpenſionem, & interdictum, ex alia, (quod attinet ad propoſitũ) illa præcipua videtur, quod interdictum, atque ſuſpenſio, nullam expoſcunt certam formam, neque verba requirunt, vt ceſſent, & ſuſpendantur, contra verò excommunicatio maior, certam formam prærequirit, ad hoc, vt excommunicatus etiam ſecuta ſatisfactione abſoluendus ſit, ſicuti probant nonnulla iura, ad id pluſquã expreſſa: inter quæ primum locum tenet tex. ſic interpretan. in c. ſeruetur 2.q.3. ibi: *quouſque Epiſcopo ſuo viſum fuerit humaniorem circa eos ferre ſententiam*, nec minus confirmat tex. in d.c. â nobis, ibi: *abſolutionis etiam forma*, & in d.c. cùm deſideres in illis verbis, *ni ſi fuerit ſecundum formam eccleſiæ*, &c. quibus iuribus apertè demonſtratur abſolutionis, certã præfinitamq; formã in Eccleſia Catholica receptam eſſe, quæ ſub aliqualib' verbis, vinculi relaxationẽ denotãtibus, conceda tur neceſſe eſt. Vndè deducitur per ſequelã, ad relaxationẽ interdicti, & ſuſpẽſionis, ſufficere quidẽ, tacitã ſuperioris voluntatẽ, quæ reſultat ex illis verbis, *ſuſpendo vel interdico donec ſatisfecerit*, quippè vbi nõ requiritur expreſſa abſolutio, ſeu relaxatio, ſufficit tacita, ex mente proferentis interdictum, ſiuè ſuſpenſionẽ deprehẽſa, ex regul. l. 3. ff. de rebus cred. etſi cert, petatur: retro dicendum eſt in excommunicatione cuius abſolutio non poteſt ex coniecturis, & tacitã excommunicantis mẽte deduci, ſed expreſſa deſideratur.

49 Profluit etiam, atque dimanat ex dictis facilis præfatæ argumentationis reſolutio, cum enim excommunicati arceantur á communione fidelium, non quomodocumque, ſed ſolemniter adhibitaq; cauſæ cognitione, fuerintque præſciſſi, ab Eccleſiæ communione, & interim facti Satanæ mẽbra, cũ ratione coniunctum, & copulatum, viſum eſt, ipſimet Eccleſiæ Catholicæ, excommunicatum ita ligatum, quemadmodum ſolemniter exiuit, ita magna adhibita ſolemnitate, ad Eccleſiam redire, à qua ſemel fuerat præciſſus, & inconueniẽs non leue, imò maximum abſurdum; (vndè ſcandalum, & alia mala oriren tur) ſi ſic excommunicati per ſolam pœnitentiam, & ſatisfactionem, abſque noua abſolutione, tacitè ſolum reconciliarentur, non adhibita aliqua verborum ſolemnitate. In ſuſpẽſione verò, & interdicto, quæ non reijciunt homines â communione fidelium, ſed adhuc exiſtentes intra eccleſiæ limina, interdicuntur, & ſuſpẽduntur, minor exigitur reconciliatio, & tacita, quæ ex coniecturis deduci ſolet, ſufficiens erit, qua ratione ceſſat, atque diluitur prædictum argumentum.

50 Quò fit vt non ſine cauſa veniat taxandus Franciſc. Riparien. in dict. cap. 1. de iud. nume. 24. qui non ſatis cautè exiſtimauit interdictum, etiam prolatum, *donec ſatisfecerit*, nouam relaxationem expoſcere, adhuc poſt ſatisfactionem ipſam, adductus authoritate tex. in dict. cap. quamquam de cenſibus lib. 6. in final. verbis, vbi Roman. Pontif. præcipit, non aliter homines de quibus in illa ſpecie, quam præmiſſa ſatisfactione, conſequuturos abſolutionem, ab excommunicatione, & relaxationem ab interdicto, igitur, (inquit Rippa) etiam ad hoc, vt ceſſet interdictum, quamtumuis

tumuis ſatisfactione ſecuta, requiritur noua relaxatio. Duabus tamẽ de cauſis magnoperè decipitur, præcitatus author, etenim interdictum de quo in illo text. vt colligitur ex verbis eiuſdem,pronunciatum fuit, ſub ſpeciali quadam forma, ſecũdũ quã, etiam poſt ſatisfactionem,requireba tur noua relaxatio, quod vtique ipſemet interdicti author iure potuit exigere, & ſub tali forma interdictum proferre, ſicut reipſa prolatum fuiſſe, denotant,atque demonſtrant ipſamet illius text.verba ad extremũ relata. Præterquamquod, ibidem non erat ſermo, de interdicto, *donec ſatisfeceris*, circa quod verſatur totũ thema noſtræ diſputationis, ſed impoſitum erat ſimpliciter,quodam interdictum, vt imponi ſolet, & minimè ſub dicta adiectione,*donec ſatisfeceris*, nec ſub aliqua alia, ſed de plano, vt fieri conſueuit in Tribunalibus eccleſiaſticis.

51 Denique vt omnimodam habeas argumentorum reſolutionem, iterum cõſidera,parum intereſſe, quod abſolutio ab excommunicatione,indulgeri poſsit, non adhibitis certis, ſeu determinatis verborum formulis,certiſsimum enim eſt coacta iuris ratione deſiderari,hæc vel illaverba, quæ ſaltim denotent vinculi relaxationem, vndè deducitur, quod etſi magis noceat excommunicatio,quã reliquæ cenſuræ, nihilominus non ita facile, & ſine ſolemnitate, ab excommunicatione liberemur, quemadmodum à cæteris cenſuris exire conſueuimus,neque intendit iudex, nec ſi maximè voluiſſet poſſet,per tacita verba,abſolutionem ab excommunicatione impartiri.

52 Nec poſſum ſilentio prætterire, quodam notabile, vtile & quotidianum in praxi,ſtantibus legibus Regijs imponentibus pænam aduerſus eos,qui diu quam par eſt, contumaces,perſeuerant in excommunicatio nis ſententia,etiam illos,qui plenè ſatisfecerint, poſt plenam ſatisfactionẽ,quandiu non abſoluuntur pænas per dictas leges Regias,impoſitas incurrere,cum re vera, etſi magis plenè ſatisfecerint,in effectu non fuerint abſoluti, neque dimiſſerint excommunicationem, quin potius indebitè permanſerint in ea; accuſarique debeant,& poſsint,nec non prę dictis pænis vexari, quibus reſoluta manet propoſita dubitatio, relictis alijs multis,quæ poterant adduci, ne vlterius in tam longa parentheſi progrediamur.

53 Atque vt iam â dicta controuerſia expediti,quaſi quodam poſtliminio reuerſi,ex tam prolixa digreſsione ad viam redeamus: iterum acingentes nos itineri, & interpretationi dict.cap.nuper, quod dicebamus non de diſpenſatione, ſed de abſolutione verba feciſſe:inſuper, præter intellectum ſuperius aſsignatum non inſubtiliter circa illum textum conſiderare oportebit,vt morem geramus interpretibus,qui vulgo textũ illum, ad materiam diſpenſationis, adduxerunt, propterea efficax eſſe argumentum in excommunicatione,ex eo quia conditor canonis,aut conſtitutionis,ſibi non retinuit, ſiue reſeruauit, abſoluendi poteſtatem, eo ipſo datam videri, atque commiſſam abſolutionem inferioribus,quoniam excommunicatio in quantum cenſura eſt,attenta ſua natura, & ex ipſa iuris diſpoſitione mente, & voluntate ipſiusexcommunicantis,ſemper habet imbibitam talem adiectionem, ſeu conditionem,*donec excommunicatus ſatisfactione præmiſſa abſoluatur*, vt denotant illa verba dict. capi. 1. de iud.vſui recepto, & conſuetudini Eccleſiæ conſentanea, *donec ſatisfactione*

Digitized by Google

ti factione præmiſſa fuerit abſolutus, vſqueadeò vt nihil interſit, ſi ab excõmunicante mentio facta non ſit, de abſolutione, qui ſimpliciter protuliſſet excommunicationem: etenim nihilominus tacitè,& implicitè, & ſecundum iuris intellectum dum eam author canonis, ſeu legis, ſibi non retinuerit cenſebitur inferioribus conceſsiſſe,quaſi expreſſè ipſius abſolutionis meminiſſet, quo caſu dubitari non poſſet,quin foret adEpiſcopum relata. Idemque dicẽdum eſt,quoties in canone de diſpenſatione mentio fit, ſicuti factam fuiſſe, in d.c. nuper comminiſcũtur cõmuniter interpretes: in quo caſu rectè procedit argumentum Pontificis ibidem,ſemel enim facta diſpẽſationis mentione, benè ſequitur Epiſcopũ diſpenſare poſſe,ſi conditor legis ſibi non retinuit diſpenſationem, in eoque conſiſtit diferẽtia in propoſito inter abſolutionem,&diſpenſationem,quod abſolutio etiam ſi nõ exprimatur,videbitur incluſa,atq; comprehenſa,in ipſo canone ex iuris diſpoſitione,canon tamen,aut ius commune,rem aliquam ſtatuens,ſiuè prohibens non ſemper cenſetur, diſpenſationis meminiſſe,neque ſupponere aut includere illã,niſi lex ipſa manifeſtè expreſſerit, & declarauerit: ad quas conſiderationes reducenda ſunt,quæAbb.Panor.& Authores ſuperius relati, traddiderunt conſtituẽtes diſcrimen in hac materia, inter diſpenſationem & abſolutionẽ. Igitur dici poteſt, datis paribus terminis, ſcilicet quod conſtitutio fecerit mentionem diſpenſationis, quẽadmodum expreſſè, vel implicitè, ſemper facta, cenſeri debet ipſius abſolutionis, nullam quo ad propoſitũ verſari diferẽtiam,inter abſolutionẽ de qua diximus,& diſpenſationẽ, cuius meminit d.c.nuper, vtroq; enim caſu data paritate terminorum cenſetur conceſſa diſpenſatio,ſeu abſolutio inferioribus, dum ſuperior eas ſibi non retinuerit.

54 Tandem non impedit ſupradictã reſolutionẽ,quam vtpotè veriſimã, amplexi ſumus in quæſtione noſtra principali,deductũ argumentũ, ex l. nec non,poſt principiũ, ff.ex quibus cauſis maiores,facientes vim pro cõtraria ſententia,in Vlpiani doctrina, de qua ibi,quatenus clauſulã Prætoris,circa reſtitutionẽ cõcedendã, ſic interpretatur,vt Prætor nõ polliceatur,reſtituturũ, abſentes, de quibus ibi,*ſi leges permittant,ſed ſi leges nõ prohibeant*,&c,etenim ſi diligenter expẽdamus illũ textũ reperiemus ſanè,de reſtitutione loqui,nõdediſpẽſatione inter quę duo,in propoſito, longiſſima profecto diferẽtia verſatur: diſpenſatio namque ſemper iuri cõmuni ſcripto aduerſatur, propriumque munus,& officiũ diſpenſationis eſt, relaxare, & quodam modo, pro parte tollere,canones,ſeu leges, in aliqua materia ſtatuẽtes: vndè profluit atque dimanat,neceſſario requiri, legem aliquam, ſeu conſtitutionem, quæ prælatis inferioribus, expreſſe, vel tacitè,faciat diſpẽſandi poteſtatẽ,atque ita interpretari debet,vulgatũ illud iuris dicteriũ deduci conſuetũ,ex ca.2. de translat.Prælat.*omne id prohibitum cenſeri*; *quod lege aliqua non reperitur conceſſum*, id eſt (vt ex dictis colligitur) quãdo ius cõmune, & lex aliqua ſtatuunt,vel prohibent, ſuper aliquo negotio, tũc prohibita cẽſeri debet diſpẽſatio,vbi nõ inuẽniatur cõceſſa.Diuerſimodè tamẽ ſe res habet,in reſtitutione, de qua ſermo eſt,apud Vlpian.in d.l.nec non,ſi conſideres reſtitutionẽ non largiri, directè cõtra leges,ſiuè canones,ſed magis præter illos,quare neceſſè nõ eſt,quod lex aliqua, prætori cõcedat fa-

facultatẽ largiẽdi reſtitutionem, ſed ſufficiet non dari legẽ aliquã, illam prohibentẽ, ſemper enim poterit Prętor illã concedere, dummodo non inueniatur prohibita talis reſtitutio: aptiſsimũque,& iuris principijs,valde cõſonũ fuit illud docẽdi genus, quo fuit vſus, Vlpian⁹ doctiſsi. I. C. in d.l.nec non,dum docuit ſufficere circa ſubiectam materiam, quod lex non prohibuiſſet reſtitutionem, neque opus eſſe, quod illã permiſſerit.

55 Illudque ad calcem huius diſputationis, & celeberrimæ controuerſiæ,non erit inutile admonere, ſemper in hac materia diſpenſationis,dari prohibitionem, ſi conſideres nihil referre, quod leges, vel canones in ſpecie, diſpenſationem non interdicant,circa hunc, vel illum caſum, ſatis enim erit generaliter & perpetuó cenſeri inferioribus denegatam diſpenſandi facultatẽ,ſi iterum expẽdas neceſſariam non eſſe ſpecialem prohibitionem, vbi reperitur generalis expreſſa,in illis legibus,& canonibus,iureque communi, quod vętat liberum non eſſe inferioribus,diſponere aduerſus ſuperiorum leges, imò canonum ſtatuta, ab omnibus obſeruanda forè,iuxta vulgatiſsima iura,in dict.ca.cum inferior, c.quod ſuper his de maior.cap.1. de conſtit. ex quibus quatenus docent,canones ab omnibus cuſtodiri debere,colligitur,generaliter prohibitã illorũ iuriũ relaxationẽ,ſeu diſpenſationẽ: lõgè ergo diuerſum iuditiũ eſt,latumque diſcrimẽ,inter reſtitutionẽ,de qua in d.l.nec non,poſt principiũ,& diſpẽſationẽ circa quã tota noſtra diſputatio verſata eſt,ſemperque ab aduerſariorum telis,libera manet doctrina de qua ſupra,qua conſtanter docuimus integrum non eſſet inferiorib⁹ Prælatis,diſpenſare in ſtatutis,& cõſtitutionibus ſuperiorum, quod vtique veriſsimum eſt.

Summaria ad Controuerſiam 4.

1 *QVemadmodum in corpore naturali ceterorum mẽbrorũ vis & gubernatio à capite pẽdet,ita in corpore ſiclo communitatis,cuius caput,& Rector,ſine ſolus ſiue cum ſubditis poterit ſua ſtatuta condere.*

2 *Explicatur lex, ſi duas, §.decet, ff. de excuſat.tut. vt loquatur de communitatibus minoribus,quas planum eſt non poſſe leges condere.*

3 *Proponitur dubium an Capitula cathedralium,abſque interuentu Epiſcopi poſsint ſtatuta condere.*

4 *Canonici cathedalis Eccleſiæ dupliciter cõſiderari poſſunt, vno modo, vt conſtituunt Capitulũ, alio modo, vt clerici ſunt illius eccleſiæ,ſecundum hãc poſteriorem conſiderationẽ ſunt mẽbra Epiſcopi,& Epiſcopus illorũ caput,nouitatis priori cõſideratione, Capitulũ enim etiã ſine Epiſcopo eſt verũ corpus,& vera cõmunitas.*

5 *Quomodocumque Capituli mentio fiat comprehenditur Decanus,abſque expreſſa Decani mentione,licet aliquã dominum Decani mentio fiat,nec nõ, in litteris,& mandatis Apoſtolicis quia inter omnes alios de Capitulo Decani dignitas notabilior, & dignior eſt.*

6 *Decani ſemper & vbiq; de iure Archidiaconis præferuntur,& expẽditur text.in c.eamte de reſcriptis ad probandum in reſcriptis non eſſe faciendam Archidiaconi mentionem, ſed ſufficere,quod cum alijs canonicis, & dignitatibus eccleſiarum innoleantur.*

7 *Decani dignitas nõ ex lege aliqua,ſed à con-*

Digitized by Google

à conſuetudine originem traxit.

8 *Vbi in iure de aliquibus Prælatis mentio fit gratia exempli dumtaxat, nõ erit attendendus, neque obſeruandus ordo ſcripturæ, & explicatur* t. *decernimus de indic.*

9 *Erant olim Decani qui in militia decem millitibus præerant ad quorum ſimilitudinem per translationem quandam conſuetudo introduxit, vt verbum,* Decanus, *referatur ad dignitatem eccleſiaſticam in Eccleſijs Cathedralibus exiſtentem, & explicatur c. ad hæc, de offi. Archi.*

10 *Hodiè non reperiuntur Archidiaconi, de quibus olim, vnde recté Congregatio Cardin. intellexit decretũ Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de refor. vt nõ loquatur Concilium de Archidiaconis huius temporis.*

11 *In his quæ ſpectant ad communitatem canonici conſiderari debent, tanquam Capitulum in alijs verò, quæ ad ipſos pertinent, tanquam clerici.*

12 *In rebus ad Capitulum pertinentibus benè poſſunt canonici, abſq; Epiſcopis ſtatuere, quippè ſine illis vnũ corpus efficiunt.*

13 Explicatur reſolutio communis ſchole in c. cum ab eccleſiarũ, de offic. ord. aſſerentis, quod poteſtas omnium eccleſiarum ab Epiſcopi poteſtate duxit initium.

14 *Id quòd dicitur Capitulum poſſe ſtatuere ſine Epiſcopo limitatur in arduis & difficilimis negotijs.*

15 *Dubium non eſt eccleſijs iura communitatis conceſſa fuiſſe, non tamen ita ampla poteſtas illis data eſt, vt in arduis in conſulto Epiſcopo ſtatuta facere poſſint, ſicuti neque Epiſcopi graviora negotia Papæ in conſulto tractare poſſunt, quæ iuris intellectu ipſimet ſummo Pontifici reſeruantur.*

16 *Quam plurima reperiuntur in iure, in quibus non poſſunt Capitula Cathedralium ſtatuere ſine conſenſu Epiſcopi, quorum nonnulla enumerantur, & explicatur text. in cap. ex parte, de conſtit. & in cap. ex tua, & in cap. inter quatuor, de clericis non reſidentibus.*

17 *Interpretatur tex. in cap. cũ conſuetudinis, de conſuetudine, vt verſetur in d. exceptione dictæ regulæ.*

18 *Aſſignatur intellectus ad cap. nouit, de his quæ fiunt à Prælat. vt loquatur de canonicis, conſideratis, tanquam clerici iuxta ſuperius propoſitam diſtinctionem.*

19 *Legatum relictum canonicis, eccleſiæ & non ipſis debetur, quemadmõdum legatum relictum ciuibus ciuitati debetur.*

20 *Contraria ſententia verior & communior eſt, quia priuilegium canonicis relictũ, non ſpectat ad eccleſiã & relictum perſonis qui eccleſiæ adminiſtrationem non habent, non cenſetur relictum contemplatione eccleſiæ, expeditũ autẽ eſt canonicos non eſſe eccleſiæ adminiſtratores.*

21 *Conſtituitur differentia inter legatũ relictum ciuibus, & inter legatum datum canonicis.*

22 *Reijcitur præfata differentia, pariter enim ciues poſſunt dupliciter conſiderari ſicuti canonici.*

23 *Expenſæ ciuitatum, aliæ ſunt, ad quas ciues contribuere tenentur, aliæ verò quæ erogari debent ex publicis redditibus.*

24 *Agitur de intellectu. l. 2. ff. de reb. dub. & reijcitur ratio conſiderantium maiorem affectionẽ teſtatoris erga ciuitatem quam erga ciues.*

25 *Reijcitur etiam intellectus aſſerentiũ, ideò legatũ ciuibus non deberi, quia commodum non patereturdiuiſionem, & inutilè foret legatum inter tot numero perſonas.*

26 *Denique reijcitur intellectus dicentium,*

Digitized by Google

rium,ideòtale legatum deberi Reipublicæ,quia cives tanquam adminiſtratores illam repreſentant.

27 *Tandem aſſignatur verus intellectus ad d.l.2. ideò ſic reſpondiſſe Papinianum, vt in communebonum redundaret legatum: & ſi nomine civium Patricij ſolum acciperentur profectò in tali caſu non ciuitati deberetur legatum, ſed nobilibus.*

28 *Relictum canonicis Capitulo debetur diuidendumque eſt inter omnes ſicuti alia bona Capituli, & notatur Dominus Couarr.quod malè allegauerit Felinum, & Barbariam.*

29 *Quænam ſolemnitas à iure conſtituta eſt ad condenda ſtatuta.*

30 *Vbi omnimoda poteſtas condendi ſtatuta reſidet penes totam communitatem quatuor potiſſimum requiruntur,vt ſtatutum valeat,quorum primum ſit ſtatuentium conſenſus.*

31 *Secundum requiſitum eſt, vt adſint duæ ſaltim partes Decurionum, tertium vt omnes aduocentur.*

32 *Quartum requiſitum, vt maior pars eorũ qui ad ſunt ſtatuto conſentiat.*

33 *Quinta conditio, vt maior illa pars illorum qui ſtatuto cõſentiunt ſanior ſit, & conſtet ex perſonis maioris authoritatis.*

34 *Si facultas ferendi ſtatuta ſoli ſuperiori cõpetierit,ſatis erit illius decretum ad validitatem ſtatuti, digna tamen erat vox Prælati dicentis ſe velle adhibere conſilium maiorũ ipſius communitatis.*

35 *Oportunè dubitatur an talia ſtatuta ſeruari etiam debeant extra communitatem.*

36 *Referuntur duæ opiniones altera Baldi quæ negat,altera Bartoli quæ affirmat.*

37 *Statuta quæ reſpiciunt merita cauſarum,etiam extra communitatẽ ſeruanda ſunt,quæ verò ſolum ſunt ordinatoria iudicij non ita.*

38 *Statuta quæ reſpiciunt merita cauſæ faciunt ius inter partes,ideóque, vbiq; ſeruanda,quæ autem dumtaxat ſunt ordinatoria iudicij alterius territorij iudicem non ligant,ideo neq; ſeruari debent extra cõmunitatem.*

CONTROVERSIA 4.

Vtrûm quælibet communitas in terminis iuris communis,non Interueniente alicuius ſuperioris authoritate,poſsit et valeat ſuas leges ferre,et ſtatuta condere.

DIximus de Epiſcopis,& ſimilibus Prælatis Pontifice Maximo inferioribus, neutiquam poſſe, ſancire leges, ſiue ſtatuta condere cõtra ſuperiorum conſtitutiones, ſimiliterque tradidimus eos diſpenſare non poſſe,in his quæ per Canones & Principum placita prohibita

Digitized by Google

prohibita ſunt: de quibus latè differuimus in duabus quæſtionibus, proximè præcedētibus: nunc ratio perfectæ doctrinæ expoſtulat iure ſuo, vt inquiramus de ipſismet cōmunitatibus, poſsint ne abſq; alicuius ſuperioris authoritate, ſua ſtatuta facere. Quā difficultatē tribus dubitationibus in mediū adductis, & breuiter reſolutis, pro tenuitate noſtra facilimo negotio diluemus. Prius tamen, quā tē hāc agrediamur, & antequā dictas tres proponamus dubitationes, meminiſſe oportebit, iuxta ſuperiorē à nobis traditā reſolutionē, omnes & ſingulas cōmunitatū Rectores, ſiue ſuperiores, modo ſoli ſint, modo cū ſuis inferioribus, ſubditis, ſeu membris, coniuncti atq; copulati, valere quidē, ſuas conſtitutiones ferre, nouaq; ſtatuta cōdere: exploratū autē eſt, concurrētibus ſimul Rectore, & mēbris, cuiuslibet communitatis, eo ipſo integrā & perfectā reſultare cōmunitatē, quæ corpus quodā fictum eſt, iuxta l. proponebatur. ff. de iud. habetq; ſe Rector, ad ſuam cōmunitatē, ſicut caput ad membra ſui corporis, vt quemadmodum, in corpore naturali, cæterorū mēbrorum virtus, & gubernatio, à capite pendet, ſic philoſophandū ſit, circa cōmunitatē, vt docebat B. Thom. 3. p. q. 8. ar. 1. igitur conſequens ſit quamlibet cōmunitatem, ſuas leges ferre poſſe, & ſtatuta condere, abſque alicuius ſuperioris authoritate.

2 Quā cōcluſionē, atq; doctrinā amplexus eſt Bart. cōmuniter receptus in l. omnes. n. 6. ff. de iuſt. & iur. poſt gl. vlt. in l. 2. C. de conſt. pecun. quæ ita docuit per text. ibi: quod ſi obijcias dari minores ciuitates quarūmeminit. I. C. in l. ſi duas. §. decet. ff. de excuſat. tut. quas planū eſt, nō poſſe leges cōdere ſicuti etiā â nobis ſuperius fuit reſolutū: nō cū difficultate poterit ſatisfieri, ex traditis à Frācisco Conn. lib. 1. Cōment. iuris ciuil. c. 13. conſtituentis diſcrimen, inter ciuitates, & reliqua cōmunitatū genera, vt ciuitas differat à communitate, ſicut diſtinguitur pars à ſuo toto, argumento text. in §. plebiſcitū, inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. verb. *ſpecies*, quod ſignificat idem quod pars, vt differat, ciuitas à cōmunitate ſicuti pars à toto, adiuuante populi ſignificatione, quam adducit idem Conn. d. loco.

3 Vt ergo plenā huius cōtrouerſiæ reſolutionē habeamus, trēs breuiſsimè quæſtiones reſoluēdæ ſunt. Prima dubitatio eſt in ſpecie, circa Capitula Eccleſiarū Cathedraliū, vtrū poſsint, & valeant, aliqua ſtatuta edere, abſque eo, quod Epiſcopi, Archiepiſcopi, vel alij ſimiles Prælati interueniant: præſtatq; dubitandi rationē, reperiri nonnulla iura impugnātia ſtatuta facta à Capitulo, abſq; interuentu ſui Epiſcopi, vt in c. cum conſuetudinis, de conſuetud. & ſemper in qualibet communitate, magnopere requiritur conſenſus capitis, id eſt Epiſcopi, qui re vera vnum corpus, cum Capitulo conſtituit, caputq; eſt ſui Capituli, ex text. in c. requiſiſti, ad fin. de teſtam. & in c. nouit, de his quæ fiunt à Prælatis: quare vt valeant talia ſtatuta, capitis conſenſus maximè videtur deſiderari, quamuis partem affirmatiuam, hoc eſt, rectè poſſe communitates, ſeu Capitula Cathedralium, condere ſtatuta ſine ſuo Prælato, expreſſè confirmet text. in ſæpè repet. cap. cum omnes, de conſtit.

4 Quare adhuc ſciendū eſt, vt penitus cōprehendamus dubitationem propoſitā, canonicos cuiuſuis Cathedralis Eccleſię, bipartitò cerni & cōſiderari poſſe: vno modo quatenus coniuncti & copulati, in vnū corpus

Digitized by Google

Capitulũ,ſeu Collegiũ aliquod cõſtituunt: alio verò modo in quantũ repræſentãt illã eccleſiã, & illius clerici ſunt, qua ratione, ſicuti docuit Rom.Pont.in c.requiſiſti,ibi, *cui eſt Apoſtoli coniugio copulatus*, de teſtam. nõ poſſunt tales clerici,vnã cõmunitatẽ,ſiue vnũ corpus cõſtituere, niſi cũ Epiſcopo, qui caput ipſorum eſt, clerici autẽ membra:ſi verò cõſiderentur in quantũ efficiunt Capitulũ, ſeu Collegiũ, revera, etiã ſi Epiſcopus nõ interueniat,crũt & ſunt vnũ corpus,iuxta iura expreſſa in c.Capitulũ Sanctæ Crucis, de reſcript.c. dilecta, de exceſsib. Prælat. quibus in locis,licet non ſatis perſpicuè, id adnotarũt Abb.Panor.Felin.& reliqui,quo caſu Epiſcopus nõ erit pars Capituli,vt admonuit cõmunis ſchola,cũ Abb.nu.3. in c.eam te, de reſcript.& probat text. valde notandus in propoſito,in c.irrefragabili, verſ. *exceſsus*,de exceſsibus Prælat.

5 Quomodocũq; tamẽ Capituli mẽtio fiat,cõprehẽdetur Decanus,quippè de Capitulo exiſtit,& ſub nomine Capituli tanquã pars ſub toto inuoluitur, & cõtinetur,vt voluit glo. 1. in c. cũ inter vniuerſas 18. de elect. & glo.verb.*nullatenus*,per text. ibi in c.poſt electionẽ, de cõceſsione præbẽdę,nec neceſſe erit Decani mentionẽ facere, vt cẽſeri debeat cõprehẽſus ſub nomine Capituli. Quod ſi aliquãdo in iure noſtro repereris expreſſam mentionẽ Decani alicuius eccleſiæ,ſiue directũ reſcriptum aliquod, Decano & Capitulo, vt in c. eã te,de reſcript.totũ id referẽdũ eſt dignitati & qualitati,ſeu claritati ipſius Decanatus(vt ita loquamur) negari enim nõ poteſt, fulgere, & coruſcare, ſeu ſplẽdeſcere inter alios, Dignitatẽ Decanat°,vtpotè quę dignior & notabilior eſt,teſte Caſaneo in Cathal.gloriæ mundi.4.p.conſid. 37.Boer.de author.magni conſilij,& n.71.docet Philipp.Dec. in d.c.eam te,Cardin.conſ.62.poſt d.gl.1.in d.c.cũ inter vniuerſas 18. de elect.qua ratione ob excellẽtiã dignitatis, ſæpenumerò in litteris,& mãdatis Apoſtolicis,fieri ſolet ſpecialis mẽtio,ipſius Decani,vt in d.c.eã te,& in c.ex parte 33.de reſcrip.& in d. c. cũ inter,& paſsim alibi: qua mentione opus nõ eſſet,ſed ſolum fit, quia inter omnes alios de Capitulo; Decanĩ dignitas notabilior & dignior eſt, magisq; ſplendeſcit,& fulget.

6 Quo fit,vt Decani ſemper & vbiq; de iure,Archidiaconis preferantur, iuxta text.in c.ad aures. §. 1. de reſcrip.& patebit ſi expẽdas, in illa eccleſia cuius meminit tex. in d.c.eam te, adfuiſſe Archidiaconi dignitatẽ, & tamẽ in reſcripto,dumtaxat Decani facta fuit ſpecialis mentio, & reliquæ perſonæ de Capitulo ſub cumulo involucroq; verborũ fuerunt cõprehenſę,dato,quod dubiũ non eſt, quin Archidiaconus omnibus alijs dignior exiſtat,& poſt Epiſcopũ,primũ locũ occupet,ipſo Decano, Eccleſiæ Cathedralis abſente, vt docuit glo.in rubr.de officio Archidiaconi,tex.expreſſ.in c.ad hæc,verſic. *ſecundum*,& in c.1.eod.tit.

7 Verum enim verò,id intelligendum eſt,procedere, & initium ſumpſiſſe,nõ ex lege aliqua, ſiue canone ſcripto,ſed ex cõſuetudine,à qua ſupradicta Decanatus dignitas originẽ traxit,fuiſſeq; merũ cõſuetudinis inuẽtũ,certiſsimũ eſt,vt tenuit Coſmas,in pragm.ſanct.tit.quomodo diuinũ oficiũ.§.ſuper his,ver.*Decanus*, Philip.Dec.in d.c.eã te,in prin.poſt glo.2.in cap.ex parte,el primero,de cleric.non reſid.

8 Sed quoties mentio fit in iure de aliquibus Prælatis gratia exempli, ſeu doctrinæ cauſa dumtaxat, non

debet

debet attẽdi, nec ſeruari ordo ſcripturæ, ex text. in c. cum in cunctis. §. inferiora, ibi: *Decanatum, Archidiaconatum* de electione: vnde ocioſus & ſuperuacuus videtur omninò labor gloſſæ 3. in cap. decernimus de iudicijs, quæ proximę doctrinæ obli ta cum aſſequi non poſſet cur ibidẽ Archiepiſcopi poſt Abbates & Epiſcopos fuiſſent collocati, pro verbo, *Archiepiſcopi*, legendum eſſe voluit, *Archidiaconi*, verum frequentior littera retinenda eſt, & ne propter ordinem ſcripturæ Epiſcopi, & Abbates tanquam digniores, & præſtantiores Archiepiſcopis preferri, videantur, ex doctrina gloſſæ 2. in cap. ſedes, de reſcript. & ex reg. l. quoties 42. ff. de vſufructu, rectè ſatisfit ſi dicamus in d. c. 2. de iudi. Epiſcoporũ, Abbatũ, & Archiepiſcoporũ ordine præpoſtero factã fuiſſe mentionem, quia de his non meminit Conci. niſi gratia exempli, ſeu doctrinę cauſa, vt reſponderunt Felin. in cap. cũ dilecta, col. 2. de reſcript. Maranthus de ordine. iudic. 3. p. nu. 113. Cardinalis quem ſequitur Ripa in d. c. decernimus, num. 7. ex quo non fuit ibidẽ attendendus ſcripturæ ordo.

9 Erãt autẽ olim Decani, de quibus dicebamus, (vt hoc vulgus nõ ignoret,) qui in militia decẽ militibus prę erant, vt cõſtat ex tit. C. de Decan. lib. 12. vbi adnotarunt Alciat. & alij, poſt glo. Rubr. Briſon. verb. *Decanus*, ex B. Aug. vbi agit de his, qui in religionibus decem Monachis antecedũt, & præſunt, ad quorũ ſimilitudinẽ per tranſlationẽ quandã, conſuetudo introduxit, vt hoc verbũ, *Decanus*, refetretur ad dignitatẽ eccleſiaſticam in Eccleſijs Cathedralibus, exiſtentẽ, vt docuit Archidiac. in c. in capite. 50. diſt. poſt gl. 4. in l. 1. C. de ſacroſan. Eccleſ. nec non ad eas perſonas, qui propter aliquod mu-

nus, vel officiũ, vel ratione tẽporis, antecedunt & prę ferũtur alijs, in eo dẽ Collegio, qui virtute dictæ trãſlationis appellãtur Decani, iuxta. l. 1. C. de colleg. lib. 11. & l. 9. eo. tit. quæ iura explicuit eleganter Alciat. Parerg. 1. c. vlt. Iacob. Cuiacius, & alij in dict. l. 1. idem Cuiat. in nouell. 43. Briſ. vbi proximè, qui omnes animaduertunt, in dictis iuribus, Decanorũ nomine, intelligi & cõprehendi, quoſdam lecticarios, qui antiquis tẽporibus, mortuis ſepeliendis, funeribus, & exequijs, ex officio prę erãt; Decanus verò, de quo nos loquimur per cõſuetudinẽ introductus, differt atq; diſtinguitur à Decano illo rurali, cuius mentio fit in c. ad hæc, verſic. *ſubſequenter*, de offic. Archidiac.

10 His tamen tẽporibus nõ reperies, in his Regnis Hiſpaniæ, dictos Archidiaconos, ante quos excelere diximus ipſos Decanos Eccleſiarũ Cathedraliũ (Archidiaconos inquam) quales erant in terminis iuris cõmunis, oculi ſcilicet, Epiſcoporũ: adeò vt declarauerit Cõgregatio Cardin. vt obſeruat Nauarr. in man. c. 25. n. 135. Concil. Trid. decretũ, ſeſſ. 24. c. 12. de refor. dũ de Archidiaconis facit mentionẽ non habere locũ, neq; procedere in Archidiaconis huius temporis, quippè non ſunt oculi Epiſcoporum.

11 Deinde conducit ad eandẽ reſolutionẽ, proximius animaduertere, res ſpectare poſſe ad Capitulũ, & ad canonicos Eccleſię Cathedralis, vel alterius cõmunitatis: planè in his rebus & negotijs, quæ ad ipſa Collegia, ſiue cõmunitates, ſpectant, canonici cõſiderari poſſunt & debent tãquã Capitulũ, in alijs verò reſpiciẽtibus eoſdem canonicos conſiderãdi ſunt, tãquã clerici Cathedralis Eccleſiæ. Vnde fit vt canonici ita conſiderati, vt vnum Collegium efficiunt,

Digitized by Google

atque conſtituunt, rectè poſsint, ſua ſtatuta condere, & ordinationes facere, abſque ſui Epiſcopi autoritate, vt decretum eſt, atque ſancitum, â Pont. Max. in d.c. cũ omnes de conſtit. Etenim veriſsimum eſt, & ſuperius reſoluimus nullam cõmunitatẽ, indigere ſuperioris autoritate, ſiue conſenſu, ad hoc vt eius ſtatuta, valeant & teneant.

12 Ex quibus iam facilè conſequitur propoſitæ dubitationi, ſub quadam limitatione reſpondendum fore: vt in ſpectantibus ad ſuam communitatem, ſeu Collegium, valeat & poſſit Capitulum ſtatuere, atque decernere, ſponte, & pro arbitrio ſuo, abſque Epiſcopo, propterea quod in his & ſimilibus cauſis (vt dicebam) ipſimet canonici tanquam Capitulum conſiderantur, vnũ corpus efficientes, & conſtituentes, & non, tanquam clerici Eccleſiæ Cathedralis.

13 Neque oberit reſolutio communis ſcholæ noſtrorũ, in c. cũ ab eccleſiarum, de officio ordin. aſſerẽtium, quod poteſtas omnium Collegiorũ eccleſiaſticorum, ab ipſius Epiſcopi poteſtate duxit initiũ, quod probãt ducto argumẽto ex text. in c. in nouo, iuncta glo. verb. *pari.* 21. diſt. & in c. ſcire. 7. q. 1. reſpõdetur enim eo nõ obſtãte ita ius Collegij fuiſſe canonicis cõceſſum, in quantũ vnũ Collegiũ efficiunt, atq; cõſtituunt, vt ea ratione data ſit illis, in ſua cõmunitate, omnis poteſtas, Capitulis cõpetẽs, à qua poteſtate, ſic canonicis cõmunicata, profluit atq; dimanat, quod poſsint ſua cõdere ſtatuta, abſq; Prælati conſenſu, & authoritate.

14 Quã doctrinã ita limitandã cẽſeo, quemadmodũ in ſimili ſpecie, ſuperius reſtringebã, vt id quod diximus poſſe Capitulũ Eccleſiæ Cathedralis, nõ interueniente Epiſcopo, ſuas facere ordinationes ſtatutaq; cõdere, minimè procedat, n eq; locum habeat, in arduis, & difficilimis negotijs, quæ proculdubio, quantũuis ad Capitulũ ſpectent, priuatiuè, adhuc ſine Epiſcopo, nõ poteſt Capitulũ, circa negotia admodũ ardua diſponere, ſtatuẽdo, ſiue cõſtituendo, per viã cõſtitutionis, vt expreſſè docuit glo. Magiſt. quam cõmuniter recepe runt interpretes in c. 2. §. cæterùm, de verb. ſign. lib. 6.

15 Cuius limitationis rationẽ nõ erit difficilè aſsignare, ſi cõſideres omnẽ authoritatẽ, & iuriſdictionem eccleſiarũ, à Prælati poteſtate deriuari, vt reſoluunt interpretes cõmuniter in d.c. cũ ab eccleſiarũ, de offic. ordin. eccleſijsq; iura cõmunitatis cõceſſa fuiſſe (quod minimè negandũ eſt) non tamẽ ita amplã poteſtatẽ illis data, vt in arduis etiam negotijs, & cauſis, in conſulto Epiſcopo, ſtatuta facere poſsint, quod nulla ratione cõcedendũ eſt. Et ſubijcio rem exemplo, quo facilius intelligatur, certa, & explorata res eſt, Epiſcoporũ, ſeu quorũcumq; Prælatorũ, poteſtatem, & iuriſdictionem à Rom. Pontif. & Sede Apoſtolica, tanquã à quodam perenni fonte oriri, ac deriuari, iuxta text. in cap. ita Dominus. 19. diſt. non tamen ob id poſſent Epiſcopi, tractare grauiora negotia, ſiue ardua & difficilima, magnivè põderis, aut momenti: v. g. ad fidem, & religionem noſtram ſpectantia, & id genus alia, quæ ex iuris cenſura & intellectu Pontifici Max. reſeruata iudicãtur: argumẽto reg. c. vlt. de offi. Vica. in 6. probat text. cum glo. in c. quod trãſlationem, de offic. Deleg. tex. expreſſ. in c. maiores, de Baptiſ. Etenim nõ ita amplã cenſendi ſunt, nacti poteſtatem, vt obtineat etiam, in arduis, & grauioribus cauſis, quæ tam natura ſua, quàm iuris miniſterio Papæ ſunt reſeruatæ.

Indeque

by Google

16 Indeque etiam conſequitur quã plurima, reperiri in iure noſtro, in quibus ob peculiares rationes, iuſtiſq; de cauſis, nõ poſſunt Capitula Cathedralium ſtatuere, ſiue decernere, ſine conſenſu Epiſcopi: qua ratione nõ poterunt Capitula, ſeu congregationes eccleſiaſticæ, numerũ augere, ſiue minuere præbendarũ: vt docẽt interpretes cõmuniter poſt glo.in.c.cũ accleſiſſent, de conſtit. neque decernere, nouumvè aliquid inducere, circa reſidentiam canonicorum, vt etiam tradiderunt DD.& cõmunis ſchola in d.c.cũ conſuetudinis, de conſuetud. hæc namq; negotia, & id genus alia, vt apparet, manifeſtè, admodum ardua, & difficilima ſunt, ideòq; Prælati iudicio reſeruata: ex qua doctrina orta fuit deciſio, tex.in c.ex parte, de conſtit. vbi ſtatuitur ab Honor. III. augmẽtum, ſiue diminutionem præbendarum, & ſimilia negotia, ob dictam rationẽ Epiſcopi iudicio reſeruari: idemq; decretum eſt circa reſidentiam, in cap.ex tuę, & in cap. inter quatuor, de cleric.non reſident.

17 Cui veriſimæ doctrinæ non obſtãt illa duo, quæ initio preſentis dubitationis obiecimus argumẽta: verius enim, atq; receptius eſt, vt reſoluimus, generaliter Capitulũ, abſque Prælato facere poſſe ſua ſtatuta, & ordinationes cõdere: neq; contradicere Pont. reſponſum in d.c.cum cõſuetudinis, qui tex. verſatur in exceptione noſtræ regulę, cũ ſermo fuerit in illo, de ſtatutis circa ardua negotia: notiſsimũ enim eſt rem arduam, atq; difficilẽ eſſe, inueteratas cõſuetudines, velle abrogare: ſeu ſtatuta ab antiquo recepta & obſeruata, labefactare, & infringere, vt probat I.C. in l.minimè.ff.de leg. præſertim cũ à cõſuetudine, & ſtatuto, iam diu obſeruato, diſcedẽdũ nõ ſit, niſi vbi fuerit euidens vtilitas.

18 Similiter nõ obſtat deciſ. cap.nouit, de his quę fiunt à Prælatis, ſi reuoces in memoriã bipartitã iliã diſtinctionẽ, cuius ſupra meminimus, inter canonicos, vt clerici ſunt, & vt Capitulũ cõſtituũt: quoniã tex.in d.c.nouit, loquitur in canonicis conſideratis, tanquã clerici, qua ratione Epiſcopus ſolus & nõ alius, Rector eſt, & caput eccleſię, cõſtituitq; atq; efficit, vnũ corpus, cũ eiſdẽ canonicis, iuxta deciſ. tex.in d.c.nouit: quã doverò nos intrepidè auſi ſumus affirmare, ſpectare ad Capitulũ, ſua ſtatuta facere, abſq; Epiſcopi interuentu, verba facimus de canonicis, non quoniodocũq; ſumptis-ſed prout Capitulũ cõſtituũt, & efficiũt vnũ corpus, ex quibus Capitulũ ipſum cõſtat atq; conſtatur, quorũ caput eſt Decanus, ſeu Præpoſitus eccleſiæ, teſte Bald.in c.vlt.vlt.col.de elect.

19 Ex qua doctrina, colligitur nõ in elegãs reſolutio, cuiuſdã dubij, vtrũ legatũ relictũ canonicis, ipſis, & non eccleſiæ debeatur, in qua difficultate inueni Bart.in l.2. ff. de reb. dub. docentem, tale legatum Eccleſiæ, & non canonicis deberi, cuius dictum ſequuntur Alberic. & Socin. ibidẽ, nu.13. Ioan.de Immo. in. c. requiſiſti, de teſtam.n.30. In fin. qui mouentur ab exemplo, & paritate rationis, nãq; legatũ relictũ ciuibus, ciuitati debetur: ergo ſi relinquatur canonicis debebitur eccleſię: maiorem probãt tex.in l. Lucius 90. §.ciuibus.ff. de leg.2. & in d.l.2.de reb.dub. conſequentia patet, quia nõ eſt aſſignabilis ratio diſcriminis inter vtrumq; legatum parq; iudicium eſſe debet, idemq; ſtatui, & reſponderi, ſiue canonicis, ſiue ciuibus relinquatur.

20 Contrariã verò ſententiã tanquã veriorẽ, & magis cõmunẽ, tuentur, atq; defendunt, Andr. Sicul. Barb. in

Digitized by Google

d.c.requiſiſti, num.23. Abb. Panor. num.27.ibidē. Franciſcus Riparien. in cap.cum.M. num. 11.verſ. *contra*, de conſtit. Franciſcus Mantica de coniect.vltimar.volunt.lib.8. tit.17. num.27.ante quos omnes tenuerat glo.verb. *non eſt*, ibi, *canonicis*, in d. c.requiſiſti,de teſtam. teſtatur communem D.Couarr.in ſcholijs ad illum text. num. 10. Adducitur dicta communis ad ſic exiſtimandū,duobus potiſsimum fundamētis : primū deſumptum ex cap.per exemptionē de priuileg. lib. 6. quo in loco docuit Bonifac, priuilegium canonicis relictum,ad eccleſiam non pertinere, igitur eadem ratione dicendum erit, de legato canonicis relicto, vt non pertineat ad Eccleſiam, cum vtriuſque par ratio ſit. Alterum fundamentum pro dicta communi ſententia deducitur ex eod.cap. requiſiſti.§.vlt.vbi definitum eſt,relictum perſonis,qui eccleſiæ adminiſtrationem non habent, non videri relictum contemplatione eccleſiæ, ſed in gratiam ipſorum quibus relinquitur,ex qua poſitione, ita licet argumentari, adminiſtratio eccleſiæ ſpectat ad Prælatum, non ad canonicos, qui proculdubio nullam habēt eccleſiæ adminiſtrationem : ergo ſi canonicis minimè adminiſtratoribus aliquid relinquatur, in gratiam illorum,& non contemplatione eccleſiæ relictum cenſeri debebit,maiorem dictæ argumentationis probat d.cap.requiſiſti.§.vltim. hoc eſt, quod quotieſcumq; quis non eſt adminiſtrator eccleſiæ,neque illius curam gerit,nequaquam iudicari poſſit datum,eccleſiæ contemplatione: minor vero,ſcilicet, quod canonici non habeant eccleſiæ adminiſtrationem,quæ reſidet priuatiuè penes Prælatos,de ſe patet, & hoc iure vtimur,procedit ergo legitimè conſequentia, id eſt legatum canonicis relictum,non eccleſiæ,ſed ipſis deberi,quod erat intentum cōmunis ſententiæ,& illorum, qui eam ſequuntur, itaque tenendum & iudicandū eſt,non obſtante priori Bart. Alberic.Socini, & Immol.opinione vbi proximè.

21 Nec ſimiliter obſtat illorum fundamentum collectum ex d.l.2. ff.de reb. dub. & ex l. Lutius 90. §. ciuibus.ff.de legat.2.dum aiunt illa iura, legatum relictum ciuibus ciuitati deberi:quia multipliciter reſpondetur,conſtituiturq; diſcriminis ratio, inter vtramq; ſpeciem : Etenim eccleſia non conſiſtit in ſolis canonicis,ſed conſtat ex Prælatis, Dignitatibus,& alijs clericis,intra illam habentibus Beneficia, at vero ciuitas nihil aliud eſt, quam collectio, ſiue ſocietas ipſorum ciuium, atque ita ſoli canonici non conſtituunt eccleſiam,ſed Prælatus,Dignitates, & alij clerici,ciuitas tamen ex ciuibus cōflatur,& non eſt aliud quam ipſi ciues ſimul iuncti, ideòque mirum nō eſt,ſi idem ſit ciuibus relinqui,ac ciuitati.

22 Quæ quidē ratio differentię ſubtilis quidem eſt,ſed frangitur ſubtilitate ſua,neque penitus aufert,propoſitam difficultatem,ex dictis legibus petitam,quippè,quis non videt, identidem ciues poſſe dupliciter cōſiderari,id eſt vt ſinguli,atq; vt vniuerſitatem,& ciuitatem conſtituūt, ſicq; longè diuerſam inſpectionem habebit legatum ciuibus relictum, ac haberet, ſi ciuitati relinqueretur.

23 Accedit,publicas expenſas ciuitatum, etiam bipartitò cerni poſſe,aliæ enim ſunt expenſæ ad quas ciues contribuere tenentur, quibuſque ipſorum bona abnoxia ſunt, atque ſubiecta, alia vero, quæ erogari

Digitized by Google

garì debent ex publicis redditibus, & ex bonis proprijs ipſarum ciuitatum: quo preſuppoſito, & retẽto eodem themate, de quo loquimur, ſtante prædicta differentia, poſſet adhuc in controuerſiam adduci, vtrum tale legatum relictum ciuibus pertineret ad publicas illas expenſas, & publicum ærarium, an verò ad alias expenſas, quarum ſolutioni ciues ipſi obnoxij ſunt, & quodammodo obligati, ſubſiſtitque nec diluta manet præfata difficultas.

24 Ad cuius reſolutionem, omninò aſſequendam, oportebit parumper inſiſtere, in inquirenda & inueſtigãda ratione. d.l.2.ff.de reb.dub. quare ſcilicet acutiſsimus Papin. reſponderit ciuibus ciuitatis legatum relictum, ipſimet ciuitati legatum videri, docente ibidem Bart. Socino, nu. 5. propterea ita reſponſum fuiſſe à Papin. quia conſiderabilis eſt aliqua affectio maior teſtatoris, erga ciuitatem ipſam, quam erga ciues, qui certi, & determinati non ſunt, ſed quandam dicunt confuſionem, & incertitudinem perſonarum. Quæ cõſideratio ſuſtineri nõ poteſt, ex qua ſequeretur, quod vbicumque, *quemadmodum contingit apud nos Hiſpanos*, non omnes incolentes ciuitates, ciues ſunt, ſed Patritij & nobiles tantum, ſeu Decuriones conſilij vnius cuiuſque ciuitatis, qui pauci numero eſſe ſolent, in tali caſu dictis ciuibus, nobilibus, & Patritijs certis, & determinatis, ex numero nẽpè Decurionum, deberetur legatum de quo ſupra, quod ciuitas non adquireret, contra reſponſum ſubtiliſsimi Papiniani: Etenim rectè conſiderari poſſet teſtatoris affectio, erga Patritios illos & nobiles viros, ciuiũ appellatione à teſtatore nuncupatos, ac perconſequens locus non eſſet illi conſiderationi, maioris affectionis teſtatoris erga ciuitatem, quam comminiſcebatur Socin. d.num.5.

25 Nec magis placet aliorum intellectus, quorum meminit idem Socin. ſtatim, num.6. aſſerentium, eam fuiſſe mentem Papiniani ad ſtatuendũ, in propoſita ſpecie, ad ciuitatem legatum pertinere, & non ad ipſos ciues: vtpotè quod inter tot numero perſonas, quot concurrunt in vna cĩuitate non ſolum commodam non pateretur diuiſionem, quinimò inutile foret legatum, ſi inter tot ciues dĩuideretur, & cum credibile non ſit, voluiſſe teſtatorem inanne fore legatum, ideò I.C. reſpondit non ciuibus, ſed ciuitati relictum videri: hæc inquam exiſtimatio nõ placet, aduerſus quam rectè argumentatur Ioann. Immol. vbi ſupra, conſiderãdo, ex ea ſequi vnum non leue incõueniens, ſimile priori, quod ſi pauci ciues eſſent in ciuitate, vtile futurũ eſſet legatum, quod perconſequens ciuibus, & non ciuitati deberetur, hoc autem non concedet Papin. tam quam eius doctrinæ omninò aduerſum, atque contrarium, igitur, & falſum eſt illud ex quo ſequitur.

26 Denique minus placebit, ſi conſideres nomine ciuium comprehendi ciuitatem, quia ciues tanquam adminiſtratores illius eam repræſentant, vt deducitur ex text. in d. cap. requiſiſti, de teſtam. atque ideò, idẽ ſit iuris cenſura, teſtatorem ciuium meminiſſe, ac ſi ipſmet ciuitatis ſpeciatim feciſſet mentionem: ſequeretur enim alterum abſurdum non minoris momenti, quod ſi ciuitas, ſeu Reſpublica ab alijs, ſeu à pauc is ciuibus adminiſtraretur, tale legatum ciuibus relictum, non deberetur ciuitati: quod vtique negaret Papin. nec ſtare poſſet, cum eius doctrina, ergo non propterea debetur legatum Reipublicæ, quia ciues tam

Digitized by Google

quam adminiſtratores illam repræſentant,vt nonnulli perperam contendunt.

27 Quare vltimo loco dicendum eſt, ea ratione fuiſſe adductum ad ſic exiſtimandum Papinian.in d.l.2.quia ſub nomine ciuium omnes incolas intellexit,quibus ſi tale legatum relictum conferetur, dubitari nó poſſet,quin inutile inanne & ſuperuacuum omninò futurum eſſet, & ex conſequenti credibile non eſt voluiſſe teſtatorem,fruſtra & inaniter legare, & multo verosimilius, eam fuiſſe mentem illius, vt legatum in commune bonum redũdaret, quod cum euenire non poſſet,niſi ciuitati intelligeretur relictum, ideò iure optimo pro ciuitate, contra ciues, dedit reſponſum Papin.in d.l.2. qui nihil profecto facit pro Bart.opinione contra communem: ex qua reſolutione infertur, quod in omnibus ciuitatibus,atque Prouincijs,in quibus appellatione ciuiumPatricij dũtaxat intelliguntur,tale legatum ciuibus relictum,in dubio non ciuitati,ſed Patricijs,& nobilibus debebitur,quæ non inepta limitatio erit,ad reſponſum Papin.in allegata. l.2.

28 Verum pullulat ex præcedenti alterum dubiolum non inutile,an ſi teſtator relinquat aliquid canonicis, tale relictũ,ipſimet Capitulo,tradẽdum ſit,an vero perſonis canonicorum:cuius dubitationis vtilitas conſiſtit in eo,quod ſi Capitulo datum, cenſere velimus,conſequenter tenebimur docere,faciendam eſſe diuiſionem inter omnes, prout cuique competere videbitur,ſicuti alia bonaCapituli diuidi conſueuerunt,ſin verò perſonis,& non Capitulo relictum eſſe dicamus,æqualiter omninò inter eos diuidendum erit legatum:igitur non parum refer reſolue re,perſonis,anCapitulo debitum ſit tale legatum. In qua re vera & communis reſolutio eſt Capitulo quidẽ, & non perſonis, relictum videri legatum datum canonicis, prout in themate propoſuimus,ac perconſequens, diuidendum fore inter omnes, prout alia bona Capituli,ſicuti docuerunt Franciſcus Riparien. in d.c.requiſiſti, Franciſcus Mantica, lib.8.conie&ur.titu.6.num.24.Cardin.in d.c.requiſiſti,num.4.Couarr. ad fin. qui aliqua nota digaus videtur,quod malè allegauerit,pro dicta vera & cõmuni opinione, Felinũ,& Barbat.contrarium volentes, atque ſentientes:Etenim Felinus,Barbatiã ſequutus in c.auditis, de præſcript. verſ.*ſecunda reſponſio*,num.24. conſtãter aduerſus dictam communẽ ſententiam, contendit circa propoſitã ſpeciem,tale quidem legatum canonicis relictum,nõ Capitulo,ſed perſonis canonicorum deberi, & inter eos,æqua lance,& pondere diuidendum fore:quorum opinionem amplexus,etiam fuit Bart. Socin.in d.l. 2.num.7.quæ ſine dubio caret iuris fundamento. Quare tenenda defendendaque eſt dicta communis reſolutio,quam ex Cardinali,Ripa, Mantica,& Couarr.nuper tradidimus aduerſus Felin. & Barbat. & affirmandum conſtãter, relictum canonicis, Capitulo deberi, diuidẽdumq; eſſe inter omnes ſicuti alia bona Capituli diuiduntur.

29 Quibus ita reſolutis, quæ lectori non tedium, ſed voluptatem & vtilitatem pariter allatura ſperamus: redeuntes ad principalem noſtrã quæſtionem,de communitate, vtrum in terminis iuris communis, vàleat & poſsit, abſque alicuius ſuperioris authoritate,ſua ſtatuta condere,& cõſtitutiones facere:reliquum eſt,vt ſecundam dubitationem, quam pollicíti ſumus,ad dictæ principalis quæſtionis

Digitized by Google

ſtionis omnimodam reſolutionem condacentem,ſtatim proponamus, quæ profecto difficilis nõ eſt, & verſabitur in aucupanda ſolemnitate, à iure requiſita, ad condenda ſtatuta, quam optimè,vt cætera ſolet declarauit Bart. in l. omnes populi. ff.de iuſt.& iure,num.15.Ioann.Crot. ibidem,num.46.cum ſequentibus. Philipp.Deci. Felin. & alij laudati per Andr. ab Egea in cap. cum omnes, de conſtit.num.200.

30 Verum cum æquiuoca ex vulg. dialecticorum reg. (à qua noſtri nõ diſſentiunt)prius diſtingnenda, quã definienda ſint, & poteſtas ferendi ſtatuta, in nonnullis eſſe ſoleat penes cõmunitatis Rectorem, in alijs verò ad ipſammet communitatem dũtaxat pertineat: oportebit in hac re diſtinctionem adhibere: Etenim in illis caſibus in quibus omnimoda poteſtas faciendi ſtatuta,reſidet penes totam communitatem, quatuor potiſsimum requirũtur,vt ſubſiſtat, & valeat,conditum ſtatutum: primũ quidem erit,vt ſtatuentium conſenſus, non quouis in loco, ſed in domo & parte publicis Congregationibus deſignata, præſtetur,Capitularibus,non quomodocumque,vel ſingulariter,ſed per modum cõmunitatis adſtantibus:iuxta morem & ordinem conſuetum in Republica,formamq; præſcriptam in l.2.C.de Decurion.lib.11. probat optim. text.in cap.in Geneſi.55.de elect.

31 Secundum requiſitum eſt pro ſimilium ſtatutorum ſolemnitate, vbi vniuerſa poteſtas penes Capitulum eſt, quod adſint præſentesq; ſint, duæ ſaltim partes Decurionum, vt probat text.in l.nulli.ff. quod cuiuſque vniuerſitatis. l. nominationum de Decurion. C.tradunt DD. vtrobique. Nec minus deſideratur tertium,vt valeant & firma ſint ſtatuta, nempè omnes aduocari,ad ſtatuendum, iuxta d. l. 2. C. de Decurion. (omnes dixi)ex Collegijs caſu quo cõmunitas perſonalis eſt,vel ex Decurionibus,quãdo communitas realis fuerit,alias, niſi vocentur omnes magna quotidiè exoriuntur mala & inconuenientia non pauca,vt experientia docemur.

32 Quartum & vltimum requiſitum, vtile etiam erit, & valdè neceſſariũ, ſine quo valere non poterunt ſtatuta,ſiue conſtitutiones communitatum: id eſt, vt maior pars illorũ qui adſunt,ſtaturo cõſentiat:aliter enim viribus non ſubſiſtet,neque mandabitur executioni, vt docent, vulgaria iura,& traditum eſt pro regula in l.aliud,verſ.*refert*.ff.de diuerſis regulis iuris antiqui. l. quod maior.ff. ad municipalem,& de incolis,& ita vſu & conſuetudine,omnium ferè gentium,& Populorum,ſancitum,ac cõparatum eſt.

33 Nec piaculũ erit ſi addiderimus, quintam conditionem,ad hoc vt valeant, & firma ſint, communitatum ſtatuta,(eccleſiaſtica intelligo) quæ colligitur ex cap.1.de his, quæ fiunt a maiori parte, nec non ex doctrina Bart.Crotti, Felini, Philippi Decij, & Andreæ ab Egea vbi ſupra, atque illud eſt,vt maior illa pars illorũ qui ſtatuto conſenſerint, ſanior ſit, hoc eſt conſtet,ex perſonis maioris momenti,& authoritatis,ex intereſſentibus Capitulo,atque hæc ſunt quæ requiruntur, vt valida firmaq; ſint, ſtatuta communitatum, penes quas vniuerſa fuerit poteſtas, ſanciẽdi, atque ſtatuendi.

34 Si verò,dicta facultas, ferendi ſtatuta,ſoli communitatis Rectori competierit,ſatis erit voluntas,atque Decretum illius,ſufficietq; ad validitatem ſtatuti,vt docuit Bart.in d.l. omnes populi, & allatis quam plurimis latiſsimè

latiſsimè diſſeruit, & voluit Ferdin. de Menchaca dum ſermonem inſtituiſſet de Principe lib.1. controuer. cap.20.num.20. licet negandum nõ ſit,in eadem ſpecie, decentiſsimum fore,ſi quamuis Rector communitate non indigeat, ad ſtatuendum & definiendum, aduocauerit nihilominus maiores communitatum, ac de conſilio eorum,ediderit ſtatuta: iuxta text.in l. humanum genus. C. de leg. quo caſu digna vox erit Prælati, ſiue Rectoris dicentis, ſe velle cũ conſilio maiorum communitatis, ſtatuta cõdere, quæ ſolus facere ſan cireque liberè poſſet.

35 Oportune denique accedet alterius dubij reſolutio: an talia ſtatuta, quorum ſæpè mentionem fecimus,in hac controuerſia,à dictis cõmunitatibus,ſtabilita,&ordinata,ſeruari etiam debeant, extra communitatem,in litibus & negotijs,quæ ſuboriuntur inter partes,nam ex his vtilibus dubijs, quæ initio propoſuimus hoc erat tertium, & valde neceſſarium ad præcipuæ noſtræ quæſtionis reſolutionem.

36 Circa quod dubium ſatis confuſè loquitur Iaſ. in l. omnes populi, num.39.ff.de iuſt. & iur. & ſub quodam inuolucro verborum rem inuoluendo tractauit Bald. in l. 2. C.de conſtit.pecun.vbi glo.vlt.ſecurè docuit in foro alieno,& extra communitatem,non poſſe partes, circa cauſarum deciſiones,vti prędictis communitatum ſtatutis. Bart. tamen, & communis Legiſlarum ſchola in d.l.omnes, & in l.cũcta per mundũ C.de ſum.Trinit. conſtanter tuẽtur partem aientem,ſtatuta,ſcilicetcommunitatum, ſeruanda fore in cauſis agendis etiam extra cõmunitatem, vbicumque partes litigauerint, res ergo eſt anceps,& dubia, & quę pro parte negante & aiente ſuos habet aſſeclas,& authores.

37 Cui vt ſatisfacias, adhibenda diſtinctio eſt,inter illa ſtatuta,à cõmunitatibus condita,circa merita cauſarum,& ſubſtantiam cuiuſlibet negotij,& ea quæ non reſpiciunt merita cauſæ, ſed dumtaxat ſunt ordinatoria iuditij, quæ decernunt quomodo,qua vè ratione, proceſſus formãdus ſit,cauſaque, quibus modis tractanda agitandaq; ſit.Inter quæ ſtatuta,ea differentia verſatur,attinens ad propoſitum, quod priora id eſt illa ſtatuta,quæ agunt de meritis cauſarũ ſeruãda ſint, & exequenda,vbicumque negotium agitetur,ſiue intra communitatem, ſeu etiam in alieno foro:Alia verò ſtatuta, quæ ſolum agũnt de forma, & figura iuditij,ipſam cõmunitatem non exeant, neque ſeruanda ſint, & exequenda in alieno foro,extra communitatẽ à qua fluxerunt & emanarunt.

38 Quod ſi percontetur aliquis cur tam diuerſum: in promptu quidem eſt diſcriminis ratio: Etenim dubiũ eſſe non poteſt,quin priora ſtatuta, ſpectantia ad merita cauſarum, ius inter ipſas partes faciant,atque conſtituant,veluti quæ ad litigantes pertinent: vnde mirum non erit, ſi in quouis foro,vbicumque partes litigauerint,ſtatuta illaſeruẽtur iux.text. in l.ſi fundus.ff. de euict. vbi inquit Caius. C. lib.10. ad edict. Prouinc. quod ſi fundus venierit,ex conſuetudine eius regionis, in qua negotium geſtum eſt, pro euictione caueri oportet, vtpotè quia talis conſuetudo,tanquã reſpiciens merita cauſæ,etiam ſi extranea,& alterius loci, nihilominus in alieno foro ſeruanda eſt, vbibis tractetur negotium, ſeu vertatur lis,inter litigantes. Aliter profecto reſpondendum foret ſi ſermo eſſet de ſtatutis tantum iuditij ordinatorijs, quæ magis ad iudicem

cem ſpectant,& circa Tribunalis ſtylum,conſuetudinem & formam iudicandi verſari dicuntur, quæ exequi,& obſeruari,multum intereſt iudicis, qui de cauſa cogniturus eſt, ad quem ſpectat videre,& examinare, quonam pacto deceat iudicium ordinari, hac vel illa via, & ratione, vt facilius poſsit veritas cauſæ indagari: iuxta text. in cap. iudicantẽ 30. quæſt. 5.& in l. 3. ff. de teſtibus, quare cum iudicis apud quem negotium tractatur, interſit, iudicium, hoc vel illo modo ordinare, alienusque iudex ſit, & extra communitatem, vt ſupponimus, communitatis ſtatutis, ligari non poterit, ex reg. l. vltim. ff. de iuriſdict. omnium iudicum, quippè talis iudex alienus eſt,& qui ius dicit in alieno foro, & in his quæ ad ipſum ſpectant (in quibus eſt ordinatio iudicij) non videtur rationi conſentaneum, vt alienis ſtatutis, iuditij dumtaxat ordinatorijs ligetur, quæ ſi reſpicerent merita cauſæ, proculdubio, vbicumque tractaretur ad litteram & vt iacent, forent obſeruanda, quibus reſoluitur dubium propoſitum, & præcipua noſtra controuerſia diluitur, cuius reſolutio manifeſtè cõſtabit, attentè perluſtranti omnia & ſingula, quæ ſuperius tetigimus, & explicuimus.

Summaria ad Controuerſiam 5.

1 *PRIMA ſententia quæ aſſerit nullum omninò arbitrium penes iudices eſſe.*

2 *Iudex vtpotè inferior legem infringere non valet, quinimò mentem, & verba eius obſeruare debet.*

3 *Ex poteſtate augendi, vel minuendi penam ſequeretur abſurdum, quod liberum foret iudicibus leges immutare.*

4 *Contraria ſententia licere iudicibus penas augere minuere & aliter immutare refertur.*

5 *Probatur dicta oppoſita ſententia, & fundamenta contrariæ opinionis non procedere iuſta ſubſiſtente cauſa.*

6 *Adducitur præterea vrgens ratio ad probandum licere iudicibus penas augere, vel minuere, vt iniungantur ſemper ſecundum menſuram delictorum.*

7 *Legislatores non poſſunt regulariter, ita ſigillatim omnes & ſingulas negotiorum, & cauſarum circunſtantias in ſuis legibus percurrere.*

8 *Suadetur rurſus ex nonnullis iuribus ſententia, quæ docet licere iudici ſic augere, vel minuere legum penas.*

9 *Confirmatur magis eadem ſententia.*

10 *Sed difficilis videtur talis reſolutio, ex eo quod iudicibus inferioribus nullatenus licet in legibus diſpenſare.*

11 *Nec refert quod adſit legitima cauſa arbitrium enim circa cauſæ iuſtitiem, non poteſt eſſe penes iudicem, aliás inanne foret, quod leges penã præſcriberent.*

12 *Vrget rurſus contra dictam reſolutionem doctrina D. Thom. aſſerentis ad ſolum Principem priuatiné ſpectare vti legis Epychia, nec poſſe iudices, etiam iuſta ſubſiſtente cauſa legum rigorem attenuare.*

13 *Ad augendam vel minuendam penã legis, conſulendus eſt Princeps.*

14 Non

14 *Non est speciale in maioribus Magistratibus, vt possint Principe in consulto á legibus recedere.*

15 *Tam maiores, quám minores magistratus æqualiter tenentur infligere pœnas à legibus præscriptas, quas nullo modo, nec iusta subsistente causa immutare possunt.*

16 *Reducuntur ad concordiam dictæ duæ opiniones adhibita distinctione, vt causa legitima immutandi pœnam legis, alia sit approbata à iure, aliá verò non approbata.*

17 *Differentia inter vtramque legitimam causam, vt existente approbata á iure, possint iudices recedere á lege, si autem talis causa legitima á lege non approbetur nullatenus id eis liceat.*

18 *Intelliguntur iura in cap. 2. de offic. de Legat. In cap. 1. & 2. de delict. puer. in l. si adulterium 38. §. Imperatores. ff. de adult. in l. aut facta in principio, & §. vltim. de pœnis, in l. si quis 7. vers.* in seruos, *ff. de iurisdictione, in l. illicitas 6. §. vlt. ff. de offic. Præsid.*

19 *Delictum & pœna etiam existente iusta causa, non tamen approbata à iure, adhuc manent in sua vi, nec licebit iudici à pœna recedere, donec Princeps consulatur, & intelligitur text. in §. illis, cap. de causis de offic. Delegat.*

20 *Causa & circunstantiæ approbatæ á iure, ita coherent delicto, vt iudex secundum illam iudicare debeat nõ considerans ipsum delictum nudum, sed adiunctis illa circunstantia.*

21 *Ex superiori distinctione iam reducuntur ad concordiam dictæ duæ sententiæ.*

22 *Longa differentia versatur in hac parte inter præceptum legis, & mãdatum Principis inter priuatos, & intelligitur d. l. si hominem. ff. mandati in mandato inter priuatos, non in præcepto legis.*

23 *Adnotauit prædictam differentiam decus litteratorum Hispaniæ Fortunius Garsia de Hercilla.*

24 *Lex certam pœnam imponens expresse prohibet aliam, quam infringere non licet, & in d. l. si hominem, & in d. c. si quando solum agitur de supersedendo, non verò labefactando superioris præcepto.*

25 *Veritas seu iustitia legis, non est attendenda respectu alicuius particularis euentus, idá quamuis maximè cesset in particulari ab ea non licet recedere, secus in mandato inter priuatas personas, cuius iustitia non tam in communi, quám in singulis particularibus attendenda est.*

26 *Aliter intelligitur d. l. si hominem nulla constituta differentia inter præceptum legis, & mandatum inter priuatas personas, vt loquatur casu quo ratio præcepti cessaueris, negatiuè & contrariè.*

27 *Sententia quæ. dicet etiam cessante ratione legis, & iusta subsistente causa non licere á lege debiare intelligenda est, dummodo talis ratio legis non cesset contrariè.*

28 *Animaduertitur in d. l. si hominem actum fuisse de libertate, quæ semel competens non renocatur.*

29 *In differenda mandati Principis executione, nullum regulariter versatur periculum, secus in differenda pœna per legem præscripta executione, & ideó circa mandatum licebit Principi rescribere, non sic, circa pœnam.*

30 *Reijcitur doctrina Innocent. Felin. & aliorum asserentium posse subditum ex iusta causa, non exequi imò transgredi superioris præceptum, quæ nisi incertis quibusdam casibus procedere non potest.*

31 *Tiraq. in suo tractatu de pœn. temp. plures retulit causasque & spiritu rationis,*

Digitized by Google

vationis, & iuris authoritate cavet.

32 *Proſternitur ex dictis andatis Bald. Paul. & Marante dicentium, omnes & ſingulas pœnas á legibus præfinitas remanſiſſe penes iudicis arbitrium.*

33 *Intelligitur text. in l. hodiè 13. ff. de pœnis, vt loquatur de inditio extraordinario, reſpectu cuius omnes pœnæ ſunt arbitrariæ.*

34 *In eodem intellectu accipitur text. in cap. inquiſitionis 21. in fin. prin. de accuſat.*

35 *Non eſt attendenda illorum opinio, qui aſſerunt d. cap. inquiſitionis procedere de iure canonico, inter quod & ius ciuile, non eſt conſtituenda differentia, quandoquidem etiam de iure ciuili proceditur per viam inquiſitionis.*

36 *Intelligitur text. in l. 4. C. de ſepul. viol. vt non probet differentiam à DD. conſtitutam inter ius canonicum & ciuile, quinimó ſpecialiter procedat in ſuo caſu.*

37 *Verus intellectus ad l. 2. C. de abolit. quo minimè probat pœnam ordinariam in inditio extraordinario imponendam eſſe.*

38 *Reijcitur intellectus ad l. quid ergo. §. 1. verſic.* pœna grauior, *ff. de his qui notantur infamia quod iudex de quo ibi grauiorem pœnam impoſuerit propter cauſas iuſtas, & iure expreſſas.*

39 *Conuincitur dictus intellectus ex eo, quia certum eſt iudicem illum, de quo in d. §.* pœna grauior, *iniuſtè iudicaſſe & ſic non ob iuſtas cauſas delicto coherentes.*

40 *Aſſignatur verus intellectus ad d. §.* pœna grauior, *in quo nõ dubitabatur, an iuſta vel iniuſta foret ſententia, ſed verũ ſuppoſita iniuſtitia ſententiæ, condemnatus incurriſſet infamiam nec ne, & ponderatur verſiculus, ſed li, eiuſdem legis.*

41 *Non obſtat text. in cap. in Archiepiſcopatu 4. de rapt. quatenus permittit imò præcipit mitiorem pœnã imponi.*

42 *Refertur intellectus aſſerentium in d. cap. in Archiepiſcopatu, exceſſos illos mitiori pœna fuiſſe punitos ob iuſtas cauſas ipſismet delictis coherentes à iure expreſſas & approbatas.*

43 *Reijcitur præfatus intellectus; quia contra mentem Pontificis ſupponentis in eiſdem ſpeciebus, benè poſſe iudicem laicum pœnam ſanguinis infligere.*

44 *Proponitur tandem verus Germanusque ſenſus ad d. cap. in Archiepiſcopatu, vt ſermo ibi fuerit de iudice, qui prohibitus erat per ſuã ſententiam pœnam ſanguinis iniungere.*

45 *Interpretatur text. in l. & ſi ſeuerior. C. ex quibus cauſis infam. vt nõ fuerit quæſtio, an prætõſul bene, vel male iudicauerit, ſed dubitatũ fuerit de infamia ſuppoſita leuiori, vel mitiori pœna.*

CONTRO

Digitized by Google

CONTROVERSIA 5.

An vbi certa pœna à lege,vel ſtatuto præſcribitur,teneatur iudex,eandem neceſſario ſeruare,nec poſsit maiorem, nec minorem infligere delinquenti, ita vt omninô attendenda ſit authoritas legis, nec iudici liceat arbitrari, & quo modo in hac re, per ipſos iudices,procedendum ſit.

1 INFERIORES iudices, etiam hi qui iuriſdictioni præſunt,parũ, aut nihil poſſe, aduerſus Principũ & ſuperiorũ leges, & ſtatuta cõmunitatũ,pluſquã liquidò conſtabit, attẽtè legentibus ea quæ latè tradidimus in prẹcedẽtibus diſputationibus: ita vt facilimum videatur,quæſtioni propoſitæ ſatisfacere aſſerendò partẽ negantẽ,id eſt iudices nullũ omninò arbitriũ habere, vbi certa pœna lege præſcribitur, omninòq; attendendã eſſe legis authoritatẽ pœnã præſcribentis, neq; contẽnendũ vllo pacto ius ſcriptũ, neq; aliquid ĩmmutãdũ, ſed exequẽdam eſſe pœnã vt iacet cõtra delinquentes, teſtatur Iacob.Menoch.de arbitr.iudic. quæſtionibus.q.96.Boſius in pract. tit. de pœnis,à n.8.Iuli. Clar.in pract.§.vlt.q. 85. à num. 10. Ferdin.deMencha.illuſtr.c.14.à nu. 3.poſt Diuum Thom.2.2.q.67.ar.4. & Tiraq. de pœnis temperandis in præfat.à num.1. plures alij laudati à Couarr.lib.2.variat.reſolut.c.9.n.8. congeſsit plura more ſuo Andr. Tiraq. vbi proximè, & colligitur dicta doctrina,ex l.1. verſ.*eum*, ff. ad Turpil.frequentiſsimèq; in praxi recipitur,neque iudices audere conſueuerunt, pœnas Canonum immutare, neque augendo, neque minuendo.

2 Cuius concluſionis ratio,præterquãquod expreſsè,& efficaciter probatur in c.de cauſis.§.illis,ibi,*eandem infligas*,de offic.Deleg. elegans eſſe poteſt: ſi reuoces in memoriam,certiſsimã propoſitionem,ſeu magis dicteriũ iuris,cuius ſæpiſsimè meminimus in ſuperioribus, quod habet, omnem iudicẽ,quauis lege inferiorẽ eſſe,eiuſq; ſubditum,& miniſtrũ, quo fieri neceſſe eſt, vt omninò teneatur,imponere eandẽ pœnã, quã lex ipſa præſcripſerit, nullumq; habeat arbitrium, vbi certa prẹfinitaq; pœna à iure fuerit aſsignata, iudex enim vtpotè inferior,factũ ſuperioris

ris infrigere nõ valebit, quin potius mentẽ & verba legis ſerit obſeruaturus: iuxta præceptum c.1. de conſtit. ibi, *ab omnibus cuſtodiantur*, legisque authoritas magnoperè attẽdẽda erit.

3 Et confirmatur dicta ratio, quia ſi iudices legũ pœnas augentes ſeueriores eſſent, aut eaſdem minuẽtes, aut remittẽtes clemẽtiores ipſiſmet legibus, circa punienda, & vindicanda delicta, ſequeretur integrum fore & liberũ iudicibus, ipſas leges immutare, imò tollere & abrogare: quod non leue abſurdũ eſſet, ſed magnum incõueniẽs cõtra receptã regulam Clemẽ. ne Romani in prin. de elect. cũ ſimilib. aiẽtibus, nõ poſſe inferiores, tollere ſuperiorũ leges, aut cõſtitutiones abrogare, & non mõdica ſequerentur damna, vt res ipſa ſuadet atque demonſtrat: Sequella autẽ patet, etenim quid aliud eſſet minuere, ſiuè immutare certas pœnas, à legib. præſcriptas, augendo, ſiuè minuẽdo illas, per nouã ſeueritatẽ, aut clementiã, quam leges ipſas quodammodo tollere, aut infringere, magno cum Reipublicæ detrimento, vt inferius ſpeciatim conſiderabimus.

4 Nihilominus tamen oppoſitã ex diametro ſententiã, licere iudicibus, augere minuere & aliter immutare, pœnas iure præſcriptas: defendunt plures relati per Couar. Menoch. Boſi. & Mench. vbi ſupra, retulit plures, ex antiquioribus ita tenentes Felin. in d.c.1. de conſtit. n.49. verſ. *pro iſto*, communem appellarunt dictus Ferdin. de Mencha. de ſucceſſ. reſolut. §. 2. â n.13. Nauar. in man. c.26. poſt Tiraq. vbi ſupra, n.26. & ca.49. n.16. ante quos omnes tradiderat gloſ. communiter recepta, teſtè eodem Tiraq. dictis locis, Felin. dict. n.49. verſ. *fallit ſeptimo*, in capi. in Archiepiſcopatu, verb. *poteris*, de raptorib. gloſ. vlti. in c. latorem 33. q.2. gloſ. in capi. tẽpo- in 26. q.7. gloſ. in l. etſi ſeuerior. C. ex quibus cauſis infamia irrogetur, gloſ. & DD. ibidem, in l. hodie 13. ff. de pœnis, & denique communis, atque recepta opinio eſt, vt plene teſtantur plura adducentes omnes & ſinguli DD. nuper relati.

Qui profecto non leuibus, nec veriſimilibus argumentis, ſed efficaciſſimis iuribus, ad ita exiſtimãdum adducti ſunt, & ſtatim in princ. ſe ſe offert difficilis tex. in l. ſi hominem, ff. mandati, ex quo ferè abijt in proberbium, liberum eſſe inferioribus, ſi iuſta cauſa ſubſiſtat, nõ exequi, imò trãſgredi Principũ præcepta, ſiuè mandata: neque id nouũ eſſe aiunt in iure, quinimò citra ſpeciẽ text. in allegat. l. ſi hominem, alij etiam plures articuli ſunt, in quibus licet inferiori, ſuperiorũ mandatũ tranſgredi, iuſta intercedente cauſa, vt obſeruarunt multi, quorũ meminere Felin. Tiraq. Mẽcha. Nauar. dictis locis: dicentes ſic limitandã & reſtringendã eſſe, deciſionẽ tex. in d.c. de cauſis, §. illis, & ſubaudiendã rationẽ illã, quam pro oppoſita opinione adduximus, ſcilicet vt non procedant ſubſiſtente legitima cauſa, ad diſcedendum á pœna per legem impoſita.

6 Facit preterea pro hac ſecũda ſententia, vrgens ratio, namque iuſtitia punitiua, oſtendit & ſuadet, pœnas iungendas eſſe, ſecundum menſurã delictorum, cõſideratis omnibus circunſtantijs, loci, perſonarum, & aliis, quæ delicta à grauare, aut minuere conſueuerunt: quarum meminit Cõſultus, in l. aut facta 16. verſ. *ſed hæc*, cum ſeqq. ff. de pœnis, tranſcriptus â Grat. decret. cõpilatore, in c. aut facta de pœnit. d.1. Ponti. Maxi. in c. ſicut dignum de homicidio, vndè cõſequitur nihil intereſſe, certam & determinatam pœnam, â iure impoſitã eſſe delinquenti, adhuc enim diſcre-

tus,& prudens iudex ſi viderit conſideratis & expenſis ſigillatim, omnibus & ſingulis,negotij circũſtantijs, ſeu qualitatibus, expedire' pœnam, augere,ſiuè minuere,adhibita ſeueritate,ſeu clementia,id facere poterit, neque eandem, quam lex præſcripſit imponere tenebitur, vt pœna delicto eiuſque circunſtantijs correſpondeat.

7 Accedit in cõfirmationẽ,q; Legislatores,regulariter nõ poſſunt ita ſigillatim,omnes & ſingulas negotiorũ, & cauſarum circunſtantias in ſuis legibus percurrere,quare,&ſi verba ipſarum legum,refragari videantur,opitulatur mens ipſius Legislatoris, qui cum non potuerit omnes qualitates prænidere ad iudices referre vſus eſt,quod poſsint maiores,&minores pœnas arbitrari,ſecundum negotij qualitatem.

8 Rurſus efficaciter ſuadent hanc ſecundam ſententiam, nonnulla iura,tam Cæſarea,quam Pontificia,de iure Canonico,text.in d.c.in Archiepiſcopatu,de raptorib.& in c.inquiſitionis 21.in prin.verſ.*alioquin*, de accuſation.de iure verò Ciuili eandem partem,valdè probant,atque confirmãt,præter tex.in d.l.ſi hominẽ,l.hodie 13.ff.de pœnis,l.quid ergo 13.§. 1.verſ. *pœna grauior*,ff. de his qui notantur infamia, l. etſi ſeuerior, C. ex quibus cauſis infamia irrogetur,quę omnia,& ſingulatiura,in ſuis caſibus, & deciſionibus expreſſè docent,licere iudici augere,minuere,&aliter immutare pœnas â legibus ſtatutas, atque præſcriptas.

9 Reliquæ verò Iuris Conſultorum, Imperatorum,& Romanorum Pontificum placita aſſerentia eandem pœnam,quã lex præſcribit, â iudice infligendã eſſe,nec poſſe maiorem, nec minorẽ imponere dicunt huius ſecundæ ſententiæ authores,fore intelligenda,vbi non interuenerit legitima cauſa,qua iudex excitari poſſit ad minuendam,vel augẽdam pœnam à iure ſtatutã: Si verò iuſta cauſa proponatur(aiũt) libere poſſe iudicem à pœna præſcripta recedere: & modo maiorem, modo minorem infringere, prout negotij qualitas exegerit, eaque ſit mens dictorum iurium in allegat.l.quid ergo,§.1.verſ. *pœna grauior*,& in d.l.hodie,& in c.inquiſitionis cũm ſimilibus, gloſſæ & Doctorum,in d.l.hodie,Bartoli,& aliorum,quos retulerunt Couar.Tiraquel.Menoch.Iul.Clar.& Mench.vbi ſupra, expreſſè voluit Tiraq. dict. cap.49.num.16.vbi docuit poſſe iudicem ex iuſta cauſa, leges & ſtatuta transgredi,intendit in ſpecie text.in dict.l.etſi ſeuerior, ibi: *certis rationib*, vbi Imperatores Seuerus,& Antoninus planè fatentur ſeueriorem ſententiam dici debuiſſe: tamen cum Proconſul vir clariſsimus certis rationibus motus, mitiorem ſententiã dixerit,ſupponunt id ſeruandum eſſe,quod Proconſul iudicauiſſet, etſi non omnimodam adhibuerit legum ſeueritatem.

10 Hęc tamen communis reſolutio, & explicatio difficultatẽ patitur non mediocrem, ob quam non videtur poſſe ſubſtineri,ex tex.in alleg. cap. de cauſis,§.illis,ibi,*eandem infligas*,cũ iuribus ſimilibus, expreſſè contendentibus,pœnas legum ad vnguem ſeruandas fore, & ex illa fundamentali ratione, quã pro priori ſententia adduximus, quæ procùldubio, non ſolum locum habere, ſed neceſſario euincere videntur dictæ prioris ſententiæ veritatem: & neque ſtante iuſta cauſa,poſſe inferiores iudices, ſuperiorum leges, quibus ſubijciuntur minuere,ſiuè augere,aut immutare.Quæ iudicũ inferiorũ impotẽtia, ex eo manifeſtè colligitur, quia planum

Digitized by Google

num eſt, eos non valere, in legibus diſpenſare, niſi vbi ſpeciatim fuerit illis per leges facta poteſtas, ad ſic diſpenſandum: At expeditum etiã eſt, talem expreſſam facultatem, ad immutandas pœnas, non inueniri in iure dictis iudicibus conceſſam, quam ſupremi Principes ſibi reſeruarunt: quibus integrum quidem eſt, in ſuis conſtitutionibus diſpenſare, aut illas in totum, ſeu ſecundum partem tollere & abrrogare, iuxta text. in dict. Clem. ne Romani de elect. igitur cõ ſequens ſit, quod quantũuis iuſta & legitima cauſa interueniat, non poſſit inferior immutare, certam pœnã à iure præſcriptam, aliãque maiorem ſiuè minorem imponere.

11 Accedit, in deſtructionem dictę reſolutiodis, quod ſi iudices inferiores, poſſent ex iuſta cauſa, vt commi niſcitur ſententia cõmunis, non iniũ gere pœnas â lege præſcriptas, illas vè remittere, vel augere, coacta etiã iuris ratione fatendum eſſet, huiuſmodi arbitriũ, circa cauſæ iuſtitiã, & legitimitatẽ vtrũ adeſſet nec ne, ipſimet iudici, neceſſariò relinquendũ, ac per conſequés ipſe deberet ſtatuere, vtrum ſubeſſet legitima cauſa, quo caſu magnum ſequeretur abſurdũ, ſcilicet innane, ac ſuper vacaneũ eſſe, quod leges certam pœnam præfiniant, aut præſcribant, cum deniq; totum id referendum foret ad ipſius iudicis arbitrium.

12 Et vrget vlterius, contra dictã reſolutionẽ, doctrina D. Thom. tã vbi ſupra, quã 1.2.q.96.art.vlti. quã probauit & eleganter explicuit Soto, lib.1. de iuſtit.q.6.arti.6. aſſerentis, quod ſi iudices, adhuc ex iuſta cauſa, poſſent minuere pœnas legũ apertiſsima via fraudibus pateret, etenim facilè, & ferè ſemper iudices aſſererẽt, ſubeſſe iuſtam cauſam, tales pœnas augẽdi, ſiuè minuẽdi, quam poteſtatẽ iudicibus in effectu denegauit, idẽ D. Thodictis in locis, quatenus aſſeruit ad ſolũ Principẽ, priuatiuè ſpectarè, vti legis Epychia, & ſubditos regulariter nõ poſſe, neque iuſta interueniẽte cauſa, legum rigorem, per dictam Epychiam attenuare, ſiuè remittere.

13 Repugnatque mirum in modum, & contradicit prædictæ doctrinæ, altera communis reſolutio, de qua per Iul. Clar. vbi ſupra, n.10.col.2. Iacob. Menoch. d. loco, n.18. cum ſeqq. quã dixit receptam Blan. in pract. §. poſtquam, num.82. & 90. vbi eam probat ex Bald. & pluribus alijs, quo iure etiam vtimur, ſcilicet non poſſe minores Magiſtratus, etiam ex iuſta cauſa, â pœnis legum, ſeu ſtatutorum recedere, niſi prius Principem conſulãt, vt videat, & reſcribat minuenda, ne ſit vel augenda pœna in caſu emergenti.

14 Neque proderit ſi aliquis obijciat, ex eorundem authorum ſentẽtia oppoſitum ſeruandum eſſe in maioribus Magiſtratibus, quippè qui non ita aſtricti, atque ſubiecti eſſe debẽt, vt ex iuſta cauſa recedere non valeant, â pœnis per leges ſtatutis, & præfinitis, vt videmus in ſupremis Senatoribus, magni Conſilij Regij, qui interdum etiam Rege noſtro Catholico incõſulto, vbi prudẽter videtur expedire conſueuerũt deuiare, â legũ pœnis, & modo maiorem, modo minorem imponere: non inquã obſtat hæc conſideratio, quia difficilè aſſignabitur diſcrimen, in hac parte, inter minores & maiores Magiſtratus, ſi enim cõſideremus ipſarum legum, & conſtitutionũ excellentiam, vim, ac poteſtatem, ſecundum quam natura ſua, & coacto iure, omnibus, dominantur, & præſunt ſine diſtinctione, inueniemus ſanè tam minores, quam maiores Magiſtratus, omneſq; & ſingulos Regios Senatores, cuiuſ-

Digitized by Google

cumque conditionis illi ſint, inferio
res quidem eſſe, reſpectu legũ, & ſta
tutorum, qui ſecundũ illa, & per illa
procedere in cauſarũ deciſsionibus,
& omninò iudicare tenẽtur, ex doc-
trina Pont. Max. in cap. 1. de offic. or
din. ibi, *ſecundum quod Canones cenſent*,
vulg. cap. 1. de conſtitution. ibi, *ab om
nibus*, & ibi, *nemo*, *&c.* quibus iuribus
nullus excipitur, omnesq; ſine accep
tione, obnoxij ſũt obſeruare pœnas
á iure præſcriptas, & ſtatutas, neq;
ſpeciale eſt in maioribus Magiſtrati-
bus, vt poſsint Principe in conſulto
ab illis recedere.

15 Quã ſententiã, id eſt, tã maiores,
quã minores, Magiſtratus, æqualiter
teneri infligere pœnas, á legib⁹ præſ-
criptas, tenuit Ludou. Rom. in l. ſi ve
rò, §. de viro fallen. 46. ff. ſolut. matr.
Vlderic. Zaſ. Hippo. Felin. Bart. Ce-
pol. & alij plures, quorũ meminit An
dr. Tiraq. d. c. 49. nu. 17. adducti ad ita
exiſtimandũ, ex deciſ. celeb. tex. in l.
Diu⁹ 31. ff. ad l. Cornel. de falſis, ibi,
deſcribatur Imperatori, quẽ ſic intelle-
xerunt, & in id ponderabãt præcitati
DD. licet nõ ignorẽ Tiraq. vbi proxi
mè, & Philip. Dec. in d. c. 1. de cõſtit.
num. vlti. lectur. 2. contẽdiſſe text. in
alleg. l. Diuus, nõ probare, ſupremos
Magiſtratus facultatem non habere,
ad immutãdas pœnas legũ: ſed re ve
ra Caliſtrat⁹ I. C. in d. l. Diu⁹ Pius rec
tiſsimè docuit & ſẽſit, vt ſi pl⁹ pœnarũ
reos mereri contigiſſet, quã ex for-
ma iuriſdictionis, id eſt, vt ibidem in-
terpretatur glo. verb. *pati* ex forma iu
ris, pati poſſent, neceſſe eſſet Impera
tori deſcribere, vt æſtimaret, quate-
nus tales rei accuſati coerceri debe-
rent, vbi gloſ. verb. *æſtimatore*, belliſsi
me inſiſtit, in eo, quod Imperatori
neceſſario reſcribendum ſit, dũ dixit
gloſ. *Imperatori dico*, innuens recedi
non poſſe á præſcripto ſuplicio Im-
peratore, ſiuè alio ſupremo Principe
in cõſulto: quare dubiũ nõ eſt quin
ille text. efficaciter probet, neutros
Magiſtratus, ſiuè maiores, ſiuè mino-
res, trãſgredi poſſe, pœnas legũ, cer-
tas & determinatas, relinquiturq; ad
huc ex iuſta cauſa, neminẽ receſſurũ
á legibus, & ſtatutis Principũ, ciſdẽ
in conſultis: vt docuit expreſſe Cali
ſtratus, in d. l. Diuus 31. igiturvt adin
tentũ redeamus, ſi opus eſt Principis
cõſultatione ſoli inferiores, quãtum
uis ſupremi Magiſtratus, non vale-
bũt etiã ex iuſta cauſa, non infligere
eaſdẽ pœnas, quas leges præſcripſe-
rint, manebitque perpetua, & firma,
prior illa ſentẽtia, quæ rectè áſſere-
bat, omninò fore imponendam ean-
dem pœnam, quam lex ſtatuiſſet.

16 Verum enim verò non cũ difficul
tate, dictæ duę opiniones, ſibi inuicẽ
aduerſantes, poterunt ad concor-
diam, reduci ſi conſideres cauſas, ad
minuendas, vel augendas pœnas, á
legibus præſcriptas, & circunſtãtias,
quibus iudices adduci poſſunt, & mo
ueri, ad tranſgredienda legum, ac cõ
ſtitutionum præcepta, eſſe in dupli-
ci differẽtia, etenim ſuppoſito quod
omnes tales cauſæ, iuſtæ & legitimæ
futuræ ſunt, quædã tamen ſunt cauſę
& circũſtãtiæ, quæ licet iuſtę ſint, illa
rũ mentio nõ reperitur in iure, neq;
ſunt à legibus receptę & approbatæ,
vt ex illis delinquẽtiũ minuãtur vel
augeãtur culpę, delictũ vè ipſum ma-
ius, aut minus appareat. Alię verò ſũt
cauſę & circũſtãtiæ, quę ita inſunt, &
cohærẽt, ipſismet delictis, vt illorum
culpã minuant, & augeãt: vtpotę quę
iure expreſſę inueniũtur, & approba
tę ſunt ab ipſis legibus, & conſtitutio
nibus Principum ad eum effectum,
vt delinquentium culpas minuant &
augeant.

17 Inter quę duo genera cauſarũ, & cir
cunſtãtiarũ, quãtũ ad propoſitũ atti-
net, rurſ⁹ illud eſt diſcrimẽ, quod propter
ali-

Digitized by Google

aliquam ex cauſis,& circunſtãtijs primi generis,integrum non erit iudicibus â certis & præfinitis pænis recedere,quia tales cauſę,neque inueniũtur expreſſę,neque approbatę á iure, ad minuendas,vel augẽdas pænas legum.At verò propter cauſas & circũſtantias ſecundi generis, id eſt illas, quas approbarunt iura, ad minuendas,vel augendas hominũ culpas, rectè poterunt iudices,pænã â iure prę finitã tranſgredi,attẽtis dictis cauſis, quas reſpicere debẽt iudices, vtpotè ab ipſo iure,approbatas, & expreſſas ad eũ effectũ,minuẽdi, vel augendi pænas delictorũ: quo caſu nõ dicentur purè receſsiſſe,â certis,& præfinitis legum pænis,ſed magis ob iuſtas cauſas,expreſſas,&approbatas,mitiores,vel maiores pęnas iniunxiſſe.

18 In quo ſenſu,& de dictis cauſis,ſeu circunſtantijs ab ipſo iure expreſsis, & approbatis,ſunt intelligẽdi tex.de iure canonico in c.2.de offic. & poteſt.iud.deleg. & in c.1.& 2.de delictis puerorũ, de iure verò Cæſareo, tex.in l.ſi adulteriũ 38. §. Imperatores,ff. de adulter. & in l. aut facta in prin.& §.vlt.ff.de pæn. & in l. ſi quis 7.verſ.*in ſeruos*,ff.de iuriſdict. & in l. illicitas 6.§.vlt.ff.de offic.Præſid.quibus iuribus ob iuſtas,&legitimas cauſas,à lege tamen expreſſas,& approbatas,receſſum eſt à pænis certis, & præfinitis,quæ non ommitterentur, ſi non ſe offerrent circunſtantiæ, & cauſę ex expreſsis & approbatis,atq; id eſt,quod intendit,& voluit glo.in d.verſ.*pœna grauior*,verb.*oneraſſet*,ibi, *ratione forte*,*&c.*

19 Quod ſi quęrat hic aliquis,quæ ſit ratio differẽtię, inter vtrãque cauſã, alteram approbatã â lege,aliam verò minimè, cũ vtraque iuſta ſit, vt ſupponim⁹: facile ſatisfiet, ſi præterea cõſideres in priori membro ſuperioris diuiſionis,ſcilicet quando ſe ſę offerunt legitimę cauſę,& iuſtę circũſtãtię,nõ tamen expreſſę,aut approbatę à iure,iudicibus adhuc nõ eſſe datã poteſtatẽ certã & præfinitã pœnã, ob huiuſmodi cauſas trãſgrediẽdi,leuiꝰ vè,aut grauius animaduertẽdi,in ipſos delinquẽtes,vndè crimẽ,ſiuè delictũillud,de cuiꝰ punitione tractatur non obſtante tali cauſa,& circũſtantia,augente vel minuẽte culpã delicti,ſemper manet cũ ſua certa,atque cõpleta malitiareſpectu delinquẽtis, cui lex prędeterminauit certã pœnã. Vndè cũ deficiat poteſtas in iudice ad recedẽdũ â certis pœnis per Principẽ ſtatutis,nũquam poterit illo in cõſulto, nec tantisper deuiare à pœna prœſcripta aliãque diuerſam maiorẽ ſeu minorem inũgere:qua ratione interpretor etiã tex.in d.§.illis, d. c.de cauſis cum ſimilibus:rectè tamẽ poterunt iudices in ſpecie propoſita ſuperſedere in negotio,Principẽque cõſulere,& eũ certiorẽ facere de legitimis cauſis,& circũſtãtijs,quę mouere iudicẽ poterant ad recedendũ â lege,non tamen propria authoritate ſuperſedere valebunt, alias vè diuerſas pœnas imponere.

20 Cõtraverò in poſteriori membro dictę diuiſionis,quãdo cauſę,&circũſtãtię tales ſunt, q̃ ius illas expreſsit, & approbauit: in quo caſu lex,& ſtatutũ poteſtatẽ iudicibus facit, ad tẽperãdas pœnas legũ, his attẽtis circũſtãtijs,& quãuis lex certã pœnã prędefiniat,atque determinet,pro delicto imponendã, ſtatuat vè delinquentẽ cõſiderata eius culpa & malitia delicti,adhibita quadã ſupplicij grauitate,plectendũ & puniẽdũ eſſe, nihilominꝰ tamẽ ſi ex alia parte adſit aliqua cauſa,ſiuè circũſtãtia ex approbatis â iure ad minuẽdasculpas,quę ipſimet delicto cohęreat, ipſiuſque grauitatem minuat & augeat,rectè contendit iudex,& cũ iuditio conſiderabit,

rem illam non eſſe definiendam, ſecundũ terminos legis vel ſtatuti,certã illã pænam præſcribentis, ſed adiuncta & conſiderata ea cauſa,& circunſtantia,quæ delictũ minuit, vel auget ipſique culpæ ita coheret,vt moraliter loquendo ſeparari nõ poſſit cauſa & circunſtãtia illa,ſic expreſſa,& approbata,ab ipſo delicto, eritque vtile,ſimul & ſubtile reſpõſum,ſi in tali ſpecie dixerit iudex,non fuiſſe perpetratum delictum illud nudũ, de quo agebat lex certam pænã præfiniens,ſed lõgè aliud diuerſum, media cauſa & circunſtantia minuente,vel augente,quæ vt diximus tam natura ſua,quam iuris miniſterio,& diſpoſitione, ipſimet delicto coheret,quod tale iudicabitur, quale fuerit,adiuncta & attenta illa circunſtãtia,ſecundum quã poterit iudex augere minuere,& aliter immutare pænam iure præſcriptam.

21 Qua diſtinctione retenta,patet iã concordia,ad dictas duas opiniones inter ſe pugnantes, vt prior illa D. Tho.Boſij,Couar.Menchac. Iacobi Menoch. & aliorum vbi ſupra præcipuè in d.c.de cauſis,§.illis,aientium, vbi certa pæna iure præſcribitur, teneri iudices candẽ neceſſario obſeruare,nec poſſe maiorẽ, nec minorẽ, infligere delinquentibus, quantũuis iuſta cauſa ſubſiſtat, ad augendã, vel minuendã talẽ pœnã,intelligenda accipiendaque ſit caſu quo, talis iuſta cauſa iure nõ ſit expreſſa, neque approbata.Oppoſita verò ſentẽtia,quæ aſſerebat liberũeſſe iudicibus certas pœnas iure præſcriptas, ex cauſa minuere,procedat quando iſtiusmodi cauſa a lege approbata inuenitur,ipſique delicto ita ineſt,vt ipſũ minuat vel augeat,& ſine tali cauſa, ſeu circunſtãtia, ſic approbata,delictũ non ſubſiſtat,neque cõſiderãdũ ſit, in termînis legis pœnã certã imponẽtis, ni ſi ſimul cum tali cauſa, & circũſtãtia, qua expẽſa,& cõſiderata,quaſi aliud delictum eſt, leuius,vel grauẽ, iuxta põdus,& menſurã,talis delicti, nõ vt certa quadã grauitate per legẽ punitur,ſed quatenẽ nouã qualitatem, & quaſi nouũ eſſe recipit ab illa cauſa, & circũſtãtia minuẽte, vel augente, qua ratione dictę duę opiniones iam non erunt aduerſæ,ſed diuerſæ.

Quod ſi nolueris huiuſmodi concordia vti,retinẽdo cõſtanter priorẽ ſententiã illorũ qui aſſerunt nõ licere recedere à certa legũ pœna,& ſi iuſta cauſa ſubſiſtat, niſi facta priẽ Principi cõſultatione, minimè aduerſantur illa quæ pro cõmuni cõtraria adduximẽ fundamẽta,quorũ precipuũ, & fortius argumẽtũ deſumebatur ex arguto,&per difficili Iuliani. I.C.relẽ põſo relato,in l.ſi hominẽ,ff.mandati,ex quo vulgo colligunt interpretes, inferiores ſi iuſta cauſa ſubſiſtat poſſe ſuperſedere in executione,&liberè tranſgredi ſuperioris mandatũ, qui text.videbatur expreſſẽ pro dicta opinione cõmuni à nobis ſecũdo loco relata,ſed re vera cõmunẽ nõ cõfirmat,imò neq; poterat,in cõſequẽtiã adduci, ſi cõſideres apertũ diſcrimẽ,quod verſatur, inter præceptũ legis ſuperioris,&mandatũ inter priuatas perſonas: etenim illud, id eſt legis preceptũ,adeò ſtricti iuris eſt, vt ab illo,ſubditi & inferiores,ſua ſpõte & propria authoritate, nec latũ quidẽ vnguẽ diſcedere poſſint, etiã ex iuſta cauſa,niſi ſpeciatim fuerit inferiorib' in aliquib' caſib' facta poteſtas,ſupplẽdi,aut immutandi aliquid, circa tale preceptũ: Secus verò contingit in mãdato alicuius priuatę perſonę,in quo potiſsimũ attẽdi,& cõſiderari debet,mẽs,& intẽtio mãdãtis, & in quẽ finẽ mãdatum,& ſingula in eo contenta dirigantur,eſt enim cõtractus bonę fidei,§.actionum,inſtit.

de

de action. gloſ. 3. in cap. cum venera bilis, de exception. cuius cõditio eſt ingenium & natura, vt conſiderata mente mandantis, ex bono, & æquo ſuppleri poſsint, & intelligi, quamplu rima quæ in verbis ipſius mandati, non veniebant expreſſa, vt probat d. gloſ. 3. & docuit Iuſtin. Imper. in §. conductor, inſti. locati, vndè cũ apud Iulian. l. C. in dict. l. ſi hominem, ſer mo fuiſſet non de præcepto legis, ſed de mandato inter priuatas perſo nas, mirum non eſt, ſi habita ratione boni & æqui, conſiderataque inten tione, & mente mandantis, æqua fie ret interpretatio, vt poſſet tranſgre di mandatum, ex iuſta cauſa, manda tum inquam inter priuatos: retro ta men philoſopharetur Iulian. ſi ver ba feciſſet de præcepto legis, foret tranſgrediendũ nec ne: vtpotè quod ſtricti iuris eſt, & neque mutari, neq; infringi poteſt ab inferioribus, neq; aliquid in eo ſupleri in cõſulto Prin cipe, vt ex ſuperius reſolutis nõ diffi cilè colligitur, & præſtat argumentũ tex. vulg. in l. quidquid aſtringende, ff. de verb. oblig.

23 Quam differentiam inter manda tum priuati, & ipſius Principis præ ceptum, adnotauit litteratorum Hiſ paniæ decus, Fortun. Garcia de Her cilla in §. & quid ſi tantum, nu. 128. Galliaula in l. 1. §. ſi ſtipulanti, n. 3. ff. eod. tit. de verb. obligat. D. Ambroſ. quem retulit Andr. Tiraq. in l. ſi vn quam, verb. *liberis*, n. 59. C. de reuo can. donat.

24 Cuius diſcriminis inter præcep tum legis, & mandatum priuatorum, nonnullæ non inellegãtes rationes, aſsignari poſſunt, etenim dũ lex præſ cribit, & ſtatuit pœnã certã delicto, vetat expreſſè ne imponatur alia, ſiue maior, ſiuè minor, ex iuribus pro hac parte ſuperius allegatis, maximè ex d. §. illis cap. de cauſis de offic. de leg. ibi, *eandẽ infligas*, quare iudices, alias pœnas, maiores, ſeu minores, in iungẽtes, nõ tã cẽſendi ſunt ſuperſe dere ab ſtatuto legis, certã pœnã im ponẽtis, vt ſuperſeſum fuit in d. c. ſi quãdo de reſcriptis, & in d. l. ſi homi nem, ff. mandati, quam apertè venire cõtra legẽ ipſã, eiuſque præceptũ, & præfinitã pœnam, abſolutè & directè infringere, contrariũ facientes, illius quod ſibi præcipitur, circa infligen dam pœnã, & vindicandũ tale deli ctũ. At verò in d. l. ſi hominẽ, & in d. c. ſi quando cũ ſimilibus, ſolũ actum fuit, de interim ſuperſedendo, à mã dato illo, non tamẽ de infringendo, ſiuè labefactando alicuius ſuperiotis præcepto, in quo ſtat manifeſta diſpa ritas inter vnã, & alteram ſpeciem.

45 Nec tandem obſtat tex. in d.l. et ſi ſeuerior,C. ex quib° cauſis infamiæ: manifeſtè enim procedit,ſermonem que inſtituit, non de ea quæſtione, quam vulgus exiſtimauit ibidem cō trouerti,an ſcilicet Proconſul benè, vel malè iudicauerit, ſed ſuppoſito, quod ſteterit,& valuerit illius ſententia,quæſitū fuit de altera quæſtione infamiæ,ex eoque, leuior & mitior pœna à Proconſule fuit inflicta,quia inerat iuſta cauſa, ipſique delicto cohærens,quæ dictabat mitius,& leuius puniendum eſſe, vt denotant illa verba,*certis rationibus*,quibus adductus,atque commotus iudex,non tā-tam adhibuit ſeueritatem,quā ſuppoſita iuſta cauſa, expreſſa & approbata,àiure,neque potuit,neque debuit adhibere,atque ita text,ibi, *certis rationibus*, intelligendus eſt, de certis quibuſdam rationibus & cauſis, delicto cohęrentibus,àiureque determinatis, & expreſsis, vt denotāt, nonnulla exempla à gloſ. ibidem adducta.

Suma-

Digitized by Google

Summaria ad Controuerſiam 6.

1 *AN in iuditio extraordinario inquiſitionis liceat diſcedere á pœna ordinaria, & aliâ pro arbitrio imponere.*

2 *Canonicus de quo in cap. 2. de confeſsis fuit in iuditio extraordinario pœna ordinaria punitus.*

3 *Difficilis reputatur ille rex, ex eo quia vbi ſine accuſatore proceditur, mitigandæ eſt pœna ordinaria.*

4 *Confirmatur ex nonnullis iuribus in iuditio extraordinario, adhuc locũ eſſe pœnæ ordinariæ præſertim, ex c. inquiſitionis in princi. de accuſat. vbi homicidæ & Simoniaci equali ordinaria pœna iubẽtur puniri, etſi iuditiũ extraordinarium fuerit.*

5 *Contrariam ſententiam, id eſt mitiorem pœnam in iuditio extraordinario inquiſitionis iudicis arbitrio imponendam eſſe, defendunt plures in præſenti relati, & vbi non eſt accuſator latior patet miſericordiæ cãpus.*

6 *Diſtinguendum inter ius Canonicũ, & Ciuile vt illud (vtpotè miſericordiæ plenum) admittat leuiorem pœnam in iudicio extraordinario, hoc verò nõ ita.*

7 *Ius Ciuile regulariter non conſtituit iudicium extraordinarium, ideòque á pœna ordinaria non diſcedit, contrà verò ius Canonicum dum inuenit iudicium extraordinarium inquiſitionis, pœnam quoque extraordinariam in tali iuditio iniungere conſuenit.*

8 *Improbatur prædicta differentia inter ius Canonicum, & Ciuile ſiquidem etiam de iure Ciuili cognitum fuit extraordinarium inquiſitionis iudicium.*

9 *Equalance ſtatutum fuit per ius Canonicum, & Ciuile neminem poſſe ſine accuſatore damnari.*

10 *Allegantur nonnulla iura quæ probãt vtrumque ius approbaſſe iudicium extraordinarium particularis inquiſitionis.*

11 *Iudicium inquiſitionis non eſſe omnino tutum, ſed odioſum, variis teſtimonijs oſtenditur, & fortiter probatur neminem fore damnandum ſine accuſatore, ex celebratiſsimo loco Chriſti Domini ad mulierem adulteram.*

12 *In iuditio inquiſitionis non ex bono et æquo, ſed ſecundum rigorem ſtrictũ & obſeruatis iuris præceptis procedendum eſt.*

13 *Sæpenumerò proceditur in iuditio inquiſitionis, etiamſi delicta non ſint per famam manifeſta.*

14 *Reijcitur inquiſitionis diffinitio tradita à Dominico de Soto.*

15 *Iuſta & legitima eſt praxis, quæ admiſſit inquiſitionis iudiciũ extraordinariũ, valde quidẽ vtile, & neceſsariũ ſi nonnulla eidem ſalutaria requiſita adiungamus, quæ ab authore deſignãtur, & adducitur vera iuditij inquiſitionis diffinitio.*

16 *Cum antiquiſsimum & vſu frequentiſsimum ſit inquiſitionis iudicium non extraordinarium, ſed ordinariũ potius cenſeri debet.*

17 *Nihilominus verius eſt, præfatum iuditium inquiſitionis extraordinariũ eſſe, in quo quamplurimæ violantur iuris regulæ.*

18 *Illud in iure appellatur extraordinarium, quod iudicis officio expeditur, & cum tale ſit iudicium inquiſitionis merito dicitur extraordinarium.*

19 *Necnon quia iudex in tali iuditio pœnã, pro arbitrio imponit vndè reſultat quod*

Digitized by Google

quod extraordinarium dicatur nõ in eo quod antiquiſsimum ſit,ſed in inſpiciendo vtrum in eo offendantur in vis regulæ nec ne.

20 *In punto iuris & inſpecta natura iudicij extraordinarij nullatenus pœnam ordinariam admittit, niſi contrarium vſus Tribunalium admiſerit,quorum conſuetudo recepta,retinenda erit.*

21 *Adducitur communis intellectus ad c. 2.de cõfeſsis,vt Canonicus ille ideò fuerit pœna ordinaria affectus, quia ſponte crimen faſſus eſt, ſecus ſtatum,ſi fuiſſet teſtibus,vel alijs probationibus comictus.*

22 *Sed conuincitur,quia qui ſponte crimen agnoſcit videtur potius mitiori pœna puniendus.*

23 *Aſſignatur verus intellectus ad d.c. 2.de confeſsis,vt Canonicus ille ob grauiſsimum & inexpiabile crimẽ Simoniæ fuerit ab officio & beneficio depoſitus,quod ſuplicium iniũgi potuit per iudicem, conſideratis negotij,& perſonæ qualitatibus.*

24 *Interpretatur textus difficilis,in l.2. §.ſi publico,ff.ad l.Iul.de adult.& ſtup.qui in vero & germano intellectu aduerſus antiquos Patres accipitur.*

25 *Intelligitur text.in l.2.C. de abolitionibus,vt ibidem pœna extraordinaria competens fuerit.*

26 *Intelligitur prætereà dificilis text. in l.4.C.de ſepulcro violato, vt pœna de qua ibi multò proprius extraordinaria nuncupari debeat.*

27 *Aſſignatur etiam intellectus ad l.ordo. 8.ff. de publicis iudic. vbi nec verbum vllum de particulari inquiſitionis iuditio.*

28 *Adducitur verus ſenſus difficilis tex. in c.inquiſitionis de accuſat.*

29 *In atrocioribus & deteſtandis criminibus,non eſt differentia,an iudicium extraordinarium ſit,vel ordinarium,vtrobique enim imponi poterit pœna ordinaria.*

CONTROVERSIA 6.

Vtrum in iuditio particularis inquiſitionis mitior pœna imponenda ſit,quam in iuditio accuſationis.

VTilis profectò, & vſu frequentiſsima, pariter & difficilis in puncto iuris, ſe ſe nobis offert, hoc in loco,diſcutienda quæſtio. Vtrum poſsint, & debeant iudices,in iuditio extraordinario, inquiſitionis,ſuo arbitrio pœnas ordinarias tẽperare, & mitigare, circa punienda delicta,eaque extraordinẽ punire,& per contrariũ,in ordinario iuditio, pœnas ordinarias, à legibus præſcriptas teneantur imponere á quibus nec latũ quidẽ vnguẽ illis diſcedere liceat. Ad quam diſputationem occaſionem accepimus,ex his quæ ad extremũ quæſtionis præcedentis tradidimus in ſolutione cuiuſdã argumenti: dicentes ordinariá pœnã impoſitã nõ fuiſſe,quia iudex ex-

Digitized by Google

extra ordinē de negotio cognouerat, quaſi in iudicio extraordinario ordinaria pœna nō eſſet infligenda: modo vero operepretiū duximus rē hanc penitus intelligere, & videre, an vera ſit, & iuris principijs conſona prædicta doctrina; quid vè cenſendum ſit, circa diferentiā illam, frequentiſsimè aſsignatā, inter ordinarium, & extraordinarium iudicium: Et quid facturus ſit iudex in iudicio ordinario procedens, eandē ne vel aliam pœnam, quam quæ lege præſcribitur, imponere debeat, ſatisſuperque diximꝰ in diſputatione præcedēti: nunc ſolū acturi de iudice qui extraordinem ex officio, & per viam inquiſitionis, de cauſa cognoſcit, vtrū liberè valeat, vel debeat, ab ordinaria pœna diſcedere, vtpotè qui ſine parte, & ſine accuſatore procedit.

2 Et imprimis quod talis iudex ex inquiſitione, & extraordinē de cauſa cognoſcens, nō poſsit delinquentē extraordinariè punire, efficaciter probat tex. elegans, & difficilis in c. 2. de confeſſ. ibi: *ab officio, & beneficio*, vbi Inn. III. Canonicum Bethleanitanæ Eccleſiæ, qui in iudicio fuerat confeſſus, quod pro præſtando alterius electioni conſenſu, quingentorum ſarracenorum obligationem receperat, & mediator extiterat ſymoniacæ prauitatis, per diffinitiuam ſententiam duxit ab omni beneficio, & officio Eccleſiaſtico deponendū, & ſic puniendum pœna ordinaria illius criminis.

3 Quē textum ſummè difficilem iudicarūt interpretes ibidē, ex eo quia non ſatis ſtatuerè potuerunt, quid cauſę fuerit, cur Canonicus ille, fuerit damnatus, ſententia depoſitionis, ab officio & beneficio, & ita pœna ordinaria, cū in eo text. ex officio, & abſq; accuſatore proceſſum fuerit, mitigandaq; ſit pœna ordinaria, quoties per inquiſitionē, ſinè accuſatore proceditur, iuxta cōmunē ſententiā, de qua per And. Tyraq. de pœn. tēp. c. 53. Beroi. in c. qualiter, *el ſegundo*, à n. 52. de accuſat. Iul. Clar. in prac. q. 60. n. 33. Prępoſit. in c. 1. 2. q. 8. n. 137. Videreturq; refragari iuris regula, de qua in c. inquiſitionis in princ. de accuſat. cōmunisq; omniū interpretū traditio, quæ habet, ordinariā pœnā mittigandā eſſe, quando iudiciū ſine accuſatore inſtituitur, atq; formatur: probat igitur ille text. quod quātumuis ex officio procedatur in cauſa, nihilominus tamen pœna ordinaria infligenda ſit.

4 Faciunt prętera pro eadē parte quāplurima alia iura, quę in particulari inquiſitionis iudicio, eandē omnino pœnā imponēdam eſſe voluerunt, & in effectu impoſuerunt, quæ in iudicio accuſationis fuerat infligenda: vt videre poſſumus in l. 2. C. de abolition. ibi. *inquiſitione facta eam petens pœna ingeratur*, l. 2. §. ſi publico ff. de adult. vbi extra ordinem, & ſine accuſatore fuit in cauſa proceſſum, & tamen ordinaria lenocinij pœna, impoſita fuit. Grauiter etiā vrget difficilis tex. in l. 4. C. de ſepulc. viol. ibi: *vel ad officium conuenerit*, eandemque partem fortiter probat atq; confirmat tex. in l. ordo. 8. ff. de publi. iudic. vbi & ſi maximè extra ordinem crimina probentur, ſemper durat eadem legū pœna: quibus omnibus in locis mirū in modum probari, & cōfirmari videtur iſta pars; quæ habet, nullum fore conſtituendū diſcrimē, circa infligendas pœnas, ſiuè ordinario, ſiuè extraordinario iudicio procedatur. Præſertim ſi expendas non leuè argumentum, ex d. c. inquiſitionis (quod pro ſe adducunt aduerſarij ſtatim referendi) deſumi poſſe ex eiuſdem initio in verſ. *in quo*; vbi Pont. Max. ſaltem homicidas, & ſymo-

moniacos aquali ordinaria pœna puniendos esse arbitratur, siuè ordinariè, siuè extraordinariè de causa cognitum fuerit, nulla ergo constitui posse videtur diferentiæ ratio inter vnum, atque alterum iudicium, accusationis, & particularis inquisitionis.

5 Oppositam tamen sententiam, id est mitiorem pœnam in iudicio extraordinario inquisitionis iudicis arbitrio imponendâ esse, & nullo modo infligendam pœnam ordinariam delicti, ex antiquioribus defendunt Abb. num. 1. Felin. 8. vers. *vera vertio*, in dict. cap. inquisitionis, idem Abb. in capit. 2. de confess. num. 10. Aret. in cap. qualiter, & quando el segundo num. 24. & 28. de accusat. Ioann. de Annan. in cap. in Archiepiscopatu. num. 5. de raptor. Hipolit. in pract. crim. §. constante, num. 38. erudite Dominicus Soto de ratione tegendi, & detegendi secretum, membr. 2. q. 6. col. 5. Iul. Clar. lib. 5. §. vlt. quæst. 6. num. 33. Martin. Navar. in cap. inter. verba. corol. 48. n. 582. Anton. Comez. 3. tom. c. 1. à nu. 10. ante fin. plures alij relati, & laudati ab Andr. Tiraq. de pœn. temp. causa. 53. in principio, ante quos eâdem sententiam tenuerat glos. verb. *si prætori*, in l. 3. §. præterea, ff. de suspect. tutor. probat expresse tex. optim. ad propositum in capit. dilectus. 30. vbi docet glos. verb. *mœroris*, de simon. qui omnes ex eo moueri potuerunt ad sic existimandum (præter tantorum patrum authoritatem) quia vbi deficit accusator, sine dubio latior patet campus, misericordiæ, & æquitati, & quantum in nobis fuerit, proniores quidem esse debemus ad absoluendum, quam ad cõdemnãdum: ideòque in inquisitionis iudicio, mitius, & leuius punire tenemur, & possumus delinquentes, quam in Ordinario accusationis, vt intendit hæc secunda sententia.

6 Quod dissidium, seu contentionem, diuersitatemque iurium, atque Doctorum, vt componerent Felin. & Abb. hic num. 8. ille num. 3. in dic. cap. inquisitionis, quorum meminit Andr. Tiraq. d. loco. nu. 2. distinguẽdum esse arbitrati sunt, inter ius Canonicum, & Ciuile, vt hoc cũ sit gratia & misericordia plenum, maximèque prospiciat animarum saluti, finẽque supernaturalem nostræ fælicitatis summòpere intendat, mitiores, & leuiores pœnas semper inisugat, quoties sine accusatore proceditur, neque eo attento ordinaria criminis pœna possit imponi, quando negotium ex officio, & per viam inquisitionis agitatur: Illud verò, scilicet ius ciuile, vtpotè magis strictum, & seculare, eandem ordinariam pœnã infligendam esse decreuerit in iudicio extraordinario, qualis imponeretur si fuisset instituta accusatio, tractaretur vè causa ad instantiam partis, ita vt secundum ius ciuile, nulla diferentia sit, ad imponendam ordinariã delicti pœnam, siuè iudex Ordinario iudicio cum accusatore procedat, siuè extraordinem, sine accusatore de causa cognoscat.

7 Quod si percontetur aliquis, cur, tam diuersum constituendum sit inter ius Canonicum & Ciuile? respõdebunt interpretes proximè relati, discrimen in eo consistere, quod attento iure ciuili, ferè numquam, vel saltim, vt in plurimum, iudicium non instituatur ex inquisitione: etenim si in dict. §. si publico, ob specialem rationem ex officio extraordinarium iudicium fuit institutum, certè text. ille firmat regulam in contrarium, & probat regulariter de iure ciuili, non fore procedendum in causis per viam par-

Digitized by Google

particularis inquiſitionis. De iure verò Canonico, longè aliter res ſe habeat, quippè quod maximè recipit, & approbat extraordinarium particularis inquiſitionis proceſſum, vt manifeſtum eſt, innumeraque iura probant. Ex qua differentia altera pullulat, atque conſurgit, ſcilicet, quod inſpecto iure Ciuili, coactè iniungenda ſit pœna ordinaria, vt delinquentes qui releuantur in vno, hoc eſt, in eo vt contra illos ex officio non procedatur, grauentur in alio, ſcilicet, vt ordinaria pœna, & nullo modo extraordinaria, ſeu arbitraria, puniri debeãt: verùm quia ius ipſum Pontificium, approbat & amplectitur iudicia extraordinaria, cum ratione coniunctum, & copulatum eſt, vt ipſi rei, & delinquentes, qui damno afficiuntur in eo, vt abſque accuſatore contra illos procedatur, in alio ſentiant leuamen, atque ſolatium aliquod, id eſt, vt in tali iudicio extraordinario, ordinaria pœna, nec poſsint, nec debeant mulctari: quin potius in extraordinario iudicio, pœna etiam extraordinaria, vtendum ſit: expedit enim ſi in vno quis damnum ſentit, in alio commodum experiatur, & è conuerſo, iuxta tradita per Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 1. capit. 2. num. 8. & argumẽto l. ab eo 9. C. de fideicommiſſ.

8 Quæ diſcriminis ratio, & ſi ſubtili indagatione à dictis grauiſsimis Patribus, excogitata videatur, nequaquam ſuſtineri valet, & cõfunditur apertè, ex iure manifeſtò, & expreſſo, in d. l. hodiè. ff. de pœnis, vbi (vt vidimus latius in diſput. proximè precedenti) I.C. approbat, atque magnopere confirmat, extraordinarium particularis inquiſitionis iudicium, atque id de iure Ciuili, vt manifeſtum eſt; corruit ergo prædictæ differentiæ ratio cum omnibus poſtea ex illa deductis.

9 Et confunditur apertius, ſi conſideres ius Canonicũ & Ciuile, æqua lance ſtatuiſſe, regulam notiſsimã, quæ docet, neminem poſſe ſine accuſatore dãnari: vt ſunt iura expreſſa de iure Pont. c. 1. vt eccleſiaſtica Beneficia, & cap. 1. de accuſat. de iure verò Ciuili text. expreſſ. in l. reſcripto. 6. §. ſi quis. ff. de muner. & honor.

10 Accedit non minus de iure Ciuili per viã inquiſitionis procedi quã de iure Canonico, namq; ſicuti veriſsimũ eſt, & vſu frequentiſsimũ, de iure Pont. quod ſtatuerint iura Canonica, expedire, vt procedatur in cauſis, tam per particularẽ, quãm per generalẽ inquiſitionem: iuxta vulgaria iura in c. qualiter & quando, 1. & 2. de accuſat. & in cap. inquiſitionis, eod. tit. c. 1. de offic. ordin. ſic ipſummet ius Cæſareum, approbauit, atq; recepit, quod iudices extra ordinẽ de cauſis cognoſcerent, iudicijs vè extraordinarijs experirẽtur: vt ſunt etiam iura manifeſta in l. diuus. ff. de cuſtod. reorum, & in l. congruit, 13. l. diuus 14. verſ. *cum autem*, ibi; *Cum ſam tanta negligentia perquirere*. ff. de officio Præſ. perperam ergo dicti Patres diſcrimen ſtatuerunt in propoſito, inter ius Cæſareum, & Pontificium, quod nullum quidem verſatur, cum non magis grauentur delinquentes, attento vno iure quã alio, vtpotè quia vtrumq; ius, tam Canonicũ, quãm Ciuile, iudicia extraordinaria recepit, & approbauit, in iudicijs & cauſis forẽſibus, ex officio, & per viam particularis inquiſitionis procedendo.

11 Sed grauiter obſtat, quod frequẽtiſsimum iſtud inquiſitionis iudicium, non omninò tutum videtur, immò nimis ſtrictum, & odioſum, ac

iuris Canonici præceptis,repugnãs, contra bonum & æquum, atq; ideò non ſuſtinendum,neque in hoc ipſo iudicio pœnas mitigãdas,ſed ad vnguem,& vt iacent exequendas eſſe: Etenim dictum inquiſitionis iudicium,frequẽter definiri ſolet, quod ſit,*inueſtigatio criminis manifeſti ſaltem per famam ex bono & æquo á iudice competenti Canonicè facta*, vt definierunt Dominic.de Soto,de ratione tegendi,& detegendi ſecretum, memb.2. quæſt.6.verſ.*vnde*.Marant.de ordin. iudic.6.p.c.de inquiſitione in prin. poſt Felin.in rubr.de accuſat. nu.4. & Bart.in l.tranſigere. C. de trãſact. num.15.tradit Sylueſt.in ſum. verb. *inquiſitio*,in prin.cui definitioni,& dicto inquiſitionis iudicio, plura profectò illaque non leuia fundamenta,ex diametro contradicunt:& ſi veterum annalia euoluamus,inueniemus quidem,apud Rom.conſuetudinem non fuiſſe, damnandi aliquem hominem,priuſquam ille qui accuſaretur, præſentes haberet accuſatores,vt denotant elegantiſsima verba D.Ambroſij in comment. ad D. Paul.ſuper 1.ad Corinth.cap.5. tranſumptiuè in c.de manifeſta 2.q.1.vbi Stephanus Papa V.Leoni Epiſcopo Theanen. reſcribens, ſic inquit: *De manifeſta & nota pluribus cauſa,non ſunt quærendi teſtes,vt S.Ambroſ.in epiſt.ad Corinth. dixit de fornicatore ſententiam exponens Apoſtoli. Iudicis* (inquit)*non eſt,ſine accuſatore damnare, quia Dominus Iudam cum fur eſſet,ſciebat: ſed quia non eſt accuſatus minimè abiecit*,& cætera quæ ſequũtur apertè damnantia, dictam inquiſitionem,vbi glo.2.verbo,*ſine accuſatore*,ita docuit, probatque text.de iure Rom.in dicta l.reſcripto. 6. §. ſi quis. ff. de muner. & honor.cap.1.in princip.vt eccleſiaſtica beneficia, & cap. 1. de accuſat. vtrobiqueq; Doctores, & omnino opus eſſe accuſatore voluit Bart. in l.infamem.ff.de public.iudic. nu. 7.AEgid.Boſius in pract. titu. de inquiſit.num.14.Anton.Gomez,3.tomo, capit. 1. num. 44. verſic. 9. ex Theolog.B.Thom.2.2.quæſt.67.artic. 3. & poſt eum illius diſcipulus Soto lib. 5. de iuſt. quæſt. 4. artic.3. & melius in dict.tractatu de ratione tegen. & detegen. ſecretum, dicta quæſt. 6. col. 4. Martin.Nauarr. qui non iniuſtè poteſt etiam inter Theologos annumerari in cap. inter verba corolario 48.nu.579. Suaderque mirum in modum doctrinam hanc de neceſsitate accuſatoris, locus ille celebratiſsimus Chriſti Domini, ad mulierem adulteram: *Si nou eſt qui te accuſet,neque ego te cõdamnabo*:quod teſtimon. tantum valuit apud Marant.vbi proximè,num.6. vt illius authoritate adductus fuerit ad exiſtimandum, Chriſtum Dominum illis verbis, Ioann. cap. 8.dum adulteræ reſpondit:*Quia nemo te accuſat, neque ego te condemnabo*: quaſi diuino quodam præcepto,vetaſſe,& prohibuiſſe,iudicium inquiſitionis, & quamuis Marant. opinioni adhærendum non ſit in hac parte, vt inferius patebit, nihilominus negandum non eſt, fortiter videri probari illo teſtimonio,neminem fore damnandum ſine accuſatore, præſertim cũ omnis Chriſti actio noſtra debeat eſſe inſtitutio,

12 Falſum prætereà videtur, quod in d.inquiſitionis iudicio, potiſsimum inſpiciatur,bonum,& æquum,vtpotè quia,ex eo deduci videtur, iudicium hoc,non eſſe conſonum iuris regulis,atque præceptis, id namque quod iuxta regulas iuris, & ſecundum ius cõmune recipitur, dici non poteſt receptũ ex bono,& æquo, vt probant iura per argumentum, in l. in cauſæ.17.in princip.ff. de minor.

& in

Digitized by Google

& in l.1. C. de theſaur.lib. 10. creſcitq; difficultas ex eo, quod prædictum inquiſitionis iudicium manifeſtum eſt,fuiſſe introductũ antiquiſsimis temporibus Rom. de iure Ciuili,poſteaq; receptum,& approbatũ, tam iure Canonico, quàm moribus Populi,vt probat text.in authent.de collator.§.iubemus,collat. 9. in l.cõgruit.13.ff.de offic.Præſ. in l. Diuus 6.ff.de cuſt.reorum, & in l.4. C. de ſepulchr. violat. in cap. 1. §. ſanè de cenſibus,lib.6.& in c.1.de offic. ordin.quò fit vt in dicto iudicio, non ex bono,& æquo, ſed ſecundum rigorem ſtrictum, & obſeruatis iuris præceptis,procedendũ ſit,ſto quod, recipiendum ſit tale iudicium.

13 Cuius iniquitas,& iniuſtitia, rurſus ſuadetur, atque conuincitur, quod in eo, ſæpenumerò proceditur,etiam ſi delicta, ſeu crimina non ſint per famam manifeſta. d. l. congruit,cum ſimilibus, quod vtiq; procedendi genus,quantum aborreat à bono,& vtilitate publica, ſitque bonis moribus contrarium vnde non pauca poſſunt quotidiè mala ſuboriri,nemo dubitare poteſt: ac perconſequens relegandum, & reijciendum fore videtur, dictum inquiſitionis iudicium.

14 Nec valebit, ſi cum Dominic. de Soto,d.verſ. *vnde inquiſitio*, vbi proximè,aliter quis definiat inquiſitionẽ, detrahendo ab eius definitione ſupra relata,omnes & ſingulas particulas,quas præmiſſa ſuperior reſolutio recepit, vt euitentur propoſitæ difficultates, aſſerendo, nihil aliud eſſe inquiſitionem,quam quædam inueſtigatio,aut criminis, aut peccatoris occulti,quæ fit à Prælato. Conuincitur enim pariter hæc ſecunda definitio,ſicut præcedens,quoniã manifeſtè repugnat,& contradicit, celebr. tex.in c.qualiter.17.ibi,*exceptis occul-*

tis,de accuſat. quibus verbis docemur,admonemurq; ne velimus,nec poſsimus,occulta crimina inueſtigare, corruit ergo Dominici de Soto traditio,nec definitionis nomen meretur,cum apertè conueniat alijs, à ſuo definito,id eſt denuntiationi,& accuſationi, in quibus ſimiliter crimina quæruntur, & inueſtigantur, quod non animaduertit prædictus author, & ſi Dialecticæ, & Philoſophiæ,quemadmodum,& in Theologia peritiſsimus.

15 Verum his difficultatibus nõ obſtantibus,iuſta profectò,legitimaq; eſt,praxis cõmunis,quę vtilè, & valdè neceſſarijſ, in Republica inquiſitionis iudiciũ extraordinarium, nec nõ ex bono,& æquo procedens admiſsit,atq; recepit, ſi nõnulla eidem iudicio ſalutaria requiſita adiungas addasq; præcepta.Primum quidẽ ne inueſtigẽtur, & inquirãtur in annes, res,vel futiles nulliusq; ponderis ac momẽti,ſed delicta & crimina.Deinde,quod non procedatur in iudicio inquiſitionis,niſi obſeruatis illi⁹ qualitatibus,& requiſitis, à iure expreſſis.Inſuper vt omninò diſtinguamus iudiciũ inquiſitionis,ab alijs modis, quibus delicta ſolent ad Tribunalia deduci, cognoſcentes, & præoculis habẽtes,naturã & ingeniũ aliorũ diuerſorũ iudiciorũ, accuſationis ſcilicet,& denũtiationis, quorũ illa propria cõditio eſt,vt nõ inſtituãtur,niſi ad ipſarũ partiũ inſtantiã,& ad monitionẽ,hoc eſt denũtiatoris & accuſatoris, iuxta text.in c.porrò.3.ad fin. de diuortijs,in c.qualiter. 14. in illis verbis, *officij tui*,de accuſat.in c.licet 31.de ſymon. Denique obſeruandum,longè aliter procedendum fore,contra certas & præfinitas perſonas,vbi particulare inſtituitur inquiſitionis iudicium,ac quando generaliter per generalem inquiſitionem,

Digitized by Google

delicta perquirimus.Quibus ita perpenſis & cum iudicio conſideratis, rectè poterunt, & debebunt iudices,exercere extraordinarium honeſtum, & valde vtile inquiſitionis iudicium,quod ſi recta & omnibus numeris abſoluta diffinitione volueris diffinire, dic inquiſitionem, nihil aliud eſſe,quam legitima quędam peccatoris, aut criminis inueſtigatio ex officio à iudice competenti facta,quam ex proximè dictis rectè explicare valebis, & ea retenta minimè obſtabunt ſuperius allatæ difficultates,quæ cõtra nuper relatas diffinitiones procedere videbantur.

16 Vlterius difficilis videtur,& minimè admittenda, communis illa compellatio,qua frequentiſsimè iudicium hoc inquiſitionis, ab interpretibus, extraordinarium nuncupatur:quod cum antiquiſsimum ſit, & hiſce temporibus frequentiſsimum, teſte Domino Præſide lib. 1. variarum, capit. 10. numero. 5. & ab ipſis legibus inuentum, iuxta dict.l. congruit. ff. de offic. Præſid. cum ſimilibus ſuperius adductis, nõ extraordinarium ſed ordinarium potius iudicium cenſeri debet.Accedit in confirmationem, quod regulariter iudices conſueuerunt negotia definire & agitare accuſante publico fiſcali, qui accuſatoris munere fungitur, vnde etiam conſequi videtur non extraordinarium, ſed ordinarium eſſe iudicium hoc, in quo per viam inquiſitionis proceditur.

17 Quibus obiectionibus non obſtãtibus,verius quidem eſt,in illa controuerſia,qua dubitari ſolet, vtrum iudicium inquiſitionis,extraordinariũ,vel ordinariũ ſit,eã ſententiã tenendã,quæ affirmat extraordinariũ eſſe,quã defendũt Auguſt.Beroi° in rubr.de iudic.num.54.& in rubr. de accuſat.nu.10.Philipp.Dec.in rubr. de iudic.num.7.Bol. in pract. tit. de inquiſitione, num. 16. poſt Bart. in extrauag.ad reprim.in glo. verb. *per inquiſitionem*,in prin. teſtantes cõmunem opinionem magisq; receptã: ante quos omnes idẽ tenuerat glo. verb.*quatuor*,in c.1.4.q.4.& glo.ſimilis, verb. *ordinario*, in c.multi.2.q.1. quorum fundamenta non leuia, aut inutilia,ſed magni ſunt ponderis,atque momenti,quæ re vera conuincunt, dictum inquiſitionis iudicium, non ordinarium,ſed extraordinariũ eſſe:namq;certiſsimum eſt, iure cõmuni attento,regulariter remedium hoc inquiſitionis non cõpetere, vt d.gloſſæ præcitatiq; DD. planè fatẽtur,præterquamquod, negari etiam minimè poteſt, inſtitutũ fuiſſe,cõtra iuris regulas,modũ & rationẽ aliorũ iudiciorum, vtpotè, quia per viam inquiſitionis ipſi rei delinquentes, fatigari ſolẽt innumerisq; affici moleſtijs,atq; id ſine accuſatore, quod rarum eſt,& contra communes iuris traditiones, veteremq; iudiciorum conſuetudinem: in quo recipiũtur teſtes ante ipſam litis conteſtationẽ,aduerſus regulã tex. in c. quoniã frequenter in prin.iuncto §. *ſuus,&* *alij*, vt lite non conteſtata,aliaq; nõ pauca in hoc iudicio,vbi ex officio proceditur cõtra iuris ordinẽ admittũtur,quã plurimæq; violãtur iuris regulę,vt iure optimo ſit,& nũcupetur remedium extraordinarium.

18 Præſertim ſi expendas illud in iure noſtro,extraordinarium appellari, quod iudicis officio expeditur, ſed remediũ hoc inquiſitionis talẽ quidẽ eſt,ergo nõ ordinariũ, ſed extraordinariũ: maiorem propoſitionem, id eſt illud dici extraordinariũ quod officio iudicis expeditur: probat tex.in l.pecuniæ verbũ 178. verſic.

Digitized by Google

verſic.*perſecutionis*. ff. de verborum ſignific. docuit Alciat. in cap. quod ſedem,num.24.de offic. ordin. & alij plures relati, à Philipp. Deci. vbi proximè,num.7.tenuerat Bart. communiter receptus in l.1. num. 10. ff. de iuriſdictio.omnium iudicum, & ante eos glo.ver. *perſecutione*, in l.ſicut.3. C.de præſcriptione triginta: minor verò,ſcilicet inquiſitionē iudicis offic. expediri, & ſi de ſe pluſquam liquidò conſtet,probatur manifeſtis iuribus in cap.licet. 31. de ſymon. & in cap. qualiter & quando,24.ibi,*officij ſui*,de accuſat. procedit ergo conſequentia.

19 Atque vt clarius pateat veritas, prædictæ doctrinæ, tandem conſidera,inſuper in hoc inquiſitionis iudicio, aliam potiſsimam iuris regulā violari,ſuper qua fundatur tota noſtra principalis controuerſia: regula autem quæ infringitur illa eſt, cuius meminit Pontif.Maxim. vbi DD.in c.de cauſis.4. de offic. & poteſt. iudic. Deleg. ſecundum quam iudex omninò tenetur,imponere pœnam à iure præſcriptam, nec poteſt eandem minuere, ex traditis per D.Couarr. lib.2. variar. cap.9. num.8. per Andr. Tiraquel. in præfat. de pœn. temp. num. 1. aduerſus quam iuris traditionem, in dicto inquiſitionis iudicio,non ordinaria criminis pœna imponitur & iniungitur,quin potius alteratur ſententia & condemnatio, pro ipſiusmet iudicis arbitrio,qui vt ſibi videbitur, pœnam iniunget, totumque relinquitur, ſub eius poteſtate,qui perpenſis, atque conſideratis cauſis, ac circunſtantijs,erit æſtimaturus,quænam ſit pœna,pro emergenti delicto,imponenda,conſequens ergo eſt, remedium inquiſitionis,extraordinarium eſſe, & non ordinarium,itaque tenendū: quod non inutile erit animaduertere ad varias cauſarum deciſiones. Minusq; oberit ſi adducas in memoriam,dicti iudicij extraordinarij inquiſitionis antiquitatē, quoniam remedium hoc extraordinariū,vel ordinariū eſſe,non cōſiſtit in eo,quod antiquiſsimum ſit,& ab ipſis legibus inuentum,ſed in inſpiciendo,offendantur nec ne in iſto iudicio,iuris vtriuſq; regulæ,vt ſi ſeruētur,ordinariū iudicium cenſendū ſit; ſi verò cōtingat illas violari,extraordinarium dicatur:vnde cum tot,ac tanta iuris vtriuſq; præcepta, in hoc inquiſitionis iudicio frangantur,iuſtè quidem reſoluimus extraordinarium illud eſſe,& non ordinarium.

20 Ex quo relinquitur planum & apertum, in cauſis per viam inquiſitionis agitatis, iudicum arbitrium eſſe mitiorem pœnam imponere, quam in iudicio accuſationis,immò, neque iniungi poſſe pœnā ordinariam,vbi extra ordinē,de cauſa fuerit cognitum,vt habet ſecunda ſententia,quam ſupra retulimus,& ſatis probant pro ea allata fundamenta. Nec contradicit Abbatis Panormitani doctrina in c.2.de confeſſ.n.10. docentis nullo præcepto, obligari iudicē,ex officio procedētē, vt coactè minuere debeat, ſiue reſtringere ordinariā criminis pœnā: imò poſſe nonnūquā etiā in iudicio extraordinario,pœnā ordinariā infligere,ſi delicti grauitas,qualitas, & malitia delinquētis,ita exegerint & poſtulauerint,vt nō obſcurè colligitur,ex fin. verbis dicti c.inquiſitionis: Etenim Abbatis doctrina ad cōſuetudinē in Tribunalibus receptam, referenda eſt: quorū moribus ſemper fuit ita receptum,vt aliquando integrū iudicibus ſit,etiā in iudicio inquiſitionis pœnam ordinariam imponere, ſi ita cognouerint expedire, conſiderata delictorum grauitate, & qualitate,

Digitized by Google

& malitia delinquẽtium: verũ enim verò, ſi diligenter attendas, vim & poteſtatem eorum, quæ attulimus, pro dicta ſecunda ſententia, facilè profectò proſpicies, in puncto iuris, illam eſſe naturam iudicij extraordinarij, vt nullatenus pœnam ordinariam admittat,ſed vbique extraordinaria,arbitrio iudicantis, iniungenda ſit,quidquid conſuetudines Tribunalium, oppoſitam doctrinam, ſiue praxim, pœna ordinaria vtendi, etiam in inquiſitionis iudicio, receperint, & admiſerint, quæ vbi viguerint proculdubio erunt obſeruandæ,& retinendæ.

21 Nec iam obſtabunt, argumenta in contrarium adducta: nõ primum ex d. c. 2. de confeſſ. in illis verbis, *ab officio, & beneficio*, quamuis enim ille text. perdifficilis ab omnibus non in merito reputetur, non ſatis aſſequentibus, cur Canonicus ille, fuerit depoſitus,ab officio, & beneficio, grauiſsimisq; pœnis affectus vbi extraordinario iudicio aduerſus illum procedebatur,dictæ ſententiæ refragante regula illa. c.inquiſitionis in princ. de accuſat. nec non communi omnium traditione, qui ſatis conſtanter decreuerunt,quando ſine accuſatore,ex officio procedituր,leniendam, & mitigandam eſſe ordinariam criminis pœnam, vt clarius probabimus in huius argumenti poſitione,plura alia teſtimonia ex grauiſsimis authoribus petita, adducentes, diuerſimodèque & varijs modis,dicta obiectio diſſolui conſueuerit: nihilominus tamen in eam ſententiam, ſeu interpretationẽ, frequenter itũ eſt, vt tex. in d.c. 2.ibi,*ab officio, & beneficio*,ac deſumptæ ab eo difficultati ſub diſtinctione reſpondendum ſatisfaciendumque ſit, ita vt quicumque delictum ſibi obiectum, de quo accuſatur libenter fateretur,afficiendus ſit pœna ordinaria, etiam ſi extraordinariè, & ex officio,in cauſa procederetur: ſi verò delictum non fuerit confeſſus, ſed teſtibus, aut alijs probationibus conuictus de crimine, quantumuis per viam inquiſitionis,cauſa agitaretur,locus non relinqueretur pœnæ ordinariæ,ſed leniori pœna vtendũ ſit,textusq; in d.c.2.de confeſſ. quatenus Canonicus ille depoſitus fuit, & affectus pœna ordinaria, procedat quando crimen fuit ſponte confeſſus,alia verò iura in d. c. qualiter & quando,& in d.c.inquiſitionis, de accuſat.& in cap.tuæ, de pœn. cum ſimilib. in quantum à iudicio extraordinario, ordinariam pœnam exterminant & reijciunt, procedant, & locum habeant in altera ſpecie, ſcilicet quando delictum comprobatum non fuit per propriam confeſsionem,ſed teſtibus,aut alijs probationibus patefactũ, ita diſtinguit communis ſchola,teſte Auguſt. Beroio in d.c.qualiter & quando,num. 58.Præpoſ. num. 142. dictumq; intellectum ac diſtinctionem, approbarunt, & receperunt, Abb.in d.c. qualiter & quando,vbi num.20. declarat & adducit pro eadem ſententia.c.vltim.de celebr.Miſſarũ, quam probauit etiam, Immol. communiter receptus in d.c.qualiter & quando,communisque reſolutio eſt omnium ferè interpretum in d. c. 2. de confeſſ.& pluribus alijs in locis, vbicumq; de illius deciſione, dictiq; canonici grauiſsima depoſitionis ſententia mentio fit.

22 Verum certè,vt liberè dicã quod ſentio,ego non video,qui fieri poſſit,vt peioris conditionis,ille ſit, qui crimen fatetur,in iudicio inquiſitionis, contra quem prius membrum prædictæ diſtinctionis, locum habituram pœnam ordinariam concedit,

Digitized by Google

dit,quam ille qui & ſi teſtibus alijsq; probationibus conuincatur,conſtãter tamen negat delictum, aduerſus quem,non ordinariam,ſed extraordinariam pœnam,ſecundum iudicis arbitrium iniungendam eſſe aiunt: quam diſtinctionem, ratio profecto non patitur,immò dictat,quod ſi aliquis libenter confiteatur perpetratum crimen,non propter metũ probationis, neque aliqua neceſsitate compulſus,mitius quidẽ puniendus ſit,quam ſi teſtibus conuincatur, vt voluit Simancas de Catholicis inſtit.cap.55.nu.6.Iul.Clar. vbi ſupra, num.34.ex tex.in l.1.C.de his qui ſe deferunt,lib.10. agnoſcunt, & tradunt omnes, in citatis proximè locis,& præcipuè in d. cap. 2. de confeſſ. minimè approbantes, ſupradictum intellectum.

23 Quare ommiſsis ambagibus, multo vetius text. illum intelliges cum Abb.ibidem,num.10.aſſerente,non teneri iudicem,minuere ſemper ordinariã pœnã, quoties extraordinẽ de cauſa cognoſcit, ſed poſſe, ſi illi expedire viſum fuerit,ordinariã delicti pœnam infligere, perpenſis, & conſideratis negotij,& perſonarum qualitatibus: quamuis regulariter in iudicio extraordinario,extraordinẽ etiam, mitioribus pœnis pro iudicũ arbitrio,delinquentes puniẽdi ſint: qua ratione diluta, & explicata manet,prior illa difficultas,quam ex d. c.2.de confeſſ. initio propoſuimus, ac declaratum,qua ratione Canonicus ille fuerit depoſitus, quod non ſatis intellexerunt interpretes, ibi: ita namque contigit, quia perpenſa & conſiderata malitia, & qualitate delinquentis, & illius criminis grauitate,expedire viſum fuit,& cum ratione coniunctum eſſe & copulatum,vt Canonicus ille, ab officio & beneficio deponeretur ob grauiſſimum, & inexpiabile crimen ſymoniæ quod admiſſerat, & perpetrauerat.

24 Cui reſolutioni non erunt impedimento quominus procedat, reliquæ difficultates,à nobis in beſtibulo, & ingreſſu, huius diſputationis propoſitę,ex pluribus iuribus,in quibus ſtante iudicio extraordinario nihilominus pœua ordinaria, inflicta videbatùr,quibus,& ſi non eo ordine, quo fuerunt relata ſatisfieri oportebit: ex eorum enim ſolutione germanoque intellectu, non dubito quin lector optimus vtilitatẽ pariter,& allacritatem capturus ſit: eritq; in primis operæprętium interpretari,text.difficilẽ in propoſito,in l.2.§.ſi publico.ff.ad l. Iul. de adult. & ſtrup. vbi retulit Vlpian. Claudiũ Gorgon. virum clariſs. qui vxorem accuſauerat, cum detectus eſſet, vxorem in adulterio deprehenſam retinuiſſe: etiã ſine accuſatore fuiſſe,à Diuo Seuero Imperatore lenocinij damnatum: qui text. prima facie clarus & apertus apparet,ad conuincendum,in iudicio extraordinario vti nos poſſe ordinaria pœna, ſed breuiſsimè,& facillimè, reſpõdetur, nihil minus dixiſſe Vlpian. in illo loco ſi text.ſimpliciter, & vt verba iacent,accipiamus,quibus ſolum aſſeritur Gorgon. equitem perilluſtrem,punitum fuiſſe,lenocinij pœna, an verô ordinaria fuerit nec ne, expreſſè in illo text. non aperitur, immò ècontra, coacta iuris ratione ſuſpicor fateri neceſſe eſſe, Claudium non ordinaria, ſed extraordinaria potius pœna, affectum fuiſſe, ita mihi probat efficax cõſideratio, ſi expendas clariſs. virum lęnonem non extitiſſe,neque admiſiſſe inhoneſtum lęnocinij crimen, ſed retinuiſſe dumtaxat vxorem in adulterio deprehenſam,quod re vera lęnocinium,

cinium,non fuit,vt apertè indicant, verba tex.ibi, *vxorem in adulterio deprehensam retinuisse*, igitur fieri non potuit,quòd D. Seuerus damnasset maritum ordinaria lęnocinij pœna, magisq; debuisset, illum extraordinaria pœna lęnocinij mulctare : & propter iudicij naturam,& conditiõnem,quippè sine accusatore procedebatur:& propter non tantam delicti grauitatem,quem existimo, verum ac germanum illius text.intellectum : quidquid aliud contenderint Philipp.Deci. in c.1.de except. col.vlt. Abb. in c.1.de ordin. cogn. nu.28.post glo.pen.ibidem,quorum menti non adhærere,sed ab ea discedere vtilè tibi erit.

25 Nec non æquè facile respondebis,ad text.in d.l.2.C.de abolit. vbi in iudicio extraordinario,competẽs pœna,iniungi præcipitur:si consideres in specie illius text.& retẽtis eisdem terminis, pœnam extraordinariam censeri competentem,ita vt ille,qui extra ordinem,& iudicis arbitrio punitur competentèr puniri optimè dicendus sit, vnde nihil aliud restat,quam vt d.l.2.verba, & authoritatem libenter concedamus, quæ nobiscum nulla ratione pugnat.

26 Aliud rursus argumentum, quod efficax reputari solet ex l.4.C.de sepulch.violat. nobis negotium non facessit, etiam si nihil speciale in eo text. constituamus, vbi nonnulli speciale esse voluerũt,nã preter eà, quæ ad illum text.attulimus, ad extremum disputationis præcedentis, non sine ingenio considerandum expendendumq; erit, in illa specie non totam sepulchri violati pœnam ordinariam inflictam fuisse,sed solũ aliquam partem ordinariæ pœnæ,& non illius qua inter veteres sepulchri violati crimen puniri consueuerat,sed alterius, quæ nouè accesserat alijs antiquioribus pœnis, vt manifestè denotant apertissima verba, d.l. 4. ibi,*quæ pœna priscæ seueritati accedit*,&c. Vnde fit, ex illo tex. nõ colligi,quod in iudicio extraordinario particularis inquisitionis,pœna totalis ordinaria imponẽda sit, cum delictum illud violati sepulchri, neutiquam pœna ordinaria saltem totali fuerit punitum, quę proprius multò extraordinaria nuncupabitur,vtpotè quæ ad integram & totalem delicti pœnam non accesit.

27 Pauli verò I.C.doctrina lib. sing. de iudicijs publ.relata in d.l.ordo.8. ff.de publ.iudic.diuersa quidem est, & non aduersa superiori resolutioni:ibi enim,non fuit sermo de particulari inquisitione, circa quam nostra disputatio versatur: sed longè alia fuit mens I. C. in illo loco, scilicet, quod & si ordo exercendorum publicorum iudiciorum capitalium, in vsu esse desijsset, duratura tamen erat ipsamet legum antiquarum pœna, quando extra antiquum ordinẽ crimina probarentur,vt in verbis eiusdem legis continetur, in quibus illud dumtaxat voluit.I. C. vt quantũuis antiquus ordo, à legibus præscriptus,circa exercenda iudicia publica,abijsset in desuetudinem diuturnitate temporis,nihilominus perduraret antiqua legum pœna, cum extra antiquum ordinem, de criminibus ageretur, nec ibi verbum vllum de particulari inquisitionis iudicio.

28 Denique ad cap.inquisitionis de accusat.non cum difficultate respõdebis,si contendas in illo text. non fuisse limitatam communem nostrã resolutionem : atque ita in inquisitionis iudicio,etiam in illis criminibus homicidij,& symoniæ, quæ impediunt ordinis susceptiexecutionem,aut retentionem beneficij,extraordi-

traordinaria pena ſit iniungenda, & nullatenus ordinaria: ſicut ſi via accuſationis ageretur, atque adeò etiã in d.c. inquiſitionis, reluceat illa differentia, apertumq; diſcrimen inter extraordinarium & ordinarium iudicium, vt in illo pœna arbitraria futura ſit, in hoc verò ordinaria: neque contrarium probat ille text. ſi expẽdas cum Innoc. ibidem in princip. & Abb. num. 6. grauiorem quidem pœnam infligendam eſſe, in illis criminibus homicidij, & ſymoniæ, ſi per accuſationem negotium tractaretur. Neque obſtabit, ſi obijcias illa verba ſimilitudinem redolentia, *ſicut in accuſationis iudicio*, &c. quaſi ibi dicatur expreſſẽ, dicta crimina fore punienda, ſicut in accuſationis iudicio, id eſt pœna ordinaria vindicãda: Reſpondebis enim cum Innoc. & Abb. vbi proximè: & inſuper non agi, neq; tractari ibi de iniungenda pœna, neq; ordinaria, neq; extraordinaria, ſed de modo & forma, procedendi in negotio, quaſi doceat Summ. Pont. Innocen. III. ſuper dictis criminibus homicidij, & ſymoniæ, cauſandum eſſe proceſſum, etiã ſi per viam inquiſitionis procederetur, ac ſi per viam accuſationis.

29 Tandem pro coronidè, & complemento huius diſputationis, non grauabor admonere: moribus noſtræ Reipublicæ receptũ eſſe conſuetudineq; ſeruatũ, contra cõmunem & veram opinionẽ, vt reus, & ſi maximè iudicio inquiſitionis condemnatus, æquè, & eadẽ pœna puniatur, ac ſi per accuſationem proceſſum fuiſſet contra eum: præſertim vbi crimina attrotiora eſſent, & deteſtanda, quæ proculdubio æqua lance puniri conſueuerunt, etiam quando ſine accuſatore procederetur in cauſa: totumque hoc iudicis arbitrio relinquitur, qui negotij grauitate, qualitateque delinquentis, perpenſis, & conſideratis, vel ordinariam, vel extraordinariam pœnam, prout ſibi videbitur imponet.

Summaria ad Controuerſiam 7.

1 *VTILIS & frequentiſsima eſt præſens controuerſia.*

2 *Adducitur opinio aſſerentium reſpectu ſupremi Principis omnes pœnas arbitrarias eſſe.*

3 *Difficilis videtur præfata ſententia, ex qua ſequeretur licere Principi ſupremo aduerſari iuſtitiæ punitiuæ.*

4 *Graviter peccabit Princeps, & ad reſtitutionem tenebitur, quotieſcunq; pœnam remiſerit, vbi parti non fuerit ſatisfactum, adeò vt indulgentia criminis á Rege, vel Senatoribus, non præmiſſa partis ſatisfactione conceſſa, nullius momenti ſit, etiã ſi Motu proprio, & ex certa ſcientia emanauerit.*

5 *Quod vulgo dici ſolet Principem remittere poſſe in totum, vel in partẽ pœnas legum, intelligendũ eſt, dummodò redundet in Reipublicæ vtilitatem, & ſine tertij præiudicio.*

6 *Etiam ſi pars læſa iniuriam remittat tenebitur Princeps, ex aliqua iuſta cauſa moueri ad relaxandam pœnam.*

7 *Talis ac tanta cauſa boni publici poterit proponi coram Principe, vt ea attenta abſque ſatisfactione partis valeat pœnam remittere. Senatores verò Regiæ Cameræ non ita, quippè legibus humanis ligantur, non ſe ipſe Princeps, nec talis remiſſio à Principe*

Digitized by Google

Principe indulta impedit quod pa-
ti ſatisfaciendum ſit.

8 Reſpectu inferioris, non ſufficit cauſa exterinſecus aduenies, & ſi iuſta ſit, reſpectu autem Principis cauſa, quæcumque probabilis ſufficiet ad remittendam pœnam.

9 Et ſi conſuetudine apud nos receptũ ſit, vbi pars læſa pacem inierit non imponere pœnam corporis afflictiuam, tamen in puncto iuris, id non ſatis liquet inter DD. & nihilominus ſæpè damnantur pœna mortis, vel alia corporali.

10 Intelligitur text. in l. 22. tit. 1. part. 7. & colligendo deducitur, vbi ex iuſta cauſa pœna minuenda erit, idẽ genus pœnæ quo ad fieri poſsit adhibendum, vt ſi non ſit ſimilis in quantitate, in qualitate tamen conſonet.

11 Iudices inferiores non poſsunt augere, nec minuere pœnas á lege præſcriptas, niſi ex iuſta cauſa delicto coherenti legibus vè approbata, ſupremi verò Principes, ſatis eſt ſi iuſtitiam ſeruent iure naturali & diuino attento.

12 Refertur opinio aſſerentium in exequendis pœnis delictorum, obſeruandum eſſe ordinem à lege præſcriptũ, ſingulaque præmittenda anteponenda, ſeu poſponenda.

13 Identitas pœnæ non ſolum ad quantitatem & qualitatem, ſed etiam ad ordinem referenda eſt, probaturque aliquibus rationibus ſuperior opinio, & iuſſum comburi, vinum comburendum eſſe aſſeritur: vt ordo á lege præſcriptus obſeruetur.

14 Falſa eſt præfata doctrina, quæ aſſerit delinquentem vinum comburendum eſſe, & ſoli hæretici pertinaces vini comburuntur, niſi delicti nouitas attrocitasvè aliud expoſtulet.

15 Delinquentium cadauera in pœnam ſacrorum criminum comburi, & in ſepulta manere ſolent, niſi quis mori præciperetur, muerte natural de fuego, quo caſu ſatis non eſſet mortuum comburere, ſed foret neceſſe, vt viuus igni traderetur.

16 Multi viri docti affirmarunt ſententiam, per quã citra legitimam cauſam minuitur ſiue augetur pœna delicti, ipſo iure nullã eſſe, ita vt poſſit per eundem iudicem qui pronunciauit reuocari.

17 Sententia augens, vel minuens pœnã á lege præſcriptam valet mero iure, quæ ſi feratur contra ius conſtitutionis ipſo iure nulla eſt, non ita ſi contra iuſtitiam litigantium, neque contrarium inueniatur in vtroque iure.

18 Sententia in ſui fauore expreſsum errorem continens, vel prolata contra legem directæ prohibentem ſic pronuntiari, ſine dubio nulla eſt, non ita ſi in ea ſolum offendatur ius, & iuſtitia accuſatoris, vel Reipublicæ, in quo vltimo caſu vtrum fiſcus, & Reſpublica petere poſsint reſtitutionem remiſsiuè, & intelligitur text. in l. non dubium. C. de legibus, & in cap. 1. de re iudic.

19 Non ſolum iudices, ſed ipſimet Principes ſupremi peccant grauiter minuentes, ſeu extendentes pœnas legum ſine rationabili cauſa, quia violant iuſtitiam quam & ſi Regia Maieſtate fulgeant ſeruare tenentur, & leges infringunt quibus ipſimet iudices ſubijciuntur.

20 Reijcitur ſententiæ aſſerentium iudices qui dolo pœnas delictorum non iniungunt infames eſſe, & eodem genere pœnæ plectendos: atque id iudicis arbitrio relinquendum, & pœnam talionis abijſſe in deſuetudinem, niſi in caſu. l. 83. Tauri oſtenditur.

21 Id quod dicitur tales iudices puniendos eſſe arbitrio ſuperiorum accipiendum.

piendum eſt conſiderata grauitate culpæ, & iuxta modum illius, & in ea, quæ illos eodem genere ſupplicij afficiendos oſtendunt loquūtur in certis quibuſdam caſibus.

22 *L. Iulia. 7. ff. ad l. Iul. repet. verba facit de iudice, qui pecunia corruptus innocentem condemnauit, & iura quæ allegari ſolent ad probandum iudicem per dolum, leuiorem pœnam imponentem, leuiorem pœnam mereri, id in effectu non probant.*

23 *Explicatur talionis pœna, & vnde proceſſerit, vt olim tenerentur accuſatores ſe inſcribere.*

24 *Talionis pœna tam abijt in deſuetudinem, & aliquando non expedit, vt homines idem patiantur quod intulerunt, nec ſi Magiſtratus alium iniquè percuſerit ſtatim re percutiendus erit, nec ſi homo priuatus Magiſtratum talari dignitate prefulgentem percutiat, ſatis erit pœnam reperentere.*

25 *Intellectus ad l. Iulia. 7. ff. ad legem Iuliam repet.*

26 *Iudex qui ex cauſa à pœna legis diuertit, tenetur talem cauſam in ipſamet ſententia explicare, & exprimere, & intelligitur text. in cap. ſicut de re iud. & in l. & ſi ſeuerior. C. ex quibus cauſis infam.*

27 *Quamuis talis cauſa expreſſa non ſit, nihilominus valebit ſententia, & generale eſt, vt in omnibus caſibus in quibus iudices tenentur in ſententijs cauſam exprimere, expreſſionis omiſſio, neque vitiet, neque annullet ſententiam, & qui ſint caſus remiſſiuè.*

28 *In dictis caſibus non ſufficiet generalis expreſſio per illa verba,* por juſtas cauſas que a ello me mueuen, *ſed ſpecifica requiritur.*

29 *Neceſſe eſt, vt talis iuſta cauſa delicto cohæreat, vel iure expreſſa ſit contra communem.*

30 *Poſt factum iudicium locus non exit diminutioni pœnæ, & intelligitur tex. in l. iudex. 55. ff. de re iud. & in c. ex litteris de offic. Deleg.*

31 *Fallit in Inquiſitoribus qui toties quoties viderint expedire, etiam poſt ſententiam diffinitiuã, recte poſſunt & valent pœnas minuere mitigare, vel mutare.*

32 *Iam hodie reſtricta eſt dicta poteſtas, & delata ad ſolum ſupremum, & generalem Inquiſitorem cui liberum eſt, cum miſerabilibus reis pœnitentibus diſpenſare.*

33 *Vera non eſt ſententia aſſerentium eum ſolum iudicem mitigare poſſe legis pœnam, qui ſuper eo crimine diſpenſare valet, & intelligitur gloſſa in cap. 3. de pœnit.*

34 *Iura quæ dicunt iudices ex iuſta cauſa delicto coherenti, vel á iure expreſſa, minuere poſſe legum pœnas loquuntur ſimpliciter, non verò de his qui diſpenſare poſſunt ſuper criminibus, & iterum intelligitur gloſſa in d. cap. 3.*

CONTRO-

Digitized by Google

CONTROVERSIA 7.

Vtrûm respectu supremi Principis aliũ non recognoscentis, omnes & singulæ legum humanarum pœnæ sint arbitrariæ, & satis illi sit seruare iustitiam attento iure naturali, et de inferioribus iudicibus, procedẽtibus in causis super quibus partes læsæ, per transactionem, aut remissionem, cum delinquentibus pacem inierunt.

QVIA pauca, & si illa nõ inepta, neque inutilia, nos admonuisse meminim⁹ in ea quæstione, quæ proximam antecessit, circa manum & potestatẽ iudicũ, in iniũgendis delictorũ pœnis, nõ absre futurũ credimus, si alteram hic, non inutilem, neq; in subtilem controuersiã interseramus, de potestate Principis supremi ad subleuandas, seu tollendas pœnas, legibus & cõstitutionibus, alijsvè statutis præscriptas: & de iudicibus inferioribus, quà ratione habere se debeant, vbi partes se cõposuerint, & super delictis, & offensis, inuicé transegerint: quæ quidem disputatio miscebit ni fallimur vtilè dulci, & si non tulerit omne punctũ imbecillitati ingenij nostri, paruitatiq; doctrinæ tribuendum erit: quæ quam quotidiana sit non eget cõmendatione, ipsa enim se ostẽdit, vtpotè cũ versetur frequẽtissimè apud Senatores Aulæ Regiæ, qui sunt à supplicũ libellis, vulgo, *del Consejo de Camara* nũcupati, & in alijs Tribunalibus, propter varias, causarum figuras, negotiorumque discrimina.

2 Et vt ab ipsomet Principe supremo, superiorẽ non recognoscente, vnde omnis hæc controuersia ducitur, feliciter nostra proficiscatur disputatio, cõstans videtur doctrina inter interpretes, traditiones iuriũ asserentiũ, easdẽ legũ pœnas infligẽdas, & iniũgendas esse, procedere dũtaxat, & locũ habere, in iudicibus inferioribus, quibus ista necessitas, easdẽmet pœnas imponendi solũ iniũgitur, nullatenus tamen, in supremis Principibus, quorũ respectu, pœnæ omnes arbitrariæ sunt: satisque illis erit, si iustitiã, lege naturali, & diuina, attentis, strictè obseruauerint: ita docuit

Digitized by Google

docuit cõmunis interpretum ſchola in c.de cauſ.§.illis de offi. & poteſt. iud. deleg. pluribusq; alijs in locis. Pariſ.de Puteo in tract.de ſyndic. c. de pœna per ſtatutũ. n.4. Nuñez de Auend.de exeq.mãdat. Regũ, lib.2. c.16.n.10.poſt Bald.& alios,quos referunt, & ſuadetur ex reg. c. propoſuit,de cõceſ.pręb.& legis,Princeps legibus,ff. de legibus.

3 Statim tamẽ videtur hæc doctrina difficilis ex eo, quia ſi liberum eſſet Principi ſupremo delinquẽtibus relaxare, vel remittere pœnam à lege praſxã,liceret vtiq; ei iura naturalia,atq; diuina infringere, & labefactare,nec nõ cõtra iuſticiã punitiuã facere:cuius præceptis docemur,omnia & ſingula delicta condigno ſupplicio coercẽda,vt ecclemini ſcuntur imò apertè tradere videntur nõnulla diuina teſtimonia á ſacris litteris petita,ſicut illud Deuteronom.c.9. *Nõ parcat ei oculus tuus: & miſerearis*,& iterũ ibi,*Meretur vtiq; miſereberis eius*,& illud Exo.18.c. *Maleficos non patieris viuere*.Planũ autẽ eſt Principẽ ſupremũ,neq; recognoſcentẽ, ſuperiorẽ pœnã legis remittentẽ, vel relaxantem, contradicere,& aduerſari omnino iuſtitiæ punitiuę,igitur &c.

4 Et quis rogo nõ videt, in huiuſmodi remiſsionibus,& cõmutationibus pœnarũ,ſępenumerò hominibus præſtari delinquẽdi occaſionẽ,quã dare nõ oportet:Accedit grauiter peccare Principẽ,&ad reſtitutionẽ teneri, quotieſcũq; pœnã remiſerit,vbi parti nõ fuerit ſatisfactũ:vſq; adeòvt talis indulgẽtia criminis à Rege,vel Senatoribus eius locũ tenentibus, qui ſunt à ſuplicũ libellis, non præmiſſa partis ſatisfactione conceſſa, nullius põderis,ac momenti ſit, vt praxi receptũ teſtatur Clar.quęſt.59.n.4.&ſi ex certa ſcientia, & motu proprio Princeps indulſerit: ex quibus efficitur, Principẽ, qui remiſerit, vel relaxauerit dictas pœnas,extra caſus á iure permiſſos, graue peccatum incurrere:quippè qui iuſtitiã offendit, & lædit,infringitq; leges, & ſtatuta, diuinaq; & naturalia præcepta aientia vnicuiq; dandũ eſſe ſuũ,& nemini inferendã iniuriã, ſicuti rectè docent Nauarr.in man.c.25.n.14. Nuñez de Abenda.lib.1.c.7.n.7. in ſuo eleganti tract.de exeq. mand. Regũ. Soto.5.de iuſt.quæſt.4.art.4. Caiet. in ſum.verb.*iudicis peccata*, poſt D. Thom.2.2.q.64.art.4.

5 Pro cuius reſolutione, è re erit animaduertere, id quod vulgo dici ſolet de Principe ſupremo, quod poteſt in totũ, vel in partẽ pœnas legũ remittere,& nullã,vel leuiorẽ imponere,vt tradit cõmunis Iuriſperitorũ ſchola,teſtè Iul.Clar.q.59.in prin. & nu.3.Soto poſt D.Thom. vbi ſupra, Nauarr.in man.c.25.num.14. Frater Alphonſus de Caſtro de leg. pœn. lib.2.c.22. Caiet. in ſum. verb. *iudices*,& probant iura expreſſa in l.2. l. reſcripta in fin. C. de præcibus imper.offerẽn.vbi Iaſ.n.8.& alij, teſtatur gloſ.vlt.vbi cõmuniter DD. in l. 2.C.de in ius vocando,& plures alij, ſic accipiendũ eſſe:dũmodo talis relaxatio,ſeu remiſsio redũdet in Reipublicę vtilitatẽ, vel ſaltẽ & ad minẽ ceſſet eius præiudiciũ : etenim Rex, vel ſupremus Princeps, grauiſsimè peccaret,cõtra iuſtitiã punitiuam, legemq;diuinã,& naturalẽ, ſi cauſa iuſta nõ ſubſiſtente, aut cum periculo damni ipſius Reipublicę,remitteret, vel relaxaret delinquẽtium pœnas.

6 Secũdo vtile erit perpẽdere,factã Principibus poteſtatẽ remittẽdi, vel cõmutãdi pœnas legũ, nõ ita accipi oportere,vt id fieri poſsit in præiudiciũ partis lęſę,niſi ipſa adhibeat cõſẽſũ:id verò quod dicebã forè neceſſariã iuſtã cauſam, ob quã Princeps relaxet,

laxet, vel remittat pœnas, procedit adeo, vt currat locumque habeat etiam ſi pars læſa, & offenſa, damnum & iniuriam remiſerit: adhuc namq; ne aliquod graue damnum ſeu detrimentum Reip. inferatur, tenebitur Princeps ex aliqua iuſta cauſa moueri, ad ita relaxandum, & remittendū prę finitū â lege humana ſupplicium.

7 Nec dubito quin euenire facilè poſsit, talē cauſam boni publici, corā ſupremo Principe proponi, vt ea attenta, non ſolum valeat legum pœnas relaxare, ſed etiam vaſſallis ſuis præiudicium inferre, eorūque bona publicare, ſiuè vēdere in publica ſub haſtatione, vt tradiderunt Iul. Clar. vbi ſupra, n. 3. Auend. vbi ſupra, lib. 1. cap. 7. n. 7. cōmunis Schola Noſtrorum ex Dec. & Menoch. alijsque plu ribus relatis â Iul. Clar. d. loco, ferèque totum conſiſtit in eo, quod pars læſa præſtet conſenſum, itaque poterit pœna remitti, aut relaxari: imò ſi verum amamus, remiſsio à Principe indulta, non impedit, quod parti ſatisfaciendum ſit, cuius voluntate refragante, Princeps non intendit tollere, aut relaxare pœnā prę ſcriptam, quod non poſſet, etiā ſi vellet, teſtè Gab. lib. cōm. ti. de iure quę ſito, cōc. 1. n. 6. docet Menoch. de arbit. q. 96. n. 6. & Soto vbi ſupra, poſt gloſ. vlt. in d. l. 2. C. de in ius vocādo, vbi Bal. & alij, Felin. in c. cauſam de reſcrip. n. 10. Quod ſi aliquādo cōtigerit, vt cōtigiſſe teſtatur Clar. vbi proximè Principē citra partis leſę cōſenſum, huiuſmodi remiſiones cōcedere, id nulla alia ratione intendi poſſe credimus, quam quod dictæ leges humanæ, earumque pœnæ, Senatores, Regiosq; conſiliarios, nō verò ipſum met Principē aſtringūt, & ligant, ex d. l. Princeps legibus.

8 Quod ſi aliquis ingenioſè obijciat, iequi ex ſupra dictis nullā in hac parte conſtitui poſſe differētiā, inter Regē & iudices: etenim quemadmodum Rex, ex iuſta cauſa, & in Reipublicę vtilitatē, ceſſante q; præiudicio cōmunitatis, legum humanarū pœnas, & non aliter remittere poteſt (vt nunc dicebamus) ſimiliter iudices legitima ſubſiſtente cauſa eaſdē minuere, & remittere poſſunt, igitur nullū inter eos verſatur diſcrimen. Facilè occurres ſi cōſideres, inferiores, non ex quauis cauſa id præſtare poſſe, niſi delicto cohæreat, legibus vè expreſſa ſit, interueniatq; partis leſæ remiſsio, iuxta veram ſententiā quam in ſuperioribus diſputationibus reſoluimus: at verò Princeps, recte poterit, ex probabili cauſa, etiam non cohærenti delicto, neque iure expreſſa, pœnas à legibus præſcriptas attenuare, leuioresque imponere, vbi ſe ſe obtulerit occaſio cum iuditio, & debita deliberatione ita prę ſtandi, vt ſic reſpectu inferioris non ſufficiat cauſa extrinſecus aduenięs, & ſi iuſta ſit, reſpectu autem Principis cauſa quæcūque probabilis ſufficiat, & præſtet: in quo ſtat (quātum attinet ad propoſitū) vera ratio differentiæ inter Principem, & iudices inferiores, quo ad relaxandas iuris humani pœnas, mittigādaq; ſupplicia; quæ probatur ex nuper à nobis traditis, nec non ex his, quæ in duabus quæſtionibus, quæ immediatè præceſſerūt, ex grauiſsimorū patrū doctrina, receptoq; cōſenſu tradidimus.

9 Nec admonere ommittam, propoſitam dubitationem, minimè procedere, vbi pars cui iniuria, ſiuè damnū illatum eſt, habita tranſactione, inierit pacem cū delinquente, iniuriāvè remiſerit: eſt enim apud nos in more poſitum, maiorumque conſuetudine receptum, talē compoſitionē, ſeu remiſsionem, validè innitam, cā vtilitatem, & commodum afferre,

vt

Digitized by Google

vt reus affici non poſsit, ne dum pœna mortis, ſed neque aliqua corporali, cuius praxis teſtes locupletiſsimi ſunt Gregor. Lopez in l.22.tit.1.par tit.7.gloſ.2. D. Anton. de Padilla in l.tranſigere, C.de tranſact.n.50. Anto.Gomez.de delict.c.3.nu.56. verſ. *adde*, Iul.Clar.in praxi, §.vlt.q.58.nu. 2.quã dicũt cõmuniter niti & funda ri, ex d. l.22.tit.1.p.7. cuius doctrinę veritas, & an colligatur ex d.l.partitę nõ ſatis liquet inter DD.quoniã mul toties experti ſummus, quod etiamſi partes læſæ cõpoſuerint pacemvè in nierint cum delinquentibus, nihilominus damnantur pœna ordinaria mortis, vel alia corporali, vt teſtãtur Padilla & Gomez, vbi proximè, & eo iure vtimur.

10 Contra quam doctrinã, ſi aliquis obiecerit deduci ex ea inconueniẽs & abſurdum non leue, inutile ſcilicet, & nullius momenti futurũ, quod partes læſæ remitant acceptam iniuriam; ſi vtique reus tranſactione, ſeu remiſsione minimè obſtantibus, ſemper eſſet afficiendus ordinaria crimi nis pœna, in promptu quidem eſt ta lis obiectionis ſatisfactio, ſi tibi vide bitur ſtatim cõſulere Greg.in d. glo. 2.in prin.Gomez.vbi proximè n.55. poſt Alex.Iaſ.& alios, in d.l. tranſige re, qui prædictæ compoſitionis & re miſsionis partium, ſuper acceptis of fenſis & iniurijs, plures alios eoſque notabiles profecto referũt effectus: ſicque tranſactione non obſtãte, dubium non eſt, quin aliquando pœnę ordinariæ locus eſſe poſsit, licet regulariter, ſi attendas ad ea, quæ frequentius accidunt, proſint valdeque proficiãt dictæ trãſactiones & remiſſiones, ne delinquẽtes ad mortẽ pœnamuè corporalẽ condemnentur, in quo ſenſu accipiẽdã eſſe d.l,22.titu. 1.p.7. cõmune placitũ eſt, quidquid aliud contendat Nuñez de Auend. lib.2.de exeq.mand.c.16.n.29. verſ. *ſed quia*, & Anton.Gom.vbi ſupra, dicentes lõge diuerſam eſſe illius legis mentẽ, quę re vera dictã praxim, ſeu conſuetudinẽ fouet, atque cõfirmat: quãuis in puncto iuris non obſtante trãſactione, ſeu remiſsione etiã valida, eandem pœnam infligendam cõtenderint ex Theologis D.Tho.2.2. q.67.art.4.in corp.Soto.5. de iuſt. q. 4.art.4.ex noſtris D.Anton.de Padilla, in d.l.tranſigere n.47.dicẽs communem Anton.Gomez.de delict. c. 3.nu.55.vbi adduxit plures rationes & authorum dicta ad hic comprobandum poſt gloſ.verb.*prohibitũ*, in prin. vbi omnes in d.l.tranſigere, & Iacobin.ibidem, nu.10.& probatur de iure cõmuni, ex reg.l.qui cepta, §. vlti. ff.ad l.Iul.de vi, ex l.2.C. de alluuiõ. ex cap.1.& 2.de colluſsione deteg. quibus non obſtantibus adhuc ſuperior praxis ex d.l.22.partitæ recipiẽda retinendaque erit, & quoties pars læſa, per tranſactionem vel remiſsionem validã cũ delinquente compoſt ſuerit, nõ erit pœna mortis, neq; alia corporalis infligẽda, niſi aliquãdo, vbi grauiora attrotioraue crimina extiterint, quæ grauiſsimè vindicari ad publicam ſpectat Reipublicæ vtilitatẽ, nõ enim dubitamus, ſępiſsimè euenire poſſe cauſam iuſtã, propter quã minui debeat pœna a lege præſcripta, vt neque ſit mortis, neque alia corporalis, ſiuè q imponi poſsit alia arbitraria, quæ non ſit corporis afflictiua, vbi ſcilicet talis iuſta cauſa dictauerit, oportere pœnã minui, ita tamẽ quod eodẽ genere pœnę delinquẽs puniẽdus ſit, corporali tamẽ, quę ſuccedit in locũ alteri° corporalis grauioris, propter circũſtãtias, quę dictant v.g. oportere, vt in locum pœnę mortis re° ad triremes damnetur, vel in locum abſciſsionis alicuius membri, flagelletur, quo quidem caſu

alia leuior pœna,quam quæ lex ipſa infligebat imponitur,leuiusque punitur delinquens retento eodem genere pœnæ,vt diligenter animaduertit anteceſſor noſter Ignatius de Salcedo,in addit. ad Bernard.reg.371.verſic.*ſed hæc*,poſt Iul.Clar.§.vlt.q.85. num.10.in fin.qui teſtatur praxi receptum, Auendañ. vbi ſupra nu.17. qui ex Bald.& alijs ita reſoluit, vſuque recipitur apud nos:cãque rationem habet nõ in ellegantem,ſto nãque pœna ordinaria ex hypotheſi, propter iuſtam cauſam interuenientem nõ eſt habitura locũ, videtur cũ ratione coniunctum & copulatũ, vt ſuccedat minor arbitraria,& quo magis acceſſerit ad grauiorẽ pœnam legis,eo iuſtior iuriq; cõformior erit, atque adeò multum expediet,vt ſi leuior imponẽda pœna nõ debeat vel nõ poſsit ſimilis eſſe in quãtitate,ſaltẽ in qualitate cõſonet cũ pœna grauiori â lege præſcripta: ſicque poterũt iudices,cõſideratis omnibus circunſtantijs,intra idẽ genus pœnę mitiorẽ infligere, corporalẽ tamẽ, quæ etſi nõ in quantitate,in qualitate tamen cõſentiat cũ pœna ordinaria legis:quidquid vbi iudex ex cauſa grauiorẽ pœnã à lege impoſitã debilitat & minuit,nõ poſſe aliam corporalẽ etſi leuiorẽ infligere,cõtẽdãt multi relati per Nuñez de Auẽdaño vbi ſupra, præſertim Hippolyt. pluribus in locis citatus per eundẽ Auẽd. Caſan.in conſuetudin. Burgun. rubr.1. §.5.n.22.Grammat.& Foler.quos retulit additio ad Auend.d.loco adducti per tex.in l.Grachus.C. ad l. Iul. de adult.& in l.ſi adulteriũ,38.§.Imperatores,verſ.*ſufficiet*, ff.de adult.& nonnullis alijs moti fundamẽtis,quibus rectè mihi videntur ſatisfeciſſe, addit.ad Bernar.Auęnd. & eius additio vbi ſupra.

11 Sit igitur in pręſenti diſceptatione veriſsima reſolutio iudicibus inferioribus,per leges neceſsitatẽ imponi caſdẽ infligẽdi pœnas, nec grauiores,nec leuiores,vbi non interuenerit legitima cauſa delicto cohærẽs legibusvè præſcripta,ad minuẽda debilitandaque ſuplicia;ſupremis verò Principibus nõ ita,quippè qui in quãtũ tales,ſatis quidẽ eſt ſi ſeruauerint iuſtitiã,attẽto iure naturali &diuino ex regula d.l.Princeps legibus, & c. propoſuit de conceſ. præb. quorum reſpectu,omnes pœnæ humanis tantũ legibus præſcriptę arbitrarię ſunt, vt intẽdit cõmunis ſchola Canoniſtarũ,in d.ca.de cauſis,§.illis de offic. & poteſt. iud. deleg. intendũt Bald. relatus à Paride de Puteo de Syndicatu.cap.de pœna quę fit per ſtatutũ num.4.tenet Auend.de exequen. c. 16.nu.10.optimèque deducitur cõcluſio hæc ex ſuperius reſolutis infraque dicendis.

12 Illud verò è veſtigiò, non intempeſtiuè,hic poterit dubitari : quidnã retento eodem themate dicendum ſit de poteſtate ſupremorum Principum, & ſuorum iudicum inferiorũ, circa ſeruandum vel frangendum ordinem quem leges imponunt, ad punienda delicta : præcipientes, vnum pœnæ modum,poſt alium, v.g. quando cõſtituunt manum,vel aliud membrum abſcindi,delinquentẽ verberari,ſeu ligatũ per terram trahi, & tandem ipſum mori decernunt:vtrũ teneantur dictum ordinem, vel aliũ ſimilẽ obſeruare,ſingulaque præmittere, anteponere,ſeu poſtponere,ſicut â lege præfinita ſunt atque ſignata.In qua dubitatione inuenio Bart. in l.pen.C.de delator.lib.10.poſt gl. ibidẽ gloſ.3.per tex.ibi, in l.1. C. de mulieribus quę proprijs ſeruis,gloſ. vlti.in d.l.pen.Auend.lib.2. de exequen.cap.6.nu.8.verſ. *item non ſolum*, Couar.& plures ab eo relatos,libr.2.

variar.

variar.c.10. nume.9. & communem ſcholam, omnes vnanimi conſenſu aſſerentes, teneri iudices in iniungẽdis pœnis ordinem à legibus præfinitum obſeruare & præmittere mẽbri abſciſsionem verbera, & quamuis aliam pœnam, ante vltimum mortis ſuplicium.

13 Cuius aſſertionis ratio ea eſſe poteſt, quia ſi pœnarum ordo non obſeruaretur, vtique non eadem cenſeretur inflicta pœna cõtra tex. in d. cap. de cauſis, §. illis, ibi, *eandem*, quæ identitas pœnæ (vt ita loquamur) nõ ſolum ad qualitatem, & quãtitatem, ſed etiam ad ordinem referenda eſt, vt videntur intendere proximè laudati DD. Quorum ſententia rurſus videtur confirmari poſſe, à ſimilitudine & paritate rationis, ſi aduertas legibus præcipientibus aliquem delinquentem comburi, non aliter ſatisfieri, niſi viuus igni traddatur, nec ſatis erit mortuum delinquẽtem cõburere, vt docuit Bart. & traddiderũt plures alij ab eo relati per tex. ibi, in l. ſi quis à Barbaris, C. de re militari, lib. 12. Nuñez de Abend. vbi ſupra, Corſet. in ſuis ſingular. ſingulari pœna 3. qui probant ſuam ſententiã, ex tex. in l. vniuerſi in fine, C. vbi cauſæ Fiſcales, & in l. qui ædes 9. in illis verbis, *vinctus verberatusque igni, &c.* quæ iura præmittendam eſſe vnam pœnã poſt alteram, & vnum pœnæ modũ poſt alium adhibendum eſſe manifeſte docere videntur, ideòque delinquens iuſus comburi non mortuus, ſed viuus igni tradendus eſt, vt ordo à lege præſcriptus obſeruetur, aliás namque non diceremus hominem, ſed cadauer combuſtum fuiſſe, imò nec in rigore Philoſophico dici poſſet delinquentem igni tradditum, ſed quodam cadauer longè diuerſum, atque diſtinctum ab homine viuo, ſimiliter ergo dicendum videtur generaliter in omnibus pœnis, vt infligendę iniungendęque ſint eodem ordine quo à legibus humanis aſsignantur.

14 Verum iſta doctrina, quæ docet coacto iure, fore delinquentem viuum & non mortuum igni tradendum, difficilis quidem eſt, ne dicam falſa, & omninò releganda, vtpotè quæ maximam crudelitatem præferre videtur, ex quo capite reiecit, & improbauit illam pluribus argumentis & teſtimonijs D. Couarr. vbi proximè, ex text. in l. 1. in fin. ff. nihil nouari, quem in id expendit, eoque iure vtimur inter Chriſtianos & Catholicos, quotidianaque praxi receptum eſt, vt ſolus hæreticus pertinax, & incorrigibilis viuus comburatur: nec mirum, illud enim eſt, hæreſis ingenium, quæ natura ſua inſolens, atque ſuperba eſt, vt facilius flamas, & Crucem ſuſtineat, quam vt ab errore ſuo diuelli patiatur: Catholici verò delinquentes, id eſt qui parati ſunt corrigi & emmendari, quoſque malefacti pœnituit, etiamſi comburantur, ſi ita iuſum ſit per iudices rerum fidei (vulgus Inquiſitores appellat) prius tamẽ quã mittantur, in ignem ſtrangulari conſueuerũnt, & ita praxis obſeruat, quæ magna profecto pietate, & ratione fulcitur: incredibile namque eſt, quot blaſphemias, & maledicta timeri poſſent, ſi delinquentes, adhuc viui flammis comburendi traddirentur ſicuti rectè conſiderabat Domin. Couarrub. vbi ſupra, qui ea ex cauſa lentam mortem delinquentium reiecit atque damnauit, ne miſeri homines in deſperationem inducerentur, vt nonnumquam contingere ſolet, quod ſic intelligendum eſt, niſi delicti nouitas attrocitasvè, aliud expoſtulet & requirat.

15 Neque obſtãt obiecta in cõtrariũ

non Primum quo dicebamus cadaueri,& non delinquenti, infligi comburtionis pœnam,ſiviuus homo non comburatur: quoniam reſpondetur nouum nõ eſſe, ſed frequentiſsimũ, vt delinquentium cadauera, in pœnam ſuorum criminum maneant in ſepulta dilacerentur aut comburantur,quæ pœnæ eiſdem viuis,non inferuntur, propter effugiendam impietatem, quo pacto apud nos Chriſtianos, ſi delinquentes ex lege comburendi, Catholicam noſtram Fidẽ profiteantur,non conburuntur viui, quin prius occiduntur,& ſtrangulantur,ac demum eorum corpora igni, & flammis tradduntur,ſufficitque cadaueribus combuſtionis pœnas inferri:quam praxim agnouit,idem D. Couarr.& Iul.Clar.§.vlti.quęſtione 99.num.7. Nec pariter obſtant ſuperiora iura â nobis relata, procedunt enim in ſpecialibus cauſis, in quibus ob peculiares & ſpecificas rationes, ſtatutum fuit delinquentem viuum comburi, neque ex eis generale documentum colligi poſſe videtur: procedunt enim in ſuis caſibus, in quibus ſpeciatim ea pœna præſcribitur, vt delinquens viuus cõburatur.Exiſtimarem tamen,quod ſi lege conſtitutione aliqua vel ſtatuto municipali præciperetur quem mori *muerte natural de fuego*, vt Hiſpanè dici ſolet, vtique non ſatis eſſet mortuum comburere, ſed foret neceſſè,vt viuus igni tradderetur,verba nãque illa,quæ dicunt, *vt patiatur mortem naturalem ignis*, certè magis videntur importare viuentis quam mortui combuſtionem,eo potiſsimo fundamento neque inepta conſideratione, quia qui mortuus comburitur, dici nequit, quòd patiatur mortem naturalem ignis: *y no ſe podra dezir auer muerto,muerte natural de fuego*, cum potius iã poſt mortem igni traditus fuerit. Quare quæ diximus in quandam ſummam reducentes, certum & exploratum eſt,pœnas eodem ordine & modo iniungendas quo præſcribuntur à iure,quem ordinem iudices ſeruare tenentur,non tamen ob id ſequitur, quod vbi delinquens comburi iubetur non mortuus ſed viuus comburendus ſit,ex proximè relata doctrina,& traditis à Couar.d.2.var. cap. 20.n.9.

16 Adeò autem verum eſt (vt ad præcipuam diſputationem noſtrã reducamus)non eſſe penes arbitrium iudicum inferiorũ,imò nec ſupremi Principis,pœnas á lege præfinitas relaxare abſque iuſta cauſa, vt non defuerint multi viri docti, qui affirmauerint,ſententiamper quam citra legitimã cauſam, minuitur ſiuè augetur pœna delicti,ipſo iure nullã eſſe, ita vt poſsit per eundem iudicẽ,qui pronunciauit reuocari,& infringi:itavoluerũt AEgid.de Bellam.Iſernia.Petrus,& alij gloſſatores antiqui. Ioan. de PalaciosRubios, quos refert & ſequitur Nuñez deAbend.d.c.16.n.8. verſ.*item à pœna*, eo argumento adducti,q talis ſententia cõtra leges prolata pronũciataq;ſit,& ex cõſequẽti nulla ipſo iure,per tex.in vulg.l.non dubiũ.C.de legi. & in c.1. de re iud.

17 Quæ tamen opinio, neutiquam videtur poſſe ſubſtineri, multoque verius & probabilibus eſt, talem ſententiam pugnantibus legibus pœnã minuentem, ſiuè augentem abſque rationabili cauſa,valere mero iure,ſi ex alio capite nulla non extiterit,vtpotè ſi notoriam manifeſtamque iniuſtitiam contineret : quod vt facilius intelligatur operepręţium erit pręmittere diuerſum eſſe, ſentẽtiam pugnare contra ius conſtitutionis, vel contra iuſtitiam partium litigantium,id eſt accuſatoris, qui contendit in eius fauorem pronũtiandum,

vel

vel Reipublicæ ad quã ſpectat proſpicere imò efficere quod delicta nõ maneant impunita, quin potius con digno ſupplicio puniantur, vtique lata ſententia contra ius conſtitutionis, ipſo iure nulla eſt: non ita ſi contra iuſtitiam & intereſſe ipſorum litigantium pronuncietur, quæ diſtinctio ſeu doctrina veriſsima quidem eſt, & apertè deducitur ex l. penult. ff. quę ſententiæ, & ex cap. cum inter de re iudic. quibus iuribus cauetur ſententiam contra leges latam adhuc mero iure valere, niſi apertam, & manifeſtam cõtineat iniuſtitiam, neque inuenies vt credo in iure noſtro tam Cæſareo quam Pontificio legem, ſiuè conſtitutionem aliquã, per quam in propoſita hypotheſi ſententiæ minuentis vel augentis legum pœnas, recedere valeas à firmiſsima illa regula, dict. capit. cum inter, & dict. l. penultim. igitur quod talis ſententia cõtra ius iuſtitiãque partis proferatur nullitatem non inducit.

18 Neque contradicunt dict. capi. 1. de re iudic. & dict. l. non dubium, C. de legibus ſi aduertas, Pontificem Maximum, in illo capi. 1. ſermonem inſtituiſſe, de ſententia, quæ continebat expreſſum errorem, contra ius in thenore eiuſdem ſententię: ſicuti docet ad illum text. communis interpretum ſchola, dicta verò l. non dubium in ſuo decreto irritante, & in illis verbis adeò rigoroſis & grauibus intelligenda accipiẽdaque eſt, in rebus & negotijs directè prohibitis per leges, & nõ in alijs cauſis: quare veriſsimum eſt, quod ſi ſententia in ſui thenore expreſſum errorem contra ius contineat, vel lata ſit contra legem aliquam directè dataque opera prohibentem ſic pronuntiari, ſine dubio nulla erit: non ita ſi ſolum offendatur ius, & iuſtitia accuſatoris, vel Reipublicæ, cuius multum intereſt crimina pœnis condignis puniri: in quo caſu ſubſiſtet ſententia mero iure, ſolumque reuocari poterit exceſſus vel iniuſtitiæ nomine. Nec me latet in propoſito fuiſſe in diſputationem verſum: vtrum contra ſententiam ſic prolatam contra iuſtitiã litigantium poſsint Ficus vel Reſpublica petere reſtitutionem in integrum, in qua re non moror lectorem remittendo ad traddita per Nuñez de Abend. dict. cap. 16. num. 19. verſic. *ſed ponamus*, vbi ex alijs reſoluit, quid dicendum ſit, ad quemvè effectum eſſet poſtulanda talis in integrum reſtitutio.

19 Igitur tam iudices inferiores, quã ipſimet Principes ſupremi, qui contra fecerint, & extra caſus â iure permiſſos, legum humanarum pœnas minuerint, ſeu extenderint, deficiẽte cauſa rationabili grauiter peccant, iuxa ſententiam B. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtione 64. artic. quarto, quem ſequuti ſunt Caiet. in ſum. verb. *iudicis peccata*, Soto 5. de iuſtit. quęſtione quarta, artic. quarto, Nauarr. in man. cap. 25. numero 14. Nuñez de Aben. libr. 1. de exequen. mandat. Regum capit. 7. numero 7. cauſa autem propter quam contrarium facientes, graue peccatum incurrunt, ellegans quidem eſt, neque inefficax: etenim dicti iudices Principesque ſupremi, iuſtitiã offendũt, quam etſi Regia Maieſtate fulgeant, ſeruare tenentur, & leges infringũt quibus tales iudices ſubijciuntur, neque ab illis ſine iuſta cauſa deflectere poſſunt; in qua conſiſtit grauis culpa, quæ grande crimen importat, quis enim eſt, cui datum ſit iuſtitiam offendere, ſeu leges propria authoritate contemnere, profecto nullus, quãtumuis iudex ſupremusque Princeps exiſtat.

20 Nec satis mirari possum, Ludouicum Roman.sing.78.Andr.Tiraque. de pœn.in præfat.num.9.Iacob. Menoch.de arbitra.iud. quæstion.q.96. num.11.cum seqq. Abend. de exeq. Reg.mand. lib.secundo,cap. 16. nu. 3.existimasse generaliter & indistincte,iudices qui pœnam iure præfinitam non iniungunt,infames esse:leges enim quæ docent iudices, qui pœnam præscriptam, non imponũt, infamiam incurrere, intelligi debẽt specialiter, in causis & negotijs de quibus loquuntur: vt videre est,in l. seruos,in fin.C.ad l. Iul. de vi, cum similibus, non quod statim infames sint, nec talc quidquam possit affirmari: quemadmodum nec defendi potest illorum opinio,qui sustinent, quod si iudex dolo fecerit, imponendo leuiorem pœnam,quam quæ per legem delinquenti iniungi debebat, puniendus sit eodem genere pœnæ,quo delinquens ipse puniendus esset, ita vt talionis pœnam incurrat, vt voluerunt insignis Couarr.sub.2.variar.cap.9.num.1.Iacoc. Menoch.de arbitrar. quæst.96. numero 11.Iul.Clar.§.fin.quæst.85.num.10. Nuñez de Auend.lib.2.cap.16.num. 5.Andr.Tiraq.de pœn.temp.in præfat.n.9.Ludo.Rom.vbi additio,sing. 78.plures à Tiraq.vbi proximè relati post Felin.in dict.cap.de causis,§.illis,in fin.aducti authoritate,tex.in c. vt clericorum 13.vers.Prælati,ibi *pœnæ subiaceant vltioni*,de vita & honest. Cleric.& l.vltim.in fin. C.ne sanctũ Babtisma, adducentesque notabile illud factum Caroli.1. Imperatoris Maximi,& addẽtes, quod si forte iudices, grauiores pœnas inflixerint, quam quæ iure præscriptæ sint pati debeant eandem quam inflixerint ex tex.in l.Iul.7.ff.ad l.Iul. repetunt. verius tamen est, & receptiꝰ superiorum arbitrio relinquendum esse,qui secundum modum, & grauitatem culpæ, iudices contrarium facientes punire poterunt, neque habenda ratio erit pœnæ talionis, quæ non modo in hoc casu, sed & in pluribus alijs negotijs,iam abijt in desuetudinem, & totum hodie relinquitur arbitrio iudicis, qui eum, quem inuenerit in probatione, vel punitione criminis defecisse, castigabit & puniet, prout negotij qualitas postulauerit,optimus,text.in c. super his de accusation. & in l. in priuatis, ff. ad Turpilian. docet glos. in capit. tuæ, verb. *effectum*, de procurator.traddit Alciat. lib.nono,Parergon. capit. 8. quã etiam ratione temperabit Prætor in iniurijs, talionis pœnam, vt constat ex §. pœna instit. de iniurijs: meminisse tamen oportebit,non vsquequaque adeo esse abrogatam prædictam talionis pœnam, quin hisce etiam temporibus, in aliquibus casibus obseruari possit & debeat, vt videre est in eo, qui ita fuerit ad audendum proiectus, vt falsum testimonium dicat, contra hominem innocentem, in causa capitali, iuxta text. in l. 83. Tauri,cuius decisionem Reges nostri desumptisse videntur,ex sacris litteris Deuteron. capit.19. & ex iure Cæsareo Romanorum,in l.1.§. præterea, ff.de sicarijs cuius vltimi text. ad exornandam & extollendam talionis pœnam,meminere, Iaſ. in l. si duo Patroni,§. vlt. ff. de iure iur.& in l. etsi legibus,C.si cõtraius vel vtilitatẽ publicã Bald.in c.1. in princ. colu.vlt.de pace tenenda,&eiꝰ violatione post gl.in c.Rex debet 23. q.5ª

21 Igitur cum plura iura sint, quæ aduersus iudices, per dolum, leuiores, vel grauiores pœnas, quam quæ legibus præscribuntur imponentes, certas & determinatas pœnas statuunt, quæ congerit Tiraque, in præfat.de pœn. temper,nu. 14. in qui-

Digitized by Google

quibus pœna talionis iniungitur, animaduertẽdum eſt per ſimilia iura, regulam, vel doctrinam generalem, nõ conſtitui, ſed loqui in certis quibuſdam generibus cauſarum, vt in dict. l. 83. Tauri. extra quos caſus probabilius videtur, vbi certa pœna, contra tales iudices præfinita non eſt, puniẽdos eſſe arbitrio ſuperiorum conſiderata grauitate culpæ, & iuxta modum illius, optimus text. cum gloſ. in l. 1. C. de deſertor. & occultor. eorum, lib. 12. in illis verbis: *ſin autem Rector Prouinciæ propoſitam ſeueritatẽ, vel gratia, vel diſſimulatione diſtulerit patrimonij, atque exiſtimationis damno ſubijciatur, &c.* iuncto authentico, vt neque miles, quibus in locis certę determinatæque pœnæ ſtatutæ ſunt, contra Præſidem, & officiales, qui pœnas legibus impoſitas, vel gratia, vel diſſimulatione differunt, vt aduertit glo. verb. officij primores, in d. l. 1. C. de deſertoribus lib. 12.

22 Lex verò Iulia. 7. ff. ad l. Iul. repetũd. ſi attẽri° legatur, facilè poterit deprehendi, verba facere, de iniquo iudice, qui donis, vel pecunia corruptus puniuit quem punire nõ debuit, innocentemque condemnauit: non de eo, qui grauiorem pœnam, iniunxit, vbi leuiorem potuit, & debuit imponere: qua ratione dict. l. Iulia, & reliqua iura, quæ allegari ſolẽt, ad probandum, iudicem per dolum, leuiorem, ſeu grauiorem pœnam, imponentem talionis pœnam incurrere, id in effectu non probant, neque (vt dictum eſt) regulam vel doctrinam generalem conſtituunt, ſed loquuntur in certis quibuſdam caſibus, qui neque poſſunt, neque debent trahi in conſequentiam, pro ſanciẽda præfata talionis pœna.

23 Erat autem talionis pœna (vt hoc etiam non ignoretur) qua quis patiebatur idem quod alteri per iniuriam intulerat, vt rectè docuit B. Thom. 2. 2. quæſt. 68. arti. quarto, cuius meminit Ariſt. lib. 5. Ethic. cap. 5. quam Græci *Thalpropathiam* appellant, teſtè Theophilo in §. pœna inſtitut. de iniurijs: vndè illa carmina Heſiodi quorum meminit Ariſt. dict. loco, *ſi contra pejus fuerit, quod fecerit idẽ iudicium planè rectum, vindictaque fiet:* eſt ergo pœna talionis nihil aliud, quam quędam ſupplicij ſimilitudo, quam Latini *repotentiam*, ſeu *retaliationem*, nuncupauerunt, quæ ea iuſtiſsima nititur ratione: etenim cũ ſecundum legem naturalem, pœna conformis eſſe debeat delicto, & de ratione iuſtitiæ ſit, æquabilitas quædam, iuxta illud, *pro menſura peccati erit, & plagarum modus*, videbatur cum ratione cõiunctum, & copulatum, vt qui proximum ſuum, vel Rempublicam offenderit, reparet damnum illatum, puniaturque ad ſatisfactionem, iniuncta illi pœna crimini, ſeu delicto æquali, & cum talis ſimilitudo pœnæ, quæ conſentiat cum damno illato inueniri non poſsit, niſi offenſor patiatur idem quod alteri, per iniuriam intulit, hinc ſanè originem habuit apud veteres dicta talionis pœna. Indeque proceſsit, vt olim accuſatores tenerentur, ſe inſcribere, ad ſupplicij ſimilitudinem, ad oũ effectum, vt ſi fortè in accuſatione deficerent, ſimili, ſeu eodem ſupplicij, genere plecterẽtur, vt probãt aperta iura, in l. vlt. C. de accuſation. l. ſi cui, ff. eodem, l. 2. verſ. *ex longinquo*, C. de exiben. reis, l. 3. C. qui accuſare non poſſunt, cap. tuæ, de procurat. animaduertit B. Thom. dict. arti. 4. traddunt gloſ. & DD. in cap. ſuper his de accuſation. confirmant manifeſtè, partitarum leges 21. titu. 1. partit. 7. & 13. titu. 9. par. 4. ex eodemque fonte, & principio promanauit illud exod. 21. vbi lege Moſayca ſtabilitũ erat

erat oculum pro oculo, dentem pro dente,in pœnam eruendum;& illud ſolemne erat, lege duodecim tabularum, *ſi membrum ruperit meum ẽpacto reconſto*,&vt deducitur ex traditis àFelin.in cap.qualiter el ſegundo, §. ad corrigendos,colum.7.de accuſatio. Ludou.Roman.ſing.77. hæc talionis pœna imponi debet iudici, qui deſtitit,delatum ad ſe crimẽ legitimè punire, vt vel ſic patiatur eandemmet pœnam,quam diſimulando conceſſit,alijsvè indulſit,iuxta d.l.vlt.C. ne ſanctum Baptiſma iteretur.

24 Iam verò noſtris temporibus in ſcriptione opus non eſt, quandoquidem ex conſuetudine,ſimile ſupplicium,ſeu talionis pœna,calumniatoribus non infertur, vt obſeruarunt Bart.in dict.l.ſi cui, ff.de accuſation. Alberic.in l.vlti.col.1.C.de accuſat. Felin.in d.capit. ſuper his, Salicet.& Ang.in l.qui crimen,C.qui accuſare non poſſunt,iterum Bart.in l.pen. §. ad crimen.ff.de publ. iudic. Gandin. in tract.de maleficijs,Rubri. qualiter fiat accuſatio,licet enim ſcelera delinquentium exactè obſeruata proportione punienda ſint, attenta criminis qualitate,menſuraque delicti, nihilominus tamen,non videtur fieri poſſe, quod omnia crimina ad æqualitatem vindicentur, Ariſt. teſte lib.5.Ethi.cap.5.aliquando namque non expedit Reipublicę,vt homines idem patiantur quod intulerũt, quinimò culpæ omnes puniendæ ſunt pœnis æqualibus delictis conſiderata criminis qualitate, & perſona illius,cui fuerit illata iniuria, ipſamq; inferentis, plus enim quam liquidò conſtat,quod ſi iudex,vel Magiſtratus,alium iniquè percuſſerit, nõ ſtatim repercuciendus erit,ecõtra verò, ſi quis eo audatiæ proceſſerit, vt percutiat Magiſtratum, talari dignitate præfulgentem,non ſatis eſſet pœnã repercutere, ſed oporteret maiori ſupplicio,& pœnæ grauitate ipſum percutientem punire,vt ex Ariſt. doctrina traddit B.Thom.2.2.quęſt.61. artic.4.& quæſt.68.art.4.ad prim. ex qua profecto doctrina plura deducere poteram quotidiana & vtilia cognitioneque non indigna, quæ data opera ſilentio præterco, ne videar à propoſito diuertere.

Et redeundo ad noſtrum thema principale,dicta talionis pœna, quid quid DD.ſupra citati contra ſenſerint, minimè probatur authoritate text.in dict.l.Iulia.7.ſi rurſus expendas illum tex.in §.hodie agere de iudice,qui hominem omnino Innocẽtem,& nullatenus puniendum, interfecit,& nõ de eo,qui grauiorem pœnam impoſuit. Præterea ſi conſideres, quod adhuc ſi ſermo fuiſſet, de iudice grauiorem pœnam imponente, quam quæ iure foret præſcripta, nequaquam in eo text.mentio facta fuit,de repercutienda pœna, neque de talionis ſupplicio,puniendovè iudice,eadem quam impoſſuit pœna. quippè non deciditur ibi ipſum incurrere pœnã mortis,ſed ſub diſunctione quadam, talem iudicem in Inſulam relegandum,vel capite plectẽdum,manſit ergo in illius tex.ſpecie pœnes ſuperioris arbitrium, quonã ſuplicij genere,iudex ille qui tenere exceſſit,plectendus eſſet,ſiuè capitis,ſeu relegationis in Inſulam, nec verbum,in dict.l.Iul.de pœna talionis.Neque obſtat quod l.C .ibi, idẽ ſtatuerit in eo qui iracundiæ calore interfecit Innocentem, vel quẽ punire non debuit, multipliciter enim reſpondetur cum Baldo, in l.1.num. 6.C.ne ex delict. defunct.Bart. in d. l.Iul.Felin.in cap.dilecti de except. num.12.Alexand.in ſcholijs adBart. dict.loco,alijsque pluribus quos reculit Ferdin.de Mench,illuſt.cap.18. num.

num.16. & tandem vt ab intellectu dict.l.Iulia.§.hodie,iam me expediã pœna de qua ibi,contra iudicem,temerè iudicantem infligenda ; arbitraria quidem fuit;adeò vt I. C. Macer ibidem,non adhumbratè, ſed expreſſè affirmauerit,magis fuiſſe in vſu,pœnam deportationis in Inſulam quam vltimum capitis ſupplicium: vt denotant poſtrema verba illius text.ibi, *vel certé in inſulam deportari, vt plerique puniti ſunt*, quæ exprimũt in caſu illo,vſu quotidiano praxique receptum fuiſſe,vt iudices, qui pecunia corrupti, innocentes interfeciſſent,non tam pœna mortis, quã deportationis ſupplicio plecterẽtur,atque ideo nullo modo eodem genere pœnæ ; vt plurimum afficiebantur.

26 Ellegans tamen dubium hic miſceri poteſt & debet ; an quando iudex ex iuſta cauſa,ipſi negotio cohærenti,legis pœnam valet remittere, & leuiorem vel grauiorem imponit, quam quæ iure fuit aſsignata,teneatur in ipſamet ſententia,cur ita iudicet,cauſam ſpeciatim exprimere limitata regula,cap.ſicut de ſent.& re iudic. ex quo deſumpſit communis ſchola iudicem in ſententia minimè debere cauſam exprimere:in qua difficultate præſtabat dubitandi rationem,dict.capi.ſicut, ex quo præfata regula deduci conſueuit, nihilominus tamen inuenio Innoc. litterato tum Magiſtrum receptum communiter in cap.præterea in fin. de dilation.expreſſè docentem, iudicẽ qui ex cauſa,à pœna legis diuertit,teneri talem cauſam,in ipſamet ſentẽtia, explicare & exprimere,ita limitando vulgatã regulam,d.c.ſicut : Innocẽt. ſequuti ſunt ex antiquioribus Bald. & Paul.Caſtren. quos retulit Tiraq. vbi ſupra,num.54. ex poſterioribus, qui noſtris temporibus ſcripſerunt, tenent eandem ſententiam Ferd. de Menchac.illuſtr.cap.14.num.5. directorium iudicum eccleſiaſticorum, 2.par.cap.10.num.15.Iul. Clar. dict. quæſt.85.nume.10. Iacob. Menoch. vbi ſupra.Qua ratione ſoleo ego interpretari text.celebr.in dict.l.etſi ſeuerior. C. ex quibus cauſis infamia, in illis verbis, *certis rationibus motus*, quæ proculdubio præſeferunt neceſſitatẽ expreſsionis cauſæ in ipſa ſententia, quæ doctrina veriſsima quidem eſt,& quę ſine cõtradictore procedit,id enim quod vulgo tradditur ex d.cap. ſicut, non debere iudicem exprimere cauſam in ſententia, regulariter locum habet,quando â pœna legibus præfinita,ex cauſa nõ diſceditur.

27 Non tamen intelligas, præfatam cauſę expreſsionem, ſic religioſè obſeruandam eſſe, itavè præciſè requiri,vt defectus illius,inducat ſententiæ nullitatem,verius enim eſt ſentẽtiam valere,quãtumuis cauſa diſceſſus,à legitima pœna, nõ explicetur, ſolum ergo requiritur, talis expreſſio cauſæ,vt iudex rectè fungatur officio ſuo, adducaturque ad melius deliberandum,circa iuſtam cauſam, & negotij expeditionem,& vt omnino perſpiciat, quo prætextu, quavè cauſa motus,pœnam minuere, vel augere velit,cum videat talem cauſam,exprimendam, & explicandam eſſe in ipſa ſententia,ſuperioresque, ſiuè ipſummet ſupremum, Principẽ iudicaturos,vtrum bene,vel male cũ iudicio, vel ſine cauſa,à pœna legis deflexerit,ac deuiauerit. Inſuper vt partes litigantes, ſiuè accuſator, ſiuè reus, facilius inſtrui poſsint, expediat ne illis appellationem interponere, ſeu interpoſitam continuare, vt recte conſiderarunt Menchacen. & directorium vbi ſupra,poſt Barto. in l.relegatus, §.ad tempus in fin. ff.

Digitized by Google

de interdictis & relegatis.Nec nouũ est in iure,quod valida sit sententia expressione causæ omissa, vbi exprimi debuisset,imò generale, vt in omnibus casibus, in quibus iudices tenentur,in sententijs causam exprimere,expressionis omissio,neque vitiet,neque annullet sententiã,quorum casuum meminere Felin. n. 12. & 18.Abb.n.20.in d.c.sicut.

28 Verum non incuriosè percontabitur aliquis,sufficiat vtrum generalis expressio causæ,vt si iudex dixisset,se leuiorem sententiam imponere ob iustas causas, quæ ipsum inducunt,hispanè,*por justas causas que a ello me mueuen*,in qua dubitatiũcula,quid quid Iul.Clar.Menoch.& Tiraq.vbi supra contradicant, procliuior sum, vt existimem,non prodesse generalem causæ expressionem, sed specificam requiri:quippè generalis mentio causæ,semper apud me suspecta fuit,tanquam captiosa, & minimè valens,neque litigantes instruere, neque superiorem dirigere, neque ipsum iudicem excusare, qui sine dubio tenebitur causam specificè explicare,vt intendit I.C.in dict.l. etsi seuerior,ibi,*certis rationibus motus*, vbi verbum illud *certis*, specificam & determinatam denotat expressionem causæ,nec sufficere generalem: itaque practicarem oblata alicuius negotij occasione.

29 Cauebis tamen à communi generaliter contendente, quamcumque iustam causam,etiam delicto non coherentem, sed aduenientem extrinsecus,sufficere,vt iudex leuiorẽ, vel grauiorem pœnam, quam quæ iure præfinita est,valeat imponere, cum certocertiusfit, & ex traditis á nobis plusquamliquidò constet, opus esse, vt talis iusta causa, delicto cohæreat,vel iure expressa sit, vt abundè superius probatũ est, & obseruat antecessor noster,additionator Bernardi,in regul.371.post prin.

30 Temporis autem spatium, intra quod talis commutatio, & diminutio pœnæ,facienda sit, non est omnimodum in iure, quinimò pœnam minuendam esse, in ipsa sententia, vel vsque ad illam,neque post factum iuditium,locum fore diminutioni ipsius pœnæ,suadere videntur, text. in l.iudex 55.ff.de re iudic.& in l. Paul. 42.eod.tit. in c.in litteris 9. de offic. & potest.iud. deleg. ex quibus iuribus emanauit, vulgatissimum dicterium, quod habet,iudicem post latã sentẽtiam,functum esse officio suo, vt amplius se inserere nequeat, neq; vlterius in negotio se possit intromittere,iudicis enim officium, quoad cognitionem,& decisionem causæ manifestum est spirare per diffinitiuam,per quam functus est officio suo, ad eũ effectum, ne amplius cognoscere,& definire possit, siuè se in negotio intromittere,qua ratione intelligitur,& locum habet,text.in d.l. iudex posteaquam, & ita praxis obseruat,obseruauitque tẽporibus Populi Romani, vt expressit I.C. ibidẽ, in illis verbis,*& hoc iure vtimur*, non tamen,intelligas officium iudicis, eius vè iurisdictionem spirare,per diffinitiuam, quoad totum negotium, causamque vniuersam,itavt nihil amplius possit,& valeat,sed omninò spiret ipsius iudicis potestas, atque facultas: talis enim cessatio non contingit,per diffinitiuam, sed per finalem executionem,quando omnia acta,atque præcepta executioni mandata sunt:in quo intellectu accipiendus est,text.in dict.cap. in litteris de offic. deleg.ibi,*cessat,&c.* si referantur illa verba,ad totalem cessationẽ, postquam nihil faciendum restat,vbi non sine ingenio considerabis,& expẽdes,illa verba, *functus est officio suo*,

quæ

quæ in dict.l.iudex poſtea quam, eũ habent ſenſum, vt ſignificent iudicẽ nihil amplius poſſe, circa deciſionẽ & cognitionem cauſæ, non tamẽ ſpirare eius poteſtatem, abſolutè & totaliter, quod attinet ad executionẽ, ſed ſecundum quid, id eſt quoad effectum cognoſcendi, & decidendi tantummodò: eademmet verba, ſub eiſdem terminis prolata, in dict. cap. in litteris de offic. deleg. ibi, *ex quo &c.* important abſolutam, & omnimodam ceſſationem, etiam quo ad executionem, & vlteriorem progreſſum in cauſa: quod ſi aliquis perquirat, cur tam diuerſum, facile reſpondebitur, propter materiam ſubiectã, vna eademque verba ſæpenumerò diuerſimodè ſignificare: ſpiraſſe verò per ſententiam, iudicis poteſtatẽ, ad minuendam pœnam, neque amplius in diminutione ſe poſſe intromittere, tanquam qui functus eſt officio ſuo explorati iuris eſt, & ita obſeruat gloſ. verb. *honoraſſe*, in princ. in dict. verſ. *pœna*, quam communiter receptam teſtãtur, Iul. Clar. dict. num. 10. colũm. 2. & Couar. pract. 34. numero vlt.

31 Refragari tamen videtur text. celebr. & ſing. in c. vt commiſsi 12. verſ. *& illorum*, de hæret. in 6. vbi iudices de quib° in illa Decretali, toties quoties viderint expedire, etiam poſt ſententiam diffinitiuam, rectè poſſunt & valent pœnas minuere, mitigare vel mutare, vt expreſſè docuit Bonifac. VIII. Inquiſitoribus hæreticę prauitatis reſcribens, ibi: *pœnam vna cum Prælatis, quorum iuriſdictioni ſubſunt mitigandi, vel mutandi cum viderint expedire*: Sed in promptu eſt priuilegium eſſe in ſpecie conceſſum Inquiſitoribus, vt ex illius decretalis contextu, manifeſtè deducitur, traditq; communis interpretum ſchola, in d. cap. vt commiſsi, & docẽt Septimacẽſis de Catholic. inſt. cap. 16. n. 20. Clar. §. hæreſis nume. 8. Roxas de hæretic. 2. par. n. 199. cũ ſeqq. & 381. Couarr. vbi proximè.

32 Verum iam hodie, reſtricta eſt dicta poteſtas Inquiſitoribus facta, in dict. cap. vt commiſsi, vt quandocũque valerent ante & poſt ſententiã pœnas mitigare ſeu mutare, totaq; ad id faciendum facultas delata eſt priuatiuè ad ſolum ſupremum, & generalem Inquiſitorem, vniuerſalemque iudicem rerum fidei, cui per cõſtitutiones noſtris temporibus in lucem editas, integrum & liberum eſt, cum miſerabilibus Reis pœnitentibus, prout eidem Magno Principi, expedire videbitur diſpenſare, & ita receptum eſt, dictoque iure vtimur.

33 Vndè profluit, atque dimanat intellectus ad gloſ. in capit. 3. de pœn. quæ inſinuare videbatur. eũ demum iudicem, mitigare poſſe legis pœnã, qui ſuper eo crimine diſpenſare valeret, procedit enim dict. gloſ. & locum habet, in eo qui iam lata, & pronunciata ſententia, vellet poſtea inflictam pœnam minuere, quo caſu id facere non poterit, niſi talis perſona ſit, qui etiam poſsit ſuper ipſomet crimine diſpenſare, vt voluerunt ibidẽ Abb. & Cardin. quare antequam ſententia pronuncietur, vel in ipſo thenore ſententiæ, poterit certè quicũque iudex, etiam ſi poteſtate diſpenſandi non gaudeat, ex iuſta cauſa, delicto cohęrenti, legis pœnam mitigare, vt latè ſupra reſoluim°, quidquid Felin. in cap. qualiter & quando nu. 33. de accuſat. Anton. Ioann. Andr. Henrich. Ancharra. & Innocent. in capit. in Archiepiſcopatu, de raptor. aliter dict. gloſ. intelligentes, perperam exiſtimauerint, iudicem qui non poteſt ſuper eo crimine diſpenſare, minimè poſſe diminuere pœnam à lege ſtatutam. Diuerſum autem eſſe,

&

& diſparem longe poteſtatem requiri ad diſpenſandum ſuper crimine & eius pœnam mitigandam, & ad minuendum rigorem legis pœnalis ex aliqua cauſa, eleganter docuit frater Altonſ.de Caſtro libr.2.de poteſtat. leg.pœn.cap.12.& 13. poſt Felin. in dict.cap.qualiter,§. ad corrigendos, num.37.Innocen.in cap.dilectus de temporib. ordinat. Lucam de Pœna in l.1.C.de colonis Illyrician.lib. 11.qui cauſas referunt ob quas iudices moueri poſſunt &debent,ad pœnarum legalium dictas commutationes aut diminutiones faciendas.

34 Quod ſi adhuc argumenta requiras,ad probandum non eſſe neceſſariam poteſtatem diſpenſandi in eo qui cupit mitigare pœnã à lege præfinitam,iuxta præcepta ſuperius traditа: oportebit expendas iura,doctrinas Doctorum,aliaque fundamenta à nobis propoſita,quæ ſatis euincũt, atque confirmant, poſſe iudices ex iuſta cauſa delictorum pœnas commutare,nullatenus mentionem feciſſe,de illis iudicibus qui poſſunt in crimine diſpenſare, dumtaxatque loquuntur de his qui diſpenſare non poſſunt,ſed tantum minuere legum humanarum pœnas,itaque eſſe percipies facile,ſi iterum conſideres,attento iure communi diſpẽſationes ſuper criminibus non vt cumque,neque quibuſuis iudicibus, ſed tantum certis quibuſdã ſuperioribus, in honore ſimul, & dignitate conſtitutis, fuiſſe conceſſas: abſonum igitur videtur,& ab his quæ frequentius accidunt alienum, referre pœnas minuẽdi poteſtatem,ad illos ſolum,qui peculiariter in criminibus diſpenſare poſſunt: dictaque gloſ.capit.3. de pœn.accipienda eſt,de commutatione quæ fit,poſt ſententiam, vbi poſt crimẽ incurſum, pœna impoſita per legem,iam erat inflicta ipſi delinquẽti per iudicem,in qua ſpecie commutari non valebat,niſi per diſpenſationem:quò fit,vt reétè illa gloſſa poſtulauerit,diſpẽſandi poteſtatem, in eo qui poſt ſententiam, & abſque iuditio contentioſo,pœnam criminis iã inflictam, erat commutaturus: quæ commutatio,revera & natura ſua, in his terminis præſefert & importat diſpenſationem, ſuper ipſomet crimine:doctrina ergo d. gloſ. in caſu, de quo loquitur veriſsima eſt, prout eam intellexit ex aliorum mente D.Couarr.variarum 2. c.9.num.8.

Summaria ad Controuerſiam 8.

1 *VTrum inter legitimas cauſas ad minuendam, vel relaxandam pœnam artis peritia, vel excellentia annumeranda ſit.*

2 *Adducitur famoſa lex ad beſtias 31.ff. de pœnis pro parte affirmatiua.*

3 *Tuta non eſt vulgi exiſtimatio minuendam eſſe pœnam ob artis excellentiã, nec probatur in l.ad beſtias 31.ff.de penis in cuius ſpecie longe aliud dubitatum fuit.*

4 *Confirmatur quod nihil minus probet, text.ille & expenditur d.l.ad beſtias,*

5 *Sto quod in dict.l.ad beſtias, id non probetur,dubitatur de iure excellentia artificij, vel roboris legitima cauſa ſit minuendi pœnã,& probatur pars affirmatiua ſumpto argumento ab vtilitate publica,& à rebus preclarè geſtis maiorum ad propria facta.*

6 *Allegatur Dominus Couarrubias,& expendi-*

Digitized by Google

penditur ſumma eius authoritas dũ aſſerit poſſe iudicem proprio iuditio, ſine conſultatione Principis minuere pœnam, ob artis excellentiam, et Ludouici Romani teſtimoniũ dicentis debere iudicem executionem ſuſpendere, & interim Principem conſulere.

7 *Probatur eadem ſententia ex multis iuribus & teſtimonijs, in quibus magna ratio habetur excellentiæ & dignitatis perſonarum.*

8 *Expenduntur in idem leges Regiæ, & ſtylus iudicum mitius ſe habentium cum perſonis reorum, quam cum ſceleribus.*

9 *Quinimò ipſamet Eccleſia Catholica aliter ſe habet cum magnis Principibus, & perſonis nobilibus, cum quibus in multis caſibus diſpenſat, & non cum perſonis inferioris notæ.*

10 *Facit ſententia Menochij (ſi vera eſt) aſſerentis in temporalibus, & prophanis bene admitti perſonarum acceptionem, & rationem habendam excellentiæ & dignitatis.*

11 *Nihilominus dicta reſolutio, quæ aiebat ob artis excellentiam pœnam minui poſſe, vix hodie in praxi ſubſtineri poſſet.*

12 *Efficaci ratione confunditur eadem reſolutio.*

13 *Iudices inferiores ob merita delinquẽtium, neque ob ſuorum maiorũ egregia facta non poſſunt pœnas minuere, ergo neque ob excellẽtiam artis, ſecus in Principe, qui ob facinora maiorum bene poteſt relaxare pœnas, ex quo intelligitur text. in l. 2. verſ.* poſteâ, cũ Fabius, *ff. de extraord. cog. text. in l. non omnes, §. vlt. ff. de re milit. text. in l. 3. ff. de conſtitut. Princip. & ſimilia.*

14 *Rurſus conuincitur eadem ſententia, ex eo quod in iudicijs non permittitur acceptio perſonarum, quæ committeretur ſi artis peritia locum faceret pœnæ diminutioni, & referũtur nonnulla ſcripturæ teſtimonia, in quibus damnatur vitium acceptionis perſonarum.*

15 *Declaratur in quo conſiſtat vitium acceptionis perſonarum, & quædam exempla adhibentur, & inter qualitates impertinentes anumeratur artis peritia vel excellentia.*

16 *Grauius multo peccatum eſt, ſi in iudicijs committatur vitium acceptionis perſonarum, quam in alijs actibus ex quo intelligitur regula in iuditijs lib. 6.*

17 *Tale peccatum acceptionis perſonarum frequentius committitur in Officijs Prælationibus, & beneficijs circa iuſtitiam diſtributiuam, & lex ad beſtias ſolum probat Principem conſulendum eſſe.*

18 *Reprobatur Menochius, qui aſſeruit præceptum non habendi acceptionẽ perſonarum procedere tãtum in ſpiritualibus non in prophanis, & oſtẽditur generaliter procedere, etſi grauius peccatum ſit in ſpiritualibus.*

19 *Non obſtant argumenta de publica vtilitate, & rebus præclarè geſtis maiorum, quæ dumtaxat euincunt Principem conſulendum fore.*

20 *Conuincitur dictum Domini Couarr. & ſtatuitur artis peritiam poſſe ſolum ad hoc vt index poſſit, & debeat ſuperiorem conſulere, non tamen vt ipſe aliquid poſſit ſine lege, vel iuſſu Principis.*

21 *Priuilegia autem & exemptiones nobilibus & litteratis conceſſa fundantur in qualitatibus, & circunſtantijs pertinentibus, non verò, vbi omnino legibus ſtandum eſſe præcipitur, quo caſu artis peritia, nihil proderit, licet Princeps ſupremus conſultus rectè valeat ob excellentiam artis eximere delinquentem á pœna mortis vel alio ſimili ſuplitio.*

22 *Nobilitas & litteratura aliæque qualitates*

litates magnoperé conducunt ad extorquendam dispensationem, qua ratione intelligantur cap. de multa de præb. & cap. pastoralis de offic. deleg. ibi, vt dignitati deferat, & personę, &c. 5. Tri. *sessione* 24 *de refor.*

23 *Per maiorem misericordiam cum reo quam cum actore non ledituꝛ iustitia.*

24 *Interpretatur Diuinum testimonium*, sic iudicabis magnũ sicut paruũ, *vt nentiquam præcipiat eãdem omnino pœnam imponendam esse, magno & paruo, sed vnicuique institiam faciendam omnibus qualitatibus, & circunstantijs consideratis.*

25 *Non sit acceptio personarum, vbi qualitas quæ attenditur meritum auget, exempla pro & contra designantur.*

26 *Vna & eadem qualitas respectu vnius negotij impertinens esse potest, quæ respectu alterius pertinens sit & cõducens.*

27 Etiam *in Sacramento pœnitentiæ personæ ratio habenda est, prout contigerit conuersorum animos deuotos esse, aut insimili ætate periculo egritudine aut necessitate constitutos, pariterque clerici mitiori & minori pœna afficiendi sunt quam laici.*

28 *Nihil vetat quod in aliquibus articulis, si æquitas suggesserit alter alterũ præcedat in aliquibus negotijs reus, in alijs actor, prout expedire videbitur, & inducenda est compensatio inter ipsum actorem & reum.*

29 *Quantumuis actor cogi non debeat sua edere instrumẽta reo colligenti, nihilominus tamen ad fundandã suam intentionem debebit ostendere instrumenta ad rem de qua agitur spectantia.*

30 *Caueant supremi Principes & Magistratus Regij, ne munera, seu officia concedant ob qualitates sensationes diuersas, solum enim attendere debent ad qualitates & proportiones meritorum, ne committant vitium acceptionis personarum, quod solum versatur circa iustitiam distributiuam non circa commutatiuam.*

31 *Aliter intelligitur regula in inditijs, lib. 6. vt generaliter procedat non solum in inditijs, sed in omnibus negotijs, quæ per modum inditij, & cõuentionis distribuuntur, non vero in alijs quæ gratiosé ac liberaliter concedũtur.*

32 *Prædicta de acceptione personarum minimè procedunt in gratijs, & his quæ pendent á mera libertate, in quibus certum est locum fore gratificationi.*

33 *Vbi debitum iustitiæ distributiuæ cessat defficit quoque acceptio personarum, quare si contingat qualitates ambientiũ munera esse æquales omninó possunt Principes exercere libertatem, & præeligere amicũ vel consanguineum, aut sibi aliquo vinculo coniunctum indulgendo, cui voluerit.*

CONTRO-

Digitized by Google

CONTROVERSIA 8.

Vtrum delinquentis peritia, vel excellentia ſit iuſta cauſa, ob quã Princeps poſsit in Rei publicæ vtilitatem, pœnam mortis, vel aliam ſimilem lege præfinitam, mitigare vel remittere, ſeu leuiorẽ imponere.

1 MAnifeſti iuris eſt, & ex dictis in quæſtione præcedenti pluſquã liquido conſtat integrũ eſſe ſupremo Principi, iuſta ſaltem ſubſiſtente cauſa remittere pœnas legum, & leuiores alias iniungere quã quæ iure pro vindicãdis criminibus impoſitæ ſunt: & cũ diuerſa ſint cauſarum genera, quibus Princeps induci poſsit ad remittendas, ſiuè relaxãdas delictorum pœnas, cum qualitas negotij, & aliæ perſonarum temporis & loci circunſtantiæ, talem relaxationem ſeu remiſsionem pœnæ exegerint, & poſtulauerint, non erit abſre, nec extra propoſitum diuagare videbimur, ſi quæſtionem non iucundam neque inutilem proponamus & proſequamur, de peritia & excellentia in aliqua arte, facultate & diſciplina, tam in bello quam in pace, an legitima cauſa iudicari debeat ad mitigandam & relaxandam pœnam pro delicto iure ſtatutam, ſiuè ſit mortis, ſiuè id genus alia: quod eſt quærere, an delinquenti in aliqua arte vel robore excellenti, poſsit & debeat non iniungi pœna mortis, vel alia ſimilis iure præſcripta, ita vt talis excellentia, tanti ponderis & momenti cenſeri poſsit & debeat, vt ob illam iudex à pœna legis recedere valeat.

2 In qua difficultate habemus ſolemne reſponſum Pauli I. C. in l. ad beſtias 31. ff. de pœn. in illis verbis, *ſed ſi eius roboris, vel artificij ſint, &c.* ex quo text. vulgo deduxerunt interpretes, quod ſi delinquens quantumuis mortis pœna dignus, excellens fuerit in aliqua arte, non ſit illi pœna mortis iniungenda, ſed remittenda vel mitigãda ob artificij vel magni roboris qualitatem & excellentiam, quam legem ſatis celebrem & famoſam induxerunt ad id, Oldrad. Alberic. & alij inibi. Ludouic. Rom. ſing. 717. Tiraq. de pœn. temper. cap. 50. Plaza de delict. c. 33. in prin. Couar. 2. variar. cap. 9. nu. 6. Iul. Clar. in praxi, §. 60. n. 26.

3 Sed profecto, etſi multa offenderim in vtroque iure ab Imperatoribus I.CC. Pontificibus Maximis, & Sanctis Patribus, in generalibus Cõcilijs, & alibi ſæpè ſtatuta, ob excellẽtiam

Digitized by Google

tiam dignitatem artificium virtutem & robur virorum excellentium, quo rum meminere DD.communiter,in cap.de mulcta de pręb.& dignitatib. & in cap. quia periculoſum de ſent. excommun.in 6. Hippolyt. in l. 1.§. ad quæſtionem,ff.de quęſtion.num. 7.Iaſ.in l.iubemus, C. de iudic. Andr.Alciat.lib.9.Parergon.cap.vltim. vbi retulit hiſtoriam de Azonis morte Andr.Sicul.Barbat. in rubr. de iuramento calumniæ, nunquam tamẽ dicta vulgi exiſtimatio, adeo inſedit animo meo, vt ei omnimodam fidẽ adhibendam eſſe cẽſerem:quidquid proximè laudati DD.præfatam concluſionem, ex dict.l. ad beſtias, frequenter deductam, aliquando praxi receptam fuiſſe teſtentur : quinimò verius exiſtimo in illo textu eam ſententiam non probari,nec decidi ibidem,vtrum minuenda ſit pœna delinquenti,robore vel artificio excellenti, ſed longè aliam quæſtionem fuiſſe à I.C.agitatam atque deciſſam in Prouintia damnat⁹ ad beſtias, Romam ne mittendus eſſet ad patiendã eandem vel fortaſſe maiorem in eodem ſuplicio pœnam.

4 Et tantum abeſt,quod probet ille textus vulgatam aſſertionem, vt neque voluerit I.C. quod poſsit iudex ſuper emergenti dubitatione ſtatuere,aut decidere circa tranſmiſsionẽ ſeu traductionem damnati delinquẽtis â Prouintia in ciuitatem Romanam, ſed dumtaxat decreuerit,quod poſſet conſulere Principem & petere vt reſcribat,quidnam ſibi faciendum ſit, & an ſic damnatum ad beſtias in Prouintia Romam mitti velit,vt exprimunt illa verba, dict.l.ad beſtias,*Principem conſulere, &c.* nec decidit ille text. eam quæſtionem ad quam adducitur frequentiſsimè in ſcholis & Tribunalibus, an delinquentem in arte inſignem,ad mortis pœnam damnatum,liceat leuius punire nec ne,ita admonuit & adnotauit Alciat.lib.2.Parergon.cap.28. vbi doctè vt ſolet contendit d.l.ad beſtias non probare communem propoſitionem,Alciatum ſequuti ſunt, Iul.Clar.& Couarr.vbi ſupra, Plaza dict.loco nume.4.aſſeuerantes nihil minus in illa l. probari, quam quod excellentia artificij,vel roboris, legitima cauſa ſit,remittendi, vel minuẽdi pœnam à iure ſtatutam.

5 Verum quidquid aſſertio prædicta non probetur in dict.l.ad beſtias videamus extra illam l.vtrum pœna, vel minuenda,vel remittenda ſit delinquenti, ex eo quod ſit celebris artifex,magnique nominis, ſeu ob inſignem eius peritiam : & quidem vtilitas publica,& Reipublicæ commodum, prima facie ſuadere videntur æquum eſſe, & maxima cum ratione coniunctum pœnam mortis, ſiuè aliam ſimilem condonari, cum dictus artifex adeò celebris, Reipublicæ maximè vtilis futurus ſit,& ob publicam vtilitatem, quamplurima in vtroque iure comparata ſint atque deciſſa.Præterea ſi merita delinquẽtis,& res præclarè geſtæ maiorũ ſuorum,qui in Rempublicam aliqua beneficia contulerunt, legitima cauſa reputari ſolent ob quam inferior iudex recedere valeat â pœna legis, cur propria delinquentis excellẽtia, atque peritia, id facile non euincet.

6 Accedit inſignem Couarrub. vbi proximè in ea fuiſſe ſententia & opinione, vt exiſtimauerit poſſe iudicẽ proprio iudicio, id eſt abſque Principis cõſultatione,minuere, & in mitiorem commutare pœnam legis ordinariam,ob excellentiam & dignitatem perſonæ delinquẽtis, Roman. etiam & ab eo relati, dict. ſing.717. conſtanter aſſeuerarunt, non ſolum poſſe, ſed debere iudicem exequutionem

tionem ſuſpendere, propter delinquentis excellentiam, atque peritiã, ipſumque Principem conſulere, vt ob inſignem delinquentis virtutẽ, ſiuè aliam præclaram qualitatem, pœnam legis remittat, & minuat.

7 Deinde recepta tradditio iuris eſt (vt dicebam) quam plurima, legibus indulgeri ob dignitatem, & excellentiam perſonarũ d.c. de multa, ibi, *circa ſublimes, & litteratas perſonas, &c.* & in.c.paſtoralis, in prin.de offi. deleg.ibi, *dignitáti deferat, & perſonæ*, &in̄ c.2.eod.tit.in 6.& in l.DiuoMarco, C.de quæſtion.ibi, *eminentiſſimorum quidem, nec non etiam perfectiſſimorum virorum, vſque ad pronepotes liberos plebeiorum pœnis vel quæſtionibus nõ ſubijci*, & in l.vlt.C.vt nemo priuatus cũ alijs relatis à gloſ.ibi verb. *Regibus*, & in reg.in iudic.de reg.iur.in 6.quib⁹ iuribus probatur, nõ ſolũ in iniungẽdis pœnis, ſed etiã in modo imponẽdi illas, diuerſimodè iudicandos homines maioris notæ & excellẽtiæ, in honore & dignitate conſtitutos, quã illos qui minores ſunt, neque aliqua dignitate, ſiuè excellẽtia roboris, vel artificij fulgent, atque corruſcant, neque eandem vtriſque pœnam per iudices imponendam fore.

8 Aliter etiam ſe habent leges Regiæ, cum nobilibus & plebeis, illis longè minores, his verò propter vnum, & idem delictum maiores pœnas imponentes, ex traddit.à Couar.d.c.9. 2.lib.reſolution.nu.3.latè more ſuo Andr.Tiraq.de pœn.temper.ca.31.à princ.& iudices conſueuerunt, & tenentur mitius agere cũ perſonis reorum, quam cum actoribus, ſignũ non adumbratum ſed expreſſum, quod in multis, acceptio perſonarum habenda ſit, quorumdamque perſonis, & dignitatibus, ſiuè qualitatibus deferendum, regula cum ſunt partium iura obſcura, l. fauorabiliores. ff. de reg.iur.cum pluribus alijs.

9 Quid, quod eccleſia ipſa Sancta, Sãctis dicata, à Sanctis protecta, ſapiẽtibus illuſtrata, aliter ſe habet cũ magnis Principibus perſonisque nobilibus, quam cum alijs perſonis, genere & qualitate inferioribus: cõtingit enim ſæpè ſæpius ipſammet Eccleſiã Catholicã, ſeu Romanos Pontifices eius Capita, denegare diſpẽſationes minoris fortunæ hominibus, quas iuſtiſsimè, magnis Principibus, ſeu perſonis excellentibus largiũtur atque concedunt, vt in d. c. de multa d. c. paſtoralis, & in ſacroſancta ſynodo Trident.ſeſ.24.de reformat.c.5.

10 Facit (ſi vera eſt) Iacob. Menoch. reſolutio.de arbitrar.iud.quæſt. caſu 447.n.12.aſſerentis in prophanis, & temporalibus admitendã eſſe perſonarum acceptionem, quæ in ſpiritualibus & concernentibus animã minimè admittitur, in quibus intelligendũ eſſe dixit illud Deuteron.c.1. relatũ in c.nouit de iudic. *ita iudicabis magnum, ſicut parvum, neque erit apud te acceptio perſonarum*, ex quibus omnib⁹ planum, & apertum videtur magnopere habẽdam eſſe rationẽ, in omnibus negotijs, & cauſis, excellẽtiæ dignitatis & qualitatis cuiuſque perſonæ, affirmatiuèque propoſitæ quæſtioni noſtræ reſpondendum eſſe.

11 Quibus conſiderationibus non obſtãtibus, dicta cõmunis reſolutio, vix hodie videtur in praxi ſeruari poſſe, & aliquando delinquẽtes in arte inſignes, ob ſcelera inexpiabilia, grauiſſimaque delicta, fuiſſe vltimo ſupplicio damnatos, teſtatur Cepha. à Iul. Clar. & Couar. vbi ſupra relatus, adſimtq; contra cõmunẽ validiſsima iuris & rationis mometa, quę ex traditis à nobis in diſputationibus præcedentib. præſertim in ea quę proximè anteceſsit facilè colligũtur: etenim præceptum illud, cap. de cauſis, §. illis, de

offic.deleg.quo iubemur candẽ om ninò delinquentibus pœnã infligere quã iura præſcribunt,non reperitur limitatũ in hominib⁹ arte vel robore inſignibus,in quibus non appa ret cur pœna relaxanda ſiuè mitigãda ſit,ſi rem hanc attentè & cum iuditio conſideremus.

12 Etenim talis excellentię in aliqua arte cauſa,nõ cohærret delicto, neq; vt dixi inuenitur expreſſa, ob quam minui debeat pœna ſeu relaxari,igitur artis excellẽtia,locũ non facit diminutioni pœnę â iudice faciẽdę:cõ ſequetiã probo,quia ſatis ſuperius reſolutũ eſt nõpoſſe iudicẽ,niſi ob cauſam iure expreſſam,vel delicto cohærentem,remittere pœnã à lege impoſitã: concluditur ergo ob excellentiã in arte id fieri non poſſe, quippè non eſt ex cauſis à iure expreſsis,aut delicto cohærentibus.

13 Rurſus probatur hęc eadẽ pars negatiua,ſcilicet excellentiam perſonę in aliqua arte,non eſſe legitimã cauſam minuendi,vel relaxandi pœnã, ducto argumẽto á ſimilitudine rationis,ſi expendas,neque merita delinquentiũ,neque maiorũ facinora, aut egregia facta ſiuè beneficia ab ipſis delinquẽtibus vel maioribus eorum in Rempublicam collata, ſufficere ad hoc,vt iudices inferiores remittere poſſint legũ humanarũ pœnas, ſiuè leuiores imponere,loquor ſpecialiter in hac parte de iudicibus inferioribus,quoniã Principes ſupremi, vbi tot extitiſſent merita præclaraque facta,rectè poſſent cõſulti, vel totã pœnã remittere,vel leuiorem imponere, qua ratione ſolitus ſũ accipere text. celebr.in l.2.col.3.verſ.*poſteá,cum Papinius*, ff.de orig.iur.vbi iuſtè cõmotus Populus Romanus non ſolũ pœnam remiſit,quinimò conceſsit præmiũ: erat enim eo tẽpore,penes Romanã Ciuitatẽ,ſumma rerũ poteſtas & iuriſdictio,in quã ſucceſsit poſteá Princeps & Rex,in quẽ tranſtulit Populus omnẽ ſuã poteſtatẽ, ad id lege lata, quæ ab effectu,quia fuit ſummę poteſtatis translatiua lex Imperij nũcupata eſt.Itaque merita ſiue beneficia in Populũ collata, rectè poſſunt & debẽt ocaſionẽ præſtare,vt Princeps totũ vel multũ delinquentibus indulgeat,non tamẽ eſſe in cauſa, vt inferiores iudices id facere poſsint: cuius veriſimæ doctrinæ, expreſſa adſunt in iure teſtimonia,ſi memineris illius reſcripti cuius mẽtio fit in l.nõ omnes,§.vlti.ff.de re militari,vbi Adria.Imperator reſcripſit, ob merita fore locũ indulgẽtiæ,voluit gloſ.verbo,*meritum*,in §.ſed & quod Principi.inſtit.de iure natur.gent. & ciuili, docuit expreſſè text.in l.3.in fin. ibi, *Princeps alicui ob merita indulſit*, ff. de conſti.Princ.per quæ iura & id gen.⁹ alia tradiderunt interpretes, vbi ſe ſe obtulerit ocaſio delinquẽtis alicuius propria virtute aut artis excellẽtia ſiuè maiorũ ſuorũ præclaris facinoribus inſignis, inferiores iudices poſſe,& teneri ſupremũ Principẽ cõſulere,vt is, vel in totũ remittat, vel leuiorẽ imponat,ſic docuerũt Ioan. de Ligniano,Ludou.Rom.& alij plures ex antiquioribus,quorum nomina retulit,& opinionem ſequutus eſt Andr.Tiraq.in l.ſi vnquam,verb.*donatione*,nu.31.& 44.idem Tiraquel.in tract.de pœn.temper.cap.49.à prin. Petrus Plaza,& Iul.Clar.vbi ſupra allegantes text.in cap.vlt.in fin.22.q.2.quo etiam iure vtimur, vt nobilitas egregia facta,artis vel perſonę excellentia,Principẽ ſupremũ,Regioſque Senatores inducere conſueuerint,ad mitigandas,vel relaxandas in totum legum pœnas, igitur ſimili modo,de peritia in aliqua arte retẽto noſtro themate dicendum erit, vt quamuis legitima cauſa ſit, vt Princeps

ceps conſultatur, ad ipſumq; inducẽ dum, vt remittat ſiuè relaxet, non tamen ſufficiat ad hoc vt iudex inferior id præſtare valeat.

14 Pręterea lege diuina humanisque conſtitutionibus ita comparatũ eſt, vt in iudicijs omnimoda æqualitas ſeruanda ſit, ſimiliterque iudicãdus maior ſeu dignior ac minor ſeu bilior, ad vitandam atque fugiendam perſonarum acceptionem, quã damnauit Bart. in l. 1. ff. de poſtulando & relegandam fore â liminibus iudicio rum voluit Abb. in dict. cap. de multa, Andr. Alciat. Philip. Dec. & communis ſchola, in cap. nouit de iudicijs, Aldobrand. in §. iuſtitia inſtitut. de iuſt. & iure num. 4. explicuit rectè B. Thom. in quodlib. 4. artic. 15. & quodlibeto. 10. artic. 12. idem 2. 2. q. 63. artic. 1. & ſeqq. Caiet. Silueſtr. & alij ſummiſtæ verb. *acceptio perſonarum*, neque ſunt obſcura teſtimonia hãc propoſitionem aientia, Proberb. enim 18. cap. habetur, *accipere perſonã in iuditio non eſt bonum*, docuit gloſ. & cõmunis ſchola in reg. in iudic. libr. 6. & illud Deuteron. cap. 1. *ita magnũ ſicut parvum iudicabis, nec erit apud te acceptio perſonarum*, ſed ſi cũ aliquo homine artis excellentia præſtanti vbi commiſsiſſet delictum poſtremo ſuplicio dignum, fieret remiſsio vel relaxatio pœnæ, non ſeruaretur æqualitas in iudicio, imò manifeſtum vitium committeretur acceptionis perſonarum, cum talis cauſa neque inueniretur iure expreſſa, neque cohæreret delicto, quin potius impertinens, & innanis eſſet ad iudicem inferiorem adducendum vt relaxaret, ergo legitima cauſa non eſt, neque eſſe poteſt talis peritia vel excellentia in arte, vt inferiores legum pœnas mutare poſsint, ſiuè minuendo, ſiuè relaxando.

15 Quam doctrinã vt penitus intelligas, operepretium erit, in memoriã reuocare, ex mẽte D. Thomæ d. arti. 1. & in locis proximè relatis, Soto, Caiet. & Silueſt. vbi ſupra, vitium acceptationis perſonarũ prout pugnat cũ iuſtitia diſtributiua, tunc demum cõmitti quando ſupremus Princeps vel iudex inferior, ob qualitates impertinẽtes, & nequaquã conducẽtes ad id de quo agitur nõ reſpiciũt perſonarũ merita ad rẽ de qua tractatur conducentia, ſed attẽdunt ad perſonas ipſas, cõſiderãtque nõnullas qualitates conditiones & circũſtantias, quæ ad rei vel cauſę expeditionẽ minimè conducunt. v.g. ſi propter amicitiã, cõiunctionẽ ſanguinis, fauorẽ, frequẽtes lachrimas, vel ſimiles cauſas ſeu circunſtantias impertinentes alicui prouideretur de beneficio eccleſiaſtico, vel alia præbẽda, Magiſtratu, vel munere, vel ſi propter artis vel roboris excellẽtiã pœna relaxaretur in totũ, vel minueretur in partẽ: enimverò dubitari nõ poteſt, quin illa artis excellẽtia impertinẽs ſit, minimeque conducẽs ad iuſtitiã punitiuã de cuius executione tractatur, & cũ tã ſupremus Princeps quã iudices inferiores, attẽdere debeant ad qualitates & merita, quę ad cauſam & negotiũ de quo tractabitur cõducãt, quæ ſint in iure expreſſę, vel ipſi negotio cohæreãt, hinc fit vt vbicũque aliarũ qualitatũ impertinentiũ ratio habita ſit apertũ cõſiſtat acceptionis perſonarũ vitiũ, vt ante D. Thom. & nuper relatos tradiderat D. Auguſ. lib. 2. ad Bonifac. c. 7. quẽ retulit Pater Bellarmin. poſteà Cardin. tom. 1. controuer. 2. de Chriſto. lib. 2. cap. 2. verſ. *quamuis*, etenim diuitiarũ opulẽtia, nobilitas, potentia, aut excellẽtia perſonæ, & alia huiuſce modi, certũ quidẽ eſt, quod minimè cõducũt regulariter ad rationẽ iuſtitiæ diſtributiuæ, pauciſsima enim negotia ſunt,

in quibus magis deferẽdũ ſit nobilibus,diuitibus,ſeu potentibus, quam pauperibus,plebeis,aut ignobilibus.

16 Præſertim ſi cũ Ariſt.&Cice.quos citauit Soto vbi ſupra art.5.conſideremus iudices iuſtos dici, æqualitatiſque cuſtodes,& ipſamet iuſtitia animata appellari, multoque grauius crimẽ admitti in iudicijs quã in alijs actibus,ſi cõmittatur vitiũ acceptionis perſonarũ,iudexque perſonã accipiens non reſpiciat ad iuſtitiam, & merita negotiorum,ſed contra illam iudicet,attentis qualitatibus,impertinentibus & extraneis, quod iniuſtũ profecto,magnumque abſurdũ erit, vndè nõ in eleganter interpretabitur,d.reg.in iudicijs,dum habet non eſſe habendã acceptionẽ perſonarũ in iudicijs,vt non doceat extra cauſam iudiciorum,in alijs actibus permiſſam eſſe perſonarũ acceptionem ducto argumento â contrario ſenſu, quod nequaquã admittendũ eſt, vbi tam graue inconueniẽs,& abſurdum ſequitur ſi affirmaremus, in alijs quę iudicia non ſunt,perſonarũ acceptionem haberi poſſe,ex eoque peculiariter ibidem reprobari dictam perſonarum acceptionẽ, quia ſermo erat de iudicib⁹ in quibus crimen hoc ſine dubio maius & grauius eſt,propter ſummã æqualitatem,quã ipſimet iudices ſeruare debent, quibus hoc munus præcipuè impoſitum eſt vt nõ ſolum ipſi iuſti ſint,ſed vniuerſã Rẽpublicã iuſtitiæ ornamẽtis afficiant, & tanquam ſol in mundo æquitatis ſplendorem lõgè lateque difundãt: nõ igitur dixit regula illa in iudicijs non eſſe perſonarum acceptionẽ habendam,quaſi in alijs quæ iuditia nõ ſunt ſimile vitium admittendum ſit, ſed quia in iudicijs multo grauius peccatũ eſſet,quod tanquam iuſtitię inimicũ,atque contrariũ,genere ſuo mortale eſt,vt probat B.Thom.d.art. 1.ex Deuter. & alijs authorib⁹ & ex B.Hieron. docuit doct⁹ pater Ribera Malachiæ, c.2.nu.19. & ſuadetur ex d.c.18.Proverb.ibi, *non eſt bonum*, dũ ſermo eſſet de acceptione perſonarũ,quo loco ſatis docetur malum & peccatum eſſe perſonas accipere.

17 Regulare autem eſt huiuſmodi vitium & peccatum acceptionis committi in Officijs Prælationibus Beneficijs &Adminiſtrationibus Reipublicæ,tam circa ſpiritualia, quam circa tẽporalia & in iudicijs in quãtũ ſunt actus iuſtitiæ vnicuique reddentis,q̃ ſuum eſt,& denique in his omnibus quæ ad ipſammet iuſtitiam, pertinẽt & ſpectant & ſecundum illam diſtribuenda ſunt: eſt enim iudicis maximè propriũ, ea quæ inæqualia ſunt & proponuntur,ad æqualitatem reducere,& omnia æqua lance & trutina ponderare,vt ius ſuum vnicuique tribuatur, honeſtè viuamus, & proximum ledere minimè curemus: ex quibus iam manifeſtè ſequitur artis ſiuè roboris excellentiam, impertinentem qualitatem eſſe ad relaxandas,ſeu minuendas delictorum pœnas,& conſequenter ſine graui culpa iudicem inferiorem non poſſe, huic artis ſeu roboris excellentiæ deferre,ſolumque poſſe & debere Principem conſulere,qui poterit vel relaxare pœnam, vel leuiorem imponere,negotij qualitatibus,& circunſtantijs omnibus conſideratis, at qui ſolum id probat dict. l. ad beſtias cũ ſimilibus perperamque docuit communis inferiorem iudicem ob artis excellentiam â pœna legis diſcedere poſſe,q̃ nullatenus illi licebit.

18 Iura verò & fundamenta, adeò ſeuerè damnantia perſonarum acceptionem,ſine controuerſia, nõ ſolum in ſpiritualibus,ſed etiam in tẽporalibus procedunt & locum habent, ita vt in muneribus & honoribus pro-

phanis,

phanis,æqualitas etiam ſeruanda ſit, nec liceat perſonas accipere nec recurrere ad qualitates impertinentes & extraneas,quod verum eſſe,eo potiſsimum fundamento facile euincitur,etenim regula in iudicijs, quam ſupra allegauimus, & illa teſtimonia Proberb.18.c.& Deuteron.quæ proximè retulimus,præcipiunt expreſſè & abſolutè,ſic iudicandum magnum ſicut paruum,& fugiendam omninò acceptionem perſonarum,in vniuerſum & generaliter ſine diſtinctione aliqua: in quibus equidem locis ſi diuerſitas eſſet in hac materia,inter ſpiritualia & temporalia vt in ſpiritualibus non liceret accipere perſonas in temporalibus ſic,proculdubio id exprimeretur,tanquam negotium magni ponderis ac momenti. Præterquamquod D. Thom. doctiſsimorũ Magiſter dict.quæſt.63.art.2.&quodlib.6. artic.9. quem poſtea vniuerſa Theologorum ſchola vnanimi conſenſu ſequuta eſt, expreſſè docet etiam circa temporalia quemadmodũ & in ſpiritualibus reprobari perſonarum acceptionem,atque id veriſsimum eſt,licet negare non poſſimus,deterius quidem & grauius delinqui & peccari vbi in ſpiritualibus talevitium acceptionis perſonarum, perpetratur,ſiuè committitur. Vndè caucbis â Iacob.Menochi. dict. caſu 447.numero 12.perperam exiſtimante circa ſpiritualia tantum, & non in temporalibus tale crimen ſeu peccatum admitti,iuraque & fundamenta condemnantia vitium acceptionis ſolum in ſpiritualibus,& non in temporalibus fore accipienda,quod quã falſum ſit,& ab omni ratione, & authoritate alienum ex proxima reſolutione manifeſtè deducitur.

19 Vt autem argumentis ſuperius adductis,pro parte affirmatiua ſatisfaciam°,quæ cõtendebãt adeò excellẽtiæ artificis,vel roboris tribuẽdũ, vt ob eã liceret iudicib° inferiorib° pœnas â iure ſtatutas alleuiare,& minuere non obſtat primum de vtilitate publica,quam verti dicebamus in liberandis hominibus à mortis ſuplicio, ob excellentiam artificij, vel roboris,ſiquidem etſi talis conſideratio, publicę vtilitatis in retinendis hominibus,qui maximũ Reipublicę commodum eſſẽt allaturi,ſufficiens cauſa eſſe poſſet & deberet,ad Principẽ conſulendum, atque vt is, vel pro vna vice, vel lege lata ſtatueret talẽ vel ſimilem excellentiam in aliqua arte,cauſam legitimam fore,vt in poſterum homines ita excellentes, qui pœna mortis eſſent afficiendi non perirent, nihilominus abſque lege, vel viuæ vocis oraculo,non poterũt iudices inferiores, neque prætextu publicæ vtilitatis,neque alio quęſito colore diſcedere à pœna legis.Idemque arbitror dicendum de rebus prę clarè geſtis,aut Beneficijs ab ipſis delinquentibus,vel à maioribus in Rẽpublicam collatis, quæ natura ſua niſi lege aliqua, vel ſtatuto caueatur, quoque non ſufficiunt,ad hoc vt iudex propria authoritate, ob ſimilia merita in Populũ collata, pœnas remitere vel relaxare valeat: quippè ſolum ob cauſam delicto cohærentem, aut legibus approbatam, præſcriptas pœnas commutare poterit, vel eas relaxando,vel in partem minuendo.

20 Id verò quod exiſtimauit D. Couarrub.poſſe iudicem, abſque Principis conſultatione propria authoritate, & iuditio minuere, vel in totũ mutare pœnas legum, ob excellentiam & dignitatem perſonæ delinquentis, difficile quidem eſt facileque conuincitur, ex proximè dictis pro parte negatiua, dum negauimus artis excellentiam ſatis eſſe

ad minuendam, vel tollendam pœnam,conſtanterque tenẽdum eſt artis peritiã,poſſe ſolum ad hoc vt iudex poſsit & debeat ſuperiorem cõſulere,neque ad hoc vt ipſe aliquid per ſe,ſine legevel iuſu Principis præſtare poſsit.

21 Minus vrgent pro parte affirmati ua contra negantem veriorem,reliquæ conſiderationes de legibus & conſtitutionibus, ſiuè iuriscommunis,ſiuè Regij,ſiuè totius eccleſię Catholicæ in Concilijs generalibus legitimè congregatæ,non parum imò multum tribuẽtibus dignitatibus, & excellẽtiæ perſonarum litteris & doctrinæ,alijsque circunſtantijs,& qualitatib° nobilitatis,eruditionis & prudentiæ: id enim nos minimè negamus,imò libenter fatemur,quamplurima ne dicam propè infinita priuilegia exemptiones,& emolumenta hominibus litteratis, & veteranis militibus diuturno vſu & exercitatione robuſtis ſæpè concedi:in his tamen exemptionibus & priuilegijs nõ committitur vitiũ acceptionis perſonarum,quippè nituntur qualitatibus & circunſtantijs pertinentibus, & non extraneis,neque inutilibus:præſenſque controuerſia non verſatur circa eos caſus,in quibus expreſſę ſunt deciſsiones iurium,quibus omninò ſtãdum eſt,neque aliqua reperitur iuris deciſsio nifallimur,quæ tantum deferat artificij vel roboris excellẽtiæ: ſed vbi expreſſè permiſſa non eſt remiſsio vel relaxatio, neque datur aliqua cauſa delicto cohærẽs ad minuẽdam pœnam,vtrum inferiores iudices ob ſolam artis peritiam,aut roboris excellentiam propria authoritate poſsint pœnas relaxare ſiuè minuere: cui dubitationi reſpondimus, q peritia vel excellentia non ſunt iuſta aut legitima cauſa ob quam iudices inferiores, pœnam mortis vel aliam ſimilem, mitigare vel remittere,ſeu leuiorem imponerevaleant,licet ſecus dicendum ſit de Principe ſupremo,qui conſultus rectè poterit ob excellentiam artis eximere delinquentem à pœna mortis, vel alio ſimili ſuplicio.

22 Item difficultas illa petita ex cap. paſtoralis cum ſimilibus,dum dicunt in pœnis inferendis, qualitatẽ & dignitatem attendendam eſſe, diuerſiſque pœnarũ generibus nobiles quã plebeios afficiendos, facilè tollitur, ſi animaduertas qualitatem illam,nobilitatis & dignitatis ſecundum iuſtitiam non inutilem ſed valde pertinentem eſſe, ob quam magnoperè oportet propter bonum commune Reipublicæque vtilitatem, quod nõ ſeruetur æqualitas pœnæ, multũque deferatur dignitati & nobilitati perſonarum,atque id ſine timore vitij acceptionis, quinimò maxima cum æqualitate,atque iuſtitia : qua etiam ratione ceſſat,& non cõmittitur perſonarum acceptio in d.c.5. Trident. & in cap.de multa, quia ratio poſtulat,vtilitasq; publica ſummè ſuadet, vt circa ſublimes & literatas perſonas inter Maximosque Principes,Sedes Apoſtolica ratione poſtulante diſpenſet,ad conſeruandam fortè pacem,atque concordiam inter magnos Principes,quos multoties oportet matrimonia contrahere ad maiorem Reipublicæ vtilitatem,& conſeruationem,quare nobilitas & litteratura alięvè qualitates ſecundum leges & præcepta iuſtitiæ, tam longe abeſt,quod impertinẽtes ſint,vt magnoperè conducant ad extorquendã diſpenſationem,&inæqualitatem ad æqualitatem reducẽdam ex B. Tho. doctrina vbi ſupra,Abb.dict.num.5. & aliorum.

23 Similiter quando leges humanæ mitius ſe habent & fauorabiliores, cum

tum reis, quam cum actoribus minimè etiam vitium acceptionis perſonarum committitur, qualitas enim atque conditio reorum, valde conducit ad talem gratiam auccupãdã, & ſecundum iuſtitiam promeretur, & poſtulat, vt reo magis quam actori faueamus, quippè per talem indulgentiam, ſeu miſericordiam, non læditur iuſtitia, ex mente B. Thom. d. art. 4. ad vlti. & aliorum quorum ſupra meminimus.

24 Authoritas autem diuina qua iubemur, ſic iudicare magnũ, ſicut paruum, non præcipit eadẽ omnino pœna magnum eſſe puniẽdum, qua paruum, neque enim inficiari poſſumus quin aliquando & multoties dictare ſoleat iuſtitiæ ratio, vt non eadẽ pœna puniantur magnus & paruus, deferendũque ſit ſuadentibus iuris præceptis, dignitati & perſonæ delinquẽtis, iuxta c. paſtoralis, & iura ſimilia, quo caſu dignitatis, & perſonæ qualitas, cenſetur conducens & pertinens, atque ideo nõ admittitur peccatum acceptionis perſonarum, dictumque diuinum teſtimoniũ, ita accipi poterit, vt præceperit Dominus paruum & magnum ſimiliter iudicãdos fore, id eſt vt teneatur iudex pariter vtrũque iudicare, inſpectis qualitatibus cuilibet cõueniẽtibus, hoc eſt, ſicut paruum iudicare debet, quatenus ei debetur ex iuſtitia, ſecũdum qualitatem conducentem ad negotium ipſum & cauſam de qua tractatur, idemmet ordo eademque iudicij forma ſeruanda ſit in magnis, atque potentibus iudicandis, ſcilicet vt pariter attendenda ſit, eorum conditiò & qualitates ſimiliter pertinentes ad negotij ſubſtãtiam, atque proceſſum, non quod voluerit Deus Optimus Maximus eandem ſemper pœnam, quæ paruo iniungitur imponẽdam eſſe magno, id namque caret ſpiritu rationis, neque capit intellectus, quoniam vbicumque ſine periculo acceptionis perſonarũ fieri poterit, vbi qualitas magnitudinis, ſeu dignitatis conducẽs fuerit, aliter profecto magnus & in dignitate conſtitutus iudicari debebit, quam paruus, vt vel ſic inęqualitatem iudicij, inter paruum & magnum, non ita ſimpliciter damnauerit, ſed ita demum ſi ex tali iuditio, ſeu diſcrimine, perſonarum acceptio reſultaret, vt ipſamet verba diuini teſtimonij lecta ſimul, & continenti ſpiritu pronũciata, manifeſtè docent, atque demonſtrant: non enim ſolum dixit Dominus, *ita iudicabis magnum ſicut paruum*, ſed progreditur vlterius, ibi, *neque erit apud te acceptio perſonarum*, quibus verbis non adumbratè, ſed expreſſè ſignificare voluit, eo caſu dumtaxat diſcrimen in magno & paruo iudicando damnare voluiſſe, quo fieret id, habita acceptione perſonarum, non quãdo diuerſimodè iudicarentur, attentis qualitatibus ſecundum iuſtitiã illorum vnicuique debitis, & ſeruata proportione, & æqualitate vtrique ſeruanda: in qua ſpecie proportionabiliter ſic iudicabitur magnus ſicut paruus, etiam ſi inflicta cuilibet pœna re ipſa diuerſa ſit. Neque obſtat particula, *ita*, quæ denotare videtur, æqualiter & eodem modo magnũ, ac paruũ iudicandũ eſſe, & ſic eãdẽ omninò pœnã vtrique fore imponẽdã, quia adhuc intelligendus eſt locus ille, quod ita puniendi ſint proportionabiliter vtriuſque qualitatibus pertinentibus ad negotium de quo tractabitur, ſecundum iuſtitiam expenſis & conſideratis.

Igitur vt rectè docuit D. Tho. d. art. 1. ad primũ, & art. vlti. ad ſecundũ & in locis præcitatis, & 1. 2. q. 97. art. vlti. ad ſecundũ non fit acceptio perſonarum, vbi qualitas quæ attẽditur

25

by Google

ſuadet magis concedendum eſſe, vni quam alteri, vtpotè quæ meritum auget, ac proinde ad negotium de quo agitur magnoperè cõducit, ver bi gratia, quando quis doctior eſt ſuo competitore, magisque bonis moribus, & litterarum ornamentis inſtructus, in quo caſu meritis magis quam perſonæ deferendum erit: nõ ita dicendum de diuitijs paupertate, vel nobilitate qualitatibus extraneis, & nullo modo ſpectantibus ad cauſam, quas ſi ſuperior attenderit ca ueat ne illico commitat peccatum acceptionis perſonarum: vtpotè ſi reum ignobilem, aut pauperem, ſeu nobilem, aut diuitem propter has qualitates extrancas, & impertinẽtes condemnet, vel abſoluat miſerendo in iuditio, contra illud Exod. 23. non miſereberis in iuditio.

26 Etſi non melateat aliquando in nonnullis Reipublicæ Muneribus, & Officijs cęteris paribus diuites, & nobiles, tanquam digniores non ſolum poſſe ſed præferri debere ignobilibus & egenis: vt ſi contingeret bellum ſuſcipiendum ad Caſtelli, ſeu Ciuitatis defenſionem, Ciuium que & murorum patrocinium, proculdubio nobiles & potentes aptiores erunt ad ſuſtinendam ciuitatis, vel Arcis tutellam. Item ſi ageretur de exigendis tributis Regijs gabellis vè tuendis, proculdubio vtiliores ſunt diuites, quam egeni, tãdemque aduertas oportet, vnam eandemque qualitatem reſpectu vnius negotij impertinentem, minimèque conducentem eſſe poſſe, quæ reſpectu alterius pertinens ſit, & conducens, teſtè B. Thom. vbi ſupra, dict. artic. 1. nec non in ſingulis negotijs, atque cauſis, frequentiſsimè in iure, muneris officij ſanguinis, & militiæ diuitiarumque, & paupertatis, aliarũque qualitatum pertinentium, ratio habe ri ſolet, vt patet atq; colligitur ex l. teſtiſi in principio ff. de teſtib. ibi, *decurio vel plebeius*, & ibi, *locuples vel egens*, *&c.* cum ſimilibus.

27 Imò quod magis eſt, etſi ſacerdos pœnitentiam imploranti, abſque perſonarum acceptione pœnitentiam ſecundum leges iniungere debeat, vt ex Concil. Carthag. 4. capit. 74. tranſcripſit Gratian. in capit. ſacerdos 26. quæſtio. 7. nihilominus Leo Papa Epiſto. 77. aliâs 79. ad Nicetam Epiſcopum capit. 6. relatus in capit. tempora, eadem cauſa, & quæſtione ſtatuit pœnitentias, habita moderatione conſtituendas eſſe, iudicio ſacerdotum, prout perſpexerit conuerſorum animos deuotos eſſe, habita ratione ſenilis ætatis, periculorum egritudinum & neceſsitatum: atque ideo aliquando in eodem ſacramento pœnitentiæ, perſonæ rationem habendam eſſe, quoniam conducere poterit ad imponendam, & per agendam pœnitentiam, ſicut pari modo receptum eſt, clericos minori pœna afficiendos eſſe, quam laicos, non ſolum propter virtutem, quæ regulariter magis ellucet in clericis, & meritum vitæ ante actæ, ſed etiam ob nobilitatem ordinis, cuius meminit text. in capit. eos 1. quæſt. 5. quem allegauit Andr. Tiraquel. de pœn. temper. cap. 51. à num. 20. & dignitati deferendum fore, probat tex. vltra alia iura in cap. ſane el ſegundo de offic. delegat. ſicut de nobilitate & litteratura ſcripſit, text. in d. c. de multa de præben.

28 Vndè etiam profluit & deriuatur, (quod ſuperius tetigimus) vt licet inter actorem & reum æqualitas iuſtitiæ, in iudicijs ſeruari debeat, vt probat text. in capit. ſolet de ſentẽtia excommunicationis lib. 6. & in regula non licet 32. de reg. iur. eod. lib. & in cap. 2. de conceſsione Præbẽdæ, etiã

lib.

Digitized by Google

lib.6. in l. non debet 41. ff. de regul. iur. in c.2. de mutuis petition. tradiderunt Abb. in cap. examinata, num. 10. de iudicijs, Dueñas regu. 152. Menoch. de arbitrar. quæſt. 44. nu. 2. Hippolyt. ſing. 168. laſ. in l. ſi à rogator à num. 54. ff. de adoption. Maranta de ordine iudic. 4. par. d. 6. nume. 2. Anton. Gomez. 2. tomo cap. 10. num. 6. poſt gloſ. verb. *reus*, in dict. capi. 2. de conceſsione præb. nihil tamen vetat quod in aliquibus articulis, ſi æquitas ſuggeſſerit alter alterum præcedat in quibuſdam negotijs reus, in alijs actor, prout expedire videbitur, eo poſsimum fundamento, quia cũ munus iuſtitiæ diſtributiuæ, ſit attendere qualitates ad rẽ de qua agitur pertinentes in multisque negotijs, ſe ſe offerant circunſtantiæ, dictantes reo potius fauendum quam actori, iuxta generalem iuris regulam, in aliquibus verò è contra, conſequens ſit, in multis articulis alterum altero præcedere oportere, ad inducendam cõpenſationem inter actorem, & reum vt adhibitis exemplis facilè percipietur, ſi memineris ex l. vltim. ff. de feriis, & gloſ. 1. in princip. in l. ſicut 7. §. ſed ſi. ff. ſi ſeruitus vindicetur, quã ſequutus eſt Menchaca illuſtr. capit. 51. nume. 18. poſt Iaſ. in dict. l. vltim. nume. 30. maiorem dilationem in iudicijs, reis quam actoribus concedendam eſſe, quia in reo concurrunt qualitates, ad talem maiorem dilationem indulgendam conducentes, quæ non reperiuntur, neque verificantur in actore, quippè reus in cautus & imparatus cenſetur in iudicium venire, ad quod inuitus trahitur, l. inter ſtipulantem 83. §. 1. ff. de verb. l. neque ſemina, l. ſi reus, ff. de procuratorib. ideo cum ratione conjunctum, & copulatum eſt, vt reo potius quam actori faueamus: præſertim ſtante naturali propenſione, & inclinatione noſtra, qua magis ducimur ad miſeris, & calamitoſis hominibus opitulandum, quam proſperis, & diuitibus.

29 Sic ſimiliter quantumuis actor cogi non debeat, ſua edere inſtrumenta reo collitiganti, l. qui accuſare, C. de edendo c. 1. de probation. traddit Menoch. de arbitrar. caſu 499. Hippolyt. in l. de minore, §. tormẽta per tex. ibi à n. 2. ff. de queſtio. Alba. Baez de iure emphit. q. 8. â princ. poſt glo. in cap. cum perſonæ de priuil. in 6. & in cap. G. de fide inſtrument. poſt gl. 1. & communem in c. contingit eod. titu. cum plurib. alijs, nihilominus tamen actor ad fundandam ſuam intẽtionem, debebit oſtendere inſtrumẽta, ad rem de qua agitur ſpectantia, iuxta text. melioré de iure in l. nõ eſt nouum, & in l. iuſtum, C. de edendo, l. vltim. C. eodem, traddit communis ſchola in dict. cap. 1. de probationib. vt teſtantur Felin. nume. 15. Dec. 38. poſt gloſ. 1. & 3. Bart. & alios in dict. l. vltima, C. de edendo, quod ea ratione procedit, quia quicumque prælationem aliquam deſiderat, ne ſuccumbat oſtendere tenetur, qualitates ad rem de qua agitur neceſſarias, quæ ſi attendantur ſpretis alijs qualitatibus extraneis periculum nõ erit, vitium acceptionis perſonarum committendi, quod omninò fugiendum eſt.

30 Caueant igitur ſupremi Principes Cõſiliarij & Magiſtratus, ſiuè alij quorum muneris erit, iuſtitiam diſtributiuam exercere, ne in his quæ ex debito iuſtitiæ diſtribuenda ſunt, munera concedant ob qualitates, ſeu rationes diuerſas, nevè crimen acceptionis perſonarum, contra iuſtitiam diſtributiuam committant, etenim cũ debeãt in diſtributione attẽdere, ſolum ad qualitates & proportiones meritorũ, nõ ad amicitiã cõſãguinita-

Digitized by Google

tem, & ſimiles qualitates, ac ſubinde ad perſonam,vel faciem perſonæ reſpiciãt,periculum magnum eſt, ne incidant in peccatum acceptionis, quod ſolum pugnat cum iuſtitia diſtributiua,nam commutatiuã acceptio perſonarum non offendit, vtpotè quæ commutatiuæ iuſtitiæ virtus qualitates meritorum minimè reſpicit, ſed æqualitatem dumtaxat dati & accepti.

31 Vndè deducitur veriſimum eſſe, quod ſupra traddidimus in omni materia reprobari perſonarũ acceptionem,vt abundè comprobauimus, & probat text.in d.c. ſacerdos 26. q.7. Nec refragatur regula in iudicijs, quæ videtur ſpeciatim id in iudicijs ſtatuere, & non in alijs quæ iudicia non ſunt,nam præter ſolutionem illam,quam ſuperius aſsignauimus, dicentes ex eo iudiciorum ſpecialem factam fuiſſe mentionem, quia ſi perſonæ accipiantur in iudicijs,grauius peccatur,quã in alijs generibus cauſarum,ſi magis tibi placuerit reſpondere poteris nomine iudiciorum in illa regula,illa omnia venire in quibus qualitercumque, & quomodocũque occaſio ſe ſe offerat, de meritis iudicandi,ita vt verbum illud *in iudicijs* ex materia ſubiecta accipiẽdum ſit,non ſolum de iudicijs inter reos & actores agitatis,ſed etiam de quibuſcumque diſtributionibus, quatumcumque rerum, bonorum, munerum,ſeu Magiſtratuum diſtribuendorum per modum iudicij, ſeu diffinitionis, vt ita regula ſit in omni materia,atque in omnibus cauſis,& negotijs relegandam, & ex terminandam eſſe omninò â liminibus iuſtitiæ diſtributiuæ,periculoſam acceptionem perſonarum.Iamque ex d.regul.in iudicijs colligi poterit argumentum â contrario ſenſu, quod nõ nulli deducere contenderunt, quia in his ſolum procedit, quæ vel iuditia ſunt, vel per modum iudiciorum exercentur, & iuxta iuſtitiam diſtributiuam expediuntur, in quibus dũtaxat, quæ per modum iudicij & cõtentionis diſtribuuntur reprobatur præfata perſonarum acceptio, nõ verò in alijs quæ gratioſè,ac liberaliter conceduntur.

32 Vndè iam ad extremũ huius diſputationis illud infero, proximè dicta minimè locum habere in gratijs, quæ â mera Principis vel diſtribuentis liberalitate pendent, ad eiuſque nutum & voluntatem diſtribuuntur, veluti quando homines diſpenſant, vel diſponunt de proprijs rebus,quarum domini ſunt, vel per teſtamentum,aliamvè vltimam voluntatem,vel per donationem,ſeu aliud genus adquiſitionis, vel contractus *inter viuos*: expl oratum namque eſt circa propria bona diſtribuenda integrum eſſe teſtatoribus,vel alio modo diſponentibus rationem habere, vel perſonarum, vel amicitiæ, ſeu conſanguinitatis & ſimilium qualitatum,in re enim ſua, (vt habet vulgare dicterium) quilibet eſt moderator,& arbiter l.in re,ibi,*nam ſua,&c*, C.mandati, licebit etiam paupertatem potentiam,vel impotentiam attendere, illud enim Iacob. capit. 2. & Leuitici. 19. ***non conſideres perſonam pauperis, neque honores vultum potentis iuſtè iudica proximo tuo***, & illud Lucæ 20. ***non reſpicies perſonam hominum***, quod apud Marc. Euangeliſtam capit.12. legitur, ***nec vides in faciem hominum***, & ex Hebræa & Græca locutione,explicat Ianſen.in concor.cap.116.& Pater Ribera vbi ſupra ex D.Hieron.& ſeptuaginta, atque illud Pfalmi 81. ***Et faciem peccatorum ſumitis***, &c. reliquaque ſimilia teſtimonia, ex ſacra pagina petita intelligenda accipiendaque

ſunt

ſunt damnare atque reijcere in ęquá litatem perſonarumque acceptioné, non vero loqui de gratijs, quæ nutu liberalitate & voluntate ſupremorũ Principum, vel aliorum diſtribuentium conceduntur: etenim liberum eſt hominibus de ſuo libere diſponere, iuxta illud Matth.20. *an non licebit mihi, quod volo facere de meo?* & vti quiſque ſuæ rei legaſſet, ita ius eſſe voluerunt duodecim rabulæ, ſicuti refertur in l. verbis 120.ff. de verbor. ſign. vt rectè docent Bart. in dict.l.1. vbi Paul. & DD. Soto dict.arti.1. Silueſt. Philip. Dec. & alij ſuperius laudati, & ante illos D. Thom. d.artic. 1. in corpore, & ad vltim. qui voluerũt in gratijs, & his quæ pendét à mera liberalitate locũ eſſe gratificationi.

33 Ex qua doctrina certa & indubitata, ſub infertur etiam intellectus ad iura Doctorumque traditiones, quibus aſſeritur licere Principi ſupremo vel ei ad quem ſpectat munera, & Magiſtratus ſecundũ iuſtitiam diſtribuere, ſiuè prouidere de Officijs, Cathedris, Beneficijs, aut ſimilibus ex duobus aut pluribus idem munus petentibus, gratificari licitè cui voluerit, præelligendo amicum vel conſanguineum, ſeu aliquo vinculo ſibi cõiunctum, vt voluerunt & latè proſequuntur relati ab Andr. Tiraq. de primogenitura q.17. oppoſ.2. probatq; text. in cap. cum autẽ vbi gloſ. de iure patronat. cap. venerabilem 34. vbi gloſ. verb. *fauere* de electione cum ſimilibus, vt ſolum procedant quando merita & qualitates petentium & ambientium munera, ſic omnino æquales ſunt, vt attentis iuſtitiæ præceptis non magis dari debeat munus illud vni quam alteri, quo caſu vbi debitũ iuſtitiæ diſtributiuæ ceſſauerit mirũ non eſt ſi deficiat quoque acceptio perſonarũ, poſſintque Principes & cæteri diſtribuentes exercere liberalitatem gratiamque conferre memores conſanguineorum amicorum aliorumvè ſibi aliqua ratione coniunctorum, ſicuti colliguntur hæc ex traditis à Soto dict.artic.2. poſt D. Tho. receptum, dict.quæſt.63.art.etiam 2. ad primũ argumentum, apertumque manet roboris ſeu artificij excellentiam qualitatem extraneam eſſe, non vero ex conducentibus ad remiſsionẽ vel relaxationẽ pœnæ, ſaltem reſpectu inferiorum iudicum, qui abſque expreſſa cauſa, legibuſque aſsignata vel delicto cohęrẽti, legum pœnas mutare non valẽt, neque in totũ neque in partem, vt ex ſupra reſolutis ſatis comprobatum eſt.

Summaria ad Controuerſiam 9.

1 *CVM omnia negotia comprehendi non valeant in tam exiguo legum humanarum curriculo neceſſarium eſt in multis negotijs diuerſisque cauſis ad iudicis arbitrium recurrere, vbi quidquam in ve cautum non inuenitur.*

2 *Plures caſus retulit Menoch. qui ob legis defectum iudicis arbitrio relinquũtur.*

3 *Non ideo late patet arbitrandi facultas quin iudices conſiderare debeant cõſuetudines, & ius ſcriptum & quid in ſimilibus negotijs deciſum fuerit pluresque alias circunſtantias quæ hic referuntur.*

4 *Si controuerſum ſit an in iniungendis pœnis extenſio locum habeat intelligendum eſt ad imponendam pœnam ordinariam, non verò ad extraordinariam*

Digitized by Google

nariâ arbitrio iudicantis inimrgẽdã.

5 *Nec ſolum aliarum legum exempla re-ctus iudex conſiderare debebit in arbitrio ferendo, ſed etiam pœnas per conſuetudines receptas ad quas deficientibus legibus ſcriptis recurrendum eſt.*

6 *Iudices eccleſiaſtici deſſitiente iure Canonico non ad ius ciuile, ſed ad ius Regiũ recurrere debent, quod pluribus authoritatibus & rationibus cõprobatur.*

7 *Nõ obſtat quod Pontifices ſcire præſumãtur leges Populi Romani, noſtras vero ignorare, quia ius noſtrũ nõ ſtatutariũ, ſed cõmune eſt, leges verò Romanorũ, quædam dicta dumtaxat ſapientiſſimorum virorum.*

8 *Nunquam potuit author percipere cur ſacra congregatio Card. deleri inſerit totum c.18. Conc. Brachar. 4. quo precipiebatur deficiente iure Canonico recurrendũ ad ius Regium.*

9 *Notatu dignum eſt, neque á Doctoribus animadverſum non omnes Canones eodem honoris gradu colendos & venerandos eſſe in negotijs & deciſionibus cauſarum, ſunt enim quidã ſacri Canones aduerſus quos, nec potuit, nec poterit vnquam conſuetudo, de quibus intelliguntur iura in c. quoniam de ſim. & in capi. cum venerabilis de conſuetudine, & in c. eum ſatis de offic. Archi.*

10 *Sacri Canones & Priſcæ conſtitutiones, ſic per antonomaſiam & excellentiam nuncupatæ inueniuntur in quatuor Concilijs generalibus, de quibus accipienda ſunt omnia iura reprobantia conſuetudines, tanquam ſacris Canonibus inimicas, vt in d. cap. cum venerabilis, cap. ſacris de ſepult. cap. ſacris de his quæri, c. ſacris de ſententia excommunic. cap. quia nõnulli de cler. non reſid. c. cum eſſes de teſtam. c ſanctorum de præſcript. dict. capit. cum ſatis de officio Archidiacon. quæ iura deinceps nõ pugnabunt cum c. fin. de conſuetudine.*

11 *Iura quæ dicunt non eſſe pœnam imponendam, niſi vbi expreſſa reperitur intelligenda ſunt de certa & ordinaria pœna, non de arbitraria, quæ tunc ſolum locum habet, quãdo alia non exprimitur á iure qualiter intelliguntur nonnullæ imperiales conſtitutiones præſertim tex. in authẽ. de non eligendo, §. cum igitur, verſ. ſicut enim, ibi, nec quilibet eſt lex aliquid tale dicẽs.*

12 *Similiter intelligitur text. in l. at ſi quis 14. §. diuus. ff. de religioſ. & ſumpt. fun. in quo nihil ſanè contra præfatam reſolutionem.*

13 *Non difficile ſolum ſed incredibile apparet omnia & ſingula delicta potuiſſe legibus comprehendi, referuntur nonnulli caſus arbitrarij & intelliguntur tex. in c. quoniam & in c. ſua vt lite non conteſt. põderatur que Trid. locus.*

14 *Dato quod deficiente lege, vel conſuetudine admittendum eſt iudicis arbitrium maius dubium eſt, an arbitrari poſſit, vſque ad pœnam mortis probatur non poſſe, & intelligitur gl. ſ. §. in ſumma inſt. iniur.*

15 *Præfertur & efficaciter probatur opoſita ſententia poſſe accedere arbitriũ vſque ad mortis pœnam.*

16 *Probatur rurſus eadem apoſita ſententia ex nonnullis iuribus.*

17 *Aſſignantur & ponderantur rationes quare facile non ſit inter dictas ſententias inditiũ facere verior tamen & in praxi obſeruanda eſt ſecũda ſententia.*

18 *Iura pro prima ſẽtẽtia adducta loquũtur de arbitrio cũ reſtrictione tituli° verò controuerſiæ accipiendus eſt de arbitrio abſolute ſumpto, & ſimpliciter iudicibus conceſſo, quod probatur accedere poſſe ad mortis pœ-*

Digitized by Google

pœnã inclusiuè, & ita praxi seruari.

19 *Alia non leuis dubitatio vtrũ index ecclesiasticus vbi arbitrari poteſt imponere valeat perpetui carceris, depositionis priuationis beneficij pœnam quamcumque ex his, resoluitur posse ponderato Tridentino ſeſ. 25. de refor. cap. 13. ibi,* per priuationẽ beneficij, &c.

20 *Non obstat vulgare dictum pœnã priuationis imponi non posse nisi in casibus à iure expressis, quod sic generaliter acceptum nõ satis iure probatur, & singulariter intelligitur & asseritur arbitrium ecclesiastici accedere posse in suo foro, vsque ad pœnam omnium maximam.*

21 *Incredibile est quæ & quanta expendi animaduerti considerarique debeant ad rectè ferendum arbitrium, quorum aliqua referuntur & ponderatur doctrina Ripæ.*

22 *Grauissimis vtriusque iuris testimonijs & exemplis demonstratur talis difficultas, præsertim circa actus per quos peruenitur ad actus prohibitos, qui præambuli appellantur, grauius enim delinquit, qui facit actum prohibitum quam qui adhibuerit alium actum præambulum, per quem peruenitur ad illum.*

23 *Sub prohibitione esus carnium comprehenduntur lacticinia, non tamen sub eadem pœna nisi aliter Legislator statuisset, qua ratione intelligitur tex. in cap. 1. de cler. coniug. vt eius decisio non procedat in eo qui sponsalia de futuro contraxit, & l. vlti. C. de iure emphi. e. potuit de loco, vt illa pœna non procedat contra promittentes rem alienare, vendere vel hypothecare.*

24 *Ex dictis exemplis facilè demonstratur quam difficilis sit prouintia iudicum qui arbitraturi sunt quam iudices huius temporis adimpleãt nec ne aliorum sit iudicium.*

CONTROVERSIA 9.

VTrum vbi pœna lege aliqua expreſſa non eſt, poſsint, & debeant Iudices eandem ſuo arbitrio imponere.

HActenus egimus de poteſtate Principis, & iudicum inferiorum, circa relaxandas vel mitigandas delictorum pœnas à iure præſcriptas, & de qualitatibus extraneis vel conducentibus ad talem remiſsionem ſeu relaxationẽ, & quomodo in ſtatuendis iniungendisque pœnis regulariter minimè liceat à legibus diſcedere vbi pœnæ iure expreſſè inueniuntur, quibus caſibus parum vel nihil poteſt iudicis arbitrium: Nunc ipſa doctrinæ ratio à notioribus ad non ita cognita procedentes poſtulare videtur, vt diſſeramus qua ratione ingredi debeat, & locum habeat iudicantis arbitrium in puniendis delictis vbi pœ-

Digitized by Google

pœna iure expreſſa non eſt, & an eã-
dem arbitrio ſuo poſsint imponere:
Etenim cum poſsibile non fuerit hu
manis Legislatoribus omnes caſus
ſuis legibus cõprehendere, vt voluit
Plato nobiliſsimus Philoſoph. lib. 9.
de legibus, & tranſcripſit Iure. C. in
l. non poſſunt ff. eodem coacta ratio
ne fatendum eſt omninò neceſſariũ
eſſe in multis negotijs diuerſiſque
cauſis ad iudicis arbitrium recurre-
re, qui tanquam vir bonus de quo
lex mirum in modum confidit, & pro
quo eiuſque deciſione debet præſu
mi, ſingula ſuo arbitrio ſtatuat atque
decernat; vbi iure cautum non inue
niatur quid agendum ſtatuendum-
vè ſit: quamuis enim negare nõ poſ
ſimus expediens & vtile Reipublicæ
futurum, quod ſingula ſi poſſent le-
ge potius quam iudicis arbitrio de-
ciderentur, vtpote quia dubium nõ
eſt, quin homines odio amore timo-
re vel cupiditate multa ſoleant effi-
cere, quæ ceſſarent ſi omnia nego-
tia forent legibus comprehenſa, vt
aduertit Ariſt. 1. Ethic. cap. 1. & 3. Po
litic. c. vlt. probatque tex. in c. 1. 11. q.
2. nihilominus tamen condonãdum
aliquid eſt neceſsitati, ſeu impoſsibi
litati, quæ verſatur in comprehendẽ
dis omnibus negotijs in tam exiguo
legum humanarum curriculo, ex d.
l. non poſſunt & traditis à Platone v
bi proximè.

2 Vndè ortum habuit, vt quotieſcũ
que aliqua eueniant negotia, quæ le
gibus certa & determinata nõ ſunt,
arbitrio ipſorum iudicum relinquan
tur, vt voluerunt DD. per text. ibi in
cap. ſuper illis 16. de accuſation. Ti-
raquel. in l. ſi vnquam verb. *omnia*, nu.
13. & plures relati â Pinelo in l. 1. de
bon. matern. 2. par. num. 72. colum.
2. latè Math. de Afflict. in capit. 1. ex
quibus cauſis fœudũ amittatur poſt
Philip. Dec. Abbat. & omnes in cap.
de cauſ. §. illis de offic. & poteſt. iudi
cis deleg. probat gloſ. verb. *arbitrium*
in d. cap. ſuper illis, gloſ. vlt. in c. pen.
de dolo, l. 1. vbi gloſ. vlt. Bald. & alij
C. de ſacroſanct. eccleſ. l. 1. verſ. *expil
catores*, ff. de effractorib. & tanquam
regula traddi ſolet ex l. quęſitum 13.
verſ. *verumtamen*, ff. de teſtib. l. 1. in
fin. ff. de iure deliberandi, traddit De
ci. in cap. ſedes num. 7. de reſcript. iu
dicis arbitrio locum fore in omni-
bus cauſis & negotijs, quæ nec iure
expreſſa, nec legibus determinata
ſunt, vt latiſsimè proſequitur Iacob.
Menoch. in ſuo eleganti tractatu de
arbitr. iud. quæſtion. in princip. & fe-
rè per totum, vbi plures retulit caſus
qui ob legis defectum iudicis arbi-
trio relinquuntur.

3 Non tamen adeo latè patet hęc ar
bitrandi facultas, quin attendere de-
beant iudices, plures diuerſasque cir
cunſtãtias delicta agrauantes, vel mi
nuentes, ſcilicet perſonas, tẽpora, de
lictorum grauitatẽ, quibusq; in locis
& circunſtantijs fuerint perpetrata,
de quibus in l. aut facta 16. ff. de pœ-
nis, probat text. in cap. ſicut de homi
cid. imò quod magis eſt conſiderare
iudex debebit ac circũſpicere vt ſta
tuat quibus pœnis vtendũ ſit, ea quæ
in pari cauſa ſimilibusvè negotijs, iu
re ſtatuta ſunt, ſiuè conſuetudine re-
cepta, & eligere ſupliciũ legibus ma
ximè conſonũ, & conſentaneũ, eiq;
ſuum arbitrium acomodare, illãque
pœnam imponere, quæ magis con-
ſentire videtur cum legibus vel con
ſuetudinibus in ſimilibus caſibus pœ
nas imponentibus, ex regula d. l. non
poſſunt, quæ proculdubio locum ha
bet etiam in pœnis delictorũ quæ
legibus comprehendi non poſſunt,
cap. 1. §. itemqui ad fin. quæ fuit pri
ma cauſa beneficij ammittendi, nam
hoc natura comparatum eſt vt plu-
ra ſint negotia quam vocabula,

& co-

& cogimur iudicia facere, ad aliorũ iudiciorum ſimilitudinem & exemplum: vt animaduertit cõmunis ſchola teſtè Alexand.nu. 17. poſt gloſam Bart.& alios ibi, in l. ſi quis id quod, ff.de iuriſdict.omn.iud.Dec.in c.tráſlato.1.lect.num.2.vbi Felin.nu.2. de conſtit.Bald.in l.famoſis 7.ad fin.ibi, *ad exemplum*, ff.ad l.Iul. maieſtatis cũ pluribus alijs relatis ab Aymone Craueta 4.par.in prin.n.146.

4 Etſi enim controuerſum ſit, vtrũ in iniungendis pœnis, extenſio locũ habeat, ita vt pœna vnius delicti ex ſimilitudine rationis ad alium caſum transferri valeat, multique viri docti acriter contradixerint talem extenſionem, vt conſtat ex relatis per Aymon.vbi proximè, tenuitque Iaſ. in l.cum quidam, ff.de liber. & poſthumis num.26. expendentes regulam cap.penult.de pœnit.d.1. dicta tamẽ opinio, quam communem appellauit Iaſ.d.loco, prædictæ reſolutioni minimè contradicit ſi aduertas iſtorum ſententiam veram eſſe in ſuo caſu & ſenſu, ſcilicet vt non liceat pœnarum extenſionem facere, de vno ad alium caſum, ita vt vna eademque pœna, quæ in vna ſpecie per legem ſcripta eſt, in alia ſit imponenda, & transferenda pœna ordinaria, de vna ad alteram ſpeciem, etenim quo ad effectum vtendi pœna ordinaria, extenſio procedere non poteſt, vt præcitati authores rectè voluerunt, docentes pœnam legis proprium caſum excedere non poſſe, vt pote legalis, & quæ locum habet dũtaxat, vbi lex expreſſa reperitur, neque poteſt eſſe pœna ordinaria in alio ſimili caſu ad quem extenderetur. Secus verò dicendum eſt, ſi agatur de aſſumenda & exequenda tali pœna ex ſimilitudine rationis nõ ad eum effectum vt ordinaria ſit in ſimili caſu emergẽti, ſed vt iudex velit arbitrariam imponat, conſideratis & attentis omnibus circunſtãtijs, quo caſu non ſolum poterit, imò debebit iudex expendere & conſiderare pœnas in ſimili forma per leges ſtatutas, vt rectè arbitrari valeat, quã pœnã iniungere expediat, nec dicetur pœna extendi de vno ad alterum caſum, ſed potius iudicem ſuum arbitrium formare fundare & regere ex certa pœna in alio pari caſu per legem impoſita, quod nõ malefaciet imò præciſſè facere tenebitur, & ſe componere propriũque arbitriũ fundare, ad ſimilitudinẽ aliarum pœnarũ quæ iure præſcribuntur: quæ doctrina vera eſt, & ſic intellecta ſine contradictore procedit, nec minus locum habet opinio altera prȩcitata, de pœnis ex vna ſpecie ad alterã minimè extendendis, id eſt vt pœna ordinaria vnius delicti pro alio nõ imponatur, quod nullatenus licebit, liberum tamen iudici erit arbitrari, vt prædiximus vbi pœna per legẽ præſcripta non fuerit, regulato eius arbitrio cum ratione, tum etiam legibus & conſuetudinibus ſimiles pœnas iniungentibus.

5 Neque ſolum aliarum legum exẽpla rectus iudex in arbitrio ferendo debebit attendere, ſed etiã pœnas per conſuetudines receptas ipſum conſiderare oportebit, quia ſi ius commune ſcriptũ deficiat, ad ius non ſcriptum recurrendum eſt, quo ſtante aliã pœnam non licebit iudici arbitrari, vt docuit glo.in l.hodie, ff. de pœn. & poſt eam traddiderũt Iacob.Menoch.de arbitr.q.14. directoriũ iudic. eccleſiaſtic.lib.2.c.10. n.9. Andr. Tiraq.de pœn.temper.in præfat.n.4.Maranta, 4.p.d.1.n.57.& d.3. n.20.ex tex.in l.1.ibi *plebiſcendi conſuetudo*, C.de petitione bonorũ ſublata libr.10.vbi Ioann.de Platea, l.ſi quis reũ.4.ibi, *nec conſuetudo*, ff.de cuſtod.

reo-

reorum quibus iuribus ſatis probatur in iudicando & conſulendo deficientibus legibus ſcriptis, ſingulorũ locorum & ciuitatum, ſeu prouinciarũ conſuetudines attendendas fore.

6 Inter leges verò ſcriptas, ſequentem ordinem, circa conſideranda earum exempla, ad quorum ſimilitudinem arbitraturi ſint, obſeruare tenebuntur: vt primo loco canones expendant, & illis defficientibus ad generales leges Regni, & ita ad ius ciuile Regium, & pœnas in eo expreſſas attẽdant, atque recurrant (loquor de iudicib⁹ eccleſiaſticis) qui vbi ius canonicũ defecerit ad ius Regiũ ſe cõferre tenẽtur, ex traditis à Didac. Perez in prooemio ordin. q.3. col.5. contra Præpoſ. Rochum, & Rabenat. quos ibidem retulit, & cõfutauit, nec leuibus argumẽtis adductus: etenim indubitatum eſt Pontificiũ ius, reſpectu iuris Cæſarei, illuſtrius & firmius eſſe, pariter & ius Regiũ, quod commune eſt in toto Regno, ſi expendas Iuſtiniani cõpillationẽ vim legis minimè ſortiri, ſolumque cõtinere quædam ſapientiſsimorum hominũ prudentiſsima dicta, quæ quatenus ratione nituntur, iure canonico, & Regio deficientibus, ſequi poſſumus, & vbi ius Regium confirmauerint in Tribunalibus iudicijsque publicis allegari poſſunt, & ita conſuetudine, & praxi receptum eſt, ex l.1. in deciſion. Tauri, & traditis à Prepoſito in c. ſi in adiutorium col. 2. n. 4. 10. diſtinct. & cõfirmatur, quia leges Hiſpaniæ, ſiue Caſtellæ, ius commune ſunt, & appellatione iuris communis in his Regnis ius noſtrum venit, ſicuti apud Romanos iuris appellatione per excellentiam intelligebatur de iure Romano §. ius autem inſtit. de iure natur. & adnotauit Ioan. Lupus de Palacios Rubios, in l.1. Tauri, n.9. poſt Abb. in c. cum à nobis notab. 1. de teſtibus, & quod ius noſtrum Regni ius commune ſit, eleganter declarauit Iacob. de Segura, in repet. l. coh æredi, §. cũ filiæ, n.19. ff. de vulg. quo iure Regio deficiẽte ad ius Canonicum, & minimè ad leges Cęſareas recurrendum ſit, communiter tenent interpretes conſtitutionum Taurinarum, d.l.1. & Ciſuentes in l.3. q.1. in eiſdẽ Taurinis deciſion. Epiſcop. Calagurrit. in praxi cap.60. & 136. vbi eius addi tio, imò & licet Epiſcopis per ſua ſtatuta, imponere eaſdem pœnas, quas Populorum ſtatuta, laicis delinquentibus imponũt, dummodo iurì Canonico non ſint contrariæ: vt enim rectè dixit Cardin. Sancti Sixti, vulgo Turrecremata nuncupatus in c. dignum, num.1. 3. q.9. leges humanę recipiẽdæ ſunt in cauſis Eccleſiaſt. etiã criminalibus argumento, c. ſumitur 6. q.4. & c. ſi in adiutorium, 10. diſt. ea lege & conditione, vt tales leges humanæ canonibus minimè obient, aut contradicant, cap. inter hæc 33. q.2. cap.1. 10. diſt. nec gloſ. in c. conſuetudo, verb. *cum deficit lex*, 1. diſt. opitulatur Rabenati, Curtio Prępoſ. & alijs oppoſitũ aſſerentibus, quę potius nobiſcum facit, dum voluit dict. gloſ. quod ſi ius canonicum deficiat, leges præferendæ ſunt, generali vel particulari cõſuetudini, neque enim expreſsit legesper Imperat. Iuſtinian. compillatas anteponendas eſſe legibus Regni, præſertim inter Hiſpanos vbi Rex noſter ſuperiorem non recognoſcit, teſtè glo. in cap. Adrian. 63. diſt. verb. *per ſingulas*, quam ſingularem & memorabilem nuncupauerunt Ioan. Lupus in tract. de beneficijs vacantibus in Curia, §.8. Iacob. Segura in l. Imperator, n.5. ff. ad Senatus Conſultum Trebellianum, vbi latiſſimè rem tractat. poſt Anton. Corſet. in tract. de poteſtate Regia, q.22. n.19. & q.101. num.66. quidquid Albar.

bar. Raez. 1. part. quæſtione 1. num. 6. columna 3. contra Palacios Rubios, & alios quos citat, & contra Villalobos in antinom. num. 14. poſt Rochum, Præpoſit. & Rabenat. contrarium exiſtimauerit, ex regula capit. 1. vbi gloſ. 2. de nou. oper. non benè intellecta, quæ in quantum docuit eccleſiaſticos iudices in defectum iuris Canonici, ad ius Ciuile recurrere debere, nobiſcum non pugnat, qui Regium noſtrum ius Ciuile, & commune aſſerimus, & nuncupamus.

7 Rurſus non obſtat, quod cum Pontifices Maximi ſciant, vel ſcire præſumantur leges populi Romani, in corpore iuris ciuilis contentas, peculiares verò leges cuiusque Regni ipſos ignorare probabile ſit, quippè quæ reſpectu Romani Pontificis, quid facti ſunt, & ex conſequenti eas ignorare præſumitur, capit. 1. de conſtit. in 6. videatur potius reſpexiſſe magis, & prius ad illas conſtitutiones, & leges, quas ſcire dignoſcitur, & creditur, quam ad alias quas ignorare præſumitur, & per conſequens, quod voluerit ſaltim eius eccleſiaſticos iudices poſt iura Canonica ad ius Cæſareum, & non ad Regium attendere, non inquam obſtat hæc conſideratio, ſi ex prædictis repetas Regium ius, generale, & cõmune eſſe, & non municipale, neque ſtatutarium, leges verò Romanorum in iuris ciuilis volumina redactas, quædam dicta dumtaxat prudentiſsimorum virorum, quales alia ætas nunquam tulerat, quæ quatenus ratione iuuantur lege deficiente proculdubio obſeruanda omninoq; ſequenda ſunt.

8 Vnde ob ingenij mei imbecillitatem, paruitatemq; doctrinæ, nunquam ſatis intelligere potui, quo ſpiritu rationis ducta ſacra Congregatio Reuerendiſsimorũ Cardinaliũ in annotat. ad Concil. Bracharen. 4. iuſſerit deleri totum caput decimũ octauũ, actionis ſecundæ, ſub tit. de prouiſor. vbi fuerat ſcriptum atque præceptum iudicibus eccleſiaſticis, vt in ſuo foro in deciſion. cauſarum, poſt ius Canonicum illovè deficiente, minimè ad ius Ciuile Romanorum, ſed ad ius Regium omninò recurrerent: etenim quare abraſum, atque deletum fuerit dictum Concilij Bracharen. decretum nullatenus percipio, nec taxare audeo ſacræ Congregationis annotationem, cuius fortè altior mens fuit, quam quæ tenuitate noſtra aſſequi, aut comprehendi valeat: qui decreti Concilij Bracharenſis defectum, in eo quod Regium ius iuri ciuili Romanorum præferri voluerit, non offendimus, neque aſſequi valemus, quinimò hoc iure vtimur, & in puncto iuris cum doctiſsimis viris ſuperius relatis, tanquam certum exploratumque tradimus, poſt canones debere iudices, attendere ad ius Regium potius quam ad Ciuile, etiam ſi eccleſiaſtici ſint, & in eccleſiaſtico foro verſentur.

9 Vnum tamen in propoſito perpetuo notandum ducimus, quod Doctores noſtri parum ſoliciti de aliquorum iurium intellectu, minimè docuerunt non omnes canones eodem honoris gradu collendos & veneratidos eſſe, neque ad omnes æqualiter debere iudices attendere in diiudicandis negotijs, decidendisque cauſis, ſiue per arbitrium, ſiue iuxta legum humanarum definitiones: ſunt enim quidam canones, per excellentiam, & anthonomaſiam peculiari appellatione ſacri nuncupati, quibus adeò deferendum eſt, immò deferri conſueuit per Romanos Pontifices, iuraque

canonica,vt aduerſus eos nihil poſſint,nec potuerint vnquam conſuetudines, aut præſcriptiones quantumuis legitimè introductæ: tantaquè in veneratione dicti ſacri canones ſemper habiti ſunt, vt Eccleſia Catholica Romana irrationabiles duxerit, & improbauerit quaſcumque conſuetudines contra dictos ſacros canones introductas, vt probant atque confirmant nonnulla iura, ſic & non aliter intelligenda in capit. quoniam de ſymon. & in capit.cum venerabilis de conſuetudine,& in capit.cum ſatis,cum alijs ſtatim referendis,quæ aliàs implacabilem inimicitiam, & oppoſitionem continerent cum iuris regula de qua in capit. fin. de conſuetudine, & in alijs iuribus aientibus etiam contra canones valere, & introduci, quotidiè conſuetudinem legitimè præſcriptam.

10 Quod ſi inquiras, id quod ſtatim quærendum videbatur, quinam & vbi ſint iſti ſacri canones? quæ iſta decreta? cuiusvè effectus eſſe poſsit talis inueſtigatio? in promptu erit reſponſio,ſi memineris in iure noſtro quatuor Conciliorum vniuerſalium decreta, nec non Apoſtolorum canones per quandam excellentiam & anthonomaſiam ſacros appellari:etenim licet omnium vniuerſalium Conciliorum canones decreta & conſtitutiones Romanorum Pontificum, optimè appellari poſsint & debeant canones ſacri, ſacra decreta, ſacræ conſtitutiones, tamen (vt dicebam) dictorum canonum ſic peculiariter, & per anthonomaſiam nuncupatorum, maxima ſemper fuit authoritas in Eccleſia Catholica ob quam, dictam compellationem *ſacrorum canonum* nacti & aſſequuti ſunt: dicta verò quatuor vniuerſalia Concilia Nicenum ſcilicet, Conſtantinopolitanum,Epheſinum,& Calcedonenſe,quatuor fluminibus Paradyſi, vel à Paradyſo exeuntibus, & confluentibus comparari conſueuerunt, & vlterius magnus Gregorius illa ſeruari iuſsit,& venerari, ſicut quatuor Euangelia, quo nihil amplius dici poteſt. Conſtitutiones præterea, quas vocant Sanctorum Patruum,deriuantur etiam, atque deſcendunt à dictis quatuor Concilijs generalibus,nec non editæ ſunt ab antiquis ſanctiſsimisque Romanis Pontificibus, qui priſcis illis temporibus Eccleſiæ Romanæ clauum tenuerunt, vt non obſcurè colligitur ex decretis, ad quæ ſe referre ſolent ea teſtimonia, quæ de Sanctorum Patruum Epiſtolis, ſacrisque canonibus mentionem faciunt. Ex qua doctrina intelligenda, & interpretanda ſunt iura conſuetudines reprobantia, tanquam ſacris canonibus inimicas, quæ quia trita ſunt, & pervulgata hic referre non vacat:itaque accipi debet text. in dict.cap.cum venerabilis de conſuetudine,vbi conſuetudo appellatur ſacris canonibus inimica, & in cap.ſacris de ſepult.cap.ſacris de his quæ vi,cap.ſacris de ſententia excõmunicat. cap. quia nonnulli de cleric.non reſidentibus: de conſtitutionibusq; Sanctorum Patruum, quæ ſacræ appellantur à Pontificib. Max. qui poſtea ſucceſſerũt,& à priſcis illis, & Sanctiſsimis Patribus editæ ſunt, priſcaq; decreta merito nuncupantur exacta fit mẽtio, in cap. cum eſſes de teſtam.& in cap. ſanctorum de præſcription.& in d.cap. cum ſatis de offic.Archidia.pluribuſq; alijs in locis, quæ iura & ſimilia deinceps in recto ſenſu veroque intellectu ex dictis accipi poterunt, neque amplius videbuntur pugnare,

cum

cum reg. dicti capit. fin. de conſuetud. loquuntur enim non de quibuscumq; canonibus, nec de quibuslibet Decretis Sanctorum Patruum, ſed de præfatis ſacris canonibus, priſciſque conſtitutionibus, tantò in honore, atque veneratione ſemper habitis in eccleſia, vt omnis aduerſus illos conſuetudo irrationabilis merito iudicetur: iamque liquidò conſtat, cuius effectus quãtique momenti ſit prædicta inueſtigatio, atque diſtinctio inter canones ſic generaliter dictos, & iſtos priſcos, & ſacros per anthonomaſiam, quandamque excellentiam ita nuncupatos, qui iure optimo in eccleſia maximam habent, & habuerunt ſemper authoritatem: iure igitur optimo tradidimus dictos canones ſacros, per prius à iudicibus reſpiciendos, & obſeruandos eſſe in diffiniendis litibus, ſiue per arbitrium, ſiue ſecundum leges ſcriptas.

11 Neque ſuperiori reſolutioni, qua diximus ceſſante iure ſcripto, & nõ ſcripto, ſtatim intrare iudicis arbitrium impedimento eſſe poterunt, quominus procedat nonnulla iura inſinuantia, non eſſe pœnam imponendam, niſi vbi expreſſa reperitur: procedunt enim caſu quo iudex ageret depuniendo delicto, certa aliqua pœna à lege aſsignata, minimè verò ſi tractaret de iniungenda pœna arbitraria, iuxta menſuram & qualitatem delicti, quoniam pœnæ arbitrariæ imponi poſſunt & debent, vbi alia certa expreſſa non eſt, neque poſſunt habere locum, vbi per legem exprimitur, & aſsignatur alia pœna: vnde certum eſt, quod innuunt, & aliquando expreſſe docent nonnullæ conſtitutiones Imperiales, quod ſi certa aliqua pœna ſit à iure ſtatuta ad; puniendum crimen aliquod, infligi nõ debet quatenus talis, niſi lex aliqua in ea ſpecie de qua tractabitur illam præcipiat imponi: vnde ſuccedit interpretanda Imperialis conſtitutio Principis Iuſtiniani in authentico de non eligendo. §. cum igitur, verſic. *ſicut enim*, ibi, *Nec quælibet eſt lex aliqui tale dicens*, dum argumentari videtur ex eo pœnam priuationis, de qua ibi iniungendam non eſſe, quia non eſt, nec reperiebatur lex aliqua, talem pœnam ſtatuens, igitur velle viſus eſt in eo text. Iuſtinianus Imper. pœnam nullam fore imponendam, quæ lege non ſit expreſſa, & ex conſequenti in nullo caſu iudicis arbitrium locum habere poſſe. Sed reſpondetur ex præmiſſa doctrina Imperatorem ibi egiſſe, de excludenda, & reijcienda certa quadam pœna legali, de priuandis parentibus filiorum ſucceſsione, quæ quidem pœna legibus erat ſtatuta & determinata: docuit autem Iuſtinianus in illa ſpecie eandem iniungi minimè oportere, quia non erat lex, quæ id præciperet in illo caſu, optimum profectò argumentum ad excludendum ne imponeretur talis certa pœna præfinita, & determinata, cuius ibi mẽtio fit: nõ tamen probat ſublatum eſſe iudicibus, æquum & ſalutare arbitrium, vbi lex ceſſauerit conſuetudoq; defecerit.

12 In eodemque intellectu capiendus eſt Iuriſconſultus Vlpianus in l. at ſi quis 14. §. Diuus. ff. de relig. & ſumpt. verba enim illa: *Diuus autem Marcus reſcripſit eum hæredem, qui prohibet funerari eum, quem teſtator elegit non rectè facere, pœnam, tamen in eum ſtatutam non eſſe*: quæ videntur primo aſpectu probare pœnam nequaquam infligendam, vbi iure ſtatuta non eſt, nihil certè minus pro-

Digitized by Google

probant,namque I.C.dumtaxat voluit certam priuationis pœnam excludere,eo argumento,quod in illa ſpecie iure non inueniebatur expreſſa non tamen (vt ego conſidero)negauit Vlpianus, quin hæres ille aliqua arbitraria pœna eſſet afficiendus, immò id innuit, atque ſignificauit, dum dixit, eum non rectè facere aliquo igitur ſupplicio dignus erat,& ſi in eum pœna certa prę finita non eſſet:ergo nihil in eo tex. contra reſolutionem noſtram docentem vbi ceſſauerint lex, & conſuetudo arbitrio locum fore, ſic interpretati ſunt dicta iura & ſimilia, plures relati à Tiraq.in l. ſi vnquam, verbo,*reuertatur*, à num. 150. Aluarus Baez.q.29. num. 13. Iacob. Menoch.de arbitr.caſu.276.

13 Sed adhuc videtur in puniendis delictis, nullum fuiſſe locum relictum arbitrio iudicis, immò ſemper dari certam pœnam iure expreſſam, vt voluit glo.in capit.de cauſis. §.illis,verbo,*certa*,ibi, *ſed certa pœna ſtatuta eſt*, per iura quæ citat in capit. quoniam, & in cap.tuæ, vt lite non conteſtata, ac ex conſequenti iudices tenebuntur pœnas certas,& præfinitas à lege,pro delictis infligere, & nullatenus poterunt alias arbitrari, verum non difficile ſolum, ſed incredibile apparet,cum ex tam varijs cauſarum figuris oriri delicta conſueuerint, omnia & ſingula potuiſſe legibus comprehendi, immò certum & indubitatum eſſe credo, eos qui iudicibus non obtemperāt, vt ſæpiſsimè contingere ſolet arbitraria pœna fore puniendos,vt poſt l. 1. ff. ſi quis ius dicenti Abbatem, Decium,& alios in dicto. §.illis, rectè docuit Trident. ſeſsione 25.de reformatione, capit.3.verſic. *ſed liceat*,ibi:*Tunc eos etiam anathematis mucrone arbitrio ſuo præter alias pœnas ſeuire poterit,&c.* Præterea, ſi quis vocatus ad iuditium non ierit, vel alio pacto iudici præcipienti non paruerit, vel ſi teſtis aliusvè miniſter, ex non litigantibus iudici obedire recuſauerit, ſimiliter dubium eſſe non poteſt, quin contra tales ſimileſque delinquentes certa pœna ſtatuta non ſit, ac perconſequens arbitrariè puniendi ſunt. Quid igitur prædictæ difficultati dicendum? ommiſſa Auguſt.Beroi.in dict.§. illis,num. 60. & aliorum quos retulit Philipp.Deci.ibidem â num.3.Innocent.Abbat.Ioannis Andr. dicto loco interpretatione,ommiſsisque diuerſis intellectibus, ad d.glo.& iura, per ſupradictos DD. ennumeratos & explicatos,verus ſenſus dictorum iurium facilè percipi poterit, ſi conſideres in dict.cap.quoniam, d. capt uæ non fuiſſe præſcriptam certam pœnam,qua puniendi eſſent inobedientes & cōtumaces omnes,ſed ſolum præfinierunt & præſcripſerunt illa iura pœnam in aliquibus caſibus,& contra aliquos contumaces certi generis, vt exprimitur in dictis iuribus: quare verè tenendum eſt, quod vbi certa pœna iure præſcribitur aduerſus contumaces,ſeu contra alios quoſcumque delinquentes, iudex eam obſeruare tenebitur: in reliquis verò caſibus & negotijs in quibus iura Canonica, ſeu Cæſarea certas pœnas nō ſtatuerunt locū habituram pœnā arbitrariam:iuxta d.l. 1.ff.ſi quis ius dicenti. cū ſimilibus, quorum meminere Abb. & Philipp. Dec.vbi ſupra,ſatisq; probat Tridēt. Synodus d.c.3.verſ.*ſed*,ſeſſ.25.de reformat. & ita praxis obſeruat, non enim otioſum manet iudicis arbitrium,vbi lex,ſeu conſtitutio, vel cō ſuetudo defecerint.

14 Maiorem tamen dubitationem habet, an retento eodem themate, dato

Digitized by Google

dato quod ceſsãte lege, vel cõſuetudine admittendum eſt iudicis arbitrium, poſsint iudices in cauſis arbitrarijs vſque ad pœnam mortis inclusiuè delinquentes condemnare. Quæ difficultas elegans quidem eſt, & circa quam duas reperio extremè pugnantes opiniones : & quidem Ariſtotel. Philoſophorum Princeps. 1. lib. Rectoricorum capit. 1. in ea fuit ſententia, vt exiſtimaret hominum arbitrium eius naturæ & conditionis eſſe, vt non difficilè falli & peruerti poſsit : cui (inquit Ariſtot. dicto loco) *Non grauia & maxima negotia, ſed minima profecto, & leuia committenda ſunt*, igitur minimè conuenit, quod vltimum ſupplicium & pœna mortis, quæ proculdubio omnium maxima eſt, ſi expendamus per mortem priuari homines vita, quæ bonum eſt omnium temporalium ſummum, committatur iudicis arbitrio: præterquam rationem quæ leuis non eſt probant eandem partem nonnulla iura, præſertim. l. 1. verſ. *expilatores*, iuncto fin. ff. de effractoribus. l. 1. ff. de furibus valneam ibi, *dummodo &c.* quæ leges reſtringunt poteſtatem iudicis, ne poſsit accedere ad mortis pœnam : ſic tenuerunt Frater Alphonſus de Caſtro de poteſtat. l. pœn. capit. 6. ad fin. Domin. Anton. de Padilla in l. tranſigere, num. 27. C. de tranſactio. Iul. Clar. in pract. §. vltim. quæſtione 83. num. 2. Iacob. Menoch. de arbitr. quæſt. 86. num. 1. Bernard. Diaz de Luco in pract. capit. 138. vbi primarius olim huius ſcholæ Complut. profeſſor additionator Ignat. de Salcedo, qui omnes poſt glo. quam citant, verbo, *alioquin*, ibi, *ſed non &c.* in capit. inquiſitionis in princip. de accuſat. fortiter contradicunt, ne iudicis arbitrium ad pœnam mortis accedere valeat, neque tantum de hominibus cõfidendum, qui multis modis peruerti ſolẽt & falli, cum Ariſtotele voluerunt, vt ex capite & arbitrio mortis pœnam iniungere poſsint : qua ratione gloſſam celebrem in §. in ſumma ibi, *ſcilicet capitis*, inſtitut. de iniur. teſtantur ab omnibus communiter reprobari. Sed profectò gloſſa illa tanta confutatione non indigebat ; vtpotè quæ nec textus ibi ſermonem non inſtituunt de pœna mortis, ſiue de vltimo ſupplicio ; ſed de pœna capitis, vt habet littera. d. gloſſæ quam latius patere, & alias pœnas vltra mortem comprehendere indubitati iuris eſt, probatque text. in l. 2. ff. de pœn. & ita interpretatur ex aliorum mente Maranta diſputat. 13. â num. 7. & 10. immò ſi verum amamus attentis iuris principijs inueniemus quidem dictam pœnam capitis, cuius meminit ſupradicta gloſſa ; vbi aliud non appareat & in caſu dubio intelligendam & accipiendam eſſe de minima capitis pœna, teſte Maranta dicto num. 7. probatque communis ſchola cuius meminit Bernard. Diaz ; vbi ad longum eius additionator regula 541. ſatisque deducitur per argumentum ex regula in pœnis de regulis iuris in 6. atque ita intelligenda erit præfata gloſſa, vt loquatur in minima pœna capitis, id eſt in exilio, ſeu deportatione, iuxta l. 1. iuncta gloſſa vltima C. ne Chriſtianum municipium, cum ſimilibus : ob quæ fundamenta opinio hæc benigniorem æquioremque partem fouere videtur, quid autem tenendum ſit in hac controuerſia, poſt relatam, atque fundatam oppoſitam ſententiam (quam mox referemus) dicemus ſtatim.

15 Alij igitur relati à Philippo Decio in cap. ex litteris nu. 14. de conſtit. à

Digitized by Google

Padilla,Iulio Claro,& Menoch. vbi ſupra cum gloſſa in d. §. in ſumma inſtit. de iniurijs commendata à Bartolo in l.vlt. in fin. ff. vbi pupillus in vltima lectura voluerunt iudices aliàs habentes iuriſdictionem ad id ſufficientem,vbi certa pęna expreſſa non reperiatur poſſe arbitrari & imponere pœnam mortis: quæ opinio quam nonnulli ex relatis à Menoch. & alijs quorum ſuperius meminimus dicunt communem vltra iura quibus fundari poteſt, ea non ineleganti ratione comprobariva-let,ſi diligenter conſideremus regu lare eſſe, vt ſeruatis iuſtitiæ punitiuæ præceptis, attentisque legibus humana diuina & naturali imponi debeat omnis pœna iuxta delicti menſuram,itavt competens non ſit, niſi fuerit conformis delicto conſiderata, & expenſa illius qualitate vulgato cap.non offeramus 24.quęſtione 1.At in dubitatum eſt, experientiaque docemur nonnulla delicta ſeu facinora ſæpè contingere, quibus pœna certa legibus præſcripta non ſit, ita tamen grauia & attrocia,vt qualitas illorum & circunſtantiæ, quæ ſe ſe offerunt mortis pœnam exigant & expoſtulent, & nulla alia leuiori puniri debeant, ſi ſecundum menſuram & grauitatem ipſorum adæquata pœna vindicanda ſint:ergo iudices in his ſpeciebus debebunt imponere pœnam mortis quantumuis ex arbitrio procedant. Confirmatur, quia credibile non eſt(ſi aliud non conſtet) legem vel Principem qui negotia iure non præfinita iudicis arbitrio reliquit voluiſſe in dubio limitatam concedere poteſtatem, vt non attingat pœnam mortis,ſed amplam dediſſe facultatem cenſendi ſunt, ſecundum quam iudices poſsint imponere & arbitrari vltimum ſupplicium, ſiue aliam quamcumque pœnam delicto neceſſariam & conuenientem: Etenim Princeps qui committit arbitrium, & expeditionem alicuius negotij, eo ipſo videtur committere omnia illa quæ neceſſaria ſunt ad iuſtitiam rectè faciendam & adminiſtrandam, ex vulg. regula capit. præterea de officio deleg. cum alijs.

16 Vltra quam rationem & fundamentum (quod efficax quidem eſt) adſunt etiam fortes iuris authoritates ad eandem partem comprobandam, quæ non videntur facilè euitari poſſe,itaque probat text.in l.penult. verſic. *ſunt quædam* ibi, *uſque ad pœnam capitis.* ff. de varijs & extraordinarijs cognitionibus. l. ſacrilegij,ibi, *vinos exuiſſe*, & ibi, *furca ſuſpendiſſe.* ff. ad l.Iul. peculatus. l. lege Iulia,verſic. *hodiè* in princip. iuncto fin. ibi, *capite plecti*, ff.ad l.Iul.repetund.l.1.ibi, *acerrima condemnatione.* C.de his qui latrones, quibus in locis iudicis arbitrium vſque ad mortem incluſiuè accedere poſſe ita vt vltimum ſupplicium in delinquentes arbitrari poſsit ſatis videtur comprobari.

17 Inter quas opiniones & ſi facilè non ſit iudicium ferre, propterea quod prior illa,quæ docet arbitrium vſque ad mortem ſe extendere non poſſe; tanquam æquior & benignior amplectenda videbatur, hæc tamen poſterior ſententia, quæ communis eſt,& docet poſſe iudices vſque ad vltimum ſupplicium arbitrari, probabilior etiam eſt,& in praxi obſeruanda,ſaltim in eo iudice qui gladij poteſtatem habeat & exercere poſsit merũ imperium aliàs extra eum caſum penes quẽ arbitraturus ſit:iuxta l.imperium.ff. de iuriſdictione omnium iudic. ſatisque ſuadent atque confirmant, ſecundam iſtam ſen-

zed by Google

ſententiam ratio & iura in eius confirmationem adducta præſertim. d. l. ſacrilegij iuncta. l. ſolent in princ. ff. de offic. Proconſul.

18 Iura verò pro prima opinione in contrarium allegata intelligẽda accipiendaque ſunt, iuxta terminos in quibus loquuntur, vt procedant caſu quo lex vel Princeps non ſimpliciter & abſolutè negotium commiſerunt arbitrio iudicis definiendum: ſed vbi commiſsio reſtricta fuit ad certam pœnam quam iudex excedere non valeret: in qua ſpecie nullus dubitationi relinquitur locus, quin iudicis arbitrium ad mortem vſque accedere non poſſet: quod ſupradicta autem iura pro priori ſentẽtia adducta loquantur de arbitrio cum reſtrictione conceſſo, ipſorum littera & contextura ſatis exprimit atque declarat, noſtra verò diſputatio verſatur circa arbitrium abſolutè & ſimpliciter iudicibus conceſſum: & dicimus quod ſi qualitas negotij delicti grauitas & atrocitas, aliæve circunſtantiæ ſic ſuaſerint & poſtulauerint accedere poterit vſque ad pœnam mortis incluſiuè, ea efficaci quam ſupra expendimus ratione: videtur enim Princeps ſeu lex dediſſe poteſtatem arbitrandi vſque ad menſuram pœnæ ipſum re delicto correſpondentis, & expeditum eſt, ſæpenumerò ſcelera committi quorum pœna legibus expreſſa nõ eſt, quæ vltimo vt diximus ſupplicio oportet vindicari, quæ ſuita grauiter non punirentur eſſet violare regulas atque præcepta iuſtitiæ punitiuæ, & ita praxis obſeruat ſecundum quam multoties ſolent iudices in atrotioribus criminibus vſque ad mortis pœnam arbitrati, ſuadentque leges illæ quas pro hac poſteriori ſententia nuper retulimus.

19 Ex qua doctrina infertur reſolutio alterius dubitationis, quæ leuis non eſt, vtrum iudex eccleſiaſticus vbi poteſt & debet arbitrari, valeat imponere perpetui carceris depoſitionis & priuationis beneficij pœnam quamcumq; ex his. In qua difficultate communis interpretũ ſchola negatiuè reſpondet, non poſſe eccleſiaſticũ iudicem vſque ad præfatas pœnas, vel quamlibet illarum arbitrari, propter ipſarum grauitatem & pondus, quas infligere non decet eccleſiaſticum iudicem, quem magis oportet æquitatem & benignitatem amplecti quam ſummo iure vti. Sed ego non video cur ſecularis iudex poſſet ſuum extendere arbitrium vſque ad mortis pœnam omnium grauiſsimam & attrociſsimã: eccleſiaſticus verò non valeat arbitrando accedere ad pœnã priuationis depoſitionis vel carceris perpetui aliasq; maximas ſui fori, nec facilè erit diſcriminis rationem aſsignare: vnde ſancta Synodus Trident. ſeſſ. 25. de reformatione cap. 13. ibi, *per priuationem Beneficiorum*, ſuppoſuit tanquam certum & exploratum iudicem eccleſiaſticum ad id iuriſdictionem habentem in caſibus in quibus arbitrium habet, imponere poſſe pœnam priuationis Beneficij. Bernardus Diaz vbi ſupra: vbi eius additionator cap. 15 & director. iudic. eccleſiaſtic. dict. num. 2. poſt Belin. in capit. 2. num. 14. verſic. *incepiſſet* de offic. deleg. Innocen. per text. ibi. in capit. quia diuerſitatem de conceſsio. præbent ſecurè docuerunt dictum eccleſiaſticum iudicem carceris perpetuæ priuationis Beneficij vel depoſitionis pœnas imponere poſſe ex prædicta reſolutione, quia ſi ſecularis iudex (vt ſupponimus) arbitrari poteſt vſque ad mortem, cur non poterit eccleſiaſticus

fiaſticus vſque ad priuationem vel depoſitionem.

20 Cui reſolutioni minimè obſtat doctrina gloſſę in cap.vlt.de iure patron.ex qua iam abijt quaſi in dictę rium priuationis pœnā à iudice imponi non poſſe niſi in caſibus à iure expreſsis,cuius meminitAlbar.Baez 1.par.quæſt.29.num.25. poſt Tiraq. in l.ſi vnquam verbo, *reuertatur* nu. 299. communemque Doctorum ab ipſo Tiraq.relatam:nam ſi rem altius perpendas atque conſideres planè inuenies iſtam traditionem ſic generaliter conceptam iure nō ſatis probari:ſolum enim procedit in his negotijs & cauſis in quibus iudex arbitrium non habet,vel quando lex ipſa abſque hominis miniſterio infligit pœnam,vel denique in pœna priuationis legali & ordinaria;in his enim omnibus minimè incurritur, niſi in caſibus iure ipſo expreſsis, teſte Tiraq. vbi ſupra num. 303. At verò extra hos caſus vbi pœna arbitraria imponenda eſt, dummodò delicti qualitas expoſtulet rectè poterit eccleſiaſticus iudex ſuum arbitrium vſque ad pœnam priuationis extendere,ad ſimilitudinem iudicis ſæcularis qui in ſuo foro vſque ad pœnam omnium maximam arbitrari potęſt.

21 Verum & ſi iudicibus tam latè patens arbitrium datū ſit, in his quę in iure certa & determinata non ſunt, l.1.ad fin.ff.de iure deliberandi. d.c. de cauſis,§.1. de offic. delegat. iunctis larè cōgeſtis per Tiraq. de pœn. in præfatione nu.2. & 7. cum ſeqq. Oportet quod magnopere attēdāt, & videant, non adeò amplam illis conceſſam fuiſſe poteſtatem, vt pro libito voluntatis diſponere & arbitrari poſsint,quin teneantur iuris regulis ſe conformare iudicareq; ad aliorum iurium (vt diximus)exemplum: ommiſsis enim alijs præceptis, quæ circa iudicum arbitria in promptu eſſe poterunt apud interpretes,eo exemplo dignoſci poterit arbitrandi ambiguitas,& difficultas, cuius meminit Franciſcus Riparien. de peſte.3.part. num. 30.& 309.vbi iudices admonuit, vt animaduerterent,quod licet pœna præſcripta facienti actum imponi non debeat illi qui fecit actum per quem peruenitur ad illum actum prohibitum, tamen arbitrio iudicis inſpectis omnibus circunſtantijs puniri debet,iuxta l.1.§.vlt. ff. de var. & extraordin. criminib. in quo detegitur maioris difficultatis eſſe arbitrari,quænā pœna ſit imponenda,quā infligere ſupplicium à iure ſtatutum: incredibile enim eſt, quæ & quanta expendi animaduerti conſiderariq; debeant ad rectè ferendum arbitrium.

22 Debebit namq; attendere (vt in propoſito exemplo tantiſpèr cōmoremur) diuerſas quidem regulas ſeu iuris præcepta obſeruanda conſiderandaq; fore,circa prohibitiones aliquorum actuū,& circa pęnas eiſdē imponendas,quod vt facilius intelligas aduerte,quod ſi lex vnum prohibeat, ſtatim videbuntur prohibita omnia illa per quæ ad illud vnum peruenitur;ſimiliter ſi Princeps rem aliquam fuę factum prohibeat, eo ipſo cenſebuntur prohibiti omnes alij actus qui ex illo facto prohibito ſequuntur & deribantur. Secus tamen philoſophandum erit in pęnis, quoniam ſi Legiſlator pęnam præſcripſerit alicui:verbi gratia, quī comederit carnes tempore quadrageſimæ vel matrimonium clandeſtinum contraxerit talis pęna repetita cenſeri nō debet contra facientē actū aliquem qui ex actu prohibito ſequatur: quemadmodum etiam ſi pęna impoſita ſit vnum actū faciēti, minimè

minimè cenſebitur impoſita aduerſus illum qui fecerit actū per quod peruenitur ad actum prohibitum: exempli cauſa interdicto matrimonio, prohibita ſimiliter cenſentur ſponſalia per quæ peruenitur ad illud vulgata. l. oratio. 16. ff. de ſponſalib. abſurdè tamen exiſtimaret, qui diceret pœnam aſsignatam contra eos qui matrimonium contraherēt, regulariter repetendam eſſe contra illos qui celebraſſent ſponſalia, minus namque delinquit qui actū perpetrat ex alio actu prohibito ſequutum quam qui ipſum actum prohibitum feciſſet, ſimili modo ſi quis faciat actum per quem peruenitur ad actum prohibitum, leuius quidem peccat quam ſi ipſummet actū prohibitum admiſsiſſet, igitur iniquum foret quod vtriq; eadēmet pœna afficerētur cū ſemper pœnæ delictis cōmenſurandæ ſint. d. cap. non offeramus. 24. quæſt. 1. Ita voluerunt Couarr. de ſponſalib. 2. part. cap. 6. §. 3. num. 4. Tiraq. vbi ſupra, poſt Bald. in l. vnica ânum. 11. C. ſi Rector Prouintiæ, & Alexan. quem ſequitur Iaſ. in l. 2. nu. 25. ff. de iuriſdictione omn. iud. Vnde pœnas impoſitas clandeſtinè matrimonia contrahentibus, non comprehendere contrahentes ſponſalia fuit cōmune placitum Doctorum, in reg. cum quid vna via 84. de reg. iur. in 6. tenet Nauarr. in cap. ſi quando exceptione. 6. fol. mihi 20. de reſcriptis. Euerard. loco 128. fol. 3. Franciſcus de Ripa de peſte. 3. p. num. 53. & 65. Couarr. de ſponſalib. 2. part. cap. 1. num. 3. Tiraq. de iure mariti glo. 2. num. 18. Iaſ. in l. 2. num. 25. ff. de iuriſdictione omn. iud. & in l. quominus num. 18. ff. de flumin. qui omnes poſt gloſſam, verbo, *contrahere*, in Clemen. vnica de conſanguin. quam in prædictis locis communiter ſequuntur, & amplexi ſunt,

non

vnanimi conſenſu & applauſu tanquam certum & exploratum voluerunt prohibito matrimonio licet cēſeātur ſponſalia prohibita, non tamen eiſdem ſubiacere pœnis qui ſpōſalia contrahunt, ac ſi matrimonium contraxiſſent: etenim pœnæ imponūtur pro criminibus delinquentium, iuxta l. reſpiciendum. 11. in prin. ff. de pœn. planum autem eſt grauius delinquere qui facit actum prohibitum, quam qui admiſerit aliū actum præambulum per quem peruenitur ad illum.

23 Poteritque eſſe ad eandem rem melius intelligendam aliud præmanibus exempium, in præcepto prohibituo eſus carnium tempore quadrageſimæ, licet enim eo ipſo cenſeantur prohibita lacticinia. d. c. denique. 4. diſtinct. dici tamen non poterit, quod ſupplicium præſcriptum hominibus ita ad audendum proiectis qui abſque neceſsitate illo tempore carnes comediſſent repetitum cenſeatur, & pariter impoſitum aduerſus comedentes lacticinia, quoniam & ſi prohibito vno aliud prohibitum cenſeatur, non tamen ſub eadem pœna: idque ego intelligerē, niſi aliter colligeretur ex mente Legiſlatoris, vel alterius diſponentis. Vnde infero interpretationem ad text. in cap. 1. de cleric. coniugat. vt illius deciſio nullatenus procedat in eo qui ſponſalia de futuro contraxit, vt voluerunt Couarr. vbi ſupra cap. 6. §. 3. num. 4. Ioann. Andr. Abb. & alij in d. c. 1. Tiraq. vbi ſupra. Infertur etiam intellectus ad l. vltim. C. de iure emphyt. & ad cap. potuit de locato, vt licet ille qui emphyteuſim hypothecauerit vel pignoraue-rit citra domini conſenſum incidat in pœnam traducitatis de qua in dictis iuribus, non tamen illam incurrant, qui promiſerint pactove polli-

citi

citi fuerint eandem alienare, vendere, vel hypothecare, vt voluit communis, teſte Anton. Gomezio in l. 43. Tauri, num. 94. poſt Iaſ. in d. l. vlt. num. 132.

24 Quæ omnia & ſingula exempla, cum in omnibus his actibus præambulis & antecedentibus pœnæ relinquantur iudicis arbitrio, facilè demonſtrant atque concludunt difficilem prouintiam ipſorum iudicum qui arbitraturiſunt humeris imponi: quamplurimaque ipſos reſpicere debere, vt ſuis conſcientijs conſulant, & hominibus ſatisfaciant, pœnitusque adimpleant iuſtitiæ punitiuæ ſaluberrima præcepta, reddentes vnicuique quod ſuum eſt: quæ iudices huius temporis præſtent nec ne, aliorum ſit iudicium; nam nos his impedimentis ſublatis, facilius cætera Deo annuente per tractabimus.

Summaria ad Controuerſiam 10.

1 *Reges & Principes in his dumtaxat arbitrium locum habere voluerunt, quæ iure certa & determinata non ſunt, qui nullatenus rectio præiudicare voluiſſe cenſendiſunt, nec ita ſuis conſtitutionibus ligantur, quin aliquid minuere vel immutare exigente ratione valeant, ſecus inferiores iudices.*

2 *Nihilominus expeditum eſt, & communi omnium Tribunalium praxi receptum, poſſe iudices immutare nonnulla quæ in iure certa & determinata ſunt, quorum exempla quædam deſignantur, quinimò in exceptionibus peremptorijs breuiorem dilationem aſſignare poſſunt, quemadmodum in dilatorijs conſtantiſſimum eſt.*

3 *Poſſunt etiam coarctare & extendere tempus ad ſententias exequendas præfinitum, nec non & illud triginta annorum ſpatium datum actoribus ad ſuas actiones proponendas.*

4 *A ipſismet legibus & conſtitutionibus Principum habent iudices inferiores poteſtatem & authoritatem minuendi & immutandi tempora & dilationes á iure aſſignatas, quæ ſententia cõmunis & vſu quotidiano recepta eſt, & ab ea non videtur poſſe recedi.*

5 *Diſtinguunt Bart. & ſequaces inter dilationes immediatè ab ipſa lege conceſſas, & inter illas quæ concedumtur intercedente iudicis miniſterio, vnde iurium contrarietatem componunt.*

6 *Data inſtantia confunditur talis diſtinctio, etenim tempus ad proponendas exceptiones á lege conceditur, & tamen poſſunt iudices inferiores illud reſtringere.*

7 *Quidquid tempore á iure conceſſo legibus tribuendo ſint iudices nihilominus ad quos ſolu executio & miniſterium ſpectat, talem legis conceſſionẽ minuere poterũt recta ſententia gloſſæ in cap. ſi tibi abſenti, verbo, terminum, de præb. in 6.*

8 *Quadrimeſtre ad ſoluendum á lege ſimiliter conceditur, & nihilominus ex iuſta cauſa á iudice minui & augeri poteſt.*

9 *Reijcitur etiam alia diſtinctio gloſſæ in reg. indultum, vt iudex prorogare poſſit non reſtringere & oſtenditur quod non ſit maior ratio in vno quam in alio.*

10 *Affertur alia Bart. & aliorum diſtinctio, vt beneficium á Principe conceſſum minui poſſit per partem, non*

Digitized by Google

non tamen in totum auferri.

21 Confunditur eadem prorſus via & oſtenditur pereque non poſſe iudicē inferiorem minuere pro parte beneficium Principis, ſicut neque in totum auferre.

22 Rurſus conuincitur, quia non minus tempus immutaſſe dicetur, qui illud abſtulerit in partem, quam qui ſubſtuliſſet in totum.

23 Negatiua potius regula ſtatuenda eſt, vt iudices inferiores non poſſint, nec potuerint vnquam extendere aut reſtringere dilationes á iure datas, quæ poteſtas ipſismet Principibus per excellentiam reſeruata eſt, niſi aliquando ex ipſorum indulgentia.

24 Qua ratione interpretandaſunt iura in c. paſtoralis de excepti. c. cum ſit Romana. c. oblatæ de appellat. l. diſamari. C. ingen. manum. l. præſcriptionem. C. de except. c. paſtoralis de cauſ. poſſeſſionis. l. qui accuſare. l. Titia. l. ſicut, vt quatenus poteſtatem faciunt iudicibus tempora coartandi non regulā ſed ſingularia quædam præcepta contineant.

25 Referuntur qui in effectu tradiderūt prædictam conſiderationem, & ipſa magis confirmatur.

26 Præfata iura ſic intellecta, vt limitationes contineant firmant regulam in contrarium.

27 Vſque adeó autem vera eſt regula negatiua non poſſe iudices dilationes reſtringere nec prorrogare, vt neque ex cauſa id facere poſſint, niſi expreſſa ſit & approbata a iure.

28 Solet cauſa legitima reputari abſentia occaſione Reip. & in communē vtilitatem, ſeu aliud legitimum impedimentum ſi contigiſſet aliquem ex litigantibus iniuſtè deineri quominus negotium proſequeretur.

29 Si verò litigantes ſint ætate minores, vel fungantur minorum officiò per ſpecialem legis indulgentiam mediante auxilio in integrum reſtitutionis poſſunt & debēt admitti, etiam poſt dilationes tranſactas, reſtituuntur enim aduerſus temporis tranſcurſum omiſſam allegationem, & id genus læſiones alias.

30 Vera eſt regula negatiua non poſſe iudices dilationes á lege datas prorrogare, neque reſtringere, ſiue in priuatam ſiue in publicam vtilitatem cōceſſæſint: diſtinctio enim inter dilationes in publicam & in priuatam vtilitatem conceſſas, dumtaxat eſſicit vt litigantes his quidem renuntiare valeant, illis verò nequaquam.

31 Reſtricta vel diminuta foret iudicantium authoritas, ſi non poſſent imminentibus neceſſitatibus ſuccurrere oblatis circunſtantijs, modo dilationes reſtringendo, modo prorrogando.

32 Aſſignatur ratio quare poteſt iudex reis conuentis terminum aſſignare ad opponendas exceptiones dilatorias, & intelliguntur text. in cap. paſtoralis de except. & in c. quod conſultationem de re iudic. & in l. 2. ff. eod.

33 Iterum intelligitur d. c. paſtoralis, vt non procedat in exceptionibus peremptorijs, contra communem, & aſſignatur ratio quare idem non fuerit diſpoſitum in peremptorijs.

34 Intelligitur text. in l. diſſamari. C. de ingen. manumiſſis, & aſſignatur ratio praxis ab illo textu deſumpte.

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA 10.

Vtrum adhuc In his quæ per canones, Principum vè constitutiones, siue ecclesiasticas, siue sæculares statuta sunt alicui relinquatur locus iudicis arbitrio.

1 REsoluimus in antecedenti cõtrouersia, tunc demum locum fore iudicis arbitrio, cũ ius scriptum, & nõ scriptum cessauerint; ita vt neque adsit lex, neque constitutio aliqua, quę negotium definiat, aut statuat aliquid super causa de qua lis agitatur. Nunc èvestigio se se offert illa discutienda controuersia proximæ finitimа, an stãtibus adhuc legibus & constitutionibus Principum rem certam & determinatam statuẽtibus pateat iudicibus aliquis aditus immutandi non nihil ex ita definitis & statutis per leges, seu arbitrandi circa ipsarum legum diffinitiones atque decreta, legitima subsistente causa, seu ex aliquibus circũstantijs de nouo in ipso negotio emergentibus. Cui disputationi subtili pariter & vtili, omninòque necessariæ iudicantibus & cõsulentibus, & in vtroque foro frequentissimæ non leuem præstãt dubitandi rationem nonnulla ex his quæ tradidimus in disputatione præcedenti: náque Reges & Principes illorumque constitutiones in his duntaxat arbitrium iudicum locum habere voluerunt, quæ iure certa & determinata non sunt. d.c.de causis. §.1. de offic. deleg.d.l.1.ad fin. ff. de iure deliberandi, & nos supra tetigimus. Vnde fit, quod iudices non possunt tollere, seu quoquomodo immutare legum ac constitutionum humanarũ concessiones; inferior enim plusquam manifestum est, quod infringere non potest superiorũ præcepta, Clem.ne Romani de elect. vulg. c.cum inferior.de maior. & obed.& ratio in promptu est, etenim in auferendis cõcessionibus legum seu statutorum, vel ipsorum Principũ, vertitur tertij præiuditium; verbi gratia, illius in cuius fauorem emanauit concessio, & quod magis est minuitur ipsius Principis Legislatoris authoritas. Accedit quod nisi Princeps, id expressè decidat & statuat non censetur velle per suas litteras, concessiones, indulta, & priuilegia alicui nec minimũ præiuditium inferre, ex latè traditis per Ludou. Gomez. in reg. de non tollendo iure quæsito. q. 1. expressè probant iura vulgaria in cap. quod per nouale de verbor. signific. cap. siquando de rescript. in 6.l.1.§.si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. Quare

nisi

niſi expreſſè ab ipſa lege, vel Principe iudici data fuerit arbitrandi facultas, non videtur eidem aditum relinqui, quæ doctrina magnam profectò vim habet reſpectu iudicum inferiorum, nam Princeps à quo iuris beneficia emanant & proficiſcuntur, non ita ſuis cõſtitutionibus ligatur, quin aliquid minuere, vel immutare exigente ratione valeat, vt probat text. per argumentum in cap. innotuit de electione, aduertit Cuman. in l. 2. ff. de re iudic. à num. 4. poſt glo. & plura iura ab ipſa allegata in reg. indultum. 17. de reg. iur. in 6.

a Qua dubitandi ratione non obſtante, expeditum immò tritum & peruulgatũ videtur in iure noſtro, id quod praxi frequẽtiſsima omniũ Tribunalium, vſuque quotidiano ſatis comprobatum eſt, nempè poſſe iudices nonnulla, quæ in iure certa & determinata ſunt, ex cauſa minuere, vel immutare, vt adductis exemplis pluſquam manifeſtum fiet, & ratione probatur prius quam accedamus ad exempla, quia ſi iudices vbi interueniſſent legitimæ circunſtantiæ cauſæque rationabiles non poſſent tempora; verbi gratiâ, certa, & determinata, à iure conceſſa, prorrogare, vel minuere, non ſolum reſtricta, ſed diminuta profectò redderetur iudicantis poteſtas, quod minimè videtur admittendum, & vt inde pro hac parte proficiſcantur argumẽta & exempla vnde omnis hæc diſputatio rectè ducitur: Bart. eruditorum Magiſter in d. l. 2. ff. de re iudic. à num. 4. ſapienter docuit liberũ fore iudicibus prorrogare & minuere, quoſcumque terminos a iure cõceſſos, iuſta ſubſiſtente cauſa, quem ſequutus eſt Gabriel. lib. 3. comm. tit. de dilation. tom. 1. nu. 13. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 1. num. 9. dixit cõmunem Beroi. in cap. cum ſit Romana num. 61. de appellat. poſt Abb. Deci. & Felin. ibidem num. 13. Iaſ. d. l. 2. num. 33. Capella vbi additio deciſ. 197. ante quos omnes ita docuerat gloſſa in cap. 1. verb. *peremptorio* de dilation. & in auth. de litigios. §. omnem, verb. *cautione* in fin. collat. 8. & in authen. de exhibend. reis. §. ſancimus, verb. *hoc eſt*, collat. 8. & hoc iure vtimur, vt iudex aliquando prorrogare, aliquando reſtringere poſsit tempus; verbi gratia, ad proſequendam appellationem à iure datum, atque conceſſum, vt probant atque confirmant expreſſa iura in c. oblatæ. c. cum ſit Romana de appellation. ſimiliter & ſi inſpecto iure exceptiones perẽptoriæ opponi poſſint vſque ad concluſionem in cauſa, iuxta text. in cap. paſtoralis de cauſa poſſeſſ. & propriet. l. peremptorias. C. ſententiam reſcindi. l. præſcriptionem. C. de exception. immò vt nonnulli volunt, vſque ad ſententiam, exceptiones etiã dilatoriæ produci opponique poſsint, vſque ad litis conteſtationem. c. exceptionem de exception. l. ita demũ. C. de procurat. l. fin. C. de exception. nihilominus tamẽ manifeſtũ eſt inter omnes vſuque recipitur, vt iudices breuiorem dilationẽ aſsignare valeant, vtrique generi exceptionum, quam ab ipſa lege data ſit, & in exceptionibus peremptoriis) quod difficilius eſt) id voluerunt Iaſ. in d. l. 2. ff. de re iudic. à num. 16. Dinus in d. reg. indultum, quidquid cõtradixerit gloſſa in cap. paſtoralis de exception. de dilatorijs verò conſtantiſsimum eſt inter omnes, ex traditis ab inſignì Couarr. practic. c. 26. num. 2. expreſſaque deciſ. text. in d. c. paſtoralis de exception.

3 Nec non poſſunt iudices ſecundum qualitatem negotij, oblatasq; circunſtantias coarctare & extendere

Digitized by Google

dere,tempus â lege præſcriptum ad ſententias exequendas, vt probat text.in cap.quod ad cõſultationem de re iudic.difficilis.l.2.ff.eodem,ac proinde rectè colligitur integrum eſſe iudicibus auferre Beneficia à iure conceſſa.Tandem non obſtante, quod actoribus ad proponẽdas ſuas actiones in iudicio, ex iuris regulis legitimisq; ſanctionibus datum atque cõceſſum ſit triginta annorum ſpatium , iuxta principium inſtit. de perpet.& temporal.l.cum notiſsimi. l.ſicut.C.de præſcrip.triginta.adhuc iudices poterunt dictum tempus,ſic à iure ad agendum præfinitum reſtringere & limitare,præcipereq; ipſimet actori , vt intra certum diem quam habere intendit actionem proponat , vt quotidiè fieri videmus,& probant expreſſa iura in l.Titia. ff. de accuſation. celebris.l.diffamari. C. de ingenuis manumiſ. l. ſi ea. C. qui accuſare non poſſunt , aliaque reſtabant non vulgaria , ſed expreſſa exempla & teſtimonia,quæ praxim quotidianam,ſecundũ quam iudices tempus à iure datũ aliquando prorrogare , nonnumquam reſtringere ſolent ſatis euincunt , atq; confirmant,ſed dicta quæ nec leuia, neque inutilia ſunt (vt vidiſti) interim ſufficiant,vlteriusq; tranſeamus ad aucupandam propoſitæ quæſtionis reſolutionem.

4 Sed antequam vltra progrediar, ſe ſe offert nõ in curioſa ratio ad præ dictam partem ſæpiùs comprobandam;etenim ne reſtricta nimis , aut diminuta ſit iudicantium poteſtas,& authoritas,tentari poſſet , eos ad dicta tempora ſic minuenda & prorroganda,ab ipſomet Principe,ſeu à lege poteſtatem & authoritatem ſortiri,ex cuius tacito mandato videantur iudices minuere & immutare, circa temporum & dilationum conſtitutiones à iure factas,quoniam aliquando ex vrgentiſsimis cauſis â iure ſcripto recedere poſſunt,& cõſueuerunt,ex magni Innocentij doctrina in cap.1.de conſtit. quem retulit Dec.in d. c.cum ſit Romana de appellat. meminit Tiraq. in præfat. de pœn.temper.num.29.probatque text.in l.primęua,ibi, *niſi rerum vrgentiſsima ratio*.C.de dilation.l. diui fratres.§.1. ibi , *niſi magna cauſa*.ff. de liber.cauſa.l.4.§.ait Prętor in fin.ff.de re iudic.idemque probari poteſt per argumentum,ex text.in l.ſi hominẽ. ff.mandati. Ob quæ fundamenta dicta ſententia cõmunis eſt,teſte Bart. & alijs eam tenentibus vbi ſupra , & cum vſu quotidiano recepta ſit,& in dies magis, ac magis comprobetur, videbitur lectori ab ea recedi non poſſe , vſque dum inferius mentem ſententiamque noſtram in hac parte proferamus.

5 Prius tamẽ audias oportebit, quæ ratione Bart.& ſequaces ſua communi ſententia retenta rationi dubitandi â nobis initio propoſitæ ſatisfacere contendant,quorũ nonnulli adhĩbita diſtinctione reſpondent,bipartitò poſſe dilationes à lege concedi,quædam enim(inquiunt) concedũtur ab ipſa lege,ita vt iudicis miniſterium,non ſit interuenturũ , ſed immediatè, & per ipſammet legem, ſine alicuius interuentu,aliæ verò dilationes licèt à lege concedantur,id tamen medio iudicis miniſterio cõtingit.Vnde interpretantur d. c. paſtoralis de except.c.cum ſit Romana de appellation.c.quod ad conſultationem de re iudic.& difficilem.l.2. ff.eodem,cũ alijs decidentibus poſſe iudices terminum á lege præfixũ coarctare , ſeu prorrogare , vt ex eo procedant , quia talis terminus fuit à lege conceſſus non quomodocũque,ſed interueniente iudicis miniſterio,

ſterio, quaſi illius arbitrio cõmiſſum fuerit, vt conſiderata negotij qualitate, iuſtaq; interueniente cauſa talem dilationem prorrogare valeat & minuere. Si verò conceſsio fieret à lege immediatè, ſine miniſterio iudicis, quo caſu nulla eidẽ iudici tenſeretur data commiſsio, nullatenus poſſet iudex aliquid immutare, itaque procedant intelligendaque ſint alia iura, quæ prohibent legum, ſeu Principis conceſsiones minui, aut immutari, vt agant de conceſsionibus indultis, ſeu beneficijs ab ipſa lege, præter vllum iudicis miniſterium, immediatè factis, ſicque componũt præfatam cõtrarietatem, quæ primo aſpectu videbatur cum ſuperiore reſolutione pugnare, Iaſ. in d.l.2.n.22. Franc. Riparien. num.14. Immola in cap. cum ſit Romana, verb. *reſciſsius*, num.8. Felin. in cap. cum Bertoldus de re iudi. Gabr. vbi ſupra poſt gloſſam in d.c.cũ ſit Romana, d.verb. *reſciſsius*, & in d.reg.indultũ, verb. *& ille dicit eſt verosimile*, dicentes relatam reſolutionẽ ſub diſtinctione propoſita communem eſſe, & ſequendam.

6 Sed quia (vt tradũt Dialectici) ad tollendam conſequentiã, ſufficit dare inſtantiã, ad conuincendã propoſitã diſtinctionẽ: proponemus exempla, in ſingulis eius mẽbris in quibus totũ cõtrariũ apparet: etenim in eiſdem ſpeciebus, quarũ proximè meminimus manifeſtè fallit præfata doctrina, ſi animaduertas tempus conceſſum à lege, vt proponi valeant exceptiones dilatoriæ, vſq; ad litis cõteſtationẽ, abſq; vllo miniſterio iudicis proximè, & immediatè ab ipſa lege concedi, iuxta expreſſum Imperatorium reſcriptum in l.fin. C.de exception. in illis verbis, *legũ decreuit authoritas*, qua immediata conceſsione nõ obſtante poſſunt iudices inferiores, tale tẽpus reſtringere. d.c.quod ad conſultationẽ de re iudic. d.l.2.ff. eod.titu. & ſic inter omnes obtinuit in praxi, igitur parũ, aut nihil refert, quod immediatè à lege cõceſsiones fiãt ad auferendã iudicibus poteſtatẽ minuendi, & coarctandi dilationes â iure præfinitas, ac perconſequens ſupradicta diſtinctio inter dilationes, mediante iudicis miniſterio, vel immediatè conceſſas caret omninò iuris fundamento.

Accedit efficax cõſideratio ad euertendã ſupra poſitã diſtinctionẽ, quoniã ſi attentius perpendamus dilationes, & tẽpora à iure cõceſſa, legibus quidẽ tribuẽda ſunt, & nequaquã ipſis iudicibus, atq; id quãuis ſine veritatis præiuditio concederemus, ita demũ dari ſi iudicis interueniat miniſterium, quod revera non tollit, quominus â lege data dilatio cẽſeatur, iudicis enim poteſtas, atq; facultas miniſterialis eſſet, & veluti quodã inſtrumentũ reſpectu illius, quod ipſa lex intendit: denique non aufert, neq; minuit legis conceſsionẽ, quod expediẽda ſit mediante iudicis miniſterio, ſemper enim in tali caſu dilatio tribuitur legi, â qua dimanat & proficiſcitur, & nõ iudici, cuius poteſtas quo ad talẽ cõceſsionẽ nõ debet attẽdi, neq; cõſiderari, tex. per argumentũ in l.vnũ ex familia. §.ſi de falcidia. ff. de leg.2. iuncto c.is cui de offic. de leg. lib.6. facit. c. paſtoralis. §. quia verò, extra eod.tit. in illis verbis, *cũ nõ cognitio, ſed executio demandata ſit*, quorũ argumẽto parũ, vel nihil referre videtur, quod legũ cõceſsiones dẽtur medio iudicũ miniſterio, vel non, quibus cũ nõ cognitio, ſed executio demandetur, vt aliàs in ſpecie.d. §. quia verò ſolũ attẽditur, ipſiusmet legis indultũ, quid quid glo. in c.ſi tibi abſenti de præb. in 6. verb. *terminũ*, innuat oppoſitũ tenẽdũ, ibi, *Nec videtur, quod de beneficio iuris*

iuris possit Episcopus diminuere,&c. quatenus illa glossa defectum potestatis diminuẽdi in Episcopo in eo cõsiste revoluerit,quod minuendũ esset de beneficio iuris, in quo vis facienda nõ est,nec insistẽdũ.d.glossæ quãuis Andr.Tiraq.de retractu lib.1.§.1. gl. 10.à nu.63.perperã eã cõmẽdauerit.

8 Conuincitur præterea, dictorũ Patruũ distinctio, alio manifestissimo exẽplo, quod propositã regulam de cõcessione immediatè, vel ministerio iudicis facta euertit, atq; labefactat,si cõsideres spatiũ quadrimestre miserationis causa condẽnatis datũ ad soluendũ ab ipsamet lege immediatè cõcedi, absq; eo quod interueniat,aliquod iuris ministeriũ,vt probat tex.in l.3.ibi,*post datas á nobis quadrimestres indutias.*C.de vsur.rei iudi. iuncto c.quærenti,vers.*nos tamen*,ibi, *à lege reo conceditur*,de offic. deleg. & nihilominus dictũ quadrimestre tẽpus,si se se obtulisset aliqua iusta causa,posset per iudicẽ augeri & minui, prout sibi magis videbitur expedire: ex toties allegatis iurib' in d.c.quod ad consultationẽ, & in d.l.2.ff.de re iudic.igitur his atq; alijs exẽplis confundi videtur traditio superius relata, & corruere diuisio illa inter indulta,& beneficia immediatè à Principibus,vel legibus emanata,& quæ cõceduntur mediante iudicis ministerio, nulla enim differẽtia quo ad propositũ inter vtramq; concessionem versatur,vt patet ex dictis.

9 Vnde infertur minimè etiam defendi posse, aliam glossę distinctionẽ in d.reg.indultũ, quę voluit cõstituẽdũ esse discrimẽ, inter hoc quod est terminũ prorrogare, illumq; restringere & coarctare, vt iudex prorrogationem rectè cõcedere possit restringere nõ ita,quãquam d.glossę doctrinam sequuti fuerũt Franciſc. Riparien.post Alexan.in d.l.2.Ang. Paul. & alij, relati per Felin. in d.c. quod ad consultationem,num.8.adducti authoritate tex. quẽ sic intellexerunt in l.4. §. si quis cõdemnatus, vers.*sin autem*. ff. de re iudic. Verum non videtur differentiæ ratio facilè constitui posse inter prorrogationẽ ex vna parte, ac restrictionẽ termini ex alia: rationes enim propositæ, peræquè vigent in prorrogatione, ac in restrictione termini:semper enim dare debemus immutationẽ legũ ab inferioribus factã, in his quæ per legẽ,vel Principẽ statuta decretaq; sunt.Præterea expeditũ est,libe rum fore iudicibus minuere terminũ à lege concessum,ad prosequendam appellationẽ, qui proculdubio eundẽ terminũ prorrogare nõ valẽt, ex reg.tex.in d.c.oblatæ:ergo minimè est cõstituenda differẽtia in proposito inter coarctationẽ & prorrogationẽ termini, nõ enim est maior ratio,cur iudex aliquid immutare valeat in vno quàm in altero.

10 Quare Bart.vbi supra,& alij,qui eũ postea sequuti sunt,aliã distinctionẽ excogitarunt ad prædictũ disidium cõponendũ inter ablationẽ beneficij,seu gratię à Regibus concessæ,in totũ per iudicẽ inferiorem faciẽdã, & eũ casum in quo ablatio, seu diminutio,non fiat in totũ,sed pro parte, vt nullatenus possint iudices Principũ gratias in totũ tollere,ex d.reg.indultũ de reg.iur.in 6. rectè tamẽ valeãt,eas minuere pro parte,legitima subsistente causa,iuxta decisionẽ,sic accipiẽdã & intelligẽdã in d.c.pastoralis,& in d.l.2.cũ similib.qua distinctione vsus fuit etiã Speculator in tit.de citatione.§.nunc de tempore, vers.fin.post glossam in l.quod iussit ad fin. ff.de re iudic.

11 Verũ ista secunda Bart.Speculatoris,glossæ,& aliorũ distinctio,multo minus sustineri potest,quã præcedẽs

ad

Digitized by Google

ad quam tollendam, eadem prorſus oportebit incedere via, conſtituẽdo nonnulla exempla, in quibus ſermo ſit de auferẽdo tẽpore pro parte, ſeu de ipſo diminuendo, & non de tollẽ da in totum dilatione à lege data, & nihilominus inferioris iudicis man° ligatæ ſint ad præfinitũ tẽpus minuẽ dũ, vel coarctandũ: ad cuius compro bationem prodeant, & pro alijs exẽ-plis loquantur expreſſa iura, in c. cõ-miſſa de elect. in 6. & in l. 1. ad fin. ff. de ferijs, nec non l. 4. §. ſi quis con-demnatus, ff. de re iudic. in quorũ iu riũ ſpeciebus mentio non fit, de abla tione temporis ſimpliciter & abſolu tè in totumque faciẽda, ſed dũtaxat de diminutione eiuſdẽ, quo nõ obſ-tãte, cõſtanter negauerunt prædicta iura, poſſe fieri per iudices inferiores, ex eo (ni fallimur) quia teſtè Bonifa-ci. indultum â iure beneficiũ, non eſt alicui auferendũ, quę regula procul-dubio procedit, & locũ habet, nõ ſo lũ quãdo beneficiũ, tẽpus, ſeu indul-tum aliquod â iure cõceſſum, penit° aufertur, verumetiã ſi cõtenderit iu-dex in partẽ auferre, eadẽ enim ratio eſt toti° ad totũ, & partis ad partem, ex vulgata regula, l. quæ de toto, C. de reivendicatione.

12 Et præterea conuincitur, dicta tan-torum Patruum opinio, ex doctrina ſæpè à nobis repetita, qua docuimus nullo pacto locũ eſſe poſſe, inferio-rum iudicum arbitrio, niſi in caſibus, in quibus certa determinataque le-gis definitio non inueniretur, & nul lo modo, vbi tẽpus certum & deter-minatum, ab ipſa lege aſsignatũ eſt, ex toties allegato c. de cauſis, §. 1. de offic. de leg. & ex d. l. 1. ad fin. ff. de iu re deliberandi: denique vrget cõtra eandẽ partẽ, quod notiſsimum eſt, in ferioré nullatenus poſſe, ſtatuta Prin cipũ immutare, nec minus vt dixim° immutaſſe dicetur, qui tempus abſtu lerit in partem, quam qui ſubſtuliſ-ſet in totum, vtroque namque caſu, indultum â iure beneficium, videbi-tur auferre cõtra notiſsimas iuris re-gulas legumque præcepta, quæ in-fringere fas non erit.

13 Quibus ita conſtitutis reliquũ iam eſt, vt lector qui relata ſapientiſsimo rum Patruũ audiuerit genera inter-pretãdi, eorumque improbatas vide rit opiniones, nouũ aliquid & inaudi tũ â nobis dicẽdũ ſpectet, ego verò à quo arrogãtię ſtudiũ lõgiſsimè abeſt breuiter ſimpliciterque meã in hac parte ſẽtẽtiã proferã, vel iuriũ, potius gloſarũque & grauiſsimorũ Præcep torũ, ſincerè mentẽ aperiam, vt quid in poſterũ in hac retenẽdũ ſit, facili° intelligatur. Exiſtimo igitur nõ ſatis, iuxta bene fundatã iuriſprudentiam Bartolũ doctiſsimorũ Magiſtrũ, & a-lios, qui eũ ſequuti ſunt, conſtituiſſe regulã affirmatiuã, circa ſubiectã ma teriã, abſolutè docentes, poſſe iudi-ces tẽpora â legibus data, modo pro rogare, modo reſtringere, prout illis expedirè viſum fuerit, qui (vt credo) nõ omninò perceperũt, deciſsiones iuriũ in d. c. paſtoralis de exception. & in d. l. 2. iũcto c. quod ad cõſultatio nẽ de re iudic. l. diffamari, l. Titia, ff. de accuſat. l. ſi ea. C. qui accuſare nõ poſſunt, l. ſicut, l. cũ notiſsimi, C. de prę ſcrip. triginta iũcto prin. inſtit. de perpet. & temporal. cum plurib. ſimi-lib. credentes ex dictis iurib° præfa-tã affirmatiuã iuris regulã, quam ipſi Bart. & ſequaces deduxerũt, rectè co ligi poſſe, cũ nihilomin° imò negati ua poti° regula præmitẽda ſtatuenda que ſit, qua deinceps omnes intelli-gam°, iudices inferiores nõ potuiſſe vnquã, nec poſe extẽdere, aut reſtrin gere, dilationes â iure datas, niſi ali-quãdo ex iuris, ſeu Principis indulgẽ tia in aliquib° caſib° ab ipſiſmet legi-bus expreſsis, ita vt reijcienda ſit in

hac materia affirmatiua regula, quæ tantum iudicibus tribuebat, vt in illorum manibus collocaret præcioſiſimi temporis reſtrictionem, pariter & prorrogationem ſupremo Principi, & ipſismet legibus, per quandā excellentiā reſeruatam, amplectēdaque regula negatiua, iuxta quā ligatæ maneant, ipſorum iudicū man°, ad prorrogandum, ſeu minuendum, quodcumque tempus à iure datum, neque indultum à iure beneficium poſsint auferre, idque niſi in aliquibus caſibus ſpecialiter dictis iudicibus à iure conceſsis.

14 Qua ratione interpretēda ſunt iura in d.c. paſtoralis de exception. d. c.cum ſit Romana, c.oblatæ de appellation.l.diffamari, C.de ingenuis manumiſsiſ.l.prę ſcriptionē, C.de exception. c. paſtoralis de cauſa poſſeſ. & propriet.d.l.qui accuſare, d.l.Titia, l. ſicut, l.cū notiſsimi, cū pluribus alijs poteſtatem facientibus ad coarctandas, ſeu minuēdas dilationes, ſeu alia indulta beneficia, & conceſsiones à lege factas, vt ex illis alijsque ſimilibus nullo modo generalis regula deduci poſsit, neque potuerit vnquam ad affirmandū poſſe iudices tēpora, ſic reſtringere, vel prorrogare, quinimò ſingularia quædam præcepta ſint circa prorrogationes, vel reſtrictiones dilationū, ſeu terminorū ſpecialiterque procedāt in ſuis ſpeciebus, & caſibus de quibus loquūtur nō offenſa, ſed limitata dūtaxat' negatiua regula, quę habet nōvalere inferiorem iudicē tēpus certum à lege datū prorrogare, ſiuè minuere.

15 Quā veriſsimam conſiderationē (quæ noſtra nō eſt) in effectu tradiderūt Andr.Tiraq.in prę fat.de pœn. temper.à n.1.& 2.cum ſeqq.Iaſ.in d. l.2.ff.de re iudic.nu.22. & plures alij quorum meminit Fran. Kipparienſ. ibidem num.14. tenuit Immola in d. cap. cum ſit Romana de appellationib. Didac. Perez libr.3. ordin. l. 1. titu. 3. verſic. *quid erit*, poſt Anton. Gabr.lib.3.commun.titu. de dilatio. tomo 1.num.18.qui omnes communem dixerunt, & ante eos, ita in re ſenſerat gloſa in dict.capi. paſtoralis de exception.verb.*dilatorie*, facitque mirum in modum pro hac conſideratione, ratio quæ cōmuniter deſumitur, ex d. c. cum inferior de maiorit. & obedien.l.1.ad fin.ff.de iure deliber.l.1.§.1.etiam in fin. ff. ad Turpilian.d.c.de cauſis, §.1. de officio deleg. nec non fortiter comprobatur, ex reg.l.adulter.C.de adulter.l.1. ad fin.ff.de ferijs, c. indultū de reg. iur. in 6.quorum iuriſū rationes, & fundamenta, valdè quidem pro hac parte negatiuæ regulæ contra affirmatiuā militant, & vrgent.

16 Tandem facit, efficax ratio ſi expē das, quod vbicumque in iure noſtro aliqua ſpecialiter in aliquibus caſibus concedūtur & indulgētur ſignū apertū eſt, ſtare regulā in contrariū, vndè ſi in dictis iuribus facta fuit poteſtas ſpecialis iudicibus inferiorib° tēpora à iure data, reſtringendi & aliquādo prorrogandi, legitimis ſubſiſtētibus cauſis cōſequēs fit, eiſdēmet iuribus cōprobari eſſe regulā in contrariū circa omnes alios caſus: ex iuris principio, de quo in l. cū Prætor, ff.de iudicijs, l.nā quod liquidè.ff.de penu legata, & res videtur expedita, cū in hac materia certi ſimus de regula ſecundū quā, nō poteſt inferior ſuperioris immutare præcepta, quod ſi aliqua iura ſunt, vel fuerint, oppoſitū aſſerentia, annumerari debebunt, inter talis regulæ exceptiones, nō vero dicendum quod illam infringere, ſeu labefactare videantur.

17 Etvſq; adeò vera eſt dicta regula negatiua, id eſt nō poſe iudices, tēp° à lege aſsignatū coarctare, nec prorogare,

vt

vt neque ex cauſa id facere poſsit, niſi expreſſa ſit, & approbata â iure, nihilque interierit adeſſe cauſam de ſe aptã, & acõmodatã ad inducendũ ipſius iudicantis animũ, ſed inſuper oportebit omninò illam iuris authoritate fulciri, & comprobari: ita vt prædicta iura, quæ limitare diximus præfatam regulam negatiuam, quatenus iudicibus poteſtatem faciunt, in aliquibus caſibus augendi, & minuendi dilationes, ſubſiſtẽte legitima cauſa, intelligenda ſint de approbata & expreſſa in ipſa lege, vt neque ſufficiat cauſa, aliàs iuſta, & quę de ſe poſſet mouere iudicis animum.

18 Solet autem in propoſito legitima cauſa reputari abſentia ocaſione Reipublicæ, & in communem vtilitatem, ſeu aliud legitimum impedimẽtum, ſi contigiſſet aliquem ex litigantibus iniuſtè, & per vim detineri, ſeu alio modo impediri, quominus negotium proſequeretur, quo caſu ius ipſum poteſtatem iudicibus facit, ad immutandum tempus â lege datum, per prorrogationem nouamvè dilationem: ex traditis â Doctoribus per text. ibi in cap. quia diuerſitatem de conceſsione præb. & in l. 1. C. de annali excepti. traddit latè more ſuo, And. Tiraq. de retra. §. 35. glo. 4. num. 46. Roman. in dict. l. 2. ff. de re iudic. Anton. Gabr. libr. 2. commun. titu. ex quibus cauſis maiores à nu. 3. Aretin. conſ. 160. num. 6. poſt gloſam in auth. ei qui, C. de tempor. appella. & probat tex. in l. planè in fin. ff. de petitio. hæreditat. dixit communem Aret. d. loco, & ita praxis obſeruat.

19 Præterea ſubijci poteſt exemplũ, alteri° cauſæ in iure expreſſę ob quã poſſunt & conſueuerunt iudices tẽpora legibus limitata prorrogare, in beneficio reſtitutionis in integrum, quando ſcilicet litigantes ſunt ætate minores, vel funguntur minorũ offi-

cio per ſpecialem legis indulgẽtiam, mediante auxilio in integrum reſtiturionis, poſſunt & debẽt admitti, etiam poſt dilationes tranſactas, ſicuti reſtitui conſueuerunt minores cõtra ommiſſam, vel perperam emiſſam allegationem, ad eundem etiam modum reſtituuntur aduerſus tẽporis tranſcurſum, ſi appareat eos fuiſſe læſos in ommitenda allegatione, vel in eo, quod tempus trãſierit, ſicuti voluerunt Iacob. Menoch. de arbitrar. Cẽturia 2. caſu 175. n. 12. Anto. Gamma, deciſ. 10. n. 10. Anton. Gomez. 2. tom. cap. 14. n. 5. & probant expreſſa iura, in l. minor. 36. ff. de minorib. & in l. pen. C. de in integrum reſtitutione, & in Clemen. vnica eodem titu. dixit communem Gomez vbi proximè, & ita vſu & conſuetudine omnium Tribunalium, frequentiſsimè receptum eſt, vt minores aduerſus temporis tranſcurſum ommiſſam allegationem, & id genus læſiones alias potiantur, & gaudeant beneficio reſtitutionis in integrum, quo iubantur, vt illis de nouo dilationes dentur, iterumque admittantur ad allegandum proponendosque articulos, illosque proſequẽdos & probandos, atque adeò etſi certũ ſit, generaliter & abſolutè, nequire iudices tẽpus â iure datũ limitare, aut prorogare, nihilominus in caſib° â iure expreſsis, & ſtãte legitima cauſa, ex approbatis â lege, & reſtringere & prorogare valebũt tempora ſeu dilationes â iure conceſſas, neque interierit recurrere ad illam diſtinctionem, de dilationibus conceſsis, ita vt iudicis miniſterio forent expediendæ, ſeu immediatè ab ipſa lege, etenim vt ſuperius traddidimus, par ratio eſt in vtroq; caſu cõſtituẽdę dictę regulę negatiuæ, & ſiuè iudicis miniſterio expediantur, ſiuè non, nullatenus poterunt iudices, extendere, vel limitare

Digitized by Google

tales dilationes, niſi in caſibus â iure expreſsis,ſtanteque legitima cauſa â iure approbata & expreſſa.

20 Hic tamen non erit alienũ interferere, cuiuſdam dubitationis reſolutionem,quã aſſeſſoris munere fungens,Tribunalium huius ſcholæ Dominorũ Rectoris & Cõſeruatoris de facto habui, an ſcilicet dicta regula negatiua procedat,& locum habeat, quando dilationes conceſſæ ſunt in priuatã aliquorum vtilitatem, vt ita demum alligatæ ſint, iudicantis manus,quando dilatio in bonum priuatum,quemadmodum quãdo in commune bonum data eſt: contendebat enim quidam aduocatus non indoctus liberum eſſe iudicãtium arbitriũ reſpectu dilationum â lege conceſſarum,in priuatum commodum litigãtium, ſecus ſi datæ fuiſſent, atque cõceſſæ in bonum publicum, quo caſu aiebat, ingenuè fatendum eſſe, nullam eſſe iudicis poteſtatem,erga dilationem pro communi bono reſtrictam, vel prorrogatam, vndè interpretabatur iura facultatem concedentia iudicibus,reſtringendi termi nos iuris,vt procedant ex eo,quia in fauorem litigantium dati ſunt, ego verò licet dicti aduocati litteras ingenium,& eruditionem plurimi ſemper feciſſem parui faciendam exiſtimaui præfatam eius conſiderationẽ tanquam omninò carẽtem iuris fundamento, didici enim celebrem illam diſtinctionem, inter dilationes in bonum publicum introductas & conceſſas in bonum priuatum propoſito minimè quadrare, in eumque finem & efectum dumtaxat, fuiſſe à noſtris præceptoribus excogitatam, vt docerent quotieſcumque in fauorem partium dilatio conceditur, eas liberè poſſe, beneficio pro ſe introducto renuntiare, tam ad reſtringendas,quam ad prorrogandas dilatio- 21 nes,iuxta iura expreſſa in Clem.quã diu de appellat.in cap. fin. de ferijs, in l.properandum, C. de iuditijs, in l.vlt.§.vlti.C.de temporib. appellat. per quæ cõmunis legiſtarum & canoniſtarum ſchola ſemper docuit, & tenet integrum eſſe litigantibus dilationibus ſibi fauorabilibus renũtiare,ſecus ſi in ipſarum partium odiũ, aut in communem vtilitatem introductæ ſint:in qua ſpecie rectè procedit diſtinctio illa,inter dilationes in bonum priuatum,ſiuè publicum introductas: reor tamen reſpectu ipſorum iudicantiũ,nihil intereſſe, quod tempora conceſſa ſint, magis in publicam, quam in priuatam vtilitatẽ, vtroque enim caſu conſtituere debemus regulam negatiuam,atque perpetuã,vt iudices,niſi in caſibus â iure expreſsis,& ſimul ſubſiſtente cauſa à lege expreſſa,& approbata,nulla tenus valeãt dilationes prorrogare, ſiuè reſtringere:quæ doctrina præter quamquod ratione probatur(id nãque quod noſtrum eſt,ſine facto noſtro,in aliũ transferri non poteſt, vndè cũ dilationes datę in priuatã vtilitatem,velut ſint ipſarum partiũ, niſi illis cõſentiẽtibus,quod iudex, quid quã immutare non valeat,pluſquam manifeſtũ eſt,argumento vulgatiſſimi tex.in l.id quod noſtrũ, ff.de reg. iur.) manifeſtè etiã tradditur, atque docetur à I.C. in l.1. ad fin.ff. de feriijs,vbi ſermo fuit de tempore in bonum priuatum introducto, quomodocumque igitur conceſſę ſint dilationes,nullum erit iudicantis arbitrium ad illas prorrogandas, ſeu reſtringendas, niſi in his ſpeciebus, in quibus interuenerit ſpecialis iuris cõceſsio cum dicta cauſa expreſſa legibusque approbata.

Ratio autem ſpecialitatis,propter quã iudices inferiores, tẽpora a legibus data, extendere, vel limitare in qui-

quibuſdam caſibus poſſunt, in eo cõ ſiſtit ne reſtricta, vel diminuta foret ipſorum iudicantium authoritas, ſi non poſſent imminentibus neceſsitatibus ſuccurrre, oblatis circũſtantijs, ſuadentibus nonnumquam intra longius, nõnumquam intra breuius tempus quã â lege conceſſum eſt, oportere negotia expediri, aliquando enim ob magnas diuitias ipſi⁹ rei cõuenti, aliquando ob paupertatem, aliquando propter loci diſtãtiã, in quo immobilia bona ſuper quibus executio facienda eſt conſtituta ſunt oportere cõtingit, modo prorrogare, modo terminũ â lege datum reſtringere, quare iure optimo iudicum arbitrio relictum eſt, vt videant, atque conſiderent expediat ne datas dilationes reſtringere, ſeu prorrogare aliter enim, niſi totum hoc eſſet, penes arbitrium iudicantium facilè cõtemneretur eorum authoritas.

22 Vndè iã patet ſolutio ad initio propoſitas difficultates, præcipuè ad c. paſtoralis de exception. cũ ſimilib⁹, vt quãuis exceptiones dilatoriæ, opponi valerent, vſque ad litẽ cõteſtatam, nihilomin⁹ poſsit iudex reis cõuentis terminum aſsignare ad oppo nendas exceptiones dilatorias, quia niſi iudex facultatẽ haberet, dictum terminũ aſsignandi, poſset reus conuẽtus iuditiũ eludere, & impedire litis conteſtationẽ, quippè antequam ſuper exceptione pronuncietur, lis conteſtari non poteſt, atque ideo eſſet in poteſtate rei conuenti differre litis conteſtationẽ, quod abſurdũ, vt minimè ſequeretur rectiſsimè ſtatutum eſt, in d.c.paſtoralis cũ concordãtibus, vt iudex pro ſui arbitrio certũ terminũ aſsignare poſſet, ad opponendas dilatorias exceptiones, ne in in maximũ actoris detrimentũ reus conuẽtus ex malitia ſua cõmodũ reportaret, omniaque alia iura in quibus ſimilis poteſtas iudicibus data eſt, continẽt ſpeciales caſus à legib⁹ expreſſos, namque vt diximus conſtituenda eſt regula negatiua, atque perpetua, vt non poſsint iudices regulariter tẽpora reſtringere, neque coarctare, qua ratione accipienda intelligẽdaque ſunt iura, in c. quod ad conſultationem de re iudic. & in l.1. ff. eodem.

23 Et redeũtes ad ſpeciẽ d.c. paſtoralis, iuriumque ſimiliũ, cum inconueniens illud, quod timebatur ſi terminus ad opponẽdas dilatorias, nõ poſſet reſtringi per iudicẽ, in peremptorijs minimè ſequatur, ſaltem generaliter, exceptis quæ enumerantur in c. vnico de litis conteſtat. in 6. merito in exceptionibus peremptorijs non inuenitur id ipſum per leges diſpoſitum, quinimò ſeruanda videbatur dicta regula negatiua, ſicuti in alijs pluribus dilationibus, v.g. in ſpatio decẽ dierũ ad appellandũ conceſſo, ex doctr. gloſę in dict. c. paſtoralis, verb. *dilatoria*, quãuis cõmunis opinio, cuius ſuperius meminimus d.c. paſtoralis, & iura ſimilia intelligat quoque in exceptionibus peremptorijs.

24 Vndè etiã interpretor egregiũ Imperatoriũ reſponſum, de quo in l. diffamari, C. de ingenuis manumiſ. alia que iura eiuſdẽ generis, quæ ex aduerſo ſupra conſiderabamus, vt quatenus voluerunt actores per iudicẽ compelli poſſe, ad intentandas actiones, acculationesque proponendas intra tempora à legibus conceſſa intelligenda ſint, ſpeciali quidẽ ratione procedere, etenim ſi ille qui proximũ diffamat cogi non poſsit ad accuſandũ, etiã ante tẽpus à iure conceſſũ, proculdubio ille cõtra quẽ inſurgeret iactãtia, dedecoris infamiæq; notã incurreret, quo ſpeciali fundaméto adducta, iura prædicta opportunè ſtatuerunt, cogi quem poſſe,

Digitized by Google

ad accuſandum actionemque proponendam, quibus ſpecialibus rationibus ceſſantibus dictæ regulæ negatiuę, ſemper ſtandum erit, vt contingit in dilatione octo dierum concessa ad probandam oppoſitam exceptionem, cuius mentio fit in cap. pia de exception. in 6. etenim cum per legem non reperiatur, data facultas minuendi, aut extendendi dictum octo dierũ ſpatium firma manet prædicta negatiua regula, ſecundum quam in his, quæ per leges Principũvè cõſtitutiones ſtatuta ſunt, iudicum inferiorum nullæ ſunt partes.

Summaria ad Controuerſiam 11.

1 *Nihil eſt in iure adeo ſubtile, quod vtile eſſe non poſsit ſi in ditium adhibeatur & referuntur dilationes omninò in priuatæ vtilitatem conceſſæ & iura de illis agẽtia.*

2 *Referuntur dilationum genera, quæ bonum publicum attendunt & allegantur ſingula iura ſigillatim.*

3 *In aliquibus negotijs licet iudicibus dilationes à lege conceſsas prorrogare coarctare verò minimè, in aliis verò licet limitare, extendere autem, nequaquam, quorum exempla ſubijciuntur.*

4 *Si litigantes eidem renunciare valeant ſignum eſt dilationem ſpectare ad priuatam vtilitatem, ſi autem non poſsint apparebit eſſe iuris publici.*

5 *Ex dictis colligitur omnes dillationes à legibus conceſſas iuris publici eſſe, quemadmodum enim leges in bonum commune neceſsario feruntur, ita quidquid per illas praecipitur communem directè reſpicit vtilitatem, non autem priuatum bonum.*

6 *In obſeruatione legum principaliter ius publicum verſatur, lex namque non cuiuſcumque, ſed Principis praeceptum eſt, appellaturque honorificentiſsimis compellationibus, quæ manifeſtam redolent ſuperioritatem.*

7 *Mirabile quidem eſt legẽ diſſinire poſſe, vt ea quæ iam in ſe producta & facta ſunt pro infectis habeãtur, quæ maxima virtus & authoritas legis ab eo principio dimanat, quod obſeruantia ipſius legis iuris publici ſit, & quomodo vtrumque intelligendum ſit explicatur.*

8 *Licet controuerſum ſit an litigãtes prorogare valeant fatalium tempus verior communior & magis practicabilis opinio eſt non poſſe.*

9 *Similiter prorrogare non poſſunt inſtantie tempus, nec ſpatium datum ad appellandum, quemadmodum, nec tempus conceſſum ad proſequendas appellationes.*

10 *Ex eo tales prorrogationes minimé admittuntur, quia nocerent iuri publico, & communi bono quod qua ratione intelligendum ſit explicatur.*

11 *Non placet Panormitan. diſtinctio inter hoc, quod eſt ſuſpendere & prorrogare fatale tempus, quæ verbis magis quam rebus impoſita cenſeri debet, & ratione convincitur.*

12 *Probatur contraria ſententia dilationes ad ius priuatum principaliter ſpectare, & explicatur l. fin. §. fin. C. de temp. appellat.*

13 *Cõfirmatur alio argumento dilationes ius priuatum reſpicere non publicum, quin tempus fatale iuris priuati*

Digitized by Google

ti eſt.

24 *Non valet argumentum de iudice ad litigantes negatiué, vt quæ iudex nequit partes litigantes facere non poſſint vſitatum namque eſt in iure, vt ſæpè iudices præſtare non valeant, multa quæ partes perficere poſſunt, quorum exempla ſubijciuntur & explicatur, c. oblatæ de appellationib.*

25 *Si partes litigantes in arbitros compromittant, ſtatim ceſſant & non currunt tempora ad proſequendam appellationem, quare talis dilatio in bonum priuatum data cenſeri debet.*

26 *Multa per leges & Principum conſtitutiones ordinata ex partium conſenſu remittuntur, quorum exempla proponuntur hic, vt quando de conſenſu litigantium per vnius teſtimonium non iuratum, imò ipſiusmet partis, decidatur lis, quibus omnibus facilè renunciari ſolet.*

27 *Erſi defuncti voluntas pro lege habeatur, ei tamè partes renũciare valent, imò & omnibus ſolemnitatibus teſtamentorum, & quamplurimis legum præceptis, quæ renunciabilia ſunt ſicuti filij legibus præcipientibus ſibi dari ſuam legitimam quotidie renunciant, vt maioratus aniuerſaria, & capellaniæ ſortiantur effectum.*

28 *Exempla iuris publici bene conſtituũntur in legibus conſtitutionibus conſuetudinibus, iuris verò priuati, in actionibus dominio poſſeſsione, vel alijs iuribus partib' cõperentibus, et intelligitur l. nemo poteſt de leg. 1.*

29 *Bene poteſt contingere rem eſſe iuris priuati, & minimè renunciabilem, aut remiſsibilem per partes, & referuntur quædam exempla.*

30 *Ex quo homines ſuis priuilegijs renũcient, non leditur ius publicum, etiã ſi contenta ſint in corpore iuris, quæ erga priuilegiatos meram gratiam, erga alios verò præceptum continent legumque habent vigorem.*

31 *Leges inducentes ſolemnitatem, ſiuè formam, aut requiſitum neceſsariũ irremiſsibiles ſunt, aliæ autem quæ verſantur circa conſeruandum ciuium patrimonium bene remittuntur vt in exemplis propoſitis.*

32 *Omnes leges intendunt bonum communitatis diuerſimodè tamen, quedam enim illud intendunt in ipſa communitate, & in vniuerſum alie in priuatis hominibus, & circa ſingulas perſonas, licet in ordine ad ipſam communitatem, vt in exemplis quæ hic adducuntur.*

33 *Dilationibus importantibus ius publicum non poſſunt litigantes renunciare, ſecus ſi ius priuatum importent.*

34 *Non placet exiſtimatio aſſerentium, leges circa ſubſtantialia irremiſsibiles eſſe, non verò circa accidentalia, & potius philoſophandum erit, iuxta præfatam diſtinctionem de legibus reſpicientibus bonum cõmune, vel priuatum.*

35 *Semper tenenda eſt regula negatiua, vt iudices regulariter nequeãt coarctare, aut prorrogare tempus præfinitum á iure, niſi ob expreſsam iuris conceſsionem, atque ideo dilationes generaliter ſunt, iuris publici, licet aliquando ad ius priuatum pertineant.*

36 *Data facultate iudici, vel parti immutandi tempus á lege ſtatutum, adhuc non poterit index tempus prorogare, ſolumque cenſebitur data facultas ad reſtringendum, quæ nõ tollit quominus dilatio in bonum publicum aſsignata videatur, & intelligantur iura, in c. cum ſit Romana, et in c. oblatæ de appellat.*

Digitized by Google

27 *Data facultate peculiariter & nominatim ad restringendum & prorrogandum tempus à lege assignatũ omnis dilatio poterit immutari, siue in bonum publicum, siue in priuatũ cessa sit, ad prorrogationem tamẽ necesse erit exprimere causam, quæ nõ præsumetur, non sic ad restrictionẽ, cuius subtilis diferentiæ ratio assignatur.*

28 *Interpretatur text. difficilis in l. 4. §. si quis condemnatus ff. de re iudi. & explicatur cur ibi valuerit iudicis prorrogatio supra tempus à lege datum sine expresione legitimæ causæ.*

29 *Attento vigore iuris tempus fatalium sicuti, & quod vis aliud principaliter in favorem publicum concessum non poterit prorrogari etiam ex consensu partium.*

30 *Subtili & eleganti ratione intelligitur text. in authent. si tamen. C. de ẽ po. appellat.*

31 *In prophanis extra casum arbitrij (in quo specialiter procedit dicti authentic.) non possunt litigantes impedire cursum temporis dati ad prosequendam appellationem, & intelligitur clem. quandiu de appellat. ut solum procedat in suo foro.*

32 *Aliquando dilationes sunt iuris publici, aliquando iuris priuati, nec potest dari certa regula, quinimò ex iuribus materia subiecta, & alijs circunstantijs id statuendum erit.*

CONTROVERSIA 11.

Vtrum quæcumque dilatio à lege cõcessa duplicem habeat respectum, videlicet boni publici cuius interest lites finiri, & insuper boni priuati respectu cuius conceditur, & an in dilationibus priuata potius, quã publica vertatur vtilitas, vel è conuerso, cuiusque effectus sit, vel esse possit in praxi talis disputatio.

1 QVI intimè iuris prudentiæ archana penetrauerit, facilè cõperiet nihil esse in iure adeò subtile, quod vtile esse non possit, si modo iuditiũ adhibeatur; quam doctrinam ideò præfari volui, ne aliquis existimet, nos de proposita quæstione differentes, araneæ telã cõtexere subtilẽ quidẽ, sed quę parũ sit vtilis, omne enim dilationum iudicialium emolumentum, omnisque cognitio, atque resolutio plurimarum decisionum iuris prac-

Digitized by Google

practicabilium, pendet ex notitia illius puncti; vtrum dilationes à iure conceſſæ ſint iuris publici, vel priuati: vnumque an alterum reſoluamus multum intererit, vt ex dicendis apparebit, & quidem æquiuoca res eſt, atque ideo ambigua ſatis controuerſia, ne dicã nouã, Horatianũ illud ſequutus, *communia nouiter, & noua communiter*, quædã enim dilationes ex his quæ frequentiſsimè in iudicijs exercentur peculiares ſunt in priuatamque vtilitatem omninò conceſſæ: cuius modi eſt dilatio illa, intuitu pietatis à lege data in gratiam reorum, miſerabilium, iam condemnatorum cuius mentio in nonnullis iuribus habetur, nempè in l. 1. cum ſequentibus, C. de vſuris rei iudic. in l. 2. ff. de re iudic. in cap. quod ad cõfultationem eod. tit. ſimiliter tempus à lege conceſſum hæredi inſtituto, ad ſecum conſtituendum & deliberandum, vtrum velit vel expediat ſibi hæreditatem adire nec ne, cuius meminere expreſſa iura in l. fin. §. & hæc quidem, l. cum in antiquioribus, C. de iure de liber. l. 1. & 2. ff. eod. titu. vulgaris text. in auth. oferatur, C. de litis conteſtatione, in quibus iuribus tempus ſtatutum eſt hæredibus inſtitutis, iuſque deliberandi conceſſum, ne temerè & ſubitò aliorum hæreditatibus ſe intererent tanto ære alieno opreſsis, vt non facilè ſoluendo eſſent. Denique ſpatium feriarũ apud nos vſu & cõſuetudine receptum, de quo in l. 1. ff. de ferijs, abſque dubio pertinet ad ius priuatum, in quo fauor potius priuatus cernitur, & gratia illorum quibus tales feriæ conceduntur, nulliusque odium, aut pœna, & tandem dilationes litigantibus datæ, vt intra certum tempus teſtibus, vel alijs probationum generibus ſuas intentiones confirment, cæteraque ſimilia dilationum genera, explorati profecto iuris eſt, priuatũ ipſarum partium commodum reſpicere.

2 Aliæ verò dilationes ſunt, quæ bonum publicum attendunt, cuius multum intereſt, quod lites finiantur, neque ſint immortales, vt vel ſic partes litigantes, non vexentur immodicis expenſis, præcioſive temporis iacturam patiantur, quæ mala mirũ in modum fugere, vitarique deſiderarunt, legum & Canonum conditores, in l. properandum, C. de iudicijs, & in cap. 1. de appellation. lib. 6. capit. finẽ litibus, de dolo & contumatiacum ſimilibus, v. g. quãdo lex, vel Princeps, vt coerceat dolum, atque malitiam litigantium, qui conſueuerunt lites, ſeu negotia temerè differre, certum præfinit tempus intra quod aliquid faciendum, vel non faciendum præcipit, cuiusmodi eſt tẽpus à lege datum ad proſequendam appellationem, de quo in cap. oblatæ de appellation. & in auth. ei qui, C. de temporib. appellatio. terminus etiam decẽdierum ad interponendam appellationem conceſſus, de quo in authentico de appellation. in prin. collat. 4. & in authent. hodie, C. de appellationi. inſuper ſine cõtrouerſia ad ius publicum ſpectat, tempus illud inſtantiæ, cuius meminit Imperatoriũ reſponſum in dict. l. properandum, C. de iudic. præterea ſi propter nimiam iudicantium ſocordiam, ſeu negligẽtiam in dilationibus conſtituendis, Princeps ſeu lex certum tẽporis ſpatium, quo partes gaudeant conceſſe tint, ſi iudex negligẽs fuerit in aſſignando illis termino, talis dilatio publicam etiam reſpiciet vtilitatem, neque videbitur in priuatum commodum certum illud tempus aſſignatũ, iudexque non poterit eo caſu talem dilationem reſtringere, neque prorogare extrita & peruulgata iuris regula,

gula,quæ habet prouiſionem hominis tollere,prouiſionem legis cuius meminit Ial. poſt Bart.& alios in l.1. nu.143.C.de iure emphit.ante quos trãddiderat gloſ.magna ibidem.l. & habet,§.cum quis, ff. de præcario, l. fin.l.hac lege,C. de pact.conuẽt. ex quibus fluxit atque dimanauit allegata iuris regula,quæ ſuadet dictas dilationes,& id genus alias iuris publici eſſe,magis quam priuati.

3 Rurſus experiẽtia, atque praxi docemur in aliquibus negotijs & cauſis licere iudicibus dilationes â lege conceſſas prorrogare, coarctare verò minimè,vſque adeò vt ſi iudex limitauerit tempus,illud quod defuerit ab ipſa lege ſuppleatur,vt in ſpecie text.in dict.§. ſi quis condemnatus,dict l.4.verſ.*ſed ſi quidem*, iuncto verſic. *ſin autem*, & retrò ècontraque in alijs generibus cauſarum, liceat ipſismet iudicibus terminos reſtringere & limitare, extendere nequaquam, exempli gratia in tempore fatalium,cuius meminit tex. in dict.cap.oblatæ,verſ.*licet igitur*,quorum iurium doctrina procedere non poſſe videtur, namque non apparet maior ratio,in vno quam in altero, id eſt in prorrogatione,quam in reſtrictione termini,cũ vtroque caſu videatur iudex nullam habere poteſtatem,omninòque iuriſdictione carere,iuxta ea quæ ſuperius reſoluimus. Propter quæ & alia dilationũ diuerſa genera, iuriumque circà materiã hanc diſpares ſpecies, ex quibus nõ facilè deprehendi poterit, vtrum tales termini,& tempora á lege data, reſpiciant magis ius publicum quam priuatum, controuerſia hæc anceps & dubia eſt, in qua difficilior quidẽ exitus,quam ingreſſus,ſed (vt ille dixit) *ſero reſpicitur tellus vbi funè ſoluto currit in immenſum pandà carina ſalum*, danda ſunt igitur vela ventis quocumque feramur faxit Deus, vt quęmadmodum in præcedentibus controuerſijs,ita & in hac, quam præmanibus habemus, nauis ingenij & doctrinæ fœlici vtatur curſu.

4 Ergo ab effectu, & (vt Dialectici loquũtur) â poſteriori propoſitæ dubitationis reſolutio aucupanda erit, vt ſi viderimus dilationem terminũve â lege datum,talis naturæ,& conditionis eſſe, vt illi partes renunciare non valeant,expeditum certè exploratumque ſit ad ius publicum pertinere, cui priuatorum pactionibus derogari non poteſt; ècontra verò ſi conceſſę dilationi litigantes ipſi poſſint renuntiare,ſignum erit non adũbratum ſed expreſſum ſimilem dilationem non reſpicere bonum publicum,ſed priuatam dumtaxat vtilitatem,legem ſeu Principem attendiſſe in ea concedenda,idem igitur eſt quæſiuiſſe vtrum dilationes ad ius publicum,vel priuatum pertineant, ac ſi inquiriremus vtrum partes dilationibus renuntiare valeant, à lege datis atque conceſsis nec ne.

5 In qua difficultate,iam videtur generaliter dicendum,omnes & ſingulas dilationes,ex quibuſcumque cauſarum figuris,á legibus conceſſas iuris publici eſſe, atque ideo à partib⁹ remitti non poſſe, etenim cum ſupponamus tales dilationes per leges ſtatui,atque introduci,ad facilius iuſtitiam exibendam, redẽdumque vnicuique quod ſuũ eſt,talisque ſit legum conditio,atque natura, vt feriãdebeant in bonum cõmune ex traddit.à B.Thom.t.2.q.90. artic.2. & q. 95.artic.3.& 4.verſ.*ſecũdo eſt de ratione*,& q.96.art.3. á Couarrub. in cap. quamuis pactum,2.par.§.1. nume.5. ante fin.& num.6.poſt gloſam communiter receptam,teſtè Philipo Corneo,in authent,ſacramenta puberũ. C.ſi

C.ſi aduerſus venditionē,& Fortun. in l.1.§.huius ſtudij,ff.de iuſt.& iure adeo vt neque admitti poſsit; quod lex feratur principaliter in bonum priuatum,contra text.expreſ.in cap. erit autem lex,ibi,*pro nullo priuato cō-modo*, 4.diſt.& in l.1.ff.de leg. & in l. iura nō in ſingulas 8.ff.eodē,ipſaque lex nihil aliud ſit quam quędam ordinatio,ſeu præceptum rationis in bonum commune â ſuperiore habēte curam cōmunitatis promulgata, vt definiuit B.Thom.d.1.2.quæſt.90.artic.4.in corpore traddunt F.Alfōſus de Caſtro de lege pœn.lib.1.in princip.Anto. Gom.ex Cicer. & alijs in l.1.Tauri in prin.Soto de iuſt.libr. 1. q.1.art.1. Frāc. Conā.lib.1.cōmēt.c. 8.conſequens ſit, quemadmodum leges ipſæ,in bonum commune neceſſario feruntur,ita etiam & quidquid per illas præcipitur cōmunem directè reſpiciat vtilitatem,non autē priuatum bonum, & ex conſequenti etiā quod prædictę dilationes,de quibus noſtra vertitur dubitatio, magis & principaliter ius publicum quam priuatum reſpiciant.

6 Accedit quod lex,non cuiuſcumque,ſed ipſius Principis præceptum eſt, appellaturque honorificentiſsimis compellationibus,quæ manifeſtam ſuperioritatē importunt,dicitur enim Regina, Domina, Princeps & id genus,alijs nominibus nuncupari ſolet,vt in l.2. & 1. ff. de legib. cuius omnes ſubditi ſumus præter eūdem met Principem,iuxta celebre Imperatorium reſponſum in l.digna vox, C.de legib.quæ omnia,quia (vt diximus)notoriam redolent ſuperioritatē,videtur in legū obſeruatione principaliter ius publicum verſari.

7 Et confirmatur,quia aliâs niſi legū obſeruantia iuris publici eſſet nō rectè ſatis dixiſſet l. C. in l. nemò poteſt 55.ff.de leg.1.neminem poſſe ca uere,vt leges in ſuo teſtamento locū non obtineant,quod eo prætextu dictum fuiſſe dicendū eſt, quia legum præcepta,ſtrictè & riguroſè obſeruari,ad ius publicum ſpectat,alienūque eſt & aborret ab omni ratione,bene que fundata iurisprudentia, quod inferiores ipſisque legibus ſubiecti valeant ſe eximere â ſuperiorū præceptis,ſiuè non nihil diſponere poſsint, in eo quod ſubditi ſunt,contra ſuperiorū præcepta: contradicente vulg. reg.cap.cum inferior de maior.& obedien.præſertim cum legibus conſtringantur inferiores omnes ad ſuas actiones in bonum finem dirigēdas, vt docet B.Thom.1.2.q. 95.art. 3. & probat textus expreſſus in l.leges ſacratiſsimę,ibi,*conſtringantur*,C.de legib.vndè profluit atque dimanat,illa maxima virtus,& authoritas legis,vt ea quæ iam in eſſe producta & facta ſūt ſtatuere poſsit,ac definire, quod habeantur pro infectis,vtpotè ſi contra iura legesq; fiant, intellige quod attinet ad iuris effectus,quorum latè meminit Tiraq.vbi infra n.44. & 49. itaque probat tex.in l.filius 15. ff. de condit.inſtit.& in reg. quæ cōtra ius de reg.iur.in 6. quod mirabile quidē videtur,rerumque conditioni & naturæ repugnans,& contradicens, vt ea quæ iā ſunt in eſſe producta infecta fiant per Principum leges & cōſtitutiones,l.in bello,§.facta,ff.de captiuis Andr.Tiraq.de cōſtituto,3. p. limit.7.ex n.4. id tamen vt dicebam intelligēdū eſt,vt lex quæ facta ſunt pro infectis haberi velit in ordine ad effectus iuris,vt illa quæ cōtra iura fuerint admiſſa, nullos producāt, nec producere poſsint. Denique cum leges omnes in cōmune bonū dirigantur,& ordinentur cū ratione coniūctū & copulatū videtur, vt nullus iuri cōmuni renuntiare poſsit in præiuditiū Reipublicæ aduerſante regula

gula,l.ius nostrũ,ff.de reg.iur.& contra,l. ius publicum.ff. de pact. igitur fieri non potest,quod omnes & singulæ dilationes,quippe â legibus ordinatæ,atque præceptę ad ius publicum non pertineant, potius quã ad priuatum.

8 Præterea licet non ignorem controuersum esse in iure,vtrũ partes litigantes,prorrogare valeant, fataliũ tẽpus,didici tamen ex Baldo aduocatorũ Magistro in l. Cẽturio in fin. ff. de vulg.Bart.in authen.si tamen, C. de tempor.appellation.Alex.cõs.24. alijsque pluribus relatis à Philip. Deci.in cap.ex ratione,n.9.de appellat. vers.*secundum*, eam opinionẽ magis cõmunem esse, & practicabilẽ, quæ docet dictũ fatalium tempus á partibus prorrogari nõ posse,vt tenent citati præceptores, signũ ergo est tale tempus seu dilationem, in fauorem publicum fuisse concessam.

9 Insuper cõmune placitũ est,& concors interpretũ sentẽtia cõsensu partiũ,nullatenus prorrogari posse instãtiæ terminũ,intra quẽ lis finiri debet, vt latè traddit Gutierrez de iuramẽt.cõfirm.2.p.c.5.n.5.Andr.Tiraq. vbi supra,Ferdin.Mench. de succes. creatione,§.7.nu.39. cum seqq.post glosam ad verbũ triennij,in l. properandũ ad fin.C.de iudic. & cõmunẽ Doctorũ ibidem per text.express.ad id in d.l.properandũ afferentiũ, terminũ instãtiæ,intra quem causa terminari debet, non posse prorrogari partiũ cõsensu, vt cõmunis est, testè Tiraq.& alijs vbi proximè. Nec non celebre illud,decem dierũ spatiũ,cõdemnatis ad appellandũ concessum, minimè potest à litigantibus prorrogari,vt tenuit Feli.in d.c. ex ratione, col.1.n.3.Imol.in Clem.quandiu de appellation.col.1.vbi Cardin.q.5.tenuit Rota sub tit.de dilation.decis.2. in nouis Angel.in authen.hodie, C. de appellation.nec inmerito, quem admodũ enim indultũ nobis spatiũ, ad prosequẽdas appellationes,prorrogare nõ valemus, ita nec tẽpus ad appellãdũ cõcessum,extẽdere fas erit, par enim videtur vtriusq; ratio ęqualisque esse debet iuris dispositio.

10 Quã doctrinã similesque iuris dispositiones,vt pœnitus cõprehendamus,intelligaturque tẽpus á lege datũ ad faciendũ aliquid,non tã priuatum bonũ,quã ipsum ius publicũ respicere,animaduertendũ est,Reipubliçę multũ interesse lites & cõtrouersias omnes finiri, & cũ ad finẽ litibus imponendũ,media sint efficatia, sententias deferi,vires reassumere executioni mandari, ac denique trãsire in rẽ iudicatã,planè ius publicũ nihil magis in votis, & optatis habere debet,quã quod omnia hæc si fieri posset,vel saltẽ singula contingant, quę cũ nullo modo, vel difficilè possent euenire,si prędnitũ tẽpus à iure datũ partium consensu prorrogari posset, hinc fit, quod tales prorrogationes minimè admittantur,ex eo quod huiusmodi tẽpora,seu dilationes principaliter in fauorẽ publicũ concedãtur,cui manifestũ est priuatorũ pactionibus derogari non posse,c. si diligẽti de for.compet. difficile Africani respõsum in d. l. ius publicũ, ff. de pactis,manet ergo cõprobata ista pars,quã modo confirmare contẽdimus dilationes scilicet,respicere magis ius publicũ quã bonum priuatũ, elapsis enim dictis tẽporibus ad interponendas,seu prosequẽdas appellationes cõcessis,finiũtur lites & sentẽtiæ transeunt in rẽ iudicatã, etenim vt dixit text.in l.fin.§.illud vers. *nisi*, C.de tẽporibus appellation. duplici anno elapso sentẽtia firma remanet, & probat tex.optim. ad id in authẽt. ei qui,& in l.nemo,C.eodem tit.quibus salutaribus effectibus à iure prætensis,

tenſis repugnat quod dilationes, ſeu tempora durent, medijs prorrogationibus quibus locũ dari incõueniens viſũ eſt Iuris Cõſultis Imperatorib⁹ Romanisque Põtificibus de his diſſerẽtib⁹, vt ex dictis facilè colligitur.

11 Nec mihi vnquã placere potuit Panormit. diſtinctio in d.c. ex ratione, qui cũ aſſequi non poſſet, quid cauſæ eſſet, quod in d. Clem. quãdiu fatale tẽpus ad proſequendam appellationẽ cõceſſum de cõmuni litigantiũ cõſẽſu prorrogari poſſe dicatur, diſtinguendũ exiſtimauit, inter ſuſpẽſionẽ & prorrogationem fatalium, vt ſuſpendi rectè poſſe crediderit prorrogari verò minimè, ita intelligens dict. Clem. quãdiu, & l. fin. §. fin. nec non authen. ſi tamen, C. de tẽporib. appellation. credẽsque diuerſam dari rationẽ, in prorrogatione ac ſuſpẽſione: planè nullus quãtũuis linceis, quod aiunt oculis præditus reſpicere poterit, ac conſtituere diferentiã, ſeu diſcrimen aliquod, inter hoc ꝙ eſt prorrogare fatale tẽpus, vel ipſũ ſuſpendere, Abbatis igitur diuiſio, diſtinctio, ſeu concordia, verbis magis quam rebus impoſita cenſeri debet, ac per conſequẽs nullatenus recipiẽda, ex text. per argumentũ in l. 2. C. cõmunia de legat. præſertim ſi conſideres, pariter & eadẽ ratione ius publicũ lædi, eademque mala & inconuenientia præſumi, timerique poſſe, ſi fatalia ſuſpendãtur, quæ ſubſequi poſſent, ſi prorrogarẽtur, quid enim inpropoſito diſcriminis habeat, ſuſpẽſio à prorrogatione, nõ ſatis apparet.

12 Sed contraria ſententia, & ſic dilationes ad ius priuatum principaliter non verò ad ius publicũ pertinere retentis eiſdem ſpeciebus quorũ ſupra in hac quęſtione meminimus, nõ cũ difficultate probari poſſe videtur, & in primis facit Imperatorium reſcriptũ, ſatis ſingulare in l. fin. §. fin. C. de tẽporib. appellation. quo in loco voluit Imperator, vtilẽ & validam forè conuentionẽ ipſorũ litigantiũ, quod nullũ fatale obſeruetur, & ſubiũgit illi⁹ legiscõditor in tali caſu legũ auſteritatẽ pactis litigantiũ mitigari, ergo eodẽ themate retento liberum integrũque erit, partibus litigantibus fatalia prorrogari, probo conſequẽtiã per argumentum â maiori ad minus, quia ſi poſſunt facere nullũ fatale obſeruari, ergo multo magis ipſum extendere & prorrogare: confirmatur, quia ſi cũ iuditio cõſideretur illa verba, *legum auſteritatem, vel authoritatem pactis litigantiũ mitigari*, coacta iuris ratione accipiẽda ſunt, de ipſa fataliũ prorrogatione, ſi attẽdas legis auſteritatẽ, circa materiam ſubiectã in eo conſiſtere, quod dilationes minimè prorrogentur, aut extendãtur, & quod finiãtur lites, mitigare ergo legis auſteritatẽ in propoſito, & fatalia non obſeruari, nihil aliud eſt efficere, quã quod fataliũ tẽpus prorrogari poſsit, igitur de primo advltimũ quando dixit Imperator poſſe fieri litigantiũ cõſenſu, ꝙ nullũ fatale obſeruetur, & eo caſu mitigari legis auſteritatẽ, non modo ſignificare, ſed exprimere voluit, fatale tẽpus â partib⁹ poſſe prorrogari, cõtra ſuperius dicta, ac de primo ad vltimũ fatale datũ ad proſequendam appellationẽ principaliter iuris priuati, & non iuris publici eſſe, vtpotè quod eiſdẽ fatalib⁹, priuatorum pactionibus derogetur, ex d. l. fin. §. fin.

13 Præterea & alio argumẽto probatur dilationes, ius priuatũ reſpicere nõ publicũ, quia dictũ tẽpus fatale iuris priuati eſt, & non publici, quippè prorrogari poteſt de cõmuni litigantiũ cõſenſu, vt docet cõmunis receptaq; ſententia, quã amplexi ſunt Bart. in d. l. fi. §. fi. & in authen. ſi tamẽ, C. de tẽpor. appellat. Felin. in c. ex ratione,

ne,col.1.verſ.*ſecũdo dũ firmat* de appellatio.Philip.Dec. ibidem n.6.cũ ſeqq.iterum Felin. in c. venerabilis, verſ.*tertia declaratio*,de iudic. Andr. Tiraq.de retract.titu.1.gloſ.10.n.32. Gabr.lib.6.cõmun.tom. 1. ſub tit.de iudic.à nu.213.Cardin.& Immol. in dict.Clem.quandiu poſt gloſſam ibi dẽ,verb.*vel aliàs*,quibus in locis hãc doctrinam communem appellãt, notabilemque arbitrantur dictę Clemẽtinæ quandiu deciſionem.

14 Nec refragabitur, ſi obijcias videri non poſſe fieri fatale prorrogari, de conſenſu partium cum videamus talem poteſtatem expreſſè iudicibus denegari in c.oblatę de appellation. neque enim valet argumentum de iudice ad ipſos litigantes negatiuè, vt quæ iudex nequit partes litigãtes facere non poſsint, vt perſpicies datis inſtantijs,exemplisque ſubiectis, quis enim non videt iudices nequire ſibi prorrogare iuriſdictionem ad certum tempus conceſſam, vt in ſpecie cap.de cauſis de offic. de leg. in qua traditur etiam iurisdictionẽ poſſe conſenſu partium prorrogari, vt omnium placitũ eſt in d.c.de cauſis, notaruntque DD. communiter in l. 2.§.ſi & iudex,ff.de iudic.poſt gloſã vltimam,in cap.P.et.G.de offic.delegat.tempus etiam feriarum tolli non poteſt â iudice,ex l. 1. verſ. *nec enim*, ff.de ferijs c.fin.eod. tit.partes verò, bene poſſent conſentire,quod illarũ cauſa feriarum tempore agitaretur, vt in dictis iuribus: inſuper tẽpus bimenſium, ad revidendum datũ, cui meminere iura,in l.quod ſi nolit.§.ſi quid ita,ff.de ędilictio edicto, & in l. cũ proponas,C.de ædilit.action.valebit à partibus remitti, iudex verò in eo bimẽſium tẽpore, ſe intromittere nõ poterit,nouũ igitur non eſt, ſed vſitatũ in iure,vt ſępè iudices prę ſtare nõ valeãt multa quæ parteſ per ficere poſſunt:ac per conſequẽs deciſio tex.in dict.c.oblatæ,vbi facultas,quam nos litigãtibus cõcedimus iudici denegatur minimè impedimẽto eſt argumẽtationi propoſitę, qua probare intendimus fatalia poſſe ex cõſenſu partiũ prorrogari, quę ſi extẽdi poſſe cõſtiterit efficietur inſuper eſſe iuris priuati, & non publici, quod erat intentum.

15 Deindè probatur efficatius,hęc eadẽ pars,ex eo quod dilationes omnes poſitę vidẽtur, atque conſtitutæ in ipſorũmet litigãtium manibus, ſi ſpeciatim expẽdas,ſi cõtingat partes litigãtes in arbitros cõpromittere, ſtatim ceſſare, & nõ currere tẽpora ad proſequendã appellationẽ data, ſaltim dũ pẽdet,atque cõſiſtit ipſorum arbitrorum iuditium,vt probat text. in d.authent.ſi tamen, C.de temporib.appellation.ex quo text.manifeſtè apparet,dictum tẽpus proſequendę appellationi conceſſum,ſuſpẽdi, differrique poſſe,ex facto ipſarũ partiũ: ac per cõſequens dici nõ poteſt, quod talis dilatio ad ius publicũ pertineat,quin potius in bonũpriuatum data cenſeri debet, vtpotè cũ ex priuatorum in arbitros cõpromittẽtium cõuẽtione dictum tẽpus currere, & procedere deſinat,quod nõ ita contingeret,ſi ad publicũ ius ſpectaret, nec tãtum arbitrium eſſet in hac parte litigãtibus cõceſſum:ſignum igitur eſt,tẽpus hoc ſimilesque dilationes, in bonum priuatum præcipuè fuiſſe cõceſſas,& publicum ius minimè reſpicere.

16 Vlterius id ipſũ cõfirmatur ex eo, quod alia multo maiora, & difficiliora per leges&Principũ cõſtitutiones ordinata,expartiũ cõſenſu remiti valent,quæ etſi primo aſpectu, ius publicũ inuoluere viderentur, re vera nõ reſpiciunt,niſi bonũ priuatũ ipſarũ partiũ:ſubijciamus rẽ exẽplo,quo fa-

Digitized by Google

quo facilius intelligatur in c. cum eſſes de teſtam.in l.iuris iurandi, C.de teſtibus,in l.vbi numer° ff.eodē,quibus in locis certus numerus teſtium exigitur,& deſideratur,& in rubr.C. ne quis in ſua cauſa, prohibitū eſt teſtificari quē pro ſe ipſo,aliaque retulit exēpla pluriū legū Domi.Ferdin. Mench.de ſucceſ.creatione, §. 3. ex n.6.in quibus ſingularia prȩcepta cōtinētur,& nihilominus partes litigantes,eiſdēmet legibus & cōſtitutionibus renūtiare valent, quotidieq; renūtiāt,poteritque de cōſenſu partiū, ferri ſentētia,pervnū tantū teſtem,& valere probationē,ex vnius teſtimonio,imò ꝙ magis eſt,etiā prolato,abſque interuentu iuramēti, & prætergreſſo,minimèque ſeruato iuris ordine,ex notatis per DD.in l.1.§.fin.de verborū,& aliquādo ex volūtate litigātiū,lites decidūtur,per teſtimoniū ſeu dictū,ipſiusmet partis, omnibuſque & ſingulis proximè relatis legib° facilè renūtiatur,l.poſt rē, l.ſi conuenerit.ff.de re iudic.c.tuis 39.de teſtib° l.Theopōpus,ff.de dote prælegara,iūcta gloſa ibidem recepta.

17 Vulgare prȩterea eſt,defuncti volūtatē pro lege haberi,& ꝙ ei partes renuntiare valeāt indubitati iuris eſt,ſi cuti ex voluntate partiū contigit remiſsio, in l.fin. C.de pactis, & in l.2. C.vt in poſſeſsionē legatorū cū ſimilibus:generaliterque teſtamētorum iura,ex volūtate illorū quorum interēſt,remitti poſſunt, & quod plus eſt, quāuis teſtamētorū ſolemnitas, aliàs magni momēti,&pōderis iudicetur, vt ſignificauit & expreſsit I.C.in l.inter cœtera.ff.de liber.& poſthum. & tradditur in authen. vt cū de appellatione cognoſcitur, §.cauſas, nihilominus tamē,etſi deficiāt dictę ſolemnitates & ſimiles, ſi modo cōſētiāt illi,quorū interērit teſtamēta ſuſtinentur,valebitque de filij conſenſu teſtamentū,in quo præteritus eſt,vel iniuſtè exheredatus,ſecundū gloſæ ſententiā cōmuniter receptam, in l. etſi quando,§.& generaliter, C.de inofficioſo teſtamēto,ſimiliterque experientia cōpertū eſt,maioratus, ſeu capellanias, anniuerſaria, & id genus alia fieri,& creari quotidiè ex legitimis filiorū portionibus, quod minimè alia via fieri poſſet,niſi ipſimet filij renuntiarēt legibus præcipientibus legitimā filijs in teſtamēto relinquendā eſſe, l.Papinianus,§. quarta autē,ff.de inofficioſ.teſtam.atque id citravllū grauamen,l.quoniā in prioribus,C.eodē tit.quibus iuribus,niſi filijmet renūtiaſſent,neque dicti maioratus fierent,ex legitimis eorū,neque alia opera pia ordinarentur,legitima enim filiorū excutit, atque reijcit â ſe,hæc & ſimilia onera,niſi accedat volūtas illorū,quorū interēſt, ex adductis â Tiraq.lib.1.de retractu,§. 1.gloſ.9.n.136. quæ omnia & ſingula,cæteraque id genus,quę quantumuis legibus ordinata ſint, ex partium conuētione cōſenſu,& volūtate litigantiū,paſsim remitti videmus,præcipuè leges illæ, agentes de numero teſtiū,de iuramēti interpoſitione, & nequis in ſua cauſa teſtimoniū ferat, manifeſtè demonſtrant quāplurima legū præcepta renūtiabilia eſſe, per ipſas partes,& ſic iuris priuati,& non publici,ſimili ergo modo dilationes illę,de quibus noſtra ſuſcipitur controuerſia,erunt renuntiabiles per ipſos litigātes,&magis ius priuatū,quā publicum reſpicient.

18 Quare vt poſt relatas in vtramque partē,nō leues,neq; inutiles iuris cōſiderationes, aliquid certū in hac reſtatuere poſsim° operȩpretium erit, prius nōnulla præfari, quæ ad propoſitę cōtrouerſię,exactā intelligētiam cōducere vidētur, præcipuè ad cognitionē terminorū, hui° quęſtionis,

&

& in quo cõſiſtat ratio tã boni publi ci,quã priuati,ſine cui⁹ notitia vix,ac r:evix quidẽ aſequi poterim⁹ quã cupimus reſolutionẽ.Quid igitur ſit ius publicũ,ꝙ dicatur ius priuatum,mira breuitate cõplexi ſunt I. CC. in l.r. §.huius ſtudij,ff.de iuſt. & iure,& in l.ius publicum 39.ff. de pact. ex quibus colligitur publicũ ius irremiſsibile eſſe,ius autẽ priuatum poſſe remitti,teſtè I.C.in l.iuris gẽtium, §.ſi paciſcar.ff.de pact.l.pen.C.eodem l. 2.§.ſed quia veremur, C.de iure iuran.propter calumniam.cum ſimilibus,poſſuntque conſtitui iuris publici exẽpla in legibus, cõſtitutionib⁹, conſuetudinibus,&ſimilibus,quę publica eſſe noſcũtur,vtpotè ad cõmunem Reipublicæ vtilitatẽ ſpectantia, iuris verò priuati,in actionibus dominio, poſſeſsione,vel alijs iuribus partibus cõpetẽtibus ſiuè in re, ſiuè ad rẽ,quæ omnia manifeſtum eſt,priuata quidẽ eſſe,& nõ publica,atq;ideò per partes remiſsibilia,l.2.§.ſi quis à parente,l.in re mãdata, C.mãdati,in quẽ ſenſum intellexit text. aliàs difficilem,in l.nemo poteſt,ff.delegat.1. exquiſitę, & conſumatę eruditionis vir Iacob.Cuiatius ibidem.

19 Aduertẽdum tamẽ eſt in propoſito poſſe cõtingere,rẽ eſſe iuris priuati,& minimè renuntiabilẽ,aut remiſsibilẽ per partes,vt cõtingit in c.ſi diligenti de for.cõpet.circa cuius ſpeciẽ,eruditiſsimus Cuiatius in tract. ad Africanum ad difficilẽ,l.ius publicum,ff.de pactis proclamabat in hæc verba,*aut ego vehementer fallor* (inquit eximius ille vir)*aut in renuntiatione fori, ius publicum non verſatur*, tamen ex intentione Põtificis Maximi, eiuſdemque mente ibidẽ expreſſa, non valuit in d.c.ſi diligẽti fori renuntiatio,ſimiliterque contingit in alijs iuribus,vt in l. ſi minor cum ſimilibus, ff.de ſeruis exportand.in quibus obſtante rerum natura, de qua tractatur etſi dumtaxat priuatum bonum vertatur,nõ valet renunciatio,ſecũdum ea quæ traddunt cõmuniter DD. in l.iura ſanguinis, ff.de reg. iur. idque euenire poteſt,vbicunque expreſſa, vel tacita legis, ſeu Legislatoris intẽtio ſuaſerit,etiã rem priuatã, fore irremiſsibilem,variaſque reſolutiones ad explicandum,in quo conſiſtat ius priuatum colligere poteris, ex traddit.à Fran.Conano lib.5. comment. cap.5.& lib.9.c.41.ab Anton. Gom. 2.tom.c.14.n.25.poſt gloſ.& ſcribentes, & ab eiſdem latè traddita in d. l. nemo poteſt,ff.delegat.1.

20 Deindè notandũ præmittẽdũq;eſt, ꝙ quãdo partes litigãtes remittũt illa,quæ in illarũ fauorẽ cõceſſa ſunt, quarum meminit gloſ. in reg. quod ob gratiã lib.6.in l.3.de milit.teſtam. l.pen.C.de pact.l.quod fauore,C.de legib.nullo pacto lædit ur ius publicum,quod remitti non poſſet,ſed tãtum illud,quod priuatum eſt in ipſorumque litigantium fauorem introductum poſſunt ergo priuilegiati,ſine iuris publici offenſione ſuis priuilegijs in iure cõtẽtis,facilimè renuntiare,vt videmus in aliquibus legib⁹, ſub titulis de iure fiſci de teſtam.militis de minoribus, & alijs ſimilibus, quæ etſi re vera ſint leges,atque Principũ cõſtitutiones per partes remittũ cõſueuerunt, & quotidie remittuntur,nec decipiaris,ſto enim ꝙ lex,nihil prohibeat, neque præcipiat, formamvè alicui actui minimè præſtet, ſed permitat dumtaxat , vel concedat,rem aliquam , in alicuius fauorem, ꝙ facere poterit, ex deciſsione tex.in l.legis virtus 7.ff.de legib. vbi Modeſtin.I.C.actum permittendi inter legis virtutes ennumerauit,& cõtingit in priuilegijs, quę ſæpenumero per viã cõſtitutionis,& legis inducũtur,planè nõ ex eo deſinet lex eſſe

quam-

quamuis enim erga illos, in quorum gratiã talia priuilegia conceduntur, merum fauorẽ dicant, & inuoluant, & non præceptum: ſufficit tamen, quod erga alios, qui tales gratias, ſeu indulta ſeruare tenentur præcep tum contineant: erga quos, fauores, & priuilegia in corpore iuris contẽ-ta, & quæ in dies à Regibus ema-nant veræ leges ſunt, atque præcep-ta, quo ſatisfit naturæ, & conditioni, ipſius legis de cuius ratione eſt, quod aliquid iubeat, atq; præcipiat: & ita aliquando cõſultus reſpondi circa pingue quodam nobilitatis pri uilegium à Chriſtianiſsimo Rege & Domino noſtro Philippo Tertio conceſſum, de cuius adimplemento dubitabatur, eo quod meram gratiã Principisq; liberalitatem continere videretur, nihilominus tanquam le-gem, illud eſſe ſeruandum ab omni-bus ſubditis, erga quos dixi præcep-tum continere, & ſi erga ipſum priui legiatum, merã gratiam, & Catholici Regis noſtri liberalitatem, & fauorẽ dumtaxat implicaret.

21 Rurſus animaduertere oportet, quod dici ſolet, *non licere legibus re-nuntiare* intelligendũ eſſe de impor-tantibus iuspublicũ: exploratũ enim eſt, cõmunitatis iura â ſingulis remiſ ſibilia nõ eſſe: exẽpli gratia, ſi ſermo ſit de legibus inducentibus ſolemni tatẽ, ſiue formã aliquã, aut requiſitũ neceſſariũ, ad hoc vt actus valeat, & de prohibentibus lites cõtrouerſias delicta fraudes, & ſimilia, expeditum certè eſt ad ius publicũ ſpectare, iux-ta doctrinã I.C. in d.l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iure iur. propter ca-lumniam, atque ideò dicta iura, & id genus alia irremiſsibilia ſunt, quip-pè quæ cõmune bonũ prætendunt, neque reſpiciunt ſingulorũ vtilita-tem, quod propriam eſſe legis condi tionem dixit I.C. in l. 1. ff. de legi-bus: aliæ verò ſunt leges bonum pri-uatum importantes, quæ conſiſtunt, atque verſantur circa conſeruandũ ciuiũ patrimoniũ, quæ proculdubio per partes remitti, & renuntiari poſ-ſunt, vt colligitur ex d. §. ſed quia ve remur. d. §. ſi paciſcar. d.l. pen. com-munis enim vtilitas, quã negare nõ poſſumus dictas leges prætendere, regulariter impedimento non eſt, quominus illi quorũ intererit dictis legibus renuntiare valeant, vt conſi derauit Franc. Connan. lib. 4. c. 9. in prin. Quod intelligendũ eſt, dũmo-do abſint fraus, & dolus, minimèque vertatur vtilitas publica, aliavè iuſta cauſa nõ interueniat, ob quã conſo-num ſit, rationiq; conſentaneum, ne quis proprijs rebus vtatur, ſicuti con tingit in minoribus furioſis, prodi-gis, & ſimilibus, vt in tit. de rebus eo rũ, & in l. his cui bonis de verborũ, in quibus caſibus, quidquid priuatũ bonum interueniat, partibus tamen rerumvè dominis, liberum non eſt de proprijs rebus pro arbitrio diſpo nere: qua ratione procedũt pragma-ticę de veſtibus ſericis, & ſimiles, qui bus Reges, & Principes ſtatuunt, ne eorum vaſſalli his, vel illis rebus vtã tur, *como en las pragmaticas de los cue-llos, gualdrapas, coches, y otras ſemejan-res*, in quibus prohibentur homines ne proprijs ſuis rebus vtantur, vel abutantur, idque ob commune bo-num, ſeu aliam iuſtam, & legitimam cauſam.

22 Deniq; illud oportunè, pro exacta reſolutione quæſtionis noſtræ venit incõſiderationẽ, q̃licet omnes leges cõmunẽ vtilitatẽ, ſiue bonũ cõmune cupiant, atq; deſiderent. d.l. 1. ff. de le gib. & minimè importẽt alicuius par ticularis cõmodũ, ſeu bonũ, niſi qua tenus ordinabitur in bonũ cõmuni-tatis, vulg. c. erit autẽ lex, cũ ſimilib. ànobis ſuperi° adductis, diuerſimodè

T tamen,

tamen, quippè quædam leges ſunt, quæ intendunt communitatis bonũ in vniuerſum,& in ipſamet cõmuni tate,vt denotant exempla vſurpata à I.C.in d.l.1.§.huius ſtudij.ff.de iuſt. & iure,& quæ proximè retulimus de euitandis delictis in l. 3. l. congruit. ff. de offic. Præſid. defugiend.fraudibus & dolis.l.ſi vnus.§.illud. ff. de pactis.l.1..ff.depoſiti, & ne lites durent,aut exoriantur, vt in procemio inſtit.ad fin. & in l.1.ff. de vſucapio. ibi, *bono publico*, & in alijs huiuſcemodi.Aliæ autem leges ius priuatum important, atque contendunt, tametſi enim communitatis bonum deſiderent, id tamen eſt circa ſingulas perſonas, licet in ordine ad bonum communitatis: agunt enim de augendo, vel conſeruando ciuium patrimonio, & vt iuſtitia ſeruetur,paxque cuſtodiatur inter ipſos ciues,vt nemo lædatur ius ſuum tribuatur vnicuique, quæ ſunt duo poſteriora iuris præcepta, ſicut prio res leges important, atque reſpiciũt Reipublicæ vtilitatem,ipſiusque cõmunitatis bonum in genere deſiderant, & quod omnia paccata ſint,atque tranquilla,veluti quæ aliquibus actibus neceſſariam ſolemnitatem ſeu formam præſcribunt,quarũ meminere interpretes in l. 1. §. ſi quis ita.ff.de verb.adnotauit Anton. Gomez. 2.tom.cap.14.num. 25. ex quibus iam non erit difficilè deprehendere, quando partibus litigantibus integrum ſit legibus, ſeu dilationibus, à iure præſcriptis renuntiare, vel non.

23 Quibus ita cõſtitutis, & prænotatis,ſit iã in hac cõtrouerſia prior cõcluſio,dilationibus importãtibus ius publicũ non poſſunt partes litigantes renũtiare:ſecus ſi ius priuatũ importent,cuius cõcluſionis prior pars manifeſtè probatur,ex allegata.l.ius publicũ,vbi docuit African. ea quæ publicã vtilitatẽ reſpiciunt eſſe per partes irremiſsibilia:& ratione ſuadetur,quia nõ poſſunt litigãtes remittere ea,quæ in fauorẽ publicũ introducta ſunt,quia priuatorũ pactionibus iuri publico derogari nõ poteſt, ne mẽbra tendant in damnũ totius corporis,quæ potius ipſum tueri, & defendere debent: altera verò pars præfatæ cõcluſionis, ſcilicet quod ſi dilationes litigantibus datæ, priuatum eorum commodũ reſpiciant valeant, ex conſenſu partium remitti, probatur ex l. pen. C. de pactis, ex quo iam abijt in prouerbium, quod iuri pro ſe introducto, quilibet poteſt renuntiare; cum ergo,vt ſupponitur dicta tẽpora,& dilationes priuatam ipſarum partium contineant vtilitatem,& in priuatorum gratiã introductæ ſint,mirum non eſt,ſi liberè poſsint dilationibus pro ſe ipſis introductis renuntiare, atque paciſci vt dilationes, quæ minimè tranſierunt tranſactæ cenſeantur, temporique illis conceſſo ad ſe defendendum cedere, illique renuntiare, & propriam ſuam defenſionem contemnere, ex d.l.pen. cum ſimilibus. Vtramquè verò dictæ concluſionis partem, mira breuitate complexus eſt. I. C. in l.2.§. ſed quia veremur. C,de iur. iuran. propter calumniã, cuius doctrinam placidè recœpit Pontifex Max. in dict. capit. ſi diligenti de foro compet. & tandem quo ad omnem ſui partem vnanimi omnium conſenſu applauſu, & approbatione recepta eſt, teſte Ferdinan.de Menchaca de ſucceſsio.creatione.§.3.ex num.6.vſque ad 9.cum ſequentibus.

24 Nec ſatisfacit quorũdam exiſtimatio aſſerẽtiũ,ex eo regulariter legib° renũtiari nõ poſſe,quia ſermo eſt de his cõſtitutionib°,quę aliquid exigũt pro

Digitized by Google

pro ſubſtantia alicuius actus, quo casu cum talis actus minimè diſtingua tur à ſua ſubſtantia, immò neque eſſe, aut conſiderari poſsit, ſine illa. l. Iulianus. §. ſed ſi rem. ff. ad exhibendum, exploratum eſt per partes effici nõ poſſe, quod talis actus, ſine ſua ſubſtantia valeat, qua ratione (inquiunt) leges aliquid pro ſubſtantia definientes ſunt irremiſsibiles per partes, non inquam placet hæc conſideratio, quamuis eam probauerint Iaſ. in l. teſtãdi, num. 4. C. de teſtam. Franciſc. de Ripa, num. 2. Bart. nu. 1. in l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. Bald. in l. 2. nu. 1. C. vt in poſſeſsionem legatorum, Ferdinand. de Menchaca de ſucceſsion. creat. §. 6. nu. 1. & §. 3. nu. 9. in fine, qui omnes poſt gloſſam. 1. in d. l. nemo poteſt, prædictam rationem vnanimi conſenſu probarunt. Etenim propoſita à nobis concluſio communisque interpretũ doctrina, quæ habet generaliter nõ poſſe litigantes legibus renuntiare, nõ ſolũ agit, & intelligenda eſt de legibus aliquid pro ſubſtantia præcipientibus, ſed etiam de quibuslibet legibus, quæ diſponunt circa locum tempus, & conditionem, aliasvè rerum humanorumque actuum circunſtantias, quas conſtat de ſubſtantialibus legum minimè eſſe, vt ſatis deducitur, atq; concluditur ex verbis I. C. ãn d. l. nemo poteſt, vbi expreſſè ſermo fuit de loco tẽpore & conditione. Et cum ad tollendam conſequẽtiam, ſufficiat dare inſtantiam, non paucæ leges ſunt, circa quarũ ſubſtãtialia homines diſponũt, vt videmus in legibus agentibus de numero, & qualitatibus teſtium, de viribus teſtamentorũ, & ſimilia, quamquã enim filio in poteſtate præterito, teſtamẽtum ſit ipſo iure nullum, iuxta text. in l. inter cætera de liber. & poſthu. filio tamen conſentiente conualeſcit, atque reſurgit. l. filio præterito. ff. de iniuſto rupto irritoque facto teſtamento. Itaque procedit prædicta concluſio, etiam in legibus circa accidẽtalia, & ea quæ extrinſecus ſummuntur diſponentibus, vt in c. requiſiſti de teſtam. & in l. fin. ff. de ſuis & legitim. & in d. §. ſed quia veremur, cum alijs, nihil refert, quod ſint conſtitutiones aliquid pro ſubſtantia decernentes, nam ſimiliter facilè remitti poterunt per partes, igitur vera reſolutio potius conſiſtit in eo, quod leges vel dilationes ab ipſis dentur ius publicum importent, vel reſpiciãt priuatam vtilitatem, vt habetur in noſtra concluſione.

25 Sit ſecunda concluſio, quæ deribatur ex priori, ſemper tenenda eſt in hac materia regula negatiua, vt iudices regulariter nequeant coarctare, aut prorrogare tẽpus prefinitũ, & determinatũ a iure, atque ideò generaliter dilationes omnes à lege indultę iuris publici ſint, ipſumq; reſpiciant, niſi cõtrariũ in iure expreſſum ſit, ſicuti in aliquibus cauſis, & negotijs contingit, atq; adeò ob expreſſam iuris cõceſsionem, nonnunquã tales dilationes ſint iuris priuati, priuatamq; vtilitatẽ attendant, atq; reſpiciant, per partesq; remitti valeãt. Quam concluſionem ſic latè propoſitam, facillimũ eſſet, pluribus argumentis ab ipſa ratione, iureq; petitis confirmare, ſed quia ex reſolutis, & conſideratis ſuperius, tam in hac cõtrouerſia, quãm in proximè præcedentibus, pluſquam liquidò cõſtare poteſt, quo ad omnem ſui partem, ſatius erit ſuperſedere, quã ſæpiùs eaſdem doctrinas repetere, illaq; ratio, & conſideratio pro omnibus ſufficiet, quod cũ omnes ſimus (etiã iudices) legibus ſubiecti, vbi per aliã legẽ nõ fuerit nobis ad id facta poteſtas exploratũ eſt, minimè poſſe nos

Digitized by Google

fatalia, quod extinguantur lites, & vt litigantes immodicis expensis nõ vexentur,controuersijsq; & contentionibus partium debitus imponatur finis,quæ omnia cessarent,si tempus fatalium pro contendentium arbitrio prorrogaretur.

30 Cui assertioni,quę certa & explorata est, & ex dictis plusquam liquidò constat,minimè erit impedimento quominus procedat tex.difficilis aliter, cuius supra meminimus in d. authen. si tamen. C. de tempor.appellation. vbi definitum est, quod si negotium sit delatum ad arbitros in quorum manibus partes causam reliquerunt, pendente ipsorum arbitrorum iudicio, quiescere tempus à lege datum ad prosequendam appellationem,habet enim illius authenticæ decisio,si attentè expendatur subtilem & elegantem rationẽ: etenim cum ius tantoperè desideret litium & controuersiarum fines, & animaduerterit generaliter,& vt in plurimũ celerius esse, & breuius arbitrorum iudicium, quam iudicium per viam appellationis,per specialem quandã æquitatem,contra præfatum iuris rigorem statutum est, vt tempus prosequendæ appellationis, non currat interim dum ab arbitris causa definitur, vt ita maiori celeritate processus terminetur, quam si appellationis iudicio causa prosequatur:procedit ergo tex.ille, speciali quadã æquitate prætermisso rigore iuris præcipientis fatalia nec differri,nec prorrogari, sicq; authen. illa negotium nobis minimè facessit.

31 Vnde infero in causis profanis,& temporalibus extra casum arbitrij, in quo specialiter loquitur ille text. non posse impediri cursum temporis dati ad prosequendas appellationes, atque ideò decisionem Clemẽtinę, quandiù de appellation. dum disponit,ex consensu litigãtium fieri posse idem quod in casu arbitrorum specialiter docuerat prædicta authen. intelligendam & accipiendam esse in suo foro,quasi disposuerit.d.Clem.vt revera disposuit contra ius ciuile, solumq; seruanda erit in Tribunalibus ecclesiasticis, & nõ in sæcularibus,iuxta notata in l. præcipimus in fin. C. de appellation.& in reg. quæ à iure, de reg. iur. in 6. Illud verò,quod posteritati commẽdatum reliquit Imperator in d.l.fin. §.fin.de tempor.appellat. quod mitigata iuris austeritate fieri poterit ex litigantium consensu, quod nullum fatale obseruetur eũ habet sensum,quem superius explicuimus: neque text. ille maiori indiget declaratione,vt nobiscũ minimè pugnet.

32 Tandem concludendum est,non posse certam regulam statui in hac materia,quin potius aliquando dilationes a lege datas ad ius publicum pertinere,aliquando priuatam vtilitatem respicere, atque ideò quasdã esse remissibiles per partes, quasdã nullatenus remitti posse,ex subiecta materia iuriumque ita statuentium conditionibus, & circunstantijs, vt adducta in superioribus exempla, facilè demonstrant. Vnde considerationes illæ,seu argumenta,vtrinque à nobis superius adducta, quibus cõtendebamus probare,semel dilationes esse iuris publici, & iterum non esse,nisi iuris priuati, revera probãt quod intendunt, & sic omnia & singula prædicta fundamenta, pro vna & alia parte proposita abundant in suo sensu,neque indigẽt satisfactione,quandoquè enim vt diximus dilationes ius publicum respiciunt, quandoquè in bonum priuatum dirigũtur,nec certa lege tenentur, ac leges omnes, & canones dilationũ mentionem facientes, procedunt in

suis

ſuis caſibus, neque ſibi inuicem aduerſantur vllo pacto : nec minus lubricum, aut difficile eſſet punctim diffinire vtrum dilationes prædictæ valeant remitti, vel non, totumque pendet ab ea reſolutione, ſint ne iuris publici, vel priuati, de qua ſatis ſuperque à nobis in ſuperioribus dictum eſt, ex quibus lector optimus, quod ſibi magis placuerit, facilè valebit accipere, nos enim cuiuſlibet, melius ſentientis iudicio, non ſolum hæc, ſed omnes lucubrationes noſtras, libenter ſubmittimus parati corrigi, & emẽdari à quocumquè.

Summaria ad Controuerſiam 12.

1 *Vltrũ vtilitatis ex hac cõtrouerſia, tã in ſcholis, quàm in iudicijs verſantibus ſubſequendum erit.*

2 *Velut certum ſuppoſuit D. Thom. poteſtatem condendi leges municipales iuriſdictionis eſſe, cum tamen negari non poſsit rem eſſe controuerſam, & in varias opiniones diuiſam.*

3 *Omnia illa ad merum imperium pertinent, quæ Principibus inſignum ſuprema poteſtatis reſeruata ſunt, quod benè declaratur per illa verba* poteſtas gladij, *de quibus in l. imperiũ de iuriſdictione omnium iudicum, & leges ferre ſaltim communes, res eſt ſupremo Principi reſeruata.*

4 *Non poteſt dari imperium ſine iuriſdictione, & rario imperij ſemper præponderare debet, atque ideó quaſi quodam compoſitum, dicitur imperium mixtum, vt in bonorũ poſſeſſione, cuius meminit d. l. imperium.*

5 *Nulla iudicialis cognitio abſq; iuriſdictione conſiſtere poteſt.*

6 *Referuntur DD. tenentes poteſtatem ferendi leges communes ſpectare ad merum imperium.*

7 *Probatur ratione eadẽ ſententia, quod talis poteſtas, ſpectet ad merum imperium.*

8 *Adducitur & probatur opinio contraria, ſcilicet quod poteſtas condendi leges communes non ſit meri imperij.*

9 *Vel eſt duplex poteſtas in Principe, vel vna duas habens facultate, vnã iuriſdictionis ad iudicandum, aliam imperij, ad cogendos ſubditos.*

10 *Obijcitur opinio mulierum aſſerentiũ ſolas cauſas capitales primariò ad merum imperium pertinere.*

11 *Oſtenditur primò omninò falſam eſſe præfatam mulierũ doctrinam, quia merũ imperium natura ſua importat ſupremam Principis poteſtatem.*

12 *Probatur merum imperiũ ad alias cauſas extra capitales extendi, quoniã poteſtas ſtatuendi leges, eſt de maximè ſupremo Principi reſeruatis in ſignum ſuæ ſupremæ iuriſdictionis.*

13 *Præceptores nõ infimæ notæ extendũt merũ imperiũ, vt ſit præterea iuriſdictio, qui dicunt d. l. imperiũ, ſibi non refragari, quia non definiuit merum imperium, neque iuriſdictionem, ſed tantum adhibuit exempla.*

14 *Præfatã reſolutionẽ reprehendit Longeuallius, & meritò quia ſtatuta municipalia cõdere, nõ ſpectat ad merũ imperiũ, & nulla lex ſiue generalis, ſiue ſtatutaria expediri poteſt, niſi officio nobili ad vtilitatẽ publicam.*

15 *Nullus vnquam iuris author docuit, quod merum imperium conſiſtat in his, quæ officio indicis nobili ad vtilitatem publicam expediuntur.*

16 *Ad ſanciẽda ſtatuta municipalia per-*

Digitized by Google

æquè, ac ad leges generales cõdẽdas iuriſdictio neceſſaria eſt, & Principes illas cõdentes revera ius dicũt.

17 *Inanis eſſet poteſtas ad ferendas leges, & facienda municipalia ſtatuta, niſi cõmunitates inferiores, ſimul haberent vim aliquã ad conſtituendas pœnas, quæ poteſtas coercendi ſine iuriſdictione eſſe non poteſt.*

18 *Sententia nihil aliud eſt, quã quædam particularis lex, quæ ſi á perſona publica feratur proculdubio iuriſdictionis eſt, ac perconſequens poteſtas cõdendi ſtatuta municipalia ad iuriſdictionem quoque ſpectat.*

19 *Qui profeſsionem aliquã exercet fruſtra declinat iuriſdictionem iudicis ad quem cura illius profeſsionis, ſeu militiæ pertinet.*

20 *Contraria ſententia, id eſt talẽ poteſtatem faciendi ſtatuta municipalia nõ requirere iuriſdictionẽ; probatur ex eo, quia actus condendi leges voluntarius eſt, iuriſdictio autem neceſsitatem ius dicendi importat.*

21 *Probatur deinde, quia multa ſunt cõmunitates minores, quæ iuriſdictione carent, cũ tamen omnes poteſtatẽ habeant ad condenda ſua ſtatuta.*

22 *Verior nihilominus eſt ſententia ad cõdenda municipalia ſtatuta opus eſſe iuriſdictione, quæ etiã requiritur ad faciẽda ea, quæ voluntatis ſunt, & explicatur l. 2. ff. de offic. viceconſ. & Legati.*

23 *Decepti ſunt qui crediderunt in l. omnes populi factam fuiſſe poteſtatem populis iuriſdictione carentibus ad condendas ſuas leges.*

24 *Nec ſimiliter de alijs illã habẽtibus, ſi modo alijs maioribus ciuitatibus ſubeſſent.*

25 *Certò certius eſt in d. l. omnes populi, ſermonẽ fuiſſe de illis dumtaxat populis, qui capita ſunt cõmunitatum plenã habentibus poteſtatem ciuilẽ, non de populis inferioribus.*

26 *Pluſquã falſa eſt opinio aſſerentiũ Imperatorẽ eſſe totius mũdi dominum.*

27 *Populi etiã ſubiecti communitatibus poſſunt ſua ſtatuta facere, & manifeſta res eſt Iuriſcõſultos nõ potuiſſe cõcedere facultatẽ ad faciẽda ſtatuta leges vè ſanciẽdas quæ poteſtas originẽ habuit, ex tacita Principis permiſſione, vel ex regula* cõceſſo vno.

28 *Minores populi, quos vulgus* aldeas *vocat, non poſſunt ſtatuta condere, nec ad diffinitiones cauſarum, nec circa bona adminiſtranda.*

CONTROVERSIA 12.

Vtrum poteſtas ferendi leges communes ſit iuriſdictionis, vel ad merum, vel ad mixtum imperium pertineat, & an poteſtas cõdendi leges municipales, & cætera ſtatuta cõmunitatũ inferiorũ, ſit quoque iuriſdictionis, et quænam vtilitas in praxi colligenda ſit ex tali controuerſia.

NON

Digitized by Google

NOn dubito quin lector optim⁹ prima facie ſit etiã ſuſpicatur⁹, quẽadmodũ in principio diſputationis præcedentis, quęſtionẽ hanc ſubtilẽ quidẽ, ſed minimè ex vſu frequẽtibus eſſe futurã: quippè primo aſpectu, non videatur vtilitatẽ aliquã in praxi percipi poſſe, ex eo quod poteſtas ferendarũ legũ cõmunium, ſeu municipaliũ, aut ſtatutorũ, ſit magis imperij, quam iuriſdictionis, vel èconuerſo. Tamen rem hanc altius cõſideranti, & perpendenti, facilimũ erit animaduertere, in præſenti controuerſia praxim cum theorica rectè iungi, & copulari; nec minimum, ſed multum vtilitatis ex preſenti quæſtione, tam in iudicijs, quâm in ſcholis verſantibus ſubſequendum forè: vt ex dicendis in toto diſputationis diſcurſu clarius apparebit.

5 Et antequam diſputationẽ ſuſcipiam, ſtatim in limine, nõ poſſum nõ mirari, D. Thom. virum merito ante alios excellentẽ. 1.2.q.90. art.3. quẽ ſequitur Soto lib.1.de iuſt.q.1.art.1. velut certum ſuppoſuiſſe poteſtatẽ condendi leges municipales, & cætera ſtatuta cõmunitatũ inferiorũ iuriſdictionis eſſe: etenim quidquid ſit de veritate propoſitionis, negari nõ poteſt, nec potuit vnquã, quin res ſit cõtrouerſa, & in diuerſas opiniones diuiſa: quæ pro vtraq; parte ſuos habet aſſeclas & patronos, namq; & ſi B. Thomę ſententiam tãquam veriorem, ſequantur plures relati à Iaſ. n.34. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure, & a Ioan. Croto ibidẽ, à nu.17. & tanquam probabiliorem, & omni nò tenendam fuerit illam amplexus communis præceptor Bart. in eadẽ l. omnes populi, quæſt.1. qui non leuibus, nec veriſimilibus fundamentis adducti, voluerunt ad condenda municipalia ſtatuta, præciſſe iuriſdictione opus eſſe: tamen non defuerunt viri doctiſsimi, qui contrariũ acriter defenderint, ob non leuia etiam, neque inutilia fundamenta, Felin. in c. cum omnes, num.10. verſ. *quarto eſt aduertendum* de cõſtit. Bald. Mainer. Iaſ. & Crotus in d.l. omnes populi, conſtanter tuentur facultatẽ leges municipales ferendi, minimè iuriſdictionem exigere: quæ cõmunis opinio eſt, vt citati authores teſtantur, vnde non parum apud DD. controuertitur, ſit ne iuriſdictionis illa poteſtas condẽdi ſtatuta municipalia, quod B. Thom. tanquam exploratum, & ſine controuerſia, d.loco ſuppoſuit: de quo inferius latius diſſeremus, ſi interim vt termini quæſtionis intelligantur, breuiter explicuerimus, quidnam ſit iuriſdictio, quidvè meri, & mixti imperij appellatione ſignificetur:

3 Supponendum igitur eſt, omnia illa ad merum imperium pertinere: quæ Principibus maximis, Regibus, & Imperatoribus, in ſignũ ſupremæ poteſtatis reſeruata ſunt. Vnde cum leges cõdere ſaltim cõmunes, res ſit ſupremo Principi reſeruata, iuxta l. vlt. C. de legib. conſequens fieri videtur, vt ad merum imperium ſpectet, præſertim cum ſit quædam imperandi facultas & poteſtas gladij, per quã Princeps inobediẽtes coercere valet, etiam vſq; ad vltimũ ſupplicium, ſecundum illud B. Pauli ad Roman. 13. *Non enim ſine cauſa gladium portat*: nec aliter apertius, aut commodius explicari potuit à I.C. in l. imperium de iuriſdictione omn. iudic. facultas illa imperandi, quæ ſingulis competit ciuilibus communitatibus, quam declarando merum imperium, per illa verba *poteſtas*

gladij,quæ ipſummet imperium merum mirabiliter deſignant, id eſt maximam Principis,ſeu communitatis facultatem,atque potentiam,quæ in poteſtate gladij,id eſt imponẽdi vltimũ ſupplicium,revera conſiſtit,ad reliqua enim,quæ antecedũt poſtremũ vitę periculũ,non videtur(merũ imperiũ)forè neceſſariũ,quod requiritur ad gladij poteſtatẽ,quo ſęculares vtũtur ad differẽtiã eccleſię,quæ nõ habet gladiũ,nec mũdanis vtitur legibus,ſed coertionẽ ſpiritualẽ dũtaxat,iuxta tex.in c.interhęc.33.q.2.

4 Demũ(mixtũ imperiũ)ideò rectè dicitur,quia illi etiã ineſt iuriſdictio, omnes enim actus mixti imperij,iuriſdictionis etiã ſunt, & ſi ratio imperij ſemper præponderet, hæc enim duo nẽpè imperiũ, & iuriſdictio, ita copulata connexaq; ſunt, vt dari ne queat vnum ſine altero: imperiũ nãque ne tendat ad tiranidem iuriſdictionẽ ſupponere debet,& rectũ iuditium,circa negotia pręcipienda.c. quid culpatur ad fin.23.q.1. iuriſdictio verò ne fruſtra ſit, & illuſoria, paruiq; momẽti iudicetur,imperiũ, vel ſaltẽ imperij aliquid præſeferat neceſſe eſt : iuxta text.in l. vlt.ff.de offic.eius,atq; ideò quaſi quodã cõpoſitũ, ex iuriſdictione & imperio, aptiſsimè dicitur imperium mixtum. Quæ doctrina,& ethymologia perſpicua fiet ſi adhibito exẽplo illam explicemus,& optimum quidẽ eſt,quo vtitur ipſemet I.C.in d.l.imperium, de bonorum poſſeſsione,quæ quatenus à Prætore decernitur, præmiſſa cauſæ cognitione,iuxta l.pen.§.vlt. ff.de offic.iudic. iuriſdictionis quidem eſt:quatenus verò ab ipſo præcipitur imperium importat propter præceptum ipſum: & quia ſi attẽdas, atq; cõſideres formam,ipſius bonorum poſſeſsionis, reperies eam magis concipi ſub forma pręcepti:hinc fit talem bonorum poſſeſsionẽ, plus ſanè habere imperij quam iuriſdictionis, atque ideò dici mixti imperij in alleg.l.imperium.

5 Deniq; iuriſdictio, explicatur ibidem,vt ſit *iudicis dandi licentia*,vt doceret extra merum & mixtum imperiũ,cætera omnia, quæ ſpectant ad publicã poteſtatem, quãuis minimã exigant cauſę cognitionẽ,vt v.g. *licentia iudicem dandi* iuriſdictionis eſſe,neq; enimvlla iudicialis cognitio abſq; iuriſdictione cõſiſtere poteſt.

6 Quibus pręmiſsis,& prælibatis,accedamus iam, ad diſoluendũ themã quæſtionis propoſitæ, diſſerentes priùs de poteſtate ad ferendas leges cõmunes,vtrũ ſit meri vel mixti imperij,ſeu iuriſdictionis, & Bart.in d. l.imperiũ.n.8. Lõgouallius ibidem, Valaſcus nu.150.Iaſ.n.24. Decius & omnes in ea ſunt ſententia,vt exiſtiment facultatẽ leges vniuerſales cõdendi meri imperij eſſe: regulare enim eſt,vt illa omnia, quæ Regibus, & Principibus maximis reſeruata ſunt,dicantur meri imperij, ſecundũ DD.poſt gloſſam in cap.quod trãslationem de offic.leg.

7 Præterea explorati iuris eſt, actũ iſtum leges ſantiẽdi eſſe de maximè reſeruatis Principibus maximis. l. vlt.ff.de leg.iuncta. l. humanum. C. illo titulo, ergo ſpectat ad ſupremã ipſius Principis poteſtatem, quã exploratum etiam eſt merum imperiũ importare, patet igitur facultatem ferendi leges communes, ſeu vniuerſales manifeſtè pertinere ad merum imperium, vt voluerunt præcitati DD.

8 Opinionem autẽ contrariã, & ſic talem poteſtatem meri imperij non eſſe,tenuerũt Caimus in repet.l. placet,fol.75. C. de pedaneis iudicib. Lõgoualli°,& cęteri poſt ipſum citati,Guillotus lib.2.de iuriſdict.eo fũdamento

Digitized by Google

damento commoti, quod sint esse q; possint, quã plurimæ leges communes, & vniuersales, quæ quidem nullum actum inuoluunt potestatis gladij, vt constat ex virtutibus legis relatis in l. legis virtus. ff. de legib. igitur facultas ad ferendas tales leges ad gladij potestatem nullatenus spectat, ac perconsequens, neque ad merum imperium, quod nihil aliud est, quã ipsamet potestas gladij. Quo fit, vt cũ ex omniũ sentẽtia in d. l. imperiũ, & in l. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic. merum imperium sit quædam species, quæ delitescit in iurisdictione in communi, potestas illa, quam habent Reges, & Principes, seu communitates condendi leges vniuersales spectet etiam ad iurisdictionem siue qua merum imperium consistere non potest, sicuti nec species sine suo genere, sub quo collocantur, & eius essentiam atque naturam participant.

9 Planè quemadmodum licet humanum corpus vnica dumtaxat virtute, seu potentia regatur, & gubernetur, putâ intellectu, talis tamẽ potentia duobus fungitur muneribus ad clauum (vt ita loquar) corporis humani rectè gerendum, & ministrãdum: principio enim iudicat intellectus quodam actu, quod iuditium appellatur, quænam media ordinata sint, & accommodata ad finem intẽtum: deinde alio actu (quod imperium nuncupatur) imperatur illud quod ab intellectu iam iudicatum erat: ad eundem etiam modum vna tantũ potestas est cuiuslibet cõmunitatis, quę in suo ambitu, atq; cõplexu, duas potẽtias, atque facultates includit alteram iudicandi, siue definiendi (quam iurisdictionem appellamus) cuius meminit tex. in c. 1. ibi, *iudiciaria enim*, de pœnit. dist. 6. & in l. de qua re. ff. de iudic. Alteram quæ dicitur imperium, cuius mentio fit in l. potestatis 215. ibi, *in persona*, de verbor. signific. secundum quã communitas, Princeps, aut Rex, agere, & imperare cõsueuerunt fieri illa quæ inpriori iudicio, aut definitione cõtinebantur, atque ita sit duplex potestas penes Principes, vel vna duas includens facultates, vnam quidem iurisdictionis ad definiendum & iudicandum: aliam verò imperij, at cogendos & imperandos subditos & vassallos, vt illa obsequantur, quę iã iudicata præceptaque sunt. Quam duplicem potestatem imperij, & iurisdictionis penes communitatem, siue Regem consistentem nira breuitate complexus est I. C. in d. l. imperium, vt animaduertunt communiter Doctores in l. vlt. ff. de officio eius, meminit etiam lex iuuere cauere. ff. de iurisdict. omn. iudic. vbi cõmunis interpretum schola.

10 Nec refragabitur si obijcias opinionem multorum asserentium, solas causas capitales priuatiuè ad merum imperium pertinere, vt voluit Franciscus Duaren. lib. 1. disput. anniuersariarum capit. 53. Longoualius num. 47. & 77. in d. l. imperium, Andr. Alciat. in capit. quod sedem, num. 58. de offic. ordin. & alij plures, quorum meminit Ias. ad l. imperiũ, col. 2. post glossam in eadem lege, verb. *mixtum*, qui omnes obseruarũt id ex testimonio & authoritate allegatę l. imperium, ibi, *gladij potestatem*, ex quorum doctrina si vera est corruit, atq; confunditur superior, proximè relata traditio qua diximus facultatem leges vniuersales condendi, quæ residet penes Principem meri imperij, magis quam iurisdictionis esse, & si vtramque implicet, & inuoluat facultatem, & imperandi, & iudicandi per imperium simul & iurisdictionẽ: etenim si rem hanc attẽ-

tè

tè consideres,atque perpendas inue-
nies præfatam dictorum interpretũ
doctrinam omninò falsam esse ex
sequentibus.

11 Primò,quia explorati iuris est ad
supremam Principis potestatem
pertinere leges vniuersales conde-
re, iuxta Imperatorium responsum
in l.vlt.C.de legib.igitur & ad me-
rũ imperium spectat talis facultas leges
ferendi:probo consequentiam,quia
merum imperium natura sua includit,& importat supremã ipsius Principis potestatem, vt adnotauit Ferdinand. de Menchaca lib. 1. controuers. illustr. cap. 2. n.2.& habemus. legẽ express.partitæ.2.tit.25. part.4.

12 Secundò, ex eo etiam conuincitur prædicta quorundã Doctorũ existimatio, & probatur merum imperium ad alia negotia, & causas extra capitales extendi, quoniam itidem expeditum, & exploratum est dictã potentiam sanciendi leges esse de maximè supremo Principi reseruatis in signum suæ supremæ potestatis, quorum meminere Doctores in d.l.imperium,Bald. in l.1. num.1.C. de iure aureorum,post glossam in c. quod translationem de offic.legati, quæ abundè retulit, atque congessit, nonnulla testimonia & exempla illarum rerum, quæ in signum iurisdictionis supremæ Põtifici Maximo reseruata sunt.

13 Quod argumẽtũ,præterquãquod exactè probat, quod intendit coegit nonnullos non infimæ notæ præceptores, ad extendendum merum imperium,vt sit prętereà iurisdictio, quæ ad publicam vtilitatem officio iudicis nobili exercetur, qui dicunt sibi non refragari verba, atque sentẽtiam.d.l.imperiũ; quia (inquiunt) I.C.ibi, tantum constituit exempla meri & mixti imperij,ac etiam iurisdictionis, neque eius mens fuit definire,prout minimè definiuit,quidnã esset merum vel mixtum imperium, siue iurisdictio: sed exẽpla regulam minimè cõstringunt.l. regula. §.vlt. ff.de iur.& facti ignorantia,vt voluerunt Ias.num. 56. Longouallius nu. 3.Bart.num.6. & communis Legistarũ schola in d.l. imperium igitur, cum mens I.C.ibi, nullatenus fuerit definire quid sit iurisdictio, quidvè merum,siue mixtum imperium, sed adhibere solum exempla,illius legis decisio,neque obesse, neq; prodesse poterit docentibus & iudicantibus,cum vtiq; ea quæ gratia exempli frequenter commemorãtur vim legis habere non consueuerint, ex d.l.regula.d.§. vlt.

14 Quam resolutionem reprehendit Longouallius vbi supra,neq; immerito, vt enim docet schola cõmunis per iura ibi in l.ea quæ ff.ad municipalem,& in l.vlt.& pen.ff.de decret. ab ordine faciend. dubium non est, quod statuta municipalia condere, non spectat ad merum imperium, & tamen actus ille secundum quem talia statuta conduntur, officio nobilẽ expeditur ad publicam vtilitatem,& non mercenario ad vtilitatem priuatã,vt facilè colligitur ex optimè traditis per scholam communem rectè declaratam ab Abbate Panormit.in c.2.num.5. de offic. iudic. probatq; text.in vulg.c.erit autem lex. 4.dist. ibi, *pro nullo priuato commodo*, ex quo conuincitur nullam legem, siue generalem,siue statutariam, vel municipalem expediri posse, nisi officio nobili ad vtilitatem publicam, & nõ mercenario ad alicuius priuatũ cõmodum,& faciunt ea,quę de officio mercenario & nobili,docuit communis Doctorum, cuius meminit Abb.vbi proximè.

15 Prætereà si mens I.C.in d.l.imperium,solũ fuisset adhibere nonnulla exem-

exempla meri vel mixti imperij, & iu riſdictionis, nec definitiones aſsignare, vt nuper relata doctrina comminiſcitur, fruſtra inutilia, & minus ſufficientia exempla legentium oculis ſubieciſſet, cui integrum fuit breuiſsimè explicare naturam, & ingeniũ, ipſius meri imperij, aliarũq; ſpecierum iuriſdictionis. Rurſus ad præfatã proximam reſolutionẽ reijciendam, ſatis erit ſi auſi fuerimus affirmare, nullum vnquam I.C. aut iuris authorem docuiſſe, quod merum imperium de quo ſermo eſt conſiſtat in his quæ officio iudicis nobili ad vtilitatem publicam expediuntur; corruit ergo, & omninò deficit præfata reſolutio, rẽlinquiturq; ex traditis in ſuperioribus optimè explicaſſe. I.C. ibidem, naturã & conditionẽ meri & mixti imperij, nec non iuriſdictionis.

16 Maior difficultas eſt, nec parum controuerſum inter DD. an iuriſdictio requiratur in communitatibus inferioribus ad ferendas ſuas leges municipales, ſtatutaquè condenda, licet B. Tho. quem initio retulimus exiſtimauerit rem certam, & indubitatam eſſe iuriſdictionem exigi. In qua difficultate, quod poteſtas dictas leges ſtatutarias cõdẽdi, iuriſdictionis quoq; ſit, tenuerunt plures quorum meminere Ioann. Crot. & Iaſ. vbi ſupra, poſt Bart. non ſatis ſibi conſtantem in l. omnes populi. q. 1. ff. de iuſt. & iur. probariq; poteſt efficaciſsimis fundamentis ex viſceribus, & penetralibus iurisprudentiæ depromptis, quorũ primum facilè de ſummi poteſt àveriloquio, & ethymologia vocabuli, ſi expendas omnes & ſingulos Principes, & Reges, quaſcũquevè cõmunitates cõdẽtes ſtatuta municipalia revera ius dicere, iuxta l. 2. in fin. C. de conſtit. pecunia. d. l. vlt. & pen. ff. de decret. ab ord. faciend. Si ergo ius dicunt apertè conſequitur publicam etiam iuriſdictionem exercere, per dictum argumentum ab ethymologia nominis: etenim manifeſti iuris eſt ipſum ius dicentem, ex vi publicę poteſtatis iuriſdictionem quoque exercere, cuius ethymologiæ meminit gloſſa in auth. de defenſor. ciuit. §. iusiurandum, ad verb. *iuriſdictionem*, collat. 3. gloſſa in d.l. imperium, ad verbum *mixtum*, igitur ad fancienda ſtatuta municipalia, peręque ac ad leges generales condendas iuriſdictio neceſſaria eſt.

17 Præterea omnes agnoſcunt futilem, & innanem eſſe poteſtatem ad ferendas leges, faciendaq; municipalia ſtatuta, niſi communitates inferiores ſimul habeant virtutem, ſiue vim aliquam ad conſtituendas pœnas, quibus coerceantur ciues, & ſtatutis cogantur parere, vt non obſcurè tradiderunt Iuriſconſulti in d.l. legis virtus, & in l. 1. ff. de legibus, at qui fieri poteſt, vt talis coercendi poteſtas eſſe poſsit, ſine iuriſdictione? certè nullo modo, vt fatentur omnes poſt Grat. decretorũ cõpillatorẽ in c. ſiue, ibi, *& pœna nulli eſt inferenda* 33. q. 2. qui voluit pœnæ coertionẽ minimè ſtare poſſe, niſi cum iuriſdictione.

18 Vlterius etiam confirmatur eadẽ pars, per argumentum à ſimilitudine, & paritate rationis, ſi conſideres, atque ſupponas cum B. Tho. 2. 2. q. 67. art. 1. ſententiam inter partes latam particularem quandam legem eſſe: ſicque frequenter nuncupari: quam ferri nequit abſque iuriſdictione indubitati iuris eſt. Nullus enim iudex pronuntiare valet, nec proferre ſententiam aliquam, ſi iuriſdictionem non habeat, quo præſuppoſito, tunc ſic, quemadmodum ad ſentẽtiam requiritur iuriſdictio, non

Digitized by Google

non minus exigi debet ad condendum ſtatutum, quippè ſententia nihil aliud eſt, quam quædam particularis lex: cõſtatq; inter omnes, quod ſi ſententia à perſona publica feratur, proculdubio iuriſdictionis eſt, ergo de primo ad vltimum poteſtas condendi ſtatuta municipalia, ſpectabit etiam ad iuriſdictionem, nec ſine illa valebit exerceri.

19 Tandem Anaſthaſius & Conſtantinus Imperatores, periniquum & temerarium eſſe perſpexerunt, eos qui profeſsiones aliquas, ſeu negotiationes exercere noſcuntur, iudicum ad quos earundem profeſsionum, ſeu negotiationum cura pertinet, iuriſdictionem, & præceptionẽ declinare conari, vt in l.vlt.C.de iuriſdict.omn.iudic.vbi glo.verb. *pertinet*, iuncto text. tanquam certum & exploratum ſupponit, quod vbicũq; fuerit aliqua militia, ſiue profeſsio, ibi debet eſſe aliqua iuriſdictio, ſiue ordinaria, ſiue delegata, cum igitur negari non poſsit, quin communitates ſtatuta municipalia cõdentes profeſsionem aliquam, ſiue militiã exerceant, fateamur neceſſe eſt iuriſdictionis quoque eſſe talia ſtatuta condere.

20 Verum enim verò oppoſitam ſententiam, id eſt partem negantẽ, nempè poteſtatem ferendi leges municipales, & cætera ſtatuta communitatum inferiorum iuriſdictionis nõ eſſe, defendunt Felin.in cap.cum omnes, num.10. verſ. *quæro eſt aduertendum* de conſtitut. Ioann.Crot.in d.l. omnes populi.ff.de iuſt. & iure, nu. 17. Iaſ.ibidem, num. 34. poſt Mainer. & Bald.ſuper eadẽ lege omnes populi qui teſtantur communem eſſe opinionem, & mouẽtur ad ſic exiſtimãdum duobus potiſsimum fundamentis. Primũ deſumitur ex authoritate gloſſæ communiter receptæ in l.1. ff. de iuriſdict. omn. iudic. docentis, de natura iuriſdictionis eſſe, quod illam obtinens teneatur ius dicere, ita quod importet ipſa iuriſdictio, iuris dicendi neceſsitatem, at planum eſt actum condendi leges voluntarium eſſe non neceſſarium, neque coactũ ergo non pendet talis actus â iuriſdictione, ac perconſequens poteſtas condendi municipalia ſtatuta volũtatis eſt, non neceſsitatis, neq; iuriſdictionis.

21 Alterum fundamentum iſtius opinionis præcipuum, colligitur ex deciſ.text.celebr. in d.l.omnes populi, quo in loco generaliter omnibus ciuitatibus libera conceditur facultas leges condendi, & faciendi ſtatuta, at indubitatũ etiam eſt, & experiẽtia docemur, nonnullas inueniri ciuitates, & opida, vt ſunt communitates minores, quæ omninò iuriſdictione carent quarum fecit mentionẽ.I.C. in l.ſi duas.§.decet. ff. de excuſatio. tutorum, dum ſeparauit, atque diſtinxit tria communitatũ genera, & tertio loco conſtituit reliquas communitates minores, quas nullam iuriſdictionem habere dixit, ibi: *Decet autẽ maximo quidem numero vti Metropoles gentium: ſecundo autem quæ habent, vel forum cauſarum, vel loca iudiciorum: tertio autem reliquas, &c.* ergo ex his fundamentis planè efficitur poteſtatem ad condendas leges, ſeu municipalia ſtatuta, inferiorum communitatum, iuriſdictionis non eſſe, vt Felin. & præcitati DD. cum eo conſtanter tradiderunt.

22 Qua opinione, & pro ea adductis argumẽtis, minimè obſtãtibus prior ſentẽtia multo probabilior eſt, & omninò tenẽda, quæ docet ad cõdenda ſtatuta municipalia iuriſdictione opus eſſe, quã ſatis cõuincũt, quę pro illa ſuperius adduximus fundamenta, neque obſtant relata in contrarium,

Digitized by Google

riũ, quibus Felin. Crot. Bald. Mainer. & Iaſ. à nobis relati pro hac ſecunda ſententia nitebantur. Non primum deductum ex eo, quod actus condẽdi leges ſit omnino voluntarius nõ neceſſarius, iuriſdictio autem importet neceſsitatem iuriſdicendi: reſpõdetur enim fatendo non licere communitatibus, ſiue Principibus leges ſtabilire, aut ſtatuta condere, abſque neceſsitate, & vtilitate communitatum, iuxta text. in cap. erit autem lex, 4. diſtin. ibi, *neceſſaria, & vtilis*, vnde profluit, atque dimanat argumenti ſolutio, ſi negemus ceſſare neceſsitatem iuriſdicendi in condendis ſtatutis, ſatis namque eſt, quod ferantur leges vtiles, & neceſſariæ Reipublicæ, vt ſatisfiat conditionibus relatis in d. cap. erit autem lex, quod ſcilicet vtilis ſit, & neceſſaria, ex oppoſitoquè ſi argumẽtũ vim aliquam haberet ſequeretur abſurdum, & non leue in iure, ſcilicet, vt quam plurima, quæ in iure noſtro ad iuriſdictionem voluntariam ſpectant non eſſent iuriſdictionis, quod nullatenus fatẽdũ eſt, cõtradicẽte I.C. Marciano in l. 2. ff. de offic. Procõſ. & Legati, verbis quæ ſequũtur, *Omnes Proconſules* (inquit Marcianus) *ſtatim, ac vrbẽ egreſſi fuerint habent iuriſdictionem, non tamen contentioſam, ſed voluntariam, vt ecce manumitti apud eos poſſunt tam liberi, quàm ſerui, & adoptiones fieri. Apud Legatum verò Proconſulis nemo manumittere poteſt, quia non habet iuriſdictionem talẽ*, hactenus I.C. quibus verbis non obſcurè, ſed manifeſtè docemur etiam ad exercenda ea, quæ voluntatis ſunt, & minimè neceſsitatis iuriſdictionem requiri, vt ſatis exprimitur in illa l. ibi, *habent iuriſdictionẽ*, & ibi, *non contentioſam, ſed voluntariam*, voluntaria ergo iuriſdictio revera iuriſdictio eſt, eo præcipuè, quia Legatus Proconſulis, manumittere pro hibetur in eo text. non alia ratione, niſi quia iuriſdictionẽ non habebat, igitur etiam ad exercendos actus voluntarios iuriſdictione opus eſt, vt expreſſè docuit Marcianus in alleg. l. 2. quem locũ rectè intellexit, ſicut cætera omnia eruditiſsimus Iacob. Cuiac. lib. 4. obſeruat. & emendatio. iuris. c. 1.

23 Similiter non obſtat alterum fundamentum dictæ ſecundæ ſententiæ negatiuæ collectum, ex deciſ. tex. in d. l. omnes populi, credentes factam ibi poteſtatem, etiam populis iuriſdictione carentibus, id eſt opidis minoribus, vt poſsint ſtatuta condere leges ferre, atque ſancire, & alia huius generis facere, quamuis enim Abb. Panormit. in cap. quod clericis, num. 25. de for. competen. Ioan. Crot. num. 11. & 17. in d. l. omnes populi. Iaſ. ibidem, num. 7. poſt Bald. & Alberic. arbitrati fuerint, per d. l. omnes populi, dari facultatem communitatibus minoribus, quorum meminit text. in d. l. ſi duas. §. decet. ff. de excuſation. tutorum, ad condenda ſtatuta municipalia, & ſi tales cõmunitates iuriſdictione caruiſſent, tamen decipiuntur (eorum pace dixerim) prædicti Doctores exiſtimantes, non ex alio capite, quam ex permiſsione. d. l. omnes populi integrũ eſſe populis, ſeu ciuitatibus ſua ſtatuta condere, parũ aduertentes Caiũ I.C. illius legis conditorem non habuiſſe poteſtatem ad talem facultatem concedendã refragante præcipuè regula. d. l. vlt. C. de legibus.

24 Accedit quod I.C. Caius in d. l. omnes populi, non inſtituit ſermonem de populis iuriſdictione carentibus, nec de alijs qui iuriſdictionem habebant, ſi alijs ciuitatibus ſubeſſent, quod patet ſi conſideres verba ibi feciſſe I.C. de populis, qui duobus dumtaxat iuribus regebantur, nempè

nẽpè iure gentiũ,& ſuo proprio. At certum eſt,quod populi iuriſdictione carẽtes,nõ reguntur iure gentiũ & ſuo,igitur nõ fuit ſermo de populis,qui iuriſdictione carerent,nec ſimiliter de habẽtibus illã,ſi alijs ſubeſſẽt:etenim tales populi iuriſdictionẽ habentes, alijs tamen maioribus ciuitatibus ſubiecti,nõ ſolũ iure gentium & proprio gubernãtur,ſed etiã iure communi illius Reipublicæ cui ſubſunt.l.3.ibi,*per omnes populos*.C.de legibus.l.cunctos.C.de ſumma Trinitate,pariter ergo mens Cai.I.C. non fuit verba facere de populis iuriſdictionẽ habẽtibus,alijs tamẽ maioribus ciuitatibus ſubiectis,ac perconſequens nõ fuit ſermo in d.l.omnes populi,de cõmunitatibus minoribus, (quæ vulgo aldeas dicuntur) nec cenſendum eſt, datam fuiſſe ibi poteſtatem minoribus populis iuriſdictione carentibus ad cõdenda ſtatuta municipalia.

25 Vnde Bart. in d. l. omnes populi, rectè docuit contra cõmunẽ ibi ſermonẽ nõ eſſe de populis iuriſdictione carẽtibus,vt voluit Dec. in c. eccleſia.n.24.de cõſtitution.Anton.& Immola in c.cũ omnes,eod.tit.Alexan.in c.ius ciuile.1.diſt.Sermo igitur fuit in d.l.omnes populi, de populis habẽtibus plenã poteſtatẽ ciuilẽ,vt rectè ſẽſit Imperator optim⁹ interpres illi⁹ legis in §. ius autẽ ciuile ad fin.iuncto §.ſequẽti,inſtit.de iur. natur.id eſt de illis populis primũ locũ tenentibus, qui capita ſunt cõmunitatũ,ſicut in ſpecie his nõ obſeruatis cõſiderauit Aluar.Baez in d.l.imperiũ.n.135.ff.de iuriſdict.omn.iud. Vndè nõ bene Bart.& omnes exiſtimauerũt Caiũ in d.l.omnes populi, inſtituiſſeſermonẽ de populis iuriſdictionẽ habẽtibus,etiã ſi alteri⁹ populi,ſeu cõmunitatis ſubditi ſint, nãq; certo certius eſt,verba feciſſe de illis dũtaxat populis,qui capita ſunt communitatũ nõ de populis inferiorib⁹.

26 Qui error (ſi ita fas eſt appellare prædictã tantorũ Patruum traditionẽ) fortè profectus fuit ex cõmuni, plus tamẽ quam falſa opinione aſſerentiũ,Imperatorẽ eſſe totius mundi Dominũ, quã optimis argumẽtis abundè cõfutauit,Soto lib.4.de iuſt. q.4.art.2.&Nauar.in c.nouit,notab. 3.col. 62. quidquid eã defenderint glo.verb.*tranſtulit*,in c.venerabilem de electione,& glo.verb.*per ſingulas*, in c.Adrianus el 2.63.diſt. & teſtati fuçrint communem ſententiam, idẽ Nauarr.vbi proximè poſt Iaſ.in l.cũctos populos,num.6.

27 Et quamuis populi ſubiecti cõmunitatibus, poſsint etiã ſua ſtatuta facere,(quod minimè negandũ eſt)id minimè profectũ fuit, neq; ortũ habuit à permiſsione, aut cõceſsione d.l.omnes populi,etenim manifeſtares eſt nõ licuiſſe Caio I.C.facultatẽ concedere ſantiendi leges,aut condendi ſtatuta, originẽ ergo habuit, ex tacita Principis permiſsione,& ex illa regula quod conceſſo vno, illa omnia cenſentur conceſſa, per quæ peruenitur ad illud, & ſine quibus illud vnũ conſtare nõ poteſt. Nec ſtatim quidquid præceperint,quarumcũq; cõmunitatũ capita legis vim habebit,expeditum enim eſt, præcepta Patrũ familias,in ſuis domibus minimè rationẽ legis habere poſſe, vt docuit B.Thom.1.2.q.90.art.3.

28 Tandem conſequens eſt minores populos, quos vulgus vocat *aldeas*, non poſſe ſtatuta condere, vt rectè docuit Bar.in d.l.omnes populi,n.3. reclamante cõmuni Doctorũ,neque eſt facienda diſtinctio, inter ſtatuta facta ad definitiones cauſarũ, & circa bona adminiſtranda, quoniã neutra condere poſſunt dicti minores populi.

SVMMA-

Summaria ad Controuersiam 13.

1 *Leges seculares nihil de rebus spiritualibus disponere possunt ex defectu iurisdictionis.*

2 *Maior dificultas est an leges ciuiles cohibẽtes matrimonia comminatis pœnis validæ sint & seruari debeãt.*

3 *Refertur opinio Baldi & aliorum asserentium ciuiles leges, etiam circa spiritualia validas fore, & obseruari debere, si modo iustæ sint.*

4 *Culpa quã cõmittit subditus contrahens interdictum matrimoniũ & infringens leges ciuiles illud cohibẽtes accidens quodam est, & nõ spectat ad matrimonij substantiã, & ita nõ mutãt facium Reges & Principes nõnulla præcepta circa accidentia rerum spiritualium introducentes.*

5 *Adducitur pars affirmatiua inualidas esse leges circa spiritualia disponẽtes.*

6 *Adijcere pœnas circa matrimoniũ nihil aliud est, quam illius libertatem impedire, & explicatur Trid. sess. 24. c. 9. & c. gemma de sponsal.*

7 *Matrimonium proculdubio quid spirituale est, & nouæ legis sacramentum, & sic leges ciuiles ex defectu potestatis, nihil possunt circa ipsum disponere.*

8 *Media sententia distinguit inter leges ciuiles prohibentes matrimonia adiectis pœnis circa bona quæsita, vel adquirenda, vt priores nõ valeant posteriores verò validæ sint.*

9 *Adducitur dictum B. Thom. asserentis posse seculares Principes per suas leges impedire matrimonia contrahenda.*

10 *Leges ciuiles tractantes de inhabilitandis subditorum personis, ne possint matrimonia contrahere omninò inualidæ sunt, & minimè obseruandæ.*

11 *Ad eãdem potestatem spectat de matrimonio iudicare, ac ipsummet matrimoniũ prohibere, quo fit, vt seculares non possint inhabiles personas efficere ad nubendum.*

12 *Non solum inualidæ sunt dictæ leges, sed irritæ, & inanes, & in totũ exterminandæ, posquam matrimonij contractus elenatus fuit ad esse sacramenti, & in eo contractus, & sacramentum sola ratione differunt.*

13 *Minus rectè dictum videtur posse ciuiles leges matrimonia impedire, nec satisfacit Victoriæ resolutio, qui pé cum seculares leges matrimoniũ iudicare non possint, nec poterũt impedire.*

14 *Prima conclusio statuit leges ciuiles simpliciter & indistinctè impedientes matrimonia, nec ciuiliter, nec naturaliter obligare, tanquam si ederẽ non essent, atquè id ex defectu potestatis.*

15 *Secunda conclusio leges ciuiles matrimonium prohibentes non absolutè, et simpliciter, sed respectiué & secundum quid, veluti ne personæ certæ cõditionis matrimonium contrahant siue licentia Regis, validæ sunt, & ab omnibus obseruandæ, nisi per alios canones improbentur.*

16 *Leges respectiué tantum inhibẽtes matrimonium non infringunt eius libertatem, & solum attingunt matrimonij circunstantias, quæ sunt quid temporale, qua ratione Reges nostri iustissimè voluerunt, ne Senatores apud Indos intra territorium nubant, vel apud nos sine licentia, & permissu.*

17 *Quia dos matrimonio cohæret, non desinet subijci potestati seculari, dotiumque causæ, frequentissimè*

Digitized by Google

coram iudicibus ſecularibus agitantur.

18 *Spiritualibus annexa in plerisque articulis ſpiritualium notatione continentur, vt beneficium quod propter annexionem dicitur ſpirituale.*

19 *Diſpoſitiones omnes agentes de ſpiritualibus comprehendunt illa omnia, quæ ex authoritate eccleſiæ ſpiritualibus annexa ſunt.*

20 *Quæ doctrina temperanda eſt, niſi aliunde oppoſitum colligatur ex intentione loquentis materia ſubiecta alibi principio.*

21 *Ius patronatus, quod attenta ſua natura res temporalis eſt, poſtquam eccleſiæ ſpiritualibus annexum, atque coniunctum eſſe voluit, iam dicitur eſſe ſpirituale, & ſub nomine ſpiritualium comprehenditur.*

22 *Non eſt nouum quod annexa, atque cõiuncta iudicentur, & regulentur ſecundum ea, quibus annectuntur, & coniunguntur, & iudex iudicium finis & medij, ita annexa copulataque ſunt, vt manente annexione diuidi, aut ſeparari, vel ſine ſuis principalibus ſtare nequeant.*

23 *Deciſio text. in cap. quanto de iudic. generaliter procedit in alijs cauſis ſimilibus annexis ſpiritualibus, quẽadmodum in iure patronatus.*

24 *Ex eo prohibiti fuerunt iudices ſeculares, ne cognoſcerent de decimis, propter illarum annexionem cum rebus ſpiritualibus, etſi enim controuerſum ſit, verum ius decimandi ſit annexum rebus ſpiritualibus lege diuina, vel ex ſola eccleſiæ authoritate, conſtat tamen ex annexis eſſe.*

25 *Sepulturæ cauſa coram eccleſiaſtico, & nullo modo coram ſeculari ratione dictæ annexionis agitãda eſt, quã tumulis eccleſiaſticæ ſepulturæ ius & laicis poſſideatur.*

26 *Tentari poſſet ad ſimilitudinem iuris patronatus cæteras omnes cauſas rerum annexarum ſpiritualibus, primitiuè coram eccleſiaſtico tractandas, ita vt merito compilatores reiecerint decretalem Alex. 3. prohibentem ſecularibus cognitionem decimarum, tanquam ſuperfluam, & minimè neceſſariam.*

27 *Nihilominus nonnullæ cauſæ ſuper decimis ad iudices laicos deferuntur, & ita praxis obſeruat.*

28 *Quæ ſunt extra rerum ſpiritualium ſubſtantiam, etiamſi acceſſoria ſint, bene tamen ſubijciuntur poteſtati ciuili.*

29 *Quod intelligendum eſt, in quantum temporalia ſunt, quatenus verò ſpiritualibus cohærent, proculdubio eccleſiæ ſubſunt poteſtati, ſuique principalis naturam ſequuntur, & in his quæ ſpectant ad duas poteſtates, potius ſtare debemus iudicio eccleſiæ, quam ciuili, aut ſeculari.*

30 *Valent conditiones ſtatuentium, ne ſucceſſor in maioratu contrahere poſſit cum perſonis certa conditione, vel ſine parentum licentia, vel non adhibita hac, vel illa ſolemnitate, & defendantur pœnæ impoſitæ aduerſus Senatores & alios aliter contrahentes.*

31 *Longè diuerſum eſt pœnas imponi per legem contrahentibus matrimonium, aut per perſonam priuatam, ſecundum quam diſtinctionem intelliguntur, capit. gemma, & capi. cum locum de ſponſal. & Trid. ſeſſ. 24. c. 9.*

32 *Deceptus fuit inſignis Conarrubias dum exiſtimauit pœnas iuris ciuilis aduerſus raptores non habere locũ in foro canonico.*

33 *Decipiuntur qui aſſerunt leges ciuiles ex defectu poteſtatis non valuiſſe matrimonium raptæ cũ raptore*

tore interdicere, neque pœnas imponere transgredientibus, & indistincté defenditur sententia glos. in c. cũ secũdũ de hæret. in 6. vers. certo, et peculiariter inducitur Trid. locus sess. 24. c. 6.

34 Iam est antiquata infamiæ pœna contra viduas conuolantes ad secundas nuptias intra annum luctus.

35 Non in merito dubitari potest an aliæ quoque pœnæ contra dictas viduas cessauerint, per text. in capit. fin. de secund. nupt. & videtur eas iam cessasse.

36 Sed nihilominus aliæ pœnæ substinebũtur.

CONTROVERSIA 13.

Vtrum leges Principum sæcularium, circa spiritualia disponentes, inualidæ sint, nec ne, & an tales constitutiones, seu statuta, sint obseruanda, vel non.

ARDVA Profecto difficilis & quotidiana succedit controuersia, de viribus & potestate legum sęcularium disponentium circa spiritualia, quænam regula seruanda sit affirmatiua, ne, an negatiua: vtrum dictis legibus obtemperare debeamus, vel illas liberè possimus transgredi, & infringere: quæ inuestigatio subtilis pariter, & vtilis erit in vtroque foro animę, & exteriori, magnopereque conducens, cum ad variorum iurium intelligentiam, tum etiam ad resolutionem multorum casuum de facto emergentium, vt planè liquebit, ex toto disputationis discursu & serie dicendarum rerum. Atque vtinam satis esset dubitationem hanc in genere resoluere, quomodo non foret ita difficile illius exitum inuenire, nec muneris nostri esset, ad singularia descendere, circa quæ potissimum hæc nostra legalis scientia, versari solet & debet: sane cum in superioribus habuerimus pro constanti, quod nulla communitas, nullusvè eius Rector, potest leges cõdere, siuè statuta facere, limites suę potestatis excedentia, vt manifestum est, certumq; etiam sit, & exploratũ, leges circa spiritualia statuẽtes egredi propriæ potentiæ limina, cum nullum spirituale ciuili subsit potestati,

ſed ſoli eccleſiæ, iuxta iura vulgaria,in capit. ſolitæ de maior. & obedien.cap.ſi Imperator,cap. duo ſunt 96.diſt.de primo ad vltimum planũ fit dictas leges & ſtatuta circa ſpiritualia aliquid diſponentia, forè omninò inualida, nulliusque momenti cenſeri, vt ſecurè docuerunt Abb. numero 15. DD.& communis ſchola in cap.eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitu.probatque expreſſè Honorij II. Romani Pontificis reſponſum in cap. litteras de iurament. calumniæ, vbi voluit Pontifex,quod leges ſæculares, nihil de rebus ſpiritualibus diſponerent. Qua ratione Abb. & communis canoniſtarum ſchola vbi ſupra, contra Calderin. docuit nullius prorſus eſſe momenti leges Iuſtinianei codicis, in quibus agitur de baptiſmo, vt in titu. C. ne ſanctũ baptiſma, alijsque rebus ſpiritualibus,ſeu ſacramentis eccleſiæ, ſimiliter omnes leges de clericorum promotione tractantes ſub tit.C. de Epiſcop.& cleric. collocatæ, vt l. nulla cum duabus authent.ibi poſitis, & alliç leges id genus ſub illo titulo cõſtitutæ, adeò vt nonnulli affirmauerint tales leges,nec de honeſtatę forè ſeruãdas, adducti auctoritate tex. in cap.bene quidem ad fin. 96. d. in illis verbis, *ne in exemplum, &c.* quibus innuitur, quod leges ciuiles circa ſpiritualia diſponentes,prorſus inualidæ ſunt, nec ſeruandę. Igitur ſic in genere, antequam ad ſingulas ſpecies deſcendamus, certa apparet reſolutio propoſitę quęſtionis, negatiuaque pars, vt dictę leges inualidę ſint, videtur eſſe amplectenda ex defectu ſcilicet poteſtatis & iuriſdictionis.

2 Maior difficultas ſigillatim, & in ſpecie poterit excitari, quę in praxi varijs in caſibus frequenter contin gere ſolet, circa ſacroſanctum matrimonij ſacramentum, an ſcilicet leges ciuiles cohibentes matrimonia comminatis pœnis,validę ſint,& ſeruari debeant,tam iure poli, quam iure fori, exempli gratia titulus, C. de ſecundis nuptijs, vbi nuptię ſecundę prohibentur, atque damnantur ab Imperatoribus, & in exemplo authentic.de raptu mulierum collat.9. atque in diuerſis Prouintijs plures ſunt leges & ſtatuta municipalia,quę ad nubendum veniam Principis expoſtulant, vel parentum permiſſum requirunt, varias aliàs iniungentes pœnas aduerſus eos,qui ſecus cõtraxerint, quibus in caſibus noſtra diſceptatio locum habet, atque procedit,iuxta quam plura negotiorum genera decidi valebunt diuerſęque iuris quęſtiones reſolui poterunt.

3 In qua difficultate Magnus Philoſophus inſignisque I.C.Bald. tam in rubr. de conſtitut.numero 33. quam alijs in locis,quorum meminit Felin. in cap.eccleſia Sanctę Mariç eodem titu.num.59. Soto in 4.diſt.29. quęſtio.1.artic.4.colu.4.veteres ſcribentes,in cap.ſtatutum de hęreticis in 6. in ea fuerunt ſententia, vt exiſtimarent ciuiles leges, etiam circa ſpiritualia, validas fore ſuisque viribus ſubſiſtere, ab eiſque pœnas prçſcriptas,aduerſus matrimonia contrahentes abſque talium legum obſeruantia,exequendas eſſe, ſi modo iuſtę ſint, iuſtisque de cauſis iuſtas pœnas infligant, cur enim (inquiunt prędicti) leges ciuiles, ex iuſta cauſa cohibentes matrimonia, cuſtodiendę non erunt, ex dictamine rationis ſuadentis tales conſtitutiones, obſeruari.

4 ACCEDIT quod ſi propter aliquam rationem dictę leges inualidę comminiſcuntur, maximè ex-

de-

defectu poteſtatis, quaſi matrimonium, quippè res ſpiritualis, aliæque huius generis cauſæ, non ſubſint ciuili poteſtati, at quemadmodū certum & exploratum eſt, ipſummet matrimonium & alia ſimilia ex ſpiritualibus, Ceſſareis legibus non ſubeſſe, ita expeditum videtur, ea quæ ſunt extra ſubſtantiam matrimonij, aliarumque rerum ſpiritualium, quæ circa illarum accidentia dumtaxat verſantur, neque ipſam ſubſtantiam attingunt, ſubijci quidem poteſtatibus ſæcularibus, igitur mirum non eſt, quod leges ciuiles circa accidens rei ſpiritualis multa ſtatuere, ac diſponere valeant: quæ doctrina adhibito exemplo clarius apparebit, ſi cõſideres culpam, quam committit ſubditus contrahens interdictum matrimonium, & infringens, leges ciuiles illud cohibẽtes, minimè ſpectare ad matrimonij ſubſtantiam, quinimò accidens quodam eſſe, quod ſubeſt poteſtati ciuili: & ita intra limites ſuæ iuriſdictionis, non malefacere vidẽtur, Reges & Principes, qui reuerenter omniſſa matrimonij aliarumque rerum ſpiritualium ſubſtantia, circa illarum accidentia, nonnulla præcepta ſalutaria introducunt, atque cõſtituunt.

5 Affirmatiuam verò partẽm id eſt inualidas eſſe, minimèque ſubſtinendas prædictas leges pluribus adductis, atque relatis Doctoribus & fundamentis, tenuit inſignis Præſes Couar. in epitome de ſponſalib. 2. p. c. 3. §. 8. num. 6. poſt Ioann. Andr. in d. c. ſtatutum de hæreticis in 6. traddunt communiter DD. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ, vbi Felin. nu. 59. Abb. n. 20. aſſerentes expreſſè tales leges ciuiles eſſe inualidas indiſtinctè: vtpotè circa ſpiritualia diſponentes, quæ illarum minimè ſubſunt poteſtati.

6 Quæ ſententia probatur non in efficaciter ſi expendas adjicere pœnas circa matrimonium, nihil aliud eſſe quam illius libertatem impedire, vt magis in ſpecie quam antea, poſt antiquos canones conſiderauit Trident. ſeſ. 24. capit. 9. in illis verbis, *minis & pœnis adigant*, & rurſus, ibi, *cum his matrimonium inuitos contrahere*, iunctis verbis, quæ inferius ſequuntur, ibi, *quare cum maximè nefarium ſit matrimonij libertatem violare*, quibus manifeſtè & expreſſè, voluit ſancta ſynodus, per pœnarum adiectionem infringi hominum libertatẽm, ad cõtrahendum matrimonium, quaſi tales pœnæ impedimento ſint, quominus contrahatur, qua ratione Pontifices Maximi per ſua decreta damnare conſueuerunt, præfatas pœnarum adiectiones, tanquam impedientes matrimonij libertatem, vt in capit. gemma. capit. cum bonum de ſponſalibus, ex quibus conſequens ſit leges ciuiles in ſubiecta materia, minimè ſtatuere poſſe, ob excellentiam rerum ſpiritualium, & quia talis pœnarum adiectio, contradicit atque repugnat canonũ ſtatutis, & Romanorũ Põtificum conſtitutionib⁹.

7 Præterea facit pro dicta ſententia, quod matrimonium proculdubio quid ſpirituale eſt, & nouę legis ſacramentum, iuxta eiuſdem Tridentini decretum ſeſ. 7. c. 1. poſt tex. & ibi tradita per Doctores in c. ad abolẽdam de hæreticis, at explorati iuris eſt, leges ciuiles circa ſpiritualia omninò inualidas eſſe, igitur minimè poſſunt aliquid diſponere circa matrimoniũ, vtpotè res ſpiritualis, & nouę legis ſacramentũ, legesque omnes ſic diſponentes, ex defectu poteſtatis, atque iuriſdictionis, corruũt & deficiũt omninò, neque debebunt obſeruari.

8 Media denique exiſtimãdi via fuit quam excogitarunt nõnulli, quorũ meminit Couar. d. c. 3. §. 9. n. 2. Gui-

Digitized by Google

Ilermus in cap.Rainuntius,verb. *cuidam Petro* num.10.de teſtam.poſt glo ſam verb. *certò*, in cap. cum ſecundũ de hæretic. in 6.diſtinguentes, inter illas leges ciuiles, quæ matrimonia prohibent,aſsignatis pœnis amiſsionis,ſcilicet bonorum, & alias huius generis,reſpicientes bona iam quæſita,atque poſſeſſa á delinquentibus (vt ita loquamur)& inter illas leges, atque ſtatuta matrimonia cohibentia,propoſita pœna ammiſsionis lucri, id eſt rei,vel pecuniæ, nondum quæſitæ ſed adquirendæ, vt priores inualidę ſint,poſterioresverò valeát, ſuſtinerique poſsint & debeant: qua ſi longè diuerſum ſit, adijcere pœnã circa adquirenda,& circa iam quæſi ta,atque comparata,magisque impe diatur matrimonij libertas, per leges ciuiles prohibentes illud adhibi tis pœnis, in iam adquiſitis, non ità in adquirendis de nouo,quę lucra di cantur.

9 In quà difficili controuerſia,vt veterem noſtram interpretandi conſuetudinem, hac etiam in parte retineamus,ſeparanda ſunt certa ab incertis, nonnullaque prælibanda pro maiori explicatione & diſtinctione, eorum quæ dicenda ſunt. Ad quæ prius quam accedam,nõ poſſum, nõ rapi in admirationem,quod D.Tho. doctiſsimorum magiſter. in 4. d. 34. quæſt.1.artic.1.ad 4. tantam tribuerit poteſtatem legibus ciuilibus, vt docuerit poſſe ſæculares Principes per ſuas leges,impedire matrimonia cõtrahenda,cuius dicti inferius magis opportunè,faciemus mentionẽ,breuiter diſcutientes,an rectè reſponderit pro B.Thom.pater Franc.de Vitoria eius diſcipulus.

10 Interim tanquam certũ in hac re primo ſupponendum eſt, leges omnes ciuiles Principum ſęcularium, ſi tractent de inhabilitandis ſubditorũ perſonis,ne poſsint matrimonia cõtrahere,omninò inualidas eſſe,& minimè obſeruandas in vtroque foro, interiori & exteriori,ex perſpicuo & manifeſto defectu iurisdictionis, & poteſtatis Legislatoris, etenim tale impedimentum procederet à iudice non ſuo,extra propriam iuriſdictionem,ſeu territorium ius dicente,cui impunè non obtemperabitur,ex latè à nobis traditis in diſputatione prę cedenti circa legem imperium,ff.de iuriſdictione omn.iudic.dum ſermo eſſet de Imperio Tyranico,apertèq; probatur per tex. in c. quod autẽ de pœnitẽtijs,& remiſsionibus,ibi,*quod cum á non ſuo iudice ligari nullus valeat*, vbi pro regula traditur neminẽ poſſe á non habente iurisdictionem cõ ſtringi, quam non habere ſæculares Principes, in perſonas quantumuis laicas,ad hunc effectum eas inhabili tandi ad contrahendum matrimonium, manifeſtiſsimum quidem eſt, & per conſequens exploratum omninò,irritas &inanes eſſe prędictas leges.

11 Confirmatur, quia abſque dubio ad eandemmet poteſtatem ſpectat de matrimonio iudicare, ac ipſummet matrimonium prohibere, ſeu reddere inhabiles perſonas ad contrahendum, ſeu hoc vel illo modo celebrandum matrimonium, at indubitati iuris eſt (vt dicemus ſtatim) non poſſe Principes ſæculares, per ſe, neque per ſuas leges de matrimonio iudicare, igitur neque poſſunt inhabiles perſonas efficere ad nubendum, quod ſi faciant de facto,limina profecto proprię iuriſdictionis & poteſtatis egredi dicentur, quod minimè ferendum erit, vndè tanquam certum, inualidas eſſe tales leges ciuiles, traddiderunt Soto in 4.diſt.29. quæſtio.1. artic.4. colu. 4.& Couar.cum citatis ab eo,2.p.de

ſpon-

ſponſalib.cap.10.num.16.ante quos tanquam exploratum docuerat B. Thom.in 4.d.42. artic.1. ad 4. & res eſt ab omni prorſus diſputatione alie na,atque ideo caſus hic â quæſtione noſtra debebit excludi, neque in diſ ceptationem adduci.

12 Deinde ſupponendum eſt vt indu bitatũ,leges etiam ciuiles diſponẽtes ſuper validitate matrimonij, vel circa negotia matrimonialia,putà iudicia proceſus,& alia huiuſcemodi, nõ ſolũ inualidas eſſe omninò, ſed inſu per irritas & innanes, imò in totũ ex terminãdas,& relegãdas eſſe,à finib° Chriſtianę Reipublicæ,cũ bonis mo ribus repugnẽt, canonibuſq;& cõſti tutionibus eccleſiaſticis aduerſẽtur: adeò vt ab omni cõtrouerſia &diſpu tatione ſit,& fuerit ſemper alienũ, q tales leges nequaquã recipi, ne dum exequi debeant, qui caſus excluden dus ideò erit à quęſtione noſtra, tan quã indubitabilis: etenim etſi inficia ri non poſsit,matrimoniũ, contractũ humanũ eſſe, atque ob id videri ſub eſſe poteſtati ſæculari,& ciuili iuriſ dictioni,poſtquam tamen talis con tractus,excitatus & eleuatus fuit, ad eſſe ſacramenti,longe aliam rationẽ nouamque naturam & conditionem ſortitus fuit, quandoquidem ſacra mentum, & contractus in matrimo nio,vt Theologi communiter docẽt non re,ſed ratione dumtaxat diſtin guuntur, quare iam ſicut cœtera ſu pernaturalia,atenta lege diuina, ec cleſiaſticæ poteſtati priuatiuè ſubijci tur ipſum matrimonium, & nullate nus ciuili iuriſdictioni, poſtquã cum cœteris ſacramentis inter ſpiritualia fuit annumeratum,iuxta Trident.de cretum, ſeſsio.7.can.1.poſt.cap.mul ti 1.quæſt. 1. nec deinceps relinqui poteſt dubitationi locus, quin matri monium iudicari non poſsit, per ci uilem poteſtatem ex eodem Tridẽt; ſeſsio. 24. can.12. poſt text. celebrẽ in cap.tuam de ordin. cognition. ac per conſequens leges ciuiles, circa talia iuditia diſponentes,nondum ſer uandæ,ſed neque admitẽdæ erunt, vtpotè mittẽtes manum in meſſem prorſus alienam,matrimonium ſcili cet,quod ſolum ſubeſt eccleſiæ po teſtati,ex traditis à Franc. de Vito ria de poteſtat.eccleſię,relect.1.pag. 160.num.3.Couarr. in pract.cap.31. concl.1.

13 Vndè facilè infertur difficilẽ eſſe prædictam D. Thom. aſſertionem cuius ſupra meminimus docentis be ne poſſe leges ciuiles obijcere impe dimenta matrimonio contrahen do: ſupponit namque talis poteſtas obijciendi impedimenta,alteram lõ gè maiorem poteſtatem iudicandi ſcilicet de matrimonio,quod nullus impedire poteſt, quin de illo iudica re valeat,ex reg.dict.capit. quod au tem, igitur cum leges ciuiles iudica re non poſsint,de matrimonio, ne que etiam illud impedire, quoniam ſi poteſtas iudicandi de matrimonio iuditio eccleſiaſtico reſeruata eſt, v tique etiam poteſtas impediendi ta le matrimonium,ad idemmet eccle ſiaſticum iuditium penitus priuatiuè que pertinebit,cap.translato de con ſtitut.leges ergo ciuiles,quæ nõ poſ ſunt matrimonium iudicare, nec po terũt illud impedire, ne celebretur, vel contrahatur: quo fit vt ſuſtineri non valeat doctiſsimi Franciſci de Vitoria reſolutio, qui in relectione de matrimonio,2.par.numero 12.vo luit præfatam D. Thom. doctrinam procedere,iuxta tempora primitiuæ eccleſiæ, quibus nondum eccleſia, ſibi reſeruauerat poteſtatẽ illã impe diẽdi matrimonia, cõuincitur enim ſi cõſideres ab eodẽ principio,& fon te emanare,poteſtatẽ illã impedien di,à quo profluit poteſtas iudicandi

de matrimonio, atque ideò conſtitui differentia non debet, quãtum ad reſeruationis effectum, inter vtrãque poteſtatem, quæ vna dumtaxat eſt impediendi matrimonium, & iudicandi de illo, minus ergo rectè dictum videtur, poſſe ciuiles leges obijcere impedimenta matrimonio contrahendo, quippè ſi illud iudicare non poſſunt, nec poterunt impedire.

14 Quibus ita conſtitutis duæ in hac re ſtatuendæ ſunt certiſsimę, atque tenendæ propoſitiones, quarum prima ſit, leges illæ ciuiles, quæ ſimpliciter, & indiſtinctè impediunt matrimonia, ne videlicet certæ perſonæ matrimonium celebrent, adijciẽtes pœnam aliquam ſi contraxerint, irritæ ſunt, & inanes, omninoque inualidæ, quæ nec ciuiliter, nec naturaliter obligant, tanquam ſi editæ nõ eſſent. Ratio eſt, quoniam tales leges, pœnas iniungentes certæ conditionis perſonis, ſi nupſerint, in effectu puniunt matrimonia, quod facere non poſſunt, ex deffectu poteſtatis, quia vt nuper dicebamus ex reg. d. cap. quod autem, nullus punire poteſt, illud quõd iudicare non valet, certum autem eſt matrimonium nõ ſubeſſe ciuili poteſtati, igitur nec poterit puniri per leges ciuiles, punire verò contrahentes matrimonium nihil aliud eſt, quam pœnis afficere, ipſummet matrimonij contractum, & ſacramentum, quod nullatenus admitti debet. Præſertim cum negari non poſsit, quin tales leges ciuiles, libertatem quoque impediant matrimonij, abſolutè & ſimpliciter, pœnas ſiquidem imponunt hominibus ſi cõtrahant, quarum metu perterriti, inuiti â nuptijs abſtinebunt, contra legem diuinam dictantẽ, ne quod omninò matrimonijs impedimentũ inferatur, & ſalutare Cõſilium Apoſtoli dicentis melius eſſe nubere, quam vri, publicamque vtilitatem, in cuius etiam gratiam matrimonia condita, & inſtituta fuerunt, ad replẽdam, ſcilicet liberis ciuitatem, ſæculumque propagandum, vt ſint plures, ac plures, qui Deo Optimo Maximo præcipue, & Eccleſię Matri, Principibus, ac Regibus Chriſtianis, debita præſtent obſequia.

15 Secunda propoſitio certâ & tenẽda in hac materia talis eſt, leges ciuiles matrimonium prohibentes non abſolutè & ſimpliciter, ſed reſpectiuè & ſecundum quid v. g. quæ obijciunt impedimẽtum, ne perſonę certæ conditionis, vel qualitatis matrimonium contrahant, ſine licentia Regis, vel Principis, vel in tali, vel tali territorio, aut abſque ſuorum parẽtum permiſſu, vel cum perſonis huius, vel illius cõditionis, vt in quamplurimis exemplis legum diuerſarũm Regionum & Prouintiarum, tam de iure communi, quam de municipali: ſupetunt enim quamplurima exempla quæ non vacat referre, *præſertim cum ſcripta noſtra ad viros doctos & eruditos ſe ſe referant*, tales quidem leges ſecundum quid, & reſpectiuè tantum, non abſolutè & ſimpliciter matrimonia impedientes, validæ ſunt, & ab omnibus obſeruãdæ, niſi per aliquos canones, ſeu eccleſiaſticas conſtitutiõnes improbentur.

16 Probatur concluſio ſi cum iuditio conſideres, per iſtiusmodi leges nõ puniri matrimonia, ſed dumtaxat, quaſdam ipſorum circunſtantias, ſiuè culpã illam, quam commiſſerint, qui ſine parentum permiſſu, & abſq; licentia ſuperioris, cum tali vel tali perſona contraxerint, quo caſu, nec punitur matrimonium, neque illius libertas infringitur ſi rurſus aduertas tales circunſtantias, non contrahendi ſine licentia, aut cum tali, vel tali perſona, eſſe quid temporale â matrimonio

Digitized by Google

monio diuerſum, atque diſtinctum, ac proinde ambigendū nō eſt, quin circunſtantiæ huiuſmodi, tanquam res merè tēporales, ciuili ſubſint poteſtati, ergo libere poterunt leges ciuiles, licet non ſimpliciter, & abſolutè, ſaltim reſpectiuè & ſecundū quid circa circunſtantias matrimonij ſtatuere, ac diffinire: qua ratione Reges noſtri iuſtiſsimè voluerunt, ne Senatores intra territorium, apud Indos, matrimonia cōtrahant, vel apud nos ſine Regis Catholici licentia & permiſſu, quo iure vtimur.

17 Neque obſtabit ſi aliquis vrgeat, aſſerendo prædictas circūſtantias accēſſorias; & accidentarias eſſe, ipſi matrimonio, ac per conſequens debere ſequi naturam ſui principalis, et minimè ſubeſſe poteſtati ciuili: etenim dos etiam matrimonio cohęret, l.3.ff.de iure dot. & tamen diffinitū eſt in iure, dotis cauſam ſęcularem eſſe, teſtè Palacios Rubios in repet. c. plerumque de donation. inter. notab.2.poſt Felin.& Dec.in cap.eccleſia Sanctę Mariæ ille num. 58. hic n. 37.de conſtit.ante quos traddiderat gloſa in cap.de prudentia de donat. inter vir.& vxor. & ita praxi receptū eſt, nec ideò quia dos ipſa matrimonio cohæreat, ſubijci deſinit poteſtati ſæculari, dotiumque cauſæ coram iudicibus ſæcularibus frequentiſsimè agitantur.

18 Sed vt ingenium, atque naturam, annexorum rerum ſpiritualium, altius attingamus, prædictę reſolutioni, nonnullę iuris diſpoſitiones, grauiter obſtare videntur, etenim in iure noſtro, ea quæ ſpiritualibus annexa ſunt, tantam vim habent, & excellentiam, adeoque ſpiritualem quandam naturam, & conditionem ſortiūtur, vt in plerisque articulis eiſdemmet ſpiritualibus exequentur, capit. quæſitum de rerum permutatione, c.de iure de iure patrona. & 9 magnoperè mirandum eſt, ſic annexa, & ſi ſecūdum ſe tēporalia ſint, propter annexionem ſpiritualia dicuntur, & ſpiritualium notatione cōtinentur: exempli gratia beneficium, quod ſpiritualibus annexum eſt, conſequenter, ſecundum Nauarr. in rubr.de iure patronat.num.30. poſt D. Thom. 2.2.quæſt.100.artic.4. receptū communiter, pleno ore dicitur in iure ſpirituale, vt teſtatur Nauarr.vbi proximè, & probat expreſſè text. in cap. dilecto cum ſimilibus de præben. ſæpiſsimèque ita huncupatur.

19 Accedit vrgentius, quod vſque adeò ſpiritualibus annexa, dicuntur ſpiritualia, vt diſpoſitiones omnes agentes de ſpiritualibus, comprehendant illa omnia, quæ ex authoritate eccleſiæ ſpiritualibus annexa ſunt, vt probat text.in cap.tua 25. in prin. ibi, *ſpiritualibus*, & ibi, *ſolutione decimarum*, de decim.text.expreſ.in cap. litteras, iuncta gloſ.1.in princ. de iuramento calumniæ; intendunt iura in Clem.2.de iudic. & in cap.vltim. in princ.eodem titulo, traddunt communiter DD. in dict.c.litteras, Dec. & Abb.in cap.quanto de iudic.num. 3. ſecundum quos dicta iura locum habent, atque procedunt, etiā in his, quæ ſpiritualibus annexa ſunt.

20 Quam doctrinam ego ita temperarem, vt ita demum annexa ſpiritualibus, ſpiritualia dicantur, contineanturque notatione ſpiritualium, ſeu comprehendantur legibus de ſpiritualibus agentibus; niſi aliunde oppoſitum colligatur, putà ex intentione loquentis materia ſubiecta, aliove principio; tunc enim ſto annexa ſint ſpiritualibus, minimè ſpiritualia dicentur, neque ſpiritualium notatione continebuntur, etſi maximè ex authoritate eccleſiæ talem annexionem ſortita ſint.

21 Præterea vt ad notarunt DD. ex d.cap.quanto de iudic.ibi,*nõ niſi eccleſiaſtico iudicio*, quemadmodũ ex traditis à Doctoribus in ca.2. de iudic. negotia ſpiritualia in ſæculari iuditio minimè tractantur, ſed ſtatim referuntur ad eccleſiaſticum, ita illæ cauſæ, quæ magnopere annexæ, atque coniunctæ ſunt ſpiritualibus, in eccleſiaſtico iuditio tractari debent, vt naturam ſequantur ſpiritualiũ, iuxta quam iudicari regularique debẽt, vt probat tex.in dict.cap.quanto, docent Rochus de Curte de iure patronat.verb.*ius*, in prin. Curt. de fœud. par.7.num.23. & 26. Siluanus conſ. 32.num.5. Mantua. conſ. 5.à nume. 18.Emanuel Coſta Luſitanus vir nõ minus ingenio, quam doctrina clarus in cap.ſi pater, 2.par.verb.*Trebellianica*, num.7.verſ.*quarto &*, Rota antiqua 3.de conſuetudine, poſt glo. Abbat.& DD.in dict. cap.quanto Rigia, Abb.Auguſt.Beroi.Philipp.Dec. in rubr.de iudic.pluresque alij, quos retulit Dominus Molina de Hiſpan. primogen.lib.1.cap.24.num.26.qua ratione ius patronatus natura ſua, quid temporale, propter ſolam annexionem, & coniunctionem cum rebus ſpiritualibus, quam ſolam conſiderauit text.in dict.cap. quanto, eccleſiaſtico iuditio reſeruatum fuit, vt manifeſtum eſt in iure, praxique omninò receptum, & refertur originaliter in 2.tom.Conciliorum inter acta Alexandri III. ſub tit.de iure patron.cap.4.pag.921.etſi enim verius certiuſque ſit (multis repugnãtibus) ius patronatus, etiam cum præſentãdi facultate, ſi conſideretur de per ſe & attenta ſua natura, rem temporalẽ eſſe, quippè labor ille quærẽdi & præſentandi miniſtrum eccleſiæ idoneũ, in quo conſiſtit ius patronatus, res natura ſua temporalis eſt, poſtquam tamen eccleſia patronatus iura, ad vſum ſpiritualium ordinauit, & annexa, atque coniuncta ſpiritualibus eſſe voluit, iam dicuntur ſpiritualia, & ſub notatione & nomine ſpiritualium comprehenduntur.

22 Nec nouum eſt, quod annexa, atque coniuncta, iudicentur, & regulentur ſecundum ea, quibus annectantur & coniunguntur, acceſſoria enim ſemper ſequuta ſunt naturam & conditionem ſuorum principalium, vt tradit Iacob.Menoch.de arbitrar.caſu 95.à num.1.Hippolyt. in rubr. de fideiuſſor.num.189. & ſing. 251. Mantua dialogo 6. Abbas. & Dec.in dict.cap.quanto, poſt gloſam ibidem, probantque iura in l.quæ religioſis 44.ff.de reiuendicat. in reg. acceſſorium de reg.iur.in 6.dict. ca. translato de conſtit.vbi docent communiter interpretes: annexum enim etſi idem non ſit, cum eo cui annectitur, tamen adeò coniunctum, vt vnũ ſine altero ſtare non poſsint, atque ideò vtriuſque eadem ratio eſſe debet, & equalis iuris diſpoſitio, iuxta text.in ketiam 30.§.1.ff.de minorib. ibi, *ſi cæteris ſpeciebus non coheret, &c.* l.cum 18. verſ. *plané ſi quid connexum* ff.de negot.geſt. quam identitatem ſimili modo inter iudices, & iuditia obſeruauerat Bald.in l. ſi quis ex argentarijs, ff. de ędendo Iaſ. & alij in l.2.ff.de iuriſdict.omn.iudic.per tex. ibi, & in cap.præterea de offic. dele. vbi communis ſchola canoniſtarum Paul.Caſtren.& alij, quos retulit, & ſequutus fuit Philip.Dec.in d. capit. quanto num.3. intenditque tex. in ca. 3.de donation.inter virũ & vxorem conſentit illud Ariſt.& Philoſophorum axioma canonizatum, & cõprobatum in dict.cap.præterea de offic. delegat.& in dict.l.2.de iuriſdict. ad eundem met iudicem ſpectare, facere iuditium circa media, & circa finẽ ad quem talia media ordinantur, igitur

81

tur iudex & iuditium finis & media, ita connexa copulataque ſunt, vt manente annexione, diuidi, aut ſeparari, vel ſine ſuis principalibus ſtare nequeant.

23 Et quamuis text. in dict. c. quanto de iudic. ſpecificè egerit, de cauſa iuris patronatus, ſinedubio procedit, eius deciſsio in alijs ſimilibus, quæ ſpiritualium acceſſoria ſunt, & illis annexa, ratio eſt, quia vt ex littera illius textus apparet, Pontifex ibidem conſultationi ſatisfaciens, nihil ſtatuit ſpeciale, circa ius patronat°, imò conſideratio illa coniunctionis & annexionis iuris patronatus cum rebus ſpiritualibus, in qua conſiſtit tota vis & fundamentum illius deciſsionis, generaliter & peræquè procedit in alijs cauſis ſimilibus annexis ſpiritualibus, quemadmodum in iure patronatus, vndè dictæ Decretalis deciſsionem, quatenus ius patronatus eccleſiaſtico iuditio reſeruauit generalem eſſe voluerunt, Stephanus Auferrius de poteſtate eccleſiç, caſu 47. poſt Dominic. in cap. 2. num. 2. de exceptionib. in 6. & plures alios ad d. capit. quanto: quamuis enim thema ſpeciale fuerit, in cauſa iuris patronatus, ratio tamen illa annexionis & coniunctionis, vnicè conſiderata generalis fuit, & omnia & ſingula ſpiritualibus annexa complectens.

24 Quo prætextu (vt credo) expreſſè prohibitum fuit, conſulibus & iudicibus ſæcularibus, ne ſe intromitterent ad cognoſcendum ſuper decimarum negotijs, ſub decreto irritante, quod ſi contra feciſſent, ſententiæ ſuper decimis pronunciatæ irritæ forent, & innanes, vt conſtat ex decretali Alex. III. Pontif. Maxim. quæ antiquitus in priori decretaliũ collectione tertia fuit in ordine ſub titu. de iudic. cuius initium erat *relatum*, vt apparet ex notis eruditiſsimi Antonij Auguſtini ex eademque antiqua collectione, & tradditis à Petro Rebuffo de decim. quæſtio. 10. à princip. qui longè diuerſam ſupra criptionem, diuerſumque initium illius decretalis eſſe voluit, & ſub alio titulo collocatam fuiſſe contendit, quidquid tamen de hoc ſit, illud exploratum eſt, ex eo in illa antiqua decretali prohibitos fuiſſe iudices ſæculares, ne cognoſcerent de decimarum cauſis, propter illarum annexionem, & coniunctionem cum rebus ſpiritualibus, etenim licet controuerſum ſit, vtrum ius decimandi ſit ſpiritualibus annexum, ex lege diuina, an verò ex ſola eccleſiæ authoritate, conſtat tamen eſſe ex annexis, atque coniunctis rebus ſpiritualibus, hoc eſt pertinens, & ſpectans ad ſacramentorum adminiſtrationem, officiumque clericale, quæ rectè geruntur, & adminiſtrantur decimis ſubſequutis, quarum cauſam ad eccleſiaſticum iudicem priuatiuè pertinere, tenuerunt plures relati per Menoch. conſil. 269. Burſat. conſil. 49. à numero 6. Didacum Perez ad l. 1. titu. 1. libr. 5. ordinamenti, gloſ. 1. colum. antepenult. verſic. *dubitatur, vlterius* Quintilian. Mandoſ. de monitor. qnæſtio. 14. Petrus Rebuffus de decimis dict. quæſt. 10. á princip. poſt gloſſam 3. ſic intelligẽtem text. ibi, in dict. capit. ex thenore, & gloſam in ſumma. 2. quæſtio. 1. vbi DD. gloſ. 1. ibi, *quia licet laicus*, in capi. penult. 16. quæſtio. 13. & communem teſtè Rebuffo vbi proximè, quorum doctrina manifeſtè probatur in Clemen. 2. de iudic. ibi, *ſuper decimis*, & in cap. peruenit 5. de decim. cum alis iuribus illius tituli, ex quibus fluxit, & dimanauit deciſsio. 1. Caſadori ſub titulo de iudic. & ſatis probari poteſt ex Trident. ſeſ. 25. de reform. cap. 12.

Si-

lectoribus innotescceret,& magis, ac magis explicaremus obiectionem illam,superius à nobis excitatam, aduersus eam doctrinam,qua docebamus Regum & Principum,ac parentum licẽtiam,atque permissum, quæ sæpenumero requiruntur in matrimonio, quid temporale esse,& accidentarium extra eiusdem matrimonij substantiam, ac per consequens subijci potestati ciuili, neque obstare,quod accessorium sequi debeat, naturam sui principalis, atque ideò dictæ qualitates,& conditiones,tanquam matrimonij accidentia, illius naturam sequi deberent,& spiritualium rerum numero comprehendi: quippè (vt dicebamus) minimè refragante quod causa dotis accessoria sit ipsius matrimonij, nihilominus ad iudicem sæcularem spectat. Contra quam doctrinam vt vidisti efficaciter obstant prædictæ considerationes & resolutiones nuper traditæ, circa eas causas quæ rebus spiritualibus annexæ sunt,quas spirituales esse,non vulgariter demonstrauimus,quinimò satis ostendimus, tanquam accessoria suorum principaliũ sequi naturam & conditionem.

29 Cui longissimę obiectioni, ad propositum nostrum redeuntes, breuiter satisfaciemus reducentes in memoriam,id quod tradidimus supra, nempe validas esse leges ciuiles respectiuè tantum, & non obsolutè matrimonium impedientes, id est cum tali vel tali persona huius, vel illius conditionis, vel sine Principis permissu, nisi tales leges per canones improbarentur,in quo significarevoluimus, tales conditiones & qualitates,respectiuè inhibentes matrimonia,esse quędam accessoria, quæ in quantum temporalia, ciuili subsunt potestati, quatenus vero spiritualibus cohęrent,hoc est ipsimet matrimonio, proculdubio ecclesiæ subsunt potestati,suique principalis naturam sequuntur argumento regulæ accessorium de regul.iur. in 6. & probat efficaciter doctrina,cap.quãto de iudic.cuius supra meminimus: quo fit, vt conditiones illæ, qualitates & circunstantiæ, non simpliciter sed secundum quid matrimonium inhibentes, bipartitò cernantur, & ad vtramque potestatem ecclesiasticam, & sæcularem pertineant, etenim de per se consideratę subiacent potestati ciuili, tanquam quid temporale, vt verò cohærent matrimonio,ecclesiasticæ iurisdictioni subsunt, tanquam quid annexum spiritualibus,quod inter ipsamet spiritualia annumeratur in iure,ecclesiasticoque iuditio reseruantur priuatiuè: namque in his quæ spectant ad duas potestates, potius stare debemus iudito ecclesiæ quam ciuili, aut sæculari, neque aliter volunt Catholici Reges nostri,qui potius in subiectione exhibenda ecclesiæ Romanæ valde vigilant,& mirum in modũ gloriantur.

30 Quomodo veram & certam habemus resolutionem præcipuę nostræ controuersiæ, explicataque manet difficultas,& obiectio,quam supra latè proposuimus,valent enim, atque sustinentur leges ciuiles, secundum quid matrimonia impedientes, nisi per canones improbentur,id est nisi agatur de his conditionibus, & prohibitionibus,quatenus matrimonio cohærent,quo respectu ad iuditium ecclesiasticum priuatiuè pertinent, & nullo modo ad potestatem sæcularem, cum per canones,ita definitum sit,vt constat ex dict.cap. quanto, & ex illa antiqua decretali Alexan.III. cuius antea mentionem fecimus,suf-

ficit-

ficitque dictas conditiones & qualitates per ſe conſideratas, eſſe quid temporale,ad hoc vt validę ſint leges ciuiles,ſuper his conditionibus, ſeu reſpectibus, etiam circa matrimonium diſponentes, ſatisque eſt matrimonij libertatem non impediri abſolutè,& ſimpliciter vt dictæ leges ſubſiſtere poſsint,& debeãt, quo iure vtimur,quotidieque in Tribunalibus eccleſiaſticis, & ſæcularibus ſimiles conditiones, valent & tenẽt ſtatuentium, ne ſucceſſor in maioratu(verbi gratia)vel alio ſucceſsionis genere,contrahere poſsit cum perſonis certæ conditionis, vel ſine parentum licentia , vel non adhibita hac vel illa ſolemnitate,moribusque Hiſpaniæ receptum eſt, quod Senatores minimè contrahunt, niſi impetrata Catholici Regis licentia, neque ob id minus liberè contrahere dicuntur : igitur planum eſt, præfatas leges,& ordinationes , quorumcumque Regum Regnorum, & Prouintiarum, quæ attendentes ad pacem communem, bonumque Reipublicæ,pœnas imponũt aduerſus eos, qui abſque certis conditionibus cõtraxerint , iuſtiſsimas quidem forè, & cum omni ratione & æquitate coniunctas,quas fortiter tuentur,atque defendunt Caſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ Rubr. 1. §. 4. gloſ.3.numero 19. Roderic. Suarez in l.2.titu.de matrimon. libr. 3. fori, Pariſius quæſtio.19.colum.3. libr.3. Bald. & Soto vbi ſupra,poſt gloſam, verb.*accuſata*, cap. de raptoribus 36. quæſtio.1. neque audiendus eſt inſignis Couarrub.cum alijs, quos retulit & ſequutus eſt,in 2.par. de ſpõſalibus,cap.3.§.8.nume. 6. quoniam dictæ leges minimè diſponunt circa ſubſtantiam matrimonij, ſed circa tẽporalia quædam accidentia, ac circunſtantias quaſdam temporales, exempli cauſa in illa circunſtantia,impetrandæ paternæ licentiæ ad cõtrahendum.

31 Ad interpretationem autem duorum iurium,in cap.gemma,& in cap. cum locum de ſponſalib. & vt minimè prædictis contradicant præſuponẽdum eſt,rem eſſe longè diuerſam, quod pœnæ iniungantur per leges, & iura contra ſic contrahentes, vel quod priuatę perſonæ, ſibi ipſis pœnas imponant, ſi contingat eas matrimonium contrahere,vel non contrahere:etenim per viã legis pro bono cõmuni ad tuendam rempublicam,pacemque ſeruandam, iure optimo tales leges ferri poſſunt,& ſubſtineri,nullatenus vero ferri poſſe viſum fuit PontificibusMaximis,quod priuatæ perſonæ, ob ſuum priuatum intereſſe ſibi pœnas imponerent, illicitas profecto, tanquam per priuatos adiectas,propter proprium corũ commodum: in qua ſpecie loquuntur intelligendaque ſunt dicta iura, in c.cum locum & in cap. gemma de ſponſalibus,vt ſolum loquantur, & reprobent pœnas per priuatas perſonas adiectas,attento iure naturali illicitas,& iniuſtas, contra quos nominatim inuehitur ſynodus Tridentina ſeſ.24.c.9.ac contra eos, qui non pro communi bono, ſed terrenis affectibus, & cupiditatibus excæcati, viros & mulieres ſub eorum iuriſdictione degẽtes maximè diuites, vel ſpem magnę hæreditatis habẽtes,minis & pœnis adigunt,cum his matrimonium inuitos contrahere quos ipſimet Domini, ſiuè Magiſtratus, illis præſcribunt.nefarium enim eſt (inquit ſancta ſinodus) matrimonij libertatem violare, & ab eis iniurias naſci à quibus iura ſpectantur,igitur minimè expediens fuit,quod priua-

cæ

Digitized by Google

tæ perſonæ ob ſuum commodum & vtilitatem, non cõſiderato bono publico, ſibi pœnas iniungant, ſi non nupſerint, ita violantes matrimonij libertatem, in qua ſpecie procedunt & locum habent d.cap.gemma, & c. cum locum de ſponſalibus, quæ traditæ doctrinæ minimè repugnant.

32 Nec non ex ſuperiori reſolutione infertur, inſignem Couarr. deceptum fuiſſe, dum in 2.par. de ſponſalibus cap.3.§.9.num.2. exiſtimauit pœnas iuris ciuilis, aduerſus raptores, et raptas matrimonium contrahentes, non habere locũ iure canonico, nec ipſas leges ciuiles pœnas imponentes mulieribus, quæ ſuis raptoribus nubunt, authentico de raptu mulierum, collat.9. ſubſtineri poſſe: quia vt inquit idem Couarr. lex ciuilis nõ potuit pœnas inferre contrahentibus, ſed dumtaxat lucrum auferre, q raptæ fœminæ ipſa lex dederat: tamẽ in vtroque fallitur vir alioquim doctiſsimus, & ante eum decepti fuerũt Doctores communiter poſt gloſſam in cap. de puellis 36.q.2. etenim ſi dicta lex ciuilis, ſic contrahentibus pœnam imponens, eſſet correcta, & antiquata, maximè per text. in c. vlt. de raptu virgin. ſed ille text. licet matrimonium raptæ cũ raptore ſemel de facto contractum defendat, atque ſubſtineat, verum, per deciſionẽ illã Pontificiam noluit Inoc. III. illius decretalis author, ſic contrahẽtes ex cuſare â culpa, ac per conſequẽs pœnas dicti authẽtici non euitabunt, ſicut frequentiſsimum eſt, tam in propoſito, quam in alijs negotijs & cauſis, vt actus qui geruntur valeãt, & nihilominus diuerſimodè puniãtur, vt in matrimonio, abſque denuntiationibus celebrato, & id genus alijs.

33 Decipiuntur præterea prędicti patres doctiſsimi, in eo quod exiſtimãt leges ciuiles ex defectu poteſtatis, & iuriſdictionis nõ valuiſſe talia matrimonia raptæ cum raptore interdicere, & ſimilia, neque pœnas iniungere tranſgredientibus, etenim iuxta doctrinam ſuperius traditam d.authenticum de raptu mulierum col.9. & aliæ leges ciuiles, eiuſdem notę, inhibentes ſcilicet matrimonia, nõ ſimpliciter, ſed reſpectiuè, minimè illa puniunt, neque ſtatuunt aliquid circa ipſius matrimonij, ſubſtantiã, ſed circa circunſtantias, puta contractũ, cum raptore vel cum perſona huius, vel illius conditionis, vt obſeruarũt plures quorum meminit Cou. d.2.p. cap.3.§.9.num.2. poſt gloſ. in c. cum ſecũdum leges de hæret. in 6. verbo *certo*, quæ fuit hanc doctrinam amplexa in ſpecie vt proponitur, licet non tam ſecuro aducta fundamento: perperam enim diſtinguit gloſſa inter ea quæ nõ ſunt de patrimonio eccleſiæ, & quæ ad eccleſiam ſpectãt vt in his quæ non eſſent de temporali iuriſdictione eccleſiæ, non obſtante quod matrimonium raptæ cũ raptore firmum ſit, & teneat, adhuc pœnæ locum habeant, ſecus in alijs quę ad eccleſiæ iuriſdictionem ſpectant: indiſtincte namque veriſsima eſt dictę gloſæ ſententia, ibi, *ſed ſatis videtur, quod licet ſecundum nos teneat matrimonium, pœna legis habeat locũ, &c.* vt ſupra verius eſſe reſoluimus: quã doctrinam rectè ſenſit Trident id eſt, q licet matrimonium cum raptore ſubſtineri defendique debeat pœnæ tamen aduerſus ipſos contrahẽtes per leges ciuiles iunctæ ſemper locũ habeant, dum ſeſ.24.cap.6. ſtatuens, quod ſi rapta â raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta illũ in virum habere cõſenſerit eam raptor in vxorem habeat, ſubiungit ſtatim Concilium in hæc verba, *& nihilominus raptor ipſe, ac omnes illi conſilium auxilium, & fauorem præbentes ſint, ipſo iure*

ve excommunicati, ac perpetuò infames omniumque dignitatum incapaces, etsi clerici fuerint de proprio gradu decidãt, quibus verbis satis adumbrauit sancta si nodus, valere vel non valere matrimonium, non importare excusationem sic contrahentium à culpa: & per consequens, neque à pœna, siquidem substinendo matrimonium, nõ solum confirmauit antiquas pœnas, sed alias iniunxit & imposuit.

34 Oportebit autem elegãter animaduertere superiorem traditionem numero præcedenti magis explicatam, nullatenus procedere in celebri illa infamiæ pœna, de qua in l. 1. C. de secundis nuptijs, vbi Imperatores Gratian. Valent. & Theodos. ex notissimo iure voluerunt infamiæ pœnam, & alias circa bonorum dispositionẽ incurrere mulierem viduam, ita proiectam suæque existimationis oblitam, vt noluerit priori viro debitam religionem præstare, quinimo festinauit ad secundas nuptias, intra annum luctus alteri nubendo, antiquata (inquam) & abrrogata iam est talis infamiæ pœna per text. in cap. vltim. eod. tit. de secund. nupt. etenim cum Apostolo teste mulier mortuo viro suo, ab eius sit lege soluta, & nubendi cui vult, tantum in Domino, liberam habeat facultatem, recte docuit Innocent. III. in dict. cap. fin. cessare debere legalem infamiam prudenterque præcepit, mulierem post viri obitum infra tempus luctus (scilicet vnius anni spatium) nubentem, illam nequaquam incurrere, eleganti ductus ratione Põtifex Maxim. Apostolus enim (inquit Innocent.) eam facultatem concessit viduis, parumque refert quod leges matrimonium interdicant, aut puniant intra annũ luctus contractum, præsertim quod tales leges minimè dedignãtur sacros canones imitari, stãdum igitur est in hac parte non legi ciuili, sed canoni, & potissimum Apostolo, viduæ liberam facultatem concedenti, quouis tempore nubendi, neque est quod iam timeat infamiæ pœnam.

35 Quærere tamen quis posset, & nõ immerito, similiter ne cessauerint per illam decretalem vltimam de secund. nupt. aliæ quoque pœnæ aduersus ita contrahentes impositæ: & crederem cessasse si consideres alienũ omninò esse â ratione, vt qui culpam non committit pœnam substineat, per text. in reg. sine culpa de regul. iur. in 6. cum vulgar. quæ docent consentaneum esse, vt pœnæ suos tãtum sequantur authores, at ex mẽte Apostoli relati in d. c. fin. & Innocentij III. ibidẽ, mulier vidua liberè potest, etiam intra annum luctus ad secundas nuptias festinare, absque aliqua culpa, igitur non solum præfatã infamiæ pœnam, sed cęteras quoque omnes pœnas euitabit, quoniã circũstantia illa nubẽdi intra anni spatiũ, iam minimè damnatur, quinimò Apostoli authoritate permittitur, atque defenditur, ac per consequens quælibet pœnæ, quæ antea circunstantiã illam nubendi intra luctum respiciebant, correctæ iã censeri debent, per decis. d. c. fin. de secund. nupt.

36 Qua doctrina non obstante, si quę sunt pœnæ inhibentes secundas nuptias in gratiam filiorum prioris matrimonij, & non in illius odium, quarũ meminit Anto. Gomez. in l. 14. Tauri procul dubio substinebuntur, ex traddit à Couarrub. vbi supra, nu. 5. post Felin. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, num. 56. de constit. & ad hæc reducenda sunt, quæ doctè scripsit per doctus pater Thomas Sãchez lib. 1. de sponsalib. disputa. 34. q. 2. per totam.

Su-

Digitized by Google

Summaria ad Controuerſiam 14.

1 *Videtur leges ciuiles circa temporalia clericorum inualidas eſſe ex defectu poteſtatis.*

2 *Sicut perſonæ eccleſiaſticæ, ita & illarum res immunes ſunt á ſæculari poteſtate.*

3 *Et ſi prædicta propoſitio conformis ſit iuris traditionibus nihilominus plura vrgent incontrarium.*

4 *Cauſæ clericorum etiam ſacerdotum tam ciuiles quam criminales connumerari debent inter negotia temporalia.*

5 *Ex eo quod clerici ſint, non deſinunt eſſe homines eiuſdem naturæ cum alijs, & quod res ab ipſis poſſideãtur non tollit earum naturam, & conditionem.*

6 *Plures ſunt leges diuerſarum prouinciarum ſecundum quas clerici conueniuntur coram iudicibus ſæcularibus.*

7 *Referuntur nõnulla iura tã iuris Põtificij quam Cæſarei pro eadem parte.*

8 *Prima ſententia, quæ aſſerit exemptionem clericorum iuris humani eſſe.*

9 *Si clericorũ exẽptio eſſet iuris diuini Põtifices nõ tuliſſet patiẽter clericos apud ſæculares conueniri nec alegaſſent Imperatorum priuilegia ad firmandam clericorum exemptionem.*

10 *Lex diuina integrè diuiditur in naturalem, & ſupernaturalem Euangelicam, nam ius Scriptum inditiale, & ceremoniale veteris teſtamenti ceſſauit per paſsionem Chriſti Domini, & exemptio clericorum ad nullam ex his ſpetiebus legis diuinæ ſpectat.*

11 *Probatur efficaciter inductione facta exemptionem clericorum nullatenus referri poſſe ad ius diuinum.*

12 *Locus ille Mathei 17. non de reliquis ſacerdotibus, ſed priuatiué de Chriſto Domino accipiendus eſt.*

13 *Contrariam ſententiam exemptionem clericorum in temporalibus præcipi lege diuina tenent plures Doctores.*

14 *Non eſt nouum, quod ſacræ res ratione conſecrationis inter ſpiritualia numerentur eximanturque á poteſtate ciuili, ad quarum ſimilitudinem cum clerici etiam conſecrentur, opus eſt vt inter res ſpirituales connumerari debeant.*

15 *Aducuntur nonulla iura, & teſtimonia ad comprobandam prædictam aſſertionem.*

16 *Tempore primitiuæ eccleſiæ ne dum ſacerdotes, & clerici, ſed etiam chriſtiani omnes ab eccleſia iudicebantur.*

17 *Ex poteſtate ſupernaturali Pontificibus maximis communicata inferuntur eos de rebus temporalibus diſponere poſſe in finem ſupernaturalem.*

18 *Catholica eccleſia ob iuſtiſsimas cauſas aducta clericos eorumque bona eccleſiaſtico iudicio reſeruauit.*

19 *Referuntur nonullæ cauſæ, & in conuenientia ſi clerici ſæcularibus ſubijcerentur.*

20 *Referuntur duæ bonorum ſpeties, quæ penes clericos inueniuntur, & quo modo ipſarum naturam clerici non mutent explicatur.*

21 *Improbatur diſtinctio aſſerentium clericos, vt miniſtri ſunt iure diuino exemptos eſſe, vt ciues vero ſubijci ſæcularibus poteſtatibus.*

22 *Verior, & receptior eſt ſententia exemptionem clericorum quãtum ad*

bona temporalia, & perſonas iuris humani eſſe, & Imperatores eccleſijs iuriſdictionem in clericos condonarunt.

23 *Inſertur interpretatio ad tex. in cap. 2. de for. comp. in illis verbis* nullus iudicū.

24 *Sub ſimplici iudiciorum nomine ſecularia dumtaxat continentur, & ſub ſimplici appellatione iudicum ſoli ſeculares intelliguntur.*

25 *Colligitur ex ſupra reſolutis inualidas eſſe leges circa temporalia clericorum.*

26 *Procedit dicta concluſio, etiam ſi tales leges clericis, & eccleſijs fabor abiles ſint nec admittenda eſt diſtinctio inter leges Imperiales, & alias leges particulares laicorum.*

27 *Leges ciuiles, & Imperiales, quæ ſunt in libris codicis, & authenticorum ſi canonibus non repugnent obſeruandæ ſunt præſertim cum Pontifices maximi eas allegare conſueuerint ad ſuas deciſiones confirmandas, quarum referuntur exempla.*

28 *Referuntur nonnulla teſtimonia Pontificum quæ fundantur in legibus ciuilibus diſponentibus de rebus eccleſiaſticis.*

29 *Valent leges diſponentes circa temporalia clericorū, ſi per canones approbatæ inueniantur.*

30 *In cap. vt Inquiſitionis de hæret. in 6. canonicatæ, & aprobatæ fuerunt leges Federici, quæ aprobatio neceſſaria non fuit.*

CONTROVERSIA 14.

Vtrùm leges ciuiles circa temporalia diſponentes de rebus, ſeu perſonis eccleſiaſticis validæ ſint, & obſeruandę, & quid dicendum ſit, quando tales leges ciuiles fauorabiles extiterint ipſismèt clericis, ſeu eccleſijs, quidque praxis obſeruet circa dictas leges.

1 EX ipſo quæſtionis titulo ſatis apparet, quam propinqua affinisque ſit controuerſia hæc præcedēti, cum vtrobiq; agatur de vi, & authoritate legum ciuilium, in ſuperiori diſputatione circa ſpiritualia, in hac verò erga perſonarum eccleſiaſticarum temporalia, poſsint ne fæculares Pricipes, per ſuas leges & conſtitutiones diſponere, & ſtatuere: quod eſt quærere vtrum eccleſiaſticæ perſonæ, res & bona clericorum, ſubijciantur poteſtati ciuili, ſumiturque dubi-

Digitized by Google

dubitandi ratio ex eodem fonte atq; principio, à quò in ſuperiori quæſtione diſputare, & diſcrere cæpimus, namquè cum ſatis ſuperque ſuperius demonſtratum ſit præſertim initio huius ſecundi libri nullam communitatem, nullumvè, eius Rectorem, ſiuè Regem, aut Principé ſæcularem, leges condere poſſe, vltra limites ſuę poteſtatis, & leges ciuiles, de clericorum bonis, eorumvè perſonis diſponétes, manifeſtè egrediantur limina potentiæ ſæcularium Principum, cum tam res clericorum, quam ipſorū perſonę eſſenpr ę ſint à Ciuili poteſtate, ſolumque eccleſiæ iudicibuſque eccleſiaſticis ſubijciantur proculdubio dicendum videtur tales leges ciuiles, ex poteſtatis deffectu, & iuriſdictionis, inualidas eſſe minimèque ſernandas.

2 Quod autem ſicut perſonæ eccleſiaſticæ, ita & illarum res, immunes ſint, à ſæculari poteſtate, probant manifeſta iura in c. quamquam, ibi: *Non ſolum iure humano*, de cenſibus in 6. in cap. ſi Imperator, ibi: *Ad ſacerdotes*, & in cap. Cõſtantinus 96. d. attulit plura in comprobationẽ Dominus Couarr. in pract. c. 31. concl. 3. & 4. procedit ergo conſequentia, inualidas ſcilicèt eſſe, irritas, & innanes ciuiles leges circa temporalia perſonarum eccleſiaſticarum diſponentes, quam probant iura etiam expreſſa in cap. non placuit 16. quæſt. 7. & in c. bene quidem, ibi: *Quia non licuit laicis*, 96. d. eandemque concluſionem tenet atque defendit communis interpretum ſchola teſte Alex. in rubr. C. de ſacroſanct. eccleſ.

3 Quamquam verò id iuris traditionibus interim conſonum videatur, quia tamen ſine contradictore nihil certum, aut exploratum colligi poteſt, & ſi apertiſsima iura in c. clerici, & in cap. at ſi clerici in prin. de iudic. in c. ſi diligenti de for. in c. 1. cum ſeqq. 11. quæſt. 3. in authen. ſtatuimus, C. de Epiſc. & clerici. ſtatuerint non licerè ſæcularibus, ſiuè laicis Principib°, & Regibus, de perſonis, aut rebus iudicare, neutiquam que valeat lex ciuilis diſponere de perſonis, & bonis clericorum & eccleſiarum, vt probat cap. eccleſia de conſt. c. vlt. de rebus eccleſiæ tradunque Ioan. Grat. reg. 155. Duenas reg. 135. Franc. Riparien. lib. 1. Reſponſ. c. 2. & poſt ordinarios in l. de quibus, ff. de leg. latè Ioan. Oroſtius ibidem nume. 141. nihilominus, non deſinunt aliqua vrgere in contrarium, illaque nõ leuia fundamenta:

4 Oppoſitam ergo ſentẽtiam, ideſt licere ſæcularibus Principibus, ſeu iudicibus laicis, diſponere, ac iudicare, circa temporalia eccleſiaſticorũ, probat celebris illa diſtinctio duarum poteſtatum eccleſiaſticę & temporalis; quippè cum ad Eccleſiaſticam poteſtatem ſpectet circa ſpiritualia ſtatuere, neceſſe eſt ad laicã & temporalem iuriſdictionem pertineat cognitio erga res omnes temporales cuiuſcumque conditionis ſint c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, cap. quoniã c. 1. 10. d. cap. cauſamque el ſeguido qui filij ſint legitimi, cap. cum ad verum 96. d. cap. nouit de iudic. quod autem, & ſi clerici ſpirituali charactere inſigniti ſint illorum cauſæ tam ciuiles quam criminales connumerari debeant inter negotia temporalia pluſquam manifeſtum eſt, igitur fateamur neceſſe erit, ad ſæcularem poteſtatem ſpectare, cognoſcere de ciuilibus & criminalibus clericorum cauſis, temporalibuſque ipſorum negotijs.

5 Neque enim eo quod clerici ſint deſinunt eſſe homines ejuſdem naturæ

turæ cum alijs, imò ciues ſunt & mẽbra Reipub. temporalis extrinſecuſque, & ex accidenti contingit quod homo ſit clericus per accidenſque etiã eſt ſingulas poſſeſsiones terras, & bona tẽporalia mobilia, vel immobilia à clericis, ſeu ab alijs perſonis poſsideri, vt exploratum eſt: res ergo clericorum, quod ab ipſis poſsideantur, non immutant imò ſuã retinent naturam, & conditionem, ac per conſequens temporales ſunt ſecundum eſſentiam, atque ſubiectæ ſæcularibus poteſtatibus: quãdoquidem, ſicuti eccleſiaſtica poteſtas cõplectitur ſpiritualia ita ciuilis temporalia comprehendit.

6 Et confirmatur, ex pluribus legibus diuerſarum prouintiarum, receptiſque conſuetudinibus, ſecundum quas, clerici eccleſiaſticæq; perſonæ paſsim conueniuntur coram iudicibus ſæcularibus, teſte Petro Rebuffo, 1. tom. ad ll. Galliæ in proœmio gloſ. 5. num. 35. & in tract. de except. num. 5. pluresque caſus in quibus clerici in foro ſæculari iudicantur retulit Ioann. Gratianus reg. 9. à num. 11. Maranta de ordin. iudic. 4. p. diſt. 11. Marian. Socin. in capit. 1. de iudic. à. nume. 25. Auferrius de poteſt. ſæcular. reg. 1. à nume. 5. Barthol. Socin. reg. 56. Tiraq. de retract. libr. 1. §. 32. gloſſ. 1. nume. 8. Burgos de Paz ad l. 3. Tauri. nume. 786. Gregor. Lopez in l. 5. titul. 7. part. 1.

7 Nec non pro eadem parte faciũt text. in capit. ſiquis cum clerico. 11. quæſt. 1. capit. perpendimus de ſent. excomunication. authenticum, vt clerici apud proprios Epiſcopos in prin. collat. 6. cap. Principes cum ſequentibus 23. q. 5. & totus fermè tit. C. de Epiſcop. & cleric. Et de ſacroſanct. eccleſ. quibus probatur clericos eorumque bona in ſæculari foro conueniri, & iudicari ſæpiſsimè, falſum igitur eſt affirmare, non licere ſæcularibus iudicibus de perſonis, & rebus clericorum iudicare, quibus præſens controuerſia iunctis his, quæ initio tetigimus anceps dubiaque manet pro vtraque parte.

8 Cuius vera germanaque reſolutio, omninò pendet ab alia controuerſia, non minus ancipiti, & difficili, an clericorum exemptio à poteſtate ſæculari, iure diuino tribuenda ſit, vel humanis legibus: & exemptionem iſtam iuris humani eſſe, primus omnium (quamuis dubitans) tẽtauit Innocent. in cap. 2. nume. 1. de maior. & obedič. defendũt ex Theolog. Fr. Franciſ. de Victoria de poteſt. ciuili. num. 2. noſter Ioann. de Medina de reſtit. quæſt. 5. in prin. poſt. B. Thom. in Paul. ad Rom. capit. 13. ex noſtris Andr. Alciat. in cap. cum non ab homine, num. 3. de iudic. Iaſſ. in l. ſi generaliter n. 3. C. de ſacroſanct. eccleſ. poſt Bald. in l. iubemus nullum, C. eod. titul. num. 3. Paul. & Salizet. num. 6. qui teſtantur temporibus Imperatoris Conſtantini, eccleſiaſ. & clericos Imperatoribus ſubiectos extitiſſe, atque ex indulgentia, & priuilegio, fuiſſe exemptos, & libertatos á poteſtate ciuili, ac per cõſequens iure humano, vt traddunt plures alij ſequuti & relati à Couar. practic. 31. num. 1.

9 Cuius ſententiæ rationes, & fundamenta in vnum contulerunt Couarrub. & Ioann. de Medina, dictis locis, & nos dum aliquando in quotidianis cõmentationibus ad numeroſam auditorum cateruam inſtitueremus ſermonem de priuilegijs clericorum, expendere conſueuimus, quod ſi lege diuina forent exempti, proculdubio catholici Imperatores per tot annos de ip-

de ipſis minimè iudicaſſent, quemadmodum de clericis, ipſorũq; bonis, ſæculares cognouiſſe manifeſtũ eſt, ex integris titulis de Epiſcop. & clericis de ſacroſ. & alibi ſæpiſsimè, immò nec ſummi Pontifices, ſi lex diuina contrarium ſtatuiſſet, per tot ſæcula tulliſſent patienter, quod Imperatores cognoſcerent, vt cognoſcebant de clericis ipſorumquè bonis, nec poterit reſponderi, vt nõnulli perperam comminiſcuntur: talem clericorum ſubiectionem per tyrannidem fuiſſe introductam, potius enim erant Romanis Pontificibus obſequentiſsimi, quam ſe de facto inſererent alienæ iuriſdictioni: & non eſt credibile, quod ſi ius diuinum oppoſitum dictaret eccleſia aliquando, non ſe opponeret, atque reſiſteret Imperatoriæ poteſtati, quod tantum abeſt, vt ipſimet ſummi Pontifices fatereutur, iuſtè quidem clericos, & eorum bona Imperatoribus ſubijci, dum ab eiſdemmet Imperatoribus exemptionem clericorum poſtularunt, vt non obſcurè colligitur, ex d. authen. vt clerici apud propriosEpiſcopos in princip. collat. 6. Quæ morales conſiderationes mirum in modum corroborantur, ſi expendas moris fuiſſe Romanorum Pontificum, ad firmandã clericorum exemptionem allegare Imperatorum priuilegia, vt allegauit D. Gregor. in cap. de perſona 11. quæſt. 1. vbi meminit cuiuſdam priuilegij Iuſtiniani Imperatoris, vt aſſeret clericos conueniendos eſſe coram proprijs Epiſcopis, nouellamq; retulit ad talem exemptionem comprobandam, ſignum profecto, non adumbratũ, ſed expreſſum, quod Põtifices Maximi crediderunt, clericos ipſorumq; bona humanis legibus, & non iure diuino fuiſſe exempta, & liberata â poteſtate ciuili.

10 Accedit quod ſi clerici, illorumquè res iure diuino exemptæ forent a poteſtate ſæcularium Principum, eſſet virtute alicuius legis naturalis, vel ſupernaturalis Euangelicæ, in quas integrè diuiditur lex diuina, nam ius ſcriptum iudiciale, & cerimoniale veteris teſtamenti, manifeſtum eſt, extinctum fuiſſe per paſſionem Chriſti Domini, vt docet Soto de iuſtitia lib. 2. quæſt. 5. artic. 4. Couarru. reſolut. lib. 1. capit. 17. num. 1. poſt D. Thom. 1. 2. quæſtione 104. artic. 3. & 2. 2. quæſt. 87. artic. 1. probantquè iura in cap. vnico de purificatione poſt partum, & in cap. translato de conſtit. D. Paul. (qui in ſtar omnium eſt) ad Hebræos cap. 7. at nec lege naturali, nec ſupernaturali Euangelica, ſancitũ reperimus, quod clerici debeant eſſe exempti à iuriſdictione ciuili, igitur talis exemptio non procedit ex iure diuino, ſed tota humanis legibus tribuenda eſt.

11 Minor prædictæ argumentationis, ſcilicet quod exemptio clericorum, circa eorum bona, & perſonas, non ſit inducta lege naturali, neque ſupernaturali Euangelica, patet inductione facta per has duas leges, non lege naturali, in qua quidquid reperitur, vel pertinet ad prima principia, quorũ meminit B. Thom. 1. 2. q. 94. art. 4. & 5. vbi appellauit ea, cõmunes cõceptiones per ſe omnibus notas, vel ad cõcluſiones, quæ deducũtur immediatè ab ipſismet primis principijs, illisq; proximæ ſunt, atq; connexæ, at talis exemptio non eſt primorum principiorum, neq; concluſionum, quippè niſi bona clericorum, eorumq; perſonas leges humanæ à ciuili poteſtate liberaſſent, media exẽptione proculdubio, neq; prima principia legis naturalis, neque concluſiones, quæ ab illis deriuãtur

Digitized by Google

immediatè, talem exemptionem dictarent, vt manifestum est: clerici ergo ipsorumquè res non sunt exemptæ iure naturali nec supernaturali Euangelico, quod erat alterum membrum assumptæ minoris propositionis; probo manifestè supponendo cum B. Thom. 1.2. quæstione 108. artic. 2. totam legem Euangelicam comprehendi in præceptis naturalibus, seu moralibus, & supernaturalibus, spectantibus ad Sacramenta, & Articulos fidei: at dicta clericorum exemptio non inuenitur inter præcepta naturalia, seu moralia, & supernaturalia, neq; pertinet ad Articulos fidei, aut Sacramenta, neque insuper inuenietur diuinum aliquod testimonium, ex quo efficaciter colligere possimus similem exemptionem: igitur de primo ad vltimum nullatenus referri poterit iuri diuino, solisquè legibus humanis referenda erit.

12 Neque obstabit si adducas locum illum Matthei 17. expeditum enim est inter Scribentes, accipiendum non esse de reliquis Sacerdotibus, sed solum & priuatiuè de Christo Domino, qui cum tam secundum diuinam, quàm humanam generationem Regis esset filius, ex legibus humanis, & consuetudinibus, ostendere noluit se immunem esse á tributo, & libenter se comparauit ad similitudinem legum humanarum: sicque non obstat locus ille: semperquè relinquitur præfatam exemptionem iuris humani esse, minimequè referendam ad legem diuinam, cum neque ad naturalem, neque supernaturalem Euangelicam, vt probauimus.

13 Verum oppositam ex Diametro sententiam, & sic clericorum exemptionem in temporalibus præcipi lege diuina, neque vnquam licuisse Principibus sæcularibus in eos, & eorum bona temporalem iurisdictionem exercere, tenet præcipua Doctorum pars pluribus argumentis fundata, quam ex antiquioribus defendit Abb. Panormitan. in cap. licet, num. 11. de foro competen. Francisc. Riparien. respon. 90. post glossam, quæ ante omnes idem docuerat in capit. si Imperator, verbo, *& discuti.* 96. distinctione, ex nouioribus Riginal. de vnitate Ecclesiæ, lib. 1. post principium, Ferdinand. Menchacen. relatis pluribus de succession. creatione. §. 22. num. 58. vbi testatur communem esse opinionem Didac. Perez in l. 2. titu. 1. lib. 3. ordina. versic. *quæro*, Alphonsus de Azeuedo in l. 6. titulo 3. lib. 1. recopilat. qui affirmant hanc sententiam receptiorem & communiorem esse.

14 Pro quibus non leuia, nec verisimilia, sed efficacissima adduci possunt argumenta si consideremus nouum non esse, quod sacræ res ratione consecrationis videantur spirituales, nec non inter spiritualia numerentur, eximanturquè à potestate ciuili, ad quarum similitudinem cum clerici ratione ordinis, revera consecrentur, opus est, vt inter ipsasmet res spirituales connumerari debeant, & quod sicuti non obstat, quod cæteræ res sacræ materiam & formam habeant temporalem, similiter non impediat, quod clerici secluſa consecratione remotisquè ordinibus, sint quædam priuatæ personæ, sicut reliqui ciues, & membra Reipublicæ ad quam considerationem spectant, tradita à Nauarr. in capit. nouit de iudic. notab. 6. numero 6. igitur lege diuina præcipitur dicta clericorum exemptio, quam ipsa natura, & conditio rei spiritualis, dictat, atque con-

Digitized by Google

confirmat.

15 Faciuntque duo diuina teſtimonia, alterum ex Matthæo. 17. cap. ibi, *ergo liberi ſunt filij*, alterum Pſalmo 140. *nolite tangere Chriſtos meos*; idquè probant expreſſa iura præcipuè tex. in cap. futuram. 12. quæſt. 1. vbi adducitur celebre teſtimonium Conſtantini Imperatoris, qui profitetur clericos, & illorum bona, iure diuino eximi à poteſtate ſæculari, immò Pontif. Max. iſtam exemptionem iuri diuino tribuendam docuit in cap. ſi Imperator. 96. diſtinct. quo nihil amplius dici poſſe videtur, in confirmationem dictæ aſſertionis, quã præterea probant tex. in cap. quamquam de vſur. in 6. cap. Cumana. 11. quæſt. 1.

16 Et vltra ea quæ â prædictis Patribus pro dicta opinione, quam receptiorem, & communiorem appellant, frequenter adduci ſolent: illud videtur conſideratione non indignum, quod temporibus primitiuæ eccleſiæ, vt teſtantur Præpoſit. & Abb. id ſummè notantes in cap. qualiter, num. 7. de iudic. conſtatque ex cap. retalum. 11. quæſt. 1. vbi gloſſa, idemque Præpoſit. adnotarunt, & clarius ex Apoſtolo. 1. ad Corinth. cap. 6. nedum ſacerdotes & clerici, ſed etiam Chriſtiani omnes ab eccleſia iudicabãtur: clerici ergo ſemper & vbique exempti fuerunt à ciuili poteſtate, & iudicio eccleſiaſtico priuatiuè reſeruati, atque id ex præcepto legis diuinæ, non ex iure humano.

17 Inter quas opiniones ſecum inuicem omninò diſtantes, & diſidentes, vt veriorem ſecurioremque amplectamur, operæpretium erit nonnulla prælibari prius, non parũ conducentia ad huiuſcemodi diſputationis exactam, atq; perfectam cognitionem, & in primis animaduertere oportebit, quod quemadmodum circa hæc inferiora, & ſublunaria, regulare eſt, vt cuicumque traditur mandatum aliquod, concedantur, & tradantur omnia illa, quæ neceſſaria videbuntur ad illius mandati explicationẽ, & non ſolum neceſſaria, ſed oportuna etiã, iuxta iura vulgaria in cap. 1. cap. præterea de officio deleg. pari ratione in poteſtate ſupernaturali, tacitè imbibita ſunt, & comprehenduntur, illa omnia ſine quibus talis poteſtas ſupernaturalis, non valet ordinare Rempublicam ſpiritualem, in ſupernaturalem finem ad quem ordinata eſt, quo fit, vt omnia illa media, quæ in talem finem ſupernaturalem diriguntur ſubiaceant dictæ ſupernaturali poteſtati ſpiritualiquè gubernationi, ac proinde fæpenumerò Pontifices Maximi, quibus dicta ſupernaturalis poteſtas communicata eſt de rebus temporalibus diſponunt, atque id iure ſuo in finem ſcilicèt ſupernaturalem, ſicut rectè obſeruarunt Simancas de Catholic. inſtitution. capit. 44, Franciſc. de Vitor. in relect. 1. de poteſtate eccleſiæ, 2. part. num. 8. Dominus Couarru. in regula peccatum. 2. par. §. 1. num. 7. Soto de iuſtitia & iure lib. 4. quæſt. 4. artic. 1. Martin. Nauarr. in cap. nouit, notab. 3. num. 83. qua ratione, ſi contingat aliquas reperiri leges ſubditorum ſpirituali ſaluti perniciem, ſeu detrimentum aliquod afferentes, ſolent Pontifices Maximi illas abrrogare & antiquare omninò, vt experientia compertum eſt, atque ſancitum in ſpecie, cap. fin. de præſcript. Quod ſi expediat animarum ſaluti, negotia aliàs tẽporalia, ab eccleſiaſticis iudicibus diffiniri, illa vtiq; eiſdẽmet iudicibus eccleſiaſticis cõmittunt, vt factũ fuiſſe comperimus, in c. de prudent. de donation. inter vir.

vir.& vxor.Quid?qu od ipſi Romani Pontifices,Reges,& Principes nonnumquam priuauerunt Regnis, & maieſtate ſua,quia ita expedirè ſunt arbitrati ſpirituali gubernationi, in ſupernaturalem finem directę,& ordinatæ, vt vidimus in c. grandi de ſupplenda negligen.Prelat.lib.6.Poteſtas enim illa ſpiritualis à Chriſto Domino Redęptore noſtro Petro,& ſucceſſoribus communicata,nihil aliud eſt,quam facultas quædã à Chriſto Domino Eccleſiæ immediatè cõceſſa, quæ teſte Nauarro in d. c. nouit,notab. 3. num. 87. Ioanne Gerſon.de poteſt.eccleſ.conſider.1. per ſe primo, & principaliter ſpiritualia ſupernaturalia reſpicit, & ordinatur in vitam ſpiritualem, æternamque beatitudinem.

18 Ex quibus iam facilè colligitur penes ipſammet Eccleſiam Romanosque Pontifices extitiſſe ſtareque hodiè poteſtatem ſupernaturalem, ſecundum quam Catholica Eccleſia,ob iuſtiſsimas cauſas adducta, & concitata,clericos, eorumque bona eccleſiaſtico iudicio reſeruauit, cuius exemptionis nonnullas rationes & fundamenta,non erit difficile referre:& primò quidem non leue inconueniens videretur,quod clerici ipſorumque bona ſæcularibus iudicibus ſubijcerentur:etenim cũ clerici ex vi conſecrationis ſuæ ſint Patres, atque Magiſtri ſpirituales animarum,abſurdum apparebat,quod à proprijs filijs ſpiritualibus à ſuisque diſcipulis iudicarentur, vt nõ obſcurè colligitur, ex cap. denique, cap. quis dubitat.96.diſt.

19 Prætereà ſi ſubiecti forent ciuilibus poteſtatibus,ſæpenumerò prophanis muneribus obſtringerentur, & alienati à diuinis miniſterijs Deo Opt.Max.vacare per ſæcularem poteſtatem impedirentur, vt innuere videntur Pontifices Maximi ex eorumque doctrina facilè colligitur,in cap.1.& 2.in prin.ne clerici,vel monachi præcipuequè ex illo Apoſt.2 ad Thimotheum.c.2. Tandem maieſtas illa Sacerdotalis, quam maximè nos collere venerariquè oportebat, proculdubio,propter nimiam ſæcularium conſuetudinem parui fieret, & clerici inter cõmertia cætusq; laicorum, quodammodo vileſcerent, vt colligitur hęc doctrina ex cap.ſto ſubiectus.95.diſt.quare ex prædicta poteſtate eccleſia iuſtiſsimis de cauſis commota clericos,& eorum bona temporalia iuſtiſsimè quidem eccleſiaſtico iudicio reſeruauit, atque commiſsit.

20 Rurſus pro clariori reſolutione vtile erit perpendere,atque diſtingue re,cum D.Thom.2.2.quæſt.100.art. 1.cum eodem & omnibus Theologis in quarto diſt. 25. quæſt. 1. duas bonorum ſpecies penes clericos inueniri, quædam enim ſunt bona tẽporalia, veluti fama vita & diuitiæ: alia ſpiritualia ſupernaturalia,in quo ordine continentur ſpiritualia per eſſentiã,per cauſam, per effectũ,per communionem, & denique omnes lites & controuerſiæ, quæ ſuper rebus iſtius ordinis exercitari conſueuerunt:quæ cum ad diuina miniſteria pertineant omninòque ſpiritualia ſint,conſequens eſt, eorum cognitionem natura ſua, & lege diuina ad eccleſiaſticum ſpectare iudicium, & quod penitus exempta ſint à poteſtatibus ciuilibus,& probat text.in c.cum ad verum.96.diſt. atque id etiam ſi huiuſmodi bona prorſus ſpiritualia, & ſupernaturalia, conſiſtant in laicis perſonis, ſiue in clericis, & eccleſijs,quomodocũquè enim conſiderentur eximuntur in totum à iudicio ſæculari. Etenim ſicut paulò antea tetigimus duæ poteſtates ſæcularis,

tularis,& ſpiritualis ſupernaturalis, omninò inter ſe diſtinguuntur. c.ſolitæ de maior.& obedië.c. duo ſunt, 96. diſt. diuerſaque habent obiecta, ac proinde neceſſe eſt, vt poteſtas ſpiritualis ſupernaturalis, quæ in ſupernaturalem finem immediatè dirigitur & ordinatur,habeat ſub ſe omnia illa media, per quæ in illum finẽ peruenitur,præſertim ea, quæ directè & per ſe ordinata ſunt in bonum ſpirituale,id eſt dicta bona ſpiritualia ſupernaturalia de quibus longè aliter philoſophandum eſt,quam de bonis temporalibus, quæ per contrarium natura ſua ſæcularia ſunt, & ex natura rei poteſtatibus ciuilibus ſubiecta,ſiue in clericis, ſiue in laicis conſiſtant:poſſeſſores enim,rerũ poſſeſſarum naturam minimè mutant,neque bona poſſeſſa, eorum à quibus poſsidentur qualitates recipiunt,vt in ſimili docuit I.C. in l.2. §.ex his.ff.de verbor. obligatio. ibi: *Non enim ex perſona heredum conditio obligationis immutatur*: igitur quemadmodum ſpiritualia ſupernaturalia, natura ſua petunt eccleſiaſticã cognitionem, ita temporalia ex natura rei ſæcularibus ſubſunt poteſtatibus,neque interterit, quod talia ſpiritualia in clericis,ſiue in laicis conſiderentur, talis enim ſpiritualium exemptio iure diuino competens,perſonarum non eſt,ſed rerum, & cauſarum.

21 Vnde cauebis á quorundã diſtinctione,nimis rem hanc inuoluente, quæ quamuis bonum ſenſum habere poſſet in quo ſuſtineri valeret, quia tamen propoſita & amplexa à nobis diſtinctio clarior &verior eſt, aliam ſuſtinere minimè oportebit aſſerentium clericos bipartito cerni conſiderarique poſſe, vel in quantũ miniſtri ſunt rerum diuinarum, vel quatenus Reipublicæ ciues,vt ſi conſiderentur in quantum clerici diuinorumque miniſtri (dicunt)iure diuino,eos exemptos eſſe à poteſtate ſæculari. Si verò in quantum ciues, & membra Reipublicæ ſæcularibus iudicibus ſubiecti ſint,qua diſtinctione adhibita, exiſtimant ad concordiam reduci poſſe præfatas duas ſententias extremas.In quem etiam ſenſum Cardin. Sancti Sixti,vulgo Turrecremata nuncupatus,in d. c.cum ad verum,& ante illum & poſt nonnulli tradiderunt,poſſe homines diuerſimodè conſiderari vno modo, vt ciues ſunt alio modo vt Chriſtiani Crucequè Domini deſignati, & inſigniti, vt in quantum Chriſtiani, id eſt in his rebus, quæ ad religionẽ noſtram Catholicamq; fidem ſpectant,ex diuina lege ab eccleſia iudicandi ſint:quatenus tamen membra Reipublicæ, & ciues illius, iudicari debeant à poteſtatibus temporalibus, quorũ quidẽ doctrina (vt dicebam)licet in bono ſenſu accipi poſſit,atque defendi,nihilominus, quia nimis materiã inuoluit, ſuperiorq; diſtinctio maiori fulget claritate, & diſtinctione,nullo pacto erit recipiẽda.Præterquamquod manifeſtè deficit in eo,quod innuat,atque ſignificet præfatam exemptionem, quam ex diuina lege rebus ſpiritualibus ſupernaturalibus competere diximus, perſonarum eſſe, & nõ rerum,quod apertè falſum eſt, quamuis enim ſic ſpiritualia per eſſentiam, per cauſam,per effectum, & communionẽ, omnesque controuerſiæ ad illa pertinentes,lege diuina eccleſiaſtico iuditio reſeruata ſint, clerici tamẽ ipſi, eorumq; perſonæ,vt infra clarius dicemus non ſunt exemptæ iure diuino,ſed humano eccleſiaſtico.

22 Quibus ita conſtitutis,& conſideratis, prior illa ſententia, quæ aſſerebat clericorum exemptionem,quan-

Digitized by Google

tum ad bona temporalia eorumquè perſonas legibus humanis tribuendam eſſe, vt verior, atque receptior magis probanda eſt, quam vltra pro illa allata fundamenta, quibus ſatis munitur,confirmare poteris,quia ex preſſum inuenimus in iure, poſteritatique commẽdatum, Imperatores iuſtiſsimis de cauſis clericorum ſubiectionem,& iuriſdictionem eccleſijs condonaſſe, ipſasq; eccleſias ſtatuere potuiſſe, vt re ipſa ſtatuerunt, quod clerici illorumquè negotia tẽporalia (non ſic de ſpiritualibus ſupernaturalibus) eccleſiaſtico iuditio reſeruarentur, vt vtrumq; probant inuicẽ expreſſa iura in c. ſi quiſquã clericus.11.q.1.ibi,*principaliũ ſanctionum*,& in cap.Sylueſter eadem cauſa,& quæſtione, ibi, *Eccleſiæ iura quæ veteres Principes aſsidua ſanctione firmauerunt*.c.clerici,ibi, *ſacros Canones*,de iudic.quibus iuribus, & verbis ipſorum,apertiſsimè concluditur, quod clericorum exemptio circa temporalia ſacris canonibus Imperatorũq; priuilegijs tribuenda ſit, vt expreſſè voluerunt Medina, Couarr. Vitoria, & alij plures ſuperius citati exiſtimantes aduerſus communem, cuius argumentis abundanter ſatisfaciunt, clericorum exemptionem humani iuris eſſe,& non diuini.

23 Vnde infero interpretationẽ ad text.in cap.2.de foro compet.in illis verbis,*nullus iudicum*, qui difficilis apparet ex eo,quia iuxta text.in c.cum ſpeciali in prin. de appellation. per iudicis appellationem vtrumque intelligimus,tam eccleſiaſticum,quàm ſæcularem, igitur text.ille dum habet,*nullus iudicum*, omnes iudices excludit,& ex conſequenti clerici liberi erunt,& immunes ab omni poteſtate, tam eccleſiaſtica, quàm ſæculari; etenim illa verba, *nullus iudicum*, iuncto text.in d. cap. cum ſpeciali exclusiua ſunt totius iuriſdictionis.

24 Ob quam difficultatem Andr. Sicul.Barbat.in d.cap.2. num. 2. Hoſtienſ.ibidem,& Felin. in prin. acceperunt text.illum,vt loquatur in omnibus iudicibus tã ſęcularibus,quàm eccleſiaſticis,non tamen ſermo fuerit de eccleſiaſticis quibuscumquè, ſed de illis tantum,qui extra territorium ius dicere, alienosvè ſubditos iudicare non poſſunt ſine proprij Epiſcopi permiſſu, iuxta terminos cap.ſignificaſti de for. cõpet. & cap. 1.9.q.2. probant ſuam ſentẽtiam ex verbis.d.c.2.ibi,*ſine ſui permiſſu Pontificis*,quæ verba,parum, aut nihil faciunt pro Barbat.Hoſtien.& Felino, cum apertè text. ille de ſæcularibus tantum iudicibus neceſſario intelligendus ſit,itaque habeant nonnullĩ emendati Codices, in quibus legitur,*nullus iudicum*, ſcilicèt ſæculariũ, vt docet communis ſic ſummariam colligens concluſionem ex illo tex. vt nullus iudicũ ſæculariũ cognoſcere poſsit de cauſis clericorum, &c. Quæ ſequuntur:tametſi enim negari non poſsit, appellatione iudicum eccleſiaſticos quoque comprehendi;ratio tamẽ ſubiectæ materię, quæ fortior eſt,ſatis indicat, atq; demõſtrat,illum text. ſolummodò priuatiueq; tractare de ſæcularibus iudicibus: eccleſiaſtici namquè qui regulariterPrẹlati ſunt,& ad minus Epiſcoporum Ordinarij,non commodè, neque decenter nuncuparentur ſub ſimplici iudicũ appellatione,ſed alio ſigno magis ſolemni nominarentur *eccleſiaſtici iudices*,vt in cap.1. de for. compet.ibi,*non deferat proprium Epiſcopum*.Præſertim cum in iure noſtro, iudicum appellatione ſæculares intelligantur, & ſignificentur non eccleſiaſtici,niſi alio ſigno demonſtrarentur,illorũvè fięret expreſſa mentio,

Digitized by Google

tio, vt in cap. nullus clericus. 11. q. 1. & in c. nullus Epiſcopus eadẽ cauſa, & queſt. & expreſsius ex cap. cõtinua ibidem, vbi dum ſermo eſſet de iudicijs ordinarijs, & extraordinarijs, ſub ſimplici iudiciorum nomine ſęcularia dumtaxat iudicia intelliguntur, quare glo. in d. cap. 2. & poſt illã Immol. Cardin. & Ancharran. ibidẽ in princip. Abb. Panormitan. num. 4. Philipp. Deci. in cap. clerici in fin. & in cap. 2. num. 5. de iudicijs, d. cap. 2. ibi, *nullus iudicum*, ſecurè interpretati ſunt, vt loquatur de ſolis ſæcularibus iudicibus quorum opinio, & interpretatio communis quidẽ eſt pariter & vera, quæ ſatis conuincitur, ex cap. clericum, cap. nullus 11. quæſt. 1. quidquid nonnulli contradicant.

25 Ex quibus non rudi Minerua perpenſis, & excogitatis iam neceſſario cõſequitur præcipuę noſtrę quæſtionis reſolutio inualidas, ſcilicet eſſe leges ciuiles circa tẽporalia clericorũ ſpecialiter diſponentes de rebus, ſeu perſonis eccleſiaſticis, vtpotè limina propriæ iuriſdictionis & poteſtatis excedentes, humanaq; infringentes iura, quibus tam clerici, quàm eorum bona à ſęcularibus poteſtatibus immunia ſunt, ſolumq; ſubſunt eccleſiaſtico iudicio, ex cap. quamquã de cenſibus in 6. cap. Conſtantinus. 96. diſt. cap. ſi Imperator, ibi, *ad Sacerdotes*, ibidem, conſtatq; ex latè traditis â Couarr. in pract. c. 31. cõcl. 3. & 4. & ex his quę à nobis proximè declarata ſunt.

26 Quæ concluſio procedit adeò, vt etiam ſi tales leges ciuiles fauorabiles ſint clericis, ſeu eccleſijs, talis fauor minimè ſuffragetur ad ſupplendum defectũ poteſtatis in ipſo Principe, ſeu Legislatore, cuius ob cauſam prædictæ leges inualidæ ſunt tanquam mittẽtes facem in meſſem alienam, & quaſi extra territorium ius dicentes, ita tenent Philip. Dec. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ de cõſtit. num. 24. Felin. num. 4. Abb. num. 15. qui ad hanc ampliationem comprobandam allegat atque expendit text. optimum in eodem cap. eccleſia: nec placet diſtinctio Hoſtienſ. & veterum in capit. vlt. de ſolut. inter leges Imperiales communes, & alias leges particulares laicorum, vt Imperiales valeant, & ſubſtineantur reliquę non: verior enim eſt Andreę Siculi, & poſteriorum reſolutio communis in d. c. fin. contendentium nihil referre in hac parte, ſiue leges ſint particulares laicorum, ſiue communes Imperiales, neutræ enim validæ ſunt, ex poteſtatis, ac iuriſdictionis defectu quamtumuis clericis & eccleſijs maximè fauorabiles.

27 Sed ego à præfata reſolutione cũ Ioanne Immolenſi in c. ſi quis preſbyterorum, nu. 18. de rebus eccleſ. cum celebri Hiſpano Fortunio Garſia de vltimo fin. illatione 14. nu. 63. libenter excipere ſoleo omnes illas leges ciuiles, & Imperiales, quæ ſunt in libris Codicis, & Authenticorũ, quæ quantumcumque de rebus temporalibus clericorum diſponant, ſi tamen canonibus eccleſiaſticisvè decretis non repugnent, aut cõtradicãt, ſubſtinendæ erunt, immò ſeruandæ in vtroque foro, teſte Alex. in rubr. C. de ſacroſ. etenim cum clericorum exemptio, ex ſupra reſolutis ſolum iuri humano tribuenda ſit, conſequens eſt omnes illas leges Imperiales pro ſuo tempore editas, validas extitiſſe, etiam ſi circa temporalia clericorum, & eccleſiarum diſpoſuiſſent, pro tunc enim ſtatuerũt intra cancellos & limites poteſtatis ſuæ, atque ideò dum per canones correctè non inueniantur, ex tacita eorundem canonum approbatione eccle-

eccleſiæque conſenſu, inſuper cum pro illo tempore, quo editæ ſunt nõ caruerint iuriſdictione, aut poteſtate, valent vtique, ſeruariquè debent, aliàs enim dictæ leges minimè allegarentur à Romanis Pontificibus, ipſiſq; eccleſiæ Patribus ad comprobandas eorum ſententias decreta & ſtatuta, vt videmus in c. 1. de iuramẽto calumniæ, & in lege cum clericis, verſ. *quod ſi lis*, C. de Epiſ. & cleri. circa iuramenta clericorum: quo in loco Imperatorũ leges circa clericos eorumq; negotia ſtatuentes ab Honorio Secundo Pontifice Maximo non ſolum recipiuntur, ſed alegantur cum laude, ibi: *Legibus itaque comperimus eſſe cautum, vt nullus clericus iurare præſumat*: & ſtatim citat aliam legem Imperialem, ibi: *Alibi verò reperitur ſcriptum, vt omnes principales perſonæ in primo litis exordio ſubeant calumniæ iuramentum*: & denique ibi: *Quia verò illud conſtitutionis edictum, vbi clerici iurare prohibentur á Marco Auguſto de Conſtantinopolitanis clericis, &c.* Super quibus Imperialium conſtitutionum locis Honorius Papa totã ſuam fundauit Pontificiam deciſionem, quod niſi dictæ ciuiles leges ſuis viribus ſubſiſterent minimè profectò faceret.

28 Similiter Ioannes VIII. Pontif. Max. ſcribens Ludouico Regi relatus à Gratiano in c. nemo fin. 16. q. 3. placidè recepit & allegauit. l. vlt. C. de ſacroſ. & Authenticũ *hæc conſtitutio innouat*, collatio. 8. quæ iura ſtatuerunt tẽpus præſcriptionis contra ipſam Eccleſiam Romanã: & ſic planum eſt diſpoſuiſſe de temporalibus eccleſiæ, & nihilominus Ioannes VIII. dicto loco citauit dictas Imperiales conſtitutiones tanquam validas, quinimò maximo in honore habendas duxit præclaris quibuſdã verbis, quæ quia elegantiſsima ſunt pariter non grauabor referre: *Sed & venerandæ Romanæ leges* (inquit Ioan. Pont.) *diuinitus per ora piorum Principũ promulgatæ rerum eius præſcriptionem, non niſi per centum annos admittunt*. Atque id non alia ratione, niſi quia tẽpore habili (vt ita loquar) editæ fuerunt conſtitutiones prædictæ: & cũ non reperiãtur correctæ ſine dubio erunt obſeruandæ. Necnon in cap. nulli de rebus eccleſiæ, vt adnotauit glo. vlt. ibid. Concilium cuius ibi fit mentio allegauit etiam & citauit. l. iuuemus. §. Economus. C. de ſacroſ. irrogantem pœnam aduerſus alienãtem bona eccleſiæ contra debitam formam, ibi: *Vnde omnes Sacerdotes ab huiuſmodi alienatione abſtineant pœnas timentes, quas Leonina conſtitutio comminatur*. Omnes denique ll. relatæ ſub titulis. C. de Epiſ. & cler. & de ſacroſ. ſi excipias illas, quæ per canonicas ſanctiones correctæ ſunt, valent ſubſtinerique debent, quod ſi exempla requirimus legum correctarum, ſubijci poſſunt primo in authẽtica, hoc ius porrectum. C. illo titu. de ſacroſ. cuius notiſsimam deciſionem correctam eſſe conſtat per text. celebrem & vulgatum in cap. fine exceptione 12. quæſt. 2. deinde in l. ad inſtructionem. C. eod. titu. quam abrrogatam eſſe comperimus per text. non parũ notum in cap. non minus de immunit. eccleſ.

29 Tandem traditionem prædictam, qua diximus pro conſtanti, inualidas eſſe leges ciuiles diſponentes circa temporalia clericorum, limitaré etiã in his legibus quas inueneris per alios canones approbatas, quas vulgus canonicatas appellat, quo caſu dubium eſſe non poteſt, quin canonis vim ſuſcipiant, quibus parere neceſſe eſt, cuius limitationis nõ deſunt ſimilia exempla, ex ipſo iure Pontificio petita præmanibusquè

eſt

itized by Google

eſt Gregorij authoritas quę maxima eſt qui Ioāni defenſori euntiin Hiſpaniā, *lib.* 11. *Epiſt.* 50. relatus in cap. in primis verſ. *de perſona*, 2. q. 1. ſic ait, *de perſona Iannuarij Epiſcopi ſciendū eſt grauiter omninò & contra ll. eſſe actū, vt violenter de Eccleſia traheretur dum ſi quamlibet iniuriam quocumque Epiſcopus paſſus fuerit in eccleſia iniuriantem lex capitali pœna percutiat, & ſicut maiestatis reum omnibus det accuſandi illum licentiam, vt huius legis ſeriesloquitur,* libr. 1. titul. 6. conſtit. 10. *ſiquis in hoc genus ſacrilegij*, &c. quibus inſeritur tenor legis Imperialis, & vides Gregorium non ſolum legem ciuilem approbaſſe, ſed eius ſeriem, & litterā ſub illo ſuo decreto inſeruiſſe quo factum eſt, vt Imperialis conſtitutio deinceps canonicata manſerit.

30 Pari etiam ratione Bonif. 8. Inquiſitoribus hæreticę prauitatis in cap. vt in inquiſitionis circa initium de hęreticis in 6. leges quaſdam Federici Imperatoris approbauit, & cœlū vſque iucūdiſsimis verbis quę ſequūtur extulit, *leges quaſdā* inquit Bonif. *per Federicum olim Romanorum Imperatorem, tunc in deuotione Romanæ perſiſtentem Eccleſiæ promulgatas quatenus Dei, & Eccleſiæ ſanctæ ſuæ honorem promouent, & hæreticorū exterminiū proſequūtur, & ſtatutis canonicis, non obſiſtunt approbātes, & obſeruari volentes*, &c. Quibus verbis dictæ leges Federici canonicatæ approbatęque fuerunt, & illis ſine controuerſia obedire tenemur, mirumque in modum confirmata relinquitur præſens noſtra limitatio: & addo approbationem Bonifacij, ibidem illarum legum ſtatutis canonicis minimè obſiſtentium neceſſariā, non fuiſſe ad hoc vt tales leges conſiſterent: etenim, vt prædiximus leges ciuiles legitimo tempore quo iuriſdictionem habebant circa tēpora lia clericorum ab Imperatoribus editæ niſi legibus eccleſiaſticis canonicisue ſanctionibus in aliquo contradicant ſine aliqua alia approbatione ſuis viribus conſiſtunt, valent, & tenent obſeruandæque ſunt abſque eo quod obſeruari præcipiantur, vt ex abundanti ne dicam ſine neceſsitate fuerunt approbatæ, & obſeruari iuſſæ dictę ll. canonibus, ſiue ſtatutis canonicis, non obſiſtentes à Bonif. Pontifice Maximo ibi: *Et ſtatutis canonicis non obſiſtunt approbates, & obſeruari volentes*, indubitati ergo iuris eſt, quod quamtumcumque leges ciuiles circa clericorum temporalia diſponentes minimè valeant, ſi tamen canonicatæ ſint per ſacros canones valebunt vtique, & ſubſtinebuntur ſicut canones aliàs vè leges eccleſiaſticæ: neque enim nouum eſt, vt illa noſtra ſępenumuro faciamus quibus authoritatem noſtram impartimur, vt habetur in l. 1. C. de vetere iure enuclean. nec nos ex capite ſic limitauimus præfatam reſolutionem, ſed cum Felin. & Abb. in cap. 2. de reſcript. Auguſtino, Beroio colum. 3. poſt gloſſ. verb. tractatus in cap. 1. de rebus eccleſ. in 6.

Summaria ad Controuerſiam 15.

1 *Proponūtur duæ quæſtiones diſcutiēdæ.*

2 *Refertur Bal. opinio aſſerentis valere leges inhibentes alienationē rerū inmobiliū in perſonas eccleſiaſticas.*

3 *Subditi facere poſſunt ſuis conuentionibus ne inmobilia alienētur in perſonas eccleſiaſticas, ergo Principes idem præſtare poterunt ſuis legibus.*

4 *Sne controuerſia eſſe poſſe Principem*

eccleſiæque conſenſu, inſuper cum pro illo tempore, quo editæ ſunt nō caruerint iuriſdictione, aut poteſtate, valent vtique, ſeruariquè debent, aliàs enim dictæ leges minimè allegarentur à Romanis Pontificibus, ipſisq; eccleſiæ Patribus ad comprobandis eorum ſententias decreta & ſtatuta, vt videmus in c. 1. de iuramẽto calumniæ, & in lege cum clericis, verſ. *quod ſi lis*. C. de Epiſ. & cleri. circa iuramenta clericorum: quo in loco Imperatorũ leges circa clericos eorumq; negotia ſtatuentes ab Honorio Secundo Pontifice Maximo non ſolum recipiuntur, ſed alegantur cum laude, ibi: *Legibus itaque comperimus eſſe cautum, vt nullus clericus iurare præſumat*: & ſtatim citat aliam legem Imperialem, ibi: *Alibi verò reperitur ſcriptum, vt omnes principales perſonæ in primo litis exordio ſubeant calumniæ iuramentum*: & denique ibi: *Quia verò illud conſtitutionis edictum, vbi clerici iurare prohibentur à Marco Auguſto de Conſtantinopolitanis clericis, &c.* Super quibus Imperialium conſtitutionum locis Honorius Papa totã ſuam fundauit Pontificiam deciſionem, quod niſi dictæ ciuiles leges ſuis viribus ſubſiſterent minimè profectò faceret.

28 Similiter Ioannes VIII. Pontif. Max. ſcribens Ludouico Regi relatus à Gratiano in c. nemo fin. 16. q. 3. placidè recepit & allegauit. l. vlt. C. de ſacroſ. & Authenticũ *hæc conſtitutio innouat*, collatio. 8. quæ iura ſtatuerunt tẽpus præſcriptionis contra ipſam Eccleſiam Romanã: & ſic planum eſt diſpoſuiſſe de temporalibus eccleſiæ, & nihilominus Ioannes VIII. dicto loco citauit dictas Imperiales conſtitutiones tanquam validas, quinimò maximo in honore habendas duxit præclaris quibuſdã verbis, quæ quia elegantiſsima ſunt pariter non grauabor referre: *Sed & veneranda Romanæ leges* (inquit Ioan. Pont.) *diuinitus per ora piorum Principũ promulgatæ rerum eius præſcriptionem, non niſi per centum annos admittunt*. Atque id non alia ratione, niſi quia tẽpore habili (vt ita loquar) editæ fuerunt conſtitutiones prædictæ: & cũ non reperiãtur correctæ ſine dubio erunt obſeruandæ. Necnon in cap. nulli de rebus eccleſiæ, vt adnotauit glo. vlt. ibid. Concilium cuius ibi fit mentio allegauit etiam & citauit. l. iuuemus. §. Economus. C. de ſacroſ. irrogantem pœnam aduerſus alienãtem bona eccleſiæ contra debitam formam, ibi: *Vnde omnes Sacerdotes ab huiuſmodi alienatione abſtineant pœnas timentes, quas Leonina conſtitutio comminatur*. Omnes denique ll. relatæ ſub titulis. C. de Epiſ. & cler. & de ſacroſ. ſi excipias illas, quæ per canonicas ſanctiones correctę ſunt, valent ſubſtinerique debent, quod ſi exempla requirimus legum correctarum, ſubijci poſſunt primo in authẽtica, hoc ius porrectum. C. illo titu. de ſacroſ. cuius notiſsimam deciſionem correctam eſſe conſtat per text. celebrem & vulgatum in cap. fine exceptione 11. quæſt. 2. deinde in l. ad inſtructionem. C. eod. titu. quam abrrogatam eſſe comperimus per text. non parũ notum in cap. non minus de immunit. eccleſ.

24 Deinde ratione ſic probo, regulã habemus in propoſito receptiſsimã, & (vt ſuſpicor) non ita periculoſam, ſicut aliæ iuris diffinitiones, ac regulæ, quæ habet (pauciſsimis caſibus exceptis) non poſſe clericos vllo modo committi iudicibus ſecularibus, niſi eccleſia pri° illos admoneat, corrigat & emendet, vſque dum appareat, minimè eos velle corrigi, & tandem in ſubſidium ad Curiam ſecularem recurrere neceſſe ſit, ita probarunt Plaza de delict. cap. 11. Couarr. pract. 32. num. 3. poſt Abb. & communem ſcholã in dict. cap. cum non ab homine de iudi. per tex. expreſ. in c. ſiquis laicus 22. q. 5. & deciſionẽ tex. in eod. cap. cum non ab homine, igitur clerici ob nullum criminis gen°, poterũt ſtatim Curiæ tradi ſeculari, niſi iuris monitiones præcedant, præſertim cũ non reperiamus, canonicã legem quę præcipiat clericum ſtatim tradi Curiæ ſeculari, perpetrato leſæ maieſtatis crimine.

25 Et quis inficiari poſſet, quidquid clericus, tam in mane facinus perpetraſſet, nihilominus iudicẽ eccleſiaſticum, prius declaraturum, commiſſiſſet nec ne, abſque qua eccleſiaſtici declaratoria ſentẽtia, nihil foret contra clericum exequendum, vt colligitur ex text. in cap. ad falſariorum de crimine falſi, & in c. 1. de homic. in 6. igitur nullo modo aſſerendum eſt fori priuilegium admitti propter leſæ maieſtatis inexpiabile crimen.

26 Accedit doctrina cuius meminit Andreas Tiraquellus, in l. ſi vnquam, verb. *reuertatur*, num. 248. neminem priuari poſſe, ipſo iure priuilegio, ſiuè beneficio, vel bono aliquo, neq; per coniecturas, ſeu diſcurſum, vel conſiderationem, niſi lege aliqua talem priuationem expreſſè præcipiente ita cautum ſit, vt docet gloſ. vlti. in capit. vltim. de iure Patronat. probat text. in cap. is cui de ſententia excommunicationis in 6. ſed nulla lex eſt apertè diffiniens ob leſę maieſtatis crimen deperdi, aut ceſſare fori immunitatem, qua clerici gaudent, igitur dict. cap. perpẽdimus nulla iuris ratione capi poteſt in hoc intellectu, vt tradentes verã & germanã Põtificis mentem ſtatim videbimus.

27 Neque impedimento ſunt fundamenta aſſerẽtium, propter huiuſmodi facinus ceſſare priuilegium fori, quæ ex dictis facilimo negotio reijcere valebis, tex. autem, in d. c. ſi quis ſacerdotũ, loquitur de ſpeciali, quadã traditione Curiæ clericorũ in cõmunitate viuentiũ, & non de traditione facienda ſæculari Curiæ, de qua nobis ſermo eſt, vt commẽtatur Fabian° Papa Epiſt. 2. Epiſcopis oriẽtalib° trãſlũptiuè in c. ſtatuim° 11. q. 1.

vbi de ſimili quadam traditione Curiæ mentionẽ fecit, ſtatuẽs vt ſi quis clericorum ſuis Epiſcopis infeſtus, aut inſidiator fuerit, eosq; criminari voluerit, aut corſpirator fuerit, mox ante examinatum iudicium ſubmotus à clero Curiæ tradatur, cui diebus vitæ ſuæ deſeruiat & infamis, abſ quevlla reſtitutionis ſpe permaneat, vbi proculdubio Fabianus non meminit de traditione facienda Curiæ ſæculari, cui minimè traduntur clerici, vt ibi perpetuò poenitcant, ſeu viuant, neque ad perpetuam pœnitentiam, vt notiſsimum eſt, ſed de faciẽda traditione Curiæ clericorum in communitate cõmorantium, de qua pariter loquitur text. in dict.c. ſi quis ſacerdotũ, neque trahi poſſunt hæc iura in conſequentiam res enim eſt, lõgè diuerſa ſemperque firmum eſt, atque perpetuum ob leſæ maieſtatis crimen nõ ceſſare priuilegij exemptionem. Vndè notabis vnum peculiare diſcrimen, inter duo priuilegia Canonis, & fori, quod prius abſque ſententia iudicis, & quod magis eſt, abſque monitione aliqua amitti poteſt, ſecundum verò non ita, niſi præcedente monitione debita, atque incorrigibilitate, vt in dict.c. cum non ab homine, ibi, *incorrigibilis fuerit, &c.* iũctis illis, *per ſeculærem comprimendus eſt poteſtatem*, ex quo dicunt in d. c. perpendimus, non fuiſſe ſermonem de priuilegio fori, ſed de priuilegio Canonis, quod amiſſerat clericus ille, quia habitu dimiſſo plurima, grauiſſimaque facinora perpetrauerat: excitabatque ſeditiones ſic intelligentes tex. in d.c.1. de apoſtat. defendit Alex. vbi ſupra, Abb. Panormit. in d. c.2. de for.com.

28 Sed neque hic intellectus procedere poteſt, namque tãdẽ negare nõ poterunt præfati DD. ſic intelligentes, in dict.cap.perpendimus, ſeculærem Poteſtatem clericum iudicaſſe, quidquid ergo fuerit actum de priuilegio Canonis, re vera ſecularis iudex fuit aduerſus clericum, in quo conſiſtit tota difficultas, nec ſatisfaciet ſolutio Card. & aliorum, quos ipſe retulit, negantium dictam ſeculærem Poteſtatem, compreſſiſſe clericum illum, publica authoritate, tamquã iudex, ſed authoritate priuata: cõtradicunt enim verba tex. ibi, *fuiſſe iuſſu Commitis verberatũ deinde ſuſpenſũ*, quę denotant non priuata, ſed publica authoritate, clericum illum condemnatũ fuiſſe, qua ratione adhuc difficile videtur ſtatuere, quid cauſæ fuerit, cur Comes, ſeu Poteſtas, de qua in dict.cap. perpendimus euadere potuerit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrẽdam, quã primum in clericum inuaſsiſſet, & cogimur fateri amiſsiſſe fori priuilegium, quare hunc vltimum intelligendi modum, merito pluribus adductis, reprehendit Iul. Clarus vbi ſupra, apertè docens d. Commitẽ publicam exercens authoritatem, & nõ tanquam perſona priuata clericum damnaſſe poſt Alex. de Nęuo, n.20. & 59. in d.c.2. de for.comp.

29 Quo circa iam ne lectorem diutiꝰ detineam, ad tradendum verum & germanum intellectum ad dict. cap. perpẽdimus, breuiſsimè aduerto, omne priuilegium cuiuſcumque conditionis & qualitatis ſit, ceſſare omninò, quam primum incipit eſſe iniquũ l. ex facto, ff. de vulg.c. ſugeſtum de decim. Conſidero deinde quod quãdo adeſt notorietas facti permanentis, docemur non eſſe neceſsariam, citationẽ ſiuè aliam iuditij formã deciſsio Pedemontium 68.n.30. Tiraquel. in tract.res inter alios limitat. 2. cap. euidentia de accuſat.cap.bonę, §.porrò de elect. vndè cum clericus ille, in manifeſtis facinoribus, grauiſsimiſque

misque & atrociſsimis delictis, quotidie deprehenderetur cum maximo ſcãdalo,& totius Reipublicę præiuditio,ac notiſsimo detrimẽto,quibus periculis,& malis,nullo pacto visum fuit aliter ſucurri poſſe, maximumque eſſet periculum in mora, neque ſubſidium afflictę Reipublicę vllatenus dilationem pateretur: incepit quidem fori priuilegium, iniquum eſſe,atque damnoſum, ob quã iniquitatem fuit extinctum,atque ceſſauit omnino,abſque vlla iudicij forma,aut citatione aliqua,nec enim euidẽtia patrati ſceleris clamore aliquo indiguit, ideòque rectè potuit clericus ille â ſeculari poteſtate damnari, ſine timore excommunicationis,qui verus eſt germanusque intellectus ad d.c.perpendimus.

30 Ex quibus infero non ſatis rem in praxi fuiſſe â ſequtos doctiſsimos viros,Couar.practicarum 33.nume. 7. Duen.regul.55.Plaza de delict. libr. 1.cap.8.num.9.Iul.Clar.in pract.crimin.queſt.82.ſtatuto.6.num.1. Ant. Gomez.in l.45.Taur.nume.48.idem Clarus vbi ſupra,quæſt.36.n.26. Viuius lib.1.communiũ opinione 283. plures relati per Socin.reg.30. Cate lianus Cotta in ſuis memorabilibus, verb.*armorum vſus*, dum arbitrantur clericorum in criminibus deprehenſorum arma,poſſe per iudices ſeculares capientibus adiudicari, ipſoſque clericos mulctari pecuniarijs pęnis, ſi arma prohibita, vel prohibitis temporibus deferant, adentes ſeculares per eccleſiaſticos iudices, cogi minimè poſſe,vt arma ſic capta reſtituãt, itaque conſuetudine,pluribus in locis receptum eſſe,& obſeruari.

31 Etenim mirum profecto eſt,doctiſsimos viros non cõſideraſſe,quod quantumuis clerici prohibitis armis tempore prohibito delatis liberè poſſint per ſęculares iudices ſpoliari,ob pacem trãquilitatemque Reipublicę, vtpotè in crimine armorũ interdicto rum deprehenſi, longè tamen aliud iudiciũ eſſe, circa arma ſic vetita ad iudicanda, ad quod adeundum eſſe eccleſiaſticũ iudicẽ, indubitati iuris audeo affirmare: licet enim ea per leges amiſſerint, quis nõ requirat ec cleſiaſtici,condemnatoriam,ſeu declaratoriam ſententiam, ſicut requiritur ad hæreticorum bona cum effectu confiſcanda,quod ſentẽtia declaratoria ita pronuncietur,cap. cum ſecundum de hæret.in 6. vrgetque maxime reg.dict.cap.2.de for. comper. neque aliqua ratio aſsignari poterit, quæ cõuincat clericos á ſeculari,vllatenus poſſe damnari, præcipuè cũ expeditum indubitatumque ſit,clericos multis in caſibus arma deferre poſſe,gloſ.cap.quicumque 23.quęſt. 8.& gloſ.cap.2.de vita & honeſt. cleric. igitur vt alicui adiudicentur, tãquã deperdita opuserit omninò cognitione cauſæ, quam abſonum erit, ne dicam abſurdum adhiberi â iudice ſeculari,neceſſeque erit eccleſiaſticũ adire,ſicuti enim laici cũ armis prohibitis,reperti ad ſuum iudicem deferuntur,cur clerici armati, nõ ſic erunt ad eccleſiaſticum deferendi certè non video: ſeculares ergo iudices rectè poterunt,ad vitandas ſeditiones,atque tumultus,quia magnoperè expedit Reipublicę tranquilitati, clericos armis prohibitis, ſemel ſpoliare,abſque timore excommunicationis,tenebũtur tamen,quam primum potuerint eccleſiaſticos adire, qui ſi inuenerit juſtum,&clericos excuſationem aliquam non habere,arma eis adiudicabunt, pœnisque pecuniarijs arbitrio ſuo clericos afficient, nec non ligabunt ipſos pœnę ſtatutorum ſecularium,ſecũdum Couarr. id bene probantem vbi ſupra, quidquid reclamet Iulius Clar. in d.

Digitized by Google

nu.1.vide omnino Iacob. Menoch. de arbitrar. caſu 394. præcipuè à nu. 53.vbi latiſsimo ſermone egit dehac re:quam docendi rationem veriſsimam iudico, & deinceps in praxi tenendam,& obſeruandam, etſi ſe offerret ocaſio, qua iudex eccleſiaſticus aduerſus laicum,vt arma reſtituat cõtenderet, ſpero præſtantiſsimos Regios Senatores, adjiti per viam (vt dicitur)violentiæ, ob eorum eximiã eruditionem ad eccleſiaſticum delaturos.

32 Quibus ita conſtitutis, nec malè, (vt credimus)explicatis longo,quaſi poſt liminio, ad quæſtionem noſtrã principalem, reuertẽtes,amplectenda,atque tenẽda eſt,in hac parte illa prior ſentẽtia quę habet legibus ciuilibus effici conſtituique poſſe, ne immobilia ſubditorum in clericos, &eccleſias transferri poſsint, quam ſatis probant,atque confirmant pro illa allata fundamenta, & addo durũ & minimè dicendum mihi ſemper viſum eſſe, quod Principes ſeculares ſuis legibus,& ſtatutis non poſsint, quantum eorum ſubditi, quos exploratum quidem eſt interdicere poſſe, alienationes ſuarum rerum immobilium in clericos & eccleſias, vt quotidiè fit,& tradunt omnes in cap.potuit de locato,conſiderauit laſ.in l.ſi ita quis,§.ea lex, verb. *intereſt*, ff. de verbor.ex gloſ.ad id optima ibidem poſt Speculat.in titu. de emphiteuſi verſ.mihi, 116.docet communis tenẽte Immola num.25.Abbate num.10. in dict.cap.potuit de locato, agnoſcũt etiam cõmuniter omnes iuris ciuilis interpretes,dictam gloſſam, in dict.l.ſi ita quis,§.ea lex allegãtes,in dict.§.diui,igitur à fortiori, & multo melius eandemmet prohibitionem interponere poterunt ſeculares Principes,ne ſuorum Regnorum, & ſubditorũ immobilia bona in eccleſias, & clericos alienentur, ſi enim pactis conuentis,hoc fieri conceditur,& in vſu quotidiano ſemper hoc verſari aſpicimus,quare non ipſa legis authoritate hoc permitatur, vt aliàs dicebat Iuſtinian.Imperator,in l.fin.in fi.C.de fideiuſor.& mandat.

33 Reliquum iam eſt, vt interpretemur,& in vero ſenſu accipiamus argutum, & perdifficile reſponſum Pontificium in capi. vltim. de immunit.eccleſ.lib.6.in quo Alex.in d. l.filius Familias,§.Diui.num.12.& ſequaces totam vim & fundamentum oppoſitæ ſententiæ collocauerunt quate nus Bonifac.VIII. Pont. Max. auctor illius decretalis, auctoritate Apoſtolica,præhabita cum Cardinalibus(quos fratres appellat)diligenti deliberatione, decreuit eos qui temporale dominium obtinentes, prohibent ſuis ſubditis,ne quidquam vendant eccleſiaſticis, aut emant ab eiſdem excommunicationi ſubiacere,& ſubiungit Pontifex (*cum talia in derogationem libertatis eccleſiaſticæ preſumantur*) in eos decernens excommunicationis ſententiam, in quo textu deciditur legem ciuilem prohibentem vendi aliquid eccleſijs offendere libertatem eccleſiaſticã, ac per conſequens totum quod adhuc conſtruximus edificium,videtur corruere,concluſionemque noſtram minimè procedere ob notiſsimam repugnantiam cum Bonifacij mente, atque ſententia in d.decret.

34 Quæ difficultas ſuo iure poſtulat, vt explicemus quando, & quibus in caſibus offendatur libertas eccleſiaſtica,in quovè conſiſtat,hoc quod eſt eccleſiæ libertatem minui, & offendi,quod quidem ſcire pulchrum erit in ſe,omninòque conducet ad propoſitæ obiectionis exactam reſolutionem,& Martin.Nauar.in manu.c. 27.num.119.& 130.poſt Philip.Dec.

in

in authen.caſa num.18.C.de ſacroſ. eccleſ.Immol.in cap.nouerit,nume. 2.& 3.de ſentent.excommunicat. re ceptum teſte Felino in dict. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ num.69.de conſ tit.veriſimè exiſtimauit in his demũ caſibus,& tunc offendi libertatẽ ecclesiaſticam, quando per legem ciui lem poteſtatemve ſæcularem, infrin guntur nonnulla priuilegia ad clericos vel eccleſias ſpectantia, quæ pro manarunt à Deo Opt.Max. Rom.Põ ti.vel alio Principe,quod magnopere iubauit ad præfatam difficultatem diluendam & eneruandam.

35 Præſertim ſi rurſus pro reſolutione prænitamus hæc nomina *libertas, ſeu immunitas eccleſiaſtica*, æquiuoca eſſe,& plura ſignificantia diuerſa ratione:etenim bipartitò cernitur talis immunitas,ſeu libertas competens eccleſiæ,namque vel ſpectat ad eccleſiam,vt eccleſia eſt,qua ratione competit illi exemptam eſſe à iudicibus ſæcularibus,cap.ſi Imperator, c. bene quidem 96.d.& poſſumus etiã apponere exemplum de immunitate,quam habet eccleſia, vt confugiẽtes ad eam tuti ſint, & ſecuri,cap.inter alia de immunit.eccleſ.& in cæteris,eccleſijs competentibus iure ſingulari ſpeciali aliquo priuilegio,labefactis,& eiectis iuris regulis, vt in Lius ſingulare,ff.de legib.

36 Alio vero modo intelligimus immunitatem eccleſiaſticam,quãdo cõpetit eccleſiæ,non vt eccleſiæ, ſed tãquamvni de Populo,ſeu tãquam cuilibet alteri ciuium communitati:ſubijciamus rem exemplo, quo facilius intelligatur:proculdubio libertas, atque facultas,qua gaudet eccleſia circa emptiones,& venditiones rerum iuxta reg.l.nec emere.C.de iur.deliber. ipſi quidem non competit, vt eccleſia eſt, ſed vt communitas ciuium,patet quia talis immunitas omnibus hominibus cõmunis eſt, ſi ciues ſint,vt probat text.in l. ex hoc iure,ff.de iuſt.& iur. & hæc,immunitas quædam eſt,ſeu libertas politica,humana & ciuilis,& nequaquam eccleſiaſtica,illa verò nempè quæ eccleſiæ competebat,tanquam eccleſia, dicitur & eſt libertas,ſeu immunitas eccleſiaſtica, vt rectè conſiderarunt, & expenderunt præhabitam conſiderãtes diferentiam, Innocent.communiter receptus in dict.capit. nouerit, quem ſequutus eſt,Nauarr.vbi ſupra & explicauit doctè,&cum magno ingenio vt ſolet Cãiet.in ſumma,verbo,*excommunicatio*,cap.31. verſ. *quinto nota*.

37 Ex quo aliud iam profluit diſcrimen,ſeu differẽtia,inter præfatas immunitates,quod attenta priori ſpecie libertatis eccleſiaſticæ,clerici immunes ſunt omninò à poteſtate ciuili,vt ſtatuunt d.cap. nouerit de ſent. excommunic. & ſimilia:conſiderata verò libertate,ſeu immunitate ſecundi generis,clerici nonvidentur habere exemptionem aliquam â iuriſdictione ſęculari : quinimò cum gaudeant tali immunitate,non tanquam eccleſiæ,neque tanquam clerici,ſed tanquam communitas quædam ciuilis,ſiuè vt ciues ſunt,â poteſtate ciuili minimè apparẽt exempti, teſte patre Franciſco de Vitoria in 1.relect. de poteſtate eccleſ, pag.163.numero 4.

38 Ex quibus bene perpenſis & conſideratis,iam colligitur,per prohibitiones legum ciuiliũ, quominus eccleſiaſtici emere valeant,vel nõ,nullatenus infringi eccleſiæ libertatem, quoniam cum ipſa circa emendum velvendendum,nullum priuilegium habeat,ſaltem ſcriptum in volumini bus iuris,ſiuè conceſſum,vel â Deo, vel â Papa,vel alio Principe, & dixe timus exNauar.& alijs vbi ſupra,tũc de-

demum dictam libertatem eccleſiaſticam offendi, quando priuilegium competens eccleſiæ à Deo Papa,vel Principe,infringitur,& labefactatur, conſequens fit per prohibitioné ſupra dictam non alienandi immobilia in clericos,neq; in eccleſias,nequaquam offendi eccleſiaſticam libertatem, ſiuè immunitatem ex ſuperius dictis.

39 Nec difficile erit minorem propoſitionem (in qua conſiſtit tota vis huius argumentationis) ſcilicet neque clericos,neque eccleſias habere priuilegiũ aliquod circa hoc, ꝙ eſt emere, vel vẽdere, liberare ab impugnatione Bart.in d.l.filiꝰ familias, §.diui, n.12.cõtendentis per iſtã prohibitionem,de qua ſermo eſt, *non alienãdi immobilia in eccleſias*,infringi priuilegiũ, l.vltim.C.de ſacroſ.eccleſ.quod fuit indultum aduerſus regulam legis traditionibus,ff. de adquirendo rerum dominio,quod ex venditionis contractu, etiamſi tradditio non interueniat rerum dominia eccleſijs adquirantur,*quod ſalua pace dixerim*, verum non eſt,neque video in noſtra prohibitione, *alienationis rerum immobiliũ in eccleſias & clericos*,quomodo offẽdatur dictum priuilegium illius l.vlt. quod re vera locum habere non poteſt,niſi præcedat ex parte eccleſiæ, & contrahentium,emptio & venditio,ritè & rectè celebrata,neque priuilegium illud,tangit emptionem ipſam antecedentẽ, ſed ſuppoſita emptione & vẽditione, quaſi remittit traditionem,vt non requiratur ad trãſlationẽ dominij, quo fit vt dicta prohibitio alienationis immobiliũ, nullatenus attingat indulgentiam illam ſiuè priuilegium, de quo in allegat. l.vltim. C. de ſacroſ. eccleſ. imò (vt credo) non inuenietur offenſa, neque in minimo eccleſiaſticæ libertas per hoc quod Reges & Principes ſæculares ſuis legibus prohibeant, præfatam immobilium alienationem in clericos, & eccleſias, quandoquidé nullum priuilegium infringitur competens eccleſijs & clericis, in quantum tales ſunt,quod erat neceſſariũ, vt dici poſſet offendi in eo eccleſiaſticam libertatem.

40 Quæ doctrina vltra ſupradicta cõ firmari poteſt,ex eo quod rigoreverborum dictæ prohibitionis conſiderato,per illam ſolum adimitur clericis, & eccleſijs politicum commertium competens eis tanquam ciuibus,non tanquam clericis, ex Caiet. in allegat.loco,& ex his quæ proximè traddidimus.

41 Sed non in ſubtiliter obijcies, ſi prohibeatur clericis humanum commertium circa emendum,vel vẽdendum,infringi eorũ libertatem,& immunitatem: etenim licet primo aſpectu, & ſecundum verborum corticẽ talis prohibitio ſolum deffendere videatur immunitatem, clericis cõpetentem,vt ciues ſunt, & pars quædã huius politicæ,ſeu ciuilis communitatis: nihilominus re altius conſiderata,ſi attendas mentem & animum Legislatorum prohibentium, dicta politica commercia,inuenies eo tẽdi per talem prohibitionẽ, vt infringatur immunitas eccleſiaſtica clericis competens,vt clerici ſunt, quippè intelligi non poteſt ſimilem prohibitionem adeò aſperam & duram, emanaſſe à Principibus ſæcularibus, niſi ex concitato odio contra clericos,& in eorum damnum, atque perniciem,totiusque clericalis ſtatus detrimentum,quod nullatenus ferendum erat:& quod tale odium præſumendum ſit ex eo perſpicuè colligitur,quia nulla poteſt ſubeſſe, neque conſiderari iuſta cauſa,quæ ſæcularẽ Principem adducere potuerit, ad generaliter prohibendum clericis omne

nè commertium circa emptiones & venditiones rerum, ſicuti prohibuerunt Poteſtates illæ, quarum meminit Bonifacius VIII. in allegat. cap. fin. de immunit. eccleſ. in 6.

42 Cui obiectioni facilimo negotio ſatisfacimus plenè fatendo, totum quod aſſumit, ſcilicet per prohibitionem illam generalem commertij, circa emptiones & venditiones offendi quidem libertatem eccleſiaſticam, rectèque præſumi emanaſſe in clericorum odium, & non ex aliqua iuſta cauſa, quæ neque inueniri, neque ex cogitari potuit: noſtra tamẽ concluſio, atque doctrina, nequaquã ſtatuit, poſſe ſæculares Principes, in totum auferre humanum, ſeu politicum commertium, emptionum & vẽditionum cum clericis, quod eſſet cõtra expreſſam deciſionẽ & prohibitionẽ Bonifacij in allegat. c. fi. ſed tãtum volumus liberum fore Principibus, & Regibus, ſpecialiter prohibere rerum immobilium alienationem in clericos: in caſu enim propoſito in dict. cap. fin. ſine controuerſia violabatur eccleſiaſtica libertas, vt indicauit & expreſsit Pont. Maxim. in eo textu, in verſ. *cum talia, &c.* hoc eſt tales prohibitiones generales, quas anteâ enarrauerat, & dicit eſſe offenſiuas eccleſiaſticæ immunitatis, vt rectè intellexit gloſa ibidẽ, verb. *libertatis.*

43 Quare textus ille traditæ â nobis doctrinæ, impedimento non eſt quominus procedat, cui° deciſio, & prohibitio, quatenus damnat prohibitionem ḡeneralem contractus emptionis invniuerſum, minimè obtinet, neque locũ habet in prohibitione ſpecificè facta alienationis rerum immobilium in eccleſiam, ſiuè In clericos, quam neutiquam ſi illi proponeretur damnaret, aut reprehenderet Iuriſcõſultiſsimus Bonifacius, qui qua prudentia omnimodaque eruditione præditus erat, facilè percaluiſſet, talem prohibitionem iuſtificari poſſe ex multis cauſis, atque rationibus, quarum nonnullas ſupra retulimus, argumento l. cura, §. inopes, ff. de muneribus & honoribus, & perſpexiſſet vtique, ex tali prohibitione alienationis immobilium dumtaxat, nulla ratione immunitatem eccleſiaſticam infringi, ſiuè rigorem verborum, & corticem prohibitionis conſideres, ſiuè Legislatoris animum, & mentem attendas, quod rectè perſpexit, Bald. doctiſsimorum Magiſter in duobus locis, & in cap. clerici de iudicijs, & in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 6. de conſtit. Quibus & doctrina noſtra vera & firma manet, & in columis â contradictione quam contrariæ opinionis aſſeclę, ex dict. cap. fin. aſſumebant, quæ vt pęnitus difficultate careat, ita ego pro coronide, & complemento totius quęſtionis rem hanc temperarem, vt ita demum procedere poſsit, talis immobilium prohibitio in clericos facta, donec non incipiat eſſe damnoſa ſtatui eccleſiaſtico: ſi enim notabile damnũ clericis inferat, ſiuè eccleſijs, nullatenus erit ſubſtinenda, ex defectu iuriſdictionis & poteſtatis: tunc namque offendere incipiet ipſammet libertatem eccleſiaſticam, contra canonicas ſanctiones, animum & mentem ipſorum Principum ſæcularium, qui vt Catholici & Chriſtianiſsimi ſunt, nihil minus volunt, aut moliũtur quam quod, neque in minimo lædatur eccleſiæ, ſeu clericorum immunitas, reliquæ obiectiones, ſi quæ ſuperſunt, non difficilè diluentur, ex tradita pro veriori ſententia doctrina.

Suma-

Tract. de legib. & const. Prlncipum, &c.

Summaria ad Controuersiam 16.

1 NOn procedit hæc controuersia circa eas leges & constitutiones, quæ reperiuntur extra corpus iuris, cuiuscumque conditionis illæ sint.

2 Tales constitutiones, sic vagantes nulli bi reperiuntur per canones approbatæ, & sic nullo modo ligare possunt ecclesiasticas personas.

3 Leges ciuiles, quas Imperiales appellamus clausæ in corpore iuris, si canones in materia deficiant obtinent, & vim habent etiam in foro ecclesiastico.

4 Temperatur præcedens assertio, vt tantum procedat in negotijs ecclesiasticis temporalibus, non tamen si negotia sint spiritualia.

5 Leges ciuiles minimè obtinere possunt in foro ecclesiastico, nisi subsequuta Pontificis Maximi approbatione.

6 Id quod dicitur leges ciuiles habere locum in foro ecclesiastico canonibus deficientibus limitatur ab aliquibus, vt solum procedat in fauorabilibus non in odiosis.

Quenam sint leges fauorabiles, quæ verò odiosæ non satis constat, inter interpretes, & subtilis Costa illas appellauit leges fauorabiles, quæ subditis nullum damnum afferunt, ibidem.

7 Reijcitur præfata distinctio inter leges ciuiles fauorabiles & odiosas.

8 Ostenditur dictas leges ciuiles, quæ deficientibus canonibus obseruandæ sunt, non minus iustas esse in odiosis, quam in fauorabilibus.

9 Conuincitur etiam præfata distinctio, ex Calderini doctrina, & ostenditur quod tales leges ciuiles, quantumuis odium contineant procedunt in foro ecclesiastico.

10 Edictum de noui operis nuntiatione, proculdubio introductum est in odium contemnentium iudicum præcepta & nihilominus procedit in foro ecclesiastico.

Summa ratio recipiendi leges ciuiles in foro ecclesiastico in eo stat, quod per canones approbentur, neque audienda est dicta distinctio inter leges odiosas, & fauorabiles, quæ vana & commentitia est, ibidem.

11 Adeo canonum approbatio efficax est, vt leges ciuiles locum habeant in foro ecclesiastico, vt etiam si tales leges extrauagantes sint, si tamen specialiter approbentur obtineant nihilominus in negotijs ecclesiasticis, etiam spiritualibus.

12 Magna est authoritas consuetudinis, quæ ciuiles leges migrare facit, atque transfundi in ecclesiasticas, maximè si canonum etiam authoritas subsequatur.

13 Falsa est in punto iuris Bernardi Diez & Palacij Rubios sententia asserentium defficiente iure canonico, ad ius Regium recurrendum fore, quàm is in praxi sequenda & practicanda sit.

14 Ciuiles leges extra corpus iuris de gentes, etiamsi per canones approbatæ non sint, si tamen contineant fauorem status ecclesiastici seruandæ sunt, & clerici masculi stante statuto de fœminarum exclusione eas excludunt, ac si laici forent.

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA. 16.

Vtrum leges ciuiles generaliter loquentes, (nulla facta mentione rerum, ſeu perſonarum eccleſiaſticarum) obtineant, & locum habeãt in cauſis & negotijs eccleſiaſticis, ſi aliàs canones non repugnent.

1 Dvbitationẽ hanc ſuperiori ſatis cõhærentem, legimus excitatã ab Hoſtienſe prius, &poſtea communiter ab interpretibus, in cap.vlt. de ſolution.& in cap.eccleſia Sãctæ Mariæ de conſtit.vbi Philipp. Deci. Abb. & Felin. per plures columnas eam agitarunt, nec non de ea differunt iuris ciuilis interpretes Barto.& alij in l.cunctos Populos,C. de ſum. Trinit.& Fide Catholica. In qua ſeparantes more noſtro certa ab incertis, primo ſupponẽdum eſt cum Philip.Dec. & pluribus ab eo relatis in d.c.eccleſia,nu.50.cum Abb.Panormit.in c.1.n.8.de noui oper.nuntiat. & cum Hoſtienſe vbi proximè,quæſtionem hanc minimè procedere circa eas leges,ſeu conſtitutiones, quæ verſantur extra corpus iuris cuiuſcũque conditionis ſint,id eſt ſiuè locales (ideſt inferiorum,) ſiuè cõmunes ſint, hoc eſt ad vniuerſalem Regni gubernationem pertinentes. tales enim leges nequaquam obtinent,aut vim habent in foro eccleſiæ, niſi per canones ſpecialiter aprobentur,ſicuti adnotarunt ſapienter Doctores nuper relati.

2 Eamque rationem habet,quia tales leges,ſeu Principũ cõſtitutiones, vagantes extra iuris volumina,ſuppo nendũ etiam eſt nullibi reperiri per canones approbatas,igitur nullo pacto ligare poſſunt perſonas exẽptas, ſeu eccleſiaſticas,iuxta reg.l. fi.ff. de iuriſdict.omn.iud. quam ſuppoſitionem,inferius magis explicauimus.

3 Igitur ſit cõcluſio propoſitæ quæſtioni ſatisfaciens, *leges ciuiles, quas Imperiales appellamus clauſæ, atque contẽtæ in voluminibus iuris communis, ſi canones in materia deficiant, obtinent, & vim habent, etiã in foro eccleſiaſtico*, quã propoſitionẽ ſic probo, etenim Pontifices Maximi approbare cẽſentur, leges omnes cæſareas, quatenus conducũt ad approbandos & ſubſtinendos canones, c.de capitulis, c. certũ cũ multis ibidẽ 10.d.cap.1.de nou.oper. ſed ſi canones non exiſtãt in propoſito, & leges adſint non ſolum contradicẽtes ſed adiubantes ipſos canones, cũ ratione coniunctũ, & copulatũ videtur, vt obſerbari debeant canonibus deficientibus, ex præſumpta Romanorũ Põtificũ volũtate, & approbatione, qui non dedignantur vti legibus Imperialibus iuſtis, & adiubantibus iura Põtificia, præſertim vbi nõ adſunt conſtitutiones eccleſiaſticæ, quibus oblata negotia diffinire valeant,

Digitized by Google

leant, ſic tenent plures relati à Tiraq. de primog. q. 44. nu. 3. Andr. Siculus in c. fin. de ſolution. ad fin. qui communem teſtatur Felin. in d. c. eccleſia, n. 37. Philip. Dec. ibidē nu. 27. Hoſtienſ. in allegato loco, quem cōmuniter omnes recipiunt, vt teſtatur Andr. Sicu. vbi proximè Abb. in c. 1. n. 8. de nou. oper. nunciat. & in d. c. eccleſia. n. 17. inſignis Hiſpan. Fortu. de vlti. fin. illat. 13. & hoc iure vtimur.

4 Quā aſſertionē antequā vlterius progrediamur, ſic tēperandā admoneo, vt tales leges ciuiles, ita demum deficientibus canonibus obſeruari poſint, & debeāt, in negotijs eccleſiaſticis, dūmodo tēporalia ſint, atque cōcernant, ciuiles, ſiuè criminales clericorū cauſas, nō etiam ſi negotia ſint ſpiritualia, veluti quæ ſpectāt ad matrimonia & beneficia, circa quę parū aut nihil poſſunt leges ciuiles, vt ſupra demōſtrauimus, ratio in prōptu eſt, ex dictis deſcendēs, quia Pōtifices maximi nō videtur approbaſſe Imperiales leges, quātū ad cauſas matrimoniales, ſeu beneficiales, c. quoniā ibi *pro curſu tēporalium, &c.* 10. diſt. nec affirmari poſſe videtur, q leges laicorū Principū obtineāt in foro eccleſiæ, niſi per canones approbat ę ſint, à quorū approbatione circa cauſas eccleſiaſticas, totam ſuā vim poteſtatēque recipiūt, ſic limitauit Ant. de Butr. in cap. litteras de iuram. calumnię, & pro hac limitatione eſt text. expreſ. ibidē in illis verbis, *non ex legum diſtrictione*, quamuis Abb. Panor. & cōmunis ſchola in d. c. litteras cōtrarium ſentiant, illius textus literā violantes, vbi potius cōmunis retinēda eſt, & legendus ille textus, vt iacet.

5 Quod ſi inquiras aliā rationē præfatę limitationis, & quę cauſa ſit, quare leges ciuiles, quaten° diſponūt circa ſpiritualia nō ſint recipiendę, neq; admitendę, ea eſſe poteſt, quia cū illud ſit ingeniū, atque cōditio legū ſæcularium, vt ſemper diſponāt circa tēporalia, ne de ſpiritualib° diſponētes irritæ ſint, & inanes conſequēs eſt, vt nequaquā trahi poſsint, nec debeāt ad negotia ſpiritualia, niſi ſuperueniat Pōtificis Maximi, ſeu Legislatoris eccleſiaſtici approbatio aliqua, à qua tales leges ciuiles, vim & auctoritatē capiāt, etenim tēporalia ab ſpiritualib° lōgè diſtant diuerſamq; naturā & cōditionē omninò ſortiūtur, vnde rectè Iaſ. in l. quoties, C. de reiuēdic. n. 12. & n. 26. aſſeruit deciſionem illius text. nullo pacto procedere in ſpiritualibus, quippè tāquā lex ciuilis minimè obtinere poteſt in foro eccleſiaſtico, niſi ſubſequuta Pōtificis aprobatione ex proximè dictis.

6 Quā reſolutionē tam Doctores ſupra relati, quā alij ſtatim referēdi exiſtimarunt ſic fore recipiendā, vt id q dicimus leges ciuiles locū habere in foro eccleſiaſtico, canonibus deficiētibus, procedat in his tantū, quę gratiā & fauorem eccleſiaſticorū cōcernunt, nō verò in alijs quæ reſpicerēt odiū rerum ſpiritualium: etenim iura canonica Concilia, aut Pontifices Maximi nō recipiēt leges ciuiles, ſi talis receptio in bonū & vtilitatē eccleſiaſticorū nō eſet redūdatura. Circa quā declarationē antequā ſtatuamus, quid tenendū ſit, operepretiū erit cognoſcere, quę nā ſint leges fauorabiles, quæ verò odioſę, & ob id nō recipiēdę in foro eccleſiaſtico: in qua re nō ſatis ſibi cōſtāt interpretes Abb. enim Panor. quē alij recētiores poſtea ſequutiſūt, in c. eccleſia S. Mariæ n. 17. de conſti. exiſtimauit eas eſſe leges fauorabiles, quę perequè reſpicerēt, damnū & cōmodū ſubditorū, vt voluit idē Abb. in c. fi. col. fi. de ſolutio. Philip. Dec. in d. c. eccleſia, n. 27. per contrarium tamen vir merito ante alios excellens Emanuel Coſta Luſi-

Luſitanus in l. ſi ex cautione pagin. mihi 224.num.17.illas ſolum iudicauit faborabiles leges, quæ nullum damnum ſubditis afferre poſſunt, ſequutus Hoſtiēſ.& antiquiores,qui eiuſdem fuerūt opinionis, & ſententię,& eſto poſterior hęc veterum doctrina,verior ſit, & receptior,varietas tamen opinionum in hac parte ſatis oſtendit prædictam diſtinctionem,inter leges fauorabiles & odioſas, quod attinet ad legum ciuilium receptionē minimè admittēdā eſſe.

7 Aduerſus quam vrget prętereа, Angeli doctrina in l.1. in prin. ad fi. ff.de his qui notātur infamia, quem etiam plures alij ſequuti ſunt, aſſerentis,leges omnes ciuiles inducentes infamiam,procedere,& locū habere, etiam in foro eccleſiaſtico, quas odioſas eſſe, & nullam gratiā, ſeu faborem inuoluere, pluſquam manifeſtum eſt, igitur non minus recipendæ ſunt leges odioſæ,quam faborabiles.

8 Deinde conuincitur dicta differētia legum ciuiliū, odiū continentium, ab his quæ reſpiciūt faborem: ſi adducas in memoriam,id quod ſupra tetigimus,nempe iura canonica, & Pontifices Maximos, ea de cauſa approbare conſueuiſſe leges ciuiles ſeculares, voluiſſeq; eas ſæpenumerò,& in pluribus recipi in foro eccleſiaſtico,propter iuſtitiam ſcilicet talium legū, in ordine ad publicā vtilitatem, credentes eas mirū in modū opitulaturas ipſis canonibus eccleſiaſticiſque conſtitutionibus, vt denotat tex.in c.vlt.ibi:*Diuinitus*, 16.q. 3. quo ſuppoſito, tūc ſic argumentor, tales leges ciuiles,nō minus iuſtæ erūt in odioſis, quā in fauorabilibus, æquitas enim, & iuſtitia perequę reperitur & cuſtoditur incōtinentibus odiū,ac in his,quę æquitatem,& gratiā cōcernunt, cū omnis lex odioſa, ſiue fauorabilis iuſta eſſe debeat, l. 1.ff.de legib.& c.factæ 4.d. igitur de primo ad vltimum,dūmodo leges ciuiles,foueant iuſtitiam in ordine ad bonum cōmune, tendantque in canonū adiutorium,ſiue gratiā,ſiue odiū contineant,vtiq; non exiſtentibus canonibus erūt admittendæ, & recipiendæ.

9 Deinde reijcitur etiā ex Calderi. doctrina cōſ.4.ſub tit.de verb.ſignific.recepta,teſte Philip.Dec.in l.venia.n.5.C. de in ius vocādo, dicētis illas leges dici,& eſſe odioſas, quæ principaliter odiū important, qua ratione,interdictū *vnde vi*, tanquā inuentū, & inſtitutū in odium ſpoliantiū odioſum quidē erit, quod tamen procedere, & locum habere in foro eccleſiaſtico, ſatis indicant iura formalia,in c. cum ad ſedem c. in litteris,c.grauiſ. de reſtitut. ſpoliat. nihil ergo intereſt, quod ſecularis lex odiū dicat,vel nō dicat,adhoc vt iure canonico deficiēte,in foro eccleſiaſtico recipienda ſit vel non.

10 Similiq; modo philoſophandum erit, circa percelebre edictū denou. oper.nūtiat. Quod proculdubio introductū eſt,potiſsimū in illorum odiū, qui iudicum præcepta contemnunt,l.prætor ait,§. ait prætor, ff.de nou.oper. nuntiat.at indubitati etiā iuris eſt,tale interdictū recipi quoq; in foro eccleſiaſtico, iuxta tex.in c. 1.de nou. oper. idq; ex generali canonū approbatione,igitur parū, aut nihil refert,ad hoc vt recipiātur, vel non recipiantur tales leges ciuiles, quod odioſę ſint,vel fauorabiles.Accedit quod iura canonica, tales leges approbātia,minimè reijciunt odioſas,quin potius admittūt,fruſtra ergo cōminiſcuntur DD. ſuperius in prin.citati doctrinā ſupradictam, qua diximus leges ciuiles,iure Pontificio deficiente,procedere in foro

Digitized by Google

eccleſiaſtico non habere locū, in odioſis,ſed tātū infaborabilibus,quid quid cōmunis ſchola contrariū ſenſerit,quę nullo pacto iure canonico admittenda eſt,& ſumma ratio recipiēdi leges ciuiles in foro eccleſiaſtico,in eo ſtat, quod per canones approbētur,neq; ex alio capite pēdet, (loquor circa ſpiritualia) nāq; circa cauſas ciuiles,& criminales eccleſiaſticorū, non exiſtentibus legibus canonicis,ferè extra cōtrouerſiā eſt,locum habituras leges ciuiles, imò etiā in ſpiritualibus controuerſijs, ſi modo præcedat dicta canonū approbatio,ceſſare ergo debet tanquā vana,& cōmentitia,diuiſio illa legū ciuiliū, odiū importantiū, aut fauorē: cū ſiuè odium,ſiuè gratiā inuoluant, ſi per canones approbatæ ſint obtinebunt etiā in ſpiritualibus, ſin minus nequaquā,vt ex nuper traditis& explicatis facili negotio deducitur.

11 Adeoq;canonū approbatio efficax eſt, & omnino neceſſaria adhoc vt leges ciuiles generaliter diſponētes nulla facta mētione perſonarūſeu rerūeccleſiaſticarū locūhaberepoſſint etiā in foro eccleſiaſtico, & erga res ipſaseccleſiæ,vt etiāſi taleslegesciuiles extrauagātes ſint,& incorpore iuris minimè clauſæ,ſi tamē ſpecialiter approbatæ ſint obtinebunt,nihilominus in foro eccleſiaſtico, vt docuit Philip.Dec.cum alijs pluribus ab eo relatis in d.c. eccleſia ſanctę Mariæ n.50.deconſt.Hoſtienſ.in d.c.vlt.de ſolution.Abb.Panor.in c.1.nu. 8.de nou.oper.licet verū ſit, quod ſi non ſubſequatur dicta approbatio, & leges extra corpus iuris vagētur, modo cōmunes ſint, modo ab inferioribus latæ,qualia ſunt municipalia ſtatuta, nequaquā ligabūt perſonas eccleſiaſticas,quia dū leges ciuiles nō reperiuntur per canones approbatæ nullam profecto vim habent ad ligā das perſonas exēptas, neq; dicentur cōpræhendere clericos,ſeu eccleſiaſticasperſonas,iuxta regul.l.vlt.ff.de iuriſdict.omn.iud.vbi ſiquis ſupra iuriſdictionē ſuā velit iusdicere,aut extra territoriū,ei non paretur impunè Quare leges quantūuis cōmunes, ſiuè localia ſtatuta,quæ vocātur inferiorū leges,ſiuè intra, ſiuè extra corpus iuris cōſtitutæ, ita demū obtinebunt in negotijs eccleſiaſticis, ſi per canones receptæ approbatæq; ſint, & non aliās.

12 Cōtingit tamē aliquando talē legem, vel ſtatutū mixta cōſuetudine receptū eſſe, inter clericos, ſicut & inter laicas perſonas,quo caſu etiam ſi in vim ſtatuti nō obtineat in vim cōſuetudinis tā clericos quā eccleſias ligabit & obtinebit in foro eccleſiaſtico,teſte Philip.Dec.in c.ad noſtrā n.3.de probat.Abb. in c.cū cauſā n.4.dere iudic.Fel.in d.c.eccleſia S.M.n.61.traddit inſignis Couar.de ſponſ.2.p.c.6.§.10. nu.18. & probat tex.opti.in c.cū veniſſēt, ibi: *Et bonæ terræ conſuetudinē*, de eo qui mittitur in poſſeſsionē:etenim quod efficere nō poteſt ſtatutū locale,vt tale eſt euincit cōſuetudo recepta, & vſus tēporisinteruallo,& legitima præſcriptione munitus: magna quippè eſt authoritas cōſuetudinis, quæ ciuiles leges migrare facit atq; transfundi in eccleſiaſticas,preſertim ſi canonū etiam authoritas ſubſequeretur.

13 Vnde ipſe inferre ſoleo non ſatis rē attigiſſe Benard.in prac.c.36 Palacios in repet.rub.n.8.volētes in negotijs eccleſiaſticis iure canonico deficiēte ad ius Regiū fore recurrendū,& nequaquā ad ius Cæſareū:verius enim eſt,teſte Alexand.in c.cōſuetudo 1.d.col.3. nō ſtātibus canonibus in cauſis eccleſiaſticis ad ius ciuile, & nō ad noſtrū ius Regiū fore recurrendū, vt docuit Rabena, in alle-

allegatione cõſuetudinis,col.5.etenim canones iure ciuili familiariſsimè vtuntur, nec Regiũ ius tam placidè recipiũt,& ſi minimè negare poſſimus Bernardi, & Doctoris de Palacios Rubios ſententiam praxi quotidiana cõprobatam eſſe, & ſic in iudicando, & conſulendo recipiendam, vt quoties ſe ſe obtulerit occaſio ſi canones non ſuperſint ad ius Regiũ recurri debeat,ad eccleſiaſtica negotia decidenda,vt ſæpe numero recuritur:hoc enim iure vtimur,vt in foro eccleſiaſtico obtineant leges, & ordinationes Regiæ iure canonico deficiente, & ita frequentiſsimè iudicatum vidimus.

14 Verum ſuperiorẽ doctrinã,& cõcluſionẽqua docemur minimè obtinere poſſe in eccleſiaſticis ciuiles leges extra corpus iuris degentes, niſi ſpecialiter fuerint approbatę ego tẽperarẽ, vt minimè procedat, nec locũ habeat quando tales leges ciuiles ſeu ſtatuta municipalia introducerẽt aliqua in fauorẽ ſtatus eccleſiaſtici,vel quidquid per illa præciperetur poſſet redũdare in eccleſiaſticorũ vtilitatẽ,ſeu cõmodũ,tũc enim quid quid ſtatuta laicorum ſint, eccleſiaſticæ perſonæ in illis cõpræhenſę cẽſendæ ſũt, vt exẽpli gratia ſi darem⁹ ſtatutũ quod frequenter repetitur, vt fæminę ſtantib⁹ maſculis minimè admitterentur,proculdubio etiam ſi maſculus clericus ſit ſuccedet excludetq; fæminã:etenim clerici,quamuis in quantum exẽpti ſunt à poteſtate ciuili,minimè comprehenderẽtur tali municipali ſtatuto, tamen vt ciues ſunt, in eis rectè practicabitur d.municipale ſtatutũ excludendi fæminas per maſculos eiuſdem gradus quas proculdubio clerici excludent: potiũtur enim vt tales,ideſt in quãtũ ciues ſunt, ſtatutorũ beneficio iuxta deciſsiones c.vlt.& c.1.de inmu.eccleſia.lib.6. teſte Felino, qui poſt alios ita docuit in d.c. eccleſia. n. 79. traddit Frãciſ.de Vitoria in relect.1. de poteſ.eccleſ.pa.mihi 103.n. 4. neq; intererit,q; clerici ſint, adhoc vt excludãt fęminas,qualitas enim illa maſculinitatis vincit fæminã,eamq; excludit ſic exiſtens in clerico, quẽad modũ in laico, vt colligi poteſt per argumentum de conſuetudine loci ad legẽ ciuilẽ quo mirabiliter vſ⁹ eſt optim.tex.in c.conſtitutus ibi: *iuxta municipij*,de in integr.reſtit. quẽ appellauit ſingularẽ in id poſt pluresab eo relatos Andr. Tiraq. vbi ſup. n.9. & ſic in effectu docuerũt idẽ Tiraq. ibidẽ n.6.Philip.Dec. in d.c. eccleſ. n.52.Abb.n.37.eſtq; praxi receptiſsimũ q; clerici maſculi ſtante ſtatuto de fæminarũ excluſione eas eijciũt, & excludunt, ac ſi laici forent.

Summaria ad Controuerſiam. 17.

1 *VTilis & omnino neceſsaria eſt, hæc controuerſia ad iurium intelligentiã,& ad deciſionẽ cauſarũ.*

2 *Refertur hæreticorũ opinio aſſerentiũ Pontifices non habere vllam iuriſdictionem ſupremam, aut gladium temporalem quem vllo caſu exercere poſſint Imperantes Regibus aut Principibus ſecularibus.*

3 *Confunditur hæreticorum opinio ex vſu,& conſuetudine eccleſiæ antiquiſsima, & hæreticum eſt aſerere nullam eſſe poteſtatem temporalem in ſumo Pontifice.*

4 *Non bene Dominus Conar. Bartholum reprehendit quod hæreticos appellaſſet Doctores negantes poteſtatem temporalem in Pontifice Maximo.*

Digitized by Google

5 *Monaſterium ex legitimo titulo obtinere poteſt & poſſidere baſſallos & iuriſdictionem temporalem.*

6 *Incipit interpretari tex. in c. recolentes 3. de ſtatu monacho. qui potius probat monachos in communi poſſe temporalẽ iuriſdictionẽ exercere.*

7 *Non probat d. c. recolentes id ad quod aducitur per Dominum Molinam, & alios reſolventes monachos retinere iura ſanguinis agnationis prioritatis in gradu ſuitatis & ſimilia.*

8 *Regula ca. 1. ne clerici, vel monachi æquè procedit in clericis & Epiſcopis, qui proculdubio maioratum eũ dignitate obtinere poſſunt, & nulli bi in iure reperiuntur prohibiti, imò nec monachi in communi, qui per alios poteſtatẽ regiminis exercere poterunt.*

9 *Licet practicanda ſit Molinæ, & aliorum opinio aſſerentiũ monachos obtinere nõ poſſe maioratũ cũ dignitate in puncto tamen iuris vera nõ eſt & prædicta praxis elleganti conſideratione ſulcitur.*

10 *Omninò exterminandi ſunt Caluinus, & alij peſtilentiſſimi hæretici contendentes Pontifices Maximos, nullã habere poteſtatem temporalem, quam vllo caſu exercere poſſint in Principes ſeculares.*

11 *Explicatur quomodo ſummus Pontifex dicatur Monarcha ſpiritualis, & Paſtor totius orbis qui dubitari non poteſt an habeat iuriſdictionem temporalem in infideles, ſibi in ſpiritualibus non ſubiectos.*

12 *Similiter non eſt controverſia quo ad eas prouincias, quæ Romanis Pontificibus, & eccleſiæ quo ad temporalia ſubijciuntur in his enim Domini tẽporales ſunt, & iuriſdictionem habent temporalem, ſed tantummodo verſatur quæſtio quoad cæteras mũdi partes principibus chriſtianis ſubiectas.*

13 *Duæ ſunt in hac controverſia ſecum pugnantes opiniones prima habet ſummum Pontificem habere iuriſdictionem tẽporalẽ in habitu, & potentia.*

14 *Scriptum inuenitur Romanos Pontifices poteſtatem exercuiſſe circa trãſlationẽ Imperij, electionem, & confirmationem Imperatoris primationem eiuſdem, & Regum, & circa dationem curatoris, & ſimilia.*

15 *Probatur Chriſtum Dñm habuiſſe iuriſdictionem temporalem eandemq; Petro, & ſucceſſoribus eius communicaſſe.*

16 *Quando ſummus Pontifex poteſtatẽ laicam ex habitu reducit ad actum in tali caſu non temporali, ſed ſpirituali, & ſupernaturali vtitur poteſtate.*

17 *Confirmatur dicta propoſitio adducta ſimilitudine, & notatur proprius dici Pontificẽ aliquando exercere ſupremã ſpiritualem poteſtatem in tẽporalibus quam ipſum habere iuriſdictionem tẽporalem.*

18 *Secunda ſententia aſſerit quod Romanus Pontifex ſolam habet poteſtatẽ ſpiritualem, non autẽ ſecularẽ quæ aliquibus teſtimonijs confirmatur.*

19 *Suprema temporalis poteſtas, non poteſt in rerum, & inſolitũ eſſe apud plures ex quo videtur eandem non poſſe exiſtere apud ſumũ Põtificem.*

20 *Sicut Rex ſolam habet ſecularem, & nullam ſpiritualem ſic econuerſo Romanus Pontifex ſolam ſpiritualem, & nullam temporalem habet.*

21 *Referuntur authores tenentes hanc ſecundam ſententiam, & quod poteſtas excelẽtiæ in tẽporalibus, non fuerit cõmunicata Petro, et ſucceſoribꝰ*

22 *Dicta duæ ſententiæ licet in verbis, & modo dicendi differant in effectu tamen & ſubſtantia concordari poſſunt attento axiomate quod cui cõmittitur finis concedonitur media per quæ peruenitur ad finem.*

23 *Probatur ratione locis & exemplis prefatum axioma ſeu regulæ.*

24 Pro-

Digitized by Google

24 Potestas spiritualis superior est, & excellentior potestate temporali, & se habet quemadmodum in homine caro quo ad spiritum, & econuerso laica vero potestas non præcisè pendet ab ecclesiastica.

25 Potestas spiritualis, seu ecclesiastica ordinatur in finem supernaturalem laica verò seu politica in finem naturalem, & media eidem accommodata.

29 Potestas secularis potest considerari prout principaliter, & directè exercetur in suum finem principalẽ, & vt indirectè & incidenter assumitur in finẽ supernaturalem.

27 Si dicatur aliquem habere, vel nõ habere iurisdictionem secularem indubio intelligendum est principaliter & directè.

28 Secularis iurisdictio, quæ aliquando in finem supernaturalem exercetur strictè, & in rigore non dicitur temporalis.

29 Summus Pontifex Romanus in suum finem supernaturalem, & in ordine ad bonum spirituale potestatem exercere potest in temporalibus quatenus id exegerit finis supernaturalis.

30 Christus Dominus dum eiecit, é Templo ementes, & vẽdentes vsus fuisse videtur potestate temporali inferiori, & intelligitur text. in cap. per venerabilem vers. rationibus qui filij sint legi.

31 Id quod dicitur Pontificem Maximũ exercere posse laicam potestatem accipiendum est quatenus finis supernaturalis exegerit, & non aliter.

32 Summus Pontifex quatenus talis supremam temporalem iurisdictionem directè, & principaliter nullatenus habere aut exercere potest.

33 Is tantum habet, & exercere potest iurisdictionem temporalem qui habet illam in suum finem naturalem in quẽ principaliter instituta est.

34 Exercitium secularis iurisdictionis, non expediret ecclesiæ, & induceret implicationem secularium negotiorum cum iactura spiritualium.

35 Christus Dominus non concessit Petro, & successoribus potestatem secularem directè, & principaliter.

36 Differentia est an consideretur summus Pontifex, vt pastor vniuersalis, vel in quantum supremus est Dominus temporalis tam Romæ quã alijs in locis quæ sunt de patrimonio ecclesiæ.

37 Reducuntur ad concordiam dictæ duæ opiniones iuxta duas conclusiones propositas.

38 Ex dicta concordia facilè fat isfit argumentis vtriusque partis.

39 In aliquo sensu dici potest Germanicum Imperium haberi ab ecclesia licet attentâ origine, & natura rei Imperiũ sit à Deo, & concordantur duæ opiniones contrariæ.

40 Cessat iam controuersia Doctorum an Imperium sit a Deo vel ab ecclesia.

41 Attẽta translatione Germanicum Imperium magis pendet á summo Pontifice quam quodvis aliud regnum & in translatione electione, & cæteris exercuit ecclesiasticam potestatem non secularem.

42 Summus Pontifex non priuat Imperatorem Imperio aut Regem Regno tanquam index ordinarius sicut quãdo priuat Episcopos, sed tanquam Pastor vniuersalis, & intelligitur text. in cap. Apostolicæ, vers. nos itaque de re iudi. in 6.

43 Quando Pontifices Maximi priuauerunt Reges Regno, vt multoties fecisse constat exercuerunt potestatem in temporalibus in finem supernaturalem.

44 Pontifex qui potest Regem deponere multo magis poterit impedire ne

conſtituatur, & interpretatur illud lib. 2. Paralip. capit. 23. & 4. Reg. capit. 11.

45 Quamuis negocium Reginæ de qua in dictis locis ſacræ ſcripturæ delatum fuerit ad Concilium iuſtè, & validé potuit ſummus Pontifex per ſe ſolus id ipſum efficere.

46. Reges, & Imperatores habent temporalem poteſtatem directé, & principaliter in ordine ad finem naturalem, & bonum publicum, Pontifices vero indirectè in ordine ad bonum ſpirituale.

47 Non inconuenit quod ſeculares Principes habeant ſupremam poteſtatẽ in temporalibus, & quod eandem exerceant Pontifices Maximi diuerſimodé & in ordine ad diuerſos fines.

48 Chriſtus Dominus exercuit temporalem poteſtatem, quam Petro communicauit, & in eccleſia reliquit indirectè exercendam.

49 Intelligitur tex. in c. nouit de iudicijs & quid nomine perturbationis iuriſdictionis intelligendũ ſit explicatur

50 Continuatur intellectus ad d. cap. nouit.

51 Explicatur c. cauſamque el 2. qui filij ſint legitimi.

52 Chriſtus dominus Redemptor noſter, in quantum homo, ſecũdũ multorum ſententiam, non habuit Regnum, vel dominium tẽporale, directè & principaliter.

53 Contraria opinio quod Chriſtus homo habuerit Regnum & poteſtatẽ temporalem magis communis eſt, quam qui defenderit, negabit conſequenter commiſsiſſe illam Petro & ſucceſſoribus.

54 Aſsignatur intellectus ad c. 1. 22. diſtin. ibi, terreni ſimul, & cœleſtis Imperij iura commiſsit.

55 Alter probabilior intellectus ad eundem tex. conſtituitur.

56 Plures alij intellectus remiſsiuè ex quibus eligat lector ſenſum qui illi magis arriſerit.

57 Innocentius Quartus reſpiciens ad bonum ſpirituale iuſtè removit Sanctium Luſitaniæ Regem á Regni adminiſtratione eique coadiutorem dedit.

58 Non á Pontifice, ſed ab Imperatore coadiutor dandus videbatur.

59 Luſitania non ſubiacet nec ſubiecta fuit Imperio.

60 Reijciendi ſunt Petrus de Ancharrano, & alij Doctores qui putant Innocentium 4. dediſſe coadiutorem ſanctio Regi quia in illis regnis habebat iura temporalia ſuprema.

61 An deciſio tex. in c. grandi procedat etiam in tutore qui Regi impuberi, vel curatore regente ſeu adminiſtratore qui puberi vſque ad 25. annũ ex multorum ſententia dandus eſt: remiſsiuè.

62 Intelligitur tex. in extran. vnam ſanctam de maiorit. & obed.

63 Cõtinuatur intellectus ad eandem extranagantem vnã ſanctam quidquid eam alij aliter intelligant.

64 Explodituꝛ ſententia illorum qui aſſerunt in d. extranag. vnam ſanctã tanquam veritatem catholicam declarari vtrumque gladium eſſe apud Pontificem, & Imperium ab eodem haberi, & intelligitur extranagans mentit de priuileg.

65 Authoritas Euangelij Luce 22. ecce duo gladij hic explicatur remiſsiué.

66 Ex ſuperiori reſolutione multa inferenda ſunt ad praxim.

67 Vbi leges ſeculares iniuſtæ ſunt, & bono ſpirituali aduerſantur ad Pontificem ſpectat illas abrrogare, & vtilè potuit abrrogare leges admittentes præſcriptionem cum mala fide.

68 Aſsignatur ratio quare Pontifex potuerit abrrogare dictas leges.

69 Leges

Digitized by Google

69 *Leges ciuiles vsuram aprobantes indistincte in vtroque foro extinguntur & seruanda est lex, quæ præstat autoritatem maritis interficiendi vxores, & insuper illis lucrum elargitur, vt in vulgata l. Gracchus cuius sensus aducitur.*

70 *Maritus vxorem occidens non adquirit dotem de nouo, sed magis retinet & conseruat, & intelligitur text. in l. sicab hostibus §. vlt. ff. solut. matri.*

71 *Assignatur longa differentia inter legem, quæ præscriptionē cum mala fide, & eam quæ consuetudini cum peccato incipienti authoritatem præstat, ex eo quod cōsuetudo nō est constituta ad adquirendum, sed solum modo ad constituendum ius.*

72 *Lex non desinit esse talis licet malo animo & ita cum peccato statuentium fiat, pariterque consuetudo quamuis incipiat cum peccato subditorum si alia necessaria concurrant vera erit consuetudo.*

73 *Adhuc aducitur alia differentia inter consuetudinem, & præscriptionem, & intelligitur iura in c. vlt. de præscrip. & in regula possessor.*

74 *Quid si Romanus P. legem aliquam consuetudinem, vel contractum inter seculares reprobet, & iubeat nō obseruari, Princeps autem secularis contradicat.*

75 *Si reprobet ob bonū publicum Regi standum erit si verò ob bonum spirituale, & ob finem supernaturalem Pontifici.*

76 *Aducitur elegans ratio præfatæ conclusionis quia Princeps in temporalibus habet fundatam suam iurisdictionem.*

77 *Continuatur differentiæ ratio inter vtramque casum prædictæ cōclusionis*

78 *Intellectus ad c. licet de for. comp. & ad Clem. Pastoralis, §. vlt, de re iudi. remissiuē.*

79 *Quando & in quibus casibus R. Pontifex posit cognoscere, & iudex existere competens vbi lis inter duos supremos Principes nemineme recognoscentes, & iterum intelligitur text. in d. Clem. pastoralis.*

80 *Temperanda est sententia Innocent. & aliorum asserentium R. Pontificem iudicem fore competentem inter priuatum & Principem supremum.*

81 *Expenditur & non inelegantèr considerator d. Clem. Pastoralis pro temperamento sententiæ Inno. & aliorum.*

82 *Intelligitur text. in cap. nouit de iudicijs & quare Innocen. 3. ibidem expenderit rationem peccati.*

83 *Tam Papa quam Imperator Rex, & similes superiorem non recognoscentes regulariter in suis causis iudicare possunt, Papa verò regulariter nō si speciales rationes concurrant non poterit iudex esse inter supremos Principes, & multominus inter supremū Principem, & priuatum illi non subditum.*

84 *Pontifex ob defectum iustitiæ poterit cognoscere inter seculares, non verò econuersò secularis inter ecclesiasticos, et iam dato eiusmodi defectu, ob defectum iurisdictionis.*

85 *Clericus non poterit trahi ad seculares nec pro iustitiæ defectu.*

86 *Defectus iustitiæ in ecclesiastico iudice nusquam tribuit iurisdictionem seculari.*

87 *Ecclesiasticus efficere non potest per suum consensum expressum, vt secularis iudex contra eum cognoscat, & multo minus per factum aliquod.*

88 *Quando iura permittunt seculares se ingerere contra ecclesiasticos nō deficit iustitia, sed magis ipsa potestas ecclesiastica, & intelliguntur c. 1. de offi. ord. lex partita, extrau. g. &*

Trident. duobus in locis.

89 *Potest etiam secularis aliquando invocare auxilium ecclesiastici, non cogendo, sed rogando, vel recurrendo ad eiusdem superiorem.*

90 *Iura, si quæ sunt, in quibus clerici trahuntur ad seculare tribunal procedunt secũdum ius antiquissimum ante nouos canones.*

91 *Conciliatur text. in capit. qualiter de iudicijs cum canonibus antiquis quatenus ius nouum inducit.*

92 *Continuat author intellectum d. cap. qualiter, & reijcit interpretationem Egidij de Belamera & aliorũ.*

93 *Verus sensus illorum verborum c. filijs, vel neporibus,* Regis hęc auribus intimare non differant.

94 *Dubia ex dictis, editur praxis secundum quam quando ecclesiasticus gravat, & apellationi non defert recurritur ad suprema tribunalia, et Regios senatores.*

95 *Quidem dictam praxim absolutè defendunt, alij in vim priuilegij alij decretum R. Pontificis additis prius Regibus Catholicis valde desiderant.*

96 *Eandem potestatem quam diximus habere R. Pontificem in bonum spirituale, & finem supernaturalem in toto orbe, fortiuntur* Episcopi *in suo* Episcopatu.

97 *Omnis iurisdictio temporalis ex natura rei ad Principes seculares pertinet, sicut ecclesiastica ad singulos Prelatos in suis Diœcesibus: & ecclesiastici iurisdictionem temporalem adquirere possunt, aut donatione aut præscriptione aduersus quos fundant Principes seculares in omni iurisdictione temporali.*

98 *Absolutè & secundum quid temporalem iurisdictionem adquirere possunt ecclesiastici reiecta opinione asserentium nõ posse Principem alienare supremam iurisdictionem alicuius loci quod receptius est fieri posse si publica, & necessaria causa suadeat.*

99 *Indubio censendum est remansisse supremam potestatem penes seculare principem nisi qualitas donata rei aliud suadeat.*

100 *Inter ea quæ sunt suprema potestatis principalius est authoritas ferendi leges, quas cæteri domini temporales condere non possunt, sed tam ipsi quam eorum vassalli Regijs legibus subijciuntur.*

101 *In terris ecclesiæ ius canonicum seruandum est inter seculares quia suprema potestas residet penes Pontificem, & intelliguntur iura in cap. quod clericis 9, de for. comp. & capit. cum esses de testam & cap. Romana §. debet de appellat. in 6. & similia.*

102 *In locis in quibus ecclesia non habet supremam potestatem: inter laicos & contra illos seruabitur ius ciuile, & sic procedit text. in cap. constitutus de restitutione in integrum.*

103 *Vbicunque laici conueniuntur à clericis obseruanda sunt, & obseruantur leges ciuiles in terris vbi ecclesia non habet supremam temporalem potestatem quamuis dominij & iurisdictionem habeat.*

104 *Localis est constitutio de qua in d. capit. quod clericis sicut & illa de qua in cap. 1. de locato, & in capit. super specula de priuileg. & dict. capit. quod clericis non probat causas clericorum secundum sacros canones esse decidendas.*

105 *Rursus comprobatur intellectus ad dict. capit. quod clericis iuncto d. capit. super specula, & referuntur dicentes Episcopum Parisiensem non habere iurisdictionem temporalem in tota vrbe sed partim.*

106 *Causæ pecuniariæ clericorum Pa-*

risijs

viſijs commorantium ſint actores ſint ſine rei ſpeciali priuilegio in foro eccleſiaſtico ſunt tractandæ, & ſecundum ius canonicum decidendæ.

107 *Confirmatur præfata interpretatio ad d. cap. quod clericis cuius verba expenduntur ad probandum quod Pontifex ibidem agit de ſpeciali priuilegio ſtudiorum gratia conceſſo.*

108 *Expenditur in idem cap. ſuper ſpecula de priuilegijs.*

109 *Academiæ Complutenſi ſpetiali priuilegio conceſſum eſt, vt ſcolaſtici etiam actores ad ſuum iudicem omnes vocare poſſint.*

110 *Quod priuilegium ſicut & illud de quo in cap. ſuper ſpecula, vt Pariſijs ſola theologia doceatur conceſſit Pontifex exercens iuriſdictionem temporalem indirectè in bonum ſpirituale, & quare in d. c. quod clericis clericos expreſſit.*

111 *Quid canonum appellatione intelligere deceamus in cap. 1. de conſtitut. & locis ſimilibus.*

112 *Pleriſque placet ciuiles cuiuſque regni leges deficientibus canonibus potius quam leges Romanorum in foro eccleſiaſtico eſſe ſeruandas.*

113 *Aſſignatur vera reſolutio prædictæ dubitationis, & quid importet ius canonicum in d. capit. quod clericis & iuribus ſimilibus.*

114 *Non videntur recte ſenſiſſe Gomez Leo, Perez, & alij ſuperius citati.*

115 *Sublatum fuit totum decretum Concilij Bracharenſis quo fuerat ſtatutum, vt deficientibus canonibus leges illius Regni in foro eccleſiaſtico ſeruarentur, & præcepit Pontifex vt deficiente iure canonico ſeruaretur ius ciuile Romanorum.*

116 *In cauſis clericorum omnino ſeruandæ ſunt leges ſeculares quibus clerici tanquam ciues obligantur.*

CONTROVERSIA 17.

Vtrum Romanus idemque ſummus Pontifex quatenus talis habeat in orbe Chriſtiano ſupremam poteſtatem, vel iuriſdictionem ſecularem, quæ temporalis quandoque dici ſolet.

POLITI-

EX Ollicitationi noſtræ huic tractatui de cõſtitutionibus Principũ nonnulla de iuriſdictione, & imperio interſe rendi, minimè ſatisfacere videremur, ſi hanc grauiſsimã quęſtionẽ à theologis, & iuriſperitis frequẽtiſsimè agitatã, pro viribꝰ exigui ingenij noſtri non diſputaremus: cuius inſpectionem nemo dubitat ſummè vtilem eſſe, & omninò neceſſariam, cũ admultorum iurium intelligentiam, tum etiam ad grauiſsimorũ negotiorũ magniq; põderis atque momenti, deciſionem & expeditionem.

2 Prius tamen quã rẽ aggrediamur ea à nobis debent refelli, quę peſtilẽtiſsimi hęretici, vt eccleſiæ catholicę cauſam debilitent crebris vſurpant ſermonibus, quo impedimẽto ſublato facilius cætera pertractabimꝰ. Eſt igitur opinio multorũ hæreticorum qui aduerſus ortodoxam catholicãq; doctrinã contendunt vſq; adeò ſummos Pontifices non habere vllã ſupremam iuriſdictionem, aut gladiũ temporalẽ, vt nullatenus poſsint vllo caſu eandem exercere Imperantes Regibus, aut Principibus, vel eoſdem Regno aut dominio priuantes: imò nec Romę, aut alibi tẽporale dominũ optinere, ſicut nec (inquiũt) Epiſcopi, aut ſimiles in partibꝰ illud obtinere poſſunt, quaſi hoc ſit contra ius diuinũ, vt neruoſè contendebat moſtrum illud, atque portentum hęreticę prauitatis Caluinus, & eius aſſeclæ apud doctiſsimum Robertum Bellarminum cõtrouerſia 3. lib. 5. de poteſtate Pontificis temporali c. 1. verſ. *ſecunda*, quorum fundamenta ex nonnullis ſacrę ſcripturæ locis, & alijs authoritatibus abũdè & optimè cõfutat idem Bellar. c. 10, & poſt antiquiores pręcipuè Turrecrematã, & Nauarrũ nouiſsimè in candẽ curã incumbit perdoctus, & eruditus P. Luiſius de Molina de iuſtitia trac. 2. diſp. 29. col. 4. verſ. *quidem*, cum ſeqq. nec nõ & ex his, quæ inferius pro catholicis in hac cõtrouerſia dicemus manebit cõfutatum prædictum deliriũ (nã opinionis nomẽ nõ meretur) ideoq; præfatos hæreticos in opinãtiũ numerum referre non placet.

3 Et apertè cõfunditur ex cõſuetudine & traditione eccleſię antiquiſsima, & iuſtiſsima, quę maximè cõducit ad authoritatẽ dignitatẽ, & ſplendorẽ eiuſdẽ eccleſiæ, ſecundũ quam nõ tantũ Romani & ſummi Põtifices in multis, verum etiã inferiores Epiſcopi, in aliquibus, tẽporale dominiũ obtinentes, tẽporalem, obtinẽt, & exercent iurisdictionẽ: vt patet in c. vlt. ne clerici, vel monachi libr. 6. & in c. inter dilectos colu. 1. verſ. 1. ibi: *Comitis quondam Epiſcopi*, de fide inſtrumẽtorũ, & in Archiepiſcopo Toletano Dño temporali huius oppidi Cõplutenſis, & aliorum nobilium locorũ vt notiſsimũ eſt: idq; contra hęreticos ex multis ſacræ ſcripturæ locis exẽplis, & Patrum authoritatibus oſtendit Bellarminus vbi ſupra ex c. 5. & P. Molina vbi proximè col. 5. verſ. *illud*, & colũna vltima: de quo hæreticorũ deliramẽto intelligendi ſunt Doctores noſtri dũ dicũt hęretici cũ eſſe negare poteſtatẽ tẽporalẽ in ſũmo Põtifice ſcilicet eo modo quo illam negant authores, & defenſores præfatę hæreticorũ ſententiæ.

4 Quidquid Couar. in reg. peccatũ 2. p. §. 9. n. 7. verſ. *quarto plane* hoc nõ aduertẽs, in diſtinctè repræhẽdat Bartolũ quod nõ rectè intellexerit quid ſit hæreſis, & inmerito hæreticos appellauerit viros doctiſsimos negantes poteſtatem temporalem in ſummo Pontifice: quandoquidem, Bart. & cæteri dicentes illam opinionem

nem hæreticam eſſe loquuntur aduerſus eos, qui nimis audacter affirmant Romanum Pontificem in nullo caſu exercere poſſe iuriſdictionẽ tẽporalem, quod aſſerere proculdubio hereticum eſt, ita vt non ſit opus ſpectare in hac parte eccleſiæ diſſinitionẽ ad quã modeſtius debuiſſe recurrere Bartolum & ſequaces dicebat Couar. loco citato, quæ iamdiu hũc errorẽ dãnauit.

5 Quin etiã manifeſtũ eſt poſſe monaſteriũ ex legitimo titulo obtinere, & poſsidere vaſſallos, & iuriſdictionẽ temporalem, vt ex d. c. inter dilectos notãt Abb. notab. 2. & alij ibi dẽ, & ita praxis obſeruat vnuſque & idẽ ſimul eſſe ſolet Comes, & Epiſcopus, & comittatum cum Epiſcopatu retinere, quem per adeptionẽ Epiſcopatus nõ amittit, vt probat, atque ſupponit Roman. Pontifex in d. c. inter dilectos ſi expendas prædicta verba, *Comitis quodam Epiſcopi.*

6 Nec obſtat (vt hoc obiter nõ omittam) c. Recolentes. 3. de ſtatu monachorũ, ibi: *Villas* & ibi: *Fidelitates, et dominia*, & ibi: *iuſtitiarias*, quem tex. poſt Abbatẽ ibi in prin. notat Molina lib. 1. c. 13. n. 83. tranſcribit, & explicat. l. 27. tit. 7. p. 1. quia ſi attentè legatur ille tex. ſpecialiter procedit in monachis Ciſtercienſibus qui ex ratione quam text. reddit ſecundum ſuã regulam, & priuæuam inſtitutionem non poterant obtinere villas, & alia de quibus illic, imò, nec eccleſias, vt habet idẽmet tex. quæ tamen omnia alij regulares, & monachi licitè obtinebant, vt illic notant gloſ. 2. & DD. & ſatis intendit d. l. partitæ: vnde per argumentũ ab ſpeciali probat tex. ille noſtrum intentum, ſcilicet alios monachos in cõmuni poſſe ea obtinere temporalemque iuriſditionem exercere, vt colligitur ex eodem tex. dum inferius probat, quod ſi ad Ciſtercienſes transferantur aliorum ordinum, ſeu religionũ monaſteria, habẽtia villas, vaſſallos, & alia de quibus in littera, debent hæc omnia de quibus illic, quæ Ciſtercienſibus non conueniunt relinquere, aut cõmutare pro poſſeſsionibus, & bonis alijs, vt etiam explicat dicta lex partitæ.

7 Sic planè non probat tex. ille id ad quod citatur per dominũ Molinã vbi ſupra, & alios, ſcilicet monaſteriũ ex perſona monachi, & ad vitã eiuſdem, non poſſe ſuccedere, & obtinere maioratum habentem dignitatem aliquam iuriſdictionem aut vaſſallos cum in maioratibus abſque dignitate iuriſdictione, & regimine, ſicut & in bonis pro familia inſtitutis in vita monachi ad quem aliàs pertinebat ſucceſsio, (niſi inſtituẽtis volũtas refragetur,) ſuccedere poſsit, de quo poſt alios latè apud Antonium Gomez l. 40. Tauri. n. 66. Dominus Molina, vbi ſupra nume. 94. cum ſequentibus teſtatur poſt alios hanc eſſe communem, & Hiſpaniæ cõſuetudine receptam ſententiam Pelaez de maioratibus 2. p. q. 3. à prin. & nu. 17. Antonius Gamma deciſ. 6. à nu. 1. Caldas de nominatione q. 6. n. 14. quidquid etiam in fideicõmiſſo ſimplici, & maioratu pro familia inſtituto abſque dignitate, & iuriſdictione controuertat, & contradicat Mantica de conjecturis lib. 8. tit. 12. nu. 25. citans Dec. conſ. 259. n. 2. qui tamen in alijs terminis loquitur, vt ex ſententia Barbatiæ traddit Gamma vbi ſupra nume. 3. & contra Manticam expenditur l. vltima, § 1. C. de Epiſcopis, & clericis, & c. 1. 18. q. 1. c. vlt. 19. q. 3. glo. verbo. *in locũ* ad finẽ in c. præſẽs 20. q. 3. receptacõmuniter, vt per Molinã vbi ſup. n. 34. & Gãmã, dicto loco nu. 4. poſt Tiraquellum de nobilitate capit. 26. numer. 5. reſol-

ſoluentes monachos retinere iura ſanguinis agnationis prioritatis in gradu,ſuitatis, & ſimilia.

8 Nec dictam veritatem oppugnat reg.c.1.ne clerici,vel monachi,quæ videtur euincere monachos, & monaſteria non poſſe exercere ſeculare rem iuriſdictionem, aut regimem tẽporale : tũ quia eadem regula æquè procedit in clericis,& Epiſcopis qui tamẽ niſi aliud obſtet maioratũ etiã cum dignitate,& iuriſdictione tẽporali obtinere poſſunt, & in eiſdẽ ſuccedunt Abb.n.2.& 5. Bal.5. Felin.3. & alij in d.c.inter dilectos Tiraq. de iure primogenitur̃ q.44.n. 6.& docet ſchola communis, vt poſt alios traddunt Molina lib.1.c.13.n.91. & Pelaez de maioratib° 2.p.q. 3.n.34. idem admittẽtes in clericis quibuſcunque,& merito quidẽ, quia (ſi aduertiſti)nullibi in iure legitur in his terminis prę̃ſcriptam inhabilitatem aut pœnã per quam Epiſcopi in hoc deterioris conditionis ſint, ita quod ab huiuſmodi dignitatibus maioratibus, & ſimilibus excludantur, vel in eis ſuccedere prohibeantur, quæ debita ſunt,& deferuntur iurè hæreditario,ſanguinis,aut familiæ,quam retinent:vnde ſuccedit reg.l.ab ea parte,ff. de probationibus & doctrina, gloſ. penul. receptæ in c.vlt. de iure patronatus ;tum etiã quia ſaluã reg. d.c.1.ne clerici,vel monachi cum ſimilibus,ſicut clericus,& Epiſcopus, ita etiam monaſterium non per ſe ipſum, aut monachos eiuſmodi iuriſdictionem, & poteſtatem regiminis ſecularis excercebit iuxta c. vltimum, ne clerici vel monachi lib. 6.

9 Igitur licet in iudicando, & conſulendo ſeruanda, & practicanda ſit prout ſeruatur, & practicatur Molinæ,& aliorum tradditio,ſecurè exiſtimãtium quod ſi maioratui dignitas,ſeu iuriſdictio annexa ſit velu-

ti Regni Ducatus, vel Comitatus, vel ſimilium,non tranſit ad monaſterium, ſed potius ad hæredes ſanguinis deferturi in puncto tamen iuris vera non eſt, nec defendi poteſt ſaltem ex fundamentis per Molinam, & ſequaces adductis:conuinciturq; ex proximè tactis cõſiderationibus, quam ego rectè defenderem,& practicarem, ſimul & declararem gloſſam 1.in cap.ſcripſit 27.q.2. communiter receptam,vt per Antoniũ Gomez vbi ſupra Tiraquel.num.1.& 3. Gamam à num. 3. & Molinam n.80. locis citatis,poſt plures alios,vt procedat dicta communis tradditio iuxta conſuetudinis interpretationem attenta mente,& intentione populi, qui in Regem & ſuã familiã tranſtulit omne ſuũ Imperiũ l.1.ff.de conſt. Principũ,& attẽta mẽte Regis Reipublicæ,vel alterius dignitatẽ, & iuriſdictionẽ huiuſmodi cõcedẽtis,quippè qui nuſquã vidẽtur intẽdiſſe ſucceſſionẽ dignitatẽ,aut iuriſdictionẽ deferri monachis,autcõuẽtuiquinec perſe,nec per alios poſſunt cõmodè vt oppórtet,& decet eiuſmodi dignitatẽ gerere, aut iuriſdictionẽ exercere & ita refelli poſſũt,quę̃ traddit Molina vbi ſup.n.68.cũ nonnullis ſequẽtibus, conſequiturq; ex dictis veram atq;catholicã dotrinam eſſe aſſerere nullibi nec diuino, nec humano iure reperiri prohibitos eccleſiaſticos obtinere,& exercere laicam ſeu temporalem iuriſdictionem.

10 Abeant ergo,& procul à nobis abſint peſtilẽtiſsimus Caluinus, & multi ſimiles hæretici contendẽtes ſummos Pontifices, vſque adeo non habere vllã ſupremã iuriſdictionẽ, aut gladiũ tẽporalẽ vt nullaten° poſsint vllo caſu eãdẽ exercere in Reges & Principes ſeculares imò nec Romæ, aut alibi temporale dominium obtinere nec Epiſcopos, & ſimiles

Præ-

Prælatos, vt ſuperius retulimus. Quorum ſanè contentio, & vanum deteſtabileq; intentum omninò reijcitur, & damnatur, quippe inter catholicos, non eſt res digna diſputatione & manifeſtè conuincitur præter ſupradicta ex tex. celebri in c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi verſic. *rationibus*, ibi: *Non ſolum in eccleſiæ patrimonio*, &c. nec non, & ex dicendis infra apertius refutabitur.

11 Rurſus ſeparantes more noſtro certa ab incertis antequã de hac re diſſerere incipiamus animaduertere opus eſt non procedere controuerſiam noſtrã quo ad eas prouintias, & loca, quæ Romano Põtifici, & eccleſiæ, quo ad ſpiritualẽ poteſtatẽ, non ſubijciũtur, qualia ſunt Imperia, & loca in fideliũ qui niſi aliud obſtet hoc eſt, niſi diripuerint ea loca à chriſtianis, & ita malè retineãt verũ habent dominiũ & ſupremã iuriſdictionẽ iuxta illud Dani. 2. *tu es Rex, & Deus Cæli dedit tibi Regnum & imperium*, & Mathei 22. *Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari*: reſoluunt Innocentius Cardinalis, & alij in c. 9 ſuper his deuoto D. Thom. & multi quos ſequitur Couar. reg. peccatũ 2. p. §. 10. n. 1 vbi reſpondet contrarijs, & P. Molina d. tract. de iuſti. diſp. 27. in fine Bellar. dicto lib. 5. c. 2. ſecundũ quẽ licet Põtifex præſit omnibus fidelibus, qui per totũ orbẽ etiam apud infideles diffuſi ſunt, & eo nomine dicatur Monarcha ſpiritualis, & Paſtor totius orbis iuxta illud quod in officio B. Petri recitat eccleſia, *tibi tradita ſunt omnia Regna mundi*, vel etiam, quia ſi omnia ad fidẽ conuertantur, & ad eccleſiã pertineant Summus Pontifex ad regimem vniuerſalis eccleſiæ vocatus, iuxta tex. in c. nouit de iudicijs, omnibus, & ſic toti mundo præerit: nihilominus quandiu ſic non, cõuertuntur, & non pertinent ad eccleſiã nec ſunt de ouibus, quas Chriſtus Dñs cõmiſsit Ioãnis vltimo, *paſce oues meas*, nõ habet ſummus Pontifex ſpiritualem iuriſdictionem ſuper illis, aut in perſonas infideliũ iuxta illud Pauli relatũ in c. gaudemus de diuortijs, *de his quæ foris ſunt nihil ad nos*, ac ſubinde dubitari non poteſt an habeat illic iuriſdictionem tẽporalem, vt per eundem Bellarminum d. c. 2. P. Molinã d. diſp. 29. col, 7.

12 Similiter propoſitum dubium nõ verſatur quo ad eas prouintias, & loca in quibus Summus & Romanus Pontifex ſimpliciter eſt Dñs temporalis velut Romæ, & in multis alijs, quę ex donatione Imperatorum, vel Regum obtinet, vt in c. ego Ludouicus 63. d. cum alijs, & ex Chronicis, & hiſtorijs poſt alios traddit dictus P. Molina tract. de iuſtitia diſput. 25. quæ loca dicuntur de patrimonio eccleſiæ ſiquidem in his habet Romanus Pontifex abſque dubio ſupremam poteſtatem ſecularem, quemadmodum Imperatores, vel Reges in terris ad Imperium, vel Regnum pertinentibus, d. c. per venerabilem d. verſ. *Rationibus*, ibi: *In eccleſiæ patrimonio ſuper quo plenam*, &c. Verſatur ergo quæſtio, tantummodo quo ad cęteras orbis chriſtiani partes, quæ ſunt ſub Imperatoribus, & Regibus chatolicis in quibus Pontifex quatenus Pontifex, & non quatenus Dominus temporalis conſideratur, & iuriſdictionem habet ſpiritualem.

13 Et reiecta iã hæreticorũ ſentẽtia dictiſq; annotationibus præhabitis duas reperio in hac cõtrouerſia ſecũ pugnantes inter catholicos opiniones, prima cõmunis eſt iuriſperitorũ, quã & probant nonnulli ex theologis affirmans & docẽs Põtificẽ maximũ habere huiuſmodi poteſtatem temporalem, non quidem habitu & actu prout habet ſpiritualem, ſed in habi-

habitu ſeu potentia: & quamuis frequentius illam per Imperatores, & Reges actu exerceat, per ſe ipſum tamen facit aliquando, & habitum illum reducit ad actum: ſic in effectu glo.1.Innocẽtius,& DD.cõmuniter in dict.c.nouit Doctores etiam poſt gloſſam 1. in cap.cauſam quæ.7. qui filij ſint legitimi,gloſſa 4. in c. 1. 22. d.cum ſimilibus,Bartol.in l.1.§.Prę-ſides,ff.de requirendis reis vbi affirmat hæreticum eſſe contrarium aſſe rere, & ea ratione hæreſeos damnatum fuiſſe Dantem poętam celebrẽ, teſtantur poſt alios hanc eſſe cõmunem Nauar.in d.c.nouit.3. notabili. num.19.cum ſequentibus Couar.in regula peccatum 2.p.§. 9.nu.7.Menchaca Illuſtrium. cap.20. nu.1. verſ. *contrariam*, Didacus Perez ad l.1.titu.1.lib.3. ordinamenti pag. mihi 4. verſ.*præterea*,Pater Molina de iuſtitia tractatu ſecũdo.diſpu.29.in prin. Et multò poſt hæc ſcripta multa quidem ad propoſitum eruditè nerboſè, & eleganter morę ſuo poſteritati cõmendata reliquerunt duo illa ſocietatis Ieſu, & vtriuſque theologiæ lumina præclara, Gabriel Bazquez, & Franciſcus Suarez: ille admirabili quo omnes pœnè anteiuit ingenio dum ſecundo thomo in primam ſecundæ,quæſtionem nonageſimam, & ſequentes diui Thomæ explicat: alter inſigni illa fecundiſsimi intellectus amplitudine in ſuo doctiſsimo volumine de legibus, & in tractatu quem de aſſerenda fide catholica,incredibili eruditione in ſacroſanctæ Religionis noſtræ patrociniũ, & defenſionem,ſuma laudè nuper ſcripſit: à quibus eruditiſsimis Patribus multa quę in hoc tractatude ſiderabuntur,per docti lectores oportunè petere valebunt.

14 Planè ſi ab vſu eccleſiæ,& rebꝰ geſtis Romanorũ Põtificum ſumẽdum eſt argumẽtum,vt ſumi debet, priſci ſæculi monumẽta repetentes facilè inueniemus,imò nõ multũ ab hiſce tẽporibus ſũmos Pontifices poteſtatẽ exercuiſſe circa trãslationem Imperij electionẽ,& cõfirmationẽ Imperatoris,priuationẽ eiuſdẽ,&Regũ, & circa dationem curatoris, qui illis neceſſarius fuit, & ſimilia, quæ omnia & ſingula conſtant ex c. benerabilẽ 34.de electione,& in c.alius 15. q.6.& in c.licet de foro cõpetenti in c.grãdi de ſuppleda negligẽtia Pręlatorũ libr.6. & in c. Apoſtolicæ de re iudicata eodẽ libro, & in Clemẽ. 1. in prin.de iurè iurãdo,& in Clemẽt. Paſtoralis ad finẽ,verſ.*nos tamẽ*, de re iudicata, & in multis ſimilibus, quę profecto ad ſeculariẽ poteſtatem nõ verò ad ſpiritualẽ pertinere videtur.

15 Deinde Chriſtus Dñs Petro æternæ vitæ clauigero terreni ſimul, & cœleſtis imperij iura cõmiſsit, vt refertur in d. c. 1.d. 22.(quibus verbis cõmunicauit poteſtatẽ tẽporalẽ)&in extrauag.vnã ſãctã,de maioritate,& obedientia inter cõmunes ex verbis Dñi,& authoritate Euãgelij Lu. 22. infert,& probat Pontifex Maximus, duos eſſe gladios in eccleſia, quorũ alter ſcilicet ſpiritualis per eãdẽ euaginatꝰ,&ſic inactuexercetur,alterverò ſcilicet tẽporalis nõ ita,ſed in vagina recondituꝰ habetur,pro eccleſia exercẽdus manu Regũ, & militũ ad nutũ,& potentiã ſacerdotis, ideſt ſũmi Pontificis. Et ipſummet Chriſtũ Dñm habuiſſe eam ſummã poteſtatẽ temporalem deducitur ex illo Mat. c. vltimo, *data eſt mihi poteſtas in cælo, & in terra*, cum ſimilibus, quæ expendit Nauar.d.notab.3.n.8.quã ſuã poteſtatẽ dedit Petro tanquã Vicario,& eiuſdem ſucceſſoribus cap.ita Dominus 19.d.c.in nouo.21.d.dict. cap. 1. ac per conſequens hanc ſupræmam temporalem de qua nos diſ-

diſputamus, vt multis confirmat Nauarr. vbi ſupra à nu. 1. nec non, & illa vigiuti fundamenta, quæ attulit Bermondus relatus à Menchaca, & Didaco Perez locis nuper citatis, & quam plurima de quibus per gloſſas ſupra relatas, ex quibus frequentiori noſtratũ calculo probatũ eſt ſummum Pontificẽ etiam temporalem in toto Chriſtiano orbe iuriſdictionem, & poteſtatem immediate à Deo Optimo Maximo ſibi cõmiſſam habere, habitu quidem cum eius vſum & exercitium in ſeculares tranſtulerit: quam ſententiam vltra præcitatos tenuerunt vbique Doctores & præſertim Alexandrinus in cap. quoniam 10. d. & in c. cum ad verum 95. d. Oldraldus conſ. 81. Florenti. 3. p. tit. 26. c. 4. §. 17. Anchar. in c. 11. de conſt. 3. col. in repetit. Ioãnes Lupus in tract. de Regno Nauarræ. 2. p. §. 6. Aluar. Pelag. lib. 1. de planctu eccleſiæ art. 37. Albert. Pighius in lib. 5. de eccleſiaſtica Hierarchia, Iacobati" lib. 1. de cõcilio. ar. 8. Aegi. à Bellamera in c. ſolitæ n. 10. de maioritate, & obedientia, & in d. c. nouit. n. 9. & ſeqq. Auguſt. de Ancona de poteſtate eccleſiæ q. 6. art. 1. & ſeqq. ac rurſus q. 39. art. 1. eandemque opinionẽ magnopere iuuant traddita per Iacobũ Almaynum in tract. de poteſtate eccleſiaſtica, & ſeculari, p. 1. vbi c. 9. plura pro hac parte adducit, & eſſe opinionẽ iſtam cõmunem canoniſtarum fatetur Dec. in d. c. nouit de iudicijs Abb. in c. ſi duobus de appellationibus, §. denique, & Caſtaldus in tract. de Imperatore. q. 50.

16 Ad cuius opinionis facilioré intelligentiam placet adnotare latius, vnum quod Couar. vbi ſup. verſ. *primum*, prope finẽ obiter, & veluti per tranſenam neminẽ citans veriſsimè admonuit, nempe Põtificem Maximum quando dictam poteſtatem lai cã ex habitu reducit ad actũ, & eam indirectè exercet in ordine ad finẽ ſupernaturalem ſuam tantummodo ſpiritualem iuriſdictionem vel ſupernaturalẽ, in temporalibus exercere: attento fine ſpirituali, & ſupernaturali in quem dirigitur, & à quo poteſtas ſpecificatur, & nominatur, vt etiam voluit. P. Molina d. diſputatione 29. conclu. 3. & eſt de mente aliorum ſemperq; verius exiſtimaui ſi rigorẽ, & ſtrictam diſputandi rationẽ attendamus Romanũ Pontificem in tali caſu non temporali, ſed ſpirituali, & ſupernaturali vti poteſtate.

17 Quod ſuadetur ex ſimilitudine ſcripta indicto cap. nouit ſi aduertas dum ſpiritus in ſuum finem principaliter carni Imperat, vel Rex noſter catholicus Hiſpaniæ in Rempublicam Gallicam, ſeu Anglicam agit, principaliter in finem, & bonum Hiſpaniæ: non carnis, ſed ſpiritus: non Gallicam, aut Anglicã, ſed Hiſpanicam poteſtatem exercere: ergo ſimiliter in propoſito non temporalis, ſed ſpiritualis, vel ſupernaturalis dicetur hæc poteſtas laica, qua Pontifices vtuntur indirectè in finem ſpiritualem, & ſupernaturalem. Quamuis non ignorem attenta materia tẽporali, circa quam verſatur talis iuriſdictio, quaſi ab obiecto dici ſolere, Romanos Pontifices temporalẽ iuriſdictionem habere, illamque exercere: in quo ſenſu accipiendi ſũt Doctores ſic loquentes, & textus in dicto verſic. *rationibus*: vndè cautius quidem loquuti fuiſſent authores præfatæ ſententiæ, ſi in ſpecie propoſita non dixiſſent Romanos Pontifices habere, aut exercere iuriſdictionem temporalem, ſed eos aliquando vti in aliquibus caſibus ſuprema ſpirituali iuriſdictione in temporalibus.

18 Secunda verò ſententia, quã communem

munem catholicorum theologorũ appellauit Cardinalis Bellarminus cõtrouerſia 3.lib.5.de poteſtate Põtificis temporali cap.1.verſ. *tertia* negatiuam partem tuetur imò quod Romanus, & ſumus Pontifex ſolam habeat poteſtatem ſpiritualem, non autem ſæcularem (quæ & gladius tẽporalis dicitur)etiam in habitu,& potentia,cũ Chriſtus Dominus Petro, & ſummis Pontificibus ſucceſſoribus conceſſerit poteſtatem ſpiritualem tantummodo, & claues Regni Cœlorum iuxta illud Mathei. 16. *tibi dabo claues Regni Cœlorum, & quod cumque ligaueris, &c.* dicto capit. in nouo.dicto cap. ſolitæ ad finẽ: quin etiam iuxta multorum ſententiam, nec habuerit, neque habere voluerit Regnum carnale, aut temporalẽ poteſtatem iure hæreditario vel ex electione, aut alia via, nec vnquam exercuerit eiuſmodi poteſtatem ſecundum illud Ioannis 18. *Regnum meum, non eſt de hoc mundo*, iuncta multorum Patrum explicatione: & illud Pſalmi. 2. *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper ſion montem ſanctum*, & *Luce* 12. *ù homo quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter vos*: cum multis alijs quę, expendunt Bellarmin. vbi ſupra c.4. P.Henrriquez lib.vltimo de fine hominis cap.25.num.1.ad finem littera A.& P.Molina diſput.28.col.3.verſ. contrariam.

19 Et præterea ex eo quod ſuprema poteſtas, & gladius temporalis non poteſt inſolidum exiſtere apud plures iuxta reg.l. ſi vt certo,§. ſi duobus, ff. commodati cum traditis à Pinelo l.1.de bonis maternis,3. par. num.10.& ab Antonio Gomezio in l.5.Tauri.num. 95. vnde cum ſit extra controuerſiam eiuſmodi poteſtatem temporalem plenam & in ſolidum exiſtere apud Imperatorem Reges, & alios ſupremos Principes, qui Pontificem Maximum in temporalibus non reconoſcunt, vt de Imperatore colligitur ex l. deprecatio. ff.ad l.Rodiam de iactu, ibi: *Mundi Dominus* traddit Couarr.d.§.9.num. 6.verſ.2.Menchaca dicto cap.20.Othomanus illuſtriũ quæſt. 1. de Regibus,& in §.ſed & quod Principi inſtituta de iurè naturali traddũt Rojas in epitome cap.23.num. 93. & Burgos de Paz in proœmio ad leges Regni num.32. nec non id in Regibus Luſitanię obſeruat Martinus Nauarrus dicto notabili. 3.num.105.cõmunemque teſtatur Couarr. dicto loco, ante quos omnes traddiderat gloſſa penul.in capit. Adriànus el 2. 63. diſtinct. & ſatis probat tex. in d. cap.per benerabilẽ col.4. verſ. *in ſuper*, igitur de primo ad vltimum conſequens eſt, eandem ſupremam poteſtatẽ ſecularem, non poſſe exiſtere apud Romanum & ſummum Pontificem.

20 Præſertim cum Innocentius III. in dict.cap.nouit de iudicijs verſ. *non putet*, æquiparauerit Regem reſpectu ſpiritualis poteſtatis &,Romanum Pontificem reſpectu ſecularis, non adumbratum,ſed expreſſum præſtãs argumentum, quod ſicut Rex ſolam habet ſecularem, & nullam ſpiritualem, cap. vltimo in principio de rebus eccleſiæ,ſic è cõuerſo Romanus Põtifex ſolam ſpiritualem,& nullam temporalem habeat: conſonat dictũ cap.cauſam quæ,& dictum cap. quoniam ibi: *Officia vtriuſque poteſtatis diſcernit*, cap. cum ad verum in principio in eiſdem verbis 96. diſtinct. dicto cap.ſolitæ de maioritate,& obedientia. Expendique ſolet pro hac eadem parte idem tex.in d. cap. nouit multis in locis quibus probat apertè,ſupremam ſecularem iuriſdictionem, non ad ſummum Pontificẽ, ſed

ſed ad Regẽ pertinere, vt cõſiderabat Nauar.d.notab.3.n.21. expẽdens dictum verſiculum, *non paret aliquis.*

21 Ex quibus fundamentis hãc ſecundã opinionẽ, & partẽ negatiuã defendunt Theologi cõmuniter, & probãt nõnulli ex iurisperitis, vt cõſtat ex Hẽrricho quodlibeto 6.q.23. Paludano Turrecremata, Caietano, Vitoria, Soto, & alijs quos refert P. Molina d.diſput.29.col.4.verſ. *inter has*, & Bellarm. vbi ſupra, ante quos aſſeuerauerat gl. in d.cap.quoniã, 10.diſt. Cardi. Bald. & alij, ex iurisperitis, quos referũt Nauar.d.notab.3.nu.41. Couar. & Menchaca vbi ſupra, d.n.2. qui poſt Bermõdũ & alios dicũt hãc eſſe cõmunem. Secundũ quos quãuis Chriſtus homo verus fuerit Monarcha temporalis, & poteſtatẽ excellentiæ habuerit, ſuper omnia tẽporalia, ea tamẽ vſus nõ eſt, vt cõtendũt idem Molina, & multi ex P. Henriquez cõtra Bellarmin.c.4. & 5.vbi ſupra: nec ea poteſtas excellẽtię in tẽporalibus cõmunicata fuit Petro & ſucceſſoribus, ſicut nec poteſtas excellẽtiæ in ſpiritualibus, vt tradit idẽmet P. Molina d.diſput.29. & poſt Diuum Thomã lib.3.de regimine Principum c.10.in fine, receptum traddit Nauar.d.notab.3.n.130.

22 Sed profectò licet dictæ duæ opiniones, in verbis, & in modo explicãdi maximè differãt, vt ex dictis cõſtat ineffectu tamẽ, & ſubſtãtia cõcordari, & adverũ ſenſum reduci poſſunt, quã concordiã, vt facilius aſſequi poſsimꝰ nonnulla prius conſiderãda ſunt. Primo animaduerto ex vulgari doctrinã in Philoſophia morũ, quã in vtroque iure receptiſsima, quod ſicut ei cui committitur finis committuntur, etiam media ad illum, & cui conſequens etiam antecedens, & cui principale etiam acceſſorium, ſic cui poteſtas aliqua, vel iuriſdictio concedi-tur (niſi aliud obſtet) omnia concedũ tur, ſine quibus, vel nullatenus, vel nõ niſi cum notabili difficultate eiuſmodi poteſtas, vel iuriſdictio expediripoteſt: quæ omnia ad eandẽ proculdubio conceſsionẽ, non verò ad diuerſam ſpectãt, l.2.ff.de iuriſdictione, l. ad rẽ, ff.de procuratoribus, c.prẽterea 5.vbi gloſa de officio delegati, tradũt Euerardus loco 126. & præcedẽti cũ ſeqq. Gratian.reg.79. Nauar.in princ. de pœnit.diſt.5.nu.29. id quod multo certius locum habet, vbi finis de quo agitur excellẽtior eſt medijs, & cõſequẽs, vel principale dignius antecedenti, vel acceſſorio, & vbi maior aliqua, vel ſuperior poteſtas, & iuriſdictio cõceſſa proponitur, ea vero, quæ præcedere debẽt, ſeu media ad illius expeditionẽ ſunt minora, vel ad minorẽ, & inferiorẽ ſpectãt poteſtatẽ, quo caſu certiſsimũ, & omnino indubitabile eſt, quod ſi pertineãt non tãtũ ad inferiorẽ, verũetiã ad ſubalternã, vel ſubordinatã ſuperiori, omnia vtique conceſſa videri, ſine quibus principalis iuriſdictio expediri non valet, iuxta tradita per interpretes in d.l.2. & in d.c.prætera.

23 Quod vulgare axioma, & notiſsima iuris regula procedit ſanè, atque colligitur, ex vi cõmiſsionis, ſecundũ rectã & naturalem ratiõnẽ, iuris interpretationem, & voluntatis cõmittentis, ſeu cõcedẽtis poteſtatẽ, iuxta quæ omnia, qui vult aut intendit finẽ, virtualiter, & implicitè, vult & intendit media, quæ ad illum finem ordinantur, vt deducitur ex citatis iuribus, & ex c.prudẽtiã, §.ſexta in fine, vbi gloſa vltima, c.ſuſpicionis de officio delegati, cum alijs citatis per gloſam in d.c.prætera, ex quibus, & ex l.ſi venditor 10.ff.de religioſis, & cap.vltimo de dolo cum ſimilibus, conſtat regulam hanc generaliter procedere, non ſolum in iudicibus, verumetiam in procuratoribus, & alijs quibus

per publicã, vel priuatã poteſtatẽ aliquid cõceditur, & cõmititur, id q̃ ad varias quæſtiones tradũt multi, vt per Iaſ. d. l. 2. n. 3. vbi Purpurat. Dec. & nouiores Felin. â n. 5. in c. cauſam quę de re iudicata, multi, de quibus per Menoch. 1. remedio recuperãdę â n. 362. & remedio 6. á n. 43. & de arbitrarijs, q. 64. â nu. 38. & caſu 112. â n. 18. Hipolytus ſingulari. 175. multis ampliãtes, & limitantes regulã prædictã, veluti in d. c. prudentiã, §. vltimo ad finẽ, ibi, *eandem*, per quẽ text. ampliari ſolet, vt procedat etiã in his quę eſſent acceſſoria ad acceſſoriũ cauſę principalis ſi expendamus, q̃ illa cognitio, & definitio cauſæ, per quã lata fuerat excõmunicatio, de qua in d. c. prudẽtiã, d. §. vlt. nõ erat acceſſoria ad cauſã principaliter delegatã, ſed acceſſorium illius, ſcilicet excõmunicationis, à qua delegatus abſoluerat, & ita notãt Cardinalis Abbas Siculus n. 2. & alij Iaſõ n. 2. in l. 2. ff. de iuriſdict. Claud. 2. colu. Purpurat. Curt. nu. 2. & alij, & poſt Alueric. Euerard. d. loco 125. pag. 2.

24 Deinde animaduerto, quod ſicut anima corpori ſupernaturalia naturalibus, & ęterna tẽporalibus multo ſuperiora, & digniora ſunt: ſic eccleſiaſtica, vel ſpiritualis poteſtas, multo excellẽtior eſt, & perfectior laica, & hęc tanquã inferior, illi tanquã ſuperiori ſubordinata exiſtit: quẽadmodũ prò vt ex Ariſt. 1. ethicorum. c. 1. exiſtimãt multi, ars frenifactiua, ſeu nauisfactiua inferior eſt reſpectu artis ęqueſtris uel nauigatorię, ad quã ordinatur: etenim (& hãc exiſtimo eſſe verioré rationẽ) Regia vel laicia poteſtas, nõ ſic præciſſe pẽdet ab eccleſiaſtica, vel ſpirituali, ſicuti eiuſmodi artes inferiores â ſuperioribus, quę ſi nõ eſſent ceſſarent illæ, id q̃ non cõtingit in poteſtate ſæculari reſpectu eccleſiaſticæ, vt ex Vitoria & alijs notat Molin. d. diſput. 29. colu. 14. verſ. *illud vero*, & Belarm. d. lib. 5. c. 6. col. 1. & 2. Secundũ quẽ poſt Gregoriũ Nacianzenũ, quẽ citat, ſæcularis poteſtas, ita ſe habet, quoad eccleſiaſticã, quẽadmodũ inhomine caro, quoad ſpiritũ & ècõuerſo: ſiquidẽ caro ſub eſt, ſpiritus verò præeſt, & licet plerũque ſpiritus, non immiſceat ſe in actionib⁹ carnis, ſed permitat eandẽ illas exercere, aliquando tamen, vbi tales actiones nocent ſui eiuſdẽ ſpiritus, imperat his, & prohibet, in quo ſenſu carnẽ caſtigat ieiunia, & ſimiles afflictiones corporis, & vel etiã martiriũ, vbi opus eſt indicit.

25 Qua ratione, attẽta natura diffinitione, origine & fine poteſtatis eccleſiaſticę, quę & ſpiritualis dicitur, & poteſtatis laicę, quæ tẽporalis, ſeu politica nũcupatur, etſi lõge in multis differat vna ab alia, vt colligitur ex d. c. quoniã, 10. d. & ex c. duo ſunt 96. d. & ex d. c. ſolitæ cũ alijs, & cõſtat ex multis diferẽtijs relatis âMolina, vbi ſupra diſputat. 21. col. 8. verſ. *habemus*, & à Nauarro d. notab. 3. n. 88. potiſsimè tamẽ cernitur differẽtia, ex fine, in quẽ vtraque poteſtas principaliter ordinatur, & dirigitur: quoniã eccleſiaſtica, ſeu ſpiritualis in finẽ ſupernaturalẽ, & media eidẽ conueniẽtia, vt bene viuam⁹ in ſpiritualibus, quo ad animã, & vitã æternã: laica verò, ſeu politica in finẽ naturalẽ, & media eidẽ acõmodata, vt bene viuamus in naturalibus, & externis dirigitur, & inſtituta eſt ſecundum præcitatos.

26 Denique tertio loco; vt certã & expeditã in hac cõtrouerſia ſumamus reſolutionẽ multũ prẽnotare opportebit duobus modis poſſe haberi, & cõſiderari ſupremã poteſtatẽ, ſeu iuriſdictionẽ ſęcularem, vel enim habetur directè ſeu principaliter, vel ruriſ⁹ indirectè, & minus principaliter, priori modo haberi dicitur, vbi de illa agitur ad ſuũ finẽ naturalẽ, ſeu tẽporalem, in quẽ principaliter, & directè inſtituta eſt

& in

& in quẽ Regibus & Imperatoribus, à Deo Optimo Maximo mediante lumine naturæ conceſſa eſt: poſteriori verò quotics habetur eadem poteſtas, & exercetur non in huiuſmodi finem, ſed in aliũ diuerſum, in quẽ incidenter, ſeu ex accidenti in aliquo caſu ordinatur, & dirigitur, vt ſatis deducitur hæc doctrina, ex ſupradictis, & præſertim ex d.c. per venerabilẽ, ibi, *plenam gerimus*, & ibi, *caſualiter exercemus*, quaſi illud prius denotet poteſtatẽ temporalẽ, vel ſęcularẽ principaliter, & directè habitã: hoc verò minus principaliter incidẽter, & indirectè exercitã ex his quæ Doctores notãt in c.2. de iuditijs, iuncta l.1. C. de ordine iudiciorũ, l. quoties, C. de iuditijs, l. & quia, ibi, *nec principaliter*, iuxta veriorẽ intellectum, ff. de iuriſdictione, c. penult. verſ. *delegati* de in integrum reſtitutione.

27 Quod ſi in iure Canonico, vel Cęſareo ſtatuto, vel conſtitutione, ſeu diſpoſitione aliqua, ſcriptũ inueniatur aliquẽ, vel aliquos habere, vel nõ habere iuriſdictionẽ ſęcularẽ, indubio, niſi aliud exprimatur, vel ex materia aut alijs cõiecturis colligatur, intelligi debet, ſcilicet ꝙ habet, vel non habet, iuxta priorẽ modũ, & ſic principaliter, & directè: quãdoquidẽ verba indubio intelligũtur, & intelligenda ſunt, directè & principaliter, ſiuè (vt alij volũt) per priꝰ non vero indirectè minus principaliter, ſiuè per poſterius, l.1. §. huius ſtudij, iũcta gl. verb. *ad ſingulorum*, ff. de iuſtitia. l.1. verſ. *qui in perpetuum*, vbi glo. penult. & vltim. ff. ſi ager vectigalis.

28 Quamuis autẽ iuxta poſteriorem modũ conſiderata iuriſdictio ſæcularis, quaſi ab obiecto, attenta materia, & rebus circa quas verſatur lato modo, & velut materialiter iuxta D. Thomã 1.2. q.18. art.6. in corpore ad finẽ haberi, & exerceri dicatur per illum, qui in tẽporalibus poteſtatẽ exercet, nõ in finẽ tẽporalẽ, ſed in aliũ diuerſum iuxta d.c. per venerabilẽ, verſ. *regnibus*, ibi, *exercemus*, & paſsim Doctores vbi ſupra, quia tamẽ actus noſtri potius à fine, & cauſa faciẽdi, quã à facto, & rebus ipſis ſpeciẽ, & nomẽ formaliter accipiũt, l. verum 40. ff. de furtis, ibi, *nec enim factum quæritur, ſed cauſa faciẽdi, &c.* c. cũ voluntate 54. in princ. vbi DD. de ſentent. excõmunicat. D. Thomas vbi ſupra, planè ſequitur attẽto eiuſmodi fine, ſi ſtrictè & propriè loquamur, ꝙ talis iuriſdictio iuxta poſteriorẽ modum, nec exiſtit, nec dicitur ſimpliciter tẽporalis, ſed magis illa diuerſa, quę eſt finis, & cauſa faciẽdi, id eſt cauſa agẽdi ſic de tẽporalibus, ita vt in rigore diſputationis, cauſa in cuius finẽ agitur, & res ipſæ tẽporales principaliter ordinantur, ipſa eadem, & haberi & exerceri dicatur.

29 Quibus ita cõſtitutis, & nõ inutiliter, neque in elleganter pro faciliori explicatione noſtræ celebris controuerſię explicatis, duabꝰ cõcluſionibꝰ rẽ totã abſoluemus, quarũ prima eſt omnino amplectẽda: Sũmus idẽque Romanus Pontifex indirectè, & minus principaliter exercere poteſt ſupremã poteſtatẽ in tẽporalibus, quatenus id exigit finis ſupernaturalis, & in ordine ad bonũ ſpirituale. Quã cõcluſionẽ tenet & in effectu multis argumẽtis cõfirmat Bellar. vbi ſupra, cap.6. & ſeq q. & ſuadent tradita per Nauarrũ & Bermondũ ſupra citatos, eamque non cũ difficultate efficaciter probauimus ex ſuperius dictis, ſi adducas in memoriã, quod dũ Chriſtus Dñs Petro, & ſucceſſoribus conceſsit ſpiritualem poteſtatem in finẽ ſupernaturalem, eo ipſo indirectè voluit illam habere, & exercere poſſe ſupremam in temporalibus, quæ pertinent ad inferiorem iuriſdictionem

ſpirituali ſubordinatã, & ſubalternã, quatenus exigeret finis ſupernaturalis, & in ordine ad bonum ſpirituale. aliter enim contra illud Deuter. 32. *Dei perfecta ſunt opera*, omninò imperfecta & manca remaneret ſpiritualis poteſtas, & Chriſtus Dominus ſufficienter minus, eccleſiæ ſuæ prouidiſſet, cui aliquid neceſſarium deficeret cõtra illud vulgare *Deus non deficit in neceſſarijs*, & quod habetur Lucæ 22. *quando miſi vos nunquid aliquid defuit vobis?* ſicut ergo quilibet ſupremus Rex tẽporalis, ex vi ſuæ poteſtatis, vt perfecta, & ſibi ſufficiens ſit, poteſt indirectè, & minus principaliter agere in aliam Rempublicam diuerſam, & alij ſupremo Domino directè, & principaliter ſubiectam, quatenus opus fuerit in illius conſeruationem, & ad ſuum finem aſſequendum, vt omnes fatentur, ita à fortiori poterit Summus Pontifex Romanus in ſuum finẽ ſupernaturalem, & in ordine ad bonũ ſpirituale ſic agere & poteſtatẽm exercere in temporalibus, quæ pertinent non ad diuerſam, ſed ad eandem Rempublicã, id eſt eccleſiaſticam, quæ ex omnibus catholicis & fidelibus conſtituitur, iuxta illud Pauli ad Rom. 12. *omnes vnum corpus, &c.*

30 Confirmatur præterea ex d. verſ. *rationibus*, ſic intelligendo, ibi, *ea ſuaſiuer exercemus*, & ex d.c. cauſamque cũ alijs adductis ſupra in cõfirmationem ſecũdę opinionis. Et facit mirum in modũ ſimilitudo illa ſpiritus, & carnis animæ & corporis, cui° antea meminimus: & quod Chriſtus Dñs, vt refertur in c. eijciens, 88. diſt. dum è templo eiecit ementes, & vendẽtes vſus fuiſſe videtur hac poteſtate inferiori, & tẽporali indirectè, & minus principaliter in finẽ ſupernaturalem, & in ordine ad bonum ſpirituale, quod eiuſmodi vẽdentes, & emẽtes offendebant, etſi non ignorẽ aliter factum illud intelligere, & interpretari Abbatẽ & alios, in d.c. nouit, nec nõ & plures relatos per Bellarm. vbi ſupra c. 4. col. 2. verſ. *reſpondet.*

31 Atq; vt declaremus adhuc magis ac magis præfatã cõcluſionẽ eruditũ lectorẽ admoneo, me nõ ſine myſterio adieciſſe in concluſione, illa verba, *quatenus id exigit finis ſupernaturalis, &c.* ſic enim & non aliter poterit Pontifex indirectè, & minus principaliter exercere huiuſmodi poteſtatem, vt conſtat ex prædictis, & fatentur omnes citati pro ſecunda opinione, ſecundum quos Pontifex, ſi aliter faciat excedit limites ſuæ poteſtatis, & laicam, vel ſæcularem perturbat, contra expreſſam deciſionem tex. in d. cap. nouit, & in d. c, cauſamque cũ ſimilibus.

32 Secunda concluſio, Summus idẽque Romanus Põtifex, quatenus talis eſt ſupremam tẽporalẽ iuriſdictionẽ, directè & principaliter nullatenus habere, aut exercere poteſt, aliàs enim ſi Summus & Romanus Põtifex haberet & exercere poſſet ſæcularẽ iuriſdictionẽ, directè & principaliter in tota eccleſia, & Orbe Chriſtiano, iã quilibet Epiſcopus candẽ habere, & exercere poſſet in ſua Diœceſi, iuxta receptã ſententiã Theologorũ rationẽ, & deciſionẽ text. in c. ad honorẽ in fine, ibi, *in partem ſolicitudinis*, de auctoritate, & vſu palij. c. ſicut in principio de exceſsibus Prælatorũ: quoniã dũ lege canonica nõ prohibetur Epiſcopus in Diœceſi poteſt, quidquid Pontifex in eccleſia vniuerſali, at nemò dixerit Epiſcopũ in ſua Diœceſi habere, aut exercere poſſe huiuſmodi poteſtatẽ, teſtè Bellarm. d. libr. 5. c. 3. verſ. *item ſi*, P. Molina & alijs vbi ſupra, nec talẽ habet Summus & Romanus Põtifex quatenus talis.

33 Quandoquidẽ manifeſtũ eſſe de-

bet eũ tantũmodo habere ſæcularẽ poteſtatẽ,& eandem exercere poſſe directè & principaliter, qui habet & exercere poteſt illã in ſuũ finẽ naturalẽ,in quẽ principaliter inſtituta, & ordinata eſt,ſed ſummus, idẽque Romanus Pontifex,in quantũ talis nullatenus habet, aut exercere poteſt, eiuſmodi poteſtatẽ,vel iuriſdictionẽ in finẽ illũ,vt perſpicuũ eſt, ergo nõ habet ſæcularẽ poteſtatẽ, neque eãdem poteſt exercere directè & principaliter,vt ſatis probatur per text.in d.c.nouit,& ſimiles de quibus ſupra in ſecũda ſententia mẽtionẽ fecimus, & probat Alexand.III.in c.ſi duobus 7.ad finẽ de appellationibus, per argumentum ab ſpeciali in illis verbis, *tenet quidem in his,qui ſunt noſtræ temporali iuriſdictioni ſubiecti.*

34 Et confirmatur rurſus eadẽ cõcluſio ſi cum iuditio & pietate conſideres,quod talis poteſtas, & illius exercitiũ abſolutè & in eccleſia vniuerſali nõ expediret eidẽ,iuxta illud Mathei 7.& Lucę 22.*Reges gentiũ dominãtur,&c. vos autem non ſic*, & maximã induceret implicationẽ ſęculariũ negotiorũ,fortaſſe nõ ſine periculo, & iactura ſpiritualiũ cõtra notabilẽ textũ, & in hoc propoſitũ acõmodatiſſimũ,in c.te quidẽ 11.q.1. & illud Pauli 2.ad Thimot.c.2.relatum in c.1.ne clerici,vel monachi,&illud actorum 6.*non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei,& miniſtrare menſis.*

35 Tandẽ quia idẽ Pontifex in quantũ talis tãtũmodo habet & exercere poteſt,eã poteſtatẽ,quã ChriſtusDominus Petro,& ſucceſſoribus cõceſſit,iuxta d. c. ita Dominus, & d. c. in nouo cũ alijs,conſtat autẽ Chriſtum Dominũ Redemptorẽ noſtrum non conceſsiſſe illã tẽporalem, directè & principaliter,quia talem, vel non habuit,vel nõ exercuit, imò recuſauit, iuxta ſuperius traddita,& illud Lucę 11.*ò homo quis me conſtituit,&c.* & ſolam conceſsit ſpiritualem,quę ad claues Regni cœlorũ,& finẽ ſupernaturalem ſpectat, vt patet ſi altius expẽdamus,eundẽ Chriſtũ Dominũ diſpoſuiſſe omnia ſuauiter, nec dediſſe Petro & ſucceſſoribus poteſtatẽ cũ præiuditio,aut diminutione poteſtatis,quæ Imperatoribus & Principib° ſæcularibus mediãte naturæ lumine, & Populorũ conceſsione cõpetebat argumẽto,l.2.§.ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, c. ſuper eo de officio delegati,cũ vulgarib°,iuxta illud quod in feſto Epiphaniæ canit eccleſia,*non eripit mortalia, qui Regna dat cæleſtia*, planè cum huiuſmodi præiuditio,& diminutione cõceſsiſſet,ſi Petrus & ſucceſſores Põtifices Romani,quaten° tales directè &principaliter haberẽt,&exercere poſſent ſæculare iuriſdictionẽ,quia ſic habẽtes,& exercẽtes maximè detraherẽt, Imperatoribus & ſimilibus.

36 Notanter diximus in hac ſecunda cõcluſione (in quãtũ talis) & ſic quatenus paſtor vniuerſalis,& quo ad poteſtatẽ eidẽ,vt tali conceſſam iure diuino: vt lector animaduertat differẽtiã eiuſdẽ Pontificis,in quantũ eſt ſupremus Dominus tẽporalis,tã Romę quam alijs in locis,quæ ſunt de patrimonio eccleſiæ,iuxta dict.verſ. *ratio nibus*,ibi,*plenam*, & d.c. ſi duobus ad finẽ,cum ſupra reſolutis. Similiterque nõ inaduertẽter adiecimus,verbum illud, *nullatenus*, quinimò vt ita comprehenderemus,tam poteſtatẽ, quæ actu,quam quæ habitu & potentia haberi dicitur, quia proculdubio in vtraque vigent rationes, & fundamenta à nobis adducta.

37 Secũdũ quas cõcluſiones, quas exmẽte cõmuni Theologorũ probarũt Bellarmi.vbi ſupra,c.4. & 6. & pater Ludouicus Molina d.diſput.29.&paſim alij nouiores cõciliabam in mea

ordinaria lectura,ſub tit. de iudicijs ad dictum c.nouit vtramque opinio nem ſuperius relatam, licet enim in verbis,& in modo explicandi maximè differant (vt dicebam) in effectu tamẽ,& ſubſtantia concordari, & ad verum ſenſum reduci poſſunt, ita vt prima affirmatiua, quâ magis cõmunẽ,&veriorem poſt alios dicit Burſatus conſ.90.n.23.& conſ.200.nu.18. intelligatur & procedat iuxta terminos prioris cõcluſionis: altera verò opinio Theologorũ negatiua, iuxta poſterioręm concluſionẽ cũ moderamine,& tẽperamento prioris, prout Theologi intelligũt,&qui eos ſequũtur Nauar.Couarr. & citati ſupra, & alij per Simancã de Catholicis,c.45. nu.25.& ſeqq.& per Franciſcũ Peña ad directoriũ, 1.p.ſuper extrauag. vnam ſanctã,verſ.*cæterum*,commento 1.ſi ergo agimus de ſuprema temporali poteſtate principaliter,& directè vera eſt pars negatiua,iuxta quã Põtifex Romanus,quatenus talis nullatenus illã habet,aut exercere poteſt, ſi verò de eadem poteſtate indirectè &minus principaliter in finem ſupernaturalem vera eſt affirmatiua.

38 Quibus cõcluſionibus retẽtis earũ veritati minimè cõtradicũt adducta pro prima,& ſecũda opinione: & ſigillatim reſpondentes,licet ordine turbato (prout ſeſe obtulerint)ad illa argumẽta, quæ pro priori aducebam°,9 attinet ad c. venerabilẽ de electione clementinã primã de iure iurando,& clementinã Paſtoralis ad finẽ de re iudicata cũ alijs,in quib° agitur de translatione Imperij ad Germanos electione,cõfirmatione coronatione,& iuramẽto Imperatoris, ſuper quibus omnibus ſũmus & Romanus Põtifex poteſtatẽ exercet,ex his quę tradũt gloſa & Doctores in d.c. venerabilẽ,&locis præcitatis,glo.penult.& vlt.vbi DD.in c.2.de re iudicata lib.6.Mãtua dialogo 23. Nauar. in d.c.nouit,d.notab.3.n.3.& 124.& 137.Bellarm.d.lib.5.cap.8.verſ.7. cũ ſeqq.poſt alios Pater Molina d.tract. de iuſtitia,diſputa.24.& d.diſput.29. col.antepenul.verſ.*ad primum*,Hiſtoria Põtificalis lib.4.c.28.&74.dici poteſt Romanũ Pontificẽ in his tẽporalibus ſupremã poteſtatẽ exercuiſſe, & exercere indirectè, & ſecundũ terminos prioris concluſionis noſtræ: quia ſcilicet iuſtis de cauſis,& attentis omnibus circũſtantijs in finem ſupernaturalẽ,&ad cõſeruationẽ;ac defenſionẽ eccleſię,&rectã illi" gubernationẽ in ſpiritualibus oportuit Imperiũ trãsferri â Grẽcis adGermanos & conſequenter electionẽ, cõfirmationẽ,coronationem, & iuramentũ Imperatoris,ſeruatis quibuſdam iuſtis cõditionibus fieri,eo modo quo oportebat ſecundũ prædicta iura,ne aliter,vel aliquãdo ad Græcos iterũ reddiret Imperiũ,vel antiqua ſequerẽtur incommoda, & aliquis hæreticus ſchiſmaticus,vel peſsimus eccleſiæ fidei, & bono ſpirituali,maximè aduerſarius,fieret Imperator.

39 Vndè deducitur, quod licet abſolutè attenta origine,& natura rei,Imperiũ ſit â Deo Optimo Maximo nõ à Sede Apoſtolica,vel Pontifice Romano, ſecundum iura expreſſa in d. cap.duo ſunt,dict.cap.ſolitæ cũ alijs authentico,quomodo oporteat Epiſcopos in principio,l.1. in principio. C.de veteri iure, ibi, *Imperium quod nobis á cæleſti Maieſtate, &c.* nihilominus poſt eiuſmodi translationem factam à Leone III. in perſona Caroli Magni,iuxta d.c.venerabilem, dici poteſt in aliquo ſenſu Germanicum Imperium haberi ab eccleſia,& Romano Pontifice, & qui per contrarium affirmant, cum quibus eſt communis,vel magis communis ſententia gloſa,& Doctores qui negant Impe-

Imperium eſſe, aut haberi ab eccleſia, & Romano Pontifice concordari poſſunt, vt negantes Imperium eſſe, aut haberi ab eccleſia, intelligantur abſolutè, iuxta naturam & originem rei, prout erat ante translationem eiuſmodi: affirmantes verò Imperium haberi ab eccleſia & Romano Pontifice non ſic, ſed poſt illam & ea ſuppoſita, & quo ad Imperium Germanicum.

40 Qua concordia retenta ceſſat cõtrouerſia gloſæ & Doctorum, in d.c. cauſamq; 7. qui filij ſint legitimi glo. 4. in d.c. quoniã, 10. diſt. gloſ. 3. in d. c. cum ad verum 96. diſt. & dictum c. duo ſunt, & in c. ſequenti eadem diſtinct. Abbatis nu. 2. Philippi Decij 7. Felini, & aliorum in d.c. nouit, quam late tractat Caſtaldus de Imperatore, q. 50. à princ. & per Couar. in reg. peccatũ. 2. p. §. 9. n. 7. Pelagiũ de planctu eccleſiæ lib. 1. c. 13. poſt alios Mẽchaca illuſtrium, c. 20. nu. 4. & c. 21. à nu. 22. & 27. Mantua vbi ſupra, & alij per eoſdẽ citati, optimè in ſpecie cõſiderabat Bellar. vbi ſupra, c. 8. n. 7.

41 Quo fit vt dicta translatione attẽta Germanicum Imperium magis pẽdeat à Summo Põtifice, quam quodvis aliud Regnum Catholicũ, ex Nauarro d. notab. 3. n. 237. & Molina d. diſputatio. 29. verſ. *ex dictis infero*, in quorum confirmationem omninò videndus eſt, Bellarminus per tres libros de translatione Imperij à Græcis ad Germanos aduerſus Hilyricũ haereticum præſertim lib. 1. ex c. 4. & 22. & libr. 2. c. 3. & lib. vlti. ex c. 1. vbi multis rationibus exemplis Hiſtorijs & auctoritatibus ſupra dicta confirmanter. Si aduertas Romanum Pontificẽ in eiuſmodi translatione electione, & cæteris ſupradictis exercere, & exercuiſſe nõ politicã, aut ſæcularẽ, ſed eccleſiaſticã poteſtatem, quatenus eccleſiæ paſtor eſt, & ſuis ouibus in finem ſupernaturalem, & animarum ſalutem prouidet.

42 Cõſequenterque dicendũ eſt, q̃ Sũmus Põtifex, quatenus talis nõ priuat Imperatorẽ Imperio, aut Regem Regno, tanquã iudex ordinarius eo modo quo deponit, aut priuat Epiſcopos, ſed tanquã ſummus, & vniuerſalis Paſtor, vbi ſic oportet in finẽ ſupernaturalẽ, & ita ex vi poteſtatis ſpiritualis, vt ſatis ſignificat text. in cap. Appoſtolicæ, verſ. *nos itaque*, de re iudicata in 6. vbi Romanus Põtifex Innocẽtius IIII. illius decretalis conditor ad ſententiã priuationis cõtra Imperatorẽ expendit, ſe in terris Vicariũ Dei, & poteſtatẽ habere per illa verba, *quodcunque ligaueris, &c.*

43 Etenim ad text. in d. c. alius 15. q. 6. & ad dictã conſtitutionẽ Innocentianã, in d.c. Appoſtolicę, dũ probãt Summũ Põtificẽ potuiſſe Regẽ Regno, & Imperatorẽ Imperio priuare: id q̃ multoties feciſſe alios Põtifices Romanos ex hiſtorijs, & multis auctoritatib⁹ referũt Caſtald. d. tract. de Imperatore, q. 81. & poſt Guerrerum Ferdinandus de Mẽchaca illuſtriũ, c. 8. à n. 20. Bellarm. d. lib. 5. de Romano Põtifice, c. 8. planè reſponderur Põtifices in ea priuatione, & depoſitione exercuiſſe poteſtatẽ in tẽporalib⁹ ſecundũ terminos prioris cõcluſionis, dũ Imperatorẽ & Reges, poſt legitimã admonitionẽ poteſtate abutẽtes, & ex malitia, aut ſũma negligẽtia ſpirituali bono Fidei Catholicę, ſeu eccleſię Regimini trãquilitati, & paci fideliũ maximè nocentes grauiſſimis, & iuſtiſſimis de cauſis Regno, aut Imperio priuarunt, quia ſic opus erat in finẽ ſupernaturalem bonum ſpirituale, & eccleſiæ defenſionem, & cõſeruationem, vt eleganter explicãt Molina dicta diſputatione 29. verſic. *ex dictis*, Soto, Vitoria, Nauarrus, & alij per ſupra relatos citati, Iulli⁹ Clar⁹ in

Digitized by Google

practica,§.vltimo,quæſt.35.â nume. 6.Bellarmin.dicto lib.5.cap.7.& 8.& dict.lib.1.de translatione Imperij,c. 12.verſ.*quæ cum ita ſint*.

44 Nec mirum,facilius enim impeditur aliquid ne fiat quã tollatur poſtquam factum eſt,cap.quemadmodũ, verſ.*nam ſi poſt*,de iure iurãdo, quare ſicut Summus Pontifex Imperatorẽ, aut Regem,iam conſtitutum,vbi opꝰ fuerit priuare, & deponere poteſt, ita & multo magis eiſdem cauſis, & eiſdẽ terminis poterit impedire, ne Rex aut Imperator conſtituatur, ex Molina dict.verſ.*ex dictis*,poſt Vitoriam Pighium, Turrecrematam, & alios,ſecundum quos, etſi Pontifices Romani,aliquando id non faciãt nihilominus nõ deficit poteſtas, ſed abſtinent, quia hæreſes rebelliones, ſchiſmata,aut alia ſimilia mala pertimeſcunt.Ad quem vſum temporalis iuriſdictionis in finem ſupernaturalem,& bonum ſpirituale defenſionẽ & conſeruationem eccleſiaſticæ Rei publicæ ſpectat(quantum ego aſſequi poſſum)illud Ioiada Pontificis, qui Reginam iuſtis de cauſis,non tãtum Regno verumetiam vita priuauit,vt refertur lib.2.Paralipomen. c. 23.& 4.Regum c.11.

45 Quod ſi quis obijciat aduerſus aſſignatam interpretationem ad dictũ verſ. *nos itaque*, priuationẽ Imperatoris,& ſententiam illam, factam & latam fuiſſe à Concilio,facilè reſpondeo,quod vt vtilius maturius,& maiori cum deliberatione fieret,rem ad Concilium fuiſſe delatam, nõ quod Romanus Pontifex,per ſe ſolus iuſtẽ & validè,id ipſum efficere nõ potuerit, vt fatentur omnes in d. verſ. *nos itaque*, & agnouit communẽ Clarus vbi ſupra,fuit de mente aliorum, & ſatis quidem deducitur ex ſupra dictis,& ex d.c.alius.

46 Fatendum igitur eſt ſupremam tẽporalem poteſtatem non eſſe inſolidum,& eodem modo apud Pontificem Maximum,& apud Imperatores Reges, & ſimiles ſupremos Principes,vt euincebat argumentum,ex d. §.ſi duobus cum alijs, nam Reges & Imperatores & ſimiles habent eam poteſtatem, directè & principaliter in ordine ad finem naturalem,& bonum politicum,Pontifices verò non ita ſed indirectè, & minus principaliter in finem ſupernaturalem,& bonũ ſpirituale, ſicut ſtante regula,dicti §. ſi duobus poteſt,aliquis in re habere dominiũ ſuperius naturale, directũ & principale,alter verò inferius ſubalternum ciuile vtile & minus principale: nec per hoc offenditur eiuſmodi regula,de qua in dict.§.ſi duobus, quæ tantum agit de dominio, quod inſolidum vno,& eodem modo, vel reſpectu â pluribus non habetur, vt probat text. iuncta gloſſa penult. & vltim.in l.1.ff.ſi ager vectigalis, l. in rebus,ibi, *naturaliter in eius permanſerit dominio*, iuncta l.ſi prædium 23.C. de iure dotium, authent. ſi verò dominus,ibi, *dominij principalis*,C.de hæreticis reſoluunt latè poſt alios Arias Pinelus,in l.1.C. de bonis maternis, 3.p.â num.11. Aluarus Baez de iure emphiteutico,1.par.q.13.in princ. & & à n.3.

47 Quare(ſi aduertas)non inconuenit,quod ſæculares Principes in temporalibus habeãt ſupremam poteſtatem,& dominiũ principaliter,& directè,Romani vero Pontifices, indirectè & minus principaliter eandem poteſtatem exerceãt, vt habet prior concluſio à nobis aſſignata.

48 Vndè ſimè dicamus, quod Chriſtus Dominus,quatenus homo nõ habuit poteſtatem temporalem, ſimè habuit,& eandem Petro, & ſucceſſoribus non communicauit,*quod erat alterum argumentum ſuperius à nobis propoſitum*,

ſirum, proculdubio tantũmodo euincit, aut euincere poteſt nõ fuiſſe, vel non reliquiſſe poteſtatem temporalem, principaliter & directè Pontificibus Maximis, & ſic in ordine ad finem naturalem, & bonum politicũ, quod planè fatemur iuxta poſteriorem concluſionem, ſed non concludit argumentum, nec inde ſequitur ipſum Dominum nõ habuiſſe, & exercuiſſe, vel non communicaſſe Petro & ſucceſſoribus poteſtatem in temporalibus indirectè, & minus principaliter, & ſic in ordine ad finem ſupernaturalem, vt habet prior concluſio, imò ſi rectè conſideres ex prædictis facilè conſtat, Chriſtum Dominum ſeruatorem noſtrum eam poteſtatem exercuiſſe, & Petro communicaſſe, & in eccleſia reliquiſſe.

49 Sed oportunè inquires in propoſito ſtante præfata reſolutione, quid ſibi voluerit Pontifex Maximus, dũ in dict. cap. nouit, non ſemel dixit Põtificem Romanum, nullatenus intendere iuriſdictioné exercere, aut cognoſcere de cauſa temporali fœudi, vel impedire, ſeu perturbare iuriſdictionem Regis Galliæ; & reſpondeo intelligendum eſſe *principaliter*, Papa enim, vt diximus non cognoſcit directè de cauſa temporali, ſed ſuam propriam eccleſiaſticam iuriſdictionem exercet aliquando in temporalibus, ex mente Nauarri, & aliorum vbi ſupra. Probo apertè ſi conſideres quod iuriſdictio Regis Galliæ, non aliter dici poſſet exerceri, aut perturbari á Pontifice, quam ſi is in temporalibus illam exerceret directè & principaliter in finem naturalé, vbi verò indirectè & in finem ſupernaturalem, quia iuxta prædicta, & in rigore Pontifex, tunc magis ſuam ſpiritualem, quam Gallicam, aut alienam exercet, abſque dubio Gallicam nõ impedit, aut perturbat, dum iure ſuo & poteſtate ſibi competenti vtitur, ex regula cap. cum eccleſiaſtica, verſ. *quia non videtur* de electione.

50 Sanè æquiparatio de qua in dict. cap. nouit, dum æquiparat Regé Galliæ reſpectu eccleſiaſticæ, & Summũ Pontificem reſpectu ſæcularis iuriſdictionis, rectè procedit ad effectũ, vt alter alterius iuriſdictionem non impediat, aut perturbet, in quo ſenſu à pari profectò procedunt, & æquiparantur: In eo tamen eſt differẽtia, quod Pontifex, tunc ſolummodo impedit, aut perturbat ſæcularem iuriſdictionem cum eandem directè, & principaliter exercet, vt habet ſecunda concluſio, non autem vbi indirectè, & in finem ſupernaturalem, vt habet prior aſſertio noſtra: contra veroRex ſæcularis, quia vt inferior, nec etiam indirectè, & minus principaliter, & in ordine ad ſuum finem naturalem exercere poteſt iuriſdictioné ſpiritualem, vel eccleſiaſticam ſuperiorem, iuxta cap. tuã de ordine cognitionum cum ſimilibus, & traddita per Doctores à nobisque reſoluta in noſtra quotidiana lectura ad c. 2. de iudicijs, quod ſi faciat, & exerceat, verè dicetur impedire, & perturbare eandem ſpiritualem & Pontificiam iuriſdictionem.

51 Ergo ſummus, idéque Romanus Pontifex, etſi principaliter, & directè tractare nequeat iuriſdictionem tẽporalem, indirectè tamen, & minus principaliter quatenus id exigit animarum ſalus, & finis ſpiritualis, qué intendit, rectè eam exercere valet: & in hoc ſenſu intelliguntur iura ſuperius allegata, & text. in dict. c. cauſamque el ſegundo, dũ tractant de iuriſdictione temporali, & eccleſiaſtica, & in effectu non leuem differentiam conſtituunt inter eccleſiaſticũ ſuperiorem, qui poteſt de temporalibus in iudicio ſuo, ſeu foro inciden-

tibus,& inter ſæcularem, qui de ecclesiasticis in ſuo accidentibus, nequit cognoſcere.

52 Sic Chriſtus Dñs Redẽptor noſter in quãtũ homo, ſecũdũ multorũ ſententiam non habuit Regnum, vel dominium temporale directè & principaliter, vt multis contendunt Vitoria, Soto, Bellarmin. vbi ſupra, cap.4. & multi, vt per Patrem Henrriquez citatum ſupra dict.cap.25.num.1. ad finem, littera A. contra plures ab eodem citatos illic littera X. cum ſequẽtibus, per Baronium annalium, anno Chriſti 57.pag.433.cum ſequẽtibus, quorum fundamentis ex illo Math. vltim. *data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra*, cum alijs reſpondẽt idẽ Bellarmin. Vitoria, Soto, & relati ab Henrriquez d.littera A.

53 Si verò erudito lectori hæc ſentẽtia non placuerit retenta opinione contraria, quam fatemur magis communem eſſe, ſcilicet quod Chriſtus homo habuerit Regnum, & poteſtatem temporalem, (in quo liberum arbitrium lectoribus relinquimus) adhuc difficultatem nõ faciet ſuperius obiectum argumentum: reſpondemus enim, vt iam reſponſum eſt, negando Chriſtum Dominum commiſsiſſe illam poteſtatẽ Petro, & ſucceſſoribus, cum nuſquam illam exercuerit, imò exercere recuſauerit, & talis poteſtas excellentiæ non fuerit communicata Petro, & ſucceſſoribus.

54 Nec non & ex eodem fundamento interpretari poſſunt, verba text. in dict.cap.1.22.diſt.ibi: *terreni ſimul & cæleſtis Imperij iura commiſsit*, vt per iura *terreni Imperij*, intelligamus poteſtatem temporalem non directè, & principaliter, & ſic nõ eo modo, quo iura cœleſtis commiſſa ſunt, ſed iuxta terminos prioris concluſionis, vt intellexerunt Pater Molina, vbi ſupra, & alij per ipſum relati.

55 Vel quod (videtur probabilius) Nicolaus Pontifex (ſi is eſt auctor illius textus de quo dubitat idem Bellarminus) videtur ſanè alluſiſſe, & reſpexiſſe ad illa verba Chriſti Dominĩ Math.16. *Tibi dabo claues Regni Cælorũ, & quodcunque ligaueris ſuper terrã erit ligatum, & in cœlis, & quodcunque ſolueris, &c.* quaſi dicat Pontifex cõceſſit Dominus Petro æternæ vitæ claui-gero, id eſt habenti claues Regni cœlorum, iura cœleſtis ſimul, & terreni Imperij, quia ſcilicet conceſsit, vt quod ille ſolueret, vel ligaret in terreſtri Imperio ſolueretur, & ligaretur in cœleſti: vbi aduertè textum illum minimè probare communem allegationem noſtrorum: præſertim ne idẽ Pontifex ſibi ipſi contrarius aduerſetur his quæ dicit in dict. cap. cum ad verum, vt benè intellexit Bellarmin. vbi ſupra, & prius intenderat Philippus Decius, in dict. cap. nouit, nu.7. verſ.3.

56 Nec me latet diuerſimodè & longè aliter accipi verba illa ab alijs, plu resque intellect' retuliſſe gloſ. verb. *terreni*, in extrauag.1.Ioannis 22. ne ſedeuacante poſt principium, verſ. *ſanè*, vbi eadem verba referuntur Turrecremata, & alios in d.c.1.Nauarrum dicto notab.3.num.126. Bellarmin. vbi ſupra cap.5.in princip. verſ. *addo*, & præcedentibus Pater Molina vbi ſupra columna 3. verſ. *quarto*, & colu.pen.verſ. *quartum*, ex quibus, & ex his quæ à nobis dicta ſunt eligat lector optimus ſenſum, qui illi magis arriſſerit, dum traddita ſuperius reſolutio firma, & inconcuſa permaneat.

57 Ad quem finem ſupernaturalem ſiuè bonum ſpirituale, quod magnopere intendunt Pontifices Maximi credo reſpexiſſe Innocentium IIII. dum iuſtè quidem coadiutorem dedit

dit Sanctio Regi Luſitaniæ eumque à Regni adminiſtratione remouit: etenim cum ex eiuſdem negligentia incuria, & diſsipatione, non tãtum viduæ, orphani, & cœteri laici, verũ etiam eccleſiæ, monaſteria, loca pia, & eccleſiaſticæ perſonæ, maximum detrimentum paterentur, quorũ omnium defenſioni, & conſeruationi Rex ille ineptus occurrere non poterat, coadiutor maximè neceſſarius fuit, & merito ſane Romanus Pontifex, tot malis opportunè occurrens, ad præces populi, & Magnatuũ Luſitaniæ, Regem ab adminiſtratione remouit, & eidem fratrem Alfonſum coadiutorem, & Regni adminiſtratorem conceſsit in ordine ad dictum finem ſupernaturalem tranquilitatem & pacem fidelium, & eccleſiæ in illis Regnis, quæ fuit ellegans deciſsio, tex. in d.cap.grandi de ſupplenda negligentia Prælatorum.

58 Cui veriſsimo intellectui, nequaquam obſtabit ſi quis dicat, quod cũ Rex Luſitaniæ Imperatorem recognoſceret, ex l.in Luſitania, ff.de cenſib°, ſicut & Hiſpania ex l.2.§.& quia deinde, ff.de origine iuris, cap.volumus 11.quæſt. 1. ibi, *vt omnes*, & ibi, *Hiſpani*, cum alijs, de quibus per Caſtaldum dict.tract.quæſt.53.non à Põtifice, ſed ab eodem Imperatore, tanquam à ſuperiori competenti coadiutor dandus videbatur, iuxta l.diuus & per totum, ff.de tutoribus, & curatoribus datis ab his, cum vulgaribus.

59 Nam ommiſsis reſpõſionibus Archarrani & Antonij vbi ſupra, & licet huic argumento ſuccumbant nõnulli, vt refert additio marginalis ad gloſam 2.in dict.cap.grandi, facilè profecto occurritur ſi dicamus, quod quamuis olim Hiſpania, ſicut & Luſitania pro maiori parte, vel etiam tota ſubiecta fuerit Romano Imperio de facto (nam de iure dubitant multi, vt per Nauarrum dicto notabili 3. n.167.& alios) nihilominus poſtquã Gottorum gens Hiſpaniam à Romanorum ſubiectione liberauit, & deinde alij eandẽ à faucibus hoſtiũ erue re iuxta gloſ.3. in fin. in cap. Adrianus 63.diſtinctione, communiter receptam, vt per Caſtaldum dicto loco Menchacam illuſtrium cap.22.à nu. 11.abſque dubio, nec Luſitania Imperio, aut Imperatori ſubiacet, nec aliquem in temporalibus ſuperiorẽ recognoſcit præter Regem eiuſdem illo tempore, & Catholicum Regem noſtrũ Philippũ III. hiſce temporibus, vt intendunt dict. gloſ. in fine, vbi Ioannes Andreas, & alij.

60 Qua mente Pontificis retenta reijciendi ſunt, Petrus de Ancharrano in dict.cap.grandi verſ.10. in fine, & Antonius ibidem num.10.in fine, in noua lectura Ioannes à terra rubea, in tract.de Regno Galliæ titu.2.cõcluſ.9.& alij qui putant ſummum Põtificem Innocẽtiũ IIII. dediſſe coadiutorem Sanctio Regi Luſitaniæ, quia in illis Regnis habebat iura temporalia ſuprema, quemadmodum in multis, quæ ſunt de patrimonio eccleſiæ, & per Conſtantinum, & alios donata fuerunt, id enim nullo iure, aut fũdamento ſuadetur, & contrariũ aperte conſtat, ex eodem cap. grandi, & ex hiſtorijs, & alijs certiſsimis documentis, & retineri debet prædictus intellectus, quem ex ſententia Theologorum, & Nauarri, vbi ſupra aſsignauimus ad dictum cap.grandi, quid quid alia aliter comminiſcantur Doctores ibi, & Corſetus in repetitione gloſ.verb. *priuemus*, in dict.cap.ad Apoſtolicæ, Nauarrus vbi ſupra, poſt alios Antonius Gomez in l.40. Tauri num.69. Menchaca dict.cap.8. nu. 30. Molina, Bellarminus, & alij ſupra citati, Licerierde primogenitura lib.

3.q.

Digitized by Google

3.q.7.á num.10.Tiraquel.de iure,primogeniorum,q.23.n.2.& â n.4.Caſtaldus d.q.81.â nu.13.

61 An verò text.in dict.capit.grandi procedat etiam in tutore, qui Regi impuberi,vel curatore,regente, ſeu adminiſtratore,qui puberi, vſque ad vigeſimũ quintum annum, ex multorum ſententia dãdus eſt,vt per Antonium Gomez in dict.l. 40. Tauri, num.9. et latè per Frãciſcum de Caldas ad l.ſi curatorem habens, verbo, *hunc contractum*,num.47.verſ. *hæc*, cũ præcedentibus,ita vt datio talis tutoris,vel curatoris ad Romanum Pontificem pertineatnec ne,tradunt omnes in dict.cap.grandi,et alij per Antonium Gomezium dicto loco latiſſimè Caldas nume.48. vbi varias refert opiniones praxim, et hiſtorias hac in re.

62 Nec præfatam veriſimam reſolutionem,& ea quæ ſuperius cum Catholicis,& viris doctiſsimis tradidimus vlla ex parte ſubertunt,aut ſubuertere poſſunt,celebris illa ſententia D.Bernardi lib.4.de conſideratione ad Eugenium â quo accepit Romanus Pontifex,in dict.extrauag. vnam ſanctam de maioritate, & obedientia,& auctoritas Euangelij circa duos gladios,quam Pontifex illic expendit:aſſerendum enim eſt Pontificem ibidem totum fuiſſe in oſtendendo,& ſolum contendiſſe demõſtrare,quod vltra gladium ſpirituale temporalis etiam eſt in eccleſia,non quod ſit eodem modo,quo ſpiritualis exiſtit,ſed ſecundũ terminos prioris concluſionis, vt rectè intellexerunt poſt Abbatem num.11.Decium 7.Siculum,Felinum,& Alciatum nu. 30.in dict.cap.nouit,Quintinus in repetitione eiuſdẽ text.à nu.63.& Nauarrus ibidem dicto notab.3.n.139. Caſtaldus de Imperatore q.50.à nu. 22.Couar.dict.num.7. verſ.3. Vitoria vbi ſupra nu.19. Igneus in tract. *an Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem*, numero 105. Bellarmi.vbi proximè verſ.2.& præcedẽtibus, & in c. 7. verſ. *item poteſt*, cum ſequentibus, P.Molina vbi ſupra,& FranciſcusPeña commento 8.

63 In quem ſenſum docuit Summus Pontifex, in dict. extrauag. gladium ſpiritualem eſſe ſuperiorem, temporalem verò inferiorem illi ſubiectũ: inſuper illum ab eccleſia,hunc verò pro ea,id eſt pro cõſeruatione eiuſdem,& in ordine ad finem ſupernaturalem,fore exercendum,vt ſatis explicant verba illius textus, & aduertunt præcitati : colligiturque ex extrauag. meruit de priuilegijs, inter communes, quid quid aliter dictam extrauagantem (vnam Sanctam)intelligãt alij in d.c.nouit, & relati per ſupra citatos.

64 Vndè explodenda eſt illorum ſententia,qui exiſtimant Pontificem in dict.extrauag. (vnan Sanctam) tanquam veritatem catholicam declaraſſe,vtrumque gladiũ eſſe apud Romanum Pontificem,& Imperium ab eodem haberi: contra quam declarationem Ludouicus Imperator cõſtitutionem promulgauit, qua maieſtatis reos facit,& condemnat eos, qui dixerint Imperium â Pontifice haberi,vt per Albericum, & alios relatos à Decio,dict.num.7.verſ.*ſed*, & Caſtaldo dicto loco á num.7.& fortaſſe, quia multi olim ſic putabant diffinitum eſſe â Bonifacio in eadem extrauag. vnam ſanctam)prodijt in lucem extrauagans *meruit*, de priuilegijs, vbi clemens quintus Romanæ eccleſiæ Præſul,velut priuilegiũ,ſeu beneficium conſtituit Regem Gallię Philippum,poſt dictam extrauag. vnam ſanctam,non magis ſubijci Põtifici,quam ante illam ſubiectus eſſet,ita vt nullum præiuditium illis,ex di-

cta cõſtitutione Bonifacij poſſet generari, ſed omnia intelligerentur in eodem eſſe ſtatu, quo erant ante diffinitionem præfatam dictæ extrauagantis vnam ſanctam, tam quantum ad eccleſiam, quam etiam ad Regem Regnum, & Regnicolas Galliæ: quã conceſsionem contenderem in puncto iuris & ſatis conſtat ex dictis nõ fuiſſe neceſſariam, quando quidem mens Bonifacij Octaui, in dicta extrauag. vnam ſanctam, nequaquam fuit velle Reges & Principes Chriſtianos ſubijcere magis Imperio eccleſiæ, quam antea erant, ſed tantummodò demonſtrare, quod vltra gladium ſpiritualem, eſt etiam in eccleſia gladius temporalis non actu, & directe exercendus, ſed habitu, & indirectè dumtaxat; eo modo quo ſupradictum eſt: verum quia multi vt diximus putabant, nec rectè vtrũque gladium eſſe actu apud Romanum Pontificem, & Imperium ab eodem haberi, idque tanquam veritatem catholicam diffinitum eſſe in dicta extrauag. vnam ſanctam, ideo Clemens Quintus ad tollendum illum falſum rumorem, ſtatuit in dicta extrauag. *meruit*, Bonifacium Octauum in dicta extrauag. vnam ſanctam, non generaſſe præiuditium Regi, Regno aut Regnicolis Franciæ, vel (vt ego exiſtimo) declarauit Clemens Quintus, non intendiſſe Bonifacium, neque mentis ſuæ fuiſſe aliquod illis præiuditium inferre, nec illos magis ſubieciſſe, quam antea eſſent ſubiecti, vt ita dicta extrauagans *meruit*, nihil noui conſtituerit, ſed magis declarauerit prædictam extrauagantem, vnam ſanctam, quæ ex tot interpretum commentarijs aliquantulum obſcura videbatur.

65 Auctoritas autem Euangelij Luc 22. *ecce duo gladij hic*, ſatis in ſenſu litterali explicatur à Theophilacto & Patribus, vt per Bellarminum dict. verſic. 2. Ianſenium in concordia capit. 133. ad finem per Ioannem Suarez in Lucam tractat. 254. quamuis Bonifacius Octauus in dict. extrauag. vnam ſanctam, in ſenſu miſtico, eandem auctoritatem adducat.

66 Ex qua reſolutione, quæ in effectu docet Summum eundemque Romanum Pontificem, quatenus talis eſt ſupremam temporalem iuriſdictionem, directè & principaliter nullatenus habere, aut exercere poſſe, indirectè tamen, & minus principaliter rectè eum vti ſuprema poteſtate in temporalibus, quatenus id exigit finis ſupernaturalis, & in ordine ad bonum ſpirituale, quæ iam ex dictis ſine vlla difficultate procedit, multa quidem vtiliter inferenda ſunt, tam ad praxim & forum exterius, quam ad forum animæ ſpectantia, & leges quædam, ac Principum conſtitutiones Romanorum Põtificum, & Conciliorũ decreta, ſe ſe offerunt interpretanda.

67 Et in primis infero ex ſupra reſolutis potuiſſe Sacros Pontifices iuſtiſsimè abrrogare leges admittentes præſcriptionem cum mala fide, quas iam diu legitimis ex cauſis adducti in commune bonum totius Reipublicæ Chriſtianæ abrrogauerunt; conſtat namque ex ſuperius à nobis traditis Romanis Pontificibus fuiſſe commiſſam ſpiritualem poteſtatem in finem ſupernaturalem: patet ex text. in cap. cum ad verum, & in cap. duo ſunt, 96. diſtinct. & in capit. ſolitæ de maioritate. Ac ſubinde ad eoſdem Pontifices neceſſario pertinere, omnia illa facere, quæ ad huiuſmodi finem neceſſaria ſunt,

Digitized by Google

ſunt,ex reg.text.in l.2. ff. de iuriſdictio.omnium iudicum,& cap. præterea de officio delegati: in ſpecie probat text.in dict.cap. nouit de iuditijs & in cap.grandi de ſupplenda negligentia Prælatorum libr.6.iunctis reſolutis per Antonium Gomez in l. 40.Tauri, numero 69. Tiraquellum de primogenijs,quæſtio.23. num.2. Menchacam illuſtrium capit.8.à numero 20. & de ſucceſsionum creatione,§.6.numero 18. ac proinde vbi leges ſæculares iniuſtæ ſunt,& bono ſpirituali aduerſantur ad illos ex vi ſuæ poteſtatis etiam pertinebit tales leges abrrogare, iuxta regulã textus in d.c.præterea.

68 Planè cum leges ciuiles preſcriptionem cum mala fide admittentes iniuſtæ ſint, quæ ſubditorum peccatis fauent, & ad illa incitant concedentes præmia, hoc eſt dominia illis,qui retinent alienum,merito dicendum eſt, Pontifices potuiſſe tales leges abrrogare, & extinguere, ita vt nec in foro ciuili cuſtodiantur: quia inconueniens eſt, vt aliquis ex propria malitia commodũ,& vtilitatem cõſequatur,iuxta reg. tex. in c.intelleximus de iudicijs, & in c. ex tenore de reſcriptis.

69 Sic aliàs leges ciuiles vſuram approbantes, & ad illam iuris remedia concedentes, l. eos, C.de vſuris indiſtinctè in vtroque foro extinguntur,Clement.1. de vſuris: nec refragatur, quod in ſuo foro ſeruatur lex ciuilis, quæ præſtat auctoritatem, & facultatem maritis interficiendi vxores adulteras, & inſuper eiſdem pro tali occiſsione lucrum elargitur, ſcilicet dotem,vt patet ex textu in vulgata l.Gracchus,qui quidem mariti peccare dicuntur, ex D. Auguſtino libr.2. de adulteris coniugibus, cap. 14. & ſequenti, gloſſa in capit. inter hæc 32.quæſtio.2.communis,ex Coruarrub. 2.par.capit.7.§.7.numero 8. Menochio de arbitrarijs quęſtio.90. Fortunius de vltimo fine, illatione 11. Menchaca de ſucceſsionum creatione,§. 7.numero 2. ſi aduertas predictas leges eſſe intelligendas de permiſsione, & impunitione, reſpectu pœnæ, quæ in foro exteriori imponitur, vt intendit textus, in dicta l. Gracchus,ibi,*impunè*,& ibi,*nullam pœnam*.

70 Et inſuper retinet dotem,ne aliàs faciens ex legis permiſsione, punitę damnum incurrat ammittens dotem quam per accuſationem adulteræ ſi permiſsione legis non vteretur erat habiturus,iuxta regulã textus,in l.cõſenſu,C. de repudijs, & in capi. plerunque de donationibus inter virum & vxorem, & ſic de nouo dotem non adquirit, ſed magis retinet, & conſeruat, quæ aliàs per adulterium viro applicatur,ſecundum iura modo citata, textus verò in l. ſi ab hoſtibus,§. vltimo, ff. ſoluto matrimonio, ſine dubio procedit attento illo iure, quo permiſſum non erat maritis, adulteras vxores occidere, vt probat text.in l.nec in ea 22.verſ. *ideo*,& in l. ſi adulterium, §. Imperator,ff.de adulterijs.

71 Nec inſuper refragatur, quia valida & iuſta eſt lex illa, quæ præſtat auctoritatem conſuetudini rationabili, quæ contra legis iuſtitiam introducitur iuxta capi. vltimum de conſuetudine, quæ tamen lex videtur præſtare auctoritatem peccatis ſubditorum, qui non obſeruantes legẽ iuſtam peccare dicuntur, iuxta receptam ſententiam gloſę verb. *conſueuerunt*, in capit. quæ in eccleſiarum de conſtitutionibus: Reſpondetur enim dicendo longam dari differentiam inter legem,quæ præſcriptioni

Digitized by Google

tioni cum mala fide,& eam quæ cõ ſuetudini cum peccato incipienti auctoritatem præſtat,ſiquidẽ præſcriptio principaliter. dicit adquiſitionem, & per illam ex legis auctoritate directè & principaliter præmium,& commodũ tribuitur prę-ſcribenti,iuxta text.in l.tertia, ff. de vſucapionibus : at verò in conſuetudine non ita contingit eo quod ad adquirendum non eſt inſtituta, ſed ſolum modo eſt ius quodam, ſeu lex, inuẽta ad conſtituendum ius inter ſubditos,c.conſuetudo,1. diſt.

72 Vndè quemadmodum lex in bonum commune prolata non deſinit eſſe talis,licet malo animo, & ita cum peccato ſtatuentium fiat, vt ſignificat text.in l.1.ad finem, ff. de doli exceptione, ita quoque cõ ſuetudo,quamuis cum peccato ſubditorum incipiat & procedat,ſi alia neceſſaria concurrant,vera eſt conſuetudo , nec dici poteſt per illam inuitari ſubditos ad delinquendum, quibus vtilitas non adquiritur, ſed ſolummodo ius ſtatuitur, quod ipſi introducentes ſeruare tenentur.

73 Et licet adquirant exemptionem legis , hoc quidem venit in conſequentiam, quod non conſideratur ex regula text.in l. 1. ff. de auctoritate tutorum: accedit quod licet fateamur per conſuetudinem dari ius aliquod , idem tamen eſt ius nobum, quod creatur: at verò præſcriptio ius iam creatum , & in alio poſitum,in alium transfundit, vt tradit gloſa vltima recepta ad mediũ,in c.ſi diligenti de præſcriptionib°,obſeruat Iaſ. in l. de quib° n.44.ff.de legib°:Quod ſi cõſuetudo,ius iam creatũ in alium transferat, prout facit illa quæ conſuetudo improprie appellatur,tunc cum peccato procedere non poteſt, eo quod aſsimillatur præſcriptioni, & præſcriptio etiam appellatur: Sic procedit textus, & intelligitur, in capit. vltimo de præſcriptionibus, verſic.*cum generaliter*, ibi, *conſuetudini, &c.* & patet declaratio ad regul.poſſeſſor, libr. 6. nam cum abſurdum ſit , & inconueniens dari adquiſitionem dominij, ex auctoritate legis, illi qui in peccato perſeuerat , & poſſeſſor malę fidei, propter illicitam alieni retentionem peccatum committat, & in illo perſeueret, effectum eſt , attento iurecanonico,quod obſerbatur, vt poſſeſſor male fidei vllo tempore non preſcribat.

74 Sed inquires (non ſine eruditione,& doctrina) conſtito iam quod Romani Pontifices, ex poteſtate ſpirituali ſibi commiſſa in finem ſupernaturalem,poſſunt leges ſæculares iniuſtas, & bono ſpirituali aduerſantes, ex vi ſuæ poteſtatis abrogare , & omninò extinguere: quidnam dicendum ſit, vbi Romanus Pontifex legem aliquam conſuetudinem, vel contractum, inter ſæculares , reprobat & iubet non obſeruari , Rex autem ſupremus Princeps ſæcularis, contradicens, contendit tanquam ſuę Reipublicæ vtilem,fore obſeruandum, vtrum ne huic an potius illi ſtandum ſit.

75 In quo dubio ex ſententia Magiſtri Vitoria vbi ſupra nume. 14. Martini de Ledeſma in ſecundam 4.quæſtio.20.artic. quarto, colum. 13. verſic. *ſed hæſitabis*, cum ſequentibus , & Patris Molinæ dicta diſputatione 29. verſic.*interrogabit aliquis*, diſtinguendum videtur atentis ſupradictis: ſi enim Pontifex legem

gem,conſuetudinem, vel contractum reijcit ex eo tantum,quod non conuenit bono pollitico, ſeu regimini Reipublicæ,ſtandum erit, potius Regi, ſeu Principi ſæculari cõtradicenti: ſi autem reijcit, & reprobat,non quia non conuenit bono, aut regimini pollitico, & fini naturali Reipublicæ, ſed quia aduerſatur fini ſupernaturali,bono ſpirituali, animarum ſaluti, abſque dubio, Pontificis, non autem Principis contradicentis ſententiæ ſtandum eſt.

76 Cuius diſcriminis ratio ea eſſe poteſt, quod in priori caſu, agitur tantum,de iuriſdictione merè temporali directè & principaliter, ſeu immediatè in finem temporalem, ad quem ſpectat iudicare, & excutere, quænam conueniant,& repugnent bono pollitico, regimini, & conſeruationi Reipublicæ, in naturalibus, & quia hęc omnia pertinent ad ipſum Regem, vel Principem ſæcularem,qui in republica ſæculari ſupremam ſæcularem obtinet poteſtatem, merito in his habet fundatam ſuam intentionem, & regulam pro ſe: & conſequenter ad illum tantum ſpectat eiuſmodi iuditium, & diſcuſio, ita vt ei intra limites ſuæ poteſtatis, ius dicenti ſtandum, & obtemperandum ſit neceſſario, non autem Pontifici, qui in his terminis, in quibus de iuriſdictione, merè temporali principaliter, & directè agitur in finem naturalem, nec habet ille poteſtatem, nec fundatam intentionem, aut regulam pro ſe: & conſequenter in his quæ ad eius non ſpectant officium, & excedenti limites ſuæ poteſtatis, ſtandum, & obtemperandum non videtur, iuxta regulã ea quæ fiunt lib.6.cum vulgaribus, iuuat lex 3.ibi, *nam ſi exceſſerit priuatus eſt*.ff.de officio Præſidis.

77 Per contrarium verò in poſteriori caſu, agitur de temporalibus, non quidem in ſe, aut de iuriſdictione ſæculari mera, ſed de illa quæ dirigitur in finem ſupernaturalem, & ſic de ſpirituali, quæ in eum finem à Pontifice Maximo, in temporalibus exerceri poteſt, vt habet prior noſtra concluſio. Vndè merito in his eidem Pontifici, ſuam poteſtatem exercenti, & de temporalibus indirectè agenti; non vero Principi ſæculari, Pontificis iuriſdictionem perturbanti, abſque vllo dubio ſtandum, & obtemperandum eſt,niſi fraus,error, aut iniuſtitia manifeſta appareat, ſecundũ prædictos.

78 Ex eadem rurſus doctrina & reſolutione proficiſcitur intellectus, & vera interpretatio ad capit. licet de foro competenti,& in Clement. Paſtoralis, §. vltimo de re iudicata, dum probant cum ſimilibus, tam ex conſuetudine, quam attento iure Summum Pontificem, de cauſis temporalibus cognoſcere, & temporalem iuriſdictionem exercere, vacante Imperio, quibus reſponderi poteſt, ex his quæ traddunt Doctores communiter illic, Caſtaldus vbi ſupra, quæſtione 90. poſt Bartolum, & multos, quos citat contra Cardinalem,Immolam, & Siculum, vt per Felinum in dict. capit. licet, in fine, & ſatis probat reſolutionem noſtram extrauagans. 1. Ioannis 22. ne ſede vacante in principio, ibi, *de iure liquidum, & ab olim inconcuſſè ſeruatum*, & clarius ex his quæ traddunt Nauarr. dicto notabili 3. numero 107. & 123. Bellar. minus dicto libro quinto,verſic. *Vltimo*, & Molina dicta diſputatione

29.

Digitized by Google

29.colum.penul.versic. *ad vltimum*, declarando, vt per eosdem, & per Castaldum vbi supra, numero sexto, & 7.quinimo si quæ sunt argumẽta vltra à nobis superius enumerata, quæ aduersus præfatam resolutionem pugnare videantur illis abundè satisfaciunt Nauarr. dicto loco à numero secundo, & â numer. 122. Bermondus relatus à Menchaca illustrium capit. 20. numer. 1. versic. *contrarium*, & satis colligitur ad illa responsio, ex supradictis.

79 Ex quibus infertur deinde ad praxim, Romanum Pontificem posse cognoscere, & iudicem existere competentem vbi lis, vel quæstio seu discordia in re graui vertitur inter duos supremos Principes neminem in temporalibus recognoscentes: Si dum non consentiunt in iudicem aliquem, vel arbitrum ex tali discordia, seu litè probabiliter timetur, vel fidei Catholicæ, vel ecclesiæ, seu boni spirituallis detrimentum, ex bello, seditione, vel perturbatione Reipublicæ: tunc enim potest, & debet Romanus Pontifex in ordine ad finem supernaturalem, & ad vitanda eiusmodi incommoda cognoscere, & sententiam ferre, cui tales Principes Christiani stare tenentur, vt obseruant Vitoria Pighius, & alij, quos refert & sequitur Pater Molina dicta disput. 29. versic. *ex dictis* Soto vbi supra colum. 2. & in 4. dist. tinct. 25. quæstio. 2. artic. 1. conclus. 4. quasi in his terminis Pontifex potestatem in temporalibus exerceat indirectè, & minus principaliter in finem spiritualem: vt occurrat incommodis, & perturbationibus ecclesiæ quæ ex bello, seditione, & discordijs eiusmodi, vel illorum occasione per alios Catholicæ fidei hostes frequenter suboriuntur: idque intendit text. sic intelligendus in dicta clement. Pastoralis, versic. *vt igitur*, ad finem, ibi: *Vt etiam in magnum iustitiæ, ac pacis obsequium scandalosis occurratur periculis, quæ cum nostræ, & ecclesiæ Prouinciarum multarum Regnorum, & gentium turbatione, non modica possent occasione ipsius pro tempore suboriri, &c.*

Iuxta quæ etiam temperanda, 80 & intelligenda videtur sententia Innocentij, & aliorum in dicto capit. licet, de foro compet. quam sequuntur plures, vt per Abbatem. à nume. 18. Decium 8. & alios in dicto capit. nouit, & in capit. 1. de probationibus, & alibi, vt per Castaldum dicto tracta. quæstio. 91, & Peregrinum de iure fisci libr. 1. titul. 2. à nume. 32. dum generaliter resoluunt Pontificem Romanum iudicem fore competentem inter eos, qui nullum in temporalibus recognoscunt superiorem, sicut inter primatum, & Principem supremum, qui illius superior, & iudex non est, secundum traddita per Doctores in capit. cum venissent de iudicijs. Etenim hæc sententia sic generaliter, & in distinctè intellecta dubia videtur, & non satis iure probatur, imò si attentè consideremus non parum aduersatur his quæ supra resoluimus, circa vtramque conclusionem, & textui in dicto capit. nouit, cum similibus, & dicto capiti per venerabilem vers. *rationibus*, dum Pontifex expendit quod Rex Galliæ (neminem in temporalibus recognoscens) potuit se subijcere eidem Pontifici: planè significans absque eiusmodi subiectione volũtarie, Pontificem non existere iudicem.

81 Iuuat dicta Clement. Pastora-

lis vbi expenduntur multa ad effectum, vt Pontifex inter Imperatorem, & Regem Siciliæ cognoſcat, & ita poſt alios obſeruant Decius dicto numero octauo & in capit. ſi duobus numero quintò de appellationibus traddunt idem Beroius, & alij in dicto capit. 1. de probationibus, intelligentes communem procedere in nonnullis caſibus ſpecialibus, qui tamen omnes ſi reducantur ad terminos prædictos, ſecurè, & abſque dubio intelliguntur.

83 Quod ſi opponas contra prædicta præfatum capit. nouit, vbi Innocentius III. fatetur ſe attento iure communi, non eſſe iudicem vt cognoſcat de temporali cauſa feudi directè inter Gallum, & Anglum Regem vt conſtat ex verſic. *non enim*, ibi: *Non enim intendimus iudicare de feudo*, &c. Facilè reſpondetur ommiſsis alijs, quæ traddunt Abbas, numero ſexto, & 13. & 16. & 21. Decius dicto numero octauo & alij in dicto cap. nouit, in primis Innocentium III. ibidem ſpeciatim agere de cauſa feudi in qua Anglus velut vaſſallus Gallum recognoſcebat dominum, ita vt ad eundem, vel ad eius Curiam, attento iure cognitio pertineret, vt text. habet & declarant Abbas numer. 25. & alij in dicto capit. nouit, poſt gloſſam verbo, *ad ipſum*, & notari ſolet in capit. cæterum de iudicijs, & ita non agebatur lis inter duos neminem recognoſcentes. Præterquam quod ſi attentè legamus dictum capit. nouit, inueniemus ibi non fuiſſe propoſita ea incommoda, ad quæ vitanda potuiſſet Pontifex directè cognoſcere inter tales: vnde merito ipſe doctiſsimus Innocentius in illo loco expendebat rationem peccati propter quod eccleſia adiri, & cognoſcere potuit contra Gallum monitum, & in peccato perſiſtentem.

Accedit quod ſicut Papa, ita Imperator, & Rex poſſunt eſſe iudices in ſua cauſa, ſecundum gloſſam in capit. cum veniſſent, de iudicijs, ibi: *Dic quod Papa poteſt*, quã ſequũtur Doctores cõmuniter ibidẽ, vt latè traddunt Abbas numero ſexto Decius, & Felinus à numero quinto Beroius à numer. 26. & omnes in dicto capit. cum veniſſent, & in locis per gloſſam citatis Bartolus, & omnes in l. 1. C. ne quis in ſua cauſa, Iaſſon numero quinto in l. eſt receptum, ff. de iuriſdictione poſt alios Caſtaldus de Imperatore, quæſtio. 91. Bernardus & additio regul. 581. & relati per Dueñas reg. 67. Menoch. de arbitrarijs, caſu 459. num. 60. & paſsim alij, reſoluẽtes tam Papam, quam Imperatorem Regem, & ſimiles nullum ſuperiorem recognoſcentes, regulariter in ſuis cauſis iudicare, & iudices exiſtere poſſe: ſic declarantes dictam l. 1. cum ſimilibus exceptis quibuſdam, caſibus, vt per coſdem, & per Abbatem. 1. notabili; vbi Felinus numero octauo, & alij per text. ibi in capit. 1. de probationibus, & per relatos à Menochio conſ. 2. nume. 89. Peregrinum de iure fiſci titul. de his qui iura fiſcalia, nume. 31. & Petrum Dueñas vbi ſupra, quare regulariter niſi ſpeciales cauſæ, & rationes concurrant, Romanus Pontifex cognoſcere non poterit nec iudex exiſtere competens, inter ſupremos Principes neminem in temporalibus recognoſcentes, & multo minus inter Principem ſupremum, & priuatum illi non ſubditum.

84 Colligo præterea ex dictis reten

ta

ta differentia quam ſupra ex dicto c.nouit,& alijs notabamus inter ſecularem poteſtatem reſpectu ſpiritualis,& ſpiritualem reſpectu ſecularis, veram rationem diſcriminis ob quam Pontifex & eccleſiaſtica Poteſtas poteſt in defectum iuſtitiæ cognoſcere inter ſeculares, non verò è conuerſò ſecularis inter eccleſiaſticos,etiam dato eiuſmodi deffectu: etenim eccleſiaſtica poteſtas ſi viderit eccleſiaſticos deficere in adminiſtratione iuſtitiæ,poterit vtique de cauſa quantumuis temporali cognoſcere, propter finem ſupernaturalem tranquillitatis Reipublicę quem principaliter intendit, laica verò poteſtas non ita,ob deffectum iuriſdictionis,& ſi maximè videat eccleſiaſticos ceſſare,& negligentes eſſe iniuſtitia exhibenda contra clericum.

85 Adhuc namque pro eiuſmodi defectu non poterit clericus trahi ad ſeculare iudicium,vt notant omnes in c.qualiter de iudicijs gloſſa ſummæ in fine 11.quæſtio.1. Alexandrinus, & alij in cap. ſiquis cum clerico eadem cauſa,& quæſtio. Bellamera, & alij ſuper gloſſa verſ. *Regis*, in c.filijs 16.quęſt.7.Roman. ſingul. 418. Nauarr.in capit.cum contingat, de reſcriptis remedio 1.verſic.10. cum ſequentibus.

86 Ratio elegans eſt,quia defectus iuſtitię in eccleſiaſtico iudice,licet ſufficiat, vt ad eccleſiaſticum ſuperiorem competentem recurratur,iuxta titultum de ſupplenda negligentia Prælatorum cap. nullus 17. de iure patronatus cum alijs:nuſquam tamẽ tribuit iuriſdictionem ſeculari, qui nullatenus eſt ſuperior eccleſiaſtici, capit. ſolitæ de maioritate, & obedientia,cap.vlt. in prin.de rebus eccleſiæ:præſertim in negotijs criminalibus in quibus omninò,& in diſtinctè prohibetur iudicare de crimine,aut cauſa clerici rei conuenti, vt patet ex cap.clerici c. qualiter de iudicijs, c.1. & 2.cũ alijs 11.q.1. c.2.c. ſi diligenti de foro competenti cum ſimilibus.

87 Præcipuè quia ſi eccleſiaſticus per ſuum expreſſum conſenſum, non poteſt efficere vt ſecularis iudex cõtra clericum etiam conſentientem cognoſcere poſsit cap. ſignificaſti, in fine de foro competenti , vtique non poterit per ſuum conſenſum tacitum,vel per factum aliquod,vtpotè per delictum,vel negligentiam in non miniſtranda iuſtitia,ne id quod vna via iure prohibetur temerè,& ſine lege per aliam admittatur contra regulam cum quid , libro ſexto cum vulgaribus:& ita ſi attenta mente conſideremus reperiemus ſanè ex dicto cap. qualiter, iunctis eiuſmodi rationibus improbandam fore ſententiam dictæ gloſſæ verſ. *Regis*, ibi: *Vel etiam iudex eccleſiaſticus deſes eſt*, quam in effectu probant Hugo, & Turrecremata ibidem. Et in caſu violentiæ defendit Nauarrus vbi ſupra poſt GuillelmumBenedictum, quem citat & ſatis intendit gloſſa 2. in fine in cap.Principes 25,quæſtio. 5.traddit Auferrius de poteſtate ſeculari reg.11.num.11.& reg.2.num. 30. Gabriel ad Romanum vbi ſupra verſic. *tertio deficiente*.

88 Sed difficultatem facit,quod ſecularis poteſtas in defectum eccleſiaſticę poteſt multoties ſe ingerere cõtra eccleſiaſticos, dicto cap. Principes,vbi gloſa in fine gloſa 1. in cap. tua 25. vbi Abbas de decimis gloſſa vltima in capit. quoniam 14. de officio Ordinarij intendit textus in capit. cum non ab homine in fine de iudicijs, traddunt Auferrius dicta reg.1.numero vndecimo,Nauarrus vbi ſupra poſt Guillelmum, & eſt de mente aliorum : reſpondeo

tamen quod in ea ſpecie quando iura permittunt ſeculares ſe ingerere contra eccleſiaſticos non deficit iuſticia, ſed magis ipſa poteſtas eccleſiaſtica, quæ dum propter reſiſtentiam facti, aut potentiam, & obdurationem aliquorum non poteſt perſe vlterius progredi, & occurrere malis adhuc imminentibus, & comprimere delinquentes vt oportet, iam expreſſe, aut ſaltem tacite inuocat auxilium Brachij ſecularis per quæ ſecularis poteſtas non iudicat, aut præiudicat, ſed tantummodo exauxiliatur exequendo, iuxta capit. primum de officio Ordinarij in fine cum ſimilibus, & ita intelligunt Doctores in dicto capit. Principes, gloſa penultima, vbi omnes in dicto capit. 1 Auferrius ad Capellam vbi ſupra traddunt Couarrub. practicarum 10. numero primo, Nauar. dicto capit. cum contingat, remedio. 2. Roland. conſi. 37. à prin. libro primo, late Segura in directorio iudicum, 2. part. capit. 13. à numer. 31. noſter Salcedo ad Bernardum in practica. capit. 160. apud quos eruditus lector videre poterit quãdo, & qualiter, & quibus, Brachij ſecularis auxilium concedi debeat, ad explicationem d.c. 1. cum ſimilib⁹, & legis 13. §. 1. in fine cum ſeqq. tit. 2. part. 2. Extrauagantis, & Tridẽtini ſeſ. 24. de reformatione cap. 8. & ſeſ. 25. de reformatione c. 5. ibi: *Imo caro ſi opus fuerit auxilio Brachij ſecularis.*

89 Vbi animaduerto, quod è conuerſo poteſt etiam ſecularis aliquando inuocare auxilium eccleſiaſtici ad exequutionem ſententiæ, in illis in quos exequendi ius non habet, argumento tex. in authent. ſed hodie C. de adulterijs, traddunt poſt alios Couar. dicto nu. 1. verſ. *eadem*, & Salcedo vbi ſupra numer. 10. reſoluentes cum communi in efficacia petendi huiuſmodi auxilium longam eſſe differentiam inter eccleſiaſticũ qui poteſt ſecularem cenſuris, & alijs pœnis eccleſiaſticis compellere iuxta communem per tex. ibi in c. 2. de maledicis, gloſſa & omnes in d.c. 1. cum tamen ſecularis nequeat eccleſiaſticum cogere, ſed rogare debeat, & negãte inferiore, aut differente ad eiuſdem ſuperiorem recurrere.

Iura verò (ſi quę ſunt) in quib⁹ clerici trahuntur ad ſeculare tribunal, vt in authentico vt clerici verſic. *ſi verò*, ibi: *Tunc licentiam eſſe, & ad ciuiles iudices, &c.* & in d. capit. ſi quis cũ clerico, proceduntquidem ſecundum ius antiquiſsimũ ante nouos canones, & ante dictũ c. cleriti in quibus indiſtinctè & generaliter clerici tam in criminalibus, quam in ciuilibus iudicantur per ſolos eccleſiaſticos, nec vllatenus poſſunt conueniri apud ſeculares iudices, & ita iam textus illi ſunt correcti, per iura noua ſecundum gloſſam ſecundam, & vltimam Archidiaconum, & alios in dict. cap. ſiquis. Antonium nume. 8. Abbatem. 7. Imolam. 4. & mentem omnium ibidem.

91 Et probatur hic intellectus, quoniam tex. in dicto capit. qualiter, dũ docet pro deffectu iuſtitiæ clericos in criminibus ad ſeculare iudicium trahi non poſſe ius nouum inducit, vt colligitur ex illo verbo, *prohibemus*, & ſignificat pro eiuſmodi deffectu trahi potuiſſe ſecũdum canones & iura antiqua vſque ad tempora dicti c. qualiter: quandoquidem canones in diſtincte loquẽtes nõ videbãtur locũ habere in hoc caſu ſpeciali, in quo iuſtitia ſic deficeret in eccleſiaſtico iudicio, iuxta dictum authenticum & dictum cap. ſiquis, quorum diſpoſitio ſpecialis generali dictorũ cano-

canonum derogare videbatur, ex reg.generi,libro ſexto quouſque emanauit dicti capit. qualiter prohibitio.

92 Accedit quod text.in dicto cap. qualiter ſupponit clericos ante illũ text.in criminibus pro deffectu iuſtitiæ in eccleſiaſtico, trahi potuiſſe ad ſeculare iudicium, vt patet ex littera,ibi: *Nec pro deffectu iuſtitiæ clerici trahantur,&c.* & licet Bellamera, & Doctores communiter intelligãt verba illa, *ne trahantur*,ſcilicet de facto: longe probabilius eſt Pontificem potius intellexiſſe (de iure) quod ante nouam prohibitionem de qua in dicto capit.qualiter, vigebat. Aliter enim non debuiſſet Pontifex vſqueadeo prohibere eiuſmodi tractum de facto cui per alia iuris remedia occurri potuit, & debuit; quemadmodũ occurreretur ſi poſt nouam illius capit. prohibitionem aliquis in hoc caſu clericum traxerit.

93 Nollim tamen exiſtimes textum in dicto capit. filijs in illis verbis *Regis hæc auribus intimare non differant*, pariter, & eodem modo eſſe correctum per dictum capit. qualiter,& ſimilia iura,vt perperam crediderunt Archidiaconus & alij illic, Abbas d.nu. 7.in fine, Auferrius dicta reg.2.num.30.quorum intellectum in caſu violentiæ non admiſſerunt,Nauarrus vbi ſupra, & Couar. practicarum 35.num.3.verſic.ſecundo.Etenim verius iam diu exiſtimaui ſimplicem illam intimationem de qua agit Pontifex in dicto cap. filijs,non fieri ad efectum,vt Rex iudicet, & tanquam iudex procedat, ſed tantummodo, vt moneat roget vel aliter extra iudicium, & abſque iuriſdictione agat, & inſtet apud Epiſcopum, vel Archiepiſcopum, vt rectè intellexerunt idem Archidiaconus & cæteri ibi, Abbas dicto nume.7.& alij in dicto cap. qualiter, Auferrius ad Capeliã 149. & ſatis ſuadẽt verba textus qui de ſimplici intimatione, & nihil de iudicio aut iudiciali proceſſu loquitur.

94 Verum dum tantopere iura præcludunt ſecularibus iudicibus,omnem penitus viam, & aditum procedendi contra eccleſiaſticos, vſqueadeò vt nec pro deffectu iuſtitiæ, vt vidiſti, ſeculares procedere valeant, contra eccleſiaſticas perſonas,dubia profectò reddi videtur vſitatiſsima praxis in Gallia, Hiſpania, & apud nos in his Regnis receptiſsima, cuius meminere Auferrius de poteſtate ſeculari reg. 2. fallentia 30.Nauarr.in capit. cum contingat Remedio 1.á prin,de reſcriptis & in manuali cap. 27.numer.69. Couarrub. practicarum. capit. 35. á nume.3. & poſt alios Henrriquez 2.part. ſummæ libr.14. de irregularitate,vbi Eccleſiaſticus iniuſtè procedit, & manifeſtè abutitur poteſtate nec defert appellationi ad Summũ Pontificem legitimè interpoſitæ, ſed notoriè grauat, & cenſuris opprimit,eos qui appellant, & conquæruntur: Solent ij recurrere ad ſuprema Tribunalia & Regios Senatores qui ex actis quæ ad ſe deferri faciunt, pronuntiant mittendam, & regio nomine mittũt chartam vulgo (*prouiſion Real*) ad ipſum eccleſiaſticum iudicem per quam rogant, & commendant, vt à moleſtia, & cenſuris deſiſtat, alioquin iuuent illi vt appellationi deferat, & à cenſuris abſoluat. Quod ſi eccleſiaſticus poſt ſecundã, & tertiã chartã ea in re cõceſſã nõ abſtineat, apud nos per legẽ habetur extraneus à Regno

Digitized by Google

& alias adhuc pœnas incurrit vt per Couarrub. & Henrriquez vbi ſupra.

95 Quæ ſanè praxis licet prima facie videatur repugnare textui in dicto cap.qualiter, ibi: *Ne pro defecto iuſtitiæ*, & ſupradictis, & Tridentino ſeſsio. 25. de reformatione capit. 3. verſic. *nefas*, & bullæ Cenæ de qua per Nauarrum dicto num. 69. multis tamen fundamentis defenditur per Couarrubiam,& Nauarrum dicto re medio 1.& eandem in vim priuilegij conceſi Regibus Hiſpaniç,& quibuſdam alijs á Romana Curia longe diſtantibus tuentur multi: alij verò & merito deſiderant in ea controuerſia decretum Summi Pontificis addijtis prius pro communi pace Regibus catholicis, & chriſtianiſsimis, vt ſic res dubia componatur, vt per Nauarrũ dicto nume.69. & relatos ab Henrriquez vbi ſupra littera R. qui aduertit interim per legem conſuetudine confirmatã declarari,ea in re priuilegium Apoſtolicum iuſtè fuiſſe conceſſum.

96 Si illud tandem ex prædictis inferre liceat præfatam priorem concluſionem procedere etiam in Epiſcopis intra proprias Diœceſes, ita vt quemadmodum Romanus Pontifex indirectè in finem ſupernaturalem poteſt in temporalibus iuriſdictionem exercere in quauis parte omnibus Chriſtianis, ita etiam poſsit Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu in eundem finem, vbi ſic oportet in bonum ſpirituale, & animarum ſalutem, ex Vitoria in relectione de Indis Inſulanis 1.part. nume. 29. & Patre Molina dicto verſ. *ex dictis* colu. 3.ad finem, & eſt de mente aliorum & ſatis ſuadetur ex receptiſsima Theologorum, & noſtrorum ſententia ſecũdum quam ex natura rei, & attento iure diuino quidquid poteſt Summus Pontifex in Eccleſia vniuerſali, & Orbe Chriſtiano, poteſt Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu niſi per ſacros canones, aut Pontifices prohibeatur, quæ prohibitio in his terminis non reperitur.

97 Igitur in quãdã veluti ſummã,quę dicta ſunt reducẽdo aſſerẽdũeſt ſecũdum naturales leges, & diuinas atque etiam humanas omnem temporalem iurisdictionem ex rei natura ad Principes ſeculares ſupremos, & Reipublicæ gubernatores pertinere, ſicut ad eccleſiaſticos ſpiritualem, dicto capit. cum aduerum 96. diſtinctio. atque ideò quemadmodum eccleſiaſtici Prælati in ſuis Diœceſibus, veram iuriſdictionem habent, & iure communi fundatam intentionem ſuam, iuxta capit. cuncta per mundum 9.quæſtio.3.capit.cum perſonæ de priuilegijs in 6. ſic etiam temporales Principes intra fines ſui Imperij, in temporalibus aduerſus quoſcumque eccleſiaſticos,aut temporales dominos, qui ibidem dominium, aut iuriſdictionem ſecularem habere contendunt: quam non poſſunt niſi ab ipſis ſecularibus obtinere, authentico de defenſſoribus ciuitatum, §. 1. collatione 1. capit. 1. quæ ſint regalia in vſibus feudorum probat Alexander conſi. 87.in fine libro ſexto Bertachinus de Gabellis prima part.quæſtio.2. Curtius iunior conſi.157.numer.12. Rodericus Suarez allegatione 7.nume. 7. Couarrub. practicarum capit. 4. numer.2. & capite primo eorundem practicarum numeronono,Menoch. conſi.12. à nu. 4. poteſt tamen ſecularis iurisdictio, & temporale dominium á Prælatis adquiri, aut Principum donatione aut legitima præſcriptione,vt manifeſtum eſt, & probant Couarrub.in locis citatis & Didacus Perez in proœmio ad leges fori.q.4.

Quæ

Digitized by Google

98 Quæ temporalis iuriſdictio (vt hoc etiam obliuioni non tradda-mus) duobus modis poteſt eccleſijs per Principes concedi, aut vſucapione adquiri: ſcilicet abſolutè, vt nulla penes Principē in eo loco maneat poteſtas: aut ſecundum quid, vt ſuprema poteſtas ipſi Principi reſeruetur. Licet enim nonnuli Doctores putauerint Principes non poſſe ſupremam poteſtatem alicuius loci alienare, vt refert Socinus, conſi. 275. numer. 5 libr. 2. aſſerens eſſe communem ſententiam: nihilominus verius & receptius eſt, id fieri poſſe ſi publica & neceſſaria cauſa ſuadeat; vt reſoluunt Doctores in cap. intellecto de iure iurando Albericus in c. 1. nu. 34. de officio eius Part. in l. apud hoſtes, ff. de captiuis, Socinus vbi ſupra nume. 6. Couarr. in reg. peccatum, 2. part. §. 2. nume. 9. Afflictus in dicto cap. 1. quæ ſint regalia nume. 61. Bologninus conſi. 1. nu. 162.

99 Ceterum niſi ex forma donationis, vel vſu longæuo appareat iuriſdictionem ita eſſe datam, vt nulla apud Principem maneat poteſtas, ſemper ita interpretanda eſt, vt Princeps ſupremam retineat poteſtatem argumento legis obligatione generali, ff. de pignoribus, & vt minus afferat Coronæ præiudicium iuxta capit. intellecto de iure iurando, vt poſt alios probat Afflictis in conſtitutionibus Siciliæ in proœmio, quæſtio. 3. & 4. Palatius in repetitione capit. notabili. 2. §. 1. nume. 4. Grammaticus conſi. 28. in prin. Auendaſius libr. 1. Prætorum cap. 3. nume. 2. Perez in l. 1. verb. *alos que appellaren*, titul. 1. libr. 3. ordinam. Auiles de Prętorib. capit. 1. gloſſa 1. nu. 3. id quod legibus huius Regni per ipſos allegatis conſtitutum eſt. Tametſi Felinus dicto numer. 4. exiſtimauerit in dubio temporalem poteſtatem eccleſijs datam cenſeri abſolutè, vt nulla maneat apud Principem, quod falſum eſt, & contra omnes. Niſi donatio facta ſit Sędi Apoſtolicæ aut alteri Principi, tunc enim qualitas donatarij quem non conuenit alteri Principi ſubeſſe efficit vt donatio ita interpretanda ſit, argumento capit. ad quæſtiones de ſymonia.

100 Explorati autem iuris eſt inter ea quæ ad ſupremam Principis poteſtatem pertinent de quibus in dicto capit. 1. quæ ſint regalia, præcipuum eſſe ius ferendi leges quibus Reſpublica gubernetur, vt probat, l. vltima, §. ſi enim, C. de legibus, ibi: *Leges condere ſoli Imperatori conceſſum eſt*, capit. conſtitutio. 2. diſtin. is enim qui alijs leges dare debet. opportet vt nulli in eo territorio ſubijciatur, vt in dicto l. vltima, reſoluit Baldus. nume. 3. Salicetus ad finem, idem Baldus in l. vltima, C. quibus res iudicata non noceat, Afflictus dicto capit. 1. nume. 61. Curtius iunior conſi. 1. à. numer. 25. Rippa in rubrica de conſtitutionib. numer. 7. Rebuffus ad leges Galliæ, 1. tomo titul. de cõſtitutionibus in proœmio gloſſa 1. numer. 2. Roland. conſi. 4. numer. 73. libr. 3 Azeuedo in l. 2. numer. 1. titul. 1. libr. 2. nouæ recopilationis, & probatur in l. 1. & 2. titu. 1. partita ſecunda vbi Gregorius notat & ex Philoſopho Ethicor. capit. 10. probat Soto libro primo de iuſtitia, quæſtio. 1. aticul. 3. Caſtro de lege penali libro primo, capite primo ante finem: quo fit, vt Prælati, qui à Regibus temporalia dominia, & iuriſdictionem habent Regem ipſum in ea re ſuperiorem agnoſcant, & propterea non poſſint ferre leges quibus eorum vaſſalli regantur: Sed tam ipſi quàm

vassalli Regijs legibus subijciãtur in temporalibus: & iuxta leges ciuiles causæ temporales in prædictis locis definiendæ sunt.

101 Vnde infero notabilem interpretationem, & declarationem ad text. in capit.quod clericis 9.de foro competenti,& ad cap.cum esses de testamentis cap.Romana,§.debet, de appellationibus in 6. per quæ iura recepta est Doctorum traditio in terris ecclesiæ nõ solum inter clericos, sed etiã inter laicos & in causis prophanis ius canonicum esse obseruãdũ,glossa vltima in cap.2. de delictis puerorũ glos.verbo. lex,in c.2.de arbitris in 6.glos.1.in reg.possessor,de regulis iuris in 6. Doctores in c. ecclesia de cõstitutionibus vbi Felin.â n 44.Decius â.nu.42.Angelus cons. 98.Cardinalis 73.Alex.cons.99.n.2. lib.3.Decius cons.452.n.6.& nu.25. Menochius cons.93.n.29.Hipolitus in l.vnica,C.de raptu virginũ n.194. Burgos de Paz in l.1.Tauri. nu. 601. Ioannes Gratian reg.17.num. 12. vt dicta iura & Doctores quatenus probant,& sequuntur interpretationem glossæ in d.c. quod clericis, & affirmant,in terris ecclesiæ causas clericorum contra laicos secundum ius canonicum esse decidendas, planè procedánt in terris, quæ sunt absolutè in tẽporali dominio ecclesiæ ita vt suprema, & Regia potestas sit apud ipsam ecclesiam: cum enim iam nullum alium superiorem habeant incolæ illius loci cui subijciantur, necessario sequitur legibus tantum ecclesię obligari, & per consequens secundum eas esse iudicandum:quo pacto dirimenda est illa controuersia an causæ clericorum contra laicos in terris ecclesiæ secundum ius canonicum iudicandæ sint:sic in effectu dirimit glossa vltima in dicto cap.2.de delictis puerorum,Domini cus in dicto §. debet ad finem Felinus dict.num.4.Couar.d.c.4.nu.1. & alij nouiores de quibus supra. & in his terminis procedit etiam text. in d.§.debet,& tradditio Doctorum in d. cap. ecclesia de constitutionibus, vt per Felinum nume.44. dum aiunt in terris ecclesiæ ius canonicũ esse obseruãdum inter seculares, vt per Menochium dict.n.29. 80

102 Sin autem ecclesia non habeat suprema iurisdictionem temporalẽ tunc inter laicos, & contra illos seruabitur ius ciuile, & sic procedat c. constitutus de restitutione in integrum,& doctrina Innocentij, & Felini in dicto c. solitæ & ea quæ scribunt Couarr. & Perez dictis locis quidquid multi controuertant indistinctè affirmantes causas laicorum in terris ecclesiæ secundum ius canonicum esse decidẽdas, ex dicto cap. quod clericis, in cuius specie notissimum esse debet,& presupponi Episcopum Parisiensem temporalem habere in ea vrbe iurisdictionem.

103 Neq; obstabit si quis fortiter obijciat quod vbicumque laici in foro seculari â clericis conueniuntur secundum leges ciuiles illius fori sunt iudicandi,quibus ipsi obligantur, vt si conueniantur ratione contractus vel quasi causa decidenda erit secundum leges illius loci,& tẽporis, quo contractus gestus est, vt probat. l. sf fund' 6.ff.de euictionibus l.2.ff.quemadmodum testamenta aperiantur: si verò conueniãtur ratione delicti, aut quasi, erunt obseruãdæ leges loci,& temporis quibus delictum commissum est,ex l.2.& auth.qua in Prouincia,C.vbi de crimine agi oportet: si autem ratione rei actione reali fuerint conuenti, secundum leges rei sitæ causa definietur, iuxta l. an in totũ,C. de ædificijs priuatis:eisdem enim fermè modis, quis legibus subijcitur

ijcitur, quibus forum ſortitur, vt reſoluunt Bart. receptus in l. 1. C. de ſumma Trinitate num. 14. 16. & 30. Zaſius ibidem à num. 21. & cum cõmuni Abbas in d. c. quod clericis n. 11. at in terris eccleſiæ leges ciuiles, & legitimæ conſuetudines obſeruãtur, vt probat. c. cõſtitutus de reſtitutione in integrum c. 3. de eo qui mittitur. Innocentius in cap. ſolitæ de maioritate. & ibidem Felin. nu. 4. Couar. Practicar. cap. 4. num. 2. Perez in proæmio ad leges ordinamenti veteris, q. 4. igitur in terris eccleſia cauſæ clericorum contra laicos nõ ſunt ſecundum ius canonicum, ſed ſecundum ciuile ius decidendæ: non inquam obſtat hoc argumentum quãuis tot membris conſtet, procedit enim doctrina in ipſo relata, in terris in quibus eccleſia non habeat ſupremam temporalem iuriſdictionem abſolutè, vt habent Pontifices Maximi in ſuis Dominijs, ſed ſecũdum quid, vt habent alij prælati inferiores, & domini temporales veluti dominus Archiepiſcopus Toletanus, & Compoſtellanus, nec non & domini Epiſcopi Oxomẽſes, & Seguntini, plureſque alij Prælati eccleſiaſtici multorum oppidorum ciuitatum, & villarum iuriſdictionem temporalem habentes, qui ſanè abſque dubio ſupremum Principem recognoſcunt, & recognoſcere debent, apud quẽ mãſit ſuprema temporalis iurisdictio ipſimet Principi reſeruata.

104 Animaduerto tamen quod licet prædicta concluſio, & reſolutio ſic declarata ſecundum principia iuris vera ſit, non tamen probatur in dict. cap. quod clericis, eſt enim localis illa conſtitutio (ſi expendiſti) ad clericos Pariſijs commorantes ſolum pertinens vt eius verba demonſtrant. Sicut, & illa de qua in cap. 1. de locato & in c. ſuper ſpecula de priuilegijs.

Nec nouum eſt, vt in corpore iuris inſerantur leges, & priuilegia certis tantum locis conceſſa, prout in l. 1. §. vltimo de cenſibus: atque ideo lectorem admoneo non poſſe colligi ex illo tex. illã generalem concluſionẽ, vt in terris eccleſiæ cauſæ clericorũ contra laicos ſecundum ius canonicum decidantur, nam ſi Pontifex ibidem ſimpliciter definire voluiſſet cauſas clericorum ſecundum ſacros canones eſſe decidendas, fruſtra profectò adieciſſet illa verba, *Pariſijs commorantes.*

105 Rurſus ſi ille text. ageret de terris eccleſiæ nec ad clericos tãtum, nec ad cauſas pecuniarias reſtringeretur; quoniam in illis terris ius canonicũ in omnibus cauſis ſeruatur, vt ſuperius diximus. Inſuper ex dicto cap. ſuper ſpecula, efficaciter probatur cauſas temporales in foro ſeculari non eſſe ſecundum ius canonicum decidendas Pariſijs, ſed ſecundum leges Regni, ait enim rex. *et occurrunt rarò eccleſiaſtica cauſa tales, &c.* Aperte ſenſiens oppoſitum in temporalibus quinimo Abbas, & Socinus in d. cap. quod clericis affirmant Epiſcopum Pariſienſem, non habere iuriſdictionem temporalem in tota vrbe ſed partim, vnde localis diſpoſitio priuilegium continens, ad diuerſas cauſas, vel loca trahi non debet, contra cap. ſanè de priuilegijs: longeq; aliam interpretationem habet reſpõſum illud Pontificum in dict. capit. quod clericis quam adlongum aſsignare nec modo vacat neque ad noſtrum pertinet inſtitutum: doctus vetò, & ingenioſus lector, nõ cum difficultate eam deducere poterit ex ſupradictis.

106 ſi modo illud reſtringat ad ſolos clericos Pariſijs commorantes cauſa ſtudij, quorum cauſæ pecuniariæ ſpeciali priuilegio in foro eccleſiaſ-

tico ſunt tractandę, & ideo ſecundū ius canonicum decidendæ,ſiue actores ſint,ſiue rei,nā cū tex.ille nōpoſſit procedere vbi laici à clericis cōueniuntur in foro ſeculari, quia ibi leges ciuiles obſeruantur, vt dictum eſt: neque etiam in terris eccleſię in quibus non habet ſupremam iuriſdictionem tēporalem, vt prouabimus, ſequitur neceſſariò tantum habere locum in prędictis clericis qui gratia ſtudij in ea vrbe commorantur,vt bene ſenſit gloſ.1.ibidem.

107 Probatur hæc interpretatio ex verbis tex.manifeſtè. Primo dum ait *clerici Pariſijs commorantes*,quæ verba apertè indicant conſtitutionem eſſe localem, & in alijs clericis non habere locum. Deinde ex eo quia ſumm⁹ Pontifex in eo text. eiſdem Prælatis eccleſiaſticis præcipit, vt cauſas clericorum, ſiue actores, ſiue rei fuerint ſecundum ius canonicum definiant, ſicque probat tex. apud eoſdem iudices,& in eodem foro horum clericorum cauſas eſſe iudicandas: ſed tanquam rei neceſſario conueniēdi ſunt in foro eccleſiaſtico iuxta cap. 2. de foro compet.igitur Pontifex ibi agit de ſpeciali priuilegio ſtudiorum gratia conceſſo, quo cauſæ clericorum, ſiue agant,ſiue conueniantur in foro eccleſiaſtico tractari debent.

108 Et cōfirmatur hic intellectus,quia Cæleſtinus III.conditor illius decretalis priuilegium de quo ibi reſtrinxit ad cauſas pecuniarias, quę gratia ſtudij ſæpe contingunt, quaſi in alijs ius commune ſit ſeruandum. Tandē probatur ex cap.ſuper ſpecula 28.de priuilegijs vbi text. ait paucas poſſe occurrere cauſas Pariſijs eccleſiaſticas, quę non poſsint ſtatutis canonicis definiri,ſic ſentiens, cauſas temporales,in foro ſeculari, eſſe Pariſijs, decidendas, ſecundum leges Regni, eccleſiaſticas verò,ſecundum ius canonicum.Cum igitur Cæleſtinvs Papa,ibidem definiat, cauſas clericorū, qui Pariſijs cōmorantur indiſtinctē eſſe decidèndas ſecundum ius canonicum planè ſequitur intelligi non poſſe de cauſis tēporalibus,quas clerici in foro ſeculari contra laicos mouent, & per conſequens de illis tantum,quæ tractantur in foro eccleſiaſtico,aut iure communi, quādo sunt rei, aut ſpeciali priuilegio, quando ſunt actores,& laicos conueniunt.

109 Nec nouum eſt,vt ſcholares,cleri corū priuilegijs potiantur, iuxta tex. in authent.habita,C. ne filius pro patre,& quæ multis citatis, reſoluit Horatius Lucius de priuilegijs Scholariūm, cap.2. illud autem clericis Pariſijs,commorantibus contra, & vltra ius commune conceditur,vt cum alij clerici, & ſcholares non habeant priuilegium fori,niſi quando rei ſunt iuxta tex.in d. authent.habita adiuncto.cap.2.de foro compet.hi,ſcilicet clerici Pariſijs commorantes,in gratiam ſacræ Theologiæ, etiam quādo ſunt actores clericali priuilegio fori gaudent.Vt apud nos quibus ſpeciali priuilegio huic noſtræ Academiæ Complutenſi conceſſo, ad inſtar inſignis Academiæ Salmanticenſis datum eſt, vt ſcholares, etiam actores ad ſuum iudicem omnes vocāre poſſint.

110 Id quod Summus Pontifex Cæleſtinus III. in d. c. quod clericis facere potuit,quaſi ſpiritualibus neceſſarium,ex ſuperius â nobis traddita reſolutione de iurisdictione temporali indirectè à Summis Pontificibus exercenda in finem ſupernaturalem, ſiue in bonum ſpirituale,Sicut etiam conſtituit in d.c. ſuper ſpecula, vt in eadem ciuitate ſola Theologia doceatur: & hunc intellectum ſenſiſſe videntur Cardinalis,Barbatia,& Felinus in prin.poſt gloſſam licet non explice ut

Digitized by Google

plicent: ideò autem Pontifex in dicto cap. quod clericis clericos expreſſit, vel quia ſolis clericis ſaltim in minoribus voluit priuilegium concedere, vel quia ſcholares in ea vrbe in qua ſola Theologia docetur, quaſi in via ſunt ad maiores ordines, & ideo clerici vocantur, iuxta traddita per Doctores in dicto cap. 2. de foro cõpetent.

111 Sed ad finem huius eximiæ controuerſię, vt iam illi poſtremam manum imponamus, ſentio lectorem inſigni ſciẽdi cupiditate flagrantem, quomodo in dicto cap. quod clericis accipienda ſint illa verba, *ius canonicum*, & quid canonum appellatione intelligere debeamus in cap. 1. de cõſtitutionibus & locis ſimilibus. Etenim certum eſt non ſolum decreta Conciliorum, & Romanorum Pontificum, quæ proprię canones appellãtur in cap. regula §. 1. 3. diſtinct. ſed etiam leges ciuiles Romanorum, deficientibus ſtatutis canonicis, in foro, & cauſis eccleſiaſticis eſſe ſeruandas: capit. 1. cum gloſſa 1. de noui operis nuntiatione traddunt Innocentius receptus in dict. c. quod clericis Petrus Rebuffus, 1. tomo ad leges Galliæ titul. de conſtitutionib. in proœmio gloſſa 1. à. num. 61.

112 Quinimo pleriſque placet, ciuiles cuiuſque Regni leges, deficientibus canonibus, potius quam leges Romanorum, in foro eccleſiaſtico eſſe ſeruandas, per tex. in cap. conſtitutus de reſtitutione in integrum, & cap. 3. de eo qui mittitur in poſſeſsionem. Vt poſt alios latè probat Gomez Leo in Centuria iuris 14. in fine, Villalobos in Antinomia iuris cap. 1. nume. 14. Didacus Perez ad leges ordinamenti veteris in proœmio quęſt. 3. Alphõſus de Azeuedo ad leges nouæ compillationis lib. 2. titu. 1. in prin. nu. 18. igitur illa verba, *ſecundum ius canonicum*, non videntur de ſolis decretis eccleſiaſticis intelligenda.

113 Quapropter reſoluendum eſt ex Doctorum mente, tam in dicto cap. quod clericis, & in cap. eccleſia de conſtitutionibus ius canonicum in ſpecie dictæ Decretalis & ſimilium primo eſſe propriè accipiendum pro legibus eccleſiaſticis, per quas ſi caſus occurrens fuerit definitus, clericorum cauſæ iudicandę ſunt in foro eccleſiaſtico, iuxta textum in cap. dilecti de iudicijs, cap. litteras de iuramẽto calumniæ cap. 1. de dolo cap. filius cap. cum eſſes de teſtamentis: ſin autem eccleſiaſticæ leges defuerint, tunc leges ciuiles Romanorum quaſi ius canonicum in foro eccleſiæ recipientur, iuxta cap. 1. de cauſa poſſeſſionis cap. 1. & 2. de noui operis: quia vſu eccleſiæ â Summis Pontificibus in defectum canonum recipiuntur, vt prędicta iura probant, non quidem ex vi, & authoritate illarum, quæ hodie ad obligandum nulla eſt, ſed ex aprobatione eccleſię per quam in defectum ius canonicum appellari poſſunt ex reg. l. 1. §. omnia C. de veteri iure cap. ſi Apoſtolicæ, de Præbendis in 6. Quin & aliorum Regnorum legibus deficientibus Romanorum leges obſeruari iubentur, vt apud Luſitanos expreſſa lege cautum eſt, & apud nos vſu, & conſuetudine receptum, qui iure noſtro Regio deficiente ad ius ciuile recurrimus.

114 Vnde meo iudicio non videntur rectè ſenſiſſe Leo, Perez, & alij ſupra citati, qui contendunt deficientibus canonibus potius leges ciuiſq; Regni, quam Romanas in foro eccleſiaſtico eſſe obſeruandas: licet enim cuiuſque ſupremi Principis, aut Reipublicæ leges, ius cõmune rectè appellentur, vt probat Palacius in l. 1. Tauri num. 9. Segura in l. cohæredi §. cũ filiæ nume. 29. ff. de vulgari Roland. conſ. 76.

Digitized by Google

conſ. 76. num. 75. lib. 3. nihilominus non inde ſequitur in deffectum canonum, ab eccleſia eſſe ſeruandas, quoniam vſu & authoritate eccleſiæ non ita comparatum eſt: ſed quia leges Romanorum in omnibus Populis Catholicis ſunt notæ, & in Romana Curia ad quam vndique appellatur, oportebat ſanè in deffectum canonũ eas potius leges ſubſtitui, quæ in Curia, & vbique magis ſunt notæ: ſicque melius contra prædictos docuit Præpoſitus in cap. conſuetudo n. 7. 1. diſtinct.

115 Et præſtat nobis huius veritatis vrgens argumentum quod cum annis ſuperioribus in vltimo Concilio Bracharenſi in Luſitania ſpeciali conſtitutione illius antiquiſsimi Archiepiſcopatus, ſtatutum fuiſſet, vt deficientibus canonibus leges illius Regni in foro eccleſiaſtico ſeruarentur, & eiuſdem Cõcilij confirmatio à Sede Apoſtolica peteretur, mandatum fuit vt totum illud decretum tolleretur, & deficientibus legibus canonicis ſeruaretur ius ciuile Romanorum, vt conſtat ex confirmatione Apoſtolica eiuſdem Concilij.

116 Sed tamẽ ſeruari debent omninò in cauſis clericorum, leges ſeculares, quibus clerici tanquam ciues Reipublicæ obligãtur, prout ſunt leges generales omnibus communes, quę de rebus temporalibus in bonum totius Reipublicæ ſtatuunt, iuxta communẽ traditionem Doctorum in d. c. eccleſia n. 6. Abbas â n. 16. Dec. â. num. 27. Bart. in l. 1. n. 29. C. de ſumma Trinitate Rebuff. vbi ſupra num. 71. Cota in Memorabilibus, verb. *clerici obligantur*, Sylueſter verb. *lex* q. 15. Soto de iuſtitia lib. 1. q. 6. artic. 7. col. 2. ſicque ius canonicum in d. c. quod clericis, & in c. 1. de conſtitutionibus, & locis ſimilibus interpretandum eſt.

Summaria ad Controuerſiam 18.

1 *Exequari dicuntur hæc duo, lege ſeu ſtatuto ligari, & ligari iudicio.*

2 *Seculares magiſtratus cognoſcunt per recõuentionem de negotijs ciuilibus clericorum, & in aliquibus Prouincijs contra Prælatos in Regno ſuperiorem non habentes cognoſcunt Reges, & Principes ſeculares.*

3 *Manifeſtum eſt ſeculares Imperatores tuliſſe leges de tẽporalibus clericorum, & eccleſiarum cauſis diſponentes.*

4 *Refertur communis praxis vt ſeculares Magiſtratus cognoſcant de cauſa poſſeſſoria, nõ ſolum beneficij, ſed cuiuſuis alterius rei ſpiritualis, non modo contra laicum, ſed etiam contra clericum qui alterum ſpoliauit.*

5 *Communis traditio eſt ſeculares Magiſtratus cognoſcere poſſe, & iudicare de quæſtionibus facti cauſarũ ſpiritualium ſeu eccleſioſticarum.*

6 *Expenduntur verba in c. 1. de iudicijs in principio, ibi:* Florentina poteſtas, *& ibi:* ſuper poſſeſsione, vel quaſi, *& in cap. petimus 11. q. 1. ibi:* Rectorem Prouintię adire *& ibi:* quod authoritate iuditiaria.

7 *Seculares Magiſtratus cognoſcunt de cauſis poſſeſſorijs rerum eccleſieſticarum, non ſolum vim propulſando ſed iudicando, & diſiniendo.*

8 *Interdictum illud de negotijs eccleſiaſticis à laicis non tractandis de quo in cap. 2. de iudicijs ſub nomine* (laicis) *iudices comprehendit non perſonas priuatas iuriſdictionem nõ habentes.*

9 Explo-

Digitized by Google

9 *Explorati iuris est nullum iudicem iudicare posse causam in qua non iudex, sed priuatus existit vt sunt causæ ecclesiasticæ respectu secularium Magistratuum.*

10 *Diuersimodè expeditur tex. in c. 2. de inditijs ad probandum ibidem interdici laicis inditialem cognitionem rerum ecclesiasticarum, & ne circa negotia ecclesiastica inditium exerceant.*

11 *Præfatum edictum de quo in c. 2. de inditijs eximit á Synodo aduersus Principes superiorem non recognoscentes qui ecclesiastica negotia nullatenus iudicare poterunt.*

12 *Christus Redemptor noster, in lege gratiæ ecclesiasticam potestatem dedit Petro, & successoribus eius, quã nusquam legimus secularibus Principibus fuisse traditam imò derogatam.*

13 *Referuntur loci sacræ scripturæ in quibus dicta potestas Petro, & successoribus communicata est quæ non in laicos, sed in Episcopos descendit ac deribatur.*

14 *Spirituali potestati seu ecclesiasticæ tanquam digniori, temporalis, siue politica subijcitur, & Pontifices Maximi nonnullas causas ad secularem iurisdictionem spectantes ecclesiastico inditio iustè reseruarunt.*

15 *Reuocatur in memoriam quadripartita genus causarum ecclesiasticarũ.*

16 *Causa merè ecclesiastica illa est quæ secundum suam naturam terminari non valet nisi mediante cognitione supernaturalium spiritualiumq; rerum, cuius proponuntur nouulle species, & adducitur tex. in capit. etiam de ord. cognit.*

17 *Causa non merè ecclesiasticæ sunt ad quarum decisionem notitia super naturalium, seu spiritualium non indigemus quæ ecclesiastico inditio minime reseruarentur nisi iura Pontificia id statuissent.*

18 *Explicatur elegans locus Trid. sess. 24. cap. 20. de reformatione.*

19 *Ante clericorum exemptionem temporalia, & prophana ad secularem iurisdictionem pertinebant, & ex quibus causis ad forum ecclesiasticum spectare possunt.*

20 *Causæ meræ temporales secundum suã propriam naturam expediri valent sine spiritualium cognitione, & ad secularæ forum duntaxat, & in totum expectant.*

21 *Causa communis fori quamuis naturã sua temporalis sit ex iuris decisione tã ab ecclesiasticis quã à secularibus iudicibus contra personas laicas exerceri potest, & expeditur Papiniani locus in l. hereditas in fine ff. de petitione hæredit.*

22 *Causa mixti fori siue ab ecclesiastico, siue á seculari iudice, & contra laicas personas discuti, & iudicari possũe & notatur Dñs Cou. lib. 3. Var. c. 3. n. 1. vers. rursus, & vers. his tãdẽ.*

23 *Ad statuendum cuius generis qualis libet causa sit minimè attenditur origo seulex àquã talis causa emanauit, sed fori duntaxat vbi negotium agitari debet veq; est habẽda ratio legis originis aut prohibitionis quod videtur notatu dignum ac perpetuæ memoriæ commendandum.*

24 *Causæ temporales clericorũ sunt ecclesiasticæ nõ mere, vt potequæ solo iure humano ad forũ ecclesiasticũ spectant nec sunt exemptæ naturâ suâ.*

25 *Circa vindicãdũ vsurpatæ crimẽ locus erit præuentioni iudicariq; poterit; & per secularẽ, & per ecclesiasticũ iudicẽ cũ sit quid temporale non sicut hæresis cuius causa merè ecclesiastica est*

26 *Non est bona consequentia iudex ecclesiasticus procedere potest cõtra perpetrantes, hoc vel illud crimen, ergo est ecclesiasticum merè.*

27 *Laicæ personæ quamuis dignitate fulgeant, & pro tribunali sedeant nulla-*

Digitized by Google

dicẽtes de poteſtate ferẽdarũ legũ, ſicẽ etiã de facultate iudicãdi cauſas eccleſiaſticas, nõnulla ſigillatim, & in ſpetie tradderemus.

2 Et quidẽ in hac ardua, & perdifficili cõtrouerſia, vt maiori claritate, & diſtinctione qua poſsimus procedam⁹, operepræti ũ erit, argumentis qua ſi ferro viã aperire, quib⁹ procul dubio veritas quã inquirim⁹ magis ac magis elluceſcit, cõfirmaturi pri⁹ partẽ aiẽtẽ laicos ſcilicet Magiſtrat⁹, quaten⁹ tales ſũt, iudicare poſſe cauſas eccleſiaſticas, & nec nouũ, nec iuris principijs diſſonũ videtur, imò bene fundatæ iuris prudẽtiæ legib⁹ atq; præceptis cõſentaneũ, ſi adducas in memoriã doctrinã gloſſæ 2. in c. at ſi clerici de iudicijs cũ vulg. aſſerẽtis per viã recõuentionis frequẽtiſsimũ eſſe ſeculares Magiſtratus cognoſcere de negotijs ciuilibus clericorũ, quãdo laici á clericis cõuẽti ipſoſmet clericos recõueniũt in negotio aliquo ciuili, quo caſu indubitati iuris eſt, iudicẽ laicũ de cauſa ciuili clerici poſſe diſponere, & iudicare, & in nõnullis Prouintijs (& mirabile profectò eſt) Reges, & Principes ſeculares iudicãt, atq; cognoſcũt contra Prælatos eccleſiaſticos in ſuis Regnis Ordinariũ ſuperiorẽ nõ habẽtes, vt in Luſitania per ſpecialẽ ordinationẽ in ſecũdo tit. 1. in prin. atq; id, ſiue ex priuilegio, ſiue ex immemoriali cõſuetudine, quã expẽdit dicta ordinatio, quidquid in propoſito nõ fore vllã cõſuetudinẽ admittẽdã decreuerit Põtifex in c. clerici de iudic. de quo inferi⁹ dicemus latius, ſpetialem de hoc diſputationem inſtituentes.

3 Præterea, vt initio tetigimus, á pari procedũt in iure noſtro, poteſtas ferẽdi leges, cũ poteſtate iudicãdi, vt teſtãtur Archidia. Innoc. Speculator, & alij plures nuper relati, ſed Reges ſeu Principes ſeculares ferre leges poſſunt, & ferũt quotidie quibus vtimur in praxi circa eccleſiaſticanegotia, vt inducẽtes de poteſtate ferẽdarũ legũ, ſicẽ etiã de facultate iudicãdi cauſas eccleſiaſticas, nõnulla ſigillatim, & in ſpetie tradderemus.

2 Et quidẽ in hac ardua, & perdifficili cõtrouerſia, vt maiori claritate, & diſtinctione qua poſsimus procedam⁹, operepræti ũ erit, argumentis qua ſi ferro viã aperire, quib⁹ procul dubio veritas quã inquirim⁹ magis ac magis elluceſcit, cõfirmaturi pri⁹ partẽ aiẽtẽ laicos ſcilicet Magiſtrat⁹, quaten⁹ tales ſũt, iudicare poſſe cauſas eccleſiaſticas, & nec nouũ, nec iuris principijs diſſonũ videtur, imò bene fundatæ iuris prudẽtiæ legib⁹ atq; præceptis cõſentaneũ, ſi adducas in memoriã doctrinã gloſſæ 2. in c. at ſi clerici de iudicijs cũ vulg. aſſerẽtis per viã recõuentionis frequẽtiſsimũ eſſe ſeculares Magiſtratus cognoſcere de negotijs ciuilibus clericorũ, quãdo laici á clericis cõuẽti ipſoſmet clericos recõueniũt in negotio aliquo ciuili, quo caſu indubitati iuris eſt, iudicẽ laicũ de cauſa ciuili clerici poſſe diſponere, & iudicare, & in nõnullis Prouintijs (& mirabile profectò eſt) Reges, & Principes ſeculares iudicãt, atq; cognoſcũt contra Prælatos eccleſiaſticos in ſuis Regnis Ordinariũ ſuperiorẽ nõ habẽtes, vt in Luſitania per ſpecialẽ ordinationẽ in ſecũdo tit. 1. in prin. atq; id, ſiue ex priuilegio, ſiue ex immemoriali cõſuetudine, quã expẽdit dicta ordinatio, quidquid in propoſito nõ fore vllã cõſuetudinẽ admittẽdã decreuerit Põtifex in c. clerici de iudic. de quo inferi⁹ dicemus latius, ſpetialem de hoc diſputationem inſtituentes.

3 Præterea, vt initio tetigimus, á pari procedũt in iure noſtro, poteſtas ferẽdi leges, cũ poteſtate iudicãdi, vt teſtãtur Archidia. Innoc. Speculator, & alij plures nuper relati, ſed Reges ſeu Principes ſeculares ferre leges poſſunt, & ferũt quotidie quibus vtimur in praxi circa eccleſiaſticanegotia, vt inducẽtes de poteſtate ferẽdarũ legũ, ſicẽ etiã de facultate iudicãdi cauſas eccleſiaſticas, nõnulla ſigillatim, & in ſpetie tradderemus.

2 Et quidẽ in hac ardua, & perdifficili cõtrouerſia, vt maiori claritate, & diſtinctione qua poſsimus procedam⁹, operepræti ũ erit, argumentis qua ſi ferro viã aperire, quib⁹ procul dubio veritas quã inquirim⁹ magis ac magis elluceſcit, cõfirmaturi pri⁹ partẽ aiẽtẽ laicos ſcilicet Magiſtrat⁹, quaten⁹ tales ſũt, iudicare poſſe cauſas eccleſiaſticas, & nec nouũ, nec iuris principijs diſſonũ videtur, imò bene fundatæ iuris prudẽtiæ legib⁹ atq; præceptis cõſentaneũ, ſi adducas in memoriã doctrinã gloſſæ 2. in c. at ſi clerici de iudicijs cũ vulg. aſſerẽtis per viã recõuentionis frequẽtiſsimũ eſſe ſeculares Magiſtratus cognoſcere de negotijs ciuilibus clericorũ, quãdo laici á clericis cõuẽti ipſoſmet clericos recõueniũt in negotio aliquo ciuili, quo caſu indubitati iuris eſt, iudicẽ laicũ de cauſa ciuili clerici poſſe diſponere, & iudicare, & in nõnullis Prouintijs (& mirabile profectò eſt) Reges, & Principes ſeculares iudicãt, atq; cognoſcũt contra Prælatos eccleſiaſticos in ſuis Regnis Ordinariũ ſuperiorẽ nõ habẽtes, vt in Luſitania per ſpecialẽ ordinationẽ in ſecũdo tit. 1. in prin. atq; id, ſiue ex priuilegio, ſiue ex immemoriali cõſuetudine, quã expẽdit dicta ordinatio, quidquid in propoſito nõ fore vllã cõſuetudinẽ admittẽdã decreuerit Põtifex in c. clerici de iudic. de quo inferi⁹ dicemus latius, ſpetialem de hoc diſputationem inſtituentes.

3 Præterea, vt initio tetigimus, á pari procedũt in iure noſtro, poteſtas ferẽdi leges, cũ poteſtate iudicãdi, vt teſtãtur Archidia. Innoc. Speculator, & alij plures nuper relati, ſed Reges ſeu Principes ſeculares ferre leges poſſunt, & ferũt quotidie quibus vtimur in praxi circa eccleſiaſticanegotia, vt induc

tione facta oſtẽdere nõ erit difficile, igitur, &c. maior propoſitio notioreſt quã quæ aliqua indigeat probatione, minorẽ in qua tota vis argumẽti verſatur ſic probo, nõ ex vna lege, ſed ex toto titulo, C. de hæret. ſi expẽdas hæreſis cauſam merè eccleſiaſticã eſſe, vt liquido cõſtat ex c. vt inquiſitionis ver. *prohibemus*, de hæret. in 6. ſuper qua hæreſis cauſa verſari obſeruariq; quotidie in ſupremo ſacroſanctoq; iudicio rerũ fidei multa quę ſub illo tit. C. de hæret. exprimũtur, & cõtinẽtur manifeſtũ quidem eſt: ſimiliter & ſeculares Imperatores tuliſſe leges de tẽporali b⁹ clericorũ, & eccleſiarũ cauſis diſponẽtes, vt cõſtat ex integris titulis C. de Epiſ. & cleri. & C. de ſacroſant. eccleſ. poterũt ergo cognoſcere de negot. eccleſiaſtic. cũ rectè procedat conſequẽtia, & exequẽtur interſe iſta duo, ſubijci ſtatutis forumque ſortiri.

4 Rurſus vt materiã hãc altius, atq; ſubtilius attingamus eandẽ partẽ fortiter cõfirmat diuerſorũ Regnorũ, & Prouintiarũ exſubiectis (vt pareſt) eccleſiæ Romanæ viſitatiſsima, & receptiſsima praxis ſecũdũ quã Principes ſeculares eorũq; Magiſtrat⁹ frequẽter cognoſcũt, & cognouerũt ab antiquis tẽporib. memoriã hominũ ſuperãtibus, de poſſeſſorijs beneficiorũ cauſis, nõ ſolũ cõtra laicos, verũ etiã contra clericos ſpoliatores, vt teſtãtur ex noſtratibus Couar. pract. 35. n. 1. Gutier. in q q canonic. c. 34. nmu. 22. cũ ſeqq. & in pract. lib. 1. q. 20. á prin. Alba. Baez Luſitan. cõſult. 93. nu. 5. ex alijs aliorum Regnorũ authorib⁹ Burſat. cõſ. 49. n. 8. Iaco. Menoch. de recuper. Rem. 15. ex n. 10. & 9 magis eſt nõ ſolũ hi Doctores, ſed alij plures antiqui, & neoterici affirmãt, præfatã praxim iuri cõſonã eſſe, cõmuniterq; receptum, vt Magiſtratus ſeculares, cognoſcere valeãt inſpectis iuris præceptis de cauſa poſſeſſoria beneffitij, nõ ſolũ cõtra laicũ, ſed etiã contra clericũ, qui alterũ ſpo-

ſpoliauit,idéq; affirmãt de cauſa poſſeſſoria cuiuſuis alteri° rei ſpiritualis, v. g. matrimonij, decimarũ, vel alterius ſimilis, ita docuit Abb. Panor. in c.litteras de iura. calum.nu.6. & in c. nõ eſt vobis de ſpõſalib.n.9. Ioãn.de Selua,& alij plures, quorum meminit Alb.Baez vbi ſup.n.5.&in poſſeſſorio matrimonij traddiderat pri° g.1. in c. nõ eſt vobis deſpõſali.Couar. qui plures alios retulit.d.c.35.n.1.Meno.Ioã. Gutierrez,quorũ nuper meminimus: ergo iuri cõſonũ videtur q laicæ Poteſtates de negotijs eccleſiaſticis cognoſcãt,neq;enim audiẽdi ſunt Gutierrez,Couar.Valaſc. locis proximè citatis,Meno.rem.3.retinẽdæ n.327.Nauar.in c.cũ cõtingat de reſcrip. in oppoſ.cõtra primũ remediũ verſ.*ad horũ* intrepidè aſſerẽtes cauſas poſſeſſorias beneficij matrim.decimarũ ſeu aliarũ rerũ ſpiritualiũ,nõ eſſe ſpirituales,ſed prophanas, ſicut enim inferi° latiori ſermone explicabimus, multo verius eſt, q tales cauſæ poſſeſſoriæ rerũ ſpiritualiũ nõ ſolũ, vbi de titulo & proprietate tractatur, vt in terminis gloſſarũ in c. cũ dilectus 32. de electione verb.*iuramẽto*.& in d.c.litteras de iuramẽ.calũ.ſed etiã ſi ſeparatim, & ſeiũctim agatur de poſſeſſorio rei eccleſiaſticæ talẽ cauſã poſſeſſoriã ſpiritualẽ eſſe,vt ex cõmuni ſẽtẽtia poſt Abb.& alios agnouit,& probauit Auferri° ad Capellã 470.ita vt iudex,qui de cauſa poſſeſſoria rei eccleſiaſticę cognouerit manifeſtè dicẽdus ſit de re eccleſiaſtica,& ſpirituali iudicare, ſit ergo cõſequẽs rectè poſſe ſeculares Magiſtrat°,nõ ſolũ prophana, ſed eccleſiaſtica etiã tractare negotia,præſertim cũ ſi id vetat interdictũ illud.c.decernim° de iudit.quo prohibitũ fuit laicis ne agitarẽt cauſas eccleſiaſticas iusnouũ ſit, vt nõ obſcurè denotat verbũ *decernim°* de quo ibi,ſi adiũgas gloſſę doctrinã,verb.*decernim°* in Cle.perlitteras de præbẽ. & plura in id cõgeſta à Petro Rebuffo.l.1. C. de ſententijs quę pro eo notab.9.à prin.poſt Philip. Dec.& alios in d.c.decernimus, atq; ideo ante decretũ illud certũ appareat,& exploratũ,ſeculares Principes ipſorũq; Magiſtrat° de negotijs eccleſiaſticis cognouiſſe, q nõ parũ opinionẽ iſtã, quã interim probare contendimus adiuuat,atque confirmat.

5 Accedit in eandẽ partẽ ſentẽtia Bartoli,& cõmunis Doctorũ in l.Titia,ff. ſoluto matrimonio, eiuſdẽ Bartholi, & aliorũ, in l.quoties, C. de iudic. & multis alijs in locis Abbat. in c. cũ ſit generale n.17,de foro cõp. Albertini de agnoſcẽd.aſſert.Catholi.q.25.à n. 51.Iraciſc.Ripa in d.c.cum ſit generale n.17.Couar.de ſponſalib.2.p.c.8.§. 12.n.3. Bernar. & additionatoris reg. 459.Antonij de Padilla in l.1.n.57.C. de iuris & facti ignorãtia Ioan.Gutie. d.q.34.n.17. & pluriũ, quos ipſi referũt aſſerentiũ ſeculares Magiſtrat° cognoſcere poſſe,& iudicare,de qq. facti cauſarũ ſpiritualiũ,ſeu eccleſiaſticarũ, dicẽtes cõmunẽ, adeò vt aduocatorũ Magiſter Bald.in l.filium,ff. de his quĩ ſunt ſui,vel alieni iuris affirmauerit dĩ ctã cõmunẽ ex vſu cõſuetudineq; receptа in toto mũdo ſeruari,multũ(inquã)facit pro dicta parte affirmatiua iſtorũ Patruũ doctrina ex qua nõ obſcurè deducitur iudices laicos de cauſis poſſeſſorijs rerũ ſpiritualiũ poſſe iudicare,quipè in eis nõ iuris,ſed facti quæſtio verſatur,præſertim cũ Bartoli prædictorũq; ſentẽtia faciẽtiũ totã vim in eo q facti queſtio ſolũmodo agitetur procedere nõ poſſit vbi talis facti cõtrouerſia, vel alia quæcũq; contra clericũ excitatur:etenim quãuis natura ſua tẽporalis ſit, quia cõtra clericũ mouetur,efficitur eccleſiaſtica, ac ſubinde exẽpta à poteſtate ſeculari atq; ideo cõſequitur id q intendim° Magiſtratus nẽpe ſeculares de cauſis ſpiritualibus eccleſiaſticiſque negotijs recte poſſe iudicare.

Pro

6 Pro qua ſententia ruſus inter alia iuris fundamenta expẽdi poteſt rex. celebr.in c.vlt.de iudic.in princ.ibi, *Florentina poteſtas*, & ibi, *ſuper poſſeſſione, vel quaſi diffinitiuam ſententiam promulgauit*, &c.nec non text. in c.petimus 11.q.1.ibi, *ſic Florem Prouinciæ adire*, & ibi, *quod auctoritate iudiciaria*, &c. dũ in his iuribus & ſimilibus, probatur Magiſtratus ſæculares Prouintiarũque Rectores, iuxta tit.C.ſi Rector Prouintię exercere poſſe iuriſdictionẽ cõtra Prælatũ, qui per vim, & tiranidem ſe in eccleſia temere intruſit, aliũ ſpoliãdo: cõmunique praxi, & experiẽtia docemur, iudices laicos, paſſim cognoſcere cõtra clericos ſpoliatores, vt teſtatur Valaſcus d.conſulta.93.n.4.cum ſeqq. igitur laici Magiſtratus de negotijs eccleſiaſticis ſpiritualibuſq; cauſis recte iudicare poſſũt, vtſatis ex ſupradictis infertur.

7 Nec propoſitã de cauſis poſſeſſorijs rerũ ſpiritualiũ euitabit argumẽtationẽ, qui cũ Matheo de Afflict.de cis.24.Roberto Maranta, & pluribus alijs relatis a Iacobo.Menoch.d.remẽ.3.n.355.ab inſigni Couar.vbi ſupra, reſponderit, iudices ſeculares in his poſſeſſorijs nõ exercere iuriſdictionẽ aliquã, ſed tantum intendere oppreſſos tueri, vimq; repellere, per modũ cuiuſdã extraiuditiarię defenſionis, & nullatenus per viã iuriſdictionis, neque cognoſcentes iuditialiter: etenim (inquiũt dicti Patres) cũ Reges & Principes ſeculares teneantur, & debeãt (vt Catholici ſũt) rixas, & cõtrouerſias vaſſallorũ omnibus modis vitare, atq; cõponere, potiſſimũque illis incũbat repellere & propulſare, impetus, & violẽtias vulgato c.Regũ officiũ 23.q.5.ad Magiſtratũ quoque ipſos ſpectare pertinereq; videtur, ſubditos in oficio cõtinere, tueri oppreſſos, omneſq; ab impetu, & violẽtijs defẽdere, nõ in modũ iuditiarię cognitionis, ſed per viã defẽſionis cuiuſdã: vndè cõminiſcitur dicti DD. dictos Magiſtratũ minimè iudicare, nec de cauſis poſſeſſorijs rerũ eccleſiaſticarũ, ſed vim dũtaxat, atq; iniurias propulſare: reſpõſio tamen hæc vt dixi, nihil valet, facileq; cõfũditur ſi cõſideres & attendas praxim cõſuetudinẽq; receptã in his, & alijs Regnis iuxta quã ſeculares iudices, ad iſta poſſeſſoria ſolent, frequẽtiſſimeque cõſueuerũt, citare clericos ad forũ ſeculare, directè vocãtes eos in iuditiũ, & ſæpiſſimè apud Senatores Catholici Regis noſtri inſtituuntur proceſſus omninò iuditiales, & in ſupremo Senatu Regio, quãplurimę literesverè & propriè tales, atq; negotia inter partes hinc indè agitãtur, ac decidũtur per diffinitiuã ſẽtẽtiã, mandatariq; ſolent exequutioni, nõ certè aliter, nec minus iuditialiter, quã ſi alię cauſæ ſeculares, atque prophanę agitarẽtur: eſt ergò commentum, vanaque ſolutio ſeu diſtinctio illa, inter hoc q eſt in his cauſis procedere ſeculares Principes, ſiuè iudices laicos per viã iuriſdictionis, ac per modum cuiuſdã extraiuditiarię defenſionis, cõſtat enim in his & ſimilib⁹, à ſecularib⁹ iudicib⁹ ſemper fuiſſe proceſſũ iuditialiter, nõ verò extraiuditiarie, vt perperã relati Patres cõtẽdebant, ſẽperq; relinquitur liberũ eſſe ſecularib⁹ iudicib⁹ eccleſiaſtica negotia tractare iudicãdo & definiendo.

8 Vtrũ oppoſitã ſentẽtiã amplex⁹ eſt Eugenius Papa in Synodo, cui⁹ per celebre interdictum refertur in d.c. decernimus de iudic. quo cautũ fuit, ne laici eccleſiaſtica negotia tractare preſumerẽt, denotans, atque ſignificans, non poſſe laicos de negotijs eccleſiaſticis iudicare, q ſi facere contẽdiſſent præſumptionis notã incurrere, quaſi ex propria auctoritate, & nõ ſecũdũ rationẽ id præſtent,

vt interpretatur glo.2.in d.c.2. de iu dic.nec dubitari poteſt, quin Euge. Papa,ſub nomine,*laici*, iudices com prehenderit,cum vtique, ſi de priua tis perſonis ſermo fuiſſet, & non de iudicibus,exercẽtibus iuriſdictionẽ, certe nõ ſolum laici,ſed & clerici,vt priuatæ perſonę ſunt, prohiberẽtur eccleſiaſtica negotia tractare, quoniã iuriſdictione deficiẽte nullus priuatus, etſi clericus eccleſiaſtica negocia,præſertim ſpiritualia tractare poſſet,ſermo igitur fuit de iudicib⁹ laicis iudicialiter,& per modũ iuriſdictionis procedẽtibus, quos negauit Synodus poſſe tractare negotia eccleſiaſtica.

9 Cuius ſententiæ,ſeu interdicti ea viua,& ſpirans ratio eſt, quod explorati iuris ſit,nullũ iudicẽiudicare poſſe cauſam,in qua nõ iudex,ſed priuatus exiſtit, iuxta regulã text.in c. ea quæ fiunt à iudice de reg.iur.in 6. c. at ſi clerici in princ.de iudic.c.forus verſ.*iudex dictus*, de verbor. ſignific. l.3.ibi,*ſi exterſerit priuatus eſt*, ff.de offic.Præſid.quippe oportet nõ iudicare cauſas,quę ad illorũ poteſtatẽ,ſeu iuriſdictionẽ minimè pertinẽt: at eccleſiaſticæ cauſæ nullo modo pertinẽt ad poteſtatẽ, vel iuriſdictionẽ ſæcularium magiſtratuum, quatenꝰ tales ſunt.igitur,&c. probo minorem in qua tota vis collectionis cõſiſtit, ex c.vlt.in prin.de reb.eccleſ.ibi, *ob ſequẽdi manet neceſsitas nõ auctoritas impẽdi*,falſũ ergo eſt affirmare,iudices laicos de cauſis eccleſiaſticis,negotijsq; ſpiritualibus iudicare valere.

10 Nec minus iudiciariã denotauit potestatẽ illud verbũ,*tractare*,vſurpatũ à Synodo,minimè accipiendũ,de quolibet ſimplici tractãdi modo, vt aliâs accipiebat gloſ. iũcto tex.verb. *tractatus*,in d. c.tua de his quæ fiunt à Prælatis,& ſumitur in c.cum olim, verſ.*tractare*,de arbitr.cõgeſſerũt nõ nulla Franciſc.de Rippa n. 6. Philip. Dec.n.1.in d.c.decernimus, quinimò verbũ illud *tractare*, intelligendũ eſt de tractatu per modũ Imperij, & iudicialiter, vt acceptũ fuit in c. fin. de reb.eccleſ.in prin.ita vt laici prohibiti fuerint eo in loco, eccleſiaſtica negotia tractare,iudicãdo,ſeu imperãdo, tanquã iudices: cui veritati non parum fauet, titu. ſeu rubr. ſub qua tex.ille collocatus eſt,ſi veritatẽ habet illorum opinio, qui volũt iura intelligenda fore, iuxta rubr. ſub qua conſtituũtur argumento l.imperatores,ff.de in diẽ adiectione.Facit mirum in modum lectio, quæ valde placuit doctiſsimo Antonio Auguſt. in notis adprimam collection.decretal.ſub tit.de iudic.qui pro verbo *tractare* legit, *terminare*,quod apertè ſignificat directè prohiberi iudicibus laicis, ne cauſas eccleſiaſticas decidant,aut definiant auctoritatiuè,aut imperitatiuè,præſertim cũ ſi cõſulamus decreta Eugen.II. vnde tãquã quodã anfractum d. decretalis originem traxit,vt habetur 2.tom.Cõcil. pag.mihi 741.reperiemus ſanè, vbi in vulgat.legitur,*tractare*, in originali legi & haberi,*terminare*,ſuntq; non nullæ aliæ particulæ nõ adũbratè exprimẽtes prohiberi tractatũ negotiorũ eccleſiaſticorum,id eſt eorundem,iudicialẽ diſpoſitionem,exercitiumque iuſtitiæ circa talia negotia, vt adnotauit Philip.Dec. vbi proximè n.2. ſi expẽdas eiuſdẽ text.verba ibi,*eccleſiaſticam iuſtitiam exercere*, & illa,*laicorum iudicio non diſponant*, quibus nihil clariꝰ adduci poteſt ad probãdũ in ea Synodo fuiſſe laicis iudicibꝰ interdictũ,circa negotia eccleſiaſtica iudiciũ exercere, adeò vt id maiori cõfirmatione non egeat, ad quę reducẽda ſunt,quę attulerũt plures relati per Ioannẽ Gutier. in quæſtionibus canonic.c. 34.n. 25. Petrũ

Re-

Digitized by Google

Rebuffum de decimis, q. 10. à n. 1. & n. 35. cum ſeqq. Albarum Baez d. cõſult. 93. n. 1. Couar. d. c. 35. etiã nu. 1. verſ. *ſecunda*, Andreã Tiraquel. de retract. tit. 1. §. 32. gloſ. 1. à n. 80. & pluribus alijs diuerſis in locis citatis à gloſ. in d. c. decernimus.

11 Igitur retento eodem prohibitionis themate ſub illo nomine, *laici*, cõprehenduntur, & cõtinentur Reges & Principes, etiam ſuperiorem non recognoſcentes, eorumque Magiſtratus, ſæcularem iuriſdictionẽ exercẽtes, quibus interdicitur, ne in quãtum tales laica & ſæcularia negotia tractare, aut iudicare præſumant, de aljs enim, qui vt diximus nec ſæcularia tractare valent, vtpotè priuatę perſonæ, fruſtra dubitatum fuiſſet in Synodo, vtrũ eccleſiaſtica negotia tractaturi eſſẽt nec ne, quipè iuriſdictionẽ nõ habẽtes, neque eccleſiaſticã, neque ſæcularem, extra omnẽ cõtrouerſiam poſitum videretur, quod minimè eccleſiaſtica negotia, præſertim ſpiritualia, de quibus ſermo erat tractare, aut iudicare poſſent: edictũ ergo illud exiuit à Synodo aduerſus Principes & Magiſtratus, qui ſecularem iuriſdictionem obtinentes, ſæcularia laicaque negotia iudicare, tractareq; poſſunt, de priuatis enim perſonis, vt diximus fruſtra dubitaretur.

12 Atque vt quid in hac controuerſia tenendũ ſit ſtatuamus, & facilius poſsimus aperire, ac cõprehendere, quęnã ex ſuperioribus ſentẽtijs, magis amplectenda, ſequẽdaque ſit, pro tantæ difficultatis reſolutione operepretium erit prælibari nonnulla, & per ſe vtilia, & mirum in modũ cõducentia, ad veriorem declarationẽ dubitationis propoſitæ: & vt inde vndè omnis hæc controuerſia ducitur noſtra proficiſcantur notabilia, prius animaduertendum eſt, cum Roberto Bellarmi. conſumatę eruditionis viro, lib. 1. cap. 7. fratre Frãciſco de Vitoria in relect. de poteſt. ciuili ante fin. Couarr. pract. 31. nume. 2, verſ. *prima*, Almain. de poteſt. eccleſ. c. 3. Chriſtũ Redẽptorẽ noſtrum in lege gratię ſpirituale, ſeu eccleſiaſticã poteſtatem dediſſe Petro & ſucceſſoribus Põtificibus Maximis, quã nuſquã legimus, ſęcularib⁹ Principibus, aut Reipublicę ſęculari fuiſſe trãditã, aut cõmunicatã, imò derogatã, vt quã plurimã iura, ac ſacræ Paginę teſtimonia ſatis probãt, atq; confirmant, vt illud actor. 20. c. ibi, *quos Spiritus ſanctus poſſuit regere eccleſiam Dei*, & ex cap. ſolitæ de maiorit. & obedien. & ex cap. cum ad verum expẽnſi ſillis verbis, *cum ad verum vẽ rum eſt*, &c. ſatis colligitur, eſtque catholica tenẽdaque doctrina, quã ex ſanctis Patribus pluribus collectis teſtimonijs, (vt illi moris eſt) contra nonnullos hæreticos immanes, & peſtilentiſsimimas belluas, præcipuè contra Berentiũ, & Henrrichum Octauũ nefandiſsimũ Angliæ Regẽ tradit doctiſsimus Bellarminus vbi proximè, & frater Franciſcus de Vitoria loco denuo citato attullit exẽplum memorabile cuiuſdam erroris damnati à Ioanne 22. Pontifice Maximo, aduerſus Marſilium de Padua hæreticum, qui falſa ductus exiſtimatione affirmare fuerat auſus, & credere, eccleſiaſticam, ſeu ſpiritualem iuriſdictionem in Imperatoribus laicis ſæcularibusque Principibus radicatam exiſtere, cuius erroris fecerunt mentionem inſignis Couarruu. dict. verſic. *prima*, & Burſat. conſil. 125. numero 45. verſic. *Ioann. 22.*

13 Tunc verò Chriſtus Dominus B. Petro, eiuſque ſucceſſoribus poteſtatem ſpiritualem ſic cõmunicauit, quando Ioann. vlti. cap. dixit, *paſce*

ones meas, & Mathei 18.& 16.*tibi dabo claues, vt quæcumque ligaueris, &c.* & illud Pauli, *non eſt poteſtas, niſi à Deo*, & Ioan. cap. 19. *non haberes poteſtatem in me vllam niſi, &c.* cum multis alijs, quorum meminit Bellarmin. 1. par. lib. 3. ex cap. 2. controuerſ. de laicis, Pater Molina diſputat. 27. enim verò à D. Petro & ſucceſſoribus eius tanquam à capite non in laicas poteſtates, ſed in Epiſcopos Archiepiſcopos, Priores, Abbates, & alios eccleſię Prælatos deſcendit, ac deribatur, iuxta expreſſa verba, text. in cap. ita dominus, 19. diſt. ibi, *vt ab ipſo tanquam á quodam capite, &c.* ſicut rectè aduotarunt ſubtilis, & perdoctus Pater Molina diſputat. 21. Bellarmin. lib. 4. 1. par. de Romano Pontifice cap. 9. cum ſequentibus, & cap. 22. & 24. cum ſequentibus, Couarruu. in practi. cap. 1. num. 2. & dict. c. 31. nume. 2. verſ. *prima*, longo ſermone Burſat. dict. conſ. 125. á nu. 49. & 51. Nauar. in c. nouit. notab. 3. n. 81. & ante eos Cardinalis Sancti Sixti, & alij cõmentatores communiter, in d. c. ita Dominus.

14 Licet verum ſit ſpirituali poteſtati, ſeu eccleſiaſticæ, tanquam longè digniori, & excellentiori, temporalem, ſiuè politicam, tãquam ſubalternam, & illi ſubordinatam ſubijci, atque ſubmitti, qua de cauſa Pontifices Maximi diſponere poſſunt, ſępiſſimèque diſponũt circa temporalia in ordine ad finẽ ſupernaturalẽ, quẽ maximè attendunt, atque cõſiderãt, vt denotant apertiſsima verba Pontificis, in c. per venerabilem, verſ. *nationi*, ibi, *certis cauſis in ſpecĭis temporalem iuriſdictionem caſualiter exercemus*, qui filij ſint legitimi, conſtatque, ex traditis per Molin. diſput. 29. Bellarmi. d. controu. de Rom. Pont. libr. 4. cap. 6. nec nouum eſt Pontifices Maximos nonnullas cauſas ad ſæcularẽ iuriſdictionem ſpectantes eccleſiaſti co iuditio iuſtè reſeruare, & eximere â poteſtate ſæculari, quod facere poſſe indubitati iuris eſt, in ordine, ſcilicet ad finẽ ſupernaturalẽ, quem intẽdit, atq; procurat, P. in omnibus, & per omnia, ſórtiturque forũ cõtra laicos, ſæcularesque perſonas, qui in tali caſu Pontifici ſubijciuntur.

15 Pręterea conſiderabã operepretiũ me facturum ſi pro totius preſentis controuerſię explicatione, & faciliori intelligentia, reuocarem in memoriam, quadripartitum illud cauſarũ genus frequenter vſurpatũ à DD. noſtris, in c. cũ ſit generale de for. cõpet. & in ſumma 2. q. 1. & in c. nouit, de iuditijs, & in authent. clericus, C. de Epiſcop. & cleric. quibus in locis quatuor negotiorũ genera adduxerunt interpretes, Nauar. in d. c. nouit notab. 6. n. 42. Abb. & Aretin. in d. c. cũ ſit generale, n. 130. poſt gloſ. vlti. ibidẽ, Petr. Rebuf. in arborẽ exceptionũ, verſ. 2. *diuiſio*, cũ ſeqq. Mariã. in d. c. cum ſit generale n. 26. & alij cõmuniter ibidẽ, traddidit gloſ. in d. ſum. 2. q. 1. gloſ. Bald. & Salicet. in d. authen. clericus, C. de Epiſcop. & cleric. docentes, quaſdã eſſe cauſas merè eccleſiaſticas, alias eccleſiaſticas nõ merè, quaſdã ſæculares, vel tẽporales omninò, & denique nõnullas, quæ participant vtrũque extremũ, & ob id mixti fori nuncupãtur: probãtque illa duo mẽbra prioris diuiſionis in negotia merè eccleſiaſtica, & eccleſiaſtica nõ merè, ex tex. celebr. in c. vt inquiſitionis, verſ. *prohibemus*, de hęretic. in 6. vbi ſupponit Rom. Põt. tãquã certũ & exploratũ, dari cauſas eccleſiaſticas nõ merè, dũ agit de negotio merè eccleſiaſtico, in illis verbis, *merè eccleſiaſticũ*, ſũt ergo alia ex mẽte Põtificis ibidẽ, quę nõ ſũt merè eccleſiaſtica, id eſt eccleſiaſtica non merè, idẽq; denotãt tex. in c. 2. 4. q. 14 ibi,

Digitized by Google

Ibi, *eccleſiaſticum*: & in c. ſuper eo 12. ibi, *in cauſis quoque eccleſiaſticis*, de appelation. conſtat igitur ex conſenſu omnium, quadruplex eſſe cauſarum genus, aliasque eſſe cauſas merè eccleſiaſticas, quaſdam eccleſiaſticas non merè, alias temporales, & tandē nonnullas reperiri mixtas, ſeu quæ ſpectant ad vtrumque forum.

16 Quod ſi requiras certam aliquam docendi rationem, qua dignoſcere poſsimus, atque ſecernere huiuſmodi negotia, conſiderabis illam eſſe, & dici cauſam merè eccleſiaſticam, quæ ſecundum ſuam naturam terminari non valet, niſi mediante cognitione ſupernaturalium ſpiritualiumque rerum, ideoque ad iuriſdictionē ſpiritualem ſpectat, vt ſatis comprobatum eſt, vel ex ipſa cauſarum merè eccleſiaſticarū nominis ethymologia, ac notatione, manifeſteque cō firmat text. in d. verſ. *prohibemus*, qua ratione ſi controuerſia ſit de clauib° eccleſiæ, de Fide Catholica, de matrimonio, de cēſuris, cæterisque ſacramentis eccleſiæ, tanquā negotia merè eccleſiaſtica coacta iuris ratione erūt agitanda in eccleſiaſtico foro, iuxta celebre illud interdictum, de quo in d. verſ. *prohibemus*, in illis verbis (quę ita intelligenda interpretandaque ſunt) *negotijs eccleſiaſticis, & maximè de illis quæ ſpiritualia eſſe noſcuntur*, quæ ſatis innuūt, atque ſignificāt ſub nomine negotiorum ſpiritualiū cōprehendi, & cōtineri negotia omnia merè ſpiritualia, licet regulariter eccleſiaſtica nūcupētur, & nō ſpiritualia, & probat tex. optim. ad propoſitū in c. tuā de ordine cognitionū.

17 Rurſus ſunt & dicuntur cauſæ nō merè eccleſiaſticæ omnia illa negotia prophanarum, ſeu temporalium rerū, ad quarum deciſionem, notitia ſupernaturalium, ſiuè ſpiritualiū, non indigemus: ex quo videbatur tales cauſas, re vera eccleſiaſticas non eſſe, neque merè, neque nō merè, atque adeò eccleſiaſtico iuditio minimè reſeruari, & ita quidē res ſe haberet, niſi iura Pōtificia iuſtis de cauſis cōmota, ſtatuiſſent, vt tēporales, ſeu prophanas clericorū cauſas in eccleſiaſtico foro diſiniremus, inferendo nonnulla quidē negotia, ita ad forū eccleſiaſticum pertinere, vt ex ſe, & natura ſua eccleſiaſtica nō ſint, v.g. temporales ſiuè prophanę clericorū cauſæ, quas indubitatum eſt eccleſiaſtico tantū iudicio fore reſeruādas.

18 Vndè interpretari ſolco c. 20. ſeſſionis 24. de reformatione in ſancto Cōcilio Tridētino, dū affirmat multifariam, multisque modis poſſe negotia ad forum eccleſiaſticum pertinere, id eſt (vt ego interpretor) ex reſeruatione & conſtituto iure, vt omnia eccleſiarum, & clericorum negotia, tam ciuilia, quam criminalia, quæ dicuntur eccleſiaſtica nō merè, alia verò, ex ſe, & natura ſua, quæ dicuntur merè eccleſiaſtica, vt voluerit Tridentinū, idem quod dicebamus, duo ſcilicet eſſe cauſarum eccleſiaſticarum genera, quędam natura ſua, quæ merè eccleſiaſticą ſunt, alia vero iure conſtituto, & ex reſeruatione, qualia ſunt negotia tēporalia clericorum, vt ſignificant illa verba Cōcilij, *multis modis poſſe cauſas ad forum eccleſiaſticum pertinere*.

19 Aduertendum tamen eſt ante clericorum exemptionem, temporalia, & prophana ad ſæculare iuriſdictionem pertinuiſſe, ex titu. C. de ſacroſanct. eccleſ. cum ſequentibus, vſque dum Imperatores magna priuilegia clericis conceſſerunt, vt in authēt. ſtatuimus, C. de Epiſcop. & cleric. & in authentico, vt clerici apud proprios Epiſcopos, & plura ſunt de creta Sāctorū Patruū Romanorū Pōtificium, & Cōciliorū, vt in c. placuit

2.q.3.& in cap.decernimus de iudi. & alibi ſæpè,nec non ad iudicium & forum eccleſiæ quam plurimæ cauſæ ſpectare dicuntur, etiamſi natura & conditione ſua temporales ſint,atque id ex antiqua eccleſiæ conſuetudine, vt manifeſtè probat text. in c. quoniã de immunitate eccleſ. in 6. in illa diſiuntiua, *vel de antiqua conſuetudine*, & ſatis confirmat text. in c.2.de except. eod.libr. quęquidem cauſæ,etſi de ſe profanæ ſæculareſque ſint,quia tamen, vel ex reſeruatione,vel ex iure cõſtituto,vel ex antiqua cõſuetudine, iudicio tãtũ eccleſiaſtico reſeruatæ ſunt, dicuntur eccleſiaſticæ non merè.

20 Tertio loco conſtituẽdæ ſunt laicorũ cauſæ, quæ ſolũ ad ſęcularium Principũ Poteſtatẽ,& cognitionem pertinẽt, illisque in totum ſubijciũtur,quæ ſimpliciter,& abſolutè profanæ,& merè tẽporales dicuntur, & ſunt,quarũ mentio fit,in c.cũ ad verũ, 96. diſt. & in c.ſolitæ de maiorit. & obed.& in c.nouit,eadem diſt. & in c.quoniam, 10.diſt. & multis alijs in locis,in quibus ſeparatio fit eccleſiaſticæ iuriſdictionis,à ſæculari, & cauſę merè tẽporales, ſub laicorum Principũ iuriſdictione cõſtituũtur, vtpotè quę quia ſecundũ propriam naturã,& cõditionẽ,& ex ſe expediri valẽt,ſine ſpiritualiũ, aut ſupernaturaliũ cognitione,& ad ſęculare forũ dũtaxat, & in totũ ſpectant ad differentiã cauſarũ merè eccleſiaſticarũ,quæ in totũ ad eccleſiaſticã pertinent iuriſdictionẽ,& negotiorũ mixti fori,quæ neque in totũ conducũt ad forũ eccleſię,neque penitus iudicio ſæculari ſubijciuntur,ſed aliquãdo ſub iudicibus ſæcularibus, & laicis,non vnquã vero,ſub eccleſiaſticis agitãtur,vt ſtatim dicemus.

21 Denique quarto & vltimo loco vtile erit cognoſcere conditionẽ, atque naturam cauſarũ mixti fori,quarum meminit tex.in d.cap. cũ ſit generale de for.comp.ibi, *ſub quo maluerit iudice*,& in d.c.2.de except. in 6. c.quoniam,10.diſt.Trid.dict.c.20.in princ.& ſeſ.25.de refor.capi.5. verſ. *ſed liceat*, in illis verbis: *in cauſis ciuilibus ad forum eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus,contra quoſcunque etiã laicos,&c.* vbi ſinedubio egit Cõciliũ de negotijs mixti fori, etſi legas & expendas cũ iuditio Clem.2.de iudic.inuenies ibidẽ referri plura cauſarũ genera,quędã ſpirituales & eccleſiaſticæ merè,aliq; eccleſiaſticę nõ merè,& tandẽ nonnullæ mixtę, quæ apud vtrumque forũ agitari cõſueuerunt,in quibus quidẽ libertum eſt actoribus,quẽ maluerint iudicẽ adire,atq;adeò inter ſęculares,& eccleſiaſticos iudices habebit locũ præbẽtio,quo iure vtimur.Cauſa igitur cõmunis fori, ſiuè mixta, illa dicitur, quæ quantũuis eius natura inſpecta tẽporalis ſit,tamẽ ex iuris deciſione tam ab eccleſiaſticis,quã â ſæcularibus iudicibus,cõtra perſonas laicas exerceri poteſt,ex doctrina acutiſſimi Papiniani in l.hęreditas in fin. ff. de petit.hæredit.ibi,*quamuis ad conſtruendũ monumentũ nulla actione teneantur hæredes,tamẽ auctoritate Põtificali cõpelluntur ad obſequiũ ſuprema voluntatis*, quibusverbis I.Conſulteſ.Papinianus meminiſſe voluit iuriſdictionis quaſi eccleſiaſticæ, ad quam ſpectare voluit cauſã illã mixti fori, hæredes cõpellẽdi ad monumẽti cõſtructionẽ, & in c.cũ ſit generale, & in alijs iuribus,ſimiliter ex indulgẽtia & priuilegio receptisque cõſuetudinibus ſæpiſsimè cõtingit, nõnullas tẽporales cauſas in eccleſiaſtico foro tractari, vt intendũt iura expreſſa,in d.c.2.de excep.in 6.& in d.c.quoniã,10. diſt. vbi fit mẽtio tã de iure,quã de cõſuetudine, quibus nonunquã ſęcularia

negotia ad forum eccleſiaſticum deferuntur mixtaque ſunt, ſiuè mixti fori in eq. datur præbentioni locus.

22 Vndè notandus eſt Couarr. lib. 3. variar. c. 3. num. 1. verſ. *ſurſus*, & verſ. *his tandem*, dum voluit ex alijs auctoribus cauſas mixti fori illas eſſe, quas inter clericos iudicât eccleſiaſtici iudices, & inter laicos à ſecularibus Poteſtatibus deciduntur, cuius traditio præterquãquod ex dictis aperte cõtinetur pugnat manifeſtè cum Pontificio, reſponſo in d. c. cum ſit generale, vbi decidit laicos ſacrilegos, & malefactores promiſcuè puniri poſſe, ſiuè ab eccleſiaſtico, ſiuè â ſæculari iudice, & contra laicas perſonas diſcuti, & iudicari poſſe, etiã per eccleſiaſticum: quam doctrinam defendunt, & proſequuntur noſter anteceſſor Salcedo, in addit. ad practicam Bernardi c. 87. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 37. n. 6. poſt gloſ. & DD. ſcholamque communem in d. c. cũ ſit generale, & poſt Marcũ Mantuam cõſ. 256. n. 8. igitur Couarr. ſententia defendi non poteſt, ſimilique nota dignus videtur, Baptiſta de vſur. cõmen. 4. n. pen. verſ. *vndé tertia*, ſequendaq; eſt, & tenenda doctrina cõmunis ſuperius explicata, vt illæ dicãtur cauſæ mixti fori, quæ licet tẽporales ſint aliquãdo ex iure, cõſuetudine, vel priuilegio ad eccleſiaſticã, etiã iuriſdictionẽ, ſeu forum ſpectant.

23 Sed adhuc prædicta diuiſione cauſarum ſic ſtante in dignoſcendis membris eiuſdem non ſatis conueniunt DD. vt colligitur ex traddit. à Nauarr. in c. nouit de iudic. notab. 6. num. 42. á Couarr. d. lib. 3. reſolut. c. 3. num. 1. verſic. *ego*, Septimacenſi de Catholic. cap. 36. num. 1. nec mirum quod in ea re diſſentiant cum ad diſtinguendas, & explicandas prædictas cauſas, neutiquam debeant conſiderari lex, prohibitio, vel origo, à qua inceperunt, atque procedunt, ſed tantum attendi forus iuditium, ſiuè cognitio, vbi cauſa tractari debet, & poteſtas diſponendi de tali, vel tali negotio, vt ſatis indicant textus in dict. cap. cum ſit generale, & in dict. verſ. *prohibemus*, aliaque iura in quibus ad ſtatuendum, cuius generis quælibet cauſa ſit minimè attenditur origo, ſeu lex à qua talis cauſa emanauit, ſed forus dumtaxat conſideratur, vbi negotium agitari iudicarique debet: totum ergo referendum eſt ad cognitionem iuditium, aut forum, neque habenda ratio originis, legis, aut prohibitionis, ad quæ minimè attendunt iura, quæ expreſſè confirmant ſolum attendendum eſſe forum, vt in cap. quoniam, verſ. *vos*, de immunitat. eccleſ. in 6. ibi: *ſuper cauſis eccleſiaſticis, ſiuè quæ ad forum eccleſiaſticum, &c.* & ad ſeparandas & diſtinguendas cauſas mixtas ab eccleſiaſticis merè, vel non merè, vtuntur DD. illis verbis, *mixti fori*, quæ proculdubio nihil habent commune cum prohibitione origine, aut legè, quod videtur notatu dignum, ac perpetuæ memoriæ commendandum.

24 Hinc fit, quod quamuis communis Doctorum, teſtè Nauar. in d. cap. nouit notab. 6. nume. 30. corolar. 1. cum ſeqq. Mẽchaca de ſucceſſ. creat. §. 22. n. 58. Couar. practic. 31. num. 1. quamuis (inquã) communiter inter prætes. in c. quamquam de cenſib. in 6. vbi gloſ. & in c. ſi Imperator, verb. *diſcuti*, 96. diſtin. & paſsim alibi in ea fuerint ſententia, & opinione, vt exiſtimauerint, clericos iure diuino, & ex natura rei, ante omne ius humanum exemptos eſſe à poteſtate ſæculari, per dict. cap. ſi Imperator, d. c. quamquam, ibi, *quinimò &c. diuino*, nõnullaque alia fundamẽta, cũ tamẽ multo verius ſit, iure tantũ humano illis

illis competere talem exemptionē, ex cap. 2. de for. compet. iunct. titu. C. de sacrof. eccles. cum seqq. tenuit Valasc̃us cons. 100. num. 8. Couarr. pract. 31. num. 2. vers. *contraria*, P. Hē riquez in 1. par. summæ de indulgēt. lib. 7. cap. 24. num. 1. & in 2. par. libr. 10. de sacram. ordin. cap. 15. num. 4. Ledesmius, Vitoria, & Sotus ab eo relati, Ludou. Molina insignis Theolog' societatis Iesu disput. 31. vers. *tertia conclusio*, & vers. *quinta*, Cardinal. Bellarmin. 2. par. controuers. 5. lib. 1. de cleric. cap. 28. vers. *quinta cōclusio*, cum seqq. & ante omnes Innocent. in cap. 2. de maiorit. adducti ex authenticis sacræ scripturę testimonijs præcipuè ex illo Petri in 2. canonic. cap. 2. refertur in cap. magnum, 2. q. 1. ibi, *sine Regibus, sine Ducibus, &c.* & ex Paulo ad Roma. 13. habetur in c. omnis anima de cōsib. & ex reg. textus in cap. 2. de maiorit. & obedien. ibi, *Principi*, & ex alijs pluribus quibus satis ostēditur clericorum exēptionem iuris humani esse: inde tamē deducitur illorum causas, siuè ciuiles, siuè criminales, quę aliàs spirituales non sunt, non esse merè ecclesiasticas, sed ecclesiasticas non merè appellari, & existere: aliter enim si merè ecclesiasticę essent natura sua forent exemptæ, & cum solis humanis constitutionibus eximantur, tales causæ temporales clericorum, rectè dicuntur ecclesiasticæ, non merè, & non ecclesiasticæ merè & absolutè.

25 Colligitur etiam ex dictis, vsuræ crimen esse mixti fori, cuius cognitio inter laicos, tam pertinet ad ecclesiasticum, quam ad sæcularem iudicem, & dabitur pręuentioni locus, vt obseruarunt Couarr. Clar. & Baptista vbi supra, inter clericos autē ex eorum persona forus estimandus erit, secundū sē tamen, vsuræ causa, nec est merè ecclesiastica (quod planum est) neque ecclesia non mere, de qua per ecclesiasticos sæculares-que iudices cognoscitur, poterunt-que actores, quem maluerint iudicem adire, vt non possim non inuehi contra glosam in dict. cap. cum sit generale, & glosam verb. *vsuris*, in d. Clem. 2. glos. 2. in dict. cap. 2. 4. q. 1, & glosam 3. in cap. 1. de officio ordinarij, communemque opinionem plurium, quorum meminit Gamma decis. 294. Iul. Clar. dict. quæst. 37. n. 2. & verb. *vsura*, num. 7. Couarr. dict. cap. 3. in princip. asserentium, quod quemadmodum hæresis crimen ecclesiasticum est, spectans ad iudices rerum fidei priuatiuè, sic etiam vsurę causa mere ecclesiastica sit pertinēs ad iudices ecclesiasticos, & nequaquam ad iuditium sæculare: eccnim suo segladio iugulant prædictæ glosæ, & ex eo manifestè confundūtur, quod causa hæresis de se & natura sua merè ecclesiastica est, vsuræ verò causa, quid temporale, nisi personæ vsuram committentis aliud suadeat nullo modo ad forum ecclesiasticū priuatiuè pertinens, etsi vt nuper dicebamus liberum sit agentibus, in vsuræ crimine, quem maluerint iudicem adire, præsertim si repetamus ex dictis, ad dignoscendū, cuius generis causa sit tantum debemus inspicere facultatem tractandi, & iudicandi illam, & apud quos, & in quo foro tractari iudicarique debeat, & soleat: enim verò res notissima in praxi est, circa vindicandum vsuræ crimen locum esse prœuentioni, iudicarique posse, & per sæcularem, & per ecclesiasticum iudicem.

26 Neque dictarum glosarum, & sequatium vnicum fundamentum, aliquid vrget, desumptum ex nonnullis iuribus aientibus ecclesiasticos iudices procedere posse contra laicos

vsu-

Digitized by Google

vſurarios, vt in dict. Clem. 2. & in c. præterea, cap. 1. & 2. cum multis alijs de vſur. etenim non eſt bona conſequentia iudex eccleſiaſticus procedere poteſt contra perpetrãtes hoc, vel illud crimen; ergo eſt eccleſiaſticum merè, namquid vetat, quod temporalis cauſa ſit ex natura ſua, & ex iuris deciſsione ad eccleſiaſticũ pertineat, qua ratione ſit eccleſiaſtica, non merè, vel quod communis fori ſit, ſeu mixta, de qua, & ſecularis & eccleſiaſticus promiſcuè & præueniendo cognoſcere valeat: expedietur igitur eſt vſuræ cauſam mixtam eſſe, & nullo pacto merè eccleſiaſticam, neq; eccleſiaſticã nõ merè, ſed mixti fori, & ita praxis obſeruat.

27 Quibus non rudi minerua præliba-
tis, longoque repetitis principio, ſit iam tenenda concluſio in hac diſputatione, quæ ſecundam ex ſuperius propoſitis amplectitur ſententiam, & ſub tali verborum thenore continetur: laicæ perſonæ, quantumuis dignitate fulgeant, & pro Tribunali ſedeant, nullatenus cognoſcere poſſunt de negotijs merè eccleſiaſticis, neque de eccleſiaſticis non merè, licet iudicare valeant de his, quæ mixti fori extiterint, ſi eccleſiaſtici iudices non præuenerint. Quæ concluſio efficaciſsimè probata manſit, ex poſterioribus dictæ ſecundæ ſententiæ fundamentis, quibus probauimꝰ iudices laicos, nullo modo poſſe eccleſiaſtica negotia tractare: & illa eſt allegãs, & potiſsima ratio, quia omnis tractatus rerum ſpiritualium, & eccleſiaſticarum laicis iudicibus prohibitus fuit in Synodo relato, in dict. c. 2. de iudit. vbi decretum fuit generaliter, ne laici eccleſiaſtica negotia tractare præſumerent, quibus verbis fuerunt comprehenſa non tãtum ea, quæ merè eccleſiaſtica, verũ etiam illa, quæ eccleſiaſtica, nõ merè extitiſſent: quandoquidem vtraque propriè dicuntur eccleſiaſtica, vtpotè ad poteſtatem, & iuriſdictionem eccleſiaſticam pertinentia: cuius interdicti regulam, non inueni limitatam in iure noſtro, niſi in negotijs, & cauſis mixti fori: ac per conſequẽs in reliquis firma perpetuaque manet, cui adiungenda eſt percelebris illa iuriſdictionum ſeparatio, in eccleſiaſticam & ſæcularem, quas duas iuriſdictiones minimè confundere licebit, ac per conſequens eccleſiaſticus eccleſiaſtica negotia, & ſæcularis ſæcularia iudicare oportebit, neque alter alterius fines inuadet, aut limina ingredi poterit.

28 Eoque magis ac magis confirma-
bitur hęc ſententia, atque doctrina, ſi ſigillatim & in ſpecie, prioris opinionis diluerimus argumenta, quæ primo aſpectu probare videbantur eccleſiaſticam poteſtatem, quodam modo penes laicos iudices exiſtere poſſe: & quidem prius argumentum de reconuentione contra clericum actorem, verum per eam iudex laicus competẽs fiat, & à regula illa negatiua, quæ prohibet, clericum tã in criminalibus, quam in ciuilibus conueniri, aut reſpondere, apud iudicem ſæcularem cap. 2. & 1. cũ alijs 2. quæſt. 1. cap. ſi diligenti de foro cõpetent. exceptus reperiatur reconuentionis caſus (quæ in effectu nihil aliud eſt, quã quædã mutua petitio) peculiarẽ profectò quæſtionem deſiderat, ad quam doctum lectorem libenter remittimus, dum de clerico vtrum per viam reconuentionis cõueniri poſsit, coram ſæculari iudice ſignanter diſputauerimus: illud ſimiliter quod retigimus in eodem argumento de viribus conſuetudinis attribuendam iuriſdictionem laicis Poteſtatibus contra clericos, & eorum bona ſuam quoque diſputationem

expostulat, quã non multo post hãc suo loco excitabimus.

29 Secunda verò difficultas, quam formabamus arguentes à potestate ferendi leges, non solum super causis ecclesiasticis non merè, cuius generis sunt temporales clericorum, & ecclesiarum, vt in titul. C. de Episcopis, & cleric. & C. de sacros. eccles. sed etiam super merè ecclesiasticis, vt sunt hæreticos causę, atque negotia, ad potestatem iudicandi, de eisdemmet negotijs, & causis, minimè procedit, aut locum habet, si cum iuditio expendamus debilem, & infirmam esse istam consequentiam, secu lares Principes leges condere possunt, circa res & negotia ecclesiastica, ergo iudicare de illis: cuius consequentiæ, vt fallentiam & instantiã comprehendamus, oportebit distinguere genera legum sæcularium circa causas, ac res ecclesiasticas disponentium: etenim si sermo sit de legibus, ac constitutionibus Principum, quæ continentur in dictis, tit. de sacros. eccles. & de Episcop. & cleric. cum similibus, expedita res est, omnibusque nota responsio, illas editas fuisse antequam Pontifices Maximi plenè induxissent, & ampliassent percelebrem illam exemptionẽ clericis, & ecclesijs concessam, tam quã tum ad eorum personas, quam quantũ ad res, causas, atque negotia, multò quidem antea ab Imperatoribus Catholicisque Principibus incoatam, qui vt aspicimus in non paucis illorum titulorum legibus, prius quã ipsi Romani Pontifices clericos eximere cæperunt à potestate sæculari, varijs amplissimisque priuilegijs, & honoribus ecclesiæ statum, ipsorum que clericorum personas mirificè ornantes & prosequentes.

30 Sic respondent & satisfaciũt motæ ex dictis legibus difficultati, Ferdin. de Menchaca vsu frequentium, cap. 5. Boer. decis. 31. Alciat. in rubr. C. de sacros. eccles. addit. ad Abbatẽ in cap. cum sit generale de foro cõpet. post Fulgos. Paulũ Castrens. & Bald. in l. iuuemus nullam, C. de sacros. eccles. qui afferunt illorũ titulorũ leges ad negotia clericorum, eorumque personas spectantes, fuisse in lucem emissas in primordijs ecclesiæ, nedum ante plenam, sed & ante incoatam prædictam exemptionem, nullatenus his temporibus locum habituras, vt re vera non procedunt, neque vllo pacto vim habent, aut auctoritatem aliquam.

31 Quod tamen attinet ad leges ciuiles sæcularium Principum, Regum, & Imperatorum, asserentes, & statuẽtes nonnulla circa hæresis, hæreticorumque causas, longè diuersum iuditium est, si rursus distinguas, atque consideres, bipartitò cerni, intelligique posse, dictas leges, vel quatenus adiubant constitutiones Pontificias de hæreticis, hæresibusque disponẽtes, verbi gracia, si contra hæreticos ab ecclesia damnatos Potestates sæculares pœnas adijciãt ad magis, ac magis puniendum, & cohibendum, tam horrendum, & inexpiabile crimen, & ad puniendam, & comprimẽdam hæreticorum audatiam, quamuis enim illud sit hæresis ingenium, quę natura sua insolens, atque superua est, vt facilius flamas, & crucem substineat, quam vt ab errore suo diuelli patiatur, proculdubio tamen magnopere expedit respondere stulto, iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiẽs esse videatur, eritque, & est valde vtile, ac necessarium, quod Reges & Principes suis legibus, & statutis adiubent præstantissimos iudices rerum fidei, ecclesiæ auctoritatem asserant, & insanam hæreticorum maledicendi libidinem acriter comprimant,

mant, atque compescant.

32 Vel possunt considerari tales leges de hæreseos causis diffinientes, in quantum statuunt super cognitione, & decisione ipsius hęresis, & insuper offendunt, vel lędunt decreta Pontificia his de rebus statuentia: planè si in priori consideratione dictas leges ciuiles accipiamus, omnino admittendę recipiendęque sunt, vt huiusmodi crimen acrius puniatur, & magis cohiberi valeat, in qua specie prorsus cessant, atque deficiunt decreta Pontificum, & Conciliorum inhibentium sęcularibus Principibus, se inferere in negotijs ecclesiasticis, & speciatim minimè procedit, nec locum habet prohibitio, text. in cap. fin. de rebus ecclesię, ibi, *disponendi*, & ibi, *imperandi*, cuius etiam meminit text. in d. vers. *prohibemus*, quorũ iurium mens, numquã fuit, leges prędictas reijcere, quinimò eas amplecti, atque recipere, tanquam religioni, & publicę vtilitati beneficas, & amicas. In secunda verò consideratione, id est si disponant circa cognitionem, & decisionem hæresis, vel tantisper offendant, seu lędant decreta Pontificum ea de re statuentiũ, pro culdubio nihil valebunt, neque erũt obseruandæ, quin potius penitus reijciendæ, & exterminandę à finibus ecclesię Catholicæ, tanquam prohibitæ specialiter in dict. vers. *prohibemus*, cuius prohibitio, sic accipienda intelligendaque est, vt procedat in secundo proximè distinctionis mẽbro, ex quibus ad argumentum in individuo respondentes, fallit minimè que tenet, prędicta consequentia, atque collectio de potestate ferendi leges ad potestatem iudicandi, quippè legum ferendarum facultas, seu potestas, etiã circa ecclesiastica negotia modo, & ratione explicata, interdicta non est sæcularibus Principibus, attamen cognitio, atque decisio talium causarum omninò, & in specie prohibita fuit in dict. vers. *prohibemus*, & in dict. capit. fin. de rebus eccles. alijsque in locis, igitur nullo modo procedit argumentum.

33 Quam doctrinam non ineptam, neque inellegãtem didicisse fateor ab Antonio de Butrio in d. c. cum sit generale de for. compet. antequem traddiderant glosæ in Clem. ne Romani, verb. *rolli*, de elect. & in Cle. 2. verb. *furis*, in fine, quarum priorẽ communiter receptam dixit Couar. de sponsalibus, 2. par. cap. 6. in princ. num. 18. secundam verò sic intelligendam fore voluit Ioan. de Immo. in dict. Clem. 2. de iudic. num. 19. sic etiam sensit Andr. Sicul. Barbat. in dict. cap. cum sit generale num. 177. & plures relati à Couarr. & sequuti, vbi proximè, sequuntur Iacob. Menoch. de arbitrarijs casu 398. nume. 46. Ludouicus Molina doctissimus Regius Consiliarius lib. 2. de Hispa. primogen. cap. 16. num. 2. qua ratione accipere soleo leges Regias Principumque constitutiones, & statuta, siuè leges aliasvè dispositiones statuentes decidendas esse causas, delicta que punienda secundũ ius, Hispane dicimus, *segũ se hallare por derecho*, vt quantumuis causæ ecclesiasticæ sint, intelligantur, vt non solum negotia diffiniri, iudicarique debeant attentis constitutionibus Põtificijs, sed obseruatis etiam legibus sæcularibus & ciuilibus, quatenus iuri Pontificio non contradicunt, quibus in casibus dubium non est, quin collendæ obseruandęque sint in omnibus causis, atque negotijs, siuè ecclesiasticis, siuè sęcularibus, in eo sẽsu, quẽ nuper traddidimus, de qua re, & multis alijs difficultatibus, ad iurisdictionis materiam attinẽtibus, multa quidem doctè & eruditè scripta perspiciuntur

ciuntur in ſpeculo practicarum com munium cõtra communes, quod nu per in lucem ędidit doctus Hieroni mus à Ceuallos Tolletanus, quæſt. 40 3. & pluribus alijs.

34 Tertium tandem, & vltimum argumentum ad probandum Reges & Principes ſæculares, eorumque Magiſtratus poſſe cognoſcere de cauſis, ac negotijs eccleſiaſticis, ex eo quod iudicauerunt, & iudicant ſępè numerò, de poſſeſſorijs beneficiorũ, aliarumque ſpiritualium rerũ, & ex praxi cõſuetudine que recepta in ſæ cularibus auditorijs, cuius ibidem fe cimus mentionem, priuatam profe ctò diſputationem expoſcit illius nõ inſubtilis controuerſiæ, vtrum cauſa poſſeſſoria beneficij, vel alterius cu iuſuis rei ſpiritualis profana ſit, vel eccleſiaſtica, ex cuius non iniucun dæ quæſtionis reſolutione patebit reſponſio ad propoſitam à nobis ter tio loco rationem pro priori opinio ne, quam confirmare nitebamur: ne que in praxi inutile erit, ſed valde neceſſarium, ſcire ad quoſnam iudi ces pertineat, de poſſeſſorijs rerum ſpiritualium iudicare, cuius non vul garem notitiam optimum lectorem ſperamus conſequuturum, ſi animũ & mentem applicet ad ea percipienda, quę iam è beſtigio ſequuntur.

Summaria ad Controuerſiam 19.

1 *Etiam in eccleſiaſticis oportet prius de poſſeſſione, quã de proprietate agere, frequentiſſimaque ſunt lites circa poſſeſſoria beneficiorum, etiã in ſupremo Senatu Catholici Regis noſtri.*

2 *Probatur poſſeſſionem ſpiritualium, rerum & cauſam ſuper illa prophanam eſſe, & iuſtè tractari in Tribunali ſæculari.*

3 *Expenduntur quædam iura ad probandum cauſam poſſeſſoriam rerum eccleſiaſticarum prophanam eſſe.*

4 *Longè diuerſum eſt agere de titulo & proprietate ſpiritualium rerũ, quã de poſſeſſione, prior enim cauſa ſpiritualis eſt ſecunda temporalis.*

5 *Interdictum vt laici tractare non poſſint eccleſiaſtica negotia, non habet locum in poſſeſſorijs beneficiorum.*

6 *Subiectum immediatum cauſarum poſſeſſionis & proprietatis, re vera nõ eſt vnũ, ſed potius duo, & quo modo circa vnam eandemque rem diuerſæ exoriantur lites, diuerſaque actiones concurrant.*

7 *Praxis quod iudices laici cognoſcant de poſſeſſorijs rerum ſpiritualium in puncto iuris vera non eſt, nec defendi poteſt iure communi attento.*

8 *Ad obtinendum in cauſis poſſeſſorijs beneficiorum oportet oſtendere titulum, de quo ſæculares iudices, nullatenus cognoſcere poſſunt.*

9 *Clericus reus etiam ſuper rebus mere prophanis, ſolum in ſuo foro conueniendus eſt, quo caſu nihil referret, quod cauſa poſſeſſoria ſpiritualis eſſet, aut prophana.*

10 *Referuntur Doctores aſſerentes cauſam poſſeſſoriam beneficij, re vera ſpiritualem & beneficialem eſſe.*

11 *Probatur ſæcularem iudicem non poſſe cognoſcere de poſſeſſione rerum ſpiritualium, ex eo quod cauſa poſſeſſionis, & proprietatis veram habent continentiam.*

12 *Sub cognitione ſimplici venit poteſtas cognoſcendi, non tãtum ſuper petitorio, ſed etiam ſuper poſſeſſorio,*

13 De-

Digitized by Google

13 *Domini feudorum cognoſcunt de poſſeſsione & proprietate, ne diuidatur continentia cauſæ.*

14 *Vndé originem traxerint clem.2. de indit.clem.1.de ſequeſtratione clemen.1.de cauſa poſ. intrepidè aſſerentes cauſas poſſeſſorias beneficiorum aliarumque rerum ſperitualiũ beneficiales & ſpirituales eſſe.*

15 *Gloſæ minimé anſeſunt cauſas poſſeſſorias ſpiritualium rerum ſic inuerecundé prophanas appellare, ſed cum modeſtia, nun ſpirituales vocauerunt, & quomodo contingere poſſit, quod cauſa quæ ſpiritualis non eſt, ſit eccleſiaſtica non merè.*

16 *Lapſi ſunt Doctores affirmantes laicos magiſtratus poſſe cognoſcere, de cauſis poſſeſſorijs beneficiorum, etiã contra clericos.*

17 *Duo reſpectus ſubtiliter conſiderandi ſunt in cauſis poſſeßionis & proprietatis.*

18 *Quamuis nihil habeat commune proprietas cum poſſeßione, poſſeſſoriũ, tamen & petitorium, ſunt inuicem maximè connexa, & vnius notitia, valde conducit ad cognitionem alterius, & intelliguntur iura in l. nulli, C. de indic. & in cap. 1. de cauſa poſſ.*

19 *Interpretatur tex. in c. fin. de indic.*

20 *cuius interpretationem proſequitur*

21 *author ab hoc numero 19. vſque ad*

22 *n.22. inclusiué.*

23 *Intelligitur tex. in capi. petimus 11.*

24 *quæſt. 1. cuius veram mentem proſequitur author á n.23. vſque ad nu. 24. inclusiué.*

25 *Archiepiſcopi niſi in certis quibuſdam caſibus iure expreßis iuriſdictionem nullam habent in ſubditos ſuffraganeorum, ex quo notatur Berous.*

26 *Conſideratis verbis Concilij Carthaginenſis relati in dict. cap. petimus, minimè ſubſtineri poteſt Beroij intellectus.*

27 *Non eſt animus authoris damnare communem praxim Senatores cognoſcendi de poſſeſſorijs beneficiorum, & aliarum rerum ſpiritualium.*

28 *Quod attinet ad Tribunalia Regis frã eorum omnes fatentur præfatã praxim eſſe iuri communi contrariam, eamque referunt ad priuilegia Summorum Pontificum, quorum mentionem faciunt.*

29 *Probabiliter dici tentarique poteſt, quod licet prædicta praxis non appareant priuilegia Hiſpaniarũ Regibus conceſſa, aliquã tamen gratiã aliquando extitiſſe in fauorem Regum Hiſpaniæ ad iudicandũ de poſſeßorijs ſpiritualium.*

30 *Priuilegia interueniſſe probatur ex poſſeſsione immemoriali, antiquaq; conſuetudine, reponendi ſpolia, etiã contra clericos vim, & impetũ, & iniuriam ſubditorum propulſandi.*

31 *Conſuetudo immemorialis, vſusque lõgeuus, tantam vim habent, vt titulum inducant, & priuilegium oſtendant ad cognoſcendum, de dictis poſſeſſorijs, & ad violentias tollẽdas, & alia præſtanda, quæ ad Regnorũ tranquilitatem conducunt.*

32 *Iuſtiſsima clauſula Bulæ Cenæ Domini emanauit aduerſus illos, qui temerè quæſito colore violentiæ auocabãt ad ſe, cauſas eccleſiaſticas alijs demandatas.*

33 *Clauſula Bullæ Cenæ, quatenus abrogauit, omnia & ſingula priuilegia, gratias & conceſsiones, ſermonem inſtituit de cauſis criminalibus clericorum, non de ciuilibus.*

Violentia non ſublenantur à Senatoribus Regijs per viam inditiariæ cognitionis, ſed deferſionis extraordinariæ, ibidem d n.33.

34 *Circa poſſeßorium recuperandæ rei ſpiritualis opportunè conſidera-*

buntur

Digitized by Google

bunt Senatores, vtrum anni ſpatium, vel maius tempus preterierit, ex quo proponatur illata vis, quo caſu non erit procedendum per iudices ſæculares.

35 *Etiam elapſo anno competit interdictum recuperandæ, ſed non cognoſcet ſæcularis iudex.*

36 *Iuxta communem praxim de omnibus poſſeſſorijs cognoſcunt Senatores Regij, etiam contra clericos, ſed expediret vt de ſolu inter dicto recuperandæ cognoſcerent, & in alijs non viget congrua ratio ad cognoſcendum per ſæculares.*

CONTROVERSIA 19.

An Reges & Principes ſęculares, eorũq; Magiſtratus legescõdere poſsint, & iudicare de poſſeſſorijs eccleſiaſticarũ ſpiritualiũque rerũ, et quaratione intelligenda ſit quotidiana praxis, circa huiuſmodi poſſeſſoria à Regijs Senatoribus iudicanda.

1 VIm is qui deſtinauit rem petere conſultius agat, ſi prius de poſſeſsione, quã de proprietate contẽdat, atque id nõ ſolum in prophanis, & ſæcularibus cauſis, ſed etiam in negotijs eccleſiaſticis, & ſpiritualibus, beneficiorum, decimarum, matrimonij, & aliarum huiuſmodi: frequentiſsimè etiam lites exoriri conſueuerunt ſuper poſſeſſorijs ſpiritualium rerum, præcipue beneficiorum: & quod dificilius videtur nõ ſolum in eccleſiaſticis Tribunalib⁹, ſed & in ſupremo Senatu Catholici Regis noſtri, aliorũque Principum ſæcularium nõ infeliciter agitari, vt experientia docemur, obſeruat que praxis dictorum Tribunaliũ vſu conſuetudineque recepta: quare operepretium me facturum exiſtimaui ſi de hac re tantiſper diſſererẽ, q̃ venebolo lectori à lacritatẽ pariter & vtilitatẽ allaturũ ſperamus.

2 Planè poſſeſsio, & proprietas vniuſcuiuſque rei minimè negari poteſt, quod differant ſubſtantia, vulgat. §. nihil cõmune, ergo cum proprietas cuiuslibet rei ſpiritualis, manifeſtè eccleſiaſtica ſit, conſequens eſt poſſeſsionem prophanam eſſe, & ſęcularem: eademque prorſus ratione philoſophandum fore de negotijs ſuper proprietate, vel poſſeſsione talium ſpiritualium rerum emergentibus, vt quæ cauſæ emerſerint, ſuper proprietate ſpirituales ſint, quę vero circa poſſeſsionem agitabuntur prophanæ, ac ſæculares, & ſic iuri conſonam videri præfatam praxim cognoſcendi de poſſeſſorijs be-

Digitized by Google

beneficiorum, vel alterius rei ſpiritualis, quam Regis Catholici Hiſpaniarum, & multo magis Francorum Regis Tribunalia, frequentiſsimè inſectati ſunt, & infectantur quotidiè.

3 Nec ſine iuris fundamẽto, quouiã pro ea praxi frequentiſsima expendi ſolet, text. in cap. 1. 11. quæſtio. 1. ibi, *Rectorem Prouintiæ adire*, & ibi, *quod authoritate iudiciaria, &c.* & tex. in c. fin. de iudic. in princip. ibi, *Florentinã poteſtas*, & ibi, *ſuper poſſeſſione, vel quaſi diffinitiuam ſententiam promulgauit*, quatenus dicta iura docent, & probant Prouintiarum Rectores, & ita iudices laicos, iuxta tit. C. ſi Rector Prouintiæ, rectè iudicare, & cognoſcere poſſe contra Epiſcopum, qui aliũ ſpoliauit, & ſe temerè intruſit in eccleſia, vndè manifeſtè colligi videtur, ſæculares Principes ratione ſpolij cõpetẽtes eſſe, etiã cõtra ecclesiaſticas perſonas ad reponendũ ſpoliũ, vim atque impetum repellendum, pro ſua iuriſdictione.

4 Accedit lõgè diuerſum eſſe agere de titulo & proprietate ſpiritualiũ, quã de poſſeſsione, prior enim diſceptatio eccleſiaſtica quidẽ eſt, ſecũda verò prophana, vt probant plures relati â Couar. pract. 35. n. 1. ab Albaro Baez cõſult. 93. nu. 5. docuitque tex. in c. litteras de iurã. calum. iũcta gloſ. ad fin. ſequitur Nauar. in cap. cum cõtingat de reſcript. in oppoſit. contra primũ remediũ, verſ. *ad horũ*, poſt gloſ. in c. cũ dilectus 32. de electio. dixit magis cõmunẽ, Iacob. Menoch. reme. 3. retinẽdç. n. 327. ſatiſque probatur ex tex. in l. naturaliter d. §. nihil cõmune. ff. de adquir. poſſ.

5 Quid igitur mirum, quod iudices etiã laici de poſſeſsione ſpiritualiũ tãquam de re temporali cognoſcãt, quippè nullatenus cõprehendũtur ſub illo celebri interdicto, c. decernimus de iudicijs, quo prohibentur laici, id eſt Principes, Magiſtratus, & iudices ſęculares eccleſiaſtica tractare negotia: etenim poſſeſſoria matrimonij, beneficiorũ, decimarũ, & aliarũ rerũ id genus, nequaquã ſpiritualia, ſed prophana tẽporaliaque ſunt, præſertim cũ in huiuſcemodi, quęſtionib°, nõ iuris, ſed facticõtrouerſia ſit, ſuper qua laici etiã, iudicare poſſunt, ſine præſumptione aliqua, minimeque in eis procedit interdictũ prohibẽs, laicos de eccleſiaſticis tractare negotijs, imò regula illa ceſſat, & locũ non habet in huiuſmodi poſſeſſorijs natura ſua prophanis, & tantum reſpexit ſpiritualia eccleſiaſtica que negotia, & cauſas ſpirituales, nõ verò prophanas.

6 Facit ſi conſideres cauſas poſſeſſionis & proprietatis, inter alias differentiãs, ex eo inter ſe lõgè differre, quod nihil habeãt cõmune, & verſẽtur circa duo iura, interſe diuerſa, nẽpe poſſeſsionẽ & proprietatẽ, vt expendebãt Auguſtin° Ber. in rubr. de iudic. n. 11. & Abbas Pano. in c. 1. de cauſa poſſeſſ. & propriet. n. 3. & in c. vlt. n. 15. de iudic. poſt. DD. & cõmunem ſcholam, cuius meminit Bero. d. loco: etenim licet res circa quã cauſa poſſeſsionis, & proprietatis verſantur, in effectu vna ſit, & nõ plures vt exploratũ eſt, cũ circa vnã & eandẽ rẽ, habeamus poſſeſsionẽ & proprietatẽ, nihilominus ſi altius perpẽdas inuenies ſubiectũ immediatũ cauſarũ poſſeſsionis & proprietatis, re vera nõ eſſe vnũ, ſed potius duo putã ipſa poſſeſsio & proprietas, quę ſicut omninò ſeparata ſunt, atque diſtincta, ita vt in nullo cõueniant, iuxta d. §. nihil cõmune, ſic cogimur fateri cauſas poſſeſsionis & proprietatis, inter ſe ſeparatas eſſe, & hoc fuit argumẽtũ, & efficax cõſequẽtia, I. C. in d. §. nihil cõmune, ibi, *& ideo nõ de negatur, &c.* nec id nouum eſt in iure

noſ-

noſtro,ſcilicet,quod plura,qnę circa eandē rē cōcurrūt diuerſa ſint inter ſe,itē nec quod ab vna eadēque re diuerſæ exoriantur lites,& cauſę deſcendāt diſpares,atque diſtinctę,quoniā directa reiuindicatio&vtilis,quę diuerſæ ſunt actiones, cōcurrunt ſępenumerò circa vnā & eandē rē.l.1. §.qui in perpetuū,ff.ſi ager vectigalis, ſeu emphiteutica. petatur: ſimiliter videmus quotidiè duas actiones reales circa vnā eandéque rē cōcurrere,vt quando experimur rei vēdicatione,&hypotecaria ſimul,iuxta §.itē ſeruiana iuncto §.omniū, inſti. de action.quæ tamē cauſæ ſunt inter ſe diſtinctę,& nullā connexionē habentes,neque ad eundē iudicē deferuntur, fit ergo cōſequens de primo ad vltimū,cauſam poſſeſſoriā rerum eccleſiaſticarū,vtpotè de ſe tēporalē,agitari,& controuerti rectè poſſe, coram Senatoribus,&Magiſtratibus Principum ſæcularium,cum ſit quid facti prophanū,atque diſtinctum, nihil habens commune cum ipſa ſpiritualiū proprietate.

7 Verumtamen his & alijs,quę pro ſupradicta praxi,adduci excogitarique poſſunt,non obſtātibus, quę cū ad iſta reducantur facilè omittimus multo planius verius & facilius propoſitę in ſuperiori quęſtione argumētationi de cauſis poſſeſſorijs agitari ſolitis,corā iudicibus ſæcularib⁹ reſpondebimus,ſi aſſeramus in puncto iuris præfatā praxim,non eſſe veram,minimeque poſſe defendi in terminis iuris cōmunis,quo attēto multò profectò,veriuseſt,laicos iudices cognoſcere non poſſe de beneficiorum ſimiliumque rerum ſpiritualiū cauſis poſſeſſorijs. Quam concluſionē antequā comprobem, admoneo minimè pugnare cum iuſtitia praxis prædictæ, quæ ex alijs æquiſsimis principijs,ac fundamētis à nobis inferius confirmabitur,namque ſic, & in durioribus terminis, quam in his quibus proponitur eā defenduntur,& traddunt Domin.Couarr.prælti.2.3. n.4.Gutierrez in qq. canonic.c.34. nu.25.26.& 27.verſ. *in terminis*, Menoch.de recuper.reme.15.á nu.45§. Albar.Baez vbi ſupra,n.3.poſt Curt. Abb.Beroi.Immol.&plures alios,in d.c.litteras,quorū mentionem fecerunt Couarr.Menoch.Gutierrez,& Albarus Baez dictis locis dicentes cōmunē receptamque ſententiam, quę non vno ſed pluribus efficaciſſimis fundamentis ſtabiliri firmariq; poterit.

8 Pro qua aſſertione veriſsima adduco prius regulam generelem d.c. decernimus de iudicijs negatiuè ſtatuentem, ne laici eccleſiaſtica negotia tractare præſumant, quam de iudicibus Magiſtratibus, & Senatoribus loqui ſatis in ſuperioribus oſtendimus,& non legimus limitatam,neque ab ea fuiſſe receſſum, in his poſſeſſorijs beneficiorum,decimarum, matrimonij, aliarumvè ſpiritualium rerum,igitur comprehendit etiā huiuſmodi poſſeſſoria,& multo magis ſi ſermo ſit de poſſeſſorio beneficij, cum clerici neceſſe habeant docere de peritorio, iuſtificare poſſeſſionem ſuam,titulumvè probare, ad obtinendum in his cauſis, iuxta cōmunem ſententiam gloſ.ultim.in clem. 1.de cauſa poſſeſſi.& proprietat.vbi que receptam rectè Couarruu. vbi proximè,quæ docuit ſpoliatum beneficio agere non poſſe poſſeſſorio recuperandæ, vt ſibi beneficium reſtituatur, niſi aliquo modo titulum oſtendat, de quo titulo indubitati iuris eſt, ſæculares iudices, nullatenus cognoſcere poſſe, præcipuè ſi expendas cum Nauarr.& alijs clauſulam 14. Bullæ Cenæ Domini,quę incipit,*excommunicamus omnes & ſingulos*,

gatos, maximè in illis verbis, *ſub prætextu violentiæ prohibendæ*; ergo nec de poſſeſsorijs eccleſiaſticarum rerum laici iudices cognoſcere valent.

9 In ſuper, quia etiam ſi gratis concederemus cauſam poſſeſſoriam beneficij temporalem eſſe, & daremus præterea partis aduerſę fautoribus, quod talis cauſa poſſeſſoria nullam continentiam habeat cum proprietate ſpirituali cui connexa eſt, atque coniuncta (ſicuti ſtatim dicemus) nihilominus ſub dubio nõ cadit, quin contra clericos laici Magiſtratus procedere non valerent, cum expeditum ſit, & exploratum inter omnes, clericum reum ſuper rebus merè prophanis, & temporalibus conuentum ſolum in ſuo foro cõueniri poſſe, vbi ratione perſonæ ipſius rei cõuenti quodcumque negotium merè prophanum, ac temporale efficitur eccleſiaſticum non merè, priuatiueque pertinet ad iudices eccleſiaſticos, vt traddiderunt Menoch. & Nauarr. vbi ſupra, & ſunt expreſſa iura in capit. ſi diligenti de foro compet. & in capit. fin. de iudit. & in cap. qualiter eodem titu. quo fit, vt inſpectis iuris principijs cognitio ſuper poſſeſſorio ſpiritualium nullatenus ſpectare poſsit ad iudicem ſecularem.

10 Conſonat communis teſte Auſerrio ad capellam 470. Gutierrez vbi ſupra numer. 26. Albaro Baez, dicto loco, numero tertio Couarru. vbi ſupra verſic. *non oberit*, aſſerentium poſt Panormitan. & alios quos referunt cauſam poſſeſſoriam beneficij, re vera ſpiritualem, & beneficialem eſſe: vnde etiam fit laicos iudices minimè poſſe ſe ingerere ad cognoſcendum de poſſeſsionibus beneficiorum, ſeu aliorum ſpiritualium.

11 Accedit, quod ſi cauſa poſſeſſionis & proprietatis conſiderentur reſpectu ſubiecti, circa quod verſantur, cum oriantur, & pendeant ab vnica eademque re, non videtur eas diuidi aut ſeparari vlla ratione poſſe, præſertim ſi rurſus expendas alterutrius cognitionem magnopere conducere, atque conferre, adinſtituendos, & inſtruendos iudices ſuper altera, quo factum eſt, vt tales cauſæ inter ſe ita copulatæ connexæque ſint, vt vnius cognitio ab alterius cognitione pendeat, & è contra, atque adeò vtraque ad vnum eundemque iudicem neceſſario pertineat, veramque habeant continentiam, quæ viua ſpiritusque ratio eſt, ad text. in capite primo de cauſa poſſeſſ. & proprietat. & in l. nulli, ibi: *Cauſæ continentiam*, C. de iudic. traddiderunt, & ſi non ſatis rem explicantes Iacobus Menoch. recuperandæ remed. 15. numer. 219. Auguſtin. Beroi. in rubric. de iudic. numer. 58. verſic. *non obſtat*: Ioannes Gutierrez vbi ſupra, numer. 30. ex quibus non obſcurè colligitur vnum eundemque iudicem vtramq; cauſam tractaturum ne continentia diuidatur, aut de cauſa ſpirituali (qualis quoque eſt ſpiritualium poſſeſsio) laici iudices cognoſcant.

12 Vnde emanauit vera praxis (quã â iure deſcendere crebris ſermonibus vſurpare ſolebat doctiſsimorum Magiſter Baldus), vt quotieſcumque commiſſum fuerit negotium ſuper aliquo beneficio, vel alia cauſa ſpirituali, iudices commiſſarij, non ſolum cognoſcere poſsint ſuper proprietate, verum etiam ſuper poſſeſſione, quidquid ſimpliciter commiſſa ſit beneficij cauſa, neque explicatum, an ſermo ſit de poſſeſsione, an verò de proprietate, vel de vtraque, quod minimè neceſſarium eſt,

Digitized by Google

cum sub commissione simplici veniat potestas cognoscendi non tantum super petitorio, sed etiam super possessorio iuxta traddita per Menoch.d.rem.15.n.363.per Casiodor. decis. 6. de rescript. & plures alios, quos citant dicẽtes communem per tex. expres.in capit. 1. de sequæstrat. possessio.& fructuum vbi glos.verbo, *indistinctè*, signum igitur est non adumbratum, sed expressum mirum immodum connexas esse istiusmodi duas causas possessionis, & proprietatis, ita vt diuidi non possint, neque coram diuersis iudicibus agitari.

13 Ab eodemque fonte fluit, & proficiscitur quædam notanda doctrina circa materiam & speciem cap. cæterũ, de iudic. quam aduersus glossam ibidem traddunt Iul. Clar. in §. feudum quæst.90.num.9.Iacob. Menoc. vbi supra num.308. Curtius de feud. p.7.num.23. dicẽtes communem ex Immol.& Abb.alijsq; Doctorib.in d. c.cæterũ, qui docent, ex eo quod causæ feudales ad Dominorum spectent cognitionem, vtique ipsosmet Dominos cognoscere posse de causis feudalib. siuè de petitorio, siuè de possessorio agatur, quod verum quidem est, ne separetur, aut diuidatur vllo pacto continentia causæ, præstatque argumentum non leue, vt coacta iuris ratione fateamur causam possessoriã & petitoriam beneficiorum, aliorum que spiritualium, ad eundemmet iudicem pertinere.

14 Denique ex eo(ni fallimur) originem traxit, quod Clemens Quintus Pontifex Maxim. insignisque I.C. qua præditus fuit maxima eruditione atque doctrina, non in vno loco dumtaxat, sed semel iterum, & sæpe repetito sermone in Clement. 2. de iudic.in Clemẽt.1. de sequæstrat. possessio.& fruct.& tandem in Clement. 1. de causa possessio. & proprietat. intrepidè causas possessorias beneficiorum, seu aliarum rerum spiritualium, beneficiales, & spirituales appellauerit manifestè docens eiusdem quidem naturæ conditionisque esse, & peræquæ spiritualem, causam possessoriam rei spiritualis, ac ipsamet proprietas sicut intendimus.

15 Neque vnum ommittam animaduersione dignum si expendisti supra dictas glossas oppositum asserentes, quæ minimè ausæ sunt causas possessorias rerum spiritualium, sic inuerecũdè prophanas, vel temporales appellare, sed cum modestia vocauerunt eas, causas non spirituales, quo præsupposito ego sic argumentor, non est bona cõsequentia, causa hæc non est spiritualis, ergo est temporalis, & prophana, de qua seculares Magistratus cognoscere valeant, ergo quidquid daremus causas possessorias beneficiorum, spirituales non esse, nõ inde statim sequeretur illas esse prophanas, aut temporales, de quibus laici iudices cognoscere possẽt: patet antecedens, quia datur mediũ, & cõtingere potest, vt causa quæ spiritualis non est, sit ecclesiastica non merè, de qua iudex laicus cognoscere non valeat, & quod non sit temporalis, aut prophana neque spiritualis, sed vt dixi ecclesiastica nõ merè: quarum causarum ecclesiasticarum non merè expressè meminit text. sic intelligendus, in dicto capit. decernimus ibi: *Negocijs ecclesiasticis*, idest non merè ecclesiasticis ad differentiã aliorum negociorum ecclesiasticorum de quibus vlterius mentionem fecit in verbis quæ sequuntur, ibi: *Maximè de illis, quæ spiritualia esse noscuntur*, vbi de merè ecclesiasticis mentionem fecit ille textus, igitur de primo ad vltimum per argumentum ad homi-

hominem ex doctrina earũdemmet glossarum oppositum asserentium, sequitur manifestè, causas possessorias spiritualium rerum, & si maximè spirituales non sint, non tamen esse prophanas, vel temporales, sed ecclesiasticas non merè, ac per consequens laici Magistratus minimè poterunt de illis cognoscere, aut iudicare.

16 Vnde infertur lapsos fuisse plures non contemnendæ existimationis Doctores, quorum meminit Albar. Baez vbi supra, num. 9. & retulit Gutierrez dict. quæst. 34. num. 17. & 26. affirmantes laicos Magistratus posse cognoscere de causis possessorijs beneficiorum etiam cõtra clericos, quia in his & similibus negocijs non agitantur iuris sed facti quæstiones, in quibus inquiunt non procedere Synodi interdictum de quo in cap. 2. de iudic. adducti ex communi Doctorum, & præcipuè Bart. sententia in l. Titia, ff. solut. matr. sed si verum amamus decipiuntur profecto relati Doctores: etenim, vt ex dictis constat, & si causa, quę controuertitur maximè sit merè temporalis natura sua, & in qua factum, & non ius controuertitur, nihilominus mota aduersus clericum, ratione personæ efficitur ecclesiastica non merè, ac subinde ecclesiasticę iurisdictionis, exemptaque manet à Potestate secularium Magistratuum.

17 Neque progressum prædictę verisimæ resolutionis, qua diximus attento iure communi iudices laicos cognoscere non posse de possessorijs spiritualium, vtpotè quia sunt etiam spiritualia, impedire poterunt, quę initio pro contraria parte proposuimus argumenta: non primũ ex d. §. nihil cõmune, quo ex diuersitate substãtiæ possessionis, & proprietatis cõtendebamus probare ex eo quod proprietas spiritualis sit possessionem fore prophanam, & merè tẽporalẽ, quia facilè respondetur, si non in subtiliter duos respectus in his causis consideremus, & attendamus namque, causa possessionis & proprietatis dupliciter considerari comparatique possunt, aut respectu subiecti circa quod versãtur, & quatenus vna alteram adiuuat, quo pacto negari non potest, quin maximam habeant cõnexionẽ inter se, imò cõtinentiam, ita vt earũ cognitio necs diuidi, neque separari possit, sed apud vnum eundemque iudicem agitari iuxta d. l. nullũ C. de iudic. quo prætextu, & fundamento, ratione dictę connexionis, & continentiæ, dicimus causam possessoriam spiritualium, spiritualem quoque esse, & non temporalem, neque prophanã, modo superius explicato.

18 Neque erit habenda ratio alterius respectus dictarum causarum possessionis, & proprietatis, scilicet prout versantur circa duo iura, puta possessionẽ, & proprietatem, quę sunt subiectum immediatum earumdem, qua ratione fateri cogimur ipsas importare, & præse ferre diuersitatem aliquã iuxta d. §. nihil commune, & traddita à Panorm. in cap. fin. de iudic. num. 15. & ab August. Beroi. in rubr. eod. tit. num. 11. & cõmuniter à Doctoribus ibidem; præsertim cum attento iure ciuili ipsamet possessoria remedia à petitorijs prorsus separata distincta que sint, atque ideò necesse, vt secundum eandem considerationem causæ etiam interse separatæ distinctęque maneant, iuxta mentem l. C. in d. §. nihil cõmune, etenim si attendamus ad subiectũ, atque materiã sit per quas, & in qua cõsistũt possessio atque proprietas, inueniemus sibi inuicem esse connexas ex tex. in l. per procuratorem, C. de adquir. possess. & in l. 1. in prin. ff. eod. tit. ibi: *Dominiq́ue rerũ*, idemque iudicium esse debere de causis possessorijs iuxta text.

in l. exitus, ff. eod. titul. quippè vna admodum conferre videtur, vt iudex instruatur ad alterius decisionem: indeque fluxit decretum dictorum iuriũ in l. nulli, C. de iudic. & in c. 1. de cauſ. poſſeſ. & proprietat. vt licet ſecũdum iuris ciuilis ſubtilitatẽ huiuſmodi cauſæ omnino ſeparatæ ſint nihilque habeant cõmune, quemadmodũ diuerat. l. C. de poſſeſsione, & proprietate loquens in d. §. nihil cõmune, & ſicuti res ſeparatæ, & omninò diſtinctæ proculdubio, poſſent ad diuerſos iudices deferri propter reg. rext. in cap. cum ſit generale de for. comp. nihilominus tantum valuit apud Imperatores, & Pontifices Maximos illa naturalis connexio, quam habent huiuſmodi duæ cauſæ interſe, vt alterutrius cognitio ad alterius cognitionẽ magnopere conferat, vt ſpeciali iuris priuilegio decreuerint ne diuideretur iſtarũ cauſarum continentia, ſed apud vnum eundemque iudicem tractarentur, nõ obſtãte ſubtilitate iuris ciuilis de qua in d. §. nihil cõmune, quæ diuerſam inſpectionẽ habet: igitur ad argumẽtũ in forma reſpondemus, licet nihil habeat commune proprietas cum poſſeſsione, poſſeſſorium tamen, & petitoriũ ſunt inuicem maximè cõnexa, quia vnius notitia valde conducit ad cognitionem alterius, ideòque opere prætium viſum eſt noui iuris conditoribus ne cõtinentia cauſæ diuideretur, quin potius in vno eodemque tribunali cauſa poſſeſsionis, & proprietatis terminarẽtur, & hoc iure vtimur

19 Deciſio verò Pontificia in qua perperam nituntur oppoſitę ſententiæ fautores in c. fin. de iudic. non difficilem habet ſolutionem ſi expẽdas nõ fuiſſe controuerſiam de poſſeſſorio rei ſpiritualis, vel iuris eligẽdi ad dignitatem aliquam eccleſiaſticam, ſed actum fuiſſe ibidem de poſſeſsione, vel quaſi, rei tẽporalis, ideſt illius electionis Rectoris Prę ſidis, ſiuè Regentis officium illud quod re vera dignitas erat ſæcularis: quare nihil mirũ, ſi Florentina poteſtas cognouerit contra ſæcularem cõmunitatẽ de qua ibi mẽtio fit, quamuis ſi lis eſſet, ſeu contentio circa ſubſtantiam illius electionis, & ageretur petitorio ſuper proprietate contra eccleſiaſticos, dubiũ eſſe non poſsit, quin eccleſiaſtica poteſtas cognoſcere non potuerit, vt diffinitum fuit in illo tex. ſatiſq; conſtabit legenti integram decretalem relatam per Bellamer. in d. c. fin. ex qua manifeſtè deducitur Rectorem de quo ibi ſecularem fuiſſe Poteſtatem, ſeu Magiſtratum, qui à ſumebatur ad officium ſeculare, & regimen Caſtri, ſeu loci de quo in d. c. fin. ſic intelligunt Iacob. Menoch. Auguſt. Beroi. Couarr. & Gutierrez locis ſupra citatis poſt gloſ. & DD, communiter in d. cap. fin. ſuadeturque efficaciter ex verbis eiuſdem decretalis ad fin. ibi: *ipſius regiminis electi prædicti inutiliter elaberetur*, quæ ſuppoñũt Rectorẽ illũ nõ in perpetuũ, ſed ad tẽpus certũ fuiſſe creatũ, quod ipſo officio iũ deſerente, vel nõ Regente, inutiliter elaberetur, quod nõ omiſſerũt animaduertere Doctores communiter in eodẽ c. fi. præcipuè Abb. Panor. Ioan. Andr. & Hoſtien.

20 Quo fit vt Rector cuius meminit tex. ille non eccleſiaſticus, ſed ſecularis fuerit quippe ſi foret Rector eccleſiæ nullatenus eligi valeret ad certum tempus, ſed in perpetuum ex text. in capite 1. de capellis monachorum libr. 6. & in capit. ſanctorum 70. diſt. poſt prin. coacta igitur iuris ratione, vt dicta verba, iuris Pontificij præceptis conſonẽt, dicendum eſt Rectorem illum ſecularem fuiſſe non eccleſiaſticum.

21 Præſertim ſi conſideres nõ cũ reſtric

ſtrictione aliqua, ſed ſimpliciter & abſolutè, Rectorem nominatum, vt aliàs in cap. aduerſus in prin. de immunitat. eccleſiar. ſi verò ſermo eſſet de Rectore eccleſiaſtico nuncuparetur Rector eccleſiæ, ſiuè Parrochiæ etenim ſic nominantur qui Parroquianorũ regimen habent: nempe Rectores eccleſiæ, vel Parrochiæ iuxta vſum, & conſuetudinem loquẽdi Romanis Põtificibus familiarem, vt in capit. ex tranſmiſſa in prin. de dezim. capit. vlt. de præben. capit. de Rectoribus de clerico. egrotante. Trident. ſeſſ. 21. de reformat. capit. 6. nec non quia, ſi de Rectoræ alicuius eccleſiæ ageretur non â Caſtro, nec à loco Caſtri, neque à communitate aliqua prophana ſumeret denominationem ob eandem rationẽ, & cauſam: ergo dubitandum nõ eſt actum fuiſſe de Magiſtratu temporali, quidquid Vincentius gloſator antiquus ab interpretibus communiter reiectus in d. c. fin. conſtanter defenderit fuiſſe controuerſiam ſuper electione Rectoris eccleſiæ, & ita ſuper iure ſpirituali, vel quaſi de cuius poſſeſsione contendebatur, ſed manifeſtè deceptus fuit, quia cõtentio erat circa offi. tẽporale, cuius electio nõ iure communi, ſed ſpeciali ideſt, per præſcriptionem conſuetudinem, vel priuilegiũ pertinebat ad Abbatẽ, & cõuentum, vt animaduertit Couar. Pract. 35. num. 1. verſic. *non obſtat*, Ioann. Gutierrez canonic. 34. num. 29. poſt gloſ. 1. & DD. cõmuniter in d. c. vlt. præcipuè Abb. à nu. 5. & 10. verſ. *oppono*, Auguſt. Beroium in rubr. de iudic. nume. 61. & plures alios ibidem, & in dicto capit. fin.

22 Sed ſi lis, & contentio erat de re temporali, & iudex cognoſcens ſecularis fuit, nempe Florẽtina Poteſtas, quomodo â Poteſtate tẽporali prophanam iuriſdictionem exercente potuit ad Romanum Pontificem appellari: cum potius eſſet adeundus Princeps ſecularis cuius ſubdita erat præfata Florentina Poteſtas, etenim á ſententia, vel grauamine ſecularis ad eiuſdem ſuperiorem recurritur ex reg. text. in capit. ſi duobus 7. §. 1. de appellation. quam obiectionem propoſuit Abb. in dict. cap. fin. num. 10. verſ. *ſed contra*, Bellamera oppoſit. 2. & alij plures ibidem poſt Ioan. Andr & Hoſtien. illamque verè diſſoluunt ad quos Lectorem remittimus.

23 Si verò inſtaueris ex celebri illo loco tertij Concilij Carthaginenſis cap. 38. relato in cap. petimus 11. q. 1. ex cuius contextu clãſici decretorum interpretes communiter deducunt Principali cogendum eſſe authoritate qui plebem invaſam renuerit deſſerere, nullamque iniuriam inferri eccleſiæ ſtatui reſpondit Aurel. Epiſcopus, ſi per ſecularem Poteſtatem Prçlatus expelleretur, qui admonitus non deſtitit, noluitque deſſere replebem, quam inuaſerat, & quod magis eſt reſpondiſſe Patres Concilij præcipuè Honorius, & Vrbanus Epiſcopi, ſibi valde placere omneſqs ſtatim prorrupiſſe in illa verba ſaluataria, *omnibus placet*, ſubiungens ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſſe, *inſtum eſt, & placet*: minimè quidẽ erit indiffi cili reſponſio ſi meminerimus Carthaginenſe Concilium eo loci non approbaſſe recurſum ad Rectorem Prouintiæ per viam iuriſdictionis quaſi crederent ipſum iudicare potuiſſe, ſeu cognoſcere de meritis illius cauſæ, ſed inuocaſſe Prouintiæ Rectorem in patrocinium dumtaxat iurisdictionis eccleſiaſticæ ſpiritualiſque poteſtatis: quem intellectum planè tibi perſuadebis ſi non ſemel, ſed bis & iterum perpenderis nonnulla verba d. c. petimus

quæ manifeſtè indicant, & oſtendũt non fuiſſe adijtum Rectorem illum ſeu Poteſtatem ſecularem,vt cognoſceret, aut iudicaret, ſed vt auxilium ſeculare impartiri vellet in ſubſidiũ eccleſiæ,& poteſtatis eccleſiaſticæ tutellam & defenſionem, vt contingit quotieſcumque ſuccedit Brachij ſecularis auxilium inuocari, quod nullo modo ad præiudicandum eccleſię immunitati,ſed potius ad ea quę Deo Opt.Max. placita ſunt proſequẽdum ſemper, & vbique dirigi implórariq; conſueuit, vt dicebat Pontifex Max. in capite primo, de offic.ordina. ibi: *Non ad præiudicandum, &c.* Quæ ſequuntur.

24 Et primo loco conſiderabam illa verba Concilij, *protinus excludatur*, denotantia eiectionẽ Epiſcopi,quaſi per vim,& impetum,& non per viam iuriſdictionis, neque per ordinem iudicij,abſque alia cognitione,ita vt nihil aliud agendum eſſet per ſeculare Poteſtatem,quam Epiſcopum prædictum vim vi repellendo ſtatim excludere à loco quem inuaſerat,vt innuunt, atque ſignificant illæ particulæ *protinus excludatur*, quę repulſam celerem important, & cauſæ cognitionẽ non admittunt.Neque contradicunt alia verba eiuſdem tex. ibi: *Iudiciaria authoritate*,non enim eum habent ſenſum,vt admittẽdũ ſit,Rectorẽ Prouintię iudicare potuiſſe circa prędicti negotij ſubſtantiã,qui neq; potuit neq; debuit adiri,vt iudicaret,ſed tantũ,vt exequeretur: inquẽ vſum, recurſum ad illum approbarunt Patres Concilij, minimè tamen gentium, vt cognoſceret, ſiuè iudicaret. Dicitur autẽ *iudiciaria authoritate*, eo reſpectu, & conſideratione, quod ille Rector Prouintiæ pro ſua poteſtate, & iuriſdictione, in ſuo foro ius dicebat, cuius authoritate iudiciaria præſupoſita, credidit Concilium vires habiturum Prouintiæ Rectorem,ad repellendum, & propulſandum Epiſcopum inuaſorem, impartito Brachij ſecularis auxilio, cuius mentionem habemus in capit. vt officium verſic. *compeſcendi*, de hæret.in 6.& in capit. 1.in fin.de offic.Ordin.traddunt Roland.à Valle conſi.37.in prin. libr.1. Iacob.Menoch. de arbitr.iudic. quæſtion. caſu 452. idem dicto remedio 3.nume.360. inſignis Didac.de Couarr:Practicar.10.cap.numer. 1. & alij plures: eſtque veriſsimus intellectus ad illum tex.ſi rurſus animaduertas ſermonem fuiſſe ibidem,de excluſione cuiuſdam Epiſcopi intruſi, qui diu contempſerat parere mandatis ſuperiorum eccleſiaſticorum,aduerſus quem nullum reſtabat remedium, niſi quo ad ſeculare auxilium inuocaretur.

25 Ex quo deduces quantum ab ſcopo defecerit Auguſtin° Beroi.in rub. de iudic.nu. 39.qui in ea fuit ſententia, & opinione, vt exiſtimaret in dicto capit. petimus, non fuiſſe habitum recurſum ad Rectorem Prouintiæ ideſt ad Poteſtatem ſecularem, ſed ad Archiepiſcopum Metropolitanum nuncupatum per illa verba, *Rectorem Prouintiæ*, miror equidem Beroiũ non attendiſſe non adeò latè patere Archiepiſcoporum iuriſdictionem in Epiſcopos ſuffraganeos ipſorumque ſubditos, vt illam exercere poſsint generaliter in omnibus caſibus, quinimò ſi conſultamus Romanum Pontificem in capit. Paſtoralis in fin.principij de offic. Ordin.reperiemus ipſos: niſi incertis quibuſdam caſibus iure expretis,iuriſdictionem nullam habere in ſubditos Epiſcoporum comprouincialium, hoc eſt ſuffraganeorum,igitur afirmare non debuit Beroi.nomine Rectoris Prouintiæ ſubintellectum fuiſſe Archiepiſcopum.

Acce-

26 Accedit quod improprie loquere tur Concilium si Archiepiscopum Rectorem Prouintiæ nominasset, qui suæ Diœcesis solius non verò totius Prouintæ Rector est, in quam (vt dicebam) nullam prosus, nisi in quibusdam casibus iurisdictionem sortitur, & si cum iudicio perpendamus, loci illius Concilij Carthaginensis verba, seriem, atque contextum, & mentem grauissimorum Patruum Concilio intersessentium, inueniemus nullo pacto admitti posse prædictum August. Beroij intellectum.

27 Visis ergo atque perlectis, quæ proximè dicta sunt, ex quibus nō cū difficultatē conuincitur, possessiones spirituales quoque esse, & eiusdem clasis ac cōditionis, eiusdemque naturæ, cum proprietatibus earundem rerum, beneficiorum scilicet, dezimarum, & similiū, atque ideo ad eandem iurisdictionem spectare possessoria, & petitoria ipsorum spiritualium, vt satis cōprobauimus fortissimis adductis fundamentis, diluentes aduersæ partis argumenta: hic planè non dubito, quin eruditus lector primo aspectu miretur & obstupescat, & mihi maculam audatiæ, & temeritatis spargat, quod notissimam celebratissimamque praxim apud Hispanos, Gallos, aliasq; Nationes vsitatissimā Magistratus seculares, de possessorijs beneficiorum, dezimarum, & aliarū rerum id genus cognoscēdi, minime probare visus sim, quinimò reijcereillā: desinet tamē mirari, si rationē & causā nostri cōsilij cognouerit: nihil enim min", si memineris me solū dixisse, prædictam praxim juri cōmuni contrariam esse, quo inspecto verius quidem est iudices seculares de causis possessorijs beneficiorum, & similium rerum spiritualium præsertim contra clericos cognoscere non posse: quod etiam tradiderunt Couarr. pract. 23. num. 4. Menoch. d. rem. 15. ā n. 458. Albar' Baez Ioan. Gutierrez Abb. Imola, & plures alij relati per Beroi. in locis superius relatis dicentes communem. Nec mēs nostra est, nec fuit vnquam præfactam praxim vlla ratione damnare, sed docere cum communi grauissimorum Doctorum, prædictum vsum non cohærere cum præceptis iuris cōmunis, qui ex alijs tamē principijs rectè stabiliri fundarique potest, vt porrò quia iusta est, rationabilisq; mirum in modum illa praxis, & vsus de possessorijs spiritualium sic cognoscendi: quare desinat lector mirari, & verba mentemque nostram altius consideret, quem non dubitamus nobiscum cōsensurum, approbaturumque dictam traditionem.

28 Circa iustitiam verò enarratæ praxis, quam maximam esse contendimus, suisque viribus iustissimè posse subsistere affirmamus, animaduertere oportet, quod attinet ad Tribunalia Regis Francorum, Doctores magnæ authoritatis fatentes, (vt necessario fatendum est,) ipsam esse iuri communi contrariam, illius originem, atque principium retulisse, ad priuilegia Romanorum Pontificum Leonis X. & Martini V. ex quorum indulgentia aiunt factam fuisse Galliæ Regibus potestatem cognoscendi, ac iudicandi, in possessorijs beneficiorum, atque adeò ipsos cognoscere, & cognouisse virtute talium priuilegiorum, à Sede Apostolica iustis de causis obtentorum, quorum thenores retulerunt Carolus de Grasalijs, & alij nonnulli, quorum meminit Ioann. Gutierrez dicta quæstio. 34. canonica. numer. 25. versiculo quarto & numer. 22. obseruarunt Iacob.

Menoch.d.rem.3.recup.num.353.& rem.15. num.223. Guido Papæ deciſ.1.Roland.à valle conſ.23. nume. 17.lib.2.Ioann. Gutierrez vbi proximè,conſtanſque eſt,inter omnesſententia in Gallia, alijſque nationibus ex priuilegijs Summorum Pontificum,ita obſeruari & practicari, quæ nullatenus ab Apoſtolica Sede emanaſſent, niſi indulgentiam aliquam aduerſus iuris communis præcepta inuoluerent & continerent.

29 Verum quidquid alij perperam fateãtur nosHiſpanos nõ habere priuilegia,ſeu indulgentiam à Pontificibus Maximis ob quam eodem quo Francorũ Reges iure vtamur in hac parte,ipſe tamen probabiliter dici tẽtarique poſſe ſemper credidi quod licet non appareant priuilegia Hiſpaniarum Regibus conceſſa,neque habeamus in promptu illorum thenores,aliquam tamen gratiam aliquando extitiſſe,ſiuè conceſsionem à Romanis Pontificibus emanatam, in fauorem RegumHiſpaniæ,iuxta quam iuſtiſsimè ſanctiſsimèque iudicauerunt, & iudicant quotidie de his cauſis poſſeſſorijs,& ſimilibus.

30 Quæ priuilegia interueniſſe, & interceſsiſſe mihi perſuadeo ſatiſque probari poſſunt, ac ſi expreſsis litteris ſcripta eſſent,per poſſeſsionem immemorialem antiquamque conſuetudinem Tribunalium huius Regni,ab hèroicisductam temopribusex cedẽtem hominum memoriam,iuxta quamMagiſtratus,Regijque Senatores iamdiu tractauerunt, & tractãt poſſeſſoria beneficiorũ, etiã contra clericos,maximèquando ſe ſe offert occaſsio aliqua,ſpolium reponendi, ſiuè vim, & impetum, aut iniuriam propulſandi:in quibus caſibus quin CatholiciReges noſtri competentes iudices ſint ad manutenendos eorũ ſubditosdubitari nullo modopoteſt, ex dicta immemoriali poſſeſsione, & conſuetudine, vel potius priuilegio,ſatis comprobato ex tali vſu,praxi,& ſtylo hominum memoriam excedentibus.

31 Præſertim ſi attendas conſuetudinem immemorialem vſumque longæuum, vſque adeo valere etiam in his rebus, quæ ſupremis Principibus reſeruata ſunt, vt titulum inducãt,& priuilegium oſtendant,vt voluerunt Dñs Molina lib.2.de Hiſpa.primog. cap.6.à num.12.& cap. 2.à num.19. AlbarusBaez de iure emphyteutico q.8.nu.36.ad longum Anton.Gabr. lib.cõmun.tit.de præſcrip. concl. 1. à n.1.& à n.44.&probãt expreſsè manifeſta iura in c.1.verſ. *niſi*, de præſcrip.in 6. vbi tradiderunt interpretes,& in cap. ſuper quibuſdam verſ. *præterea*, vbi gloſſa verb. non extat de verbor.vulg.l.3. verſ. *ductus aquæ*, ff.de aqua quotidiana & æſtiua,& denique communis & concors omniũ ſententia eſt,probationem poſſeſsionis immemorialis loco tituli eſſe, priuilegium inducere, & titulum oſtendere:vnde in propoſito apertè poſſumus affirmare Hiſpaniæ Reges ex iuris ſaltem præſumptione atque cẽſura fundare conceſsionem ſuam,titulum & priuilegiũ quibus gaudẽt, vt rectè poſsint,& debeãt ſuper poſſeſſorijs beneficiorum iudicare,atq; cognoſcere,violentiastollere,& alia præſtare, quæ ad ſua Regna in pace, & tranquilitate conſeruanda conducere videbuntur:& licet prędicta priuilegia conceſsioneſque Romanorum Pontificum ad id obtentas præmanibus non habeamus ſatis probãtur etiam ad reponendum ſpolium contra clericos, & cognoſcendum de poſſeſſorijs,per relatam conſuetudinem hominum memoriam excedentem.

32 Nec poterit nobis negotium face-

ſſere

ſſere (vt cætera ommitam) iuſtiſſima illa clauſula Bullæ cænæ, ſi aduertas emanaſſe contra illos, qui temerè, quæſito colore violentiæ auocabant ad ſe, cauſas eccleſiaſticas alijs perſonis per Sedem Apoſtolicam de mandatas, & erant impedimento, quominus litteræ Apoſtolicæ executioni mandarentur, aliaque perpetrabant ex his, quæ referuntur in d. clauſula, priuilegium nõ habentes, neque cõperentem poteſtatem, & nihilominus ſe inſerebant ad tractanda negotia ſpiritualia, ſiue illa, quæ forent ſpiritualibus annexa: manifeſtũ autem eſt ius iſtud, quo vtimur de dictis rebus cognoſcendi, in longè diuerſis terminis, quam in illis in quibus loquitur Bulla cænæ, verſari, atque cõſiſtere, igitur in forma (vt loquuntur dialectici) difficultati dicta clauſula Bullę cęne reſpondentes, dicimus præfatę doctrinæ minime contradicere, quia loquitur in ſuis terminis, nos verò in multũ diſpari caſu verſamur.

33 Minus tãdem obſtabit, ſi replices contra iſtam reſolutionem fortiter adhuc facere, quod clauſula Bullę abrogauit, & reuocauit omnia & ſingula priuilegia gratias, & conceſſiones Apoſtolicas quas voluit laicis Magiſtratibus non prodeſſe ad comparandam iuriſdictionem aliquam contra clericos, eorum vè bona, parum ergo refert, aut fauet nobis ſtylus, & vſus antiquus, imò neque priuilegium, neque titulus alicuius momenti erit, ſtante dicta clauſula: ſicut enim exploratum eſt, & animaduertit Naua. ſuper eadem Bulla clauſula 15. dum voluit, quod priuilegium nõ proficeret, ſermo fuit de cauſis criminalibus clericorum, non verò de ciuilibus, de quibus modo differimus, vt deducitur ex clauſula præcedenti eiuſdem Bullæ cænæ Domini, de primo ergo ad vltimum manet firma noſtra praxis, vſus, & ſtylus Regij Senatus, de his & ſimilibus cauſis cognoſcendi, ex vſu, & conſuetudine immemoriali, titulo, & priuilegio, iuris cẽſura, & præſumptione inducto, eo pacto, quo á nobis explicatum eſt. Præcipue ſi addas quod attinet ad ſubleuandas impediendaſque violentias, non fieri per viam iudiciariæ cognitionis, ſed ad auferendas oppreſsiones tuendoſq; ſubditos, quod Catholicorum Regum officium eſt, per modum cuiuſdam extraordinariæ defenſionis, atque ita Regij Senatores prudentiſsimi, & ſapientiſsimi originalem proceſſum faciũt coram ipſis aduci, neque litem veram, & propriam, aut cognitionem omnino iudicialem inſtituunt, inſpecturi dumtaxat, fuerit ne illata vis litiganti, vel non: verumtamen omnis ceſſat difficultas ſtante præſumpto priuilegio de quo ſupra.

34 Nec poſſum ad extremum huius diſputationis, nõ adnotare duo ſcitu, & conſideratione non indigna, quorum primum, vtile ſimul erit, & ſubtile ſi modo iuditiũ adhibeatur, vtinã perdocto lectori placeat, quẽ admodũ nobis dum venit in mentẽ non diſplicuiſſe libenter fatemur, atque illud eſt, dato quod tam apud nos, quam apud pleraſque nationes mos fuerit iudicibus ſecularibus cognoſcere de poſſeſſorijs beneficiorũ, aliorumque ſpiritualium, non præfiniendo tempus, ſed abſque limitatione, quocumque tempore iuſtitia petatur, nihilominus tamen rationi conſonum futurum, ſi quotieſcumque ſecularis iudicium inſtituturus ſit contra clericos in poſſeſſorio recuperandę, attendat, atque conſideret, vtrum anni ſpatium, vel maius tẽp' præterierit ex quo proponatur illata vis, ita, vt ſi vis noua fuerit impe-

dit illam, atque repellat intra annũ & diem, etiam contra clericum, si tamen elabatur minimè procedat in causa, ea non insubtili neque inelegãti ratione, quia elapso tanto temporis spatio probabiliter timeri non potest, q̃ partes ad rixas deueniant, aut desiderentur sint propria authoritate per viam facti, res sibi ablatas recuperare, quo timore cessante, si quid ego dicendo possem meos dominos doctissimos Hispaniæ Senatores admonere contenderem, ne cognoscerent, aut iudicarent contra clericos, etiam ex interdicto recuperandæ, quod & omnia alia singulaq; interdicta ex eo tractari permissa sũt per iudices laicos, cõtra clericos, ne super spolio subsequuto, spoliati res suas ab illis recenter ablatas, & ab alijs de facto occupatas per se ipsos, vel cũ alijs, de facto etiam recuperare contenderent: in eamque suspitionem incidi, vt existimem, propterea receptum esse, vt laici super his possessorijs cognoscere valeant, vt mala, atque pericula, quæ facilè occurrere possent, vitarentur: qui metus cum vt dictum est cesset, neque occurrere posse credi debeat, si post spoliam, notabile remporis spacium præcessisset, inde ad animaduertendum adducor, non fore procedendũ per seculares contra clericos, ad reponendum spolium, si de illo post annum tractari contingat, quo tempore spoliatus quodammodo iam aquieuisse præsumi debebit, cum tã diu tacuerit, & nõ contradixerit, cessatque omnis timor, omneque periculum rixę, seu contentionis, per viã facti, nec necesse esse videtur, seculare m iudicem adiri.

35 Cui considerationi non obstabit si replices ex l. 1. in prin. ibi: *post annum*, ff. de vi, & vi armata, vbi probatur, etiam elapso anno cõpetere ad-

huc interdictum possessorium recuperandæ: etenim nos id minimè negantes, solum contendimus cum ratione coniunctum & copulatũ esse, vt post annum, & diem, ab illata vi, clericus non apud secularem, sed apud ecclesiasticũ super possessorio, & spolio conueniatur, cum iam timeri nõ possit, quod partes ad arma deueniãt, in qua iusti timoris præsumptione, tota vis, & auctoritas secularium contra clericos nititur, atque consistit, vt explicuimus.

36 Alterum animaduersione, & consideratione dignum mihi visum est, quod licet glossa in dicto capit. litteras de iuram. calum. & plures interpretes, quorum supra meminimus in ea fuerint sententia, & opinione, vt aduersus alios oppositum sentientes existimauerint, prędictam praxim, vt iudices laici contra clericos cognoscere possint, in omnibus & singulis causis possessorijs fore admitendam, idest, siue agatur interdicto recuperandę, siue ad ipsiscedæ, siue retinendæ, vt volunt, atque testantur Ioann. Garcia de nobilit. glos. 9. num. 46. & glos. 1. num. 27. Ioann. Gutierrez vbi supra, num. 41. Iacob. Menoch. dict. rem. 3. à num. 324. & dict. rem. 15. nu. 235. nihilominus, si aliquid iudicium nostrum in hac parte valere deberet, libentissimè introducerem, & recipiendum esse iudicarem, vt laici cõtra clericos solum in possessorio recuperandę procedere possent, in fauorem spoliati, & in odium spoliãtis: in alijs verò possessorijs solus ecclesiasticus aduersus clericos competẽs esset, in quibus nulla congrua viget ratio ad procedẽdum per seculares, contra ecclesiasticas personas, quæ cum considerassem magnopere gauisus sum quod audiuerim id lege Regia in Regno Lusitaniæ cautum esse, quod vtinam apud nos eodem

modo

modo præciperetur, vt ceſſarent nõ nulla mala quæ ex contrario vſu, & cõſuetudine timeri reformidarique poſſunt.

Summaria ad Controuerſiam 20.

1 *PRæſens controuerſia maximè procedit in ea materia in qua omnis adquiſitio niſi per priuilegium aut Principis conceſsionem prohibita eſt.*

2 *Solent litigantes cautè allegare titulum, vel priuilegiũ, eſto ſciant repe riri non poſſe, eo colore quod illud probaturi ſint ex conſuetudine, vel poſſeſsione immemoriali.*

3 *Reprobata conſuetudine etiam immemoriali ne dum locum habere non poterit talis conſuetudo, ſed neque admitti eius allegatio.*

4 *Id quod dicitur de conſuetudine immemoriali quod præſtat titulum, non procedit vbi verbis expreſsis innititur prohibita.*

5 *Prohitio cõſuetudinis, vel poſſeſsionis immemorialis reddit homines incapaces ad adquirendum, & quæ vulgo referuntur de conſuetudine, & poſſeſsione immemoriali, intelligenda ſunt data habilitate perſonarum.*

6 *Conſuetudo immemorialis prohibita, non habebit vim legis aut priuilegij nec poterit prodeſse ad probandum priuilegium, ſeu titulum, nec vincet expreſsam prohibitionem.*

7 *Omnis conſuetudo quam vim, & poteſtatem habet ſortitur á lege quæ mediante prohibitione enervata, & ſine viribus manet.*

8 *Reprobata conſuetudine defficit poteſtas in Populo illam introducendi, & vbi lex reſiſtit impoſsibile eſt fieri aliquid.*

9 *Parum refert cõſuetudinem, vel preſcriptionem prohibitam, rationabilem eſſe, ſi ex alia parte reſiſtunt lex, & legislator & reprobata conſuetudine etiam immemoriali præſenti; & furtiua, cenſetur Princeps reprobaſſe, etiam ex noua cauſa procedentem, vel ex antiqua quam ipſe Princeps ignorauit contrá Dominum Conar. Oſedam & alios.*

10 *Couarruuiæ & aliorum Patrum opinio ob eorum maximam authoritatem in praxi ſeruanda erit.*

11 *Probatur conſuetudinem ſeu præſcriptionem ſic prohibitã neutiquam iuſtam eſſe poſſe, quidquid ex noua cauſa procedant, vel ex antiqua ignoratione maximè nitatur.*

12 *Lex prohibitoria conſuetudinis, & præſcriptionis immemorialis fundatur in timore, quod eſſe poterunt irrationabiles, & iniquæ, & nullatenus dari valet veritas in contrariũ.*

13 *Si conſuetudo ſeu præſcriptio prohibita prodeſſet ad fouendam allegati priuilegij, ſeu tituli aſſertionẽ, quod vna via directè prohiberur in directè admitteretur per aliam.*

14 *A poſſeſsione conſuetudine, & tempore immemoriali duo potiſsimum eſſectus produci conſueuerunt quorum primus, & principalior dicitur adquiſitionis.*

15 *Alter dicitur effectus probationis ad differentiam prioris, qui nõ ita proprié cõuenit conſuetudini, ſiné præſcriptioni immemoriali ſicut prior.*

16 *Proponitur diſcrimen quod verſatur inter prædictos duos effectus, vt effectus probationis prouenire valeat á conſuetudine, ſeu præſcriptione immemoriali prohibita, effectus autẽ adquiſitionis non ita.*

17 *Immemorialis poſſeſsio antiquaque cõſuetudo ſunt modi inuenti etiam ad pro-*

probationem iurium, & priuilegiorum quem effectum ſemper, & vbique producere valent non obſtante prohibitione.

18 *Quando lex reprobat conſuetudinem tanquam iniuſtam, non eſt admittenda conſuetudo, ſiue præcedat, ſiue ſubſequatur.*

19 *Multum refert an lex conſuetudini deroget ſimpliciter, & abſolutè ſtatuẽs aliquid aliud de nouo, vel quid noui minimé ſtatuat, ſed tantum in eum vſum edita ſit, vt conſuetudinem reprobet.*

20 *Ex dictis intelliguntur iura in cap. 1. de capellis monachorum in 6. & in authentica omnes C. communia de ſucc. cum alijs hic enumeratis.*

21 *Sic accipienda ſunt nonnulla decreta Trid. in quibus ad extremum tollit Concilium omnes conſuetudines dictis decretis contrarias.*

22 *Referuntur antiqua vſitatiſsimaque verba denotantia vtranque conſuetudinem precedentem, & ſubſequentem Principem reprehendere voluiſſe, quibus vtuntur plura Trid. decreta.*

23 *Si lex nihil noui ſtatuat venire cenſetur in eum duntaxat finem, vt conſuetudinem tanquam iniquam reprobet in qua ſpetie præſentem futuram nouam, & veterem damnaſſe credẽdum eſt.*

24 *Legislator contendens euitare iniuſtitiam contrarij vſus in omni cõſuetudine id intendit.*

25 *Intelliguntur iura in cap. ad audientiam de cõſuetudine, & in cap. pen. cap. cum venerabilis eodem tit. c. 2. de cler. non reſid. lib. 6. & in clem. 2. §. vt autem de relig. domib. & in cap. 1. & 2. de conſuetudine in 6. & in cap. clerici de iudic.*

26 *Quando lex aliquid noui cõſtituit, & conſuetudini derogat, non contradicit futuræ, ſed præteritæ tantum & quare.*

27 *Rurſus aſſignatur ratio, quare per clauſulam,* nõ obſtante quacũq; cõſuetudine, *adiectam nouæ cõſtitutioni ſolum cenſeatur derogatum præteritæ.*

28 *Probatur ſuperior concluſio à ſimilitudine illius clauſulæ,* nõ obſtãtibꝰ quibuſcũque ſtatutis, *quæ procul dubio intelligẽda eſt de præteritis ſtatutis nõ de futuris, cuius ratio aſſignatur.*

29 *Pariter ſub dicta clauſula generali includi ſolet reuocatio priuilegiorum, quæ ſolum comprehendit iam conceſſa ex efficaci ratione, quæ proponitur ergo idem iudicium erit de conſuetudine.*

30 *In clauſula derogatoria coniungi ſolent, & æquiparari priuilegia, ſtatuta, & conſuetudines, & ita ſicut ſtatutorum, & priuilegiorum reuocatio non attingit futura, ita & conſuetudinis.*

31 *Confirmatur dicta concluſio ducto ſubtili argumento ex cap. 1. de conſtit. in 6. cuius verba in id expenduntur.*

32 *Priuilegium, vel titulus à ſupremo Principe habitus, & ita iuſtus allegari quidem debet, & poterit probari ex conſuetudine, vel poſſeſſione immemoriali.*

Quamuis titulus iuris patronatus ſit ex dotatione, vel fundatione ex Trid. ſeſſ. 25. de refor. cap. 9. non tamen excluditur alia legitima probatio præſertim poſſeſſionis immemorialis. ibidem.

33 *Non deſunt viri doctiſsimi qui contendant omnes alias probationes cõtemnendas vbi adeſt præſumptio iuris, & de iure, & præfatum Trid. decretum admiſsit probationem immemorialis, & conſuetudine reprobata id eſt intelligendum, vt adquiſicio, non vt probatio, vnde facilè diluuntur*

Digitized by Google

luuntur argumenta contraria.

34 Prohibitio consuetudinis solum efficit vt non admittatur directè in quantum talis non verò quod non prosit ad probandum.

35 Non admittitur probatio, quod res in totum præscripta præscribentis non sit.

36 Aduersus probationem ex immemoriali possessione resultantem admittitur alia probatio, & poterit obtinere.

37 Ex immemoriali possessione non resultat præsumptio iuris, & de iure.

38 Regula est, vt contra vnam probationem altera admittatur, & iura quæ admittunt probationem per cursum temporis cuius memoria non extat minimè excludunt oppositâ probationem.

39 Licet titulus, & priuilegium præmanibus sint consultius erit notoriam consuetudinem allegare, & cautè in nonnullis constitutionibus diuersarum Prouinciarum, etiam si adsint priuilegia, dumtaxat expendisse ita semper fuisse vsitatum.

40 Celebris controuersia est vtrum in negotijs, in quibus adest præscriptio, vel immemorialis consuetudo, reijcienda sit omnis probatio, & referuntur duæ opiniones contrariæ.

41 Prior sententia quæ probationem admittit aduersus immemorialem intelligitur iuxta priorem effectum, vt probatio est.

42 Secunda sententia Butrij, & aliorum asserentium contra immemorialem, non admitti probationem in contrarium intelligenda est, quatenus ordinatur ad adquirendum, & iam est in esse perfecto.

43 Proponitur quæstiuncula an in præscriptione immemoriali requiratur bona fides, & adducitur argumentū ad probandum, non requiri ex eo quod præscriptio in bonum publicū introducta sit.

44 Referuntur authores idem tenentes mori ex doctrina Bonifacij in c. 1. vers. Nihil, de præscriptionibus in 6.

45 Proponitur opposita sententia, quod omnino requiratur bona fides in immemoriali, & referuntur authores illam tenentes.

46 Expenditur textus in regula possessor lib. 6. vbi : Vllo tempore.

47 Ratio peccati obquam requiritur bona fides in præscriptione multo magis locum habet in immemoriali.

48 Distinguitur inter allegare immemorialem in vim priuilegij, seu in vim præscriptionis, & vtriusque membri diuisionis adducitur exemplum.

49 Subijcitur disparitas quod attinet ad bonam fidem inter immemorialem, & reliquas præscriptiones.

50 Ex duobus præsuppositis colligitur concordia ad duas opiniones inter se pugnantes.

51 Potius retorquetur Bonifacij Octaui responsum in cap. 1. de præscriptionibus in 6. quod interpretatur, & in verò intellectu accipitur.

52 Lex prohibens præscriptionem cum mala fide comprehendere quælibet præscriptionem, quæ proprié præscriptio est.

53 Ille contra quem immemorialis in vim præscriptionis opponitur, non est admittendus ad probandam malam fidem secus si allegetur immemorialis in vim priuilegij.

54 Præsumptio priuilegij iuris tantū est, & si in præscriptione immemoriali quæ in vim præscriptionis opponitur deficiat aliquid per quod ipsa annullatur (vt in illis rebus in quibus ad possessionem priuilegium est necessarium) bene admittetur probatio contra illam.

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA 20.

Vtrum in his in quibus prohibita est consuetudo, & præscriptio etiam immemorialis, vtpotè quæ non possunt obtineri, nisi per supremi Principis priuilegium, vel titulum, adhuc relinquatur locus consuetudini, & præscriptioni: ita vt allegato priuilegio, vel titulo iusto, satisprobetur per consuetudinem, & possessionem immemorialem, ac nihilominus non obstante prohibitione, audiendi sint talem præscriptionem, seu consuetudinem immemorialem allegantes, in probationem suorum priuilegiorum.

1 QVAMVIS peculiarem articulum, quem initio huius tractatus pollicitisumus de natura, & essentia consuetudinis origine, & progressu eiusdem, ac de eius effectibus Deo Optimo Maxi- annuente simus composituri: libuit tamen interim ad maiorem, & exactiorem cognitionem, eorum quæ in superiori disputatione & eam proximè antecedenti a nobis dicta sunt, de viribus, & Potestate legum ciuilium circa nonnulla negocia ecclesiastica, aliqua etiam interserere, subtilia pariter, & vsu frequentia (vt moris nostri est,) devi, authoritate, & pōdere, consuetudinis, aut præscriptionis, immemorialis, præsertim ad probanda priuilegia, comprobandosque titulos, in ea materia, in qua omnis adquisitio, nisi per priuilegium, aut Principis concessionem, prohibita est.

2 Contingit enim, sæpenumerò, vt in hisce causis atque negotijs litigantes, quibus non suppetunt priuilegiorum thenores, seu instrumenta & scripturæ, quippè latent delitescuntque in tenebris, & caligine, ob ipsorum nimiam antiquitatem, & negligētiam eorū quorū intererat, vel ad quos spectabat fida, & debita custodia, cautè proponant, se priuilegiatos esse, & priuilegium, vel titulum iustum allegent, esto sciant minimè apparere, aut reperiri posse, eo solo, colore atque prætextu, quod illud probaturi sint, ex consuetudine, vel possessione immemoriali: de quibus hæc nostra controuersia est, an audiendi sint, vel repellendi potius: quod illis obstet, talis consuetudinis, siuè possessionis, expressa prohibitio, quam presupponimus, in titulo quæstionis.

3 Et planè videtur, retento propositæ dubitationis themate, dictam allegationem consuetudinis & possessionis immemorialis nullo pacto admittendam esse: quamuis enim cō suetudo excedens hominum memoriam, quæ in contrarium non exis-

stit,

Digitized by Google

stit, generaliter vim legis habere dicatur l. in summa in prin. ibi: *Vetustas quæ pro lege habetur*, l. 1. §. vltim. ibi: *ob vetustatem vicem legis obtinere*, ff. de aqua plubia arcenda, ac etiam talis immemorialis possessio vim, & authoritatem habeat priuilegij à supremo Principe indulti non solum in communibus causis, aut in rebus, quę sub ipsius iurisdictione, Potestateque manent, sed etiam in his quas Princeps supremus sibi reseruauit, vt admonuit glossa per text. ibi, in cap. super quibusdam versic. *præterea*, de verborum signific. in proposito tamen cum expresse reprobata sit omnis consuetudo, atque præscriptio etiam immemorialis, ne dum locum habere non poterit, sed neque admittitalis allegatio.

4 Bene namque verum est, consuetudinem, seu possessionem, immemorialem, regulariter in materia circa quam, præstare iustum titulum, vt consuluit Burlat. consi. 160. à. nume. 60. & tradiderunt Albar. Baez de iure emphyteu. lib. 1. quęstio. 8. Mascar. de probation. concl. 1372. à numer. 16. Ojeda de incompatibil. 1. part. capit. 13. à. numer. 27. latè Anton. Gabr. concl. 1. à prin. post plures alios ab eisdem allegatos probatque optim. text. in l. 3. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiua, capite primo in principio de prescriptionibus in sexto versic. *nisi*, tamen id locum habere non potest vbi speciatim consuetudo possessioque etiam immemorialis, verbis expresis inuenitur prohibita, vt in nostro casu.

5 Si aduertas per talem prohibitionem consuetudinis, vel præscriptionis immemorialis, reddi homines incapaces possessionis, vel rei de qua tractabitur, in qua specie, planum videtur consuetudinem, aut præscriptionem non valitutas, quæ sic prohibitos, capaces non faciunt, sed supponunt, & stante incapacitate, & prohibitione prædicta, nullius pōderis, atque momenti videtur esse consuetudo: tantum abest, vt possit inducere priuilegium, siuè iustum titulum, illa vè probare. Illud enim quod vulgo dicitur, de consuetudine, possessioneque immemoriali, quod habeat vim legis, & priuilegij procedit data habilitate personarum ad sic possidendum, & præscribendum, ex originali doctrina Ioann. Monachi. in capit. 2. de prębend. libr. 6. cuius meminit Couarru. 1. resolut. cap. 10. num. 14. post Antonium Gabriel dict. concluſ. 1. numer. 16. & Abb. in capit. causam quæ in princ. de præscript. & alibi sępè, quam sequuntur communiter interpretes in eodem capit. causam quę, & in capit. quanto de consuetudin. iuxta quorum mētem atque sententiā frequēs æquiparatio, quæ fieri solet inter consuetudinem, & priuilegium nullatenus procedit, si consuetudinem, vel præscriptionem inducentes immemorialem, incapaces sint, consuetudinis, vel possessionis, vt in proposito: quo fit vt stante tali prohibitione non sit habēda ratio, quod tanto tempore fuerint in possessione, cuius non existat memoria in cō trarium: maximè si prohibeantur tam quam quid iniustum, & irrationabile, vt in capit. clerici de iudic. alijsque exemplis, quo casu, sic deficit, & corruit consuetudo, quod attinet ad effectus iuris, ac si non esset, ex regul. capit. quæ contra ius de regul. iur. in 6. & l. non dubium, C. de legib.

6 Quoniam leges omnes, atque Doctores prædictam facientes æquiparationem consuetudinis immemo

tia-

rialis cum titulo priuilegio, ſiuè lege, procul dubio, ſic accipiendi ſunt, vt loquantur de valida, & legitima, id eſt, de conſuetudine immemoriali, in toto ſuo robore, & in tota ſua vi, igitur non procedit talis æquiparatio, nec conſuetudo immemorialis habebit vim legis, aut priuilegij vbicumque fuerit prohibita, vel reprobata conſuetudo: ducto argumento ex l. 4 §. condemnatum, ff. de re iudic. cũ non procedant tales æquiparationes, vbi conſuetudo, ſeu præſcriptio eiuſmodi, iurè prohibetur, & reprobatur, vt in ſpeciè d. c. clerici tenet Ojeda vbi ſupra num. 31. Coſmas in pragmatica titul. de cauſ. §. ſtatuit. verb. *priuilegium*, per text. in capit. cum ſatis de officio. Archidiacon. iuncto. capit. cum veniſſent de inſtitution. ergo reprobata conſuetudine & poſſeſsione, ſeu præſcriptione, etiam immemoriali, non eſt cur partes litigantes audiendæ ſint, agentes de præfata conſuetudine ſeu præſcriptione ac per conſequens, neque proderit ad probanda priuilegia, ſeu titulos, neque vſque adeò erit valitura momenti, vt rationem vincat, aut prohibitionem expreſſam.

7 Accedit quod in terminis propoſitæ quæſtionis, vt ex relata Hypoteſi colligitur, atque ſupponitur, vbi res obtineri non poteſt, niſi per priuilegium, aut Principis conceſsionem, reprobata quacumque conſuetudine, vel præſcriptione, etiam immemoriali, præſenti, & futura, legislator omnimodam abſtuliſſe cenſetur authoritatem, poteſtatem & vim eidem conſuetudini, ſeu præſcriptioni, quæ eneruata manet, & ſine viribus, non ſolum ad abrrogandam legem, ſed neque ad inducendum titulum iuſtum, priuilegium vè probandum, cui tanquam rei prohibitæ, & reprobatæ, reſiſtit lex. Etenim cum omnis conſuetudo, quam vim & poteſtatem habet ſortiatur à lege, vt docet communis legiſtarum ſchola, in l. de quibus, ff. de legibus & in l. omnes Populi per text. ibi. ff. de iuſtit. & iure, fatenturque omnes in capit. fin. de conſuetudine per eundem text. teſte Abb. in capit. clerici de iudic. numero quarto, eodem in dicto capit. fin. numero octauo, conſequens eſt, vt quandoquidem tota virtus, atque facultas conſuetudinis, & præſcriptionis deficiat, lege eiſdem contradicente, & repugnante, vt in propoſita à nobis ſpecie, per conſuetudinem, aut præſcriptionem etiam immemorialem, non bene probetur titulus, ſiuè priuilegium ſemel allegatum, quod aliundè conſtare non poteſt.

8 Eo maximè quod ad conſtituendam conſuetudinem in propoſito ſatis non erit, quod ſit rationabilis, & cum cauſa, ſed opus eſt, & prærequiritur, quod non ſit prohibita introduci, vt in noſtro caſu, reprobata enim conſuetudine deficit poteſtas in Populo, ſeu communitate illam introducendi, non aliter ac ad conſtituendam legem non ſufficit ratio, & iuſtitia, ſed deinceps neceſſaria eſt Principis condentis authoritas atque poteſtas, vnde fit, vt vbicumque lex reſiſtit eidem, introduci conſuetudo, ſiuè præſcriptio non poſsit, vbi namque lex reſiſtit, & contradicit ferè impoſsibile eſt fieri aliquid, vt probat textus optimus per argumentum in l. vbi lex in prin. ff. de legib.

9 Vſqueadeò vt parum referat conſuetudinem, vel præſcriptionem ita prohibitam rationabilem eſſe, &

Digitized by Google

& cum causa legitima, adhuc enim non sufficiet ad iustificandam consuetudinem, ex defectu voluntatis Legislatoris, imò ex legis resistentia, quoniam etsi insignis Couarruu. practic. 31. num. 4. versic. 3. Oge da post plures quos refert de incõpatibilitate, 1. par. capit. 17. numero 10. Petrus Dueñas reg. 144. limitat. 1. post Abb. Panormit. in dict. cap. fin. de consuetud. num. penult. eundem & alios, quorum meminit Philippus Dec. in cap. secundo de probation. numero 11. per text. in l. si hominem, ff. mandati, & alia plura, quæ referunt fundamenta, in ea fuerint sententia & opinione (quã dicunt communem) vt existimauerint, dato quod Princeps consuetudinem, reprobet etiam immemorialem, præsentem & futuram, adhuc minimè censeri prohibitam, aut reprobatam præscriptionem ex noua causa procedentem, vel ex antiqua quam Legislator non cognouit, neque excogitauit, ita vt non obstante prohibitione, ex noua causa, vel ex antiqua ignorata introduci valeat consuetudo, seu præscriptio, contra prohibitionem ipsam, nihilominus tamen audeo dicere dictorum Patruum traditionem in puncto iuris, & attentis bene fundatę iurisprudẽtię principijs, valde suspectã esse, ne dicã manifestè falsam.

Quod ratione sic probo, quia talis causa & iustitia cõsuetudinis sufficiens est, ad auferendam malitiam, & iniquitatem illius, vt rationabilis sit, & iusta: quid tamen proderit consuetudini, ratio & causa prædicta, si ex alia parte resistunt lex, & Legislator, à quibus consuetudines & præscriptiones, etiam antiquæ, & hominum memoriam excedentes, totam suam vim, & auctoritatem recipiunt? legis ergo virtute, & approbatione viuit, atque fulcitur omnis consuetudo, quæ si deficiat, consuetudo nihil est, ac ex consequenti, etiam si noua causa subsistat, vel antiqua verosimiliter ignorata â Legislatore, consuetudo reprobata per legem, nequaquam introduci, neque vires capere poterit nõ modo ad abrogãdam aliam legem, sed neque ad asserendum, vel comprobandum titulum, seu priuilegium à litigantibus allegatum: quantumuis dictorum Patruum opinionem ob eorum auctoritatem maximã, in praxi & foro cõtencioso crederem seruandã fore. Ex dictis igitur non cũ difficultate deducitur, quod si litigantes dicãt, atque proponant se priuilegiatos esse, de priuilegijs autem non constet nullo modo poterunt per cõsuetudinẽ, etiã immemorialem prohibitam priuilegium probare.

11 Præcipuè si non insubtiliter cõsideraueris talẽ cõsuetudinẽ, seu præscriptionẽ retento eodem themate quæstionis, neutiquã iustã esse posse: patet antecedens, quoniam lex regulariter, ideo talem consuetudinem, siuè præscriptionem reprobasse censeri debet, non quia crediderit absolutè, & simpliciter, & diffinitiuè iniquam, & irrationabilem fore: sed quia timuit contingere posse, ꝙ sit iniusta & irrationabilis, & ne talis sit, occurrit lex illã prohibẽdo & reprobando: vt in plurimũ enim omnes leges iustę, nõnulla prohibẽtes, & reprobãtes, fundãtur in hoc timore, & præsumptione, neque statuere possunt tanquam certũ id ꝙpẽdet ex futuro euẽtu futurũ iniustũ, & iniquũ, sed quantũuis talis consuetudo, siuè præscriptio ex noua causa procedat, vel ex anti

Digitized by Google

quà ignorata rationeque maximè nitatur, atque munita ſit, nõ tamen ob id ceſſabit, neque ceſſare poterit talis præſumptio, ſeu timor legis, quia etſi maximè iuſta ſit conſuetudo, ſemper erit verum dicere quod poſſet non eſſe iuſta, imò irrationabilis & iniqua, ergo lex & eius ratio ſemper ſtabunt, nunquamque ceſſare poterunt, etſi maximè proponas iuſtam & rationabilem conſuetudinem, ac per conſequens reſpectu legis nullius momenti erit conſuetudinis ratio, & iuſtitia, relinquitur ergo de primo ad vltimum planum & apertum, quod in caſibus in quibus conſuetudo & præſcriptio prohibitę ſunt, nullatenus valebunt, nec ad priuilegiorum probationes, neque ad vllos alios iuris effectus.

12 Maximè ſi rurſus expendas, ita veram eſſe, atque perpetuam dictam legis præſumptionem in timore fundatam, quod conſuetudo eſſe poſsit irrationalis, & iniqua, vt nullatenus dari valeat veritas in contrarium; adhuc enim (vt dicebam) ſubſiſtet timor ipſius legis, quidquid iuſta ſit conſuetudo, ſecus ſi talis ſit illius ratio, atque iuſtitia, vt valeat præfatam legem, vel prohibitionem tollere, quo caſu non carebit conſuetudo poteſtate, cui ſi adiungas præſcriptionem legitimam, & rationem, proculdubio prohibitionem vincet & legem, iuxta regulã dict. capi. fin. Ad quam conſiderationem vltimam reducendę ſunt conſiderationes, & fundamenta, quæ prædicti Patres afferunt pro ſua ſententia, ex dicta l. ſi hominem cum ſimilibus, vt animaduertunt Ferdinandus de Menchaca de ſucceſsion. creatione S. ſecundo, numer. 13. Franciſcus Conan. libr. ſeptimo commentar. iur. ciuil. capit. 14. numero 12. ad longum Iaſſ. in repet. l. omnes populi à numero ſecundo, Andreas Tiraquell. in præfation. de pœnis temper. à numero 2 * poſt Doctores & communem ſcholam, in cap. de cauſis, §. primo de offic. & poteſtat. iudic. delegat. ex quibus (omittentes alia plura in proprio loco dicenda) anceps & dubia reddĩtur propoſita controuerſia, cui iuxta hactenus traddita, negatiuè videtur fore reſpondendum.

13 Verum antequam hinc diſcedamus, non grauabimur in eandem partem aliud validiſsimum iuris, & rationis momentum prædictis adiungere, ad probandum, adhuc in materia quæ legem, vel priuilegium expoſcit, reprobata conſuetudine etiam immemoriali, vires habere non poſſe conſuetudinem, & præſcriptionem, neque ad allegati priuilegij comprobationem vt probauimus, ſi ſupponas prohibitiones legum, rebus impoſitas cẽ ſeri debere, & cum effectu, non verò verbis tantum, vt certius eſt, quam vt vlla indigeat probatione, at ſi conſuetudinem admitteremus ad comprobandum priuilegium, vel titulum allegatum, cum facillima, & in promptu ſit talis allegatio, conſequens eſt fateri, fore ſine effectu præfatam conſuetudinis immemorialis prohibitionem: etenim quis non perſpiciet admiſſa eiuſmodi conſuetudine immemoriali ad probationem priuilegij, vel tituli allegati, quod vna via directè prohibetur per aliam indirectè ſtatim admitti, contra regulam, cum quid vna via de regul. iuris in 6. & contra text. in cap. cõmiſſa 35. verſ. *porrò*, de elect. eod. lib.

Digitized by Google

vt rectè conſiderarunt Ioſephus Maſcard, cõcl. 1372. num. 30. Aimõ Crauета de antiquit. tempo. 4. p. c. abſolutis nume. 52. Iacobus Menochius lib. 3. præſumptione 131. nume. 47. verſic. *vero*, contra Alexandr. Felin. & alios quos referunt, quare ſi conſuetudo immemorialis admittatur ad fouendam, & confirmandam allegationem priuilegij, parum aut nihil intererit conſuetudinem prohibuiſſe, cum iam ſit inuenta via, per quam idem quod lex prohibuit facilè admittatur, ad quod vitandum inconueniens, vel potius abſurdum coacta ratione fatendum eſt, nõ poſſe quem adiuuari â conſuetudine reprobata, etiam cuius memoria nõ ſit in contrarium ad fouendam allegati priuilegij ſeu tituli aſſertionem.

14 In qua difficultate, vt quid tenendum ſit aperiamus, operępręтium erit prælibare quædam ad veram reſolutionem, non parum neceſſaria conſiderantes à poſſeſsione, conſuetudine & tẽpore immemoriali duos potiſsimum effectus produci conſueuiſſe, primus & principalior dicitur effectus adquiſitionis, etenim per poſſeſsionem conſuetudinem, & immemoriale tempus adquirimus iura dominiaque rerum, vt in l. tertia, ff. de vſucapionibus cum ſimilibus, & hic eſt effectus conſuetudinis, & præſcriptionis, ſeu temporis, cuius memoria in contrarium non extat, in quantum talia ſunt, & ſecundum propriam eorum naturam.

15 Alter effectus proficiſcitur à conſuetudine, & præſcriptione immemoriali, non vt conſuetudo, neque vt præſcriptio, ſed vt probationes quædam ſunt, & in quãtum per poſſeſsionem, vſumque longęuum, probant homines iura ſua ab antiquo illis competentia, qui dicitur effectus probationis ad differentiam prioris effectus, qui adquiſitionis eſt, & ille poſterior effectus, non ita propriè conuenit conſuetudini, ſiuè præſcriptioni immemoriali ſicut prior.

16 Verſatur autem maximum, & nõ vulgare diſcrimen inter prædictos duos effectus, quoniam ille qui eſt, & dicitur adquiſitionis eam naturam, & conditionem habet, vt procedere non poſsit, niſi â ſua cauſa legitima, & minimè improbata, id eſt à conſuetudine, & præſcriptione iure non prohibita, de quibus dicimus habere vim legis, ac idem valere conſuetudinem legitimè preſcriptam quod lex, aut priuilegium: expeditum enim eſt conſuetudinem prohibitam, nedum legem vincere poſſe, neque adæquari cum illa, ſed nullius eſſe momenti. At verò ſecundus, & poſterior effectus profluens â dictis cauſis, qui probationis dicitur, haberi poteſt, & habetur quotidie etiam in his caſibus in quibus improbata eſt conſuetudo, aut præſcriptio, & ſolum locum habent, titulus, aut priuilegium: namque ſecundum hanc poſteriorem conſiderationem, cum non agatur de adquiſitione alicuius iuris, vel dominij, ſed tantum contendamus allegatum priuilegium & titulum, per poſſeſsionem immemorialem præſcriptionem, ſeu conſuetudinem cõprobare, nihil refert, quod conſuetudo præſcriptio, ſiuè poſſeſsio, vt quodam ſunt adquiſitionis genus ſint improbatæ.

17 Quia ſi bene expendamus talem prohibitionem præſcriptionis immemorialis inueniemus per eam minime tolli priuilegia, aliâs legitima, neque iuſtũ titulũ, ac per cõſequẽs

dicendum eſt,non fuiſſe ſublata legitima probationum genera ad aſſerenda, & confirmanda antiqua priuilegia , ergo cum immemorialis poſſeſsio antiquaque conſuetudo ſint modi inuenti etiam ad probationem iurium,& priuilegiorum,cõ ſonum rationi videtur , vt talem effectum ſemper , & vbique producere valeant, prohibitione conſuetudinis , vel præſcriptionis non obſtante.

Quam doctrinam agnouerunt in effectu Franciſcus Ripparienſis,in l. quominus. ff. de fluminib. numero 102.& 41.Felin. in capit.cauſamquę numero 6. & 7. & in capit. cum ex officij numero 13. & in capi. accedentes numero 6.verſic.*ſed dices*, de præſcription. Nuñez de Auendaño de exequen.Reg.mandat.lib.1. cap. 12.numero 6.& ſequentibus, plures relati à Ioſepho Maſcard. vbi ſupra nume.24.& 29. poſt Alexand.conſ. 74.à nume. 20. libr. quarto, ex quorum ſcriptis prætatos duos effectus poſſeſsionisimmemorialis diſtinguere didicimus.

18 Deinde aduertendum eſt , quod ad hoc vt Princeps, ſeu lex præſcriptionem, vel conſuetudinem reprobet veluti continentem iniuſtitiam & iniquitatem neceſſaria nõ eſt diffinitio, aut præſumptio diffinitiua, ſecundum quam decernat , ac diffinitiuè ſtatuat eam ſic irrationabilẽ eſſe, quo caſu licet poſsit res aliter ſe habere, id eſt contingere , quod talis conſuetudo , ſiuè præſcriptio non ſit irrationalis, tamen admitti non valebit contraria probatio , vt aliàs in capit. is qui fidem de ſponſalibus,ſed ſatis erit ſi Legislator ſupponat præſumptione ſuppoſitiua, hoc eſt timeat,quod iniuſta eſſe poſſit,atque adeò iudicet omnino legi, & conſtitutioni deferendum eſſe , neque vllo pacto admittendam conſuetudinem, ſiuè præcedat, ſiuè ſubſequatur,quod ſic probo,etenim lex præſumpſit ſupponendo euenire poſſe, quod talis conſuetudo,vel præſcriptio iniuſta irrationabilisque ſit, ſed talis legis timor non minus ſubeſſe poteſt circa conſuetudinem præcedentem, quam circa ſubſequẽtem, quippe vtramque iniquam eſſe diffiniuit,vel ſaltem ſuppoſuit lex, & ne quid tale contingat voluit prohibere , & re ipſa conſuetudinem prohibuit , & reprobauit damnans, & reprehendens illam, igitur fateamur neceſſe eſt,eam fuiſſe legis mẽtem, vt tam futuram, quam præteritam conſuetudinem reijceret,atque damnaret.

19 Maximè ſi inſuper in propoſito diſtinguas inter eas leges , quæ ſimpliciter & abſolutè his verbis, *conſuetudine non obſtante*, aut alijs ſimilibus cõ ſuetudini derogant ſtatuentes aliquid de nouo,& inter eas leges,quę quid noui minimè ſtatuunt,ſed tantum in eum vſum editæ ſunt, vt præſcriptionem conſuetudinem , vſumque longęuum reprehendant irrationabilem iniquumq; iudicẽt: vt in priori ſpecie ſolum viſus fuerit Legislator præcedentem conſuetudinem reprobare , & nullo modo futuram,quippè ſolum voluit , ne nouæ legi præcedens conſuetudo foret impedimento,neque ſe extendere ad futuram nondumque cognitã conſuetudinem reprobandam.

20 Qua ratione ego intelligere ſoleo, c.1.de capell.Monach.lib.6.authẽt. omnes, C.communia de ſucceſsiõ. ibi,*nõ obſtãte*,&c.c.quia ſæpe c.cũ decet 30.in fin.de cõſuet.c.vlt. in fin. eod.titu.in 6.Clem. vt hi de ætat. & qual.authẽt.nauigia,ibi ſublata penitus

tus omnium locorum conſuetudine, C. de furtis, vt intelligantur de præterita, non verò de ſubſequente conſuetudine.

21 Sic accipienda ſunt nonnulla decreta Tridentini, in quibus ad extremum tollit Concilium omnes conſuetudines dictis decretis contrarias: etenim cum Sancta Synodus ſalutaria nouaque præcepta ſemper in lucem producat, atque ſolum abſolutè, & ſimpliciter, abſque alijs verbis conſuetudinem tollat, indubio cenſeri debet præcedentes, & non futuras conſuetudines comprehendere voluiſſe, quia ſi ſub dicto verborum thenore de futura conſuetudine ſenſiſſet, expreſsiſſent vtique ſancti Patres, quemadmodum in nonnullis alijs decretis expreſſerunt, nó obſcurè docentes ſe abrogare velle, non ſolum præcedentem, ſed futuram præſcriptionem, & conſuetudinem.

22 Et antiqua ſunt vſitatiſsimaque verba denotantia vtramque conſuetudinem præcedentem & ſubſequentem Principem reprehendere voluiſſe, vt ſi eam appellet corruptellam, vt in clementin. 1. in principio, ibi, *quam reputamus corruptellam*, de pæn. & in capit. quamquam, verſic. *volentes*, de cenſibus in 6. ſeu facta in decreto mentione de futura conſuetudine ad finem illius illam condemnet, ſiuè damnet, tanquam irrationabilem, & iniquam: in quibus caſibus, & ſimilibus quocumque ex his verbis conſtitutio vtatur, (quib⁹ vtũtur nõ ſemel ad calcẽ ipſorũ plura Tridẽtini decreta) dubium eſſe non poteſt, quin non tantũ præcedens, ſed & ſubſequens conſuetudo comprehendatur.

23 Si vero (quod alterum erat dictæ diuiſionis membrum) lex prodeat, ſuper his quæ iam ſunt iure ſtatuta venire cenſetur in eum dumtaxat finem, vt conſuetudinem reprobet, tanquam iniquam & irrationabilem: in qua ſpecie ſi oppoſitum, ex alijs coniecturis non appareat omnem conſuetudinem, præſentem, futuram nouam, & veterem damnaſſe credendum eſt: dum enim Princeps, ſeu lex damnat & reprehendit contrarium vſum, ſicut iniquum & irrationabilem, non ſolum de preſenti & antiqua, ſed de noua & futura conſuetudine intelligenda erit.

24 Et ratio eſt, quia talis iniquitas irrationabilitas, & iniuſtitia conſuetudinis contrariæ, quam lex conſiderabat, non minus ſe extendunt ad præteritam, quam ad futuram conſuetudinem, neutra enim iuſta erit, & abſolutus legis ſermo perequę reſpicit futuram, ac præſentem, & veterem conſuetudinem: etenim Legislator contendens euitare iniuſtitiam contrarij vſus, in omni cõſuetudine id intendit, & omnimodo contrarium vſum fugere deſiderat.

25 In quo intellectu ſunt accipienda iura in capit. ad audientiam, ibi, *minus rationabilis*, cum duobus ſequẽtibus de conſuetudine, & in cap. penultim. cap. cum venerabilis eodem titu. & in capit. 2. de cleric. non reſiden. lib. 6. ibi, *penitus improbantes*, & in clement. 2. §. vt autem, ibi, *quam reprobamus, &c.* de religioſis domibus, & in cap. 1. & 2. de conſuetudine in 6. & tandem ita intelligendum eſt reſponſum Pontificium in dict. capit. clerici de iudic. quæ dum reprobant contrariam conſuetudinem, in quantum irrationalem, & iniuſtam, vtramque antiquam, & nouam præſentem & futuram comprehendunt, cum in vtriſque eadẽ ratio

Digitized by Google

vigeat ſubſiſtatque ille timor legis metuentis futuram eſſe irrationabilem, qui iuncto ipſius legis præcepto facit vt neutra conſuetudo locũ habeat.

26 Quod ſi non intempeſtiuè inquiras rationem prioris membri præfatæ diſtinctionis, cur ſcilicet lex aliquid noui ſtatuens, & abſolutè ſolum & ſimpliciter conſuetudini derogans contrariæ, minimè cenſeri debeat illam reprehendere, tanquã irrationabilem & iniquam, & ex cõſequenti non videatur futurę cõtradicere: non erit in difficili reſpõſio, ſi aduertas legis mentem, quæ id vnum cupit, ne conſuetudo nouæ legi aduerſetur, ac per conſequens deſiderat, vt non maneat, ad effectum, quod legis curſus, nequaquam impediatur per conſuetudinem præteritam, etiam rationabilem, iuxta text. in capit. 1. de conſtitution. in 6. ibi, *dum modo irrationabilia*, iuncto fine, quo caſu lex mentionem non fecit de conſuetudine irrationabili, ſed de antiqua, quę dũ ſubſiſteret aduerſaretur recenti conſtitutioni, iuxta dict. capit. 1. verſic. *quia tamen*, atque ideo illam aufert, & tollit abſolutè, & ſimpliciter, per clauſulam generalem frequenter adijci conſuetam, *non obſtante contraria conſuetudine*.

27 Quam rationem, ſi intimè perpendamus aſſequemur facilè ſolum tollere conſuetudinem, eo tempore exiſtentem, non tamen futuram, & ſic probo, quoniam per dictam clauſulam, *non obſtante contraria conſuetudine*, adiunctam legi, ſeu conſtitutioni, nouum aliquid ſtatuenti, ea conſuetudo tantum ſublata cenſeri debet, quæ tunc obſtabat, vel obſtare poteſt legibus nouum aliquid inducentibus, id eſt præſens, & præterita conſuetudo, & nullatenus noua, aut futura, quæ nondum erat in rerum natura, nec nouæ legis ingreſſum, & progreſſum impedire poterat, igitur, &c. maiorem propoſitionem, probat text. in authent. omnes, C. communia de ſucceſſionib. ibi, *quæ hactenus contrarium inducebant*, & in dict. authent. nauigia, ibi, *quæ huic aduerſatur ſanctioni*, ex quibus iuribus manifeſtè deducitur legislatorem in ſpecie propoſita, id ſolum, & maximè intendere, ne quod ſuæ conſtitutioni, quid nouè ſtatuenti impedimentum inferatur, conſequentia autem optima eſt.

28 Rurſus quia illa verba, *non obſtante contraria conſuetudine*, priuationem important, quæ neceſſario præſupponit habitum vulgata regula, capit. ad diſoluendum de deſponſatio. impuber. ergo per illa non reprehenditur nondum exiſtens conſuetudo, ſed præcedens tantum. Et confirmatur ducto argumento à ſimili, videmus enim reuocationem ſtatutorum, non referri ad futura & noua, poſtmodum edenda, ſed ad præterita iam edita, ergo pari ratione in propoſito dicendum eſt, legem ſimpliciter prohibentem conſuetudinem, de præterita, non verò de futura intelligendam fore: quod autem ſtatutorum reuocatio comprehenſa, ſub clauſula generali, *non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis & conſtitutionibus*, intelligenda ſit de præteritis ſtatutis, non verò de futuris, ſua detur facilè, quia innanis eſſet, & ſupervacanea nouorum ſtatutorum derogatio quandoquidem, abſque vlla derogatione valere non poterant, ob ipſius legis manifeſtam repugnantiam, obſtante talibus nouis ſtatutis, regula capit. cum inferior. & capit. quod ſuper his in fin.

de

de maiorit. & obedien. igitur dicta ſtatutorum derogatio, præterita & non futura ſtatuta comprehendit, & ſimili modo philoſophandum eſt in derogatione contrariæ conſuetudinis ſimpliciter factæ.

29 Accedit alterum argumentum à paritate rationis, ſimiliter enim ſub dicta clauſula generali includi ſolet reuocatio priuilegiorũ, quæ ad præterita, & iam conceſſa, non verò ad futura, & concedenda referri poteſt, pariter ergo dicendum eſt, de conſuetudine ſimpliciter prohibita cum non ſit diſpar ratio in vno, quam in altero, quod autem reuocatis priuilegijs, conceſſa tantum, & non concedenda reuocata cenſeantur, ex eo probatur, quia futurum priuilegium cum proficiſcatur à mera Principis liberalitate, & par in parem non habeat Imperium, cap. innotuit de elect. hinc fit, vt per legem, vel Principem facta priuilegiorum derogatio ad præterita tãtum, & nullatenus ad futura referri valeat, pariter ergo cõ ſuetudinis reuocatio ad præcedentem, non verò ad ſubſequentem futuram referenda eſt: etenim fieri non poſſe videtur, vt id quod nondum eſt, ſcilicet priuilegium nõdum conceſſum, reuocetur. idemque iuditium eſt, de derogatione conſuetudinis, quæ præteritam reſpicit nõ, tamen futuram.

30 Rurſus in eiuſdem argumenti cõfirmationem facit, quod Reges & Principes in ſuis legibus, ac conſtitutionibus accedentes ad clauſulam derogatoriam apponi ſolitã, ad calcem conſtitutionum, coniũgere ſolent, & æquiparare priuilegia, ſtatuta, & conſuetudines, idemque mos eſt Sanctis Patribus, generalibusque Concilijs, & facilè perſpici poteſt in plerisque Tridentini decretis, & ſæpiſsimè in iure canonico, igitur ſicut ſtatutorum & priuilegiorum reuocatio non attingit futura, ita & conſuetudinis cum nulla conſtitui debeat nec poſsit diſcriminis ratio.

31 Denique ſubtiliter argumentor ad eandem doctrinam confirmandam, ſicut ſe habet lex noua ad reuocandas omnes alias leges, quarum mentionem non facit, ita ſe habet, ad reuocationem ſtatutorum, conſuetudinum, & præſcriptionum, de quibus expreſſè meminit: ſed ſic eſt quod lex noua tantum reuocat legem exiſtentem, non verò futuram contrariam, ergo quando facit expreſſam mentionem conſuetudinis, aut ſtatuti, quæ in facto conſiſtunt, non erit extendenda ad futura nondum exiſtentia, ſed ad præterita ex acuta, & eleganti Bonifacij Octauo doctrina, ſeu æquiparatione, qua vſus eſt, in dict. capit. 1. de conſtitution. in 6. cuius verba, vt ſtatim expendere poſsis hic tranſcribere libuit ad litteram, *licet Romanus Pontifex* (inquit Bonifacius) *qui iura omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere conſuetudinem condendo poſteriorem, priorem, quamuis de ipſa mentionem non faciat reuocare noſcatur, quia tamen locorum ſpecialium, & perſonarum ſingularium conſuetudines, & ſtatuta, cum ſint facti, & in facto conſiſtant poteſt probabiliter ignorare, ipſis dum tamen ſint rationabilia per conſtitutionem, á ſe nouiter editam, niſi expreſsè caueatur in ipſa non intelligitur in aliquo derogare*: hactenus conditor huius decretalis, qui argutè quidem æquiparauit legem poſteriorem de priori mentionem non facientem, & conſtitutionem, nouiter editam conſuetudinis, vel ſtatuti expreſſam mentionem facientem, vt ſicuti per

poſteriorem legem,in qua nulla alia rum legum expreſſa mentio facta eſt,tantum cẽſetur derogatum priori, ſimiliter per conſtitutionem quæ ſtatuti, vel conſuetudinis expreſſè meminit,dumtaxat iudicari debeat, derogatum priori, non verò poſteriori conſuetudini, aut ſtatuto, igitur facta mentione expreſſa de conſuetudine nullo modo intelligi debet de futura,ſed ſolum de præterita, vt rectè procedat ellegans pariter,& ſubtilis Doctiſsimi Bonifacij æquiparatio, ac de primo ad vltimũ ex his omnibus relinquitur planum, & apertum,quod intendimus, id eſt legem abſolutè, & ſimpliciter conſuetudinis mentionem facientẽ minimè comprehendere futuram,vt in priori prædictæ diuiſionis membro: qua ratione accipienda ſunt iura omnia,atque decreta,ſolum abſolutè,& ſimpliciter de conſuetudine loquẽtia abſque aliqua alia verborum ſolemnitate,aut ſpecialitate.

32 Quibus ita prælibatis talis in hac cõtrouerſia cõcluſio ſtatuẽda eſt(priuilegium,vel titulus â ſupremo Principe habitus,&ita iuſtus,allegari quidem debet, probari tamen valet ex conſuetudine,vel poſſeſsione immemoriali)ſic tenuit deciſio Rotæ nouiſsima 1027.vt habetur apud Seraphin.libr.3. eadem deciſ. nec refert quod in terminis quęſtionis propoſitæ intercluſus ſit omnis aditus, niſi per priuilegium,legem, vel conceſſionem Principis ſupremi: videmus enim in ſimili decretum Tridentini ſeſ.25. de reformat.cap.9.poſt principium,quo cautum fuit, vt titulus iuris patronatus futurus eſſet,ex fundatione, vel dotatione: circa cuius decreti ſpeciem contigit ſępenumerò,ammiſſa fuiſſe omnia authentica documenta talis iuris patronatus, vel ſaltem nõ reperiri, quo caſu per docti aduocati cõſueuerũt allegare ius patronatus,ex dotatione vel fundatione conſtare, non quod exiſtimẽt oſtendi vnquam poſſe talia priuilegia, ſed quia illa probare contendunt alijs probationibus, iuxta diſpoſitionem iuris, inter quas non infimum, ſed ſupremum locum tenet immemorialis poſſeſsio,vel quaſi,præſentandi, vt latiſsimè proſequitur Maſcard.concl.958.non obſtante Sancti Concilij decreto proximè relato, quod etſi ſtatuerit ius patronatus,ex dotatione,vel fundatione, conſtare debere,non excluſit alia legitima probationum genera, & multo minus per poſſeſsionem, temporis memoriam hominum excedentis,igitur pari ratione dicendum eſt in propoſito,non fuiſſe excluſos legitimos probãdi modos dictum priuilegium,ſeu conceſsionem, admittendaque erit conſuetudo ad probationem priuilegij.

33 Vſque adeo vt non defuerint viri doctiſsimi,qui contendant, quaſcumque alias probationes contemnendas,& reijciendas eſſe,vbi adeſt præſumptio iuris,& de iure,vt voluerunt Iacobus Menoch.præſumptio. 131.num.50.Pelaez de maiorat.4.p. quæſt.20.nu.51.col.2. Maſcard. vbi ſupra num.31.& plures alij,quorum meminit AntoniusGabr.d.loco,nu. 50.de quo inferius dicemus:ſignum igitur eſt,non in efficax, magnã vim eſſe conſuetudinis, vſusque longæui,præſertim ad comprobanda priuilegia,ſiuè titulos vniuſcuiuſque: intendit Sancta Synodus dict.capit.9. vbi poſtquam decreuerat, vt titulus iuris patronatus futurus ſit ex dotatione,vel fundatione,qui ex authentico documento,& alijs iure requiſitis oſtendatur, ſtatim ſubiungit, *ſiuè etiam ex multiplicatis præſentationibus, per antiquiſsimum temporis curſum, qui ho-*

Digitized by Google

hominum memoriam excedat, alias vé ſecundum iuris diſpoſitionem, quibus verbis non ſolum non excluſit probationem in contrarium, ſed oſtendit quanam ratione ius patronatus de quo loquimur probandum ſit, probans in ſpecie probationem per poſſeſſionem immemorialem, ibi, *per antiquiſsimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, &c.*

Et cõfirmatur ex dictis, quia improbata cõſuetudine, etiã immemoriali, vt in terminis quęſtionis noſtrę, intelligitur derogari vt adquiſitio eſt, & modus introducendi ius aliquod; non tamẽ, vt probatio, vt ſatis ſupra oſtenſum eſt, qua ratione procedũt argumenta in contrarium introducta, quæ minimę probant contra cõſuetudinem, pręſcriptionẽ, vel poſſeſſionem immemorialem, vt probationes ſunt, ſed vt adquiſitiones, atq; ideo nullatenus huic veriſimæ concluſioni contradicunt.

54 Solum ſupereſt reſpondere ad eã difficultatem, qua dicebamus pro cõtraria parte, videri, denegatum ſeu prohibitum vnavia, alia indirecta admitti, ſi daremus prodeſſe conſuetudinem, ſiuè poſſeſſionem immemorialem ad probanda priuilegia; etſi aliàs prohibeãtur: etenim ſi attenta mentis cogitatione perpendas inuenies ſanè, id quod per legem prohibetur nulla via admitti, ex ſuperi' traddita diuiſione duorũ effectuũ, qui à conſuetudine ſolent proficiſci: quandocumque enim lex conſuetudinem improbat id intelligẽdum eſt, in quantum cõſuetudo, & vt modus quidam adquirendi, ſeu introducendi ius nouum, vel antiquo derogandi, minimè tamen, vt probatio eſt, neque inquantum ſumitur, in priuilegiorum comprobationem, prohibitio ergo ſolum efficit, vt non admittatur conſuetudo, in quantum talis eſt, & ſic directè, vt importat priorem effectum, ideſt adquiſitionẽ, nõ verò quod nõ proſsit ad probandum.

35 Quare benè ſtat manere prohibitionem conſuetudinis, ſeu præſcriptionis immemorialis, & quod ea ſtãte, adhuc conferant, atque conducant, ad priuilegij, & tituli allegati exactam probationem, ſi cõſideres, quod ſi talis conſuetudo, vel præſcriptio, nõ eſſet improbata, aut poſſet admitti, vt cõſuetudo eſt, ſiuè genus quodam adquiſitionis, iam verſaremur extra terminos propoſitæ controuerſiæ, cum neceſſe nõ eſſet ad priuilegiorum, probationes recurrere: quandoquidẽ contra conſuetudinem legitimè præſcriptam, probatio non admittitur, quod res in totum præſcripta præſcribentis nõ fit; per traddita à Doctoribus, in l. 3. ff. de vſucapion. & in l. tradditionibus ibi, *vſucapionibus*, C. de pactis.

36 Licet diuerſum ſit agere de conſuetudine immemoriali indirectè, & quo ad effectum probationis, quam uis enim quis probauerit titulũ, vel priuilegium alicuius rei, per actus poſſeſſionis, ex immemoriali tempore, ſi aduerſarius inſtet, atque cõtendat inutilem & innanem eſſe talem probationem, ex eo quod ſola poſſeſſio interuenerit, nec titulus iuſtus fuerit obtentus, ſeque offerat ad probandum ex ipſo priuilegiorũ regiſtro, fama publica, alijsvè probationibus, proculdubio debebit admitti, & poterit obtinere aduerſus aliam probationem, ex immemoriali poſſeſſione reſultantem.

37 Quoniam certum eſt, ex immemoriali poſſeſſione, non reſultare præſumptionem iuris & de iure igitur nihil vetat admitti probationem in contrarium, ex eo enim in capt. is qui fidem de ſponſalibus probatio,

non

non admittitur,quia adeſt præſumptio iuris & de iure,per quam ius diffinitiuè ſtatuit rem ita eſſe, cõtra quã præſumptionem non admittuntur, teſtes, neque alia genera probationum,vt in d.cap.is qui fidem,ibi, *contra præſumptionem*,&c. ergo deficiente tali præſumptione immemorialis poſſeſsio,contrariam probationem non impediet.

38 Inſuper,quia regulare eſt, vt contra vnam probationem altera admitatur,nec erit diſcedendum â regula,vt in l.penult.verſ.*mulier*,ff.de probation.eo maximè quod iura, quæ admittunt probationem priuilegiorum,per curſum temporis, cuius nõ ſit memoria in contrarium, non excludunt oppoſitam probationem, contendentium titulum nullum, & iniuſtum fuiſſe,nec legitimè obtentum,ergo,&c.iubant tradita per Menoch.de præſump.lib.1.quæſt.30.cũ ſeqq.

39 Neq; ideo comminiſcatur quiſpiã velle nos in aliquo derogare auctoritati conſuetudinis, vſusque longę ui, cuius non exiſtit in contrarium memoria , potius enim arbitramur, magnam vim habere immemorialem conſuetudinem, vſque adeò vt è re futurum ſit, ſi habentes priuilegia,aut titulos illorum mentionem non faciant, ſed ſolum expendant, & allegent,tantum temporiscurſum cuius initium non ſit in contrarium, de quo nemo dubitare poſsit, per quem vſum tam notorium priuilegia ſupponuntur, atque probantur. Etenim licet titulus exiſtat priuilegiumque in promptu,& præmanibꝰ ſit,nihilominus illiꝰ allegatione omiſſa,conſultius erit notoriam conſuetudinem allegare, ne cogantur oſtendere titulos, de quorum viribus dubitari contingat, & ob id in nonnullis Regijs conſtitutionibus, diuerſarum Prouintiarum non tã titulus,aut priuilegium, quam cõſuetudo immemorialis opportunè expendi conſueuit, vt in ordinatione Luſitaniæ in 2.titu.1. in princ. iuxta quam Epiſcopi,& ſimiles Prælati in illo Regno ſuperiorem non habentes,in negotijs ciuilibus &temporalibus conueniri poſſunt in fæculari iuditio. Quam conſtitutionem, etſi (vtLuſitani comminiſcuntur)potuiſſent iuſtificare,ex priuilegio iuſtoq; titulo,quem à Sancta Sede Appoſtolica ſe obtinuiſſe contendunt, cautè tamen in illa ordinatione dumtaxat expenditur,ita ſemper fuiſſe vſitatũ per immemorialem tẽporis curſum: fortaſſe ne(vt diximus)cogerentur priuilegium oſtendere, cuius vires periclitarentur, motis, & excitatis hinc indè nouis controuerſijs,& dubitandi rationibus : quod non raro euenire ſolet litigantes, abſque neceſsitate ſtatim ſubito in ipſo litis ingreſſu titulum oſtendiſſe, quem poſtea occultaſſe maluiſſent, ob plures difficilesque controuerſias, ex talis priuilegij oſtenſione motas & excitatas,qui vſus conſuetudinisque antiquæ allegatione contenti,facilius ſibi proſpexiſſent,ſi tituli, ſeu priuilegij non meminiſſent.

40 Et redeundo ad nuper relatã traditionem illius vtiliſsimę diſtinctionis duorum effectuum conſuetudinis,vſusq;antiquiſsimi,ſcilicet vt deſeruiũt ad adquirendum,vel ad probandum,infertur declaratio non inellegans,ad illam celebrem controuerſiam,vtrum in negotijs in quibꝰ adeſt præſcriptio, vel immemorialis conſuetudo,reijciẽda ſit omnis probatio in contrarium, in qua difficultate plures relati â Gabr. vbi ſupra, verſ.*contrariam*, tenuerunt probationem admittendam eſſe,& poſt Paul. Pariſ. à neminè reprobari, teſtatur

Maſ-

Maſcard.dict.nu.38.in eamque magis inclinauerat gloſ.in c.1.de pręſcript.in 6.verſ. *niſi*, ſequutus fuit Philippus Francus in rubr.ibidem: contrariam vero partẽ, id eſt, ſtãte cõſuetudine, vel pręſcriptione immemoriali reijciẽdã eſſe, omnẽprobationẽ in cõtrariũ, tenuit Iacob⁹ Menoch. præſumpt.131.num.50.Maſcard.vbi ſupra num.37.Gabr.loco allegat. n. 50.Pelaez de maioratib.4.par.q.20. n.51.col.2.

41 Vt prior illa ſententia gloſę, quæ probationem admittit aduerſus pręſcriptionem immemorialem intelligatur, quando talis immemorialis poſſeſsio, vel præſcriptio adducta fuit ad aliquid probandum putâ titulum iuſtum, vel priuilegium, & ſic quantum ad ſecundum effectũ, qui dicitur probationis, quo caſu admitti debet probatio in contrarium, imò probatio per teſtes *memoriam extare*, erit præferenda probationi, *memoriam non extare*, quia magis creditur affirmantibus quam negantibus ex Philippo Franch. poſt gloſ.ibi in rubr.de præſcription.in 6.n.17.

42 Alteraverò ſecunda ſententia Butrij, & aliorum aſſerentium contra conſuetudinem, vel pręſcriptionem immemorialem non admitti probationem in contrarium, intelligenda ſit, atque procedat, vbi ageretur de conſuetudine, vel præſcriptione immemoriali, vt ordinantur ad inducendum, vel adquirendum aliquid ſumunturque principaliter, & directè in ordine ad priorem effectum conſiſtentem in adquirendo, quo caſu non malè docebant præfati Doctores, quod ſtante conſuetudine, vel præſcriptione immemoriali non eſſet admittenda in contrarium probatio: etenim conſuetudo immemorialis directè, & principaliter conſiderata, prout medium eſt ad adquirendum, vel inducendum, & poſquam fuerit in ſuo eſſe perfecto, prę ſumptionem inducit iuris & de iure, aduerſus quam, non admittitur probatio, ex vulgata iuris traditione: quæ vtique admittenda erit, ſi opponatur, vel offeratur non contra pręſcriptionem directè, vt præſcriptio eſt, ſed vt probatio, nam quid mirũ, ſi ſecundum hanc vltimam conſiderationem vna probatio contra aliam recipiatur.

43 Ad præfatam autem præſcriptionem immemorialem, vtrum requiratur bona fides, breuiter hic diſcutiendum erit, & cum præſcriptio ob bonum publicum introducta fuerit, iuxta l.1.ff.de vſucapionibus, ac proinde quæcumque lex prohibẽs pręſcriptionem odioſa videatur, & exorbitans â iure communi, videtur proculdubio, quod lex, ſeu conſtitutio interdicens pręſcriptionem abſque bona fide, ſic reſtringenda & interpretanda ſit, vt in præſcriptione immemoriali non procedat, ex vulgati regula odia, lib.6.& inuenio Petrũ de Ancharrano in cap.1.nume.4. de præſcriptionibus in 6.Philippum Decium, in l.traditionibus nu.12. C.de pactis, Salicetum in l.2.num.8.C.de ſeruitutibus, Ferdinandum Menchacenſem, illuſtrium cap. 81.nume.10. exiſtimaſſe in præſcriptione immemoriali non eſſe conſiderandam bonam fidem.

44 Mouentur præcipuè ex doctrina Bonifacij Octaui Pontificis Maximi in dict.c.1.verſ. *niſi*, de præſcriptionibus lib.6.quo loci cum ſtatuiſſet regulã, titulum & bonam fidem in præſcriptione requiri, ſtatim limitationem conſtituit, in præſcriptione immemoriali, in qua ſicut titulus ita quoque bona fides non videtur neceſſaria, ex regu.text.in l.iam hoc iure, verſ. *ſed ſi alter*, ff. de vulgari,

nec

nec non præfati Doctores conſiderant,vt ſuam ſententiam confirmẽt, quod præſcriptio immemorialis attento iure habet vim priuilegij, vt probat text.in l.3.§.*ductus aquæ*,ff.de aqua quotidiana & eſtiua,&capitulũ ſuper quibuſdam 26.de verborum. reſoluit FranciſcusC onnanus lib.4. commentariorum iuris cap.12.n.19. Dominus Ferdinandus de Menchaca de ſucceſsionum creatione,§.26. num.125. ſanè manifeſtum eſt,& cõ ſtat inter omnes in priuilegio bonã fidem neceſſariam non eſſe, ſed poteſtatem ipſiusmet Principis concedentis ſolum modo deſiderari,iuxta textum in l.2.§.ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico , igitur de primo ad vltimum coacta iuris ratione effici videtur,ad præſcriptionem immemorialem bonam fidem minimè requiri,vt prædicti Doctores exiſtimauerunt.

45 Per contrarium verò præſcriptionem etiam immemorialem cum mala fide nõ procedere,voluerũt Ioannes Andreas, Philipus Franchus, & ſcribentes poſt gloſam ibi,in dict. c. 1.in fine de præſcriptionibus libr. 6. Aimon Craueta de antiquitate temporis,4.par.capit. *materia iſta ſingularitatis teſtium*, num.19.Dominus Didacus Couarruu.in regula poſſeſſor 2.par.§.3.num.7.& §.8.nume.4. vbi hanc dixit communem opinionem de regulis iuris libr.6.Antonius Gabriel lib.5.communium opinionum tit.de præſcriptionibus,concl.1. nu. 39.& 40.& nume. 57. Angelus in §. furtiuę quoque res, colum.2. inſtit. de vſucapionibus, Matheus de Affli ctis deciſ.368.num.10.Pariſius conſil.66.num.128.lib.3.& conſ.26. nu. 31.cum ſequentibus lib.1. & conſil. 104.num.154. eodem libro,& conſ. 112.num.34.& 35. eodem lib.1.Iaſ. conſ.24.columna penult.libr.3.Dominus Molina lib.2.cap. 6.num. 66. Aluarus Baez de iure emphiteutico quæſt.8.num.15. & plures relati per Dominum Ferdinandum Menchacenſem,dict.cap.81.illuſtrium,num. 10.qui omnes vnanimi aplauſu , verius & receptius eſſe dixerunt , ſub generali regula,quæ in præſcribenti bus bonam fidem requirit,præſcriptionem immemorialem pariter cõprehendi.

46 Nec mirum ſi conſideraueris & expendas vniuerſalia verba regulæ, *poſſeſſor*, libr.6.ibi, *vllo tempore*, quæ præſcriptionem etiam immemorialem videtur comprehendere in ſua vniuerſalitate,iuxta Iuriſconſulti regulam in l.Iulianus.ff.de legat.3. ita vt nec preſcriptio immemorialis abſque bona fide procedere poſsit , facit text.in l.cum lege,ff.de teſtamẽtis,& in l.1.verſ.*quod autem*,ibi, *non puto verum*, ff.de aleæ luſu , & aleatoribus, & præter proximè citatos pro hac ſecunda ſententia , ante eos iliã docuerat gloſa penultima,in d. cap. 1. de præſcriptionibus in 6. rurſuſque eandem opinionem confirmãt, ſi inducantur text.in cap.cum inſtãtia 17.in princ. de cenſibus , iuncto textu in cap.cum ex officij, ibi, *quod non meminerint*,& c.accedẽtes de preſcriptionibus.

47 Et denique pro eadem parte ad cõprobandũ preſcriptionem immemorialem , ablque bona fide procedere non poſſe,quandoque argumẽtando conſiderabam , rationem peccati , in qua ſe fundauit Bonifacius Octauus Pontifex Maximus in regula poſſeſſor libr.6. & propter quam præſcriptio cum mala fide prohibetur, multo magis & à fortiori militare in præſcriptione immemoriali, in qua profecto peccatum malæ fidei poſſeſſoris , eo grauius eſt , quo ille diutius rem alienam detinet , ex re-

gula

Digitized by Google

gula text.in c.vlt.in princ.de cõſuetudine, ac ſubinde ſuccedit, ſtatim alia regula text.in authẽt. multo magis. C. de ſacroſanct.eccleſ.

48 Quam difficultatẽ vt reſoluamus expediet repetere vnũ notabile ſuprà à nobis in hac eadẽ cõtrouerſia propoſitũ, id eſt tẽpus immemorialis poſſeſsionis dupliciter conſideranti, aliquando enim allegatur in vim priuilegij, hoc eſt ad præſumendum priuilegiũ ex illo tempore, iuxta textum in vulgari §. ductus aquę, idque in illis rebus, quæ ad illarũ poſſeſsionẽ priuilegiũ requirunt: aliquando verò rurſus conſideratur dictũ tempus poſſeſsionis immemorialis ad cõſtituendã præſcriptionem ex illa ad quiſitã. Quod ſi vtiliter aduocati inquirant inter præfatas duas cõſiderationes quęnã differentia reperiatur ad praxim, & vſum quotidianũ acommodata, reſpondebo quod prædictum tẽpus immemoriale priori modo conſideratũ, ſolũ modo inducit præſũptionẽ priuilegij, itavt ille qui immemoriale tẽpus allegauerit præſumatur habuiſſe à principio priuilegiũ ad obtinendã illã rẽ de qua fuerit lis & controuerſia, non tamẽ dominiũ aliquod adquiſierit, deficientibus neceſſarijs, quę ſi defuerint tenebitur in foro cõtientiæ, ad reſtituẽdã rem, & inſuper aduerſarius cõtra rium probare poterit, per legitimas probationes, de quibus agit text. in c.cũ cauſam de probation. & quę reſoluit Suarez allegatione 6. à n.9. Valaſcus de iure emphit.q.9.à n.22. tẽpus verò immemoriale poſteriori modo conſideratũ, facit etiã priuilegij præſumptionẽ, cõtra quã ampliores probationes nõ admituntur, ſi valida ſit pręſcriptio, vtpote habẽs omnia à iure requiſita, nẽpè poſſeſsionẽ & alia neceſſaria ad ipſius validitatẽ, ſic intelligitur regul.tex.in d.§. ductus aquæ, & in d.c. ſuper quibuſdam: nec nõ inſuper prędictũ immemoriale tẽpus, ſecundũ poſteriorẽ cõſiderationẽ de qua proximè, transfundit rẽ in ipſummet poſſidentẽ, qui mediante tanto tempore dominiũ illi adquirit, & verus dominus efficitur iuxta definitionẽ Iuriſconſulti, in l. 3. §. vſucapio. ff. de vſucapion.

49 Deinde præſupono ad verã explicationẽ, & intelligẽtiã prædictę quæſtiũculę de bona fide, an requiratur ad immemorialẽ, & licet in quacunque præſcriptione bona fides requiratur, in immemoriali tamẽ pręſcriptione, diuerſimodè & longe aliter ſe habet bona fides, cõſtat nãque in alijs præſcriptionib', licet bona fides ſemper pręſumatur in præſcribente, ita vt illã allegare non oporteat, ex reg.text.in c.vlt.de præſũpt. nihilominus tamen hanc pręſumptionem eſſe iuris tantũ, contra quã in cõtrariũ ordinaria, & legitima probatio admititur ab aduerſario á quo mala fides oſtẽdi poteſt: at verò in pręſcriptione immemoriali bona fides pręſumitur præſũptione iuris & de iure, cõtra quã probatio non admititur, iuxta textũ in c.is qui fidẽ de ſpõſalibus, aduertit in ſpecie Felin. in c. cũ vobis n.7. de præſcription.

50 Ex quibus duobus breuiſsimis prę ſupoſitis, colligo facilè & vninocam concordiã ad duas opiniones ſupra relatas, vt ſecũda quæ docet in pręſcriptione immemoriali requiri bonã fidẽ, procedat & intelligatur attẽta rei veritate, qua requiritur etiam ad præſcriptionẽ immemorialẽ bona fides vera vel pręſumpta: prior verò ſentẽtia, quæ minimè requiri bonã fidẽ in pręſcriptione immemoriali docebat, intelligenda & accipiẽda ſit, facta conſideratione præſumptionis, quę in tali pręſcriptione reperitur, & in effectu ſolum dicit in pręſcrip-

criptione immemoriali de bona,vel mala fide, non eſſe tractandũ, non quia bona fides non requiratur, ſed quoniã ita in tali præſcriptione bona fides preſumitur,vt probatio malę fidei in cõtrariũ nõ admittatur.

51 Bonifacius autem Octauus Pontifex Maximus,in d.c.1. de præſcript. lib.6.d.verſ.*niſi*,præfatę reſolutioni, & concordię,non ſolũ,non contradicit quinimò facilimo negotio in contrarium poterit retorqueri, eo quod(ſi attendiſti)à cõtrario ſenſu, concludit q vbi poſſeſsio immemorialis allegatur,etiãſi ius cõmune reſiſtat præſcribenti, bona fides ſufficit,quæ ſemper requiritur, nõ tamẽ titulus eſt neceſſarius,qui cauſã tribuat preſcribendi,exceptio enim illa,de qua in d.verſ. *niſi*,non quidem ad bonam fidem, ſed potius ad titulũ eſt referenda, ſiquidẽ textus ille, ſupponit bonã fidẽ,& requirit titulũ de nouo, in caſu de quo ibi, ponẽs exceptionem in præſcriptione immemoriali.

52 Altera vero difficultas,quam obiecimus conſiderantes præſcriptionẽ odioſam eſſe,&c.facilè diluitur ſi aduertas,quod licet fateamur præſcriptionẽ cum mala fide odioſam eſſe,nihileminus tamen lex illã prohibens,comprehendere debet quamlibet præſcriptionẽ,quæ propriè præſcriptio eſt,ex reg.text. in d.l.cum lege,ff.de teſtamentis,qualis eſt præſcriptio immemorialis,de qua agim⁹ & quę vt talis proponitur in iuditio.

Quod ſi ille aduerſus quem præſ-
53 criptio immemorialis, in vim præſcriptionis opponitur in iuditio, contendat admitti ad probandum malã fidem aliquo tempore interueniſſe, audiendus non erit, quãdoquidem pro ſe habet præſumptionem iuris & de iure,qua ſtante conſtat aduerſarium audiri non debere, ex regula vulgaris textus in d. c. is qui fidem de ſponſalibus: aduertunt in ſpecie nonnulli allegati à Saliceto vbi ſupra,Burſatus conſ.41.n.9.libr.1.Gabriel d.concl.1.nu.50.niſi forte talis litigans cõtra quem dicta immemorialis in vim præſcriptionis obijcitur voluerit probare malam fidem, per illos modos quibus aliquid probatur contra talem præſumptionem iuris & de iure, iuxta gloſam celebrẽ, verbo,*nullo modo*,in l.in contractibus C.de non numerata pecunia, reſoluit Tiraq. retractus tit.1.§.4. gloſ.1. nu.37.

54 Per contrarium verò audiedus ille erit(vt ſupra tetigimus)cõtra quẽ immemoriale tẽpusallegatur,ſi illud opponi contingat, non in vim præſcriptionis,ſed in vim priuilegij:cõſtat nãque præſumptionẽ priuilegij, in hac ſpecie iuris tantũ eſſe, contra quam aduerſarius ad contrariũ probandũ audiri debet,vt fatetur Dominus Molina lib.2.c.6.à nu.66.idque ego maximè intelligendum eſſe cẽſerem,ſi in tali præſcriptione immemoriali deficiat aliquid, per quod ipſa anullatur, qua ratione aliàs laici, qui decimas poſsidere non poſſunt, ex cap.cauſam quæ de præſcriptionibus,allegantes præſcriptionẽ immemorialẽ minimè obtinebunt, eo quod talis præſcriptio, propter defectum poſſeſsionis,non poſſet effectum obtinere, vt contingit in illis rebus,in quibus ad poſſeſsionẽ priuilegium eſt neceſſarium,quare cõtra præfatã præſcriptionẽ in vim priuilegij allegatã,proculdubio probatio in contrariũ admitteetur.

Summaria ad Controuersiam 21.

1 CVius maior sit vis exceptionis clericorum, vel reconuentionis.

2 Verius est exemptionem clericorum in re humano competere, pro quo expenditur text. in cap. clerici de iudic.

3 Controuersia hac prosedit quando clericus actor iudicem secularem adiuit.

4 Refertur prior opinio asserentium clericum, nec per viam reconuentionis conueniri posse coram secularibus.

5 Totum reconuentionis fundamentum consistit in consensu & voluntate actoris.

6 Voluntas clerici nullius momenti est ad eligendũ iudicem secularem, ex quo corruit totum reconuentionis adificium.

7 Clerici non solum laico, sed neque alteri Episcopo se submittere possunt, nisi de consensu Dioecesani.

8 In cap. significasti de for. competent. nihil noui statutum fuit, sed datum responsum secundum tenorem sacrorum antiquorum canonum, qui sacri per autonomasiam nuncupantur in plerisque locis iuris canonici.

9 Assignatur ratio quare sacri canones constituerint, ne quis Episcopus alterius subditum iudicet.

10 Etiamsi perscrutemur omnia iura canonica casum reconuentionis nõ inuenimus exceptum á regula, c. si diligẽ. de for. compet.

11 Nouest differentia inter hoc quod est clericum reconuenire coram secularibus, vel ipsum de nouo conuenire.

12 Iudices laici, non minus negotia ecclesiastica iudicant, per reconuentionem, quam per nouam petitionem.

13 [illegible]ilibus possent clerici reconuenti coram secularibus sequerentur quod etiam in causa criminali, ciuiliter mota, quod negant aduersarij.

14 Si reconuentio clericorum locum haberet in ciuilibus coacta iuris ratione fatendum esset, locum etiam habituram in criminalibus.

15 In omnibus causis regula negatiua preualere debet regulæ affirmatiuæ, ex quo conficitur argumentum locum, non esse reconuentioni clericorum.

16 Regula specialis semper & vbique preferenda est regulæ generali, ex quo conficitur alterum argumentũ ad idem.

17 Forasse in punto disputationis verius est, clericum non esse reconueniendum, coram iudice seculari.

18 Antiquis temporibus proprij clericorum iudices laici erant, á quibus fuerunt exempti, quorum noui iudices Episcopi constituti sunt.

19 Quia clerici maximo cum opprobrio á secularibus trahebantur necesse fuit, eos eximere á Potestate seculari.

20 Post cap. si diligenti de for. competent. in renuntiatione fori ius publicum offenditur, quod antea non offendebatur, sed apparet in intelligibile, vt res quo modo erat iuris priuati, postea iuris publici esse possit.

21 Non publicum, sed priuatum videtur fori priuilegium, & liberé possunt homines renuntiare, etiam illa quæ ex publico iure ad ipsos deriuantur.

22 Do-

Digitized by Google

22 *Doctrina Inn. in dict. cap si diligenti, non satis iuris vtriusque principijs consentire videtur.*

23 *Non satis explicant Doctores, quanā ratione priuilegium clericis concessum publicum sit, & illi renuntiā tes derogent iuri publico.*

24 *Reijcitur glossa dum asserit in priuilegio fori verti etiam odium laicorum ad exemplum Canonis si quis suadente.*

25 *Fauor publicus per se sufficit, vt fori priuilegio clericorū pactionibus derogari non valeat cōtra dictam glosam.*

26 *Clerici tunc demum iuri publico renūtiāt, cum totus status clericalis suo cesserit priuilegio, vt factum fuit, in c. vnico de clericis coniugat. in 6. & in Trid.*

27 *Clerici remittentes suum fori priuilegium, nequaquam dici possunt iuri publico renuntiare.*

28 *Non rectè videtur Inn. induxisse ius publicum ad impugnandam fori ecclesiastici renuntiationem.*

29 *Explicatur quomodo renuntiatio clericorum ledat ius publicum, & quae ante a non offendabatur, & modo offenditur ius publicum.*

30 *Pro verissimo illius intellectu expenduntur verba text. in d. c. si diligēti.*

31 *Priuilegium fori, quod antea solū priuatam clericorum vtilitatem continebat, capit ius publicum includere, quia ignominiosè tractabātur á iudicibus secularibus.*

32 *Infertur intellectus ad c. cum super, c. tuis, c. non liceat de preb. c. si Episcopus eod. tit. lib. 6. quatenus affirmant illicitam esse conuentionē clerici cum Episcopo pollicentis se nō repetiturū congruā sustentionem.*

33 *Intelligitur text. in c. contingit de sententia excommunicationis, cur remitti non potest priuilegium Canonis si quis suadente.*

34 *Quare alia priuilegia militum scholarium, & similium renuntiari valent, & non priuilegium fori clericis concessum.*

35 *Spernenda est differentia inter exceptos & priuilegiatos.*

36 *Id quod in gratiam exempti introductum est, in eius odium retorqueri non debet.*

37 *Ad concordiam reducuntur duae opiniones inter se disidentes, si constituas duo genera exemptorum.*

38 *Aducitur quorundam intellectus ad l. si quis in conscribendo, C. de pact. & impugnatur.*

39 *Ideo in dict. l. si quis in conscribendo valuerunt pactiones illae, quia versabantur circa priuatam clericorum vtilitatem, quas postea docuit experientia statui clericali iniuriosas esse.*

40 *Multum expediens fuit clericos eorūque bona eximere á Pricipum secularium iurisdictione.*

41 *Non obstat clericale priuilegium fori quominus clerici per reconuentionem á seculari iudice iudicari valeant.*

42 *Negotium reconuentionis, tanquam accessorium causa principali vnum, & idem iudicari debet cum conuentione ipsa.*

43 *Causa iuris patronatus iudicatur, tanquam ecclesiastica sequitur naturam spiritualium, & ad ecclesiasticum tantummodo iuditium spectat.*

44 *Causa dicti iuris patronatus ecclesiastici ob connexionem cum spiritualibus exequantur illis in aliquibus articulis, & sub eorundem spiritualium notatione continentur, plenoque ore spiritualia dicuntur.*

45 *Dispositiones omnes tractantes de rebus spiritualibus comprehendunt etiam illa omnia, quae secundum ecclesiae authoritatem annexa sunt spiritualibus, nisi ex mente dispositionis*

Digitized by Google

nis, vel ex intentione ſequentis materia ſubiecta alijs vè coniecturis aliud colligatur.

46 *Iura inhibentia clericos conueniri in foro ſeculari id vnum contendunt ne inuiti trahantur ad ſeculare forum clericus autem qui reconuenitur ad iudicium non trahitur.*

47 *Priuilegium fori ſolũ eſt, ne clericus directè conueniatur, & principaliter, non verò ne conueniatur indirectè acceſſoriè, & in quandam cõſequentiam.*

48 *Dictamen illud rationis cuius mentio fit in rubric. ꝓ quiſque iuris vaſſis, & fundamentum eſt, ediffitij re conuentionis.*

49 *Sententia quæ facit locum reconuentioni in praxi ſequenda eſt, & intelligenda in ciuilibus, non autem in criminalibus.*

50 *Reconuentio nullatenus fundatur in voluntate actoris laicum eligentis ſed in rationis naturali, edicti* quod quiſque iuris.

51 *Incompetentia iudicis ſecularis minimè tollitur per voluntatem clerici actoris ſponte adeuntis ſeculare iudicium, ſed per quandam iuris prorrogationem.*

52 *Longe diuerſa ratio eſt, conuentionis prohibitæ, & reconuentionis non interdictæ.*

53 *In materia reconuentionis, non eſt admittendus concurſus regulæ negatiuæ, & alterius affirmantis.*

54 *Aducitur diſcriminis ratio quoad reconuentionem inter cauſas ciuiles, & criminales.*

55 *In cauſa criminali ciuiliter mota clericus reconueniri poterit apud iudicem ſecularem.*

56 *Tex. in cap. 1. de cler. coniug. in 6. & in cap. 2. de for. comp. ſtatuentes clericos, non poſſe conſtringi per ſeculares ſuper crimine etiam ciuiliter, accipendi ſunt de clericis directè, & principaliter conuentis.*

57 *Clericus venditor tenetur defendere emptorem coram iudice ſeculari.*

58 *Clerici exercentes profeſſionem aliquam habentem peculiares iudices compellendi erunt reſpondere corã talibus iudicibus etiã ſecularibus.*

59 *Senatores, & Præſides aliique miniſtri Catholicæ Maieſtatis, etiã ſi clerici ſint in ſacris non ſuffragabitur illis fori priuilegium cominus compellantur ad reddendam ſuorum munerum rationem coram ſeculari.*

60 *Sacerdotes regium patrimonium adminiſtrantes trahendi ſunt ad ſeculares iudices.*

61 *Clerici in ſacris trahi poſſunt in cauſis feudalibus, vt ſe defendant apud dominum feudi etiam ſecularem.*

62 *Non probatur dicta propoſitio in c. cæterum de iudi. ſuadetur tamen ex cap. verum de for. comp. vbi mẽtio fit de Vaſallo Præpoſito qui eccleſiaſticus erat.*

63 *Dominus feudi iuriſdictionem non habet, neque ordinariam, neque delegatam, tamen in illa cauſa index erit ordinarius priuatus ordinariam priuatam iure ordinario, ſibi competentem iuriſdictionem habens.*

64 *Oportet tamen quod ſint Vaſalli, & de feudo ſit controuerſia, & ſi vertia alia perſona contra Vaſallum litigauerit nequaquam dominus feudi iudex eſſe poterit.*

65 *Clerici in cauſis feudalibus non habent forum quarum cognitio ad peculiares iudices priuatiuè ſpectat, ſiue litigantes laici ſint ſiue clerici*

66 *Reconuentionis cauſa eſt præter vel contra regulam negatiuam interdicentem clericos in foro ſeculari cõueniri qua non obſtante media recõuentione clerici apud ſeculares iudices poterunt vocari.*

Digitized by Google

CONTROVERSIA 21.

An priuilegium fori per legẽ humanã clericis conceſsum, quo à ſeculari iurisdictione eximuntur, præualere debeat contra rationem naturalem, in qua reconuẽtio fundatur, vel è contra ſecularis per reconuentionẽ cõpetens fiat contra clericum.

1 IPſa doctrinę ratio poſtulat, vt proſequẽtes ſecũdũ hũc articulum de viribus, & poteſtate legũ ciuiliũ circa reſ ſpirituales, & negotia eccleſiaſtica: materiam etiam reconuentionum ſatis quotidianã, & vtilẽ, & nõ ita facilẽ attingam⁹, examinantes, cuiuſnam maior ſit vis, atq; Poteſtas, exemptionis clericorũ ex vna parte, an reconuentionis ex altera: ſubtilis profecto pariter, & difficilis controuerſia, in qua iam diu deſiderabam, quid ex ſcriptorũ traditionibus collegiſſem, quidque ipſe ſentirem lectoribus detegere: ſubijciẽs, quæ dicenda ſunt cuiuslibet priuati hominis melius ſentientis iudicio.

2 In qua difficultate pro explicatione tituli quęſtionis aduertendum eſt primo, ꝙ licet cõmunis receptaq; ſententia fuerit clericos lege diuina exẽptos eſſe â iuriſdictione ſeculari teſte Cou. prac. 31. n. 1. ex gloſ. pen. per text. ibi in c. ſi Imperator 96. d. quaratione cõtenduntinanẽ eſſe cõſuetudinẽ in cõtrariũ, ſic intelligentes text. in capit. clericis de iudic. ibi *Ex aliqua conſuetudine*, vt cõſtat ex traddit. à Ioan. Gutierrez in quæſtionibus canonic. cap. 34. nu. 23. à Couarr. vbi proximè num. 5. Auferrio de poteſt. ſecul. reg. 1. in prin. Abb. Panormit. & alijs in dicto capit. clerici Roland. à valle conſi. 4. libr. 1. â numer. 11. Rota 84. de conſuetudin. in antiquis Franciſco de Ripa. in c. 2. de iudic. n. 15. cõmunẽ dicentibus ſecundũ Coua. & Rolan. dictis locis. Nihilomin⁹ dicta ratione nõ admiſſa multo verius eſt, præfatã exẽptionẽ iure humano poſitiuo eccleſiaſtico clericis cõpetere, vt ſupponitur in titulo propoſitę cõtrouerſię, & deducitur ex dictorũ interprætũ doctrina & reſolutione, vel ea vnica cõſideratione (prętermiſsis pluribus, quæ vulgo adduci referriq; ſolẽt) quia ſi expẽdas, & alta mẽtis cogitatione cõſideres, id ſatis expreſsit, atq; probauit tex. in d. c. clerici, qui nõ lẽgẽ aliquã diuinã, ſed ſacros Canones, & leges ciuiles Imperatorũ illos imitãtes expẽdebat, & põderabat ad impugnandã cõſuetudinẽ, qui vtiq; text. ſi tali cõſuetudini lex aliqua diuina obſtaret proculdubio cõſideraſſet, rẽ vtpotè magni momẽti, & ponderis, forte igitur, & ineuitabile argumẽtum eſt, quo cõuincitur dictã exẽptionẽ iuris humani eſſe, & non diuini.

3 Deinde ſupponendum reconuentionẽ minimè locũ habere poſſe niſi in caſibus in quibus ſolus actor iudicem

dicem elegit teſte Curtio in l.eſt re ceptum,ff.deiuriſdict.omn.iudic.nu mer. 2. docet Batt. in authentic. & conſequent. in fin. & communis in dict.l. eſt receptum, atque ita dubitatio procedit ſub his terminis,ſcilicet quando clericus actor iudicem ſecularem adiuit, vtrum apud eundē, recōueniri poſsit, non obſtante priuilegio fori, quo notoriè gaudet

4 Et primo, duas in hac re potiſsimum inuenio inter ſe pugnantes, & omninò diſidentes opiniones, quarum priorem, ideſt quod ſecundum ſtricta iuris principia verius ſit, fori priuilegiū prævalere debere aduerſus reconuentionem,atque ideo clericum non cogendum coram ſæculari per viam reconuentionis reſpōdere, tenuerunt Mantua in cap. at ſi clerici de iudic. nume.38.Anton. & Cardin. n.86. Andreas ſiculus Barbatia ibidem poſt Abbar. n. 22.verſ. *contrariam*, Marianus in c. 1. de mutuis petitionibus num.27.ad fin. Philip.Dec.eod.lòco nume. 25. verſ. *& primo probatur*,poſt plures alios ex antiquior.quorū meminit Abb.d.n.22.

5 Notanter diximus quæſtionem procedere in clericis ſponte venientibus ad agendum coram iudicibus ſecularibus, quia totum reconuentionis fundamentum conſiſtit in cō ſenſu,& voluntate actoris, quem cū ratione cōiunctum, & copulatum eſſe videtur,vt eundem iudicem cōtra ſe admittat, quem pro ſe ipſo libenter voluit adire:ex vulg.reg. l.1. & totius tituli, *quod quiſque iuris in alium ſtatui vult in ſe ipſum ſtatuere debet.* Quo fit, vt reconuentio procedere minimè poſsit,niſi quando ſoli clerici actores, iudices ſeculares ad litigandum adierunt, apud quos eos dē recōueniri poſſe iuſtū apparet,in eamq; ſententiā, frequenter itū eſt ab interpretibus,vt teſtatur Curt. in l.eſt receptū ff. de iuriſdic. ōmn. iudic.nu.2. docuitq; Bart.in d.auth.& conſequenter ad calcem.

9 Ex qua doctrina ſic argūmētum conficio ad probandū nō obſtāte dicta ratione naturali fundata in illo edicto, *quod quiſque iuris*, prævalere debere fori priuilegiū ipſis cleticis conceſſum:etenim ſi totū fundamētum recōuentionis clerici, in eo ſtat quod ipſe volens, & ſpōte ſua venerit ad iudiciū ſeculare, cū voluntas, & conſenſus clerici prorſus nullius momēti ſint ad eligendum iudicē ſecularem,de primo ad vltimum relinquitur planū & apertum, defficere atque corruere totū recōuentionis ædificiū,tam leui, & innani ſubſiſtēs fundamento. Præſertim ſi rurſus memineris clericos ſecularib⁹ iudicib⁹, non ſolū ex propria volūtate,ſed neq; de Epiſcoporū licentia ſe ſubijcere poſſe:ex deciſ.tex.in c.ſignificaſti de for.cōp.cū ſimilib.ergo quidquid clericus ſol⁹ actor,& volens ſeculārē iudicē adierit apud eundē nō poterit reconueniri, cōtradicente fori priuilegio ipſiſmet clericis iure eccleſiaſtico cōceſſo,nec nō iuris traditionibus repugnantibus.

7 Adde clericos nō ſolū laico,ſed neq; alteri Epiſcopo ſe ſūmittere poſſe niſi de cōſenſu Diocæſani, ſi cōſulas Canones antiquos per anthonomaſiā,& quādā excellētiā ſacros nuncupatos,quib⁹ conſtitutū eſt, vt nullus Epiſcoporū alterius ſubditū ordinare,vel iudicare præſumat, niſi de ſui Epiſcopi cōſēſu, vt cōtinetur in c.1. cū ſeq.9.q.2. atq; ita prohibētur ōni nò clerici vni⁹ Epiſcopatus,alterius iudicis nō ſolū laici,ſed & eccleſiaſtici iuriſdictionem protrogare, pariterque alienis Epiſcopis interdictum eſt, nepoſsint actum aliquem in alienos ſubditos exercere, ſiue ordinis,ſiue iurisdictionis, vt manifeſtè

Digitized by Google

festè colligitur ex cap. 1. 6. quæstio. 3. ibi: *Scriptum est enim in lege per alienam messem transiens falcem mittere non debet, sed manu spicas conterere, & manducare, atque adeò falcē iudicij alienus Episcopus mittere non potest in eam segetem quæ alteri videtur esse commissa.*

Quo in loco obiter admoneò in gratiam studiosorum in scholis commorantium, in dict. capit. significasti de for. comp. nihil noui statutum tuisse, sed datum responsum secundum thenorem sacrorum antiquorum canonum, quibus magnoperè publicæ ecclesiæ vtilitati prospectum erat, quatenus decreuerunt, vt nullus Episcop⁹ alienū subditū iudicaret, aut ordinaret: æquū autē fuit maximaq; cū ratione cōiūctū q⁹ Pōtifices sēper voluerint, vt dicti canones (non sine mysterio sacri nonnullis iuris in locis nuncupati) ab omnibus inuiolabiliter custodiantur, ideòque vbicunque se se offert in iure illorum fieri mentionem incredibile dictu est, quanta cum reuerentia à Romanis Pontificibus allegentur, vt animaduertere licet in cap. cum esses, de testamen. in cap. clerici de iudic. in capit. si diligent. de for. comp. in c. cum satis de offic. Archidiacon. & alibi sæpe, vbi tantum honoris, & dignitatis ipsimet iuris Pontificij Conditores dictis sacris Canonibus antiquis deferrè voluerunt, vt omnia ab illis diffinita, & pronuntiata sine exceptione putauerint custodienda.

9 Nec mirum, finis enim vltimus iuris canonici est semperque fuit ordinare subditos in bonum spirituale animarum, teste Nauarro in capit. nouit notab. 3. de iudic. numer. 90. post glossam in capit. cum contingat verb. *debet* ad medium de iur. iur. : quo fit vt cum alienus Episcopus subditos extraneos commodè dirigere non valeat in bonum spiri-

tuale, quippè qui non sic valebit, idoneos ministros eligere, lites componere, remedia quæstionibus adhibere, & alia id genus facere, quæ videntur Episcopis incumbere si muneri sibi iniuncto satisfacturi sint, vt probant expressa iura in capite placuit 90. distinctione c. studendū capit. primo eiusdem distinctionis quorum meminere Iassi. in l. quidam existimauerunt, numero quarto, ff. si certum petatur post Abbatē qui dicta iura cum laude allegauit in rubric. de tregua & pace, rectè, & magno cum iudicio antiqui sacri Cānones constituerint, ne quis Episcopus alterius subditum iudicet, tantum abest, vt clericus quantumuis voluntate, & sponte sua se summittere possit iuditio seculari, non solum tacitè ibidem petendo, sed neque verbis expressis: inutilisque erit imò de iure impossibilis clericorum prorrogatio in iudicem laicum tanquam sacris Canonibus inimica, & boni spiritualis, exemptionisque ecclesiasticæ offensiua igitur ex dictis iam efficitur prorsus esse à iuris ratione alienum expendere clerici actoris coram iudice seculari voluntatem, ad conuincendum ipsum eodem iure, ex eo quod iudicium sponte suscepit posse ibidem reconueniri non obstante priuilegio fori, & ex consequenti non solum non præponderat, sed neque alicuius momenti esse videtur illa ratio, quā naturalē appellant, ex edicto 9 quisq; iuris.

10 Præterea nō leuiter vrget reg. c. 1. & 2. cū alijs 2. q. 1. d. c. si diligenti de for. c. cōp. secūdū quā pluſquā manifestū est clericos omnes in omnib⁹ causis, siue ciuiles, siue criminales sint exēptos esse à iurisdictione seculari: à qua quidem regula etiam si perscuteris omnia & singula iura canonica casum recōuentionis nō inuenies exceptum

Digitized by Google

ceptum, igitur ſtare debemus regulæ dictorum iurium, ac per conſequens nullus clericus cogi debebit reſpondere coram iudice ſeculari.

11 Maximè ſi attentè conſideres nullã differentiæ rationẽ conſtitui poſſe, inter hoc quod eſt reconuenire clericũ coram ſeculari, vel ipſum de nouo conuenire: etenim reconuentio nihil aliud eſt quam quædam cõuẽtio mutua per, quam cum quiſpiam apud iudicem aliquem actionẽ propoſuit, mutuo, vel inuicem, apud eundem conuenitur, vt in rubric. de mutuis petitionibus.

12 Accedit quod in propoſita reconuentionis ſpecie, iudices ſeculares non minus clericos negociaque eccleſiaſtica iudicant per reconuentionem, quam per petitionem nouam, vt exploratum eſt, at non poſſunt talem iuriſdictionem, neque in clericos, neque in negocia eccleſiaſtica exercere, quã prorſus carent, vt in c. vlt. in prin. dẽ reb eccleſiæ. & in cap. clerici cap. 2. c. qualiter de iudic. ergo manifeſtè conuincitur, quod quemadmodum clerici coram ſecularibus conueniri non poſſunt, ſic nec reconueniri.

13 Et probatur eadem pars per argumentum ad hominẽ (vt dialectici loquuntur) quoniã communis ſententia contraria, quã ſtatim referemus illiuſq; aſſeclæ, & ſectatores omnes vnanimi conſenſu fatentur, clericum quẽ dicunt in cauſa ciuili reconueniri poſſe coram ſeculari, non poſſe in cauſa criminali ciuiliter mota, ſed in cauſis merè ciuili dumtaxat, vt cõſtat ex traditis, à Iulio Claro. d. §. vlt. q. 36. nu. 6. Auferrio de poteſt. ſecula. reg. 2. n. 5. & 6. Philip. Dec. in c. at ſi clerici de iudic. n. 25. At ſi clericus in cauſa merè ciuili reconueniendus eſſet corã ſeculari proculdubio, etiã in cauſa criminali ſaltẽ ciuiliter mota poſſet cõueniri: probo cõſequẽtiã, quia vt in plurimũ (vt adnotarũt omnes in rubr. de iudic.) cauſa criminalis ciuiliter mota quantũ ad iudicẽ modumq; procedendi æquiparatur ciuili, ſed ipſi aſſertores oppoſitæ ſententiæ cõmunis, fatentur in cauſa ciuili locũ eſſe recõuentioni cõtra clericũ, vt traddunt frequenter in d. c. 1. de mutuis petitiõ. & in d. auth. & cõſequenter, ergo & in cauſa criminali ciuiliter mota, q ipſi negãt, igitur ex vna propoſitione in alterã, vel non eſt admittenda recõuẽtio in cauſa ciuili, vel admittẽda erit in cauſa criminali ciuiliter mota.

14 Imo ſi verum amamus & incriminalibus eſſent reconueniendi clerici in iudicio ſeculari, ſi fori priuilegium non obſtaret, aut in aliquo caſu locus foret recõuentioni: quis enim aſsignabit differentiæ rationem propter quam clericus actor coram ſeculari in cauſa ciuili poteſt ibidẽ reconueniri, & non in cauſa criminali: quemadmodum enim in vno contradicit exemptio, etiam in altero, vel in neutro obſtare debet.

15 Denique conſiderabam ad probandum admittendam non eſſe reconuentionem contra clericos actores in iudicio ſeculari, mirum in modum conducere Tyraqueli doctrinã in l. Boues. §. hoc ſermone limitatione 7. nume. 6. poſt Bart. per text. ibi in l. 3. §. libertis ff. de ſuſpect. tutorib. quã originaliter tradiderunt legiſtæ per illũ tex. in l. ſi Rufinus C. de teſtam. milit. aſſerentes in omnibus negotijs, & cauſis regulam negãtem prævalere debere regulæ affirmanti, quippè negatio ſimpliciter & abſolutè fortior eſt ipſa affirmatione, ex quo ſic argumentum conficitur, in hac materia de qua diſſerimus, datur cõcurſus, & oppoſitio regulæ negatiuæ inhibentis clericis

ne respondeant apud seculares iudices, aut coram illis patiantur se conuenjri, vt in dict. cap. si diligenti cũ alijs: & alteri' affirmatiuæ regulæ de qua in dict. cap. 1. & 2. de mutuis petition. & in l. cum Papinianus versi. *ceterũ*, & in authent. & consequenter & in cap. dispendia, vers. *verũ quoque*, de rescrip. in 6. & in l. 2. §. sed si agat ff. de iudic. quæ generaliter reconuentionem admittit, ac probatquem cumque iudicem aliàs prohibitum authoritate legis quasi per quandã prorrogationem fieri competentẽ, vt actor apud eundẽ nõ obstãte quocumque priuilegio reconueniri valeat, sed negatiua regula prohibens clericum conueniri coram seculari fortior est vt patet, igitur ex prædicta Bart. & Tyraquell. aliorũq; sententia prævalere debet regulæ affirmatiuæ reconuentionem admitenti.

16 Maximè si rursus expendas regulam, *generi per speciem*, de reg. iur. in 6. cuius meminit Abbas in capite primo per text. quem ibi expendit de iurament. calumniæ, numero septimo, qua frequenter docemur regulam specialem semper, & vbique præferendam esse regulæ communi, & generali, sed dicta negatiua regula, quæ prohibet omninò ne clericirespondere cogantur coram iudicibus secularibus specialis quidem est, affirmatiua verò regula reconuentionem admittens dum de ipsismet clericis speciatim non tractat generalis est, & communis, igitur negatiua regula derogare debet affirmatiuę ac per consequens semper obstare fori priuilegium, ne clerici conueniri possint coram iudicibus secularibus: præponderabitque clericorum exemptio assertæ rationi naturali in qua ipsa reconuentio niti solet.

17 Propter has difficultates, & argumenta non levia quæ fortasse conuincunt secundum strictam iuris rationem sententiam hanc in puncto disputationis veriorem esse, præsens controuersia anceps & difficilis redditur: procuius cognitione antequã quid tenendum sit statuamus nõnulla præmittere oportebit quæ nõ modicum spectant ad veritatem in hac parte inuestigandam.

18 Illud autem in priori loco nobis visum est animaduersione, & consideratione dignum, dictam clericorũ exemptionem eo omninò tendisse, vt totum clerum statumque ecclesiasticum eximeret ab illa regula vulgatissima, l. fin. C. vbi in rem actio, &c. cum sit generale de foro cõpet. quæ habet actorem sequi debere forum rei: etenim cum antiquis temporib' proprij clericorum iudices laici essent coram quibus ab actoribus adducebantur, ecclesia iustissimis adducta rationibus nouos iudices contra clericos constituit, Episcopos scilicet vniuscuiusque Diocæsis, in quorum foro clerici qui prius coram secularibus conueniebantur deinceps iudicium subirent, ita vt post dictã exemptionem attenta dicta regula, quæ iubet forũ rei cõuenti obseruãdũ esse, nullatenus clerici possent apud secularẽ conueniri, sed priuatiuè ad ecclesiasticũ sint adducendi.

19 Cũ enim in nullo casu magis perspici posset subiectio clericorũ Rotestatib' secularibus, quã vbi coram eisdẽ cõuenirẽtur (in quo etiã eo tẽpore denotabatur maxima potestas laicorũ in clericos) eo res peruenit, vt clerici indecẽter, & maximo cũ opprobrio à secularib' tractarẽtur, vsq; adeò, vt necesse fuerit eos eximere â secularĩ iudicũ potestate, & iurisdictione, sicut factũ fuisse legimus per decisionem celebrem c. fi diligẽti de foro cõpet. argutũ profecto

reſponſum, & à paucis (vt liberè dicam quod ſentio) ſatis intellectum.

20 Circa cuius ſpeciem mirum videri debet quod cum antea in renũtiatione fori ius publicum non verſaretur cui priuatorum pactionibus derogari poterat, l. ſi quis in conſcribẽdo, C. de pactis l. ſi quis in conſcribẽdo, C. de Epiſcop. & clericis iam poſt elegantem Innocen. de ciſionem in dict. capite ſi diligenti ſine offenſione iuris publici (vt docet ille tex.) nõ poſſint clerici priuilegio fori renuntiare, ex quo deriuatur, vt neque iuramentum valeat, apparetque in intelligibile, vt res quæ modo erat iuris priuati poſtea iuris publici eſſe poſſit.

21 Videtur namq; non publicum, ſed priuatum eſſe fori priuilegiũ, cui" vtilitas ad ſingulos clericos conſtat pertinere, atque ideò ſuccedere dictum I.C. in l. 1. §. huius ſtudij, ff. de iuſtit. & iure dum ait, ius priuatum eſſe illud, quod ad ſingulorum vtilitatem ſpectat, igitur illa renuntiatio de qua in d.c. ſi diligenti improbari non debuit tanquam iuri publico contraria præſertim quia regulare eſt, vt poſſint homines libere renuntiare non ſolum ea, quorum vtilitas ad eorum ſingulos ſpectat, ſed etiam illa quæ ex publico iure ad priuatos vt ſingulos deriuantur l. iuris gentium, §. ſi paciſcar. ff. de pactis obſeruauit Cuiac. in tract. ad African. ad l. ius publicum ff. de pactis.

22 Accedit, & auget difficultatem, q certũ etiam ſit priuatorum conuẽtiones, quibus cauere ſolent ſe non vſuros nec potituros paſcuis publicis aliis vè priuilegijs opidorũ, ſeu ciuitatũ habitatoribus conceſsis, iure quidem ſubſiſtere valere, & firmas eſſe, pari ergo ratione valebunt conuentiones clericorum ſuo foro renuntiãtium, & ſi maximè ex iure publico ad priuatos, vt ſingulos deriuentur, nec ſatis iuris vtriuſque principijs, antiquiſque traditionibus cõſentire videtur Innocen. doctrina conſtituẽtis, ideò clericum, neque cum iuramento fori priuilegio renũtiare poſſe, quia priuatorũ pactionibus iuri publico derogari nequiret.

23 Cui eximię difficultati diuerſimodè ſatisfaciunt interpretes (vt docti lectores quibus hæc ſcribimus nõ ignorant) & omiſſa longa diſtinctione ſcholæ communis in d.c. ſi diligẽti de foro comp. diuidentis priuilegia in publica, & priuata, & rurſus priuata in ea quæ inſeparabiliter cũ publica vtilitate coniunguntur, & quæ continent vtilitatem publicam ſeparabilem tamen à priuata, aut deniq; priuata, quæ nullam ſecum afferunt publicam vtilitatem, quam diſtinctionem longo ſermone traddiderũt interpretes in eod. c. ſi diligenti Socin. nume. 19. Anton. num. 12. Ancharr. num. 6. Socin. num. 19. Abb. 7. Areti. & Felin. nume. 16, quam ſi cum iudicio conſideraueris inuenies non facilè acõmodari poſſe ad diſſoluendas propoſitas difficultates, quippè ex eorum doctrina non ſatis declaratur quanam ratione priuilegium clericis conceſſum publicum ſit, & quo modo contingat clericos paciſcentes ſuper renuntiatione ſui fori in effectu derogare iuri publico in quo cõſiſtit huius rei tota difficultas: quã cũ diſſoluere nõ potuiſſet eruditiſsimus licentioſus tamẽ Iacob. Cuiac. in dic. l. ius publicum, ff. de pactis ad extremum neſcio quæ ineptè ne dicam temerè animaduertit, quæ longè recedũt á bene fundatę iuris prudentiæ præceptis minimèque libet hic illa confutare, quia ex his quæ inferius dum veram reſolutionem aſsignabimus á nobis dicenda reſoluendaque ſunt ex ipſa veritate

ipſoque pondere rectæ doctrinæ penitus reiecta & confutata manebũt.

24 Neglecta etiam intelligentia glo. in d.c.ſi diligenti docentis, ideò fori priuilegio clericos renuntiare nõ poſſe quia non tantũ vertitur fauor publicus, ſed etiam laicorum odium cui conſonum rationi, & iuribus eſt, (inquit gloſſa) quod ipſi clerici renũtiare non valeant, ad exemplum Canonis ſiquis ſuadente 17. quæſtio. 4. non enim poteſt clericus paciſci, aut conſentire, vt qui in ipſum manus violentas iniecerit excõmunicationem ipſo iure non incurrat, vt diſinitum eſt in cap. contingit el prim. de ſenten. excõmunicat. non alia ratione, niſi quia eccleſia iuraque canonica proferentia excomunicationis ſententiam in percuſſores clericorum non tantum eorum fauorem, ſed odium laici percutiẽtis reſpexerunt, vt arceantur laici à ſuſcipiendis rixis, & contentionibus cum perſonis eccleſiaſticis, ſimiliter ergo (dicebat d. gloſ.) non valet clericorum fori renuntiatio, ſimul propter publicũ fauorem, & manifeſtum odium in laicos.

25 Sed non animaduertit gloſſa quo modo ſupponat in ſua doctrina vnũ planè falſum, hoc eſt, impediri non potuiſſe fori renuntiationem, cauſa ſolum boni publici niſi ſimul laicorũ odium interueniſſet, contra reg. tex. in d.l. ius publicum, & manifeſta verba Innocen. in d. cap. ſi diligenti conſtituendum ſufficere quidem publicum fauorem, vt impediatur fori renũtiatio, quod ita planum eſt, vt nulla indigeat probatione: maximè quia vt animaduertit Cardinalis ibidem num. 2. omnia ferè priuilegia concedi ſoleant, vel in fauorem, vel in odium, & ad aucupandum renũtiationis ius atque poteſtatẽ, nunquã attẽdamus vtrum priuilegium conceſſũ fuerit in odium, ſed an publicam, vel priuatam vtilitatem reſpiciat, vt nihil minus African. in d.l. ius publicum & poſtea Innoc. in d. cap. ſi diligenti, conſiderauerint, quam præfatum ôdium, ſoliuſque rationis iuris publici ad inhibendam dictam renuntiationem meminerit, ibi: *Ius publicum, &c.* & ibi: *Cum iuri publico priuatorum pactionibus derogari non poſſit*, ſit ergo cõſequens fauorem publicum per ſe ſolum ſufficere, vt fori priuilegio pactionibus clericorum derogari nõ valeret, quam propoſitionem cum abneget dicta gloſſa neutiquam poteſt ſubſtineri.

26 Quare vt tanta difficultatis ponderi nõ cogamur ſuccumberé, prius admonendi ſumus, tunc demum dici poſſe clericos iuri publico renuntiare circa materiam ſubiectam quãdo totus ſtatus clericalis ſuo ceſſiſſet priuilegio, diffinitẽs vt vel omnes clerici, vel magna clericorum pars poſſet adduci ad forum ſeculare, vt factum fuiſſe comperimus in cap. vnico de clerit. coniugat. in 6. & in ſancto Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6. vbi clerici prima tonſura initiati, aut etiã in minoribus ordinibus conſtituti, niſi beneficium eccleſiaſticum habeant, aut clericalem habitũ, & tonſuram deferant, vel alia habeãt requiſita de quibus, ibi non quidem gaudent fori priuilegio.

27 Quo fit vt idemmet clerici in caſu particulari remittentes ſuum fori priuilegiũ, nequaquam dici poſſint iuri publico renuntiare, quoniã manifeſtè renuneiant iuri ſuo ſolummodo, & priuatæ dumtaxat vtilitati, vnde in dicto loco nõ abſq; magno ſan damẽro proclamabat vir merito ante alios excellens Iacob. Cuiac. *aut ego vehementer fallor, aut in renuntiatione fori ius publicum non verſatur*, qui licet veram reſolutionem aſſe-

assequi non potuerit, vt ex statim dicendis clarius apparebit. sensit tamen vir doctissimus præcæteris omnibus magnitudinem propositæ difficultatis.

28 Sed videsne ex proxima animaduersione crescere, & augeri magis ac magis difficultatem? etenim si clerici foro renunciantes non cædunt iuri publico sed priuato, inepte videtur Innocent. induxisse ius publicū ad impugnandam fori ecclesiastici renuntiationem, maioresque vires habet propositum initio argumentum.

29 Qua propter ne diutius doctum lectorem moremur, vera & genuina resolutio aucupanda est, ex aliorum Romanorum Pontificum doctissimis traditionibus, qui Innocentij argutas & elegantem doctrinam mirificè adiuuant; si consulas Pontificem Maximum in c.2. ne clerici, vel monachi in fine, ibi: *Per quos constat in ecclesia scandalum generari*, & in cap. Syluester in fin. cap. testimonium in prin. & in verb. *Episcopum*, 11. q. 1. quæ iura aperte innuunt, atque significant magno pere offendi dignitatem ordinis clericalis, generarique scandalum cum ignominia dedecore & iniuria totius status ecclesiastici, ex eo quod clerici causas agant, negocia tractent, aut litigent in foro seculari inter laicos vita forte (vt sæpe numero cõtingit) perditos, & profligatos vsque adeò vt clericus qui seculari iudicio se subiecerit statim lædat, & offendat totū clericalem ordinem, qui dū iuri suo priuatæque vtilitati renuntiat quatenus hæc priuata vtilitas ex ipso iure publico in singulas clericorū personas descendit, & deriuatur tale ius publicum, ita coniunctum, & copulatum est, sicque cohæret iuri priuato, vt dicta vtilitas priuata remitti nequeat, quin in publico iure læsio aliqua contingat, ergo in summa ex eo clerici non possunt cædere suo foro quia talis renuntiatio lædit proculdubio ius publicum, & dignitatem ordinis clericalis magnopere offendit, non ita antequam similes renuntiationes in status ecclesiastici grandem iniuriam frequentemque ignominiam redundassent, perindeque nedum perperam, & inepte, vt nõnulli impij homines (doctissimi tamen) ausi sunt affirmare, sed magno cum iudicio, & incredibili subtilitate aptissimeque induxit Innoc. publicū ius ad decis. text. in alleg. cap. si diligenti, non quod clerici priuilegium iuris publici sit, sed quia priuatū existens, iuri publico ita cohæret, & annectitur, vt impossibile sit clericum in hac parte priuatam suam vtilitatē remittere, quin ius publicum offendat.

30 Quam doctrinam, & verisimū intellectum, vt verum vero consonet ipsemet Innoc. d. decretal. conditor apertissimè demonstrat dum in prin. dixit, *iuri suo*, & Paulo inferius, *pactionibus priuatorum iuri publico*, &c. Quibus verbis perspicuè docere nos voluit proximè traditam resolutionē; scilicet quod clericus cædēs fori priuilegio non iuri publico, sed iuri suo tædat in ea tamen renuntiatione lædi ius publicum, ibi: *Priuatorum pactionibus iuri publico*, id est, offendi dignitatem, & statum totius ordinis clericalis, vt experientia compertum fuit.

31 Incredibile enim dictu est, quanto cum dedecore, & ignominia clerici se immiscentes laicorum negotijs, & controuersijs ab illis tractarētur; quam facilè contemni cæpissent versantes in iudicijs secularibus absque debita veneratione eorum dignitate neglecta occasionem præstantes, vt totus clericalis ordo, & omnes

nes clerici vilipenderentur, & ducerentur pro nihilo in iniuriam totius ſtatus & ordinis, igitur mirum videri nõ debet, vt priuilegium, quod antea ſolam priuatam clericorum vtilitatẽ continebat cæperit poſtea ius publicum includere in ſenſu â nobis explicato ſcilicet, quia ob dictam coniunctionem dicta priuatę vtilitatis renuntiatio generabat ſcãdalum, & vilipendium ſtatus eccleſiaſtici, vt non obſcurè inſinuarunt Romani Pontifices in cap. 1. & 2. & in cap. ſed nec ne clerici, vel monachi, rectè ergo ad clericorum dignitatem augendam totumque ordinem eccleſiaſticum conſeruandum, in ſuper aduitãda ſcãdala interdicta fuit clericis priuilegij renuntiatio etiam cum iuramento, vtpotè, quæ iam inceperat iuri publico detrimentum inferre.

32 Ex quibus in fero interpretationem ad iura vulgò non ſic intellecta in cap. cum ſuper cap. tuis cap. non liceat de prębend. c. ſi Epiſcopus eodem tit. lib. 6. quæ affirmant illicitam eſſe conuentionem clerici cum Epiſcopo pollicentis ſe ab eo non repeti turum vllo tempore congruam ſuſtẽtationem, eo prætextu, & cõditione, vt Epiſcopus ordinet ipſum ſine aliquo titulo, quorum iurium deciſsio. ex dicta reſolutione deriuatur: etenim talis conuentio, quin redundare poſsit in dedecus, & ignominiam totius ordinis clericalis indubitatum eſt, ex tex. in cap. Diachoni ad mediũ 93. diſt. & verbis Trident. ſeſſ. 21. c. 2. de reformat. in prin. ibi: *Cum non deceat eos, qui diuino miniſterio adſcripti ſũt cum ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere, &c.* igitur iure optimo illicitum iudicatum eſt tale pactum, quippè iuri publico totique ordini clericali damnum inferret.

33 Similique modo intelligenduseſt text. in dict. capit. contingit de ſent. excomunic. vt dum ſtatuit clericos cædere non poſſe priuilegio contra percuſoresindulto in Canone, ſiquis ſuadente diabolo eam rationem habeat, quia remitti non poſſet tale priuilegiũ nec iuri ſuo clerici in materia d. Canonis renuntiare valeant, quin tali renuntiatione iuri publico aliqua ex parte detrahatur, quoniam ex cuiuſque clerici dedecore, & ignominia toti ordini iniuriam inferri cõtingeret teſte Abb. Panormit. in dict. cap. contingit num. 6. & plurib. alijs, quorum meminit Ioann. Gutierrez de iuram. confirmat. 2. part. cap. 16. num. 50. ad quæ reducenda ſunt, vt poſsint ſubſtineri quæ adduxerũt Ferdin. Mẽchac. de ſucceſsion. creatione §. 92. à nu. 64. Alfonſus de Azeuedo in l. 2. num. 21. titu. 5. libr. 4. nouæ compilat. Couar. in cap. quamuis pactum 2. par. in prin. num. 9. Didac. Perez in l. 1. verſ. *clerigos ſeruos* tit. 3. libr. 1. ordinam. Ioann. Gutierrez vbi proximè.

34 Inde etiam profluit, quod cũ omnia ſupradicta ceſſent, nec locum habeãt in alijs priuilegijs certis quibuſdam perſonis in iure noſtro conceſſis, vt in priuilegijs militum, & ſcholarium paſchuorumq; publicorum, & in aliarum rerum vſibus, liberum ſit, iſtorum vnicuique, iuri & priuilegio proſe introducto renuntiare: etenim ſi priuata illa vtilitas, quæ redundat in milites ſcholares, aliaſque perſonas priuilegiatas non ita publico bono coniuncta eſt, quin talis vtilitas priuata diſtingui ſepararique poſsit ab vtilitate publica quid quæſo vetare poteſt, quin ſcholares, & milites alijque priuilegiati ſuis priuilegijs, & exemptionibus in ipſorum gratiã, & vtilitatem conceſsi liberè poſsint renuntiare.

35 Spreta diferentia inter exemptos &

& priuilegiatos, quã multis expẽdit perdoctus Felicianus de solis in suo appendice ad priores libros de censibus, lib. 2. cap. 3. à num. 13. cum sequentibus præcipuè in versic. *quare magis censeo*, vbi voluit tempore h. siquis in conscribendo clericos priuilegiatos esse dũtaxat, qui postea fuerunt exempti, & exemptioni exemptum renuntiare nõ posse, priuilegio sic, deceptus (ni fallor) ex tex. in cap. cum tempore de arbitr. cum non minus possint exempti suæ cædere exemptioni, quã priuilegiati suis priuilegijs, si modo ex renuntiatione vtilitas publica non offendatur.

36 Aliàs enim daremus, vt id quod in gratiam exempti introductũ esset in eius odium retorqueretur quandoquidem impedimentum infertur ipsimet exempto ne repudiato priuilegio Diocæsanum Episcopum iudicem eligat, cui aliàs si exemptus nõ esset maneret subiectus, quod nullatenus concedendum est contradicẽtibus iuribus in regula quod ob gratiam de reg. iur. in 6. & in l. quod fauore ff. de legib. semperque veriorem existimaui Federici de Senis, & Ioann. de Ligniano sententiam asserentium exemptos exemptioni suæ posse renuntiare, & si inficiari non possim contrariam communem esse, quam longa disputatione defendit Socin. in c. significasti num. 42. de foro comp. Abb. Panormit. num. 11. Anton. Butricar. num. 12. Felin. in 4. post Ioãnẽ. Andr. in reg. sciẽti de reg. iur. in 6. eo adducti fundamẽto, quia Roman. Pont. Ordinarius est exemptorum iuxta Clem. vlt. ad fin. de re iudic. & dict. cap. cum tempore de arbitr. ex quo existimant prædicti Patres, exemptos etiam si velint propriæ exemptioni cedere nõ posse.

37 Ego verò vt inter se pugnantes omninòque primo aspectu dissidentes opiniones ad concordiam reducam, distinguendum credo cũ Felino in cap. P. & G. de offic. & potest. iudic. delegi. nu. 13. inter exẽptos qui suæ exemptioni renuntiare non possunt, quales sunt subiecti Põtifici Maximo de quibus intelligendus est tex. in dict. capit. cum tempore de arbitr. ibi; *Quæ monasterium illud iuerant ad ius, & proprietatem Romanæ ecclesiæ pertinere*: & alios exemptos, qui specialibus exemptionibus gaudent ad ipsorum petitionem concessis: ita vt deinceps duæ sint exemptiones distinguendæ, quædam, quæ in gratiam Sedis Apostolicæ, religionis, aut ecclesiæ conceduntur, quædam verò, quæ tantummodò in ipsorum exemptorum fauorem à Sede Apostolica emanare consueuerunt: prioris generis sunt ecclesiarum ordinum, & piorum locorum exemptiones, de quibus intelligendi sunt Ioann. Andr. Abb. Anton. & cæteri contendentes exemptos renũtiare nõ posse nihilq; aliud probant eorum argumenta: & in eodem intellectu capienda sunt iura in dict. Clem. vlt. & in dict. cap. cum tẽpore: quam distinctionem didici à Felino in dict. cap. P. & G. nume. 13. à quo acceperunt Paul. Fuscus de visitatione libr. 2. cap. 8. num. 11. Petr. Rebuff. in praxi. 1. part. titu. de clausul. mandatorum n. 23.

38 Nec iam opus erit diluere difficultates contra decisio. text. in d. c. si diligenti á nobis initio propositas, quarum resolutio ex his quæ dicta sunt rectè intelligenti patebit: quod si in specie requiras sensum Imperatorum in dict. l. siquis in conscribendo, omissa interpretatione quorũdam asserentium ibi sermonem fuisse de alio priuilegio clericis concesso per Imperator. Marcian. in l. decer-

decernimus 14. C. de Episcop. audiē tia; & in l. omnes 31. l. cum clericis 25. C. de Episcop. & cleric. quo cauebatur, vt possent clerici, quem malent iudicem eligere, scilicet, aut Episcopum, aut Præsidem Prouintiæ nec liceret eos ad alios iudices trahi: quod priuilegium cum toti ordini clericali fuisset indultum, ideò (inquiunt) eidem nō potuisse renuntiari, quia tali intellectu retento careret prorsus lex illa dubitādi ratione, quæ procul dubio rem dubiam, & ancipitem diffiniuit, si tamen ex pluribus iudicibus cōpetentibus potuissent clerici vnum eligere, dubiū esse nō posset quin valerent alteri se submittere.

39 Dicendum est in summa ideò in d. l. siquis inconscribendo valuisse pactiones illas quia versabantur circa priuatam clericorum vtilitatem, quam singuli percipiebant ex publico priuilegio, nec illis temporibus compertum fuit, quod tales renuntiationes ordini clericali nocumentum inferrent, quas postea docuit experientia statui ecclesiastico iniuriosas esse, visumque fuit Principib⁹ ecclesiasticis maximè Innocentio III. Pontifici Maximo, vtile & gloriosum futurum si clerici à cæteris secularibus in litibus, & contentionibus segregarentur: in quem finem in lucem emisserunt quam plurima salutaria decreta pœnis adiectis contra clericos, qui sponte sua seculares iudices adijssent, & aduersus laicos, ita proiectos ad audendum, vt clericos inuitos ad iudicium seculare detulliſſent: vt constat ex capit. placuit cum alijs 11. quæst. 1. & ex authent. statuimus; C. de Episcop. & cleric. & ex dict. c. si diligenti (sic accipiendo) de foro comp.

40 Vidisti lector optimè (ex his quæ dicta sunt) quantum expedierit rectæ administrationi, & conseruatiōni ecclesiastici status clericos eorumque bona eximerè à Principum secularium iurisdictione, & Imperio: quantaque cura & diligentia Pontifices Maximi, summi ecclesiæ Pastores ex culmine suæ dignitatis tanquam ex aliqua specula consulari perspiciētes, ne quid clericalis ordo, in commodi vel detrimenti caperet præfatam clericorum exemptionem introduxerint, quæ in illis dumtaxat casibus, concessa fuit in quibus idem met clerici iure ordinario secularibus Potestatibus subijciebantur, cō uenti coram illis tanquam in suo foro, iuxta generales regulas iuris dictantes, actorem sequi debere forum rei, exceptis alijs casibus, quorum inferius meminisse oportebit, in quib⁹ propter rationes speciales, speciales etiā iudices ad certa negotia constituti sunt, adque id sine indecētia, aut aliquo clericorum dedecore, ita vt non fuerit necesse prædicta exemptione vti.

41 Nunc reliquum iam est, vt cū viderimus fori priuilegium magnopere reconuentionem impedire, quid in hac re tenendum & obseruandū sit in iudicādo, & consulendo breuiter aperiamus: & ne diutius legentiū mentes suspensas detineam, glos sæ 2. sententiam amplector in capit. at si clerici 4. de iudic. vers. sed si, ibi *Quia suus index est, per reconuentionem*, quæ docuit non obstare clericale priuilegium fori, quo minus clerici per reconuentionem à seculari iudice iudicari valeant, qui eo ipso competens sit, ita vt iudicium teneat cōfessio, & reliqua acta aduersus clericum subsistant, & efficax sit, ac valitura sententia per seculares iudices sic contra clericos prolata.

42 Eo inter alia fundamento, quod reconuentionis negotium tanquam accessio

Digitized by Google

acceſſoriam cauſæ principali vnum & idem iudicari debet cum conuentione ipſa, vt conſtat ex cap. 1. verſ. *cuius*, 3. quæſtio. 8. ibi : *Cuius in ædo, quis obſeruat arbitrium, eum habere etiam contra ſe iudicem in eodem negotio non dedignetur* : vbi negocium reconuentionis vnum & idem reputatur cum negocio principali, ac proinde ſi cauſa principalis corã ſeculari agitatur, acceſſoria apud eũ dẽ tractari debebit, præſertim quod regulare eſt, vt cauſæ acceſſoriæ ad eoſdem iudices ſpectent ad quos principales pertinere dicuntur, vt in capit. quanto, de iudic. quam identitatem inter cauſam acceſſoriam, & principalem probauerunt DD. communiter poſt gloſſam in dicto capite primo, verſic. *cuius* 3. q. 8.

43 Ex quo aliàs cauſa iuris patronatus, quippe coniuncta, & annexa cauſis ſpiritualibus, vel (vt ptoprius loquamur, & habetur in origin. dic. c. quanto 2. tom. Conciliorum inter decreta Alexan. III. ſub titu. de iure patronat. capit. 4. pag. mihi 921.) cauſis eccleſiaſticis, regulatur & iudicatur tanquam eccleſiaſtica, ſequiturque naturam ſpiritualium quibus adhæret, & ad eccleſiaſticum tantummodo iudicium ſpectant nec in ſeculari tractantur, loquendo de iure patronatus eccleſiaſtico, vt voluerunt Curt. de feud. part. 7. nume. 23. & 26. Emanuel Coſta Luſitanus exceilentis ingenij vir in capit. ſi pater 2. par. verb. *Trebellianica*, numero ſeptimo verſic. 4. Rota antiqua 3. de cõſuetud. Si luanus conſi. 32. num. 5. Mantua conſ. 5. â. num. 18. traddunt DD. in rubric. de iudic. præcipueRipa Philipp. Dec. Auguſtin. Beroi. & Abb. Panormit. ibidem Rochus de Curte, de iure patr. verb. *ius* in prin. pluresque alij relati per Domin. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 24. n. 26.

44 Et quod plus eſt; quòd tales cauſæ iuris Patronatus eccleſiaſtici ob eam connexionem, & coniunctionẽ cum ſpiritualibus cauſis, non ſolum in aliquibus articulis exequantur rebus ſpiritualibus, ſed etiam ſub eorundẽ ſpiritualiũ notatione continẽtur, plenoque ore ſpiritualia dicuntur, vt primum (ſcilicet exequari in aliquibus) colligitur ex tex. in capit. quæſitum de rerum permutatione cap. de iure, de iure patronat. ſecundum (ideſt, quod ius patronatus eccleſiaſticum ſpirituale dicatur, quemadmodum & beneficium eccleſiaſticum annexum ſimiliter rebus ſpiritualibus) docet D. Thom. 2. 2. quæſt. 100. artic. 4. quem communiter receptũ eſſe teſtat. Nauar. in d. rub. de iudic. num. 30.

45 Vſqueadeò vt diſpoſitiones omnes tractantes de rebus ſpiritualibus comprehẽdant, etiã illa omnia, quæ ſecundum eccleſiæ authoritatem annexa ſunt ſpiritualibus, ex communi doctorum reſolutione per text. expreſſum iũcta gloſa 1. in prin. in cap. litteras de iuram. calum. tex. in c. tuo 25. in prin. ibi : *ſpiritualibus*, et ibi : *Solutione decimarũ*, de decim. tex. in clem. 2. de iudic. & in capit. vltim. in prin. eod. titu. in 6. & plura alia in eiſdem locis ab interpretibus adducta; quæ referre non vacat, ſuoque loco dicẽda ſunt. Quam doctrinam ſic temperandam cenſeo, niſi aliunde colligatur talium diſpoſitionum mentem non fuiſſe; ſic annexa cõprehẽdere, vel ex intentione loquentis, materia ſubiecta, alijs vè cõiecturis: igitur de primo ad vlt. mirũ videri nõ debet, quod reconuentionis cauſa tanquã annexa cõiũcta & acceſſoria ipſi cõuẽtionis negocio; & eadẽ cũ illo, nõ obſtãte fori priuilegio apud vnũ eundẽque iudicẽ ſeculare agitetur: quãdoquidẽ res natura ſua tẽporalis

prop-

propter ſolam cum ſpiritualibus cõ iunctionem eccleſiaſticę dicũtur,ad eccleſiaſticumque iudicium pertine re, quæ quotidiè coram eccleſiaſti-cis agitantur, maiorque diſtantia ſit & conſiderari poſsit rerum tempora lium ab ſpiritualibus,quam fori ſecu laris ab eccleſiaſtico.

46 Rurſus pro recõuentione contra fori priuilegium expẽdere ſoleo, ꝙ iura Pontificia inhibentia clericos cõueniri in iudicio ſeculari, id vnũ cõtendunt ne inuiti ad ſeculares iu-dices trahantur: ſanè in ſpecie propo ſita, quo tẽpore clericus recõueni-tur ad iudiciũ nõ trahitur,quippè iã negotiũ principale tractabatur apud ſeculare iudicẽ ex eiuſdẽ clerici vo-lũtate,nõ igitur infringitur priuile-giũ fori clericis cõceſsũ. Quod autẽ ea fuerit mẽs,&intẽtio dictorũ iuriũ præterquam ꝙ ex dictis in præludio prędictis manifeſtè deducitur,nõ ſo lũ inuunt,atq; ſignificãt,ſed expreſ-ſe probãt iura in c.clericũ el 1.ibi: *ut trahere*,c.cõtinua,ibi:*pertrahere*,cũ c. ſeq.ibi *trahere*,2.q.1.c. qualiter in fi. ibi *ne trahãtur*,&c.de iudic.quorum iuriũ aperta mens fuit ne clerici in-uiti,& reluctãtes apud ſeculares iudi ces traherẽtur,nõ tamẽ interdicere, ꝙ ſi ipſi ſpõte veniſſent ad agẽdũ co rã ſeculari, corã eodẽ cõueniri non poſſent,in quo nec minimũ quidem violatur fori priuilegiũ,cũ non com prehenderit caſum recõuentionis.

47 Quod ergo inhibetur per priuile giũ fori, ſolũ eſt ne clericus apud ſe cularẽiudicẽ directè & principaliter cõueniri poſsit, nõ verò ne recõue-niatur, hoc eſt indirectè acceſſorie, & in quandã conſequẽtiã litis prin-cipalis,recõuentionis cauſa apud eũ dẽ iudicẽ agitetur : in quo ſi attentè rẽ perpendamus nullatenus offendi tur clericorũ exẽptio,quę nec proce dit in hoc caſu, nec procedere vult, vt enim rectè dixit Vlp.in l.2.ff.de iu dic.§.ſed, & ſi agãt, *actores cõpellũtur ſe aduerſus omnes defendere*,&c. & re gulare eſt nec nouũ in iure noſtro, vt iudices aliàs in cõpetentes,& pro hibiti cõpetentes fiant in cauſis re-conuentionis,vt apparet in c.1.& 2. de mutuis petit. vbi delegatus ille in cõpetẽs erat,atq; prohibitus, niſi ex legis prorogatione, & authoritate cõpetẽs factus eſſet. Vnde à paritate rationis deducitur idẽ fore recipien dũ in noſtra ſpecie, vt laicus aliàs in cõpetens, & alienus iudex,ſuus fieri poſsit,& debeat per viã reconuẽtio-nis,qui caſusâ dicta regula,non inue nitur exceptus: quemadmodũ igitur recõuẽtio in cæteris negocijs,& per ſonis iudicẽ incõpetentẽ ſuum,&cõ petentem facere conſueuit, ſic & in cauſis in quibus taliter reconuenti clerici ſunt.

48 Præterea quia dictamẽ illud ratio nis cuiusmẽtio fit in rub.*quod quiſque iuris* ꝙ vaſis,& fundamentũ eſt,ædi-ficij reconuentionis,vt conſtat ex d. c.1.de mutuis petitionibus in prin. ibi *rationis ordo*,&c. & in c.1. verſ.*cu ius*,3.q.8. peræquè procedit in cleri-co ac in ſecularibus perſonis,nec di ctæ regulæ,ſeu edicto, *quod quiſq; iu-ris*, & rationi fundamentali reconuẽ tionis,refragatur priuilegium fori,ꝙ ſolũ locum habet, vbi clericus cõue nitur, non autem, vbi reconuenitur iuxta reg.tex.in l.cũ Papinian' verſ. *cuius*,& d.auth.& conſequenter.

49 Propter quæ fundamẽta, vel non nulla ex his,ſententiã hanc quã am-plectimur, & in praxi ſequendam e-xiſtimamus tenuerunt Marc. Man-tua in dicto capit. at ſi clerici de iu-dic. numer. 38. Petrus Dueñas re-gul.102.Rojerius ad l. 1 ff. de iudic. nu.65. Math. de Afflictis deciſ. 73. Palacios Rubios in repet.c.notab.2. §.1.num.29.Auſerrius de Poteſtate ſecul.

Digitized by Google

ſecul.reg.2.num.4. Robert.Maranta 4.p.diſt.6.nu.44.Auguſt.Beroi.in d. cap.at ſi clerici nu.153. Philip. Dec. ibidem nume.15. verſ. *ſed difficultàs*, poſt Bart.& communem ſcholam in dict. authent. & conſequenter ante quos omnesvltra gloſſam in prin.hu ius concluſionis relatam, docuerat gloſ.pen.ad fin.in dic.c.1.de mutuis petition.gloſ.in ſumma 2.q.1.ibi: *Etenim cauſa reconuentionis*, gloſ. vlt.in c. benè quidem 96. d. quibus in locis communiter interpretes: intelligendi, vt velint in cauſis ciuilibuslocum fore reconuentioni etiam cõtra clericos, non obſtante priuilegio fori, non tamen in criminalibus in quib⁹ obſtabit ſine dubio clericorum exẽptio,& remittendi erunt ad ſuos iudices eccleſiaſticos, vt debito afficiantur ſupplicio ſecundum delicti menſuram.

50 Neque oberit ſi inſtes reconuentionem fundari in voluntate clerici actoris, qui voluit eligere iudicẽ laicum,& ſpõte ſeculare Tribunal adiuit, quod ſi ita eſt adhuc defendi nõ poſſe partes reconuentionis contra fori priuilegium, cum talis clericus neque tacitè, neque expreſsè cõſentire potuerit non modo in laicũ, ſed neque in alium eccleſiaſticum iudicem, niſi de proprij Epiſcopi cõſenſu iuxta iura vulgaria: deficit namq; huiuſce difficultatis pondus ſi aduertas falſum à ſũmi in antecedẽti, quia reconuentio nullatenus fundatur in voluntate actoris laicum eligentis, ſed in ea ratione naturali, quæ dictat conſentaneũ eſſe, vt quem quis iudicẽ, velarbitriũ ei⁹ in negotio principali obſeruauit in acceſſorio ſuſtineat, ita vt etiã ſi nõ ſponte ſua, ſed inuitus ad iudiciũ ſeculare acceſſerit, ſi tamẽ ſecularis iudicis arbitrium obſeruauerit in agendo, reconuẽtionẽ effugere nullo modo poſſet, vt manifeſtè denotant, verba d. verſic. *cuius*, ibi: *in agẽdo obſeruat arbitriũ*, &c.

51 Semperque verum eſſe credidi in competentiã iudicis ſecularis in cauſa reconuentionis minimè tolli per voluntatem clerici actoris ſponte adeuntis ſeculare iudicium, ſed per quandam iuris prorrogationẽ, quia lex prædicta nitens æquitate naturali iudicem aliàs incompetentem, competentem facit, vt iudicem cuius arbitrium in principali obſeruauit, non recuſſet in acceſſorio, atque ideò apud quem clericus directè cõueniri non poſſet, indirectè, & per reconuentionem conueniri valeat: ſicque cum totum hoc opus ab ipſa lege præſtetur, neque aliquid faciat clerici voluntas, non eſt neceſſarius Diocæſani conſenſus, & fatemur libenter clericos neque expreſsè, neque tacitè in alienos iudices nedum laicos, ſed neque eccleſiaſticos conſentire poſſe, id tamen non impedit reconuentionem.

52 Regula autem illa negatiua prohibens clericos à ſecularibus conueniri neutiquam comprehendit iudiciũ reconuentionis, neque illud excludit, eſſetenim neceſſarium, quod ſub regula fuiſſet comprehenſſum, maximè cum vt prædiximus circa d. reg. negatiuam, longè diuerſa ratio ſit cõuentionis prohibitæ, & reconuẽtionis non interdictæ.

53 Neq; admittẽdus eſt, cõcurſus d. regulæ negatiuæ, & alterius affirmãtis, iterũ enim dicimus virtute legis ſub prohibitione fori ſecularis dictã reconuentionẽ non cõprehendi, nõ obſtãte Honorij II. Pont. Max. Reſponſo, q̃ procedit in ſuo caſu, cuiq; ſatis reſpondetur per proximè à nobis traddita, & quę docuit Phil. Dec. in d.c. at ſi clerici n.15. & 25. verſ. 4.

54 Deniq; nõ procedit argumentũ de cauſa ciuili ad criminalẽ, quis enim non

nõ videt in negocijs criminalib⁹ clericorũ personas infamari,cõstringi diuersisq; modis vexari: indeque lõgè absonũ absurdumq;forè, quod iudices laici sententias proferre possent criminaliter cõtra clericos, refragante celebri prohibitione c. 2. de foro cõpet.& cõtra decis.tex.in c.1.de cleric.coniugat.vers.*& cũ* libr. 6. Quod inconueniens timeri nõ debet in negocijs merè ciuilibus,per quæ clericorum personæ non infamãtur:ideò recõuentio,quæ in ciuilibus admittitur, in criminalibus admittenda non est propter infamiam, quã clericis irrogaret, optimè cõsideratã per Philip.Dec. in d.c.at si clerici n.26. post Abb.ibidẽ per Gãm.decis. lusit. 139. nu.3. post glossam magnã in c.multi in prin.2.q. 1. & glossam 1.in c. cum te, de re iudic.quas cõmuniter receptas,& approbatas testãtur Phil. Dec. & Abb. vbi proximè.

55 Circa causam autem criminalem ciuiliter motam, iam diu existimaui, quod attinet ad recõuentionem, nõ differrè â causa merè ciuili, sed pariter in vtraque clericum coram seculari reconueniri posse: neque inde deducere poteris,posse clericum infamia notari per laici sẽtẽtiam,verũ enim est, sententiam in causa criminali ciuiliter mota infamiam non irrogare, quidquid purgat glossa in d. c.at si clerici vers.*sed pone.*

56 Vel simauis poteris respondere decisiones iurium in dict. c. 1. vers. *& cum* de cleric. coniugat in 6. & in cap. 2. de foro compet. statuentium clericos,neque constringi,neque cõdemnari posse per seculares super crimine,etiam ciuiliter,accipiendas esse de clericis directè, & principaliter conuentis apud secularem iudicem, non verò, quando per viam reconuẽtionis iudex laicus contra clericum procedit:quemadmodum enim supe rius tradidimus decreta Pontificum in c.si diligenti cap. significasti de foro compet. non procedere in causa reconuentionis,sed in conuentione tãtum,ita nũc dicimus regulam d. c. 2. & d.vers. *& cum* locum non habere, quando clericus super crimine ciuiliter reconuenitur,quæ vtique procederet si directe,& principaliter cõueniretur ob crimen aliquod ciuiliter intentatum.

57 Quibus non obstantibus rectè docuit Couarru. practica. 8. nume. 2. clericos venditores cogendos esse emptores rerum suarum defendere, etiam coram iudice sæculari, iuxta speciem l. venditor. 49. ff. de iudic. Etenim si meministi in his dũ taxat casibus resoluimus in superioribus locum habiturum fori priuilegium, in quibus locũ habebat vulga. regu. tex.in l.2.C.vbi in rem actio, & in c. cum sit generale, quæ dicit *actorem sequi debere forum rei* secundum quam cum antea clerici conuenirentur, apud iudices sæculares,postea virtute nouæ exemptionis á foro sæculari liberati sunt: at cum in specie dict. l. venditor & communis resolutionis Couarrubiæ vbi proximè obseruari non debeat, nec de iure locum habere,dict. regu. *actor sequi debet forum rei* consequens est vt non obstante dicto priuilegio, nihilominus clericus venditor defendere teneatur emptorem coram iudice seculari.

58 Idemque iudicium erit de clericis exercentibus professionem aliquam, siue artem, habentem peculiares iudices, quoniam coacta iuris ratione compellendi erunt non refragante fori priuilegio respondere coram talibus iudicibus etiam, sæcularibus,& aliás in cõpetentibus (intelligo super his, quæ illam artem respiciunt,atq; contingunt, ex vulg. reg.

Digitized by Google

reg.l.vltim.C.de iuriſdict.omn. iud. per iniquum enim, & temerarium viſum eſt Imperatoribus (neque immerito) eos qui profeſsiones aliquas, ſeu negotiationes exercere noſcuntur, iudicum ad quos earundem profeſsionum, ſeu negotiationum cura pertinet, iuriſdictionem, & præceptionem declinare conari: quapropter iuuebāt, huiuſmodi hominibus ne cuiuslibet militiæ, ſeu cinguli, vel dignitatis prærrogatiua in hac parte iubarentur, & cætera quæ ſequuntur in d.l.fin.

59 Ex cuius conſtitutionis elegantiſſimis verbis prænotabis in praxi, q Senatores, & Præſides, alijque Proceres Miniſtri Catholicæ Maieſtatis in ſupremo Senatu, vel in alijs Regiæ Curiæ magnis Tribunalibus, ſeu in conuentibus Ballisoletano, & Granatenſi, vel in cæteris Regalibus audientijs ius dicentes, clerici ſint, etiā conſtituti in ſacris, non ſuffragabitur illis priuilegium fori, quinimò in his quæ ad militiam & officium, quod exercent ſpectare videbuntur, apud ſpeciales iudices, ad id cōſtitutos reſpondere debebunt, & à ſęculari Poteſtate compelli ad reddendas ſuorum munerum rationes, ſoluendaque debita, aliaue præſtanda, quæ iure præſtare debebunt, vt late poſt alios proſequitur, & defendit Auſer. de poteſtat. ſæculari, dict. regu. 2. in principio.

60 Conſtat ſiquidem, & ſatis colligitur ex text. in cap. inter dilectos 6. de ſ. de inſtr. ibi, *ex delegatione Ludouici Imperatoris*, Epiſcopos, vel alios Prælatos, etiam ſuperiores, qualis erat Archiepiſcopus Mediolanenſis, de quo illic, poſſe ad cauſam ſæcularem delegari iudices à Principe ſæculari: & abſque peccato acceptare eiuſmodi delegationem: Abb. num. 2. Felin. 4. in d.c. inter dilectos, Calderinus cōſ. 6. de Legatis, probat text. agēs de cauſa criminali, abſque pœna mortis, vel ſanguinis, vbi omnes notant in c. in Archiepiſcopatu de rapt. habetur in c. ſæpè 23.q.8. reſoluunt Abb. & Dec. numero 8. Rippa, 46. cum ſequentibus, & omnes in cap. 2. de iudicijs, vt per eoſdem, Abb. & alij per text. ibi, in cap. ſed nec, ne clerici, vel monachi, Bernardus & additio in practica, c. 61. vbi agunt de clericis, vel Epiſcopis, qui licet Regis Conſiliarij exiſtere poſsint: ViceReges tamen vicē, ſeu locum tenentes, ſeu gerentes, ſicut & Gubernatores, abſque licentia Romani Pontificis conſtitui nequeunt, vt deducitur ſatis ex dict. capi. ſed nec in principio, & ex cap. ſequenti, verſ. *iubemus*, quinimò eiuſmodi clerici, & Epiſcopi, niſi Sedis Apoſtolicæ adſit facultas, (quam habere Hiſpaniæ Reges audio) non debent, nec poſſunt generaliter, aut frequenter eiuſmodi delegationem acceptare, ſed rarò, iuxta text. in capit. 1. ne clerici, vel monachi, intendit text. ſic intelligendus in dict. cap. ſed nec, ibi, *iuriſdictionis*, & ibi, *iuſtitiarius*, & in cap. ſequenti, ibi, *officium*, quo in loco Alexād. 3. inhibuit ſub interminatione anathematis, ne quis ſacerdos officium habeat, Vicecomitis, aut Præpoſiti ſęcularis aliàs ſi commonitus emēdari noluerit, excōmunicationi ſubiaceat.

61 Igitur Sacerdotes Regium Patrimonium adminiſtrantes, in his quæ ad coronam pertinebunt, trahendi ſunt ad ſæculares iudices, deſignatos ad ſimilium cauſarum deciſionem, ex reg. text. in l. ad fiſcum, C. vbi cauſæ fiſcales, traddit Palacios Rubios, in repetitio. capit. notab. 2. §. 1. ex nume. 49.

62 Idque nouum non eſt, aut inauditum in iure noſtro, quoniam exploratum eſt clericos in ſacris in cauſis,

feudalibus trahi poſſe, vt ſe defendant apud Dominum feudi,etiam ſæcularem,iuxta ea quæ traddunt Doctores,per text.ibi in cap. verum de foro competenti, cap. ex tranſmiſſa eod.titu.cap. cæterum de iudic., docet gloſ. in ſumma 11.quæſtio.1.Iul. Clarus in §.feudum,quæſtio.90.numero 8. Iacobus Menoch. de retinen. remedio 3. à numero 397. poſt Ioannem Andr.& communem in c. 9.de cleric.coniugat.libr.6.Felin. in cap.verum de foro compet.numero 4.Marianum ibidem num.2.eundem Felin.in dict. cap. cæterum, numero 3. Philippũ Dec. ibidem numero 6. Abb. & communem: quam ſententiam frequentẽ eſſe in praxi,& obſeruari teſtatur Iuli° Clar. vbi proximè.

63 Quæ licet non probetur in d.c.cæterum,vbi ſermo eſt de feudo eccleſiæ,cuius Dominus laicus non erat, ſed eccleſiaſticus,manifeſtè tamẽ ſuadetur exd.c.verum, vbi mẽtio fit de vaſſallo Præpoſito,qui teſtè Abbate ibidem, n. 12.cum ſchola communi eccleſiaſticus erat,& tamen corã laico Domino feudi conueniri debuit, & ex d.c.ex tranſmiſſa,iuxta intellectum illorum qui credunt,milites eccleſiæ,quorum meminit ille tex.non laicos,ſed clericos fuiſſe,ex traditis per IacobumMenoch.vbi ſupra,nec me latet Andr.Siculũ Barbatiã, quẽ poſtea ſequutus fuit Philippus Dec. in d.c. cæterum exiſtimaſſe neutrum ex dictis iuribus dictam ſententiam probare neceſſariò.

64 Expedita tamen res eſt feudi Dominũ,quando vertitur lis inter vaſſallos ſuper ipſo feudo iudicem cõpetẽtem eſſe,adeò vt quandiu Dominus voluerit cognoſcere,aliud iudicium adiri non debeat: etenim quamuis exploratum etiam ſit talẽ Dominum qui feudum conceſsit non habere iuriſdictionem,neque ordinariam,neque delegatam,nihilominus tamẽ ſi vaſſalli de feudo contendant,in illa cauſa iudex erit ordinarius priuatus, ordinariã priuatã iure ordinario ſibi cõpetentem iuriſdictionem habens, ſecundum leges,& cõſuetudines feudorum,& mentẽ gloſ. 3.in c.1. de inueſtitura in maritum, & traddita per Iulium Clar. vbi ſupra n.6.poſt Feli. Dec.& Abb.Curt.& alios in d.c.cæterum,reſoluunt omnes feudiſtæ relati per Iacobum Menoch.d.rem.3.à n.376.Nicol.Boerius deciſ. 114. Petrus Dueñas reg.321.Iul.Clarus. loco ſuperius allegato.

65 Ad cuius materiæ feudalis maiorẽ,& ſubtiliorem notitiam,non poſſum non animaduertere obiter,aduerſari iuri communi (ſi cum iuditio non intelligatur) abſolutam illã propoſitionem,quam vulgus traddit dicens clericos ſuper cauſis feudalibus coram iudicibus ſæcularibus conueniendos eſſe.Etenim ſi altius attendamus quæ iure cõmuni in hac parte decreta ſtabilitaque ſunt,reperiemus leges,conſtitutiones, & decreta de feudis agẽtia,ſolum dixiſſe quod omnes perſonæ vaſſalli, etiamſi clerici ſint,apud Dominũ feudi,quãtumuis ſæcularẽ conuenirẽtur,quidquid aliás iuriſdictionẽ nõ habeat ordinariã,neque delegatam : quam traditionẽ ego ſemper accepi,dummodò vaſſalli ſint,qui cõtendunt,de cauſaque feudali cõtrouerſia ſit,ita vt exiſtimẽ,quod ſi tertia alia perſona cõtra vaſſallum litigauerit,nequaquam dominus feudi iudex eſſe poſsit,ſed remittendum negotium ad iudicem ordinarium, vt docuit communis ſchola,poſt gloſam in d. c. cæterum; oportebit ergo rem cum grano ſalis (vt aiunt) intelligere, neque loquendũ ſic abſolutè & ſimpliciter in hac materia cognitionisfeudalis,præſertim aduerſus clericos, quos aliàs

exemp-

exemptos,& priuilegiatos eſſe manifeſtũ eſt,etſi in his & ſimilibus cauſis, peculiarem naturã ſpecialesque iudices habentes,ceſſet nec locũ habeat prædictum fori priuilegium.

66 Quinimò iure quodã ſpeciali ad dictos peculiares iudices priuatiuè ſpectet cognitio,ſiuè litigantes laici ſint ſiuè clerici,qui in dictis cauſis nõ habent forum, nec iubari poſſunt de ciſsione text.in d.cap. ſi diligenti de foro compet.nec regula cap. cum ſit generale eodem titu. qua ratione è conuerſò ſi dominus feudi eccleſiaſticus fuerit inter vaſſallos laicos cognitionẽ habebit,quippè vt ſæpè dictũ eſt generalis regula, *actor ſequi debet forum rei*, locum non habet in cauſa feudali ſtãte controuerſia inter vaſſallos, vt traddũt relati per Menoch. vbi ſupra, n.49.cum ſeqq.

67 Vndè vt iam huic reconuentionis controuerſiæ finem imponamus, cõcludendum eſt,reconuentionis cauſam eſſe præter,ne dicã cõtra regulã illam negatiuam, inter dicentem clericos in foro ſæculari conueniri: aduerſus,quã media reconuentione,ſine dubiò cõpetẽtes iudices erũt omnes illi,qui de negotio principali cognouerint, etſi aliàs incõpetẽtes ſint, & recõuẽti de illorum foro nõ exiſtãt,ex ſuperi° â nobis traditis, & ex ratione naturali d.c.1.de mutuis petition.& d.verſ.*cuius*, cũ alijs, clerici igitur nõ obſtãte fori priuilegio per viã recõuẽtionis, apud ſæculares iudices conueniri valebunt.

Summaria ad Controuerſiam 22.

1 *MVlta competunt poteſtati eccleſiaſticæ, circa res ſæculares, quæ ſæcularibus circa eccleſiaſtica non communicantur.*

2 *Equiparatio illa Solis & Lunæ, de qua in cap. ſolitæ de maior. in eo ſolum conſiſtit, vt quemadmodum Sol in multis excedit lumen Lunæ, ſic etiam eccleſiaſtica poteſtas, tanquã ſuperior,& excellentior laicam poteſtatem longè vincat.*

3 *Reſeruntur & aſsignantur nonnullæ differentiæ vnius poteſtatis ab altera, & oſtẽditur quare neceſſe ſit, vt ſpiritualis poteſtas laica perfectior ſit, & ambæ inter ſe diuiſæ.*

4 *Non eſt inter dictas duas poteſtates, tanta dependentia, vt vna in eſſe fieri,& cõſeruari ab alia deberet.*

5 *Dictæ duæ poteſtates ſic inter ſe diuerſæ ſunt, vt neutra ſe intromittat in negotijs,quæ ad aliã pertinent.*

6 *Probatur laicos,neque principaliter,neque per viam incidentiæ de rebus ſpiritualibus poſſe cognoſcere.*

7 *Apud Magiſtratus ſæculares nullum veſtigium,neque vmbra eccleſiaſticæ poteſtatis reperitur.*

8 *Aducitur & expenditur in idẽ, text. celebris,in c.vt inquiſitionis, verſ.* prohibemus,*de hæreticis in 6.*

9 *Interdictum illud ne laici eccleſiaſtica negotia tractare præſumant omnem tractatum,tam principaliter, quam incidenter complectitur.*

10 *Iudex eccleſiaſticus corã quo cauſa eccleſiaſtica,principaliter diſcutitur iudicare non poteſt de cauſa prophana incidenti.*

11 *Sicut laicis prorrogatio eccleſiaſticorũ prohibita eſt,ita fuit illis interdictum ne in negotijs merè prophanis, apud eccleſiaſticos litigarẽt,imò nec paterentur ſe cõueniri declinatoria interpoſita & Regij recurſus proteſtatione præhabita.*

12 *Si teſtis falſo teſtificãs corã ſæculari Magiſtratu, fuerit eccleſiaſtica perſona,non erit per ipſum puniendus, neque per incidentiam.*

13 *Articul° incidẽs nõ eſt ali° á principali,ſed oritur ex illo,& ei coheret,& in*

dex, qui super causa status cognoscere non potest, si incidat causæ principali proculdubio iudicare valebit.

14 Ecclesiastici iudices corã quibus causæ spirituales agitantur, per incidẽtiam etiam inter laicos diffinire poterunt super articulo alimentorum, eaque vel denegare, vel constituere, prout sibi visum fuerit.

15 Probatur eadem conclusio facta comparatione, & adducitur text. in c. 3. de donat. inter.

16 Quando ciuilis quæstio principaliter mota est, & incidit criminalis eadẽ sententia terminantur.

17 Reducitur in memoriam vulgaris illa iudicum distinctio inter omninó, & directé prohibitos, quos incapaces appellamus, & inter non ita prohibitos quos incompetentes dicimus.

18 Incapacitas efficit ne iudex vllatenus cognoscere valeat, tã principaliter, quã incidenter, non ita incõpetẽtia dum iudex incõpetens, non super incidenti, sed super principali diffinitiué pronunciet.

19 Incidentia vequaquã præstare potest, quod iurisdictio migret de vna ad aliam speciẽ iurisdictionis.

20 Laici Magistratus de rebus ecclesiasticis omnimodò prohibentur cognoscere, & super eis, neque principaliter, neque incidenter iudicare possunt.

21 Iudices ecclesiastici recté poterũt per incidentiam, sæculares in laicos iurisdictionem exercere.

22 Assignatur ratio propter quam laici omninò prohibiti sunt respectu ecclesiasticarum rerum, ecclesiastici verò circa res prophanas solummodò incompetentes.

23 Multo verius est iure communi posse laicos ecclesiasticam iurisdictionem prorrogare in temporalibus.

24 Si hodiè diuerso iure vtimur totũ id referendũ est ad leges nostras Regias.

25 Obijcitur ex dictis legibus Regijs iudices ecclesiasticos omninó & directé prohibitos esse cognoscere de rebus prophanis, & disoluitur obiectio.

26 Non est ita secura Bart. & aliorũ doctrina distinguentium inter incidentia, eiusdẽ, vel diuersæ iurisdictionis.

27 Et conuincitur quia ex ea sequeretur ecclesiasticũ nõ posse discutere causam prophanam incidenter.

28 Præterea conuincitur ex verbis l. 1. C. de ord. iud. & ex alijs iuribus, quorum verba expenduntur.

29 Nihil interest quod incidens quæstio sit diuersæ, vel eiusdẽ speciei, sed totũ consistit in illa coherẽtia, & cõnexione causæ principalis cũ incidẽti.

30 Ex dictis colligitur ratio ad c. de prudẽtia 3. de donat. inter, & expendũtur verba, c. per venerabilem qui filij sint legitimi.

31 Põtifices maximi, quãuis careãt exercitio tẽporali, habitu tamen & potentia sæculare iurisdictianẽ retinent.

32 Cauendũ ab Innoc. Abb. & alijs asserentibus dotis causã esse mixti fori.

33 Laici neque sumariè cognoscere valẽt de negotijs ecclesiasticis, nec principaliter, neque incidenter, cuius ratio adducitur.

34 Iura prohibentia laicis tractare negotia ecclesiastica, quascumque causas complectuntur, siuè ordinarias, siué summarias.

35 Deceptisunt antiqui præceptores asserentes in summaria cognitione posse iudices sæculares incidenter de negotijs ecclesiasticis cognoscere, & in causa summaria super possessorio, posse cognoscere de titulo benefitij.

36 Verius est de quæstione facti rei ecclesiasticæ laicos cognoscere posse.

37 Iura inhibentia laicis, tractatum rerũ ecclesiasticarum non inhibent facti quæstiones, sed iuris controuersias, & disceptationes.

38 Præfata doctrina procedit etiã in causis hæresis de quatũ facti quæstionibus

bus laici cognoſcere valebunt.

39 *Laicus de quæſtione facti matrimonij cognouit in cap. tuam de ord. cognit. quamuis matrimonij cauſa mere ecclesiaſtica ſit, inter quod ſacramentum, & hæreſis cauſam in hac parte congrua diſcriminis ratio aſſignari non poteſt.*

40 *Intelligitur textus in c. vt inquiſitionis, verſ.* prohibem° *de hær. in 6.*

41 *Crimen vt crimen eſt innolvit ius, & non ſolummodò factum.*

42 Ex *his quæ dicta ſunt abundè ſatisfit argumentis.*

CONTROVERSIA 22.

VTrum Principes ſęculares ſuperiorem non recognoſcentes, eorumvè Magiſtratus, ſaltim per viam incidentię ſtatuere poſsint, de rebus ſpiritualibus, ſeu eccleſiaſticis, & eccleſiaſtici iudices ſimiliter valeant in cldẽter cognoſcere, de rebus tẽporalibus, ſiuê prophanis.

ORitur difficultas ex diuiſione, & ſeparatione vtriuſq; poteſtatis, eccleſiaſticæ, & ſæcularis, quæ ſic inter ſe diſcretæ diuiſæque ſunt, vt neutra ſe intromittat in his, quæ ad aliam ſpectant: ſaltim vt in plurimum, & (vt dicitur) á communiter accidentibus: iuxta celebratiſsima iura in materia vtriuſque gladij, in cap. nouit de iudic. cap. cum ad verum, 96. diſtinct. Quamuis enim Catholici fateri teneamur eccleſiaſticam poteſtatem ſuperiorem eſſe, cui multa quidem competunt, & concedi debent circa res ſæculares, quæ per contrariũ Principibus ſæcularibus circa eccleſiaſtica nullatenus communicantur, nec poſſunt communicari, ſecundum traddita ab interpretibus communiter in cap. fin. de rebus eccleſiæ, & in cap. per venerabilem qui filij ſint legitimi, & in dict. cap. nouit de iudic. & quæ nos inferius traddemus latius: nihilominus tamen minimè negranda eſt dicta ſæparatio, atque diſtinctio duarum poteſtatum, ſpiritualis & temporalis, ita vt vna alterius fines inuadere non debeat, nec poſsit regulariter.

2 Quoniam celebris illa æquiparatio, qua vſus eſt Summus Pontifex, in cap. ſolitæ, verſ, *præterea*, de maiorit. & obedien. comparando poteſtatem eccleſiaſticam maiori luminari, id eſt Soli, ſæcularem verò, & laicam minori luminari, ſcilicet Lunæ, non ſic accipienda eſt, vt quẽadmodum

Digitized by Google

dum luna ſuam claritatem recipit â ſole,tanquam à fonte totius luminis, teſtè B.Thom.ſecunda ſecundę, quæſt.58.artic.6.& quæſt.47.artic.5. ad 2. ſic poteſtas ſæcularis ab eccleſiaſtica totam ſuam vim,& auctoritatem conſequatur, nec non Reges & Imperatores ſæculares mutuam acceperint omnem iuriſdictionē ſuam à Pontificibus Maximis: ſed potius, vt rectè docuit Abbas Panormitan. in dict.cap.ſolitæ ad fin. vbi communiter DD.poſt gloſam vltim. in dict. cap.duo ſunt gladij, 96.diſt.Nauarr. in dict.cap.nouit.notab.3.num.125. vt quemadmodum ſol in multis excedit lumen lunæ,& ob id luminare maius nuncupatur, propterea quod lumen,& ſplendor ſolis cætera omnia luminaria mundi vincit, & ſuperat, lumen verò lunæ inferius quidē eſt,ideoque appellatur luminare minus,ſic etiā eccleſiaſtica poteſtas, tā quam ſuperior maior & excellētior laicam poteſtatem longè vincat, & ſuperet,vt ſatis denotat verſic. *preterea*, dict.cap.ſolitæ,ibi: *preterea vbſe debueras, quod fecit Deus duo magna luminaria in firmamento cœli, luminare maius vt præeſſet Diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti: vtrumque magnum, ſed alterum maius, ad firmamentum igitur cœli,hoc eſt vniuerſalis eccleſiæ fecit Deus, duo magna luminaria, id eſt duas inſtituit Dignitates,quæ ſunt Pontificalis authoritas,& Regalis poteſtas: ſed illa quæ præeſt diebus, id eſt ſpiritualibus maior eſt, quæ verò carnalibus minor, vt quanta eſt inter ſolem & lunam, tanta inter Pontifices & Reges diferentia cognoſcatur*:quibus grauiſsimis pariter, & elegantiſsimis verbis, ſatis indicauit Innocentius Tertius Pontifex Maximus comparationem ſolis & lunæ, cum duobus gladijs eccleſiaſtico & temporali, non conſiſtere in eo,quod vnus ab altero mutuam iuriſdictionem recipiat,ſed in excellentia, maioriquē magnitudine poteſtatis eccleſiaſticæ ſuper ſæculari, vt præter cætera manifeſte oſtendunt poſtrema verba,d.verſ.*preterea*,ibi,*vt quanta eſt inter ſolem & lunam tanta inter Pontifices & Reges diferentia cognoſcatur.*

3 Tum etiam diuiſionem & ſeparationem vnius poteſtatis ab altera, ſatis denotant & oſtendunt, quam plurimæ diferentiæ, quæ vulgo conſtituuntur inter poteſtatem eccleſiaſticam, ſeu ſpiritualem, & poteſtatem ſæcularem temporalem, ſiuè politicam diuerſæque compellationes, quibus diſtingui nuncuparique ſolent: quas diferentias colliges, ex dict.capit. ſolitæ, cap. quoniam, 10. diſtinct.cap.duo ſunt, 96. diſtinct. & ex Martino Nauarro dict. notab. 3. numero 88. & ex traditis â doctiſsimo Patre Ludouico Molina de iuſtit. tractat.2.diſputat.21. colum. 8. verſ. *habemus*, maximum tamen diſcrimē inter has duas poteſtates ex fine in quem vtraque principaliter dirigitur,facilius aucupandum erit:etenim ſpiritualis, ſeu eccleſiaſtica poteſtas illud potiſsimum intendit, vt vitam æternam conſequamur, adhibitis prius conuenientibus medijs in finem ſupernaturalem, qua ratione dignior ſuperior, & excellentior eſt temporali, ſiuè politica poteſtate, in eum finem ordinata, vt in externis, & naturalibus benè viuamus, quæ ideo ſubordinata, & inferior eſt, ſicuti contingit in his inferioribus, & rebus etiam minimis: ars enim nauigatoria ſuperior quidem eſt arti nauifactiuæ,quæ ad illam ordinatur,ſimiliter ars æqueſtris reſpectu freni-factiuæ,vt traddit Ariſt.1.Ethic.cap. .1. & vt in rebus altioris ordinis exemplum adhibeamus æterna bona temporalibus digniora ſunt, quemadmodum ſupernaturalia naturalibus

Digitized by Google

turalibus preſunt,& anima præeſt humano corpori ob maiorẽ dignitatẽ, & excellentiam in hiſce rebus reperta m,ad quarum ſimilitudinem neceſſe etiam eſt,vt ſpiritualis poteſtas laica perfectior , & excellentior ſit, & ambæ inter ſe diuiſæ, atque diſtinctę.

4 Non verò intelligas,quod ſicut dictę artes inferiores,ſic omnino à ſuperioribus pendent , vt inferioribus ceſſantibus ſuperiores corruant, atque deficiant , ſicut deficiente anima homo definit eſſe , & ſimilia, ſic etiam præciſſè laica poteſtas ab eccleſiaſtica pendeat,neque enim tanta inter ipſas dependentia eſt, vt vna in eſſe fieri,& conſeruari ab alia deribetur,quod rectè adnotauit Robertus Bellarmin.controuer.3.libr.5.de poteſtate Pontificis temporali, cap. 6.colum.1.& 2.poſt fratrem Franciſcum de Vitoria decus inſigne Inſtituti Dominicani,& plures alios relatos à Molina vbi ſupra,diſputa. 29. col.14.verſ.*illud vero.*

5 Ex quibus & alijs in propoſito ſuo loco dicendis,non obſcurè perſpicitur dictas duas Poteſtates,ſic inter ſe diuerſas,atque diſtinctas eſſe, vt neutra ſe intromittat in his rebus, atque negotijs, quæ ad aliam pertinent, & ſpectant,& eccleſiaſtica de ſpiritualibus,& eccleſiaſticis tantum, Politica verò de ciuilibus,& temporalibus reſtrinctim,& priuatiuè cognoſcat. Vnde non ſinè fundamento propoſita à nobis controuerſia proficiſcitur,quadubitamus vtrum hisPoteſtatibus ſic inter ſe diuiſis,atque diſtinctis, vt neque eccleſiaſtica de temporalibus, neque ciuilis de ſpiritualib⁹ iudicet, ſaltim incidenter poſsint eccleſiaſtici Magiſtratus cognoſcere circa temporalia, & ſæculares miniſtri (quod difficilius eſt)per incidentiam ſe poſſint intromittere in aliquibus cauſis ſpiritualibus, quæ diſputatio maximè congruit principali articulo noſtro, quo differitur de viribus & poteſtate legum ciuilium erga ſpiritualia.

6 In qua difficultate facilè videtur oſtendi, laicos nec principaliter, neque incidenter cognoſcere poſſe de negotijs eccleſiaſticis , ſi reducamus in memoriam eos omnino prohibitos eſſe, & incapaces cuiuslibet iuriſdictionis eccleſiaſticæ , vt expreſſè docuerunt Pontifices in d.cap.ſi diligenti de foro compet. & in c. qualiter 17.de iudic.ibi,*omnino prohibemus*, cum pluribus alijs iuribus & fundamentis adductis ab Anchar. in c. tuã de ordin.cognit.nu.2. &à Cino in l. quoties.C.de iudic. Abb. in c. lator, qui filij ſint legitimi,n.7.Præpoſ. nu. 16.vſq; adeò,vt neque clerici in ſuis cauſis etiã eccleſiaſticis non merè,in laicos iudices ob dictã prohibitionẽ, & incapacitatẽ cõſentire valeãt,imò ſi cõſenſerint pœnas incurrãt, quarũ inferius mentionẽ faciemus : conſequęs igitur eſt, neque principaliter, neque per viã incidẽtię de rebus ſpiritualibus poſſe cognoſcere.

7 Rurſus quia omnimoda poteſtas eccleſiaſtica exiſtit omninò in eccleſiaſticis Principibus iudicibus,& Prælatis,ergo neceſſe eſt eandẽ omnino deficere in Regibus & Magiſtratib⁹ ſæcularibus, apud quos nullum veſtigium,neque vmbra poteſtatis eccleſiaſticę reperitur,& ſic nec principaliter, neque incidẽter de eccleſiaſticis iudicare poterunt : vt apertè denotauit Roman. Pontifex in c. tuam de ordin. cognit. dum docuit cauſam legitimitatis matrimonij, quæſtionẽque nataliũ,an illa Regina ſuſcepta fuiſſet ex legitimo matrimonio,incidẽtẽ in hæreditatis cauſa,corã ſæculari principaliter agitata, non potuiſe terminari per iudicẽ ſęcularẽ

Digitized by Google

atque ideo ad eccleſiaſticum fuiſſe delatam perſpiciens litteratiſsimus eccleſiæ Præſul,& caput,dictam incapacitatem,& omnimodam prohibitionem laicorum, vt rectè adnotarunt Couarr.de ſponſalib.2.par,cap. 8.§.3.num.4.& §.12.num.3. poſt Iaſonem & communem ſcholam in d. l.quoties,& Philippus Dec. in capit. decernimus de iudic.num. 24. Simã cas in praxi hæreſeos cap.66. in princip. idem de catholic. inſtitution. c. 36.num.6.Iacobus Menoch.de recuper.reme.25.nume.338.poſt gloſam 4.in cap.ſi iudex laicus 12.de ſentẽt. excommunicat.in 6.& gloſ.vlt. communemque Doctorum traditionem ex Abb.n.7.in d.c.tuam.

8 Confirmaturque mirum in modũ ex text. celebri in cap. vt inquiſitionis, verſ. *prohibemus*, ibi, *quoquo modo*, vbi adnotarunt gloſa, & communis ſchola de hæretic.in 6.quæ duo verba,*quoquo modo*, ſic repetita oſtendũt manifeſtè, non ſolum principalem cognitionem laicis interdictam eſſe rerum eccleſiaſticarum,ſed etiam incidentem,& expreſsius ex cap. lator 5.qui filij ſint legitimi, dum perſpicuè docuit Põt. hæreditatis quæſtionem coram ſæculari, natiuitatis verò incidentem coram eccleſiaſtico tractandam,ibi,*coram ſæculari ſuper hæreditate*, & ibi, *ſuper quæſtione natiuitatis coram Norwicenſi Epiſcopo*, igitur ſæculares nulla ratione ſe intromittere poſſunt, nec principaliter, neque incidenter in his quæ ad eccleſiam ſpectant.

9 Quia regula illa negatiua,ſeu interdictum generale,ne laici eccleſiaſtica negotia tractare pręſumerent omnem omninò tractatum comprehendit,tam quando negotia principaliter tractantur,ſuper quibus mota eſſet quæſtio principalis,quam vbi ſeſe offerret incidenter articulus aliquis de re eccleſiaſtica,exempli gratia,ſi ille aduerſus quem ſuper re prophana,& temporali coram iudice laico lis foret, per viam exceptionis negotium aliquod ſpirituale allegaret, putà matrimoniũ nonvaluiſſe,vel de ſacerdotio, aliavè exceptione huiuſcemodi, quo caſu iudex laicus, neque etiam de incidẽti cauſa ſpirituali,valebit cognoſcere, vtpotè incapax,& omninò prohibitus cognitionis ſpiritualium, verbum enim illud generale *tractare*, quo vtebatur interdictum,non ſolum principalem tractatum rerũ eccleſiaſticarũ,ſed incidentes etiam articulos de ſe eccleſiaſticos, mira breuitate complectitur, omnis igitur tractatus, ſuper rebus eccleſiaſticis, ſeu ſpiritualibus, tam principaliter,quam incidenter iudicibus ſæcularibus inter dictus fuit,ac per conſequens, nec de incidenti quæſtione eccleſiaſtica cognoſcere poterunt.

10 Deinde iudex eccleſiaſticus corã quo cauſa eccleſiaſtica principaliter diſcutitur,iudicare nõ poteſt de cauſa prophana incidenti, ergo pari ratione laicus, apud quem negotium principale prophanum tractatur, nõ valebit diſcutere cauſam eccleſiaſticam incidentem? maiorem in quatuor diſcurſus confiſtit ſic brobo,cõſtat enim cauſam prophanam incidẽtem, apud eccleſiaſticũ ad diuerſam iuriſdictionis ſpeciẽ pertinere, d. c. ſolitę verſ.*pertinere*, de maior.& obedien.dict.cap.cum ad verum,ibi,*officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit*, minor patet de ſe cum eadem ſit in vtroque ratio, procedit ergo conſequentia.

11 Quemadmodum enim iudices laici,quatenus tales incapaces,& inhabiles,vel omninò & directè prohibiti exiſtunt ad ſpiritualem, vel eccleſiaſticam iuriſdictionem(B.Petro,& Pon-

Digitized by Google

Pontificibus Maximis ſucceſſoribus eius conceſſam, laicis tamen denegatã) exercendam, per iura expreſſa in dict.cap.decernimus, capit. qualiter 17.ibi, *omnino prohibemus*, cap.ſi diligẽti de foro competent.qua ratione ec cleſiaſtici laicam iuriſdictionem, etſi maximè velint prorrogare non poſſunt(vt notiſsimum eſt)adiectis pœnis ſi prorrogauerint de facto, pariter etiam eccleſiaſticis interdicta eſt cognitio rerum temporalium, neq; poterunt iudicare de caſibus ad ſolã ſæcularem iuriſdictionem pertinentibus, ex traddit.à Nauarr. vbi ſupra, & â Capitio deciſ.9. Neapolitana, quia ſicuti laicis prorrogatio eccleſiaſticorũ prohibita eſt, ita laicis fuit interdictũ, ne in negotijs merè prophanis, apud eccleſiaſticos litigarẽt; imò ne paterentur ſe cõueniri, quin interponãt exceptionem declinatoriam remiſsionem petentes ad iudices laicos ſui fori interpoſita in cõtrarium appellatione & Regij recurſus proteſtatione præhabita: ſuper quo articulo, quotidiè deferuntur negotia ab eccleſiaſticis in Tribunalia Regis Catholici, vbi ſolum cognoſcendum eſt, vtrum eccleſiaſticus vim inferat nec ne, & nullatenus de principali negotio iudicandum: conſequẽs ergo eſt, vt quidquid quæſtio eccleſiaſtica incidat cauſæ principali prophanæ, laici ſe intromittere non poſſint, quin potius illam reijcere debeant ad eccleſiaſticos, ſpiritualium cauſarũ capaces & competentes iudices.

12 Qua ratione, etſi aliàs Magiſtratus ſæculares rigoroſè puniant, teſtes illos qui corã ipſis falſo teſtificati ſunt, ex reg.legis nullum, C.de teſtibus, & traddit. per Couarruu.practic.18. n. 8. nihilominus tamẽ, ſi teſtis eſſet eccleſiaſtica perſona, per iudicem laicũ (vtpotè omninò prohibitũ) puniẽdus non eſſet, neque per incidentiã teſtè Franciſco de Rippa in d. cap.1. de iudic.num.26. Paulo Caſtrenſi, & pluribus alijs relatis á Couar.d.num. 8. quorum etiam meminit Epiſcopus Callagurritanus in ſua praxi crimin. Canon.cap.93.num.2. Doctor Salcedo eius additionator ibidem, qui doctè more ſuo de hac re diſſeruit, citatis pluribus, ex nouioribus communem, & in praxi receptam ſentẽtiam affirmantibus, ſic limitantes regulã, dict.l.nullum ex generali doctrina, c. at ſi clerici, & cap.cum non ab homine de iudic. & ex clau.15. Bullæ Cœnæ Domini, ergo non minus prohibentur laici de incidenti cauſa eccleſiaſtica cognoſcere, quam ſi principaliter agitaretur.

13 Per contrarium autem non deficiunt validiſsima iuris, & rationis momenta ad aſſerèndum Magiſtratus ſæculares, per incidentiam eccleſiaſtica negotia tractare valere, quo caſu non tam de eccleſiaſticis iudicare, quam principalem cauſam agere videbuntur, etenim articulus incidens non eſt alius à principali, ſed oritur ex illo, & ei cohæret, nec dicetur iudex facere extra principalem cõtrouerſiam, l.inter litigantes, ff.ad municipalem, l.fin.C.vbi & apud quem, c. cauſa reſtitutionis, de in integrum reſtit.ibi: *ſiuè in commiſſo eis negotio contingat incidere huiuſmodi quæſtionem*, & ibi, *niſi coram eis mota fuerit incidenter*, docuit gloſ.ibidem, verbo *incidẽter*: pertinet enim ad officium iudicis, qui de hæreditate cognoſcit vniuerſam incidentem quæſtionem, quæ in iuditium deuocatur examinare, vndè aliàs iudex qui ſuper ſtatu cauſa cognoſcere non poteſt, ſi incidat cauſæ principali, proculdubio iudicare valebit, vt contingit quando incidenter quis vtitur exceptione nobilitatis, dicens ſe non poſſe in carcere deti-

neri,quia nobilis eſt,iudex ordinari' ſummariè cognoſcet de cauſa ſtatus, & nobilitatis,quantumuis tales cauſæ peculiares habeant iudices, quoniam non de ea,ſed de negotio principali videbitur pronuntiare, vt aliàs reſcripſerunt Seuerus,& Antoninus Imperatores in l. 1. C. de ordin. iudic.& quoties quęſtio ſtatus in bonorum diſceptatione concurrit, nihil prohibet,quo magis apud eum quoque,qui alioquin ſuper cauſa ſtatus cognoſcere non poſsit diſceptatio terminetur,quæ ſunt verba Alexād. Imperat.Fauſtinæ reſcribentis, in l. quoties,C.de iudic.faciunt traddita per eruditos viros Robertum, & Gobeanum ille 3.ſentent.c.12.hic lib.1. varior.c.33.

14 Vndè DominusMolina de primo gen.lib.2.cap.15.num.76. poſt Palacium Rubios in repet. capit.notab.2. num.20.adductus auctoritate tex. in cap.3.de donation.inter vir.& vxor. intulit eccleſiaſticos iudices, coram quibus cauſæ ſpirituales agitātur per incidentiam,etiam inter laicos diſſinire poſſe, ſuper articulo alimentorum,eaque vel denegare,vel conſtituere,prout ſibi viſum fuerit, quam illationem comprobat text.in cap.1. in fin.vbi gloſ.& DD. qui filij ſint legitimi,ex quibus ſi perpendantur attentè effici videtur de ſpiritualibus, etiam, ſi incidenter eueniant laicos agere poſſe, ob præfatam cohærentiam & connexionem cauſę principalis cum incidenti.

15 Facit præterea, quod quemadmodum iudices laici eccleſiaſticam iuriſdictionem exercere non poſſunt, reſpectu rerum ſpiritualium,ita Prælati eccleſiaſtici cognoſcere nō poſſunt de negotijs prophanis inter ſæculares,aut temporali in illos vti iuriſdictione:ex celebri regula cap. nouit in princ.verſ.*& non poterit*, & verſ. *cum ipſe*,cap. cum ad verum, 96.diſt. ſed iudices eccleſiaſtici,qui principaliter cognoſcere non poſſunt de cauſis prophanis,dict.cap.nouit in princip.verſ. *non enim*, cap. cauſam quę el 2.ibi, *ad Regem,&c.*qui filij ſint legitimi incidenter ſpiritualia negotia tractare poſſunt,&iudicare cauſas de ſe eccleſiaſticas, teſtē Baldo in dict. l. quoties num. 1. vbi eius additionator Tiraquel. in tract. res inter alios acta pag.7. verſic.7. Palac. Rubios in repetit.cap.notab.2.in princ.Molin. vbi ſupra, probatque text. in dict. c. 3.verſ. *quia*,de donation.inter vir. & vxor.vbi doris cauſa tractari cepit de ciſaque fuit corā eccleſiaſtico,propterea quod in matrimonialem incidit, quæ principaliter vertebatur: vt traddunt omnes poſt glo.2. ibidē ergo pari ratione,quidquid laici prohibiti ſint ſe intromittere, in his quæ ad iuriſdictionem eccleſiaſticam ſpectant,ſi tamen cauſa eccleſiaſtica incidat temporali,iuri conſonum eſt,q poſsint illam decidere, & debito fine terminare, quod enim operatur propoſitū in propoſito operatur oppoſitum in oppoſito, vt docet Bart. per text.ibi,in l.fin.§.fin.ff. de leg. 3. & pro regula traddunt DD.communiter ibi.

16 Rurſus argumentor ex doctrina Bart.communiter recepta, teſtē Menoch.de arbitrar. quæſt.82.num. 10. & q.91.num.7. in l.hoc iure,§.vlt. ff. de aqua quotidian.& eſtiua, & ex cō muni interpretū traditione per tex. in l.nullam,C.de teſtibus relata â Tiraque.dict.pag.7.verſic.*præterea*, & â Menoch.d.q.91. eiuſdem Bartoli, in l.interdum,§.qui furem,num.4.ff.de furtis afferentis iudices deſignatos ad cognoſcendum de ſolis cauſis criminalibus,incidenter poſſe cognoſcere de ciuilibus,ex l.3.C. de ordin. iudic.& è contra deputatos ad cauſas

Digitized by Google

ſas ciuiles iudicare criminales ; quæ inciderint, ex dict.l.hoc iure, §. vltificque limitantis text. in l. ſolemus 61.§.latrunculator, ff.de iudic. ea ratione, quia quando ciuilis quæſtio principaliter mota eſt, & incidit criminalis, eadem ſentẽtia terminãtur, & cum ciuili diſceptationi, principaliter motæ, quæſtio criminis incidit, vel crimini prius inſtituto ciuilis cauſa adiungitur, poteſt iudex eodẽ tempore vtramque diſceptationem ſua ſententia dirimere, iuxta reſponſum Imperatorium in dict.l.3. C. de ord. iudic. ex qua reſolutione conſequẽter deducitur, pariter etiam reſoluẽdum eſſe, quod etſi iudex laicus de cauſis prophanis dumtaxat cognoſcat, ſi verò eccleſiaſticæ inciderint de eis cognoſcere valeat, cum nõ videatur, neque appareat congrua diſcriminis ratio inter dictas ſpecies, & caſum in quo verſamur.

17 Ob quas difficultates, quæ vt vidiſtis pro vna & altera parte grauiter vrgent, propoſitamque controuerſiam reddunt difficiliorem: non erit absre, antequam ad reſolutionẽ accedamus, nonnulla præmittere non parum conducentia ad aſſequẽdum, quid in hac re tenendum ſit: reducẽda igitur eſt in memoriam vulgaris illa iudicum diſtinctio inter omninò, & directè prohibitos, quos incapaces appellamus, & inter non ita prohibitos, nec incapaces, quos tantummodo incompetentes dicimus, qui de aliquibus cauſis cognoſcere non poſſunt: ſubijciamus rem exemplis, quo facilius intelligatur certè iudices laici, quatenus tales omninò prohibiti ſunt, exercere cauſas ſpirituales B. Petro & ſucceſſoribus conceſſas, laicisque denegatas, vt ſuperius dicebamus: quippè non ſolum incompetentes ſunt, ſed vetiti, & prohibiti nuncupantur ab Imperatoribus, in l.in criminali, C.dè iuriſdict. ibi, *in vetito vocauit examine*, ſimiliter iudices illi, dict.l.quoties, l.1. & cap. pen. quorum ſupra meminimus, qui de cauſa ſtatus alijs iudicibus reſeruata incidenter cognoſcere potuerunt, non omninò, aut directè prohibiti, ſeu incapaces erant, ſed incompetentes, & ad ſummum indirectè, propterea quod illæ cauſæ maioribus iudicibus deferebantur, ac ſubin dè minores de illis iudicare non poterant, non quia incapaces, ſed tanquam incompetẽtes, & indirectè nõ omnino prohibiti.

18 Diſcrimen tamen eſt, non cõtemnendum inter directam, & omnimodam prohibitionem, ſiuè incapacitatem ex vna parte, & prohibitionem indirectam, ſeu incompetentiam ex alia, quod incapacitas, efficit ne iudex vllatenus cognoſcere valeat, tã principaliter, quam incidenter, cenſeturque prohibit⁹ cognoſcere *quoquo modo*, id eſt directè, & per incidentiam iuxta dict.verſ. *prohibemus*, & vulg.cap.tuam cum ſimilibus de ordin.cognit. at verò prohibitio indirecta, ſeu incompetentia, etſi impediat, ne iudex principaliter, & ex profeſſo poſsit de cauſa cognoſcere, illamvè examinare & pronuntiare ſuper ea, ſi tamen ſe ſe offerat aliqua incidens quæſtio diuerſi ordinis, nõ erit impedienda cognitio, per modũ incidentis, ſi aduertas retento eodẽ themat. iudicem aliàs incompetentem impediri vti iuriſdictione, per quam iudex cauſam directè examinat, & ſuper ea pronuntiat, de qua principaliter agitur, non tamen prohiberi incidentem quæſtionem examinare, dum modo nõ ſuper ea, ſed ſuper alia principali definitiuè pronuntiet, iuxta dict.l.1. ibi *vniuerſam incidentem quæſtionem examinare, quoniam nõ de ea, ſed de hæreditate pronũtiat*,

ex

ex decis. Capitij. 7. num. 8. & traddit. á Ias. in dict. l. quoties, nu. 8. post Antoni. in cap. cum ecclesia num. 3. col. 2. de causa possess. & proprietatis d. glos. 1. Garsiæ ex nu. 17.

19 Deinde aduerte illud esse ingeniũ siuè conditionem quæstionis incidẽtis, vt efficere possit, quod iudex, eiusvè iurisdictio intra vnam, & eandem speciem ad causas incidentes extendatur, nequaquam tamen possit præstare, quod iurisdictio migret de vna ad aliam speciẽ iurisdictionis: quod si requiras quid intelligamus per speciem diuersam? dicendum est illam, ad quam exercendam iudex coram quo principalis quæstio agitabitur, omninò directèque prohibitus, siuè incapax existit.

20 Quibus ita constitutis iam nõ erit difficilè duabus conclusionibus propositæ controuersiæ in totum satisfacere, quarum prior sic se habet: laici Magistratus de rebus ecclesiasticis omnimodò prohibentur cognoscere, & super eis, neque principaliter neque incidenter iudicare possunt: vt satis euincunt initio proposita argumenta in eiusdem partis probationem, quæ minimè licet repetere.

21 Secunda conclusio talis est, Prælati siuè iudices ecclesiastici, licet non magis possint cognoscere de causis prophanis inter sæculares, quam possent laici respectu causarum ecclesiasticarum, nihilominus tamen, quia solummodo incompetentes sunt, non incapaces erga tales causas, si eas cõtingat incidere, rectè poterũt per incidentiam, sæcularem in laicos iurisdictionem exercere. Quam propositionem probant iura sic intelligenda, in dict. cap. penult. de in integrũ restitut. dict. l. quoties, C. de iudic. d. l. 1. C. de ordi. iudic. cum similibus, cum relata Bartoli doctrina in duobus locis proximè citatis, vbi quia sermo erat de iudicibus in competentibus tantum, & non de omnino prohibitis, ideò responsum fuit illos de incidentibus potuisse cognoscere, etiamsi suę iurisdictionis non essent; incidens enim quæstio illud facit, vt nuper dicebamus, nempè quod iudicis incompetentis cognitio intra eandem iurisdictionis speciem amplietur, de vna causa in aliam, licet efficere non possit transitum fieri in diuersam iurisdictionis speciem, quando iudex de quæstione principali cognoscens omninò prohibitus est, seu incapax respectu quæstionis incidentis, & in summa dictarum duarũ conclusionum singularis, & vnica ratio est, vt ex eo laici, nec principaliter, neque incidenter possint ecclesiastica negotia tractare, quia omninò, & directè prohibiti sunt, & incapaces, & ideo ecclesiastici possint per incidentiam de tẽporalibus cognoscere, quia solummodò incompetentes sunt, & indirectè dũtaxat prohibiti, prophanas inter sæculares diiudicare causas, vt ex superiori animaduersione apertè deducitur, & liquidò constat ex text. sic etiam accipiendo in dict. cap. 3. vers. *quia*, de donation. inter. vbi ecclesiasticus dotis quæstionem, quæ in matrimonialem inciderat, potuit decidere, quidquid talis dotis causa prophana esset, & merè temporalis.

22 Ratio autem propter quam laici omninò prohibiti sunt respectu ecclesiasticarum rerum, ecclesiastici verò, circa res prophanas solummodò incompetentes ea esse potest, quia si vtriusque iuris monumenta in proposito repetamus, illud exploratum inueniemus, quod secundũ ius commune ecclesiastici, ex consensu laicorum rectè poterunt laicam, siuè tẽporalem iurisdictionem exercere, ex vulgar. reg. cap. significasti in princi-

de

de foro compet. & l. priuatorum, C. de iurisdict. omn. iud. nam si se subijciant alicui iurisdictioni, & consentiant, inter consentientes, cuiusuis iudicis qui Tribunali præst, vel aliam iurisdictionem habet est iurisdictio, vt rectè dicebat Vlpian. lib. 2. ad edictum relatus in l. 1. ff. de iudic. ac per consequens iure communi attento liberum fuit laicis iurisdictionem ecclesiasticam in temporalibus prorrogare: quare ecclesiastici circa res temporales incompetentes sunt, laici verò erga ecclesiasticas incapaces, & prohibiti.

23 Neque obstabit si dixeris cũ schola communi quam retulit, & probauit Robertus Maranta, 4. p. dist. 12. n. 19. ex Bartolo & alijs prædictam regulam l. 1. ff. de iudic. & l. priuatorũ C. de iurisdict. omn. iud. solum procedere in laicis, qui extranei Regis, aut Domini alterius vè iudicis tẽporalis, iurisdictionem prorrogare poterunt: etenim talis regula generalis quidem est, generaliterque procedit in omnibus, in quibus eam limitatã nõ inuenerimus, & multo verius est posse laicos in tẽporalibus ecclesiasticam iurisdictionem prorrogare, vt resoluit Nauar. cons. 1. de sent. excõmunic. Nicholaus Boer. decis. 69. n. 4. & 5. post Bart. in l. ex consensu in princ. ff. de appellat. Curt. in d. l. 1. ff. de iudic. n. 9. Felin. & Abb. in c. P. & G. de offic. deleg. & in c. causamque de re iudic. & interpretes omnes cõmunem dicentes, in d. l. ex consensu, probatque text. in l. Episcopale 9. C. de Episcop. audien. vbi etiam Doctores communiter traddunt eandẽ doctrinam.

24 Nam si hodiè diuerso iure vtimur, & prohibemur laici, ecclesiasticorum iurisdictionem prorrogare, totum id referendum est, ad leges Regias punientes laicos, qui in casibus ad solã

25 sæcularem iurisdictionẽ pertinentibus, coram ecclesiasticis litigare contendunt, vt in l. 3. cum seqq. tit. 1. lib. 2. ordin. Regij, quæ satis denotãt cõtrarium esse de iure communi, dicto rumque Patruũ sententiã, & resolutionẽ nostrã mirũ in modũ cõfirmãt.

Quod si adhuc instaueris saltim stantibus dictis Regijs constitutionibus inhibentibus prorrogationẽ iurisdictionis ecclesiasticæ in negotijs sæcularibus, debere dici iudices ecclesiasticos omnino, & directè prohibitos cognoscere de rebus prophanis, ex vi dictarũ legũ Regiarum: respondebimus, nullatenus id fatẽdum esse, quoniam dictę leges Regię solũ modò interdixerunt, ne laici cõsentirẽt in iurisdictionẽ ecclesiasticam, nevè se sponte submitterent, non autẽ substulerũt, quod per incidẽtiam, aliasvè rationes, & causas á iure approbatas ecclesiastici possent aliquã do in negotijs temporalibus se intrõmittere, de ipsisque iudicare: quibus in casibus dicemus ius ipsum prorrogationẽ facere, quod minimè prohibuerunt, neque põtuerunt interdicere leges Regię, nõ verò quod laici se summittãt ecclesiasticę iurisdictioni.

26 Vndè intero nõ ita securã esse Bartolidoctrinã in l. 2. in fi. ff. de iurisdic. omn. iud. num. 2. quem sequuti sunt Ioãnes Oroscius, Iass. Alex. & Paul. Castren. in d. l. quoties, vbi DD. communiter, defendit Panorm. in d. cap. tuam num. 9. post glos. vlt. ibidem distinguentium, inter ea quæ cum incidentia sint, ad diuersam tamen speciem iurisdictionis spectant, quam non habet iudex coram quo de negotio principali tractatur, & inter illa incidentia, quæ pertinent ad eãdem speciẽ iurisdictionis, ad quam causã principalis spectat, & quã ille iudex exercet, qui de negotio principali cognitur est, vt extẽsio cognitionis

cau-

causæ incidentię procedat,& locum habeat intra eandē iurisdictionis speciē,non tamē in diuersa specie iurisdictionis,iuxta Ias.doctrinā quā allegant in l.iubere cauere,u.18.ff.de iurisdict.non enim permittitur trāsitus ad diuersam iurisdictionis speciē, etiā ratione incidentis,ideoque Magistratibus municipalibus permissum non erat in integrū restituere,aut bona rei seruandę causa iubere possidere,aut dotis seruandæ, vel legatorū seruandorū causa, testè Paulo I. C. lib.1.ad edictum relato,in l. ea quæ, §.Magistratibus, ff.ad municipalem, &de Incolis,quia hęc omnia pertinebant ad mixtum Imperium,vt docuit glosa ibidem,verb. *restituere*, quod Magistratus municipales non poterāt exercere, neq; ex vna in alterā iurisdictionis speciem transire licebat.

27 Non inquam placet prædicta distinctio, sequeretur enim ex ea iudices ecclesiasticos, apud quos causa ecclesiastica tractatur discutere non posse causam prophanam incidentem,sed consequens est falsum,ergo & illud ex quo sequitur : probo sequellam contra dictos Patres,per argumentum ad hominem, constat enim res sæculares ex vna parte,& ecclesiasticas ex alia diuersam speciem iurisdictionis constituere:ergo si vera est superior doctrina, cum ex vna in diuersam speciem iurisdictionis, non liceret transire,ecclesiasticus de causa sæculari incidenti minimè potuisset cognoscere, quod autem absurdum sit, & falsum dictum consequens,scilicet non posse ecclesiasticum,per incidētiam prophana discutere, patet ex dictis, maximè ex cap. 3.cum similibus, de donation.inter vir.& vxor. præfata igitur distinctio, salua pace tantorū Patruum substineri non debet.

28 Præterea cōuincitur præfata Bart. & sequatium distinctio, ex verbis d. l.1.C.de ordin.iudic.quæ adeò vniversalia sunt,simul cū ratione,qua vtuntur Imperatores ibid.ad fin.vt cōcludere videantur, in quocūque articulo incidenti,siuè ad idē,siuè ad diuersum gen' iurisdictionis pertineat, ad quod causa principalis spectat, sine aliqua distinctione diuersę, vel eiusdē speciei iurisdictionis, vt indicant ipsius l.1.verba,& ratio ad calcē adiecta,ibi, *vniuersam incidentem quæstionē,quæ in iuditiū deuocatur examinare,* & rursus,ibi,*quoniam non de ea, sed de hæreditate pronunciauit*, qua ratione sicuti superius ex eodē Bart. tradebamus,iudices ad causas criminales deputati,de ciuilibus incidentibus,quā tūuis ad diuersam speciē pertineant cognoscere poterunt,& e conuerso, ex d.l.3.C.de ordine iudic.Menoch. Tiraquello & alijs,de quibus supra.

29 Deinde prædicta distinctio ex eo non tuto nititur fundamento,q̄ non difficilè retorquetur contra ipsos relatę distinctionis assertores,si aduertas in d.l.1.&in d.l.quoties fuisse cognitū de causa status incidēti, quæ ad iudicē de principali cognoscentē nō spectabat,& tamē ex verbis dictarū legū non constare,an talis status causa, ad eandē,vel ad diuersam iurisdictionis speciē pertineret,quā iudices de quibus illic agitur habebāt:signū profectò nō adūbratū,sed expressum nihil interesse,q̄ incidens quęstio sit diuersæ,vel eiusdē speciei,sed totū cōsistere in illa cohęrētia,& connexione causæ principalis cum incidenti, quā prædicta iura solummodo considerarunt, si non obstet incapacitas, seu directa aliqua prohibitio,vt paulo ante dicebamus,

30 Colligitur etiā ex dictis nō intelligās ratio ad.d.c.de prudētia.3. de donation.inter vir.& vxor.cū similibus, vt ideo ecclesiastic' cognouerit de

quæs-

Digitized by Google

quæſtione dotis incidenti, quamuis ſæculari,& prophana, non obſtante quod iudices laici iudicare non valeant de quæſtione ſpirituali incidẽti,quia eccleſiæ tanquã Principi,Prælatisque eccleſiaſticis,quam plurima cõcedi ſolẽt in ſæcularibus, quæ per contrariũ laicis in eccleſiaſticis nullo modo cõceduntur,vt indicant verba tex.in c. per venerabilem qui filij ſint legitimi,verſ.*rationibus*,ibi, *tẽpora dẽ iuriſdictionẽ caſualiter exercemus*, vbi docemur expreſſè caſualiter,ideſt incidenter Prælatos eccleſiaſticos rectè cognoſcere poſſe de rebus ad temporalem iuriſdictionẽ ſpectãtibus,cõtra verò laicis,quãuis Religioſis diſponẽdi de rebus eccleſiæ, nulla fuit attributa poteſtas,quos obſequendi manet neceſsitas nõ auctoritas Imperandi, vt proclamauit Innocent.III. in Concil.generali relatus,in c. cum laicis fin.de rebus eccleſiæ.

31 Præſertim ſi addas ſęculares ad eccleſiaſtica iudicanda omninò & directè prohibitos exiſtere, ſeu incapaces,eccleſiaſticos tamen non ita, ſed ſolummodo incompetentes, vndè mirum non eſt, quod de cauſa dotis,vt in dict.cap.3.de donation. inter. hæreditatis,vt in c.1. qui filij ſint legitimi,alimentorum, & alijs ſimilibus merè prophanis incidẽtibus cognoſcere valeant: etenim Pontifices Maximi,quãuis careant exercitio tẽporali,habitu tamẽ & potentia ſecularem iuriſdictionem retinent,quam ad actum reducere poſſunt, quoties oportebit, vt factum fuiſſe legimus in c.ad Appoſtolicę de re iudic. lib. 6.in cap.grandi de ſupplenda negligentia Prælatorum eod.lib.in capit. alius 15.q.6. traddunt Antonin. 3. p. tit.20.c.14.§.17. Ioannes de Turrecremata de poteſtat.eccleſiæ, libr.2. cap.116.Nauarr. in cap. nouit de iudic. num.19.poſt ſcribentes omnes ibidem:& adaptari poteſt eadẽ doctrina dictis iuribus decidentibus libẽ fore iudicibuseccleſiaſticis iudicare de quęſtionibus prophanis, quæ negotijs principalibus inciderint, vt videãtur tẽporalẽ iuriſdictionẽ, quã habẽt in habitu ad actũ reducere.

32 Circa quorum iurium intellectũ cauebis ab Innocent.Abb. & alijs in dict.c.3.de donation.inter. â Philip-Dec.& ſchola communi, quã refert in authen.quod locũ,C. de collatio. nu.5.â Didaco Perez in l.2.tit.1. lib. 3.ordinam.col.2.verſ.*dubitatur*,â Felino,& pluribus alijs,quorum meminit Anton.Gomez in l.50.Tauri,nu. 53. afferentibus dotis cauſam eſſe mixti fori, ita vt locum habeat præuentio,& etiam eccleſiaſticus competẽs ſit, quod pluſquam falſum eſt, ſi expendas quod in dict.c.3. & alibi ſæpè,dum Pontifices voluerunt dotis quęſtionem agitari potuiſſe,apud eccleſiaſticum, ſolum perpendiſſe, quod articulus dotis ſe ſe obtuliſſet incidenter,& acceſſoriè:planè ſignificantes, quod per ſe & principaliter minimè de dote iudicare valerẽt, igitur cauſa dotis mixta nõ eſt, nec mixti fori, de qua eccleſiaſtici, niſi per modum incidentis, & acceſſorij ad cauſam principalem,cognoſcere nõ poſſunt, præcipuè ſi addas doctrinã de incidentibus, coarctandam non eſſe ad ſolos dotis articulos,ſed procedere quoque in cauſa hæreditatis, & alimentorum, & ſimilium rerum prophanarum, quas dici non poteſt mixtas eſſe,ſeu mixti fori, in quibus ſola ratio connexitatis,& incidentiæ conſiderari valet.

33 Et adeò verum eſt, laicos Magiſtratus diuerſo iure ab eccleſiaſticis cenſeri in hac parte,quatenus eccleſiaſtici incidẽter,de rebus prophanis iudicare poſſunt,laici verò de eccleſiaſticis nullo modo,vt nõ ſolũ interdicti

dicti ſint ordinariã cognitionẽ exercere,ſed neque ſummariè cognoſcere valeant de negotijs eccleſiaſticis, nec principaliter, neque incidenter, ratio in promptu eſt,ſi memineris,q quotieſcumque iudex aliquis prohibitus eſt, vel incõpetens in negotio ordinario,ſeu plenario,pariter etiam prohibitus,cenſeri debet in ſummaria cognitione,iuxta duas clementinas ſi rectè intelligantur, altera incipit ſepè de verborum ſignificatione, alia ſecũda in ordine ſub tit. de iud.

34 Nec(ſi fortè perpendiſti)iura prohibentia laicis, ne eccleſiaſtica negotia tractare præſumant, ſe voluerunt reſtringere ad cauſas plenarias, ſed abſolutè prohibuerunt omnẽ tractatum negotiorũ eccleſiaſticorum,cõplectẽdo quaſcũque cauſas eccleſiaſticas,ſiuè ordinarias,ſiuè ſummarias, quandoquidẽ ſiuè plenariè,ſiuè ſummariè agatur,ſuper negotijs eccleſiaſticis,ſemper ſit verũ dicere, laicum Magiſtratũ in cauſis ſpiritualibus ſe intromittere,quod nulla ratione admittendum eſt,teſtè Philippo Decio in d.c.2.de iudic.nu.24.verſ.*tertio fallit*,Franciſco de Rippa ibidem, n.13. verſ.*præterea*, qui veritatem hãc poſt Ioan.Andr.&alios conſtanter defendunt.

35 Igitur decepti ſunt antiqui pręceptores rẽ hanc nõ ſic exactẽ cõſiderãtes,Bald.in authẽt. ei qui.n.26.C.de bonis auctoritate iudicis poſsidẽdis, & in l.2.C.de Carboniano edicto,& Speculator â Baldo relat° Iacob.Menoch.de retinenda rem.3.num.336. Ioan.Gutierrez in qq. canonic. cap. 34.n.46. intrepidè, nec ſecuro ducti fundamẽto aſſerentes, in ſummaria cognitione poſſe iudices ſęculares incidenter de negotijs eccleſiaſticis cognoſcere,(& q difficilius & peius eſt)indè inferẽtes vnũ abſurdũ, ſcilicet poſſe iudicẽ laicũ in cauſa ſumma ria ſuper poſſeſſorio, v.g. ſi ageretur de cõcedẽda reſtitutione ei, qui ſuo beneficio ſpoliat° fuit,incidẽter cognoſcere de titulo beneficij,tanquam de re neceſſaria ad difiniendũ ſuper reſtitutione,iuxta doctrinã gloſ.vlti. cõmuniter receptã in clem.1.de cauſa poſſeſ.quæ doctrina in deciſione, & in illatione manifeſtè cõuincitur, ex proximè dictis,eãque impugnauit Couar.pract.35,n.1.verſ.*prima concluſio*,verba enim edicti,tã ſũmarias,quã plenarias cauſas comprehendunt, quæ modo plenariè, modo ſummariè tractentur,non minus eccleſiaſticæ ſunt.

36 Cæterum omnia & ſingula, quæ hactenus circa pręſentem controuerſiã dicta ſunt intelligere oportebit, cũ quadã generali declaratione,ſcilicet vt procedant caſu quo negotia eccleſiaſtica,quo ad iuris quæſtionẽ tractentur, quippè licet non ignorẽ, valde dubitatum fuiſſe inter claſicos præceptores,vtrum de quęſtionibus facti rerũ ſpiritualiũ,iudices laici regulariter cognoſcere valeant, quod negarunt Bald.& Fulgoſ.in d.l.quoties,C.de iudic. Cuman. & Immola citati à Iaſ.ibidem.n.7.Panorm.in d.c.tuam de ordin.cognition,n.10. vbi etiam Ioan.de Immola in fine, Aretin.in l.omni nouatione, C. de ſacroſanct.eccleſ.vbi teſtatur commu-

nem,adducẽtes pro iſta parte negãte fundamenta non vulgaria,nempè text.in c.ſi iudex laicus 12.de ſentẽt. excommunic.in 6.dict. c.tuam, cap. vltim.de rebus eccleſ.capit.2. de iudic.& ſimilia : expendentesque adhuc quæſtiones facti rerum ſpiritualium ſpirituales quoque eſſe: Nihilominus tamenveriorem ſemper exiſtimaui Bartoli ſentẽtiã,in l.Titia, ff.ſoluto matrim.& in d. l. quoties Franciſci Ripparien.in d.c.2. de iudic.n. 17.Arnaldi Albertini de agnoſcend,

aſſer-

Digitized by Google

aſſertionib. Catholic. q. 25. à nume. 51. Domini Antonij de Padilla in l. 1. nume. 57. C. de iuris & facti ignorantia Bernardi Diaz de Luco. reg. 459. vbi noſter Doctor Salcedo, Ioannis Gutierrez d. q. 34. nume. 17. Domini Couarruiæ de ſponſalib. 2. part. c. 8. §. 12. n. 3. aſſerentium de facti quæſtione rei eccleſiaſticæ laicos regulariter poſſe cognoſcere, quorum ſententia non ſolum verior, & magis cõmunis eſt, vt teſtantur DD. citati, verum eam in mundo de conſuetudine ſeruari dixit Bald. in l. filium de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris num. 13. & nos latius diximus in ſuperioribus, neque repetere opus erit.

37 Etenim propriè, & formaliter loquendo agere de quæſtionibus facti rerum eccleſiaſticarũ, non eſt tractare negocia ſpiritualia, ſeu eccleſiaſtica, quia in eiuſmodi quęſtionibus poteſtas, ſiue ſpiritualis cognitio non verſatur, ſicq; iura inhibentia laicis, ne cauſas eccleſiaſticas tractare præſumant, nõ inhibẽt facti quęſtiones, ſed iuris controuerſias, & diſceptationes, attinentes ad deciſionem taliũ cauſarũ, vnde, quando nos in diſcurſu diſputationis noſtrę diximus laicũ, nec principaliter, neque incidẽter eccleſiaſtica negotia tractare poſſe, accipendi ſumus de tractatu quantũ ad vires, & deciſionem talium negociorum agitata iuris quęſtione, neutiquã tamen ſi ageretur de aliquo dubio facti rei eccleſiaſticæ.

38 Vſque adeò, vt cum etiam nõ me lateat fuiſſe ſimiliter valde cõtrouerſum, vtrum laicus cognoſcere poſsit de cauſa hæreſis, quantum ad facti quæſtionem ob celebre Pontificium reſponſum in capit. vt Inquiſitionis, verſic. *prohibemus*, de hæreticis in 6. cõmunemque Doctorum traditionẽ negantium de dictis hæreſeos cauſis laicos cognoſcere poſſe, teſte Arnal do Albertino vbi proximè nu. 54. cũ ſequẽtibus Nauarr. in capit. nouit notab. 6. numer. 41. aſſerente prædictam Bartholi ſententiam, & aliorum in dicta. l. Titia, & alibi ſępè, contendentium liberum eſſe laicis agere de quęſtionibus facti rerum ſpiritualium, limitandam eſſe, in cauſa hæreſis tanquam merè eccleſiaſtica: adhuc tamen exploſa dictorum Patruum exiſtimatione certius, & iuris principijs magis conſonum credidcrim ſeruãdam eſſe Bart. doctrinam, pariter in cauſis hæreſis, de quarum facti quæſtionibus cur laici cognoſcere non valeant certè non video: nec facilè conſtitui poſſe arbitror, aptum diſcrimen, inter quæſtionem facti hæreſis, aliarumque rerum ſpiritualium.

39 Imò ſi verum amamus id expreſſè probat celebris text. in d. capit. tuã, ſi conſideres non obſtante, quod cauſa matrimonij merè eccleſiaſtica ſit, vt liquidò conſtat, quia magnum eſt eccleſiæ Sacramentum: nihilominus tamen laicum de quæſtione facti matrimonij, potuiſſe cognoſcere: inter quod Sacramentum, & hæreſis cauſam, cõgrua diſcriminis ratio, in propoſito aſsignari minimè poterit: qua conuictus cõſideratione Andr. ſicul. Barbat. in cap. 1. de offic. ordin. num. 77. conſtanter docuit de cauſa hæreſis, & ſi maximè eccleſiaſtica ſit, quantum ad facti quæſtionem laicum recte iudicare poſſe: & ſatis tentauerat Nau. ſi profecut⁹ fuiſſet in d. c. nouit notab. 6. n. 41. ver. *quinto*, tenet directoriũ Inquiſitorũ, verb. *apoſtaſia*.

40 Nec nobis negotium faceſsit fortis ille ver. *prohibemus, &c.* d. c. vt inquiſitionis, vbi Pontifex nõ egit neq; tractare cõmniauit, de ſola quæſtione facti, circa cauſam hæreſis: mens enim illi⁹ tex. fuit interdicere: ne laici vllo modo cognoſcere poſſẽt, de crimine hæreſis, iudicare autem de delicto

hęreſis proculdubio inuoluit iuris quęſtionem: quippè, hæreſis vt crimẽ eſt, & ius, & factũ includit: dicere ergo, quod laicus, de crimine hæreſis quoquomodo non cognoſcat, idem eſt, ac ſi diceret, quod nullatenus iudicet delictũ hæreſis, nec principaliter, neq; incidenter: vt intellexit cõmunis poſt gloſſ. ibidem.

41 Confirmatur, ſi perpendas eũ qui diſputaret de quæſtione facti hæreſis, nullo modo dici poſſe de crimine hæreſis cognoſcere: etenim vt crimen importatius etiam dicit, & non ſolũmodo factũ: fieriq; nõ poteſt, vt quis agat de hæreſi, quatenus dicit crimẽ, ſiuè delictũ, & q̃ non interferat iuris quæſtionẽ; cũ igitur d. verſ. *prohibemus*, interdixerit laicis, ne quo quo modo, de crimine hęreſis cognoſcerẽt, nulla ratione intelligi poteſt, egiſſe de ſola facti quæſtione, ac per cõſequẽs nec præfatæ veriſimæ doctrinæ noſtræ cõtradicit, neq; aduerſæ partis fautoribus opitulatur.

42 Tandẽ minimè obſtant argumenta quæ aduximus ad probãdũ laicos per incidentiam, de rebus eccleſiaſticis poſſe cognoſcere: quibus ex his quæ pro contraria veriorique ſentẽtia dicta ſunt, abundè lector poterit ſatisfacere.

Summaria ad Controuerſiam 23.

1 *Controuerſia eſt vtrum laici per viam compromiſſi præſtare valeant, quæ minime poſſunt per contentioſam iuriſdictionem.*

2 *Ante cap. contingit de arbitris admittebantur compromiſſa in laicos, & intelligitur tex. in c. per tuas eodem titu.*

3 *Arbitri dum in cauſis ſpiritualibus lites decidunt, non exercent iuriſdictionem aliquam nec litigantes eam cõcedere potuiſſent.*

4 *Propter metum pœnarum arbitris obtemperari conſueuit.*

5 *Verba mens & ratio canonum inhibẽtium laicis eccleſiaſtica negotia tractare, nullatenus locum habent in arbitris compromiſſarijs.*

6 *Ante interdictum concilij Lateranẽ. etiam clerici poterant cõpromittere in laicos.*

7 *Indecentia illa quam maximè conſideranit Inn. in cap. contingit de arbitr. ſufficiens non videtur, ad inhibendũ ne ſuper rebus ſpiritualibus in laicos compromittamus.*

8 *Econtra videtur ſub prohibitione tractatus rerum eccleſiaſticarum, comprehẽdi compromiſſa in laicos ſuper ſpiritualibus.*

9 *Laici omninò & directè prohibiti ſũt eccleſiaſtica tractare, quia non habẽt Imperium ſuper illis.*

10 *Arbitri tenentur ad obſeruantiam ordinis iudiciarij.*

11 *Refertur decretum Inn. quo prohibetur ne in laicos ſuper ſpiritualibus compromittatur, non fuit opus recurrere ad indecentiam, quæ magis reſpicit congruitatem quã iuris vigorẽ.*

12 *Verbum, preſumant, ſemper accipitur in malam partem quaſi indicet præſumptionem, & temeritatem.*

13 *Vbi pœnæ adijciuntur contra tranſgredientes ſi contrarium facere præſumpſerint, ad illas incurrendas dolus ſeu malitia ex parte contrauenientiũ requiritur, quæ locũ nõ habebũt ſi ex ignoran-*

ignorantia, vel imprudentia.

15 *Dominus qui mandauit tenetur, non ſa uerqui conſtruxit rem ædificari pro hibitam, idemque inditum eſt de la boratoribus incidentibus ligna in ne more alieno de mãdato alterius prop ter bonam fidem.*

16 *In his quæ ſunt de genere permiſſorum mandatarius excuſatur dummodo do lus non intercedat.*

17 *Locatores operarum manualium fre quenter ruſtici ſunt quorum ruſticita ti regulariter venia concedi tur.*

18 *In dictis cauſis non eſt procedendum contra artifices, ſed ſolummodo con tra Dominos mandantes.*

19 *Cum his quæ dicta ſunt anceps verin que, & dubia redditur præſens con troverſia.*

20 *Arbitratores nullum iuris ordinem ſeruare tenentur: arbitri autem com promiſſarij non ita.*

21 *Laici arbitratores eſſe poſſunt non ſo lum circa eccleſiaſtica negotia, ſed etiam circa res ſpirituales.*

22 *Quod laici tales arbitratores ſint nullam habet indecentiam quippé qui iudices non ſunt, ſed mediato res quidam.*

23 *Etiam hodie poſt capit. contingit ſu per cauſis eccleſiaſticis in laicos com promitti poteſt ſi ſpirituales, non ſint, & ponderatur dicti capit. con tingit.*

24 *Conſtituitur differentia inter inter dictum de non tractandis negocijs eccleſiaſticis per laicos, & prohibi tionem de non compromittendo in laicos ſuper ſpiritualibus.*

25 *Expenduntur pro ſupradicta diffe rentia capit. decernimus de iudic. & dictum capit. contingit de arbi tris.*

26 *Ante capit. contingit liberum fuit compromittere in laicos ſuper ſpiri tualibus, & eccleſiaſticis nego tijs.*

27 *Indecentia de qua in dict. capit. con tingit denotat ſecundum iuris rigo rem bene potuiſſe laicos ſuper ſpiri tualibus arbitri conſtitui.*

28 *Probatur efficaciter laicos de rigore iuris potuiſſe arbitros eſſe ſuper ſpi ritualibus.*

29 *In dict. cap. contingit non fuit propo ſita quæſtio aliqua quæ de facto emer ſerit, ſed conſtitutum ius de nouo motu proprio quemadmodum in cap. fin. de condit. appoſit. & ſi vtrobique aliqua quæſtio de facto fuiſſet propo ſita non ſic reſpondiſſent Pontifi ces.*

30 *Adhuc vltra indecentiam opus fuit lege ad inducendam nullitatem com promiſſi in dicto capite contin git.*

31 *Etiam hodie ſtante deciſione dict. ca pit. contingit. poterunt laici arbitri conſtitui ſuper eccleſiaſticis quæ ſpi rituales non ſunt.*

32 *Obijcitur tex. in cap. per tuas de arbi tris vbi poſt dict. cap. contingit laici arbitri fuerunt conſtituti ſuper ſpi rituali negotio.*

33 *Aſſignatur verus intellectus ad dic. cap. per tuas vt intercedente legiti mi ſuperioris authoritate etiam laici ſuper ſpiritualibus arbitri poſſint conſtitui.*

34 *Non ſatis videtur rem attigiſſe Cou ruu. dum exiſtimauit in dict. capit. per tuas ratione ſexternitatis cum cle rico laicos arbitros eſſe potuiſſe de illa cauſa ſpirituali fortiter comin citur dictus Couar. intellectus.*

35 *Rurſus commincitur manifeſtè vni co fortiſſimo fundamento ponderan tis verbis d. c. per tuas.*

36 *Tandem põderatur iterum atque ite rum dictũ capit. per tuas ad expug nandum Couarruuia, & ſequatium intellectum.*

37 *Lapſi fuerunt DD. exiſtimantes ad mix-*

Digitized by Google

admixturam clerici in delicto tollere ecclesiastici incompetentiam ad cognoscendum de seculari, cõmiscitur eorum existimatio.

38 *Laici tanquam ministri rectè possunt de rebus ecclesiasticis, & spiritualibus agere cum ministerium longe distet á iurisdictione.*

39 *Rectè possunt laici circa res ecclesiasticas, & negocia super spiritualibus emergentia, suum præstare consilium quod probandum sit a iudice ecclesiastico.*

40 *Intelligitur celebris locus Concilij Bracarensis 4. cel. 2. tit. de transgressoribus cap. 7.*

41 *Refertur & aprobatur praxis secundum quam laici etiam circa spiritualia assessores, & consiliarij iudicum ecclesiasticorum esse consueuerunt.*

42 *Non refraganter supradicta praxi in ea inhibentia ne ecclesiastici de rebus spiritualibus laicorum iudicio disponant.*

43 *Dubia est Abbatis, & aliorum opinio existimantium, prefatam doctrinam non procedere in casibus in quibus iudices ecclesiastici laicorum iudicijs sequi tenentur.*

44 *Quod Domini Inquisitores sequi teneãtur laicorum iudicium vel non, nihil refert ad eam quæstionem verum laici adhibendi sint in consilium, vel non.*

45 *Quotidie laici imò Regij Senatores adhibentur in Consilium a Dominis Inquisitoribus.*

46 *In iudicio & extra iudicium possunt laici procuratorio nomine spiritualia tractare.*

47 *Laicis prohibitus est tractatus iurisdictionalis rerum spiritualium, non ministerialis.*

48 *Interpretatur locus Concilij Hispal. 2. relatus in c. in nouo 16. quæst. 7.*

49 *Non solum clerici, sed laici etiam possunt esse procuratores in tribunalibus ecclesiasticis cuius ratio assignatur.*

50 *Interdictum de rebus ecclesiasticis per laicos minimé tractandis locum habet tam in voluntaria quam in contentiosa iurisdictione.*

51 *Referuntur Doctores tenentes, non posse Principem secularem ad actus spirituales legitimare neque emancipare filium clerici in sacris.*

52 *Insinuatio emancipatioque coram iudice incompetenti facta nec acta nec testimonia super ipsis confecta vllius momenti sunt.*

53 *Ad actus quoque voluntarios iurisdictio requiritur qui sine dubio in aliena Diœcesi extraneoque territorio, ritè, & rectè exerceri valent.*

54 *Neque actus voluntariæ iurisdictionis exerceri possunt in personas non subditas.*

55 *Non potest iudex laicus super contractibus clericorum suam impartiri authoritatem.*

56 *Nec procedere poterit ad insinuationem donationum clericorum.*

57 *Filius sacerdotis potest per Principẽ secularem legitimari.*

58 *Turius est ab vtroque Principe ecclesiastico, & temporali legitimationem exigere.*

59 *Dubius extitit Dominus Cõtarra. in ea quæstione an clerici filius in sacris legitimari possit per Principem secularem.*

60 *Nullus vnquam dubitabit posse laicos clericis priuilegia concedere.*

61 *Legitimatio bonum est à Principe proficiscens ab ipso concedendum.*

62 *Legitimatio non tam respicit clerici legitimandi personam quam bona ipsa.*

63 *Seculares Magistratus clericis constituere possunt curatores in litem, & possunt esse pupilli clerici tutores & curatores.*

64 *Va-*

Digitized by Google

64 *Valet argumentum in iure de emancipatione ad legitimationem, & emancipatio actus eſt patris agentis, & emancipantis in quo iudex nihil fere agit, legitimatio verò eſt actus eò inſdem facultatis, & non iuriſdictionis etiam voluntarie.*

65 *Nihilominus clerici in ſacris non poſſunt per Principem ſecularem legitimari.*

66 *Indubitati iuris eſt etiam actus iuriſdictionis voluntarie fieri debere coram competenti iudice.*

67 *Refertur doctrina Antonij de Butrio concludentis legitimationis actum in non ſubditum exerceri non poſſe.*

68 *Imperatores, & Reges nequeunt ſua decreta interponere in arrogationibus eorum qui ſibi ſubditi non ſunt, igitur neque in legitimationibus clericorum.*

69 *Clerico à iudice ſeculari dari non poteſt tutor, & ita obſeruandum eſt interim dum contraria Domini Conſtantiæ ſententia praxi non fuerit recepta, quamlibet enim opinionem ſua receperit, ita ius erit ſine vllo periculo exemptionis clericorum.*

70 *Per legitimationem alteratur perſona clerici legitimati quippè in patriam poteſtatem redigitur ideòque legitimatio damnoſa, & præiudicialis eſſe poteſt, nec per ſecularem Principem facienda.*

71 *Veriſimum eſt legitimationem eſſe bonum à Principe cõceſſum, ſed nihilominus legitimatio clerici in ſacris per ſuum iudicem facienda eſt.*

72 *Falſum eſt aſſerere, quod legitimatio ſolum tendat in bona, quæ potius principaliter reſpicit perſonam.*

73 *Non poſſet iudex laicus generalem curatorem conſtituere clerico, & ſpeciale eſt in curatore ad litẽ, quod vt leat à ſeculari Magiſtratu conſtitui clerico minori, vel pupillo.*

74 *Legitimatio fit à Principe, emancipatio eſt actus patris nec valet equipparatio de vna ad alteram.*

75 *Videtur laicum nõ poſſe clerico conſtituere curatorem ad litem propter text. in cap. fin. de iudic. in 6.*

76 *Aſſignatur verus intellectus ad dict. cap. fin.*

77 *Abundè ex his quæ dicta ſunt ſatisfit reliquis argumentis.*

CONTROVERSIA 23.

An Reges, & Principes ſeculares, ſeu laici Magiſtratus, ſaltim per viam miniſterij, & cõ promiſsi, eccleſiaſtica negocia tractare poſſint, et quid de iurisdictione, quæ inuolentes exercetur, quam vulgus voluntariam appellat.

1 CElebrè ſatis & nouum fuit circa compromiſſa in laicos Innocenc. III. Pontificis Maximi interdictum in Concilio Lateranẽſi relatum 2. tomo Conciliorũ pag. mihi 957. c. 40. verſic. ad hæc, à quo deſumptus fuit text. in capit. cõtingit de arbitr. vbi generaliter prohi-

Digitized by Google

bitum fuit, ne super rebus spiritualibus cõpromittatur in laicũ (& subiungit Innocentius rationem argutam, atque difficilem) *quia non decet vt laicus in talibus arbitretur*, super quibus verbis rectè intelligendis, & interpretandis tota præsens controuersia futura est: etenim cum in præcedentibus satis superq; à nobis fuerit probatum, laicos Magistratus per viam iurisdictionis, & publicæ potestatis de negotijs spiritualibus agere non posse, iam èvestigio in hoc loco se se offert agitãda quæstio, vtrum per viam ministerij, aut compromissi, præstare valeãt, quæ minimè possunt per contentiosam iurisdictionem, quæ in inuitos exercetur, & quid tenendum sit, de his quę ad voluntariam iurisdictionem spectant, veluti quando opus erit, authoritatem, & decretum interponere super dispensationibus, legitimationibus, emancipationibus & similia.

2 Consultò nouam nuncupauimus decisionem Innocentij III. in dicto capit. contingit de arbitr. quia ante illam compromissa in laicos super negocijs ecclesiasticis de iure admittebantur, iuxta text. in capit. dilecti capit. exposita cum alijs eodem tit. quatione super causa Hospitalis, & ita spirituali valuit compromissum in laicum in capite per tuas d. titu. de arbitr. cuius decisio processit quidem ex iuris principijs, quoniam authoritas Episcopi cuius ibi mentio fit iuuare non potuit, vt laicus in causa spirituali iudex existeret.

3 Planè si propter aliquam rationem laicis interdictum esset admittere compromissa rerum spiritualiũ, maximè quia generaliter prohibiti sunt ecclesiastica tractare negocia, sed talis prohibitio non obstat, igitur nihil impedit, quominus arbitri esse possint, maior propositio manifesta est, minorem, scilicet quod sub tali prohitione compromissa non comprehendantur, sic probo, arbitri namque dum in causis spiritualibus lites decidunt, non faciunt actum aliquem spiritualem, sed temporalem, quippè non exercent iurisdictionem aliquam, nedum spiritualem, sed nec temporalem, quandoquidem, arbitri non sunt iudices, nec iurisdictionem, aut potestatem publicam exercent, sed contenti simplici quadam notione à litigantibus sibi concessa negotia decidunt, illa ministerialiter tractantes, non per modum Imperij, seu potestatis, sed per viam ministerij, neque enim litigantes iurisdictionem aliquam arbitris concedere potuissent cõtra regul. textus in l. priuatorum, C. de iurisdict. omni. iudic. sed solum notionem quandam.

4 Quod si arbitris constitutis obtemperare consueuimus, id profecto contingit magis propter metum pœnarum, quæ adijciuntur in compromissis, quam ob Imperium, seu potestatem arbitrorum, vt expressè docuit Pontifex in capit. dilecti in fin. de arbitr. ibi, *per penam in compromisso statutam*, probat text. in dicto capit. per tuas, quem sequuti sunt Panormitan. & alij ibidem, Felin. in dicto capit. contingit numero octauo, in fine, Blancus de compromis. quæstione secunda numer. 62. igitur laici Magistratus rectè possunt arbitri constitui in causis spiritualibus.

5 Maximè si aduertas ad verba mentem, & rationem canonum inhibentium laicis ecclesiastica tractare negocia, quæ nullatenus locum habent in arbitris cõpromissarijs, neq; enim talis notio cõpromissaria derogabit pu-

Digitized by Google

publicæ vtilitati, nec rerum ecclesiasticarum authoritati detrimentum aliquod afferre videbitur, nec redũdare in damnum ordinis clericalis, nec dicentur in proposito per viam potestatis publicæ ecclesiastica negocia tractare: quę inconuenientia contendebant vitare iura illa in c. si diligenti, cap. significasti de for. comp. cum similib. arbitri enim nec iudicant, nec veri iudices sunt.

6 Vnde non obstante dictorum iurium decisione ante interdictũ Innocentij III. in Lateran. Concilio integrum erat super spiritualibus, & ecclesiasticis in laicos compromittere, vsque adeò, vt quantumuis clerici prohibiti essent laicorũ prærrogare iurisdictio nẽ; imò & alterius ecclesiastici citra proprij Episcopi consensum, nihilominus poterant cõpromittere in laicos, secundũ cõmunem interpretum scholã in d. c. si diligẽti, & iura expressa in d. c. exposita d. c. dilecti, cũ seq. de arbitr. docuit glossa ibidem ad fin. signum igitur est, & indicium manifestum, nec in minimò lædi aut offendi statum ecclesiasticum, & si ecclesiasticæ personæ super rebus spiritualibus, seu ecclesiasticis in laicos compromisserint.

7 Præterea si cõtra Innocentiũ III. in d. c. contingit, interim dũ eius mẽtem non assequimur disputationis gratia licet argumentari: certè indecentia illa, quam maximopere considerauit, per se sufficiens non videtur ad inducendam compromissi nullitatem, neque ad inhibendum, ne super rebus spiritualibus in laicos compromittamus: quæ enim legitima causa excogitari valebit ob quam ante tẽpora Lateran. Concilij indecens nõ fuerit super spiritualibus in laicum compromittere, post tamen tanta indecencia suboriri cæperit ex talibus compromissis? quæ in quo consistat, quid vè mouerit Innocẽtiũ ad istam indecentiam considerandam, in qua nititur totum eius decretum, non facilè quis inueniet, ac per consequẽs secluſa tali indecẽtia, tanquam in sufficienti ad talem prohibitionem, & minimè antea excogitata à iuris Cõditoribus, verius videtur in puncto disputationis, posse laicos arbitros cõstitui super negocijs spiritualibus, seu ecclesiasticis.

8 E contra tamen cum arbitria ad instar iudiciorum redacta sint, & exequuntur inter se iudicia, & compromissa secundum reg. l. 1. ff. de arbitr. exploratumque sit laicos iudicia ecclesiastica exercere non posse, dicendum est sub prohibitione tractatus rerũ ecclesiasticarũ comprehendi etiam ne laici possent arbitri constitui circa spiritualia, & ecclesiastica negocia, vt super illis arbitrẽtur: ita docuit insignis Couar. de sponsalib. 2. p. c. 8. §. 12. num. 2. vbi dixit esse cõmunem opinionem Blancus de compromiss. q. 2. n. 62. post glossam, & DD. in d. c. contingit de arbitr. Philip. Dec. in d. cap. 2. de iudic. n. 2. Frãciscus de Ripa num. 12. Felin. nu. 4. vers. 3. & n. 8. post glossam 2. & interpretes communiter ibidem.

9 Insuper quia omninò, & directè prohibiti sunt ecclesiastica tractare, quia nõ habẽt Imperiũ, neq; potestatẽ super illis, vt vltra alia iura probat tex. in c. fin. in prin. de reb' eccles. igitur arbitri cõstitui nõ possũt ad iudicãdas diffiniẽdasq; lites, ex celebri illo interdicto c. decernimus ne laici ecclesiastica negocia tractare præsumant: quod vtique sicut in iudicijs, ita & incompromissis locum habet

10 Præcipuè si attendas arbitros in multis in figura iudicij ad instarque iudicum procedere, quinimò teneri ad obseruantiam ordinis iudiciarij, iuxta cõmunẽ Doctorũ traditio-

nem in §.omnium,ibi, *arbitros*,Inſtitut.de action,quam probat tex. in d. l.1.ff.de arbitr. & in l. idem Põponi' (in alijs,Codicib' incipit ſi de meis) 14.in ordine §.recepiſſe, ff.eodem ti tu. igitur nullatenus laici ſuper ſpiritualibus,& eccleſiaſticis arbitri conſtitui poſſunt, vt arbitrentur, aut diſi hiant circa litigantium iura.

11 Atque ne in re perſpicua per mendicata(vt aiunt) deambulemus ſufragia,in laicos ſuper ſpiritualibus non decere compromittere decreuit expreſſè Innocen. III. quem principio retulimus,in d.c.contingit de arbitr. his verbis, *prohibemus* (inquit) *ne in laicos ſuper ſpiritualibus compromittatur, quia non decet, vt laicus in talibus arbitretur.*

12 Accedit perperam, & ſine ratione Innocẽtiũ III.in d.c.cõtingit perpẽdiſſe indecentiam illam, quã aſſumpſit pro omnimodo fundamento ſuæ nouæ deciſionis, quia in promptu erat conſiderare prius, incapacitatẽ, vel inhabilitatem laicorum ad tractanda ſpiritualia,ſeu eccleſiaſtica negocia,iuxta quam arbitri cõſtitui prohibentur, neque opus erat recurrere ad cauſam indecentiæ,quæ magis ad congruitatem, quam ad iuris rigorẽ pertinere videtur,ergo tali incapacitate,vel inhabilitate obſtante,cum ratione coniunctum & copulatum eſt, vt laici, neque etiam per viam compromiſſi ſuper ſpiritualibus,vel eccleſiaſticis diffinire valeãt,ac ex cõſequẽti non modo poſt deciſionem d. c. contingit,ſed & antea non deberent tales arbitri conſtitui.

13 Facit inſuper in eandẽ partẽ,quod laicus quatenus talis, & laicali authoritate tantum, negocia eccleſiaſtica tractare non poteſt,ex vi laicę poteſtatis, vt denotat verbum, *præſumant*, quo frequenter, vtuntur tam Concilia, quam decreta Pontificum, quod ſemper accipitur in malam partem, quaſi indicet præſumptionem,temeritatem,& autoritatem propriam,hominum contendentium aliquid facere authoritate propria, ſine faciendi poteſtate,vt optime explicuit Alciat. de præſumptionib.2.par.à prin.Martin.Nauarr.de regularib.commento 4.nume.62.verſ.7.& in capit. accepta oppoſit.8.à num 32.Franc.de Ripa in cap.2.de iudic.num.40. cum ſequentibus Philip. Dec.nume. 6.poſt Abb.ibidem Hipolit. in l. de minore in prin.nu.39.ff. de quæſtionib.probatque tex.in cap.iudei 21.de teſtib. vbi adnotauit gloſ.tex.in cap.ſtatutũ §.in ſuper,vbi etiã docuit gloſſa ver. *præſumat*,de reſcrip.in 6.ſed res ſpirituales nõ obid quod in compromiſſum deducantur tales eſſe deſinunt, nec ſpiritualium naturam amittunt, igitur ſine præſumptione ideſt ſine dolo, & malitia ab hominibus laicis tractari non poſſunt:etenim non decet, vt laici propria authoritate in talibus arbitrẽtur.

14 Ex qua conſideratione obiter infero limitationem, & intellectum ad Bullas Romanorum Pontificũ(quos motus proprios appellamus) cæteraque Conciliorum decreta,ſeu canones in quibus aliquid præcipitur ſub certa forma, aut adhibita aliqua ſolẽnitate fieri certo tempore, vel certa die,ante vel poſt hanc,vel illam ætatem:&rurſus contra tranſgredientes ſi aliquid aliud facere præſumpſerint pœnæ adijciuntur,vt ad incurrendas tales pœnas,dolus,ſeu malicia ex parte contrauenientium requiratur, ita vt ſi conſtiterit eos obliuione,ignorãtia,vel imprudentia ſeductos contra uenifſe,& ſi aliqualem culpam admiſ ſerint nihilominus excuſationem habeant,vt docuit ſchola communis teſte Nauar. vbi ſupra poſt Franc.Ripparien.in dict.cap.2.de iudic. nu.41.

Cardin.

Cardinalem ita intelligẽtẽ in clemẽt. 1. de priuileg. q. 39. in quo ſenſu illa clemẽtina accipienda eſt: atque ita ſi contigiſſet v. g. aliquem contrà prohibitionem religionem ingredi, vel cum eſſet Prælatus admiſiſſet aliũ aduerſus Pontificiũ decretum, vel quis ante legitimam ætatem ad ſacros ordines promoueretur, non tamẽ præſumptiuè, ſed ex ignorantia, vel imprudentia, proculdubio dolo deficiente, conſtito de obliuione, pœnas contra illos qui contrarium facere preſumpſiſſent deſignatas, effugeret, vel ſaltim ordinariam, minime pateretur.

15 Colligitur præterea ex eodm iuris principio decidẽdi ratio ad quæſtionem vſu frequemtem: vtrum faber, qui bona fide mandato Domini rem ædificari prohibitam conſtruxit, ipſe teneatur, an Dominus qui mãdauit, cui aptiſsimè reſpondit ſolum eum, qui mandauit teneri non opificem, abſq; dolo ædificantem, gloſſ. 2. verſ. *item an faber* in l. in rem. 24. §. tignum ff. de rei vendicat. idemque iuditium eſt de laboratoribus incidentibus ligna in næmore alieno de mãdato alterius; qui proculdubio propter bonam fidem, & quia minimè dolo verſati ſunt à pœna excuſantur, iuxta d. gloſſ. ordinariam, & communiter approbatã in d. §. tignum, quã ſequuti ſunt Paul. Caſtren. in l. refectionis ff. cõmunia prædiorum Bald. & Salicet. in l. nõ ideo minus C. de accuſationib. Ancharr. in cap. canonum ſtatuta de conſtitution. q. 14. Alberic. de Roſatis. in l. 1. ff. de accuſation. Bald. conſi. 144. col. 2. Alex. conſi. 36. col. 1. Socin. conſ. 54. colu. pen. in fin. Calcaneus conſ. 99. Phi. Dec. & Franc. Riparien. vbi ſupra, Iacob. Menoch. de arbitra. iudic. quæſtionibus caſu. 354. Rolan. à Valle cõſ. 54. n. 6. generaliter docẽtes q; laboratores incidẽtes ligna in næmore alieno de mandato alterius; à pœna excuſantur.

16 Cuius doctrinæ illam elegantem rationem reddebat Bald. in d. l. non ideò minus; quia quoties mandatur alicui, id quod eſt de genere permiſſorum, tunc mandatarius excuſatur, dummodo dolus non interueniat; ſed vel obliuione, ignorantia, ſiuè imprudentia artifices fuerint verſati, ſcientiam enim non ignorantiam leges obligare voluẽt iuxta tex. in l. generali, C. de tabularijs libr. 10. vnde deceptis hominibus non fuerunt in iure proditæ pœnæ propter ignorantiæ lubricum l. fin. C. de decre. ab ordine faciend.

17 Preſertim ſi expendamus cum Baldo doctiſsimorum Magiſtro d. conſ. 144. col. 2. quod dicti laboratores, & ſimiles conſueuerunt operas ſuas locare ad ſuas artes exercendas, iuxta l. item apud §. ſi quis ff. de iniurijs, quo fit, vt ædificando; conſtruendo aliter vè exercentes artem, cui dediti ſunt, dederint operam reilicitæ, itaque præſumendum eſt, cum frequenter iſti locatores operarum manualium, ruſtici ſint, quorum ruſticitati (præterquam iniure naturali) regulariter venia conceditur ex l. venia, C. de in ius vocando, & niſi conſtet nullo modo præſumitur dolus, cum tenerentur fidem habere bono viro, (qualis quilibet preſumitur) illorum operas conducenti l. merito ff. pro ſocio, in quo limina iuris naturalis non ſunt tranſgreſsi l. Titio ff. de cõdition. & demonſtrat.

18 Vlterius facit reg. l. ſi duo in prin. ff. vti poſsidetis, quæ habet eum turbare non dici, qui non habuit intentionem turbandi, & contractus licitus excuſat errantem, vt adnotarunt interpretes communiter in l. quicumque §. pen. C. de ſeruis fugitiuis qui

amicabilium compoſitorum.

22 Facit ſi conſideres, ideò vetaſſe Innocẽtiũ.III.in d.c.cõtingit ne laici ſuper ſpiritualibus arbitri compromiſſarij cõſtituerentur propter indecentiam, quæ in eo maximè conſiſtit quod arbitri iudiciarium ordinẽ obſeruare tenentur iuxta l. idem Pomponius d.§.recepiſſe, & l.1.ff. de arbitr.& §.omniũvbi cõmunis inſti.de action. viſum eſt autem Pontifici Maximo nulla ratione decere, vt laici in talibus arbitrarẽtur, quæ quidẽ indecẽtia omninò ceſſat in arbitratoribꝰ ſeu amicabilibꝰ cõpoſitotibꝰ, qui cũ iudices nõ ſint, ſed quidã mediatores, iuxta prædicta indecens nõ eſt ſi per viã tranſactionis, ſeu cõpoſitionis, etiam in ſpiritualibus ſe intromittant.

23 Infertur etiam ex dictis (& erit ſecundum notabile) debere conſtitui diſcrimen in hac diſputatione inter cauſas eccleſiaſticas, quæ ſpirituales non ſunt, & inter mere ſpirituales, neque enim credimus ſine myſterio in dict.cap.contingit fuiſſe prohibitum compromiſſum ſuper ſpiritualibus tãtum, & non promiſcuè ſuper eccleſiaſticis, ad denotandum etiam hodie poſt dict.cap.contingit deciſionem ſuper cauſis eccleſiaſticis in laicos poſſe compromitti, ſi ſpirituales non ſint, ſed eccleſiaſticæ dumtaxat, vt latius inferius explicabitur.

24 Ex quo profluit differentia inter interdictum de non tractandis negocijs eccleſiaſticis per laicos, & prohibitionem de non compromittendo in laicos ſuper ſpiritualibus, vt prius interdictum prohibens iuriſdictionẽ exerceri á laicis in eccleſiaſticis negocijs, omnia & ſingula ſimul cõprehendat, ideſt eccleſiaſtica, quæ ſpiritualia non ſunt, & illa etiam, quæ ſpiritualia eſſe noſcuntur, nouum tamẽ interdictum de quo in alleg.cap.contingit procedat dumtaxat in ſpiritualibus de quibus loquitur, non verò generaliter in omnibus negocijs eccleſiaſticis.

25 Quod notabile manifeſtè cõprobatur ex verbis vtriuſque interdicti: etenim in d. cap. decernimus omnis tractatus negociorum eccleſiaſticorum interdicitur, atque dãnatur, ibi: *Decernimus, vt laici eccleſiaſtica negotia tractare non præſumant*, ſub qua prohibitione maiori cum ratione ſpiritualia fuerunt comprehenſa, vt patet ibi, *maximé de illis, quæ ſpiritualia, &c.* in dicto autẽ.c.cõtingit reſtricta fuit prohibitio compromiſſi in laicos, ad ſpiritualia tantum, vt ex illa deciſione verborumq; contextu ſatis appareret ibi *ſpiritualibus* & iterum ibi *in talibus* quibus expreſſe Pontifex ſe reſtrinxit ſolum ad ſpiritualia negocia, & merito, quia ſi attente conſideres, illa indecentia, quã expendebat Pontifex in d.c.contingit, maximè relucet in rebus ſpiritualibus non ita in eccleſiaſticis, quę ſpirituales nõ ſũt, vt denotat particula *in talibus* ſi illam refetas ad verba quæ preceſſerunt quaſi ſenſus fuerit quod in laicos nõ compromitteretur ſuper ſpiritualibus quia indecens eſt, vt in talibus, ſcilicet in ſpiritualibꝰ laici ſe intromittant, eaque indecentia minimè verſetur in eccleſiaſticis quę ſpiritualia non ſunt: igitur ille ſolum prohibuit compromitti in laicos ſuper rebus ſpiritualibus non vero ſuper eccleſiaſticis.

26 Quibus ſic prælibatis reliquum iam eſt, vt dubitationi propoſitæ aliquot in medium adductis concluſionibus ſatisfaciamus quarum prima ſic ſe habet: ante prohibitionẽ Concilij Lateranenſis de qua in dict.cap. contingit de arbitr. liberum fuit cõpromittere in laicos ſuper ſpiritualibus, & eccleſiaſticis negotijs, vt ſuper

Digitized by Google

per illis arbitrarentur, quam concluſionem probant iura expreſſa in cap. dilecti cap. expoſita de arbitr. cum alijs pluribus, in quib" laici arbitri fuerunt conſtituti ſuper cauſis eccleſiaſticis generaliter, non habita diſtinctione, quod ſpirituales forent, vel ſolũ eccleſiaſticæ, & fortius ex ipſomet cap. contingit cuius prohibitionem nouè inductam eſſe ab Innocen. III. in Concilio generali pluſquam liquido conſtat ex contextu illius capit. præcipuè ex verbo, *prohibemus*, quod nouam iuris deciſionem importat apertèque ſignificat tale compromiſſum in laicos ſuper rebus ſpiritualibus antea rectè fieri potuiſſe.

27 Eoque maximè ſi inſuper conſideres. (Vt ſupra tetigiſti) propter ſolã indecentiam fuiſſe interdictum ne laici ſuper ſpiritualibus arbitrentur, ibi: *Quia non decet, vt laicus in talibus arbitretur*, quæ particula, *quia nõ decet*, exprimit, atque declarat totum fundamentum deciſionis conſiſtere in illa indecentia, ab Innocen. III. conſiderata: igitur attentis iuris principijs canonumque conſtitutionibus ſecundum rigorem, benè poterãt laici ſuper ſpiritualibus arbitri conſtitui.

28 Et confirmatur, quia ſi ante deciſionem d. c. contingit inhibitum eſſet laicorum arbitrium ſuper ſpiritualibus, aut inſpectis iuris principijs deberet inhiberi, maximè quia laici ſpiritualia negocia tractare nõ puſſunt, vt in dicto cap. decernimus de iudicijs, aut quia ſuper his non habẽt Imperium, aut poteſtatem, vt in cap. fin. in prin. de rebus eccleſ. cum alijs, ſed hæc duæ rationes non obſtant, neq; impediunt compromiſſum in laicos ſuper ſpiritualibus, igitur, &c. Maior patet, quia non facilè quis aliam cauſam aſignabit, minorem in qua tota vis argumẽtationis conſiſtit, ſcilicet, quod dictæ duæ cauſæ non obſtent, ſic probo efficaciter iudicio meo, quia neutram ex dictis rationibus addoxit Innocen. ſed ſolam indecentiam conſiderauit ad impugnãdum laicorum arbitrium circa ſpiritualia, in quo ſignificare voluit attento iuris rigore valuiſſe, & valere tale laycorum arbitrium, ſed propter indecentiam ſubſtineri non debuiſſe: habemus igitur intentum, id eſt, ante dictam Innocentianam conſtitutionem laicos ſuper eccleſiaſticis, etiam ſpiritualibus arbitros conſtitui potuiſſe.

29 Quod ſi quis doctè pariter, & ingenioſè obijciat, quod ſtante dicta concluſione ſi ante prohibitionem Lateranenſis Concilij ſecundum iuris cõmunis regulas potuiſſet in laicos ſuper ſpiritualibus compromitti, ſequeretur dubitationi propoſitæ in d. cap. contingit non rectè reſpondiſſe Innocentiũ, vtpotè qui vt ſupponitur reſponderit contra iuris præcepta in dict. cap. dilecti, cap. expoſita cap. per tuas de arbitr. cũ ſimilibus. Planè nouiter illato vulneri difficilè non erit nouum adhibere remedium, ſi dicamus in dict. cap. contingit non fuiſſe propoſitam quæſtionem aliquã, quæ de facto emerſerit, ſed datum & conſtitutum ius de nouo, motu proprio, deincepſque obſequendum, & obſeruandum, vt ſatis exprimunt toties à nobis relata verba, ibi: *prohibemus ne in laicos ſuper ſpiritualibus compromittatur, quia non decet, vt laicus in talibus arbitretur*, quæ verba ſi attentè ſigillatimq; legantur & conſiderentur manifeſtè denotant, & nouam induci prohibitionem, & vlli dubio ſatisfactum nõ fuiſſe, ſed regulam dumtaxat propoſitam in futurum: vſque adeò, vt auſim aſſirmare, quod ſi aliqua quæſtio de facto coram Innocen. III. fuiſſet propoſita, ne vtiquam ſic reſpondiſſet, qua ratione iuuenis adhuc dum Salmanticæ

Digitized by Google

manticæ degerẽ ſimiliter interpręta bar perdifficile aliàs Gregorij VIIII Reſponſum in cap. fin. de conditionib.appoſitis,vt ibidem non reſponderit vlli dubio,aut quæſtioni propoſitæ,ſed ius decreuerit, & conſtituerit in poſterũ, neque enim potuiſſet Gregorius VIIII. dubitationi de facto propoſitæ ita reſpondere.

30 Qua in re illud obiter notatu dignũ videtur, quod quamuis prædicta indecẽtia, cui nititur tota deciſsio. d.c.contingit, ſi illam conſideremus perſe,& ſecũdum ſuam ſubſtantiam, potens non foret ad annullandũ cõpromiſſum factum in laicos ſuper rebus ſpiritualibus,neque ad inducendam talem prohibitionem, quomin' laici arbitri conſtituerẽtur (adhuc enim, vltra indecentiam opus fuit lege,quæ talem nullitatem,& prohibitionem compromiſsi induceret) nihilominus tamen pręfata indecẽtia ſufficiens fuit ad Innocẽcij III. pium animum concitandum, vt in ea nouã ſuam prohibitionem fundaret,cui in terminis de quibus loquitur ſine dubio ſtandum erit.

31 Sit ſecunda cõcluſio, etiam hodie ſtante deciſsio.d.capit.contingit poterunt laici arbitri conſtitui ſuper eccleſiaſticis, quæ ſpirituales non ſunt: etenim vt diximus in 2. notab. licet interdictum de non tractandis rebus eccleſiaſticis per laicos, ſpiritualia quoque cõprehenderit, quia ſermo erat de laicis, non quibus cumq; ſed iurisdictionem exercentibus, vt abũ dè à nobis traditum eſt, noua tamẽ illa prohibitio Cõcilij Lateranenſis, quo ad compromiſſa in laicos nõ facienda, tantum locum habet in ſpiritualibus,ex dictis,& conſideratis dic. notab.2.igitur extendi non debet ad cauſas eccleſiaſticas nõ ſpirituales, ſuper quibus, & ſi laici iudices conſtitui non valeant, arbitri tamen deſignari poterũt,vt ſuper talibus, ideſt eccleſiaſticis negocijs,non tamẽ ſpiritualibus ſeruatis ſeruandis arbitrẽtur,ita vt iura, quæ ante prohibitionem d.cap. contingit,ſtatuebant laicos ſuper eccleſiaſticis arbitros conſtitui poſſe, recte quoq; procederent ſi ſpecificè de ſpiritualibus cauſis loquerentur,vt in c.plures,ibi,*plebes transmque diſcernat*,16.q.1.cũ ſimilib.

32 Sed grauiter obſtat difficilis text. in d.c.per tuas de arbitr. vbi poſt Innocẽcij III. decretum in d.c. contingit laici arbitri fuerunt conſtituti ſuper Hoſpitali, ac per conſequens ſuper ſpirituali negocio: creſcit difficultas ſi expendas actũ fuiſſe in illo tex. de Hoſpitali,non quantum ad materiale ędificium,bona,& poſſeſsiones illius,ſed quantum ad titulum beneficij,atque ita de cauſa ſpirituali: explo ratum enim eſt beneficij titulum ſpiritualem quidem eſſe,& non corporalem: ex eoque inter alias rationes obtineri non debet ſine canonica inſtitutione.

33 Cuiuis difficilimi reſpõſi alijs omiſsis verus intellectus eſt (qui manifeſtè deducitur ex ipſomet verborũ thenore contextuq; Põtificis) ex eo compromiſſum ſuper re ſpirituali in laicos ſubſtineri debuiſſe exiſtimantis, quia legitimi ſuperioris authoritas interuenerat, qua mediante indubitati iuris eſt etiã laicos ſuper ſpiritualibus arbitros poſſe conſtitui, vt innuit atque ſignificauit Pontifex ibidem dum pro ratione ſuę deciſsionis ſolã Archiepiſcopi authoritatẽ conſiderauit, ſine aliquo alio adminiculo.

34 Vnde deducitur non ſatis rem attigiſſe Dominum Couarrubiam virũ alioqui doctiſsimũ,cũ pluribus ab ipſo relatis practic.34.num.1.colum.2. dum exiſtimauit in dict.cap. per tuas ratione ſocietatis cum clerico laicos arbitros eſſe potuiſſe de illa cauſa ſpiri-

ſpirituali, ſubiungens rationem eſſe ſatis ſufficientem, ex eo quod laici non prohibentur eſſe arbitri in cauſis ſpiritualibus, quia in capaces ſint ea vè tractare non valeãt, ſed iure cuiuſdam honeſtatis, quam explicabat Panormit. in capit. cum dilectus de arbitris: quam honeſtatis rationem aiunt ceſſare, quoties laicus ſimul, & clericus arbitrium ſuſceperunt circa res ſpirituales, ſupponentes, quod ſi laici in capaces forent compromiſsi de re ſpirituali, in eos, & clericos ſimul nequiquam compromitti poſſet, vulg. l. Pedi° 7. §. 1. ff. de arbit. c. Maſſana 56. de elect. quibus iuribus probatur incapacitatem, vel inhabilitatẽ vnius, non tolli, nec ſuppleri ex mixtura alterius capacis, atque ita quod ſi in dict. cap. per tuas illius compromiſsi, laici incapaces extitiſſent, taliſq; prohibitio non niteretur ſolaho neſtate, proculdubio nihil operaretur mixtura clerici, quę multum, imò totum (inquiunt) operatur in ſpecie dict. capit. per tuas, vbi ob ſolam indecentiam compromiſſum in laicos interdicitur: regulare autem eſt, vt licet incapacitas vnius, nõ ſuppleatur ex capacitate alterius, indecentia tamen vnius ſuppleri poſsit, & debeat per decentiam alterius adiuncti: qua ratione Dominus Couarru. & ceteri ab eo relati procedere crediderũt dicti capituli per tuas cõſtitutionem, vt compromiſſum de quo ibi nõ duobus laicis, ſed clerico tanquam digniori fuerit tributum, admixturaque clerici effecerit, vt potuerint laici arbitri conſtitui ſuper Hoſpitali, in titulum beneficij, ac per conſequens ſuper cauſa ſpirituali.

35 Quæ doctrina manifeſtè conuincitur vnico fortiſsimo fundamento quatenus ſupponitur ſocietatem clerici capacis, auferre laicorum indecentiam, ad arbitrandum ſuper re ſpirituali, & ratione clerici adiũcti poſſe laicos arbitros conſtitui, ſuper rebus ſpiritualibus: quod planè falſum eſt, omninòque contrarium docuit Innocenc. in dict. capit. per tuas, vbi voluit abſque authoritate Archiepiſcopi non potuiſſe ſubſiſtere arbitriũ laicorum cum clerico factum, quatenus Pont. Maxim. illic omnimodò expendit authoritatem Archiepiſcopi cui cauſa fuerat commiſſa, neque conſiderauit clerici interuentum, vt liquido conſtat ex vltimis text. verbis, ibi: *Quod autem à duobus laicis, & vno clerico dicitur eſſe prolatum nequaquam obuiare videtur, cum authoritate dicti Archiepiſcopi factum ſit, cui cauſa de qua dicitur compromiſſum, fuerat delegata*, quibus denotat apertè clariſsimèque ſignificat nullius momenti, & ſine effectu aliquo fuiſſe admixturam clerici in propoſita ſpeciè, niſi authoritas dicti Archiepiſcopi delegati interueniſſet, ac per conſequens ſupponebat Innocenc. vtriuſque iuris ſcientiſsimus, laicorum indecentiam ad arbitrandum, non auferri per clericum habilem adiunctum, contra doctiſsimi Domini Coarruuiæ, & aliorum proximè relatam doctrinam.

36 Præſertim ſi non inſubtiliter expẽdas exiſtimaſſe Innocentium illius decretalis conditorem obiectionem illam de qua in dict. verſic. *quod autem à duobus laicis, & vno clerico*, efficacem futuram ad annullandum, & impugnandum arbitrium à duobus laicis & vno clerico prolatum, niſi authoritas Epiſcopi ſuppleuiſſet illorum arbitrorum inhabilitatem, ſupponens id quod veriſsimum eſt contra Couarruuiam, ſcilicet, non ſolum incapacitatem laici, non tolli per admixturam clerici, quod fatetur Couarru. ſed neque indecentiam auferri, quod ipſe negat, & docens poſt d. c. contingit, non ſolum laicos de perſe ſuper ſpiri-

Digitized by Google

ſpiritualibus arbitros eſſe non poſſe, ſed neque cum clericis, igitur decep ti ſunt Couarru. & ſequaces contrà docẽtes, quia crediderunt Innocẽtiũ ſic ſtatuiſſe propter ad mixturam cle rici, cuius deciſsio ſolum nititur in authoritate Archiepiſcopi ſufficien ti ad tollendam indecentiam laico rum, non in eo, quod clericus fuiſſet admixtus: qua ratione citra omne du bium idem reſpondiſſet, ſi retento eodem themate, à laicis ſine clerico præfatum arbitrium pronunciatum fuiſſet, quod vtique ſubſiſteret ex di ĉa Archiepiſcopi delegati authori tate tanquam legitimi ſuperioris.

37 Infertur etiam ex dictis inſigni er rore lapſos fuiſſe Doctores exiſtimã tes, quod ſi laicus ſimul cum clerico crimen commiſsiſſet talem laicũ, nõ à ſeculari, ſed ab eccleſiaſtico ratio ne clerici adiuncti fore puniendum. Etenim admixturã clerici indelicto, nõ tollere eccleſiaſtici inhabilitatẽ, ſeu incompetentiam, ad cognoſcen dum de ſeculari pluſquam manifeſ tum eſt, & ex ſuperiori reſolutione ſa tis conuincitur, quidquid cõtrarium falſò crediderint Socin° iun. cõſ. 34. lib. 2. col. 1. Ferdinan. Loaces in trac. de matrimo. dubit. 10. nume. 20. Robert° Marãta de ordin. iudic. 4. part. diſt. 11. nume. 22. Ferracius cautela 10. Marian. Socin. conſ. 10. libr. 1. idẽ in cap. 2. col. 4. de mutuis petitionib. Anton. de Prado in l. 1. in fin. ff. quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindã tur, & mirum eſt, quod Bartholom. Socin. in l. cum Senatus ff. de reb° dub. in fin. ſcripſerit dictorum Patruũ opinionem in praxi ſeruatam fuiſſe, & Caſaneum in cõſuetudinibus Bur gundiæ rubr. 1. §. 5. verſ. *Archidiaco- nus* num. 70. idem affirmaſſe circa di ctam praxim, quibus minimè opitu lantur illa quę adducunt, vt ſuam ſen tentiam confirment, de his quæ cõ- munionis & ſocietatis cauſa in iure ſolẽt induci, quorum meminit Petr° Rebuff. in authent. habita. C. ne filius pro patre priuileg. 106. latiſsimam- que fecit mentionem Iaſſ. in l. emã- cipati C. de collat. quia omnia redu cuntur quantum ad propoſitum atti net ad dict. capit. per tuas, cuius de ciſsionem potiſsimum ſibi ſuffraga ri prędicti authores exiſtimauerunt: qui text. cum illis non ſolum non faueat, ſed aduerſetur ex prædictis, corruit vtique tantorum Patruum o- pinio, quam iure optimo doctiſsimiſ que fundamentis more ſuo confuta- uit etiam Couarr. d. prac. 34. num. 1. & deinceps.

38 Tertia concluſio ſit, omnia & ſin- gula, quæ à nobis in hac diſputatio- ne duabuſque concluſionibus ante- cedentibus dicta ſunt circa res eccle ſiaſticas á laicis minimè tractandas, & quod arbitri conſtitui non po- ſsint ob indecentiam ex iuribus & rationibus nuper traditis: ita de- mum accipienda intelligendaq; ſunt vt illas tractare non valeant in vim iuriſdictionis, non autem prohibean tur negocia eccleſiaſtica, etiam ſpiri tualia miniſterialiter tractare. Etenim laici tanquam miniſtri rectè poſſunt de reb° eccleſiaſticis, & ſpiritualibus agere, vt obſeruarunt Auguſt. Bero- ius in d. cap. contingit de arbitr. nu. 4. Franciſc. Ripatien. in d. cap. 2. de iu dic. nu. 49. & 50. Philip. Dec. poſt plu res ab eo relatos num. 1. & 2. ibidem, quidquid contradixerit Abb. in d. c. 2. notab. 1. cum miniſterium longè di ſtet à iuriſdictione, nullaque iniuria ipſis rebus eccleſiaſticis irrogetur, nec ſe intromittere dici poſsint in re bus ſpiritualibus, quãdoquidẽ nõper viãiuriſdictionis, & poteſtatis, ſed per modũ miniſterij ſe illis immiſcent.

39 Ex qua propoſitione, atq; doctrinã, plura quotidiana in foro pariter, & ſub-

Digitized by Google

ſubtilia deducuntur, & in primis infero rectè poſſe laicos circa res eccleſiaſticas, & negotia ſuper ſpiritualib' emergẽtia ſuum prẽſtare conſilium, quod probandum ſit á iudice eccleſiaſtico, quippè eo caſu laici ſuperiores non exiſtunt, neque negotia tractant per Imperium, & authoritatiuè, ſed per viam miniſterij, non ipſis ſed alio iudicante, qui totam iurisdictionem, authoritatem & Imperium habet: etenim laici, nec iudicant, nec de legatam, aut ordinariam poteſtatem exercent erga cauſas eccleſiaſticas, nec illas tractare dicendi ſunt, quia dumtaxat conſilium præſtant circa negocia eccleſiaſtica, non diſponſit de illis, nec definiunt, aut imperant, aut iurisdictionem exercent, quæ laicis interdicta ſunt.

40 In qua conſideratione, & ſenſu accipere ſoleo locum celebrem Cõcilij Bacharenſ. 4. actione 2. titu. de Prouiſorib. cap. 7. verſic. *quod ſi*, quatenus voluit, quod laici, & ſi non deciſiuum cõſultiuum tamen habere poſſent ſuffragium in negocijs eccleſiaſticis, non obſtante, quod prius ſtatuerat, ne Epiſcopi diffinitionibus cauſarum ad Tribunale eccleſiaſticum ſpectantium, laicos ſed clericos adhiberent, ea profecto ratione, quia cum laici, nec non clerici couiugati, ſic conſulendo non imperium, aut iuriſdictionem aliquam exerceant, ſed tantum Conſilium præſtent, nequaquam dicendum erat eccleſiaſticum iudicio laicorum diſponere.

41 Ex eodemque principio fluxit praxis ſecundum quam laici etiam circa ſpiritualia aſſeſſores, & conſilarij iudicum eccleſiaſticorum eſſe conſueuerunt teſte Iaſſone in rubr. ff. de offic. aſſeſſor. docent interprætes communiter, quos refert. & ſequitur Philipp. Decius in dicto capite ſecundo, de iudic. num. 17. vbi dixit ſic in praxi ſeruari, docuit Franciſcus de Ripa ibidem num. 57. poſt Innocenc. & Abb. in cod. cap. 2. num. 13. vbi additio 1. 2. & 4. & probant iura expreſſa in l. Conſiliarios C. de offic. aſſeſſor. & in capit. ſtatutum §. aſſeſſorem de reſcrip. in 6. idque eam rationẽ habet, quia in tali caſu aſſeſſores, & conſiliarij, laici, & coniugati miniſterialiter ſolum, non authoritatiuè, ſeu per Imperium eccleſiaſtica etiam ſpiritualia tractant.

42 Nec refragãtur iura inhibentia nẽ eccleſiaſtici de rebus ſpiritualibus in dicio laicorum diſponant: in quibus nomine iudicij intelligere debemus, quod laici non poſsint diffinire iudicialiter per modum poteſtatis, ſeu iurisdictionis, ita vt voluerint reijcere, atque damnare determinationem iudicialem laicorum circa res ſpirituales, vel eccleſiaſticas, non verò illorum conſilium opinionem, ſiue ſententiam animi, neque audiendus eſt Barbatia ad Abb. nume. 13. littera C. in dict. cap. 2. cuius traditioni fortiter contradicit ſynodus Bracharen. 4. vbi proximè: minimèque refert quod eccleſiaſtici ſequi debeant laicorum iudicium, nec ne, non enim eo magis erũt exiſtimandi laicorum iudicio de rebus ſpiritualibus diſponere, quandoquidem, ſiue omnino probandum ſit laicorum conſilium, ſiue poſsit contemni ab eccleſiaſtico, nequaquam dici poſsit eos iudicaſſe authoritatiuè, aut imperio de rebus eccleſiaſticis.

43 Vnde dubia ſemper fuit apud me Abbatis Innocencij Antonij Butricarij, & aliorum opinio, quorum meminit Philip. Dec. in cap. ſi pro debilitate numer. 10. de offic. deleg. & dicto numer. 17. vbi ſupra, quos refert etiam, & ſequitur Arnaldus Albertinus de agnoſcen. aſſertionib. Catholic.

Digitized by Google

tholic.quæst.26.â num.2. & in capit. 1.de hæretic.in 6.quæst.10.nume.2. limitantium doctrinam,num.præcedenti relatam,vt minimè locum habeat,in casibus, in quibus iudices ecclesiastici laicorum iuditiũ sequi teneãtur:quia tunc(inquiũt)laici in ecclesiasticis consiliarij, vel assessores esse non poterunt, tanquam in effectu iudicantes,& diffinientes ecclesiastica negotia. Etenim vt ex dictis liquidò constat, cum in dicta specie penes ecclesiasticum, etiã si laici cõsilium omninò sequi debeat,existat, re vera tota iurisdictio,auctoritas, & Imperium,& laici assessores, seu cõsiliarij, solum ministerialiter se habeant,nequaquam erit verum dicere,quod Prælati ecclesiastici, iuditio laicorum,diffinitione,vel Imperio sęculari,de rebus ecclesiasticis disponant.

44 Quare mihi videtur,quantum ad propositum attinet, ociosam penitus existere, percelebrem illam controuersiam,inter Albertinum: vbi proximé ex vna parte,Roxas de hæretic.1. par.à nu.422.& 2.par.n.166. Simancas de Catholic.institution.c.41.nu. 14. ex alia, quibus accessit Franciscus Peña,Rotæ Auditor ad directoriũ Inquisitorum,3.par.quæst.78.acriter controuertentium, vtrum iudices rerum fidei(vulgo Inquisitores nuncupati)sequi debeãt illorum consiliũ, quos in causis fidei adhibendos esse, statuit text.in cap. vltim. de hæretic. lib.6.existimante Albertino omninò sequendum, atque probandum esse ab Inquisitoribus illorum consilium: indeque inferente,non posse vocari laicos, ad tale consilium ex celeb. Barto. doctr.in l. impuberibus, ff. de suspect. tutorib. docentis, quibus à lege necessitas imponitur petendi consilium,necessarium forè, quod illud sequantur: reclamantibus verò dicto non obstante fundamento,Simanca,Peña, & Roxas dictis locis: quoniam,vt nuper resoluimus, siuè Inquisitores rerum fidei, peritorum, de quibus in dict. cap. fin. de hæretic. in 6. consilium sequi teneantur, vt placuit Albertino, siuè illud possint contemnere, atque reijcere seruaturique sint, non de necessitate, sed de honestate,vt voluerunt Simãcas Roxas, & Peña, qui testantur sic expressè cautum esse in instructionibus Inquisitorum, nec ideò recedi docent a reg.iurium,in l. 2. in fin. ff. mandati,in cap.cum olim de arbitr. cap.cum in veteri de electio. parum profecto,aut nihil refert ad eam dubitationem,vtrum laici in consilium adhibendi sint,vel nõ adhibendi, neque enim Inquisitores, etsi maximè peritorum consilium sequi tenerentur,à laicorum consilio abstinere deberent,cum vtique iudices nõ existerent,neque iurisdictionem aliquã ordinariã, seu delegatam exercerẽt, iuxta prætatã doctrinã: relinquitur, ergo etiã â Dominis Inquisitoribus, vbi à canone consilium petere iuuẽtur, adhiberi posse laicos, quidquid sit de dicta controuersia, an de honestate,vel de necesitate illud obseruare teneantur.

45 Et sic videmus,quod in sacrosanctis Inquisitionis Tribunalibus,laici, & aliquãdo Regij Senatores etiã cõiugati adhibẽtur in consiliũ,iuxta decilio.text.in d.c.fin.qui vulgo Consultores Inquisitionis nũcupantur,& nulla prorsus iurisdictione gaudent, neque aliquo vtuntur imperio, quippè iudices nõ sunt, neque ordinarij, neque delegati,sed meri quidem cõsiliarij,quorũ mentem, aut opinionẽ Domini Inquisitores sequi minimè tenentur,ac per cõsequens non infringitur prædicta prohibitio, *ne laici de rebus spiritualibus disponant.*

46 Infero præterea ex eodem dimanasse principio Ioannis Andreæ, & Abbatis doctrinam,in cap. accedens de præbend. existimantium, laicos etiam in spiritualibus procuratores constitui posse, ad defendendum in iuditio, ante quos idem docuerat glosa in capit.1.de sindico,imò & extra iudicium posse procuratorio nomine spiritualia tractare, verbi gratia,si mandatum recipiant ad permutanda acceptanda, vel resignanda ecclesiastica benefitia, vt voluit Felin. in capit.Appostolicè,numero 5.& 6. de exceptioni. Tiraquell. post alios, quos refert de iure mariti, glos.5.nu. 178.tenueruntque Domini de Rota, decis.8.n.5.de Procuratoribus, aliâs 104.in antiquis,& decis. 2.de rerum permutatione, aliâs 418. in eisdē, & multo antea tenuerat glos. in clem. 1.de renuntiatione, verb.*procuratorē*, quidquid antiqui glossatores, Abb. antiquus,& Petrus in d. c. Apostolicè,voluerint,laicos minimè posse procuratores constitui super spiritualibus,quæ possidere nō valent, quibus refragantur text.& glos.in cap. 1.de procurator.in 6.verissimaque est prefata doctrina,quæ communi vsu praxique recipitur.

47 Cui non aduersatur,quod laici,benefitia,sic acceptantes,aut permutātes,etiam vt procuratores,adhuc ea tractare videantur,ac per consequēs laicorum iuditio de spiritualibus disponi,reiecta enim solutione Abbatis in d.c.2.de iudic.num.9.glosę,&aliorum,in d.c.1.de procurator.in 6.asserentium, quando laicis prohibetur tractatus rerum spiritualium,intelligēdum esse,de tractatu,nomine proprio ipsius laici,quam optimè confutauit Francisc.Ripparien.in dict.cap. 2.de iudic.num.49.& 50.verè ex dictis respondetur dictam prohibitionem accipiendā esse,de tractatu per viam iurisdictionis auctoritatis,& Imperij, non tamen de tractatu ministeriali,qualis est laici procuratoris,q nullo pacto canonibus cōtradicit.

48 Nec veritatis prædictę cursum impediet,locus ille Concilij Hispalen. 2. cui interfuit Isidorus capit. 9. ibi, *aut per laicalem procuraticnem administrandam elegerit*, vbi damnātur Episcopi, & contemptores canonum, fraudatoresque rerum ecclesiasticarum appellantur, si posthac ecclesiasticam rem vt inquit text. per laicalem procurationem administrādam elegerint:etenim decretum illud relatum á Gratiano,in c.in nona 16.q. 7.accipiendum est non de procuratoribus,sed de quibusdam AEconomis ecclesiasticam iurisdictionē exercentibus,qui generales quidā gubernatores erant,rerum ecclesiasticarū, vt denotat tex.ille in prin. ibi,*in nona actione didicimus,quosdam ex nostro Collegio contra mores ecclesiasticos laicos habere in rebus diuinis constitutos AEconomos,&c.*quare minimè cōtradicit superiori doctrinæ, semperque remanet verū, laicos etiā super spiritualibus procuratores posse constitui.

49 Tandem infertur,non solum clericos in Tribunalibus ecclesiasticis, notarios, & tabelliones esse posse, iuxta traddita per Bernard. Diaz in praxi, c.58. vbi eius additio Couarr. practic.19.n.8.glos.& DD.in c. sicut ne clerici,vel monachi, sed & laicos in negotijs ecclesiasticis, ex præfata ratione,quia ministerialiter tātum in tali casu causas spirituales tractāt, nō per viam Imperij, aut iurisdictionis, & ita seruatur in praxi,excōmuni Doctorū sententia,in c. quia propter de electione, docuit Abb. in d. c. sicut ne clerici,vel monachi, nu.14.Rippa in d.c.2.de iudic.n.60.cum seqq.vbi Philip.Dec.& eius aditionator.n.18.

50 Quarta & vltima conclusio laici

non

non ſolum contentioſam (quod abũ dè probatum eſt) ſed neque voluntariam iuriſdictionem, quæ in volentes exercetur in ſpiritualibus, & eccleſiaſticis exercere poſſunt. Cuius concluſionis exempla erunt, vt neque poſsint legitimare, diſpenſare, aut emancipare, liuè quoduis aliud decretum interponere, in his, quę extra ipſorum laicorum poteſtatem, ſeu iuriſdictionem exiſtunt: ratio verò eiuſdem ea eſt, quia in his omnibus in non ſubditos, id eſt in eccleſiaſticos, exercetur iuriſdictio, quam nullus ſuperior in eos qui ſunt alienæ iuriſdictionis exercere valet, præſertim ſi illam prorrogare nequeant, ſicuti in propoſito contingit, quod clerici laicorum iuriſdictionẽ prorrogare interdicũtur, quibus quantũuis religioſis diſponendi de rebus eccleſiæ nulla fuit attributa poteſtas: quinimò obſequendi manſit neceſsitas, non auctoritas imperandi, vt dixit Innocent. III. in Concil. generali, & refertur in capit. vltim. in princip. de rebus eccleſiæ, ſatisque ſuadetur, ex verbis generalibus, capit. ſecundi de iudicijs, ibi, *decernimus, vt laici eccleſiaſtica negotia tractare non præſumant*, quæ omnem omninò tractatum excludunt, non ſolum contencioſum, ſed etiam voluntariæ iuriſdictionis, etſi conſideres, percipies facile rationes præfati inrerdicti *de rebus eccleſiaſticis per laicos minimè tractandis*, locum habere, tam in voluntaria, quam in contencioſa iuriſdictione.

51 Quam concluſionem, ſcilicet non poſſe Principem ſæcularem ad actus ſpirituales legitimare, pariterque nec emancipare filium clerici in ſacris, tenuit Hippolytus ſingul. 667. Philippus Dec. conſ. 150. Egidius de Bellamera deciſ. 731. Franciſc. de Rippa, in dict. cap. ſecundo de iudic. numero 9. & 10. Couarruu. de ſponſalibus, 2. part. cap. octauo. nume. 18. Philipp. Franch. Petr. de Ancharra. & Dominic. in capit. vltim. §. 1. de iudic. in 6. Roxas in epitome ſucceſſion. capit. 13. numero 17. Abb. per text. ibi in cap. per venerabilem qui filij ſint legitimi, & communis ibidẽ ante quos omnes docuerat gloſ. 1. in capit. 1. 10. diſtinct. quam communiter receptam eſſe, teſtatur Couarru. vbi proximè.

52 Planè negari non poteſt, quin ſi iudex laicus intereſſet prædictis voluntarijs actibus, & ſimilibus, iuriſdictionem exerceret in perſonas á quibus præſtantur, id eſt in emãcipãtes, alienantes, & alia id genus facientes, quę perſonæ cum eccleſiaſticæ ſint, vt ſuponitur, manifeſtum eſt iudices laicos, non poſſe in eas iuriſdictionem exercere: quippè inſinuatio, emancipatioque, coram iudice incompetẽti factæ, nec acta, nec teſtimonia ſuper ipſis confecta, vllius momenti ſunt, per iura expreſſa in l. ſecundum diui. 32. C. de donation. & in l. 1. in fin. C. de emancipation. liberor.

53 Neque obſtabit ſi obijcias eam potius eſſe naturam, & conditionem voluntariæ iuriſdictionis, vt etiam extra territorium exerceri valeat, vt docuit cõmunis ſchola, teſtè Iaſ. & Hippol. à n. 7. in l. ho. ff. de iuriſdict. omn. iudic. poſt gloſ. 2. ibidem, & in c. nouit de offic. legati, probatque text. expreſſ. in l. 2. ff. de offic. Proconſul. ibi, *omnes Proconſules ſtatim, ac urbem egreſſi fuerint iuriſdictionem habent, non tamen contencioſam, ſed voluntariam, vt ecce manumitti apud eos poſſint, tam liberi, quam ſerui, & adoptiones fieri*, qui text. probat etiá expreſè, ad tales act. volũtarios exercẽdos iuriſdictionẽ quoque requiri, qua de cauſa ſubiunxit in fi. apud legatũ Procõſulis neminẽ manumittere poſſe, quia iuriſdictionẽ

non habebat, vt habetur in vltimis eiuſdem text.verbis,ibi, *apud legatum vero Proconſulis, nemo manumittere poteſt,quia non habet iuriſdictionem talem*, circa quorum verborum genuinum intellectum videndus eſt eruditiſsimus Cuiatius lib.4.obſeruat.c. 1. vſque adeò vt deciſsio iuriũ in d. l. vltim.de iuriſdict.omn.iudic.& in cap. fin.de conſtitut. in 6. aientium extra territorium ius dicenti, & ſupra iuriſdictionem ſuam volenti ius dicere,liberum eſſe, non parere, minimé locum habeat, quod attinet ad territorium, in actibus voluntariæ iuriſdictionis, qui ſinedubio in aliena Diæceſi extraneoque territorio, ritè & rectè exerceri valent.

54 Fatemur enim ita eſſe, etſi verum ſit,& perpetuum, neque tales actus voluntariæ iuriſdictionis in perſonas non ſubditas expediri poſſe, vt animaduertit Couarruu. vbi ſupra, numero 15. ac per conſequens laici in perſonas clericorum, ſiuè in ſacris, ſeu in minoribus ordinibus cõſtitutas,non poſſunt non modo contentioſam, ſed neque voluntariam Iuriſdictionem exercere : quandoquidem ſolemne illud interdictum, *ne clerici coram ſæcularibus conueniantur*, de quo in capit. ſignificaſti in fin.& in capit. ſi diligenti de foro competenti, non ſolum abnegat contentioſam iuriſdictionem laicorum in clericos, ſed voluntariam quoque,vt tenuit Egidius de Bellame.dict.deciſ.731.in fin.& aduerſus Bald.tradiderat Philipp.Dec.d. cõſi.150.

55 Ex qua concluſione, atque doctrina, quædam etiam ad forum vtilia inferenda ſunt: & illud quidem expeditum eſt, non poſſe iudicem laicũ, ſuper contractibus clericorum, ſiuè in ſacris,ſiuè in minoribus, dummodo fori gaudeant priuilegio, aliquid ſtatuere, nec ſuam impartiri auctoritatem, quæ in alienationibus,contractibus, & alijs minorum commercijs deſideratur, ex l.1.& toto titulo de rebus eorum,quæ ſub tutella, vel cura ſunt ſine decreto iudicis, nõ alienandis,neque ſupponendis.

56 Pariter,nec valebunt laici,(ſi contingat donationes à clericis factas excedere quantitatem, â iure præſcriptam)procedere ad illarum inſinuationem, iuxta l. ſancimus 34. C. de donation. neque ipſis clericis ad tales donationes facultatem præſtare, quantumuis hæc omnia ad voluntariam iuriſdictionem pertineãt, quia laici Magiſtratus nullam habent in eccleſiaſticos poteſtatem.

57 Rurſus deducitur reſolutio ad illam practicabilem quæſtionem, cuius meminit Dominus Couarruu. dict.2.par. de ſponſalibus,cap. octauo,§.octauo,numero 19. poſt Franciſc.Ripparienſ.in dict.capit.2. de iudic.numero 9. & plures alios ab eodem Couarruu. relatos,vtrum Principes ſæculares ſuperiorem, non recognoſcentes, poſsint laico ſacerdotis filio legitimationem concedere, ita vt talis filius Patri ſacerdoti,in omnibus bonis patrimonialibus ſuccedat, ac ſi foret legitimus,ex verò, & legitimo matrimonio procreatus. Quę quidem quæſtio,quamuis ſuper vacua videatur,eo quod praxis quotidiana nos doceat,id rectè fieri poſſe per Principem, cum frequentiſsimè fiat,talesque legitimationes â Catholicis Regibus concedi conſueuerint,nihilominus tamen breuis illius inueſtigatio nõ parũ vtilitatis per docto lectori erit allatura: ſanè ſi filius clerici, qui legitimari deſiderat laicus ſit expedita res eſt,poſſe per Principẽ ſæcularem legitimari, vt docuit communis ſchola Paul. Caſtrenſen. Ioann.Andr. & alij, quos refert & ſequitur

quitur Couarruu. vbi proximè, quoniam perſpicuum eſt, in tali legitimatione ſolum verſari quendam Principis legitimantis actum, quo filium clerici ipſimet Principi ſubditum, atque ſubiectum, habilitat ad capienda bona temporalia patris, in quem Rex nullam iuriſdictionem exercet, ſed voluntariam dumtaxat in filium, vt ſuccedere poſsit in bonis patrimonialibus ſui patris, ac per conſequẽs nihil impedit, quominus talis legitimatio laici filij ſacerdotis á Principe ſæculari fieri poſsit.

58 Quam opinionem fundauit optimè Couarruu. dict. num. 19. poſt Bart. & alios in l. Gallus, §. forſitam, ff. de liber. & poſthum. etſi conſuluerit tutius eſſe ab vtroque Principe ecclesiaſtico, & temporali, talem legitimationem exigere : nec videtur de hac re dubitari poſſe, quidquid Ioannes Crot. in dict. § & quid ſi tantum, colum. penulti. minimè fuerit auſus certam in hac quæſtione ſententiam eligere. Etenim cum in hoc caſu ſæcularis Princeps nullam in clericum iuriſdictionem exerceat, & filius legitimandus laicus ſit, & bona quorum ſucceſsionem deſiderat ſæcularia & prophana, ex nullo capite neceſſarium videtur ad eccleſiaſticum recurrere, imò manifeſta facultas eſt penes ſæcularem Principem, ad efficiendum legitimum filium laicum clerici in ſacris conſtituti, quantum ad ſucceſsionem hæreditariam in bonis patris, & quo ad munera ciuilia, quæ cõmunis, & verior opinio eſt, teſtè Couar. vbi proximè, atq; adeò tenenda.

59 Tota ergo difficultas conſiſtit circa clericum, & clerici filium in ſacris conſtitutum, vel gaudentem fori priuilegio, vtrum á ſæculari obtinere poſsit talem legitimationem, vt capere valeat patris ſacerdotis bona. Quæ difficultas elegans quidem eſt, in cuius vtramque partem poſſunt adduci validiſsima iurium, & rationũ momenta, vt non immeritò inſignis Couarruuias vbi ſupra, dubius extiterit in hac dubitatione, & partem aientem, id eſt etiam clericum in ſacris, per Principem laicum legitimandum eſſe, cum formidine alterius partis fuerit amplexus, pro quo ſequentes faciunt conſiderationes.

60 Et primo conſiderabam nullam cauſam ſubeſſe poſſe, propter quam talis liberalitas per Principem laicũ, in clericum conferri non poſsit, imò abſurdum fore fateri, Principes ſæculares clericis donare non poſſe. Etenim quamuis laicorum conſtitutiones, & ſtatuta, clericos non obligẽt, ex text. in cap. bene quidem 96. diſt. capit. eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. tamen nullus vnquam dubitauit, poſſe laicos clericis priuilegia concedere, iuxta traddita per Doctores, in cap. nouit de iudic. per Dominicum in capit. fin. in princ. de offic. de leg. in 6. Cardinal. in cap. perpendimus, quæſtio. 2. circa finem, de ſentent. excommunicat. Lapum allegatio. 101. quæ incipit *in ciuitate Florentiæ*, igitur de primo ad vltimum fieri videtur tale priuilegium legitimationis, etiam clericis per Principem ſæcularem communicari poſſe.

61 Præſertim ſi expendas cum Baldo in l. 2. circa fin. C. ſi quid in fraudem Patroni, vbi allegat text. in authent. item ſi quis, la 1. C. de naturalibus liberi. & in l. 1. C. de iure aureorum an nullorum, & in conſ. 100. factum ſuper quo lib. 2. col. fin. legitimationẽ bonum eſſe à Principe proficiſcens largiendum, & concedendum ab ipſo, a quo tanquam à quodam perenni fonte dimanat.

Accedit, quod ſi propter aliquam

Digitized by Google

rationem Reges & Principes ſæculares clericos in ſacris legitimare nõ valerent, maximè quia ſæculari iuriſdictioni ſubiecti non ſunt, ſed hæc ratio non obſtat, igitur, &c. minorem in qua tota vis argumentationis conſiſtit (ſcilicet non obſtare quod ſubditi non ſint) ſic probo: etenim talis legitimatio in effectu, non tam reſpicit ipſius clerici legitimandi perſonam, quam bona ipſa, quæ ſupponuntur ſita intra territorium Principis legitimantis, quo caſu non obſtare quod legitimandus ſubditus non ſit, cenſuit Bald. in l. eam quam, C. de fideicommiſ. verſic. *conſuevit eſſe quæſtio*, Raphael Cuman. conſil. 168. *Reverendus Pater*, colum. penultim. in princip. igitur non eſt habenda ratio perſonæ clerici in ſacris, ſed bonorum, intra ſæcularis Principis territorium exiſtentium, quorum reſpectu perſonam clerici legitimare poterit, vt in bonis patrimonialibus patri ſacerdoti ſuccedat.

63 Quemadmodum enim ſæculares iudices & Magiſtratus, clericis coram ipſis litigantibus cõſtituere poſſunt curatores in litem, iuxta Rotæ deciſsio. 13. de iudic. in antiquis, & quibuſcumque laicis conceſſum eſt, vt poſsint eſſe pupilli clerici fori priuilegio gaudentis, tutores & curatores, ſecundum celebre Baldi conſilium 243. incipit, *in quæſtione iſta*, lib. 1. ſic etiam conſequẽter aſſerendum videtur, quod Princeps ſæcularis, clericum in ſacris, quãtum ad ſuccеſsionem temporalem muneraque ciuilia legitimare valeat.

64 Præterea valet argumentum in iure noſtro de emancipatione ad legitimationem, vt adnotauit Barto. in l. iubemus, C. de emancipation. liberorum, quem Salic et. & Bald. ſequuntur, at ex 7. deciſ. Rotæ, titu. de iudic. in nouis, certum eſt, clericum emancipari poſſe, coram iudice ſæculari, quippè patria poteſtas, quæ relaxatur, merum eſt iuris ciuilis inuentum, iuxta principium inſtituta de patria poteſtate, tenuitque Dominicus de ſancto Geminiano, in capit. ſi annum, §. ſi verò, verſic. *ſed poſſet dubitari*, de iudic. in 6. quia emãcipatio, actus eſt patris agentis, & emancipantis, in quo iudex nihil fere agit, igitur & poterunt clerici per laicos legitimari: quod argumentum inferendo ex emancipatione ad legitimationem fecit text. in §. generaliter in authentic. quibus modis naturales efficiantur ſui: & rationes omnes, quas conſiderauit Rota vbi ſupra, ad conſtituendum clericum emancipari poſſe coram laico, procedunt, & locum habent in legitimatione: præſertim ſi diceremus cũ Calderino conſil. 3. circa finem, in titu. qui filij ſint legitimi, legitimationem eſſe actum cuiuſdam facultatis, & non iuriſdictionis, etiam voluntarię, quem actum quid vetat à Principe laico, etiam erga clericum, & eius bona, liberaliter exerceri.

65 Verum enim verò apud me ſemper prædicta ſententia fuit in difficili, cum videam legitimationem, procul dubio actum eſſe iuriſdictionis, & clericos de quibus loquimur, vſque adeò à ſæculari poteſtate exemptos eſſe, ex text. in capit. nullus, cap. clericum 11. quæſtio. 1. capit. cum non ab homine de iudic. cap. ſecundo de for. competent. vt neque per teſtatoris voluntatem, neque per cõtrariam conſuetudinem Principibus ſæcularibus ſubijci poſsint, ex text. in capit. clerici de iudic. & notatis per Bald. in l. ſecunda, C. vt in poſſeſsionem legatorum: adde ſimiliter bona clericorum exempta eſſe, quo fit, vt omnis via pręcluſa maneat Principi ſæculari, ad legitimandũ clericũ, in

in sacris, quo ad munera ciuilia, & temporalem successionem.

66 Neque vim euitabit argumenti si quis dicat legitimationem voluntariæ iurisdictionis esse non cõtenciosæ, pariter enim procedit in iurisdictione voluntaria, quoniam regula illa l. fin. de iurisdict. omn. iudic. comprehendit etiam voluntariam iurisdictionem, iuxta tex. in clem. ne Romani, §. porrò de elect. indubitati énim iuris est, etiam actus iurisdictionis voluntariæ fieri debere corã competenti iudice, l. diui. C. de donationi. l. 1. §. fina. C. de emancipat. liberor. consuluit Ancharran. consi. 321. *primum dubium non est nouum*, Alexand. consil. 67. *consideratis*, colu. fin. libr. 1. igitur nullatenus clericus in sacris per Principem sæcularem legitimari poterit.

67 Facit Antonij de Butrio doctrina in capit. per venerabilem, qui filij sint legitimi concludentis legitimationis actum per illum textum, in non subditum exerceri non posse: & profecto, si expendamus talem legitimationem maximè respicere personam legitimati, qui natalibus, & famę restituendus est, testè Baldo in dict. l. 1. C. de iure aureorum annullorum ipsumque habilitari ad honores, & dignitates, redigendumque fore in patris potestatem, facile assequemur hæc omnia præstari non posse in persona clerici, nisi ab eo qui in legitimandum potestatem, & iurisdictionem habeat, ac per consequens nullo modo à Principe sæculari.

68 Tandem pro eadem parte considerabam efficax argumentum, ex æquiparatione inter arrogationem, & legitimationem, quam traddit Ludouic. Roman. consil. 194. incipit *in propositis*, in 4. dubitat. post Bald. in l. 1. vers. *item quæro*, C. de iure aureorum annullorum, & probat text. in dict. l. inuenimus, C. de naturalib. liber. at exploratum est, Imperatores & Reges nequire sua decreta interponere, in arrogationibus eorum qui sibi subditi non sunt, igitur neque in legitimationibus clericorum suam laicam auctoritatem dicti Principes poterunt impartiri, vt argumentatur Bald. in dict. l. 1. C. de iure aureorum annullorum.

69 Et confirmabitur si consideres, quod si necesse fuerit clerico præstãdam fore auctoritatem ad aliquod negotium peragendum, vel circa bona ecclesiastica, id fieri debere per ecclesiasticum, & nullo modo per sæcularem Principem, seu iudicem. Qua ratione si de facto â iudice sæculari clerico daretur tutor non haberet potestatem in bonis ecclesiasticis, ne dũ in spiritualibus, & multo min° administrare posset personã clerici pupilli, vel minoris, vt voluit Petrus de Ancharran. in capit. fina. in principio de iudic. in 6. notab. 6. post glosam ibidem, verb. *eiusdem*. Et generaliter credo verum esse personis exemptis, non nisi per suos proprios iudices curateres, seu tutores dari posse: illius enim est curatorem, siuè tutorem assignare, qui in minoris, vel pupilli personam iurisdictionem exercet: sicque hanc secundam sententiam obseruandam censeo, interim dum contraria Dominici Couarruuiæ, & aliorum vbi supra, praxi nõ fuerit recepta: quamlibet enim opinionem vsus receperit ita ius erit, sine vllo periculo exemptionis clericorum.

70 Qua secunda opinione retenta non obstabunt in contrarium adducta, non primum quo dicebamus legitimationem donum Principis esse, & priuilegium, quod in clericum nihil vetat conferri, procederet enim si in tali ligitimatio-

Digitized by Google

ne ſolum ageretur de vtilitate clerici,& nullatenus de eius præiuditio, at cum hic ſermo ſit, de iuriſdictione voluntaria,vel contencioſa in clericum exercenda, iam non priuilegium,ſed præiuditiũ diceretur,quãdoquidem laicus cõtra clericum cõpetens iudex non eſt: maximè ſi expendas per talẽ legitimationem alterari perſonã clerici legitimati,quippè in patriam poteſtatem redigitur: apertiſsimi autem iuris eſt,patriç poteſtatis illud eſſe ingenium,atque naturam, vt plures effectus præiuditiales producat:quo fit vt talis alteratio clerici, vtpotè eidem damnoſa,&prę iuditialis, vel quæ damnum, ſeu præiuditium poſſet generare,per ſæculare Principem fieri non valeat: argumentum ergo procedit in beneficio , vel priuilegio, ſeu donatione merè lucratiuis,in quibus ſimpliciter ageretur de vtilitate clerici , & nullo modo de aliqua iuriſdictione voluntaria,vel contentioſa in clericũ exercenda,vt in propoſito.

71 Id verò quod ſubiũgebamus propè primum argumentum, legitimationem eſſe bonum à Principe concedi cõſuetum , veriſsimum quidem eſt , nec præfatę ſecundæ ſententiæ vlla ratione aduerſum , neque enim tollit,quod legitimatio clerici in ſacris,per ſuum eccleſiæ Paſtorem,nõ per ſæcularem Principem fieri debeat.

72 Minus etiam obſtat alterum, quod aſſumebamus nempè legitimationẽ tendere ſolum in bona non in perſonam legitimati, atque adeò cum ſita ſint in terris Principis ſæcularis, integrum fore ei ad illorum ſucceſsionẽ facultatem cõcedere, etenim falſum ſupponitur, quod legitimatio ſolum tendat in bona, quæ potius perſonã reſpicit principaliter, & ideò nõ ſufficit bona eſſe intra territorium Principis, ex quo perſona legitimati illi ſubdita non eſt:præcipuè cum probauerimus in themate propoſito , non poſſe clericos laicorum iuriſdictionem prorrogare, nec conſentire à ſęculari Principe legitimari.

73 Præterea nihil refert argumẽtum de curatore dando clerico litiganti à iudice ſęculari,ad legitimationem, quia talis curator datur liti, & cauſæ, non perſonę, at verò in ſpecie propoſita perſona legitimata principaliter reſpicitur,& conſideratur,ad quã legitimationem laicus competẽs nõ eſt,per ſupra dicta: nec poſſet iudex laicus generalem curatorem conſtituere clerico , vt diſtinguit Oldraldus conſ.59.*verſatur indubium*, & notauit Bald.in l.fin.§.1.C.de adminiſtratio.tutor.Salicet.ibidem,& in l.1. circa fin.C.vbi petantur tutores, vel curatores,Speculator,& Ioann.Andr.in titu. de curatore, §.1. Peruſin. in cap.fin.§.1.de iudic.eſt igitur ſpeciale in curatore ad litem , quod valeat à ſæculari Magiſtratu conſtitui clerico minori, vel pupillo,ob dictã rationem,quæ neutiquam in legitimatione procedit,quippè quæ principaliter in perſonam legitimati dirigitur,vt dictum eſt.

74 Ad vltimum reſpondetur, non bene procedere argumentum de emancipatione ad legitimationem , adeſt enim manifeſta diſcriminis ratio, quoniam emãcipatio actus eſt patris agẽtis,qui ius patriæ poteſtatis remittit,legitimatio autem eſt actus ipſius Principis , qui ipſam de plenitudine poteſtatis concedit , vt conſiderauit Bald.conſil. 131. *titulus Principis*, circa fin.lib.4.& traddiderat Barto.in l.Gallus,§.forſitam, ff.de liber. & poſthum.ob quam differentię rationem ceſſat in hac parte æquiparatio emancipationis , & legitimationis,exploratumque manet, quod cũ legi-

legitimatio proficiſcatur à ſolo Principe, ſæcularis clericum legitimare non valet: circa quam dubitationem plura hinc indè ommittim⁹, quia corollariè, vt vidiſti in illam incidimus de ea non differentes ex profeſſo.

75 Rurſus antequam hinc diſcedamus, aduerſus id quod reſoluimus de clerico in ſacris, vel beneficiario, agẽte apud iudicem ſæcularẽ, iuxta ſpeciem tex. in cap. ſi clericus laicum de foro compet. vel in caſibus aliás iure conceſsis, quod eidem clerico, vel beneficiario curator ad litem dãdus ſit per ſæcularem iudicem, coram quo pẽdet negotium principale, iuxta regulã l. vltim. §. 1. C. de adminiſtratio. tutor. vbi traddiderunt Doctores communiter, quos ſequuti ſunt Philipp. Dec. dict. conſil. nume. 7. Rippa, Ancharran. & communis relata per Didac. Perez ad l. 1. titu. 4. libr. 3. ordinam. colum. 2. verſ. *curator*, Rota 207. in antiquis, grauiter obſtare videtur text. in cap. fin. verſ. *ſi vero*, ibi, *per ſuum Epiſcopum, vel officialem eiuſdem, &c.* quatenus expreſſè docet, curatorem ad litem beneficiario dandum eſſe per eccleſiaſticum iudicẽ, & conſequenter laicum excludit, ne poſsit conſtituere talem curatorem ad litem.

76 Cui difficultati ne longius protrahatur diſputatio, pluribus ommiſsis facilè reſpondetur, text. in dict. cap. vltim. ſermonem inſtituere, quo caſu negotium apud eccleſiaſticũ agitabatur, vbi neceſſario ex ſupradicta regula, eccleſiaſticus corã quo principaliscauſa tractabatur, daturus erat clerico curatorem ad litẽ, erat enim quæſtio de beneficialibus, & alijs ſpiritualibus cauſis, vt apparet ex prioribus illius text. verbis, ibi, *beneficialibus, & alijs ſpiritualibus*, quo fit, vt ſi lis non agitaretur, apud eccleſiaſticum, minimè ille curatorem dediſſet beneficiario: habemus. ergo poteſtatẽ dandi clericis curatores ad litem, inſpecto iure non ſpectare, neque ad eccleſiaſticum, neque ad ſæcularẽ, ſed ad eum, apud quem cauſa principalis agitabitur: qui ſiuè laicus, ſiuè eccleſiaſticus, vbi opus fuerit clerico, apud ipſum litiganti, curatorem dabit ad litem, non tam perſonæ, quam negotio, & in hoc intellectu capiendum eſt dictum Bonifacij reſpõſum, in dict. capit. fin. de iudic. in 6. quod non cum difficultate aduerſus contrariam opinionem poſſet retorqueri, tantum abeſt, vt nobiſcum pugnet.

77 Argumentis autem, ſi quæ ſuperius adducta ſunt, quæ præfatis concluſionibus, aliqua ex parte derogare videantur, abundè ex his quæ longo ſermone in toto diſputationis diſcurſu retulimus ſatisfieri poſſe exiſtimamus.

Summaria ad Controuerſiam 24.

1 *VTrum Pontifex facere poſsit, vt laici, non tantum ciuiles, & criminales, ſed ſpirituales, etiã cauſas ex Pontificia commiſsione tractare poſsint.*

2 *Laicorum nomine in terminis dictæ con-*

trouerſiæ, quæ perſonæ intelligantur.

3 *Sub verbo (laici) de quo in interdicto de non tractandis rebus eccleſiaſticis per laicos, nullo modo comprehẽdantur clerici coniugati contra do-*

Digitized by Google

minum Conar.

4 Expenditur aduerſus Dominum Conar. c. 1. de vita & honeſt. cler.

5 Probatur eadem pars ducto argumento ab abſurdo.

6 Non poteſt conſuetudine, etiam immemoriali effici, vt laici eccleſiaſticã, ſeu ſpiritualem iuriſdictionem exercere poſſint, ac per conſequens, nec ſummi Pontificis priuilegio.

7 Talis conſuetudo manifeſtum grauamẽ eccleſiæ Catholicæ inferret.

8 Aduerſaretur præterea eccleſiaſticæ libertati, & redundaret in derogationem gratiarum, & priuilegiorũ clericis competentium.

9 Referuntur Doctores qui diſtinguunt inter rationabilem & irrationabilem conſuetudinem.

10 Inanis eſſet & inutilis omninò talis conſuetudo, vtpotè ſacris canonibus inimica.

11 Oſtenditur efficacia argumenti, quo Pontifex vſus eſt, in cap. clerici de iudic. ad impugnandam dictam conſuetudinem.

12 Nullo iure prohibita eſt laicis cognitio ſuper ſpiritualibus, ex Pontificis Maximi delegatione.

13 Referuntur iura gloſæ, & Doctores tenentes præfatam concluſionem.

14 Non eſt ſermo in hac controuerſia de rebus meré ſpiritualibus, ſed de his quæ ad iuriſdictionem ſpectant, & in foro contentioſo agitantur.

15 Poteſtas conferendi beneficia manifeſtè ad iuriſdictionem eccleſiaſticam ſpectat, & delegari poteſt.

16 Pontificibus Maximis, & inferioribus Prælatis, data fuit priuatim & talis poteſtas.

17 Laici prohibiti ſunt exercere iuriſdictionem eccleſiaſticam, nomine & iure proprio, non verò ex iuriſdictione Pontificia.

18 Secundum præfatam diſtinctionem intelligenda ſunt interdicta, & iura omnia diuina, & humana inhibentia laicis tractatum rerum eccleſiaſticarum.

19 Probatur dicta diſtinctio, & expenditur verbum præſumant de quo ſæpè mentio fit in hac materia de iuriſdictione eccleſiaſtica per laicos minimè exercenda.

20 Ex delegatione Papæ poſſunt laici excommunicare.

21 Abatiſſa quandam quaſi iuriſdictionem exercent, in his quæ ad moniales, & monaſterium ſpectant, illis tamen nullatenus competere poteſt vſus clauium, & verum Pontifex alicui fœminæ committere poſſit iuriſdictionem ſpiritualem fori exterioris remiſſiué.

22 Equiparatio de lege ad conſuetudinem & é contra non habet locum, quoties inducentes conſuetudinem, etiam immemorialem ſunt incapaces rei de qua agitur.

23 Verius eſt laicos capaces eſſe in cauſis ciuilibus & criminalibus clericorum, quas olim ante exemptionem exercuiſſe conſtat.

24 Laicos non poſſe præſcribere iuriſdictionem eccleſiaſticam referendum eſt ad ius poſitiuum, quod nõ tollit, vt eadem ex delegatione valeant exercere.

25 Adamuſim explicantur leges & Doctores dicentes conſuetudinem immemorialem, vim legis, priuilegij, ſeu tituli habere.

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA 24.

An aliqua reperiatur lex diuina, aut naturalis, vel humana poſitiua, quę prohibeat Pontificem Maximum committere laicis iuriſdictionem ſpiritualem, & an illam ex commiſſione Summi Pontificis, non ſolum in ciuilibus, & criminalibus, verum etiam in ſpiritualibus cauſis exercere valeant.

1 REtento eodem themate articuli noſtri, quo diximus de viribus & poteſtate legum ciuilium, & ſæcularium Principũ, circa res ſpirituales eccleſiaſticaque negotia, poſt longum de his inſtitutum ſermonem, adhuc ſcire deſiderabit eruditus lector, quidnam dicendum ſit, de poteſtate Romani Pontificis ad committendam laicis iuriſdictionem ſpiritualem, vtrum lege aliqua diuina, aut naturali, prohibita ſit talis delegatio, an verò poſsit Pontifex facere, vt laici non tantum ciuiles, & criminales, ſed ſpirituales etiã cauſas, ex Pontificia cõmiſsione tractare, & diffinire poſsint.

2 In qua difficultate, vt terminorũ tollatur ambiguitas, & ne in æquiuoco laboremus operepręţium duxi explicare (quod multo anteà fuerat interpręţandum) laicorum nomine in hac parte, quæ perſonæ comprehendantur, quod attinet ad toties repetitam prohibitionem de non tractandis negotijs eccleſiaſticis per laicos. Nec facilis declaratio eſt, propter difficilem Bonifacij deciſsionem in c. vnico de cleric. coniugat. libr. 6. nec non Tridentini Decretũ, ſeſ. 23. de reformat. cap. 6. quibus in locis exceptis priuilegijs quibuſdam, quorũ ibi mentio fit, in omnibus alijs clerici in minoribus laici cẽſentur, & reputantur, vt conſtat ex dict. cap. 1. ibi, *in ceteris autem, vel niſi (vt præmittitur) ton-ſuram, vel veſtes deferant clericales, etiã in præmiſsis, eos gaudere volumus priuilegio clericali*, ac proinde dicendum videtur tales clericos in minoribꝰ (verbi gratia) coniugatos, qui his temporibus fori priuilegio non gaudent, ſub verbo, *laicis*, de quo in quęſtione propoſita contineri, quo fundamento nixus auctoritate Bonifacij, in d. cap. vnico de cleric. coniugat. ad fin. clericos iſtos coniugatos, quo ad cætera exceptis priuilegijs de quibus ibi

ibi omninò laicos appellauit D. Couarr.practic.31.num.9.vbi latè diſſeruit plura,que addnxit in praxi circá clericos coniugatos,poſt Franciſ.de Rippa in dict.cap.2.de iudic.num.2. & 64.Abbat.num.12. & communem Doctorum ibidem.

3 Sed nos á quibus arrogantiæ ſtudium longè abeſt cum rem hanc ſæpenumerò conſideraverimus,nõ poſſumus non dubitare de veritate dictæ propoſitionis, ſemperque verius viſum eſt,præfatum interdictum, *vt laici eccleſiaſtica negotia tractare non præſumant*, ſub illo verbo, *laici*, nullo modo comprehendere clericos coniugatos, ad quod exiſtimandum adducor non leuibus fundamẽtis, & in primis audeo affirmare forſam reperiri non poſſe ius, aut conſtitutionem aliquam,quæ clericos cõiugatos, in his in quibus priuilegijs clericalibus non gaudent, laicos appellet,multoque minus aliqua ſit cõſtitutio, quæ tales clericos abſolutè ſimpliciter,& omninò nuncupet laicos,vndè crederem non multum appoſitè Couarruuiam,poſt præcitatos Doctores colligiſſe,ex eo quod clerici coniugati, exceptis illis duobus caſibus, in cæteris non gaudeant priuilegio clericali,in reliquis omnibus laici cenſeantur:non enim valet hęc conſequentia, is non gaudet priuilegio clericali,ergo cẽſetur laicus, probatur manifeſtè, ſi alta mentis cogitatione perpendas reperiri multa ad clericos iure communi ſpectantia ex natura rei,& in quãtum clerici ſunt, quibus vti poſſunt ſemotis, atque reiectis omnibus priuilegijs clericalibus, quis namque dubitare poteſt, quin ante conceſſa priuilegia canonis,& fori, de quibus in dict.cap.vnico,& ante omne priuilegium,ex multis quibus gaudent,eſſent veri clerici,vocati in ſortem Domini,atque ad obeunda munera,& actiones omnes exercendas,quæ ipſis propriè ſunt,& ratione clericalis offitij ad ipſos pertinent deputati, quantumuis ergo á clericis in minoribus de iure, vel de facto omnia & ſingula auferam' priuilegia, adhuc clerici manebunt in ſortem Domini vocati,nec laici cenſendi ſunt, idque mihi non obſcurè ſignificaſſe videtur Doctiſsim.Bonifac.dict.loco, qui prædictos clericos coniugatos conſultò laicos non appellauit,ſed dumtaxat dixit; *eos gaudere volumus priuilegio clericali*, diſcrimen conſtituendo inter eos, qui laici ſunt,& illos,qui priuilegio clericali non gaudent.

4 Vlterius quia hi clerici in minoribus ante omne priuilegium charactere clericali inſigniti ſunt, teſtè Panormitan.in cap.1.de vita & honeſt. clericor.num.6.&in cap.Ioann. notab.2.de cleric.coniugat. & fatentur omnes in dict.cap.2.de iudic.probat que tex.in cap.cleros,21.diſt. huiuſmodi igitur clerici coniugati ſemotis etiam quibuſcumque priuilegijs, propriè in rigore, & re vera clericĩ ſunt,& nullo modo laici,vt non poſſim non mirari,quid cauſæ fuerit, q Couaruuias & cæteri Doctiſsimi Patres in aduertẽter eos in cæteris omnibus exceptis priuilegijs clericalibus omninò laicos nuncupauerint, quorum ſententia nullo iuris fundamento fulciri poterit, præſertim ſi reuocemus in memoriam verbum, *laici*, de quo in Concilio Magunt.relato in cap. 1. de vita & honeſt. clericor.vbi ſtatutum fuit,vt laici ſecus altare quando ſacra myſteria celebrantur ſtare, vel ſedere inter clericos nõ præſumerent, non comprehendiſſe clericos coniugatos, iuxta mentem Abbat.ibidem num.6.& Ioann. Andr.in dict.cap.Ioannes,quam ſequutus fuit Rippa vbi ſupra ergo, & in pro-

Digitized by Google

propoſito nomine laici, quando dicitur ne tractent eccleſiaſtica negotia, clerici in minoribus non comprehẽduntur, probo conſequentiam, ex ſimilitudine, vel potius, identitate eiuſdem ferè verbi in vno & alio loco collocati.

5 Aliás enim ſi dicti clerici certis priuilegijs clericalibus exceptis, in cæteris non gaudentes priuilegio clericali, laici cẽſerentur, ſequeretur profectò abſurdum minimè concedendum, quod eccleſiaſtica negotia tractare non poſſent, quaſi excluſi illo generali interdicto, *de negotijs eccleſiaſticis per laicos minimè tractandis*, ſub quo clericos in minorib⁹ nõ fuiſſe comprehenſos ſatis apparet ex dictis: igitur quando dubitamus, vtrũ laici ex cõmiſsione Romani Pontificis eccleſiaſtica negotia tractare poſſint, aut delegari in ſpiritualibus, ſub tali inquiſitione clericos in minoribus (quippè veri clerici ſunt) ſub verbo, *laici*, nullatenus cõprehendimus.

6 Quo impedimento ſublato, ne ignoratione vocabuli dicti verbi, *laici*, in hac & ſuperioribus diſputationib⁹ frequentiſsimi, deinceps laboremus, iam noſtræ quęſtioni principali illud præſtat dubitãdi rationẽ, quod in iure quidquid adquiri poteſt priuilegio, ſeu conceſsione Romani Pontificis, cõparari valet per poſſeſsionem immemorialẽ, ſiuè cõſuetudinẽ, iuxta text. in c. ſuper quibuſdam, verſ. *præterea*, vbi poſt gloſam, tradunt communiter DD. de verbor. ſigni. ex qua doctrina in prõptu eſt nõ inefficax argumẽtũ, ad probandũ conceſsione, vel priuilegio ſummi etiam eccleſiæ Præſulis, effici non poſſe, vt laici eccleſiaſtica, & ſpiritualia tractare valeãt: explorati nãque iuris eſt, introduci nõ poſſe cõſuetudine, ſeu poſſeſsione immemoriali, vt laici eccleſiaſticã, ſeu ſpiritualẽ iuriſdictionem exercere poſsint, ex text. expreſſo in c. clerici de iudic. & ex conſequenti priuilegio, vel conceſsione fieri non poterit.

7 Dixi explorati iuris eſſe cõſuetudine, aut immemoriali poſſeſsione introduci nõ poſſe, vt laici in ſpiritualibus, ſeu eccleſiaſticis ſe intromittãt, quia talis cõſuetudo nõ ſolũ eccleſię Catholicę manifeſtũ grauamẽ, & on⁹ inferret, iuxta c. 1. de cõſuetudine, de cuius verò intellectu Deo fauẽte ſuo loco dicemus, verũetiã inhoneſta, & irrationabilis foret, & honeſtati, atque decẽtię ſtatus eccleſiaſtici valde inimica, iuxta quã clerici â laicis vexarẽtur, & diſtraherẽtur, in dedecus, & iniuriã totius ordinis clericalis, & induci poſſet reg. c. vlt. de conſuetudine in fine ibi, *niſi fuerit rationabilis, & legitimè præſcripta*, & c. mala cum ſeqq. 8. diſt.

8 Aduerſaretur præterea eccleſiaſticę libertati, quippè redũdaret in derogationẽ gratiarũ, & priuilegiorũ, quæ Summi Põtifices, & Imperatores clericis cõceſſerũt, *ne traherentur ad iudicium ſæculare laicorum*, vulg. authent. ſtatuimus, c. ſi diligẽti cũ ſimilibus, diffinitũ autẽ eſt, nullã valere cõſuetudinẽ cõtra eccleſiæ immunitatẽ, & libertatẽ, iuxta traddita per Nauar. in manuali c. 27. n. 119. cũ ſeqq. Didac. Perez in l. 2. tit. 3. lib. 1. ordin. Petrũ Dueñas reg. 143. poſt Rochum de Curte, & plures alios ab eo relatos, & probãt iura expreſſa in c. fi. de rebus eccleſiæ, c. graue, c. nouerit de ſent. excõmunic. auth. caſa & irrita, C. de ſacroſ. eccleſ. igitur nullatenus ſubſtineri poſſet talis cõſuetudo.

9 Qui verò diſtinguere voluerit inter rationabilẽ, & irrationabilẽ conſuetudinẽ, vltra gloſam & DD. in d. c. vlt. de cõſuetud. cõſulat Iacob. Menoch. latiſsimè differẽtẽ de arbitrar. iudic. quæſtionib. caſu 82. Ogedã de

in-

Digitized by Google

ibi omninò laicos appellauit D. Couarr. practic. 31. num. 9. vbi latè diſſeruit plura, quæ adduxit in praxi circà clericos coniugatos, poſt Franciſ. de Rippa in dict. cap. 2. de iudic. num. 2. & 64. Abbat. num. 12. & communem Doctorum ibidem.

3 Sed nos à quibus arrogantiæ ſtudium longè abeſt cum rem hanc ſæpenumerò conſideraverimus, nõ poſſumus non dubitare de veritate dictæ propoſitionis, ſemperque verius viſum eſt, præfatum interdictum, *vt laici eccleſiaſtica negotia tractare non præſumant*, ſub illo verbo, *laici*, nullo modo comprehendere clericos coniugatos, ad quod exiſtimandum adducor non leuibus fundamẽtis, & in primis audeo affirmare forſam reperiri non poſſe ius, aut conſtitutionem aliquam, quæ clericos cõiugatos, in his in quibus priuilegijs clericalibus non gaudent, laicos appellet, multoque minus aliqua ſit cõſtitutio, quæ tales clericos abſolutè ſimpliciter, & omninò nuncupet laicos, vndè crederem non multum appositè Couarruuiam, poſt præcitatos Doctores collegiſſe, ex eo quod clerici coniugati, exceptis illis duobus caſibus, in cæteris non gaudeant priuilegio clericali, in reliquis omnibus laici cenſeantur: non enim valet hęc conſequentia, is non gaudet priuilegio clericali, ergo cẽſetur laicus, probatur manifeſtè, ſi alta mentis cogitatione perpendas reperiri multa ad clericos iure communi ſpectantia ex natura rei, & in quãtum clerici ſunt, quibus vti poſſunt ſemotis, atque rejectis omnibus priuilegijs clericalibus, quis namque dubitare poteſt, quin ante conceſſa priuilegia canonis, & fori, de quibus in dict. cap. vnico, & ante omne priuilegium, ex multis quibus gaudent, eſſent veri clerici, vocati in ſortem Domini, atque ad obeunda munera, & actiones omnes exercendas, quæ ipſis propriè ſunt, & ratione clericalis officij ad ipſos pertinent deputati, quantumuis ergo à clericis in minoribus de iure, vel de facto omnia & ſingula auferam⁹ priuilegia, adhuc clerici manebunt in ſortem Domini vocati, nec laici cenſendi ſunt, idque mihi non obſcurè ſignificaſſe videtur Doctiſsim. Bonifac. dict. loco, qui prædictos clericos coniugatos conſultò laicos non appellauit, ſed dumtaxat dixit; *eos gaudere volumus priuilegio clericali*, diſcrimen conſtituendo inter eos, qui laici ſunt, & illos, qui priuilegio clericali non gaudent.

4 Vlterius quia hi clerici in minoribus ante omne priuilegium charactere clericali inſigniti ſunt, teſtè Panormitan. in cap. 1. de vita & honeſt. clericor. num. 6. & in cap. Ioann. notab. 2. de cleric. coniugat. & fatentur omnes in dict. cap. 2. de iudic. probatque tex. in cap. cleros, 21. diſt. huiuſmodi igitur clerici coniugati ſemotis etiam quibuſcumque priuilegijs, propriè in rigore, & re vera clericĩ ſunt, & nullo modo laici, vt non poſſim non mirari, quid cauſæ fuerit, q Couaruuias & cæteri Doctiſsimi Patres in aduertẽter eos in cæteris omnibus exceptis priuilegijs clericalibus omninò laicos nuncupauerint, quorum ſententia nullo iuris fundamento fulciri poterit, præſertim ſi reuocemus in memoriam verbum, *laici*, de quo in Concilio Magunt. relato in cap. 1. de vita & honeſt. clericor. vbi ſtatutum fuit, vt laici ſecus altare quando ſacra myſteria celebrantur ſtare, vel ſedere inter clericos nõ præſumerent, non comprehendiſſe clericos coniugatos, iuxta mentem Abbat. ibidem num. 6. & Ioann. Andr. in dict. cap. Ioannes, quam ſequutus fuit Rippa vbi ſupra ergo, & in

pro-

Digitized by Google

propoſito nomine laici, quando dicitur ne tractent eccleſiaſtica negotia, clerici in minoribus non comprehẽduntur, probo conſequentiam, ex ſimilitudine, vel potius, identitate eiuſdem ferè verbi in vno & alio loco collocati.

5 Aliás enim ſi dicti clerici certis priuilegijs clericalibus exceptis, in cæteris non gaudentes priuilegio clericali, laici cẽſerentur, ſequeretur profecto abſurdum minimè concedendum, quod eccleſiaſtica negotia tractare non poſſent, quaſi excluſi illo generali interdicto, *de negotijs eccleſiaſticis per laicos minimè tractandis*, ſub quo clericos in minorib⁹ nõ fuiſſe comprehenſos ſatis apparet ex dictis: igitur quando dubitamus, vtrũ laici ex cõmiſsione Romani Pontificis eccleſiaſtica negotia tractare poſſint, aut delegari in ſpiritualibus, ſub tali inquiſitione clericos in minoribus (quippè veri clerici ſunt) ſub verbo, *laici*, nullatenus cõprehendimus.

6 Quo impedimento ſublato, ne ignoratione vocabuli dicti verbi, *laici*, in hac & ſuperioribus diſputationib⁹ frequentiſsimi, deinceps laboremus, iam noſtræ quęſtioni principali illud præſtat dubitãdi rationẽ, quod in iure quidquid adquiri poteſt priuilegio, ſeu conceſsione Romani Pontificis, cõparari valet per poſſeſsionem immemorialẽ, ſiuè cõſuetudinẽ, iuxta tex. in c. ſuper quibuſdam, verſ. *præterea*, vbi poſt gloſam, traddunt communiter DD. de verbor. ſigni. ex qua doctrina in prõptu eſt nõ inefficax argumẽtũ, ad probandũ conceſsione, vel priuilegio ſummi etiam eccleſiæ Præſulis, effici non poſſe, vt laici eccleſiaſtica, & ſpiritualia tractare valeãt: explorati nãque iuris eſt, introduci nõ poſſe cõſuetudine, ſeu poſſeſsione immemoriali, vt laici eccleſiaſticã, ſeu ſpirituale iuriſdictionem exercere poſsint, ex text. expreſſo in c. clerici de iudic. & ex conſequenti priuilegio, vel conceſsione fieri non poterit.

7 Dixi explorati iuris eſſe cõſuetudine, aut immemoriali poſſeſsione introduci nõ poſſe, vt laici in ſpiritualibus, ſeu eccleſiaſticis ſe intromittãt, quia talis cõſuetudo nõ ſolũ eccleſię Catholicę manifeſtũ grauamẽ, & on⁹ inferret, iuxta c. 1. de cõſuetudine, de cuius verò intellectu Deo fauẽte ſuo loco dicemus, verũetiã inhoneſta, & irrationabilis foret, & honeſtati, atque decẽtię ſtatús eccleſiaſtici valde inimica, iuxta quã clerici â laicis vexarẽtur, & diſtraherẽtur, in dedecus, & iniuriã totius ordinis clericalis, & induci poſſet reg. c. vlt. de conſuetudine in fine ibi, *niſi fuerit rationabilis, & legitimè præſcripta*, & c. mala cum ſeqq. 8. diſt.

8 Aduerſaretur præterea eccleſiaſticę libertati, quippè redũdaret in derogationẽ gratiarũ, & priuilegiorũ, quæ Summi Põtifices, & Imperatores clericis cõceſſerũt, *ne traherentur ad iudicium ſæculare laicorum*, vulg. authent. ſtatuimus, c. ſi diligẽti cũ ſimilibus, diffinitũ autẽ eſt, nullã valere cõſuetudinẽ cõtra eccleſiæ immunitatẽ, & libertatẽ, iuxta traddita per Nauar. in manuali c. 27. n. 119. cũ ſeqq. Didac. Perez in l. 2. tit. 3. lib. 1. ordin. Petrũ Dueñas reg. 143. poſt Rochum de Curte, & plures alios ab eo relatos, & probãt iura expreſſa in c. fi. de rebus eccleſiæ, c. graue, c. nouerit de ſent. excõmunic. auth. caſa & irrita, C. de ſacroſ. eccleſ. igitur nullatenus ſubſtineri poſſet talis cõſuetudo.

9 Qui verò diſtinguere voluerit inter rationabilẽ, & irrationabilẽ conſuetudinẽ, vltra gloſam & DD. in d. c. vlt. de cõſuetud. cõſulat Iacob. Menoch. latiſsimè diſſerẽtẽ de arbitrar. iudic. quæſtionib. caſu 82. Ogedã de in-

incompatibil.2.p.c.2.à n.7. qui poſt gloſ.verb.*rationabilia*, & traddita per DD.in c.1.de conſt.in 6.de rationabili & irrationabili conſuetudine lõgam ſermonem inſtituunt.

10 Rurſus innanis eſſet,& inutilis omninò talis conſuetudo, vtpotè ſacris Canonibus inimica,in quibus generaliter dictũ eſt,nè laici in eccleſiaſticis, ſeu ſpiritualibus ſe intromittere preſumãt,quã rationẽ expẽdit gloſa, quã vniuerſi Doctores ſequuti ſunt, in d.c.clerici de iudic.vbi Põtifex talẽ damnauit conſuetudinẽ,vt aduerſam debitæ rationi,honeſtati,& libertati per ſacros Canones cõceſſæ, eccleſiæ,& eccleſiaſticis perſonis,&ab Imperatoribus,Principib⁹,& Regib⁹ approbatæ, nullatenus ergo admitti deberet,nequevnquam admiſſa fuit iſta conſuetudo.

11 Quod ſi quiſpiã opportunè, ac nõ ſine eruditione, & ingenio obijciat, nõ ſatis efficacẽ videri,rationẽ hanc damnandi cõſuetudinẽ, ex eo quod ſit cõtra ſacros Canones:quãdoquidẽ regulare eſt conſuetudinẽ admitti cõtra ius humanũ,leges Cæſareas, & Põtificias,& qualcũque poſitiuas cõſtitutiones,ex l.de quibus,vbi docet cõmunis ſchola,ff.de legib.c.fin. de cõſuetudine:non inſubtiliter reſpõdebimus,vulgo nõ omninò fuiſſe perceptã vim,& efficatiã argumenti, quo Põtifex vſus eſt,in d.c.clerici:nõ enim argumẽtatur de lege ad cõſuetudinẽ,quaſi dicat cõſuetudinẽ nõva lere, quia legi aduerſaretur: ſed de malitia,aut iniuſtitia legis,eleganter deduxit malitiã,& iniuſtitiã cõſuetudinis:quaſi dixerit cũ ſacri Canones legesque ciuiles irrarionabile, & cõtrariũ libertati eccleſiaſticę iudicauerint,q; clerici traherẽtur ad iuditium ſęculare, ſimiliter erit cõtra rationẽ, & libertatẽ eccleſiaſticã,tale quid cõſuetudine introduci,quæ in hac parte,id eſt in hac materia irrationabili, (inquit Põtifex) nõ debet ſacris Canonibus præiuditiũ aliquod generare.Sicq; accipiendũ eſt Põtificis argumentũ in d.c.clerici, quidquid Abb. ibidẽ n.4.Philip.Dec.14. Ancharra. &DD.cõmuniter aliter fuerint interpretati,quorũ intellectũ modo reijcere nonvacat:fit ergo conſequẽs induci cõſuetudine non poſſe, q; laici eccleſiaſtica, ſeu ſpiritualia tractent, vt voluerũt Auſerr.de poteſt. ſæculari reg.1.in prin.Rolãd.conſ.4.à nu.2. lib.1.Couar.pract.31.nu.5.Ioan. Gutier.in quęſtionibus Canoni.c.34.n. 23.Rota 14.de conſuetud.aliàs 84.in antiquis Franciſc.de Rippa in c.2.de iudic.n.15.poſt gloſ. Abbat. & alios ibidẽ,quibus ſatis probata manet minor propoſitio propoſitæ à nobis argumẽtationis,q; ſcilicet effici nõ poſſit cõſuetudine,q; clerici in ſpiritualibus, & eccleſiaſticis ſe inſerere poſſint,pariter ergo cõceſsione,vel priuilegio talis facultas præſtari laicis minimè poterit,ex ſupra tradditis,& ex his quæ erudite docent Ioan. Monach.& Probus in c.2.de præben. in 6.& alij plures, quorũ meminit Couar.1.reſolution.c.10.n.14.

12 Nihilominus tamẽ in hac controuerſia negatiuè reſpõdendũ eſt, nullo iure prohibitã eſſe laicis cognitionẽ,ſuper.ſpiritualib⁹ ex Põtificis Maximi delegatione,cui liberũ erit,ſi viderit expedire iuriſdictionẽ ſpiritualẽ laicis exercẽdã cõmittere, ad tractãdas cauſas,nõ ſolũ ciuiles & criminales,verũetiam ſpirituales.

13 Quã concluſionẽ defendit Naua. in manuali c.27.n.6.& in prin.de pœnit.d.6.num.83. Pater Hẽrriquez in 2.p.ſummæ Theologiæ Moralis tit. de excõmuni.c.24.in princ.littera B. Auſerr.de poteſt.ſæcul.reg.4. fallẽt. 3.Franciſ.Ripparien.n.40.& 73.in d. c.2.de iudi.vbi Dec.n.6.Abb.& DD.

com-

cõmuniter ibidẽ, ante quos omnes tradiderant nõnullæ glos. in c. mennã. 2. q. 5. & in c. Prætor, §. verũ, vers. *ducimus*, 32. dist. glos. notabilis, verb. *personis*, in extrauag. 2. Ioan. 22. de elect. similis in c. benequidẽ, verb. *laico*, & verb. *præter*. 96. dist. & passim interpretes dictis locis vnanimi cõspiratione ita tenẽtes, adeò vt clara res sit, & sine vlla penitus difficultate.

14 Erit tamen operepretiũ nõnulla iuris, & rationis momẽta in ei⁹ cõfirmationẽ adducere, ne turpe sit ius in quo versamur ignorare, vt aliàs dicebat Sulpicius. Atque vt omnẽ ambiguitatis ocasionẽ de medio tollam⁹, hic non est sermo de annexis, ordinibus ecclesiasticis, alijsvè rebus merè spiritualibus, quæ attẽto iure diuino manifestũ est, laicis delegari nõ posse, vt docet cõmunis interpretũ schola in c. quãto de cõsuetudine, vbi Panormit. sed de his, quæ ad iurisdictionẽ spectãt, & in foro cõtencioso agitantur, veluti potestas cõferendi beneficia, excõmunicandi, & absoluendi, & iudicãdi quascũque causas, etiã spirituales, quę omnia dicim⁹ cõmitti posse laicis per Põtificẽ Romanũ, nullãque reperiri legẽ diuinam, aut naturalem, quę prohibeat dictam potestatem laicis delegari, aut per eos ex delegatione exerceri.

15 Quæ cõclusio probatur ex eo, quia exploratũ sit ad iurisdictionẽ ecclesiasticã pertinere, potestatẽ cõferendi beneficia, quã manifestũ etiam est posse per Põtificẽ laicis cõmunicari: igitur ea quę ad forũ ecclesiasticum spectãt, rectè cõmitti delegariq; possunt sęcularibus personis, maiorẽ propositionẽ, scilicet beneficia cõferre, esse iurisdictionis ecclesiasticę, probãt iura in c. nosti. c. transmissam de electione, & notior est, quã quod vlla probatione indigeat? minorẽ verò hoc est delegari posse talẽ potestatẽ, optimè probarũt Philip. Dec. vbi proximè d. n. 6. vers. *in eadẽ*, Rufeus in tracta. iurisdictionis Regaliũ in præfat. vers. 5. Palacios Rubios de benef. vacãt in Curia, §. 9. post glos. in c. Imperiũ, 10. dist. & glos. 1. in fin. in summ. 16. q. 7. procedit ergo cõsequẽtia, id est prædictã potestatẽ ecclesiasticã, & ad ecclesiæ iurisdictionẽ spectantẽ ex c. in Synodo. c. Adrian⁹ el 2. 93. d. laicis delegabilem esse, vt illam exercẽant in vim iurisdictionis, tanquam veri iudices ad diffiniendas causas constituti.

16 Neque obstabit si dixeris Christũ Redẽptorẽ nostrũ B. Petro Apostolorũ Principi, & successoribus eius Põtificibus Maximis dũtaxat, & priuatiuè, cõcessisse huiusmodi ecclesiasticã potestatẽ, à quibus in Prælatos inferiores dimanauit: quo fit vt laici non solũ prohibiti sint exercere iurisdictionem ecclesiasticam, sed incapaces existant illam exercendi.

17 Respondetur enim facillimè, lõgè diuersum esse, exercere iurisdictionẽ ecclesiasticã nomine proprio, & alieno, fatemur nãque laicos quatenus tales, vti nõ posse iurisdictione ecclesiastica, quos vt ecclesiastici sunt iure, nomine, & auctoritate Põtificis delegantis dicimus id facere posse, qui ex summi Põtificis cõmissione, & ei⁹ auctoritate illam exercent, l. 1. §. qui mandatã, ff. de ofício eius. Iura autẽ, ac cõstitutiones Cõciliares, quæ laicis interdicunt negotia ecclesiastica tractare: accipiẽda sunt, de laicis illa tractãtibus iurę suo, auctoritate propria, & quatenus laici sunt, ex priuata præsumptione, non verò quando ex cõmissione Põtificis delegantis, quo casu cessat omnis prohibitio, & incapacitas, nec refragari possunt iuris humani, & positiui principia, super quibus Põtifex Maximus qui cõmissit, re ipsa dispensat, argumẽto tex. in

c. pro-

c.propoſuit de cõceſsione præbendæ,& ſimiliũ. Præſertim ſi cõſideres adhuc mãdata laicis, iuriſdictione ecclesiastica, reuera Põtificẽ cõmittentẽ,illã exercere per ipſoſmet laicos, ſicuti per ſe ipſum, & per eccleſiaſticos ea vti cõſueuit:atque ideò talem poteſtatem,numquã exire ab eiuſdẽ Pontificis manu,& imperio.

18 Minus refragabitur ſi aliquis perperã obiecerit iuriſdictionẽ eccleſiaſticã iure diuino Prælatis cõpetere, ſaltim quo ad cauſas ſpirituales, & merè eccleſiaſticas,qua ratione inter dictũ illud,de quo in vulg.c. decernimus circa dictas cauſas ſpirituales,& mere eccleſiaſticas, nõ induxiſſe ius nouũ,ſed antiquũ diuinũ explicuiſſe:quoniã reſpondetur,nullam(vt iã dictũ eſt)eſſe legẽ diuinã,quæ prohibeat laicis,tales cauſas ex delegatione tractare,& quidquid in contrariũ aſſeritur intelligi, ne iudicent, ſiuè tractent eccleſiaſtica negotia, propria auctoritate, aut nomine proprio.Secus verò vbi non ſic,ſed tanquã eccleſiaſtici,id eſt iure, & auctoritate legitimi ſuperioris, vt docuerunt omnes in d.c.decernimus, poſt gloſ.2.ibidẽ.

19 Ratio eſt,quia vt prædiximus iura omnia laicis inhibentia tractatũ rerũ eccleſiaſticarũ,agunt de laicis,quatenus tales ſunt,& ex vi laicæ poteſtatis,vt mihi non adũbratè,ſed expreſſẽ,probat præter alia multa verbũ illud *præſumant*, vſurpatum in conſtitutione Conciliari,de qua in d.cap. decernim*,quod denotare præſumptionẽ,& auctoritatẽ propriam temerè,& per ſe aliquid facientium,manifeſtè probat text. in c.iudei, 21. diſt. vbi ita docuit gloſa, ſemperque accipi in malam partẽ,voluerunt Alciat. de præſumpt.2.p.á princ.Hippoly.in l.de minore nu. 39. ff.de quæſtionibus, Martin. Nauarr.de regularibus, commen.4.nu. 62.verſ.7. & in c. accepta.oppoſit.8.n.32.cum ſeqq. tradit Panormita. in dict. cap. decernimus,& poſt eum Frãciſc. Ripparien. ibi nume. 40. cum ſeqq.Philip.Dec. nume.6. admonuit poſt antiquiores Felin.d.loco,poſt glo. in c.ſtatutum, §.inſuper, verſ. *præſumat*, de reſcript. in 6.& nos ſuperius traddidimus inferentes ad declarationem conſtitutionũ inhibentiũ aliquos ordinari ante legitimã ætatem;vel aliquid aliud facere, vt ſolum comprehẽdant eos qui dolo,& præſumptione ducti cõtraueniſſent,non autem illos, qui ex ignorantia probabili tales conſtitutiones tranſgrederentur.

20 Sicque videmus eaſdem gloſas DD.& iura,quæ docent laicos nõ eſſe capaces iuriſdictionis ad excõmunicandũ,& abſoluendum, quæ ſpiritualis eſt,& ſinedubio ad claues eccleſiæ pertinet,teſtè Panorm.in c. ab excõmunicato col.2.de reſcript.docere etiã ex delegatione Papæ poſſe laicos excõmunicare,iuxta c.mennã 2.q.4.& traddita per DD.in c.eccleſia ſanctę Mariæ de conſtit.& in c.canonica de ſent. excõmunic. tenent gloſ.in c.præter,§.verũ,verb.*ducibus*, 32.diſt.& in d.c.bene quidem,verb. *laico*, vbi DD.&Bertachin.in tract.de Epiſcopo,7.p.lib.4.q.18.

21 Aduertendũ tamen eſt,quod licet Abbatiſſæ ratione dignitatis, quam obtinent,perſonas ſibi ſubditas corrigere,& adminiſtrare valeant,&ob id quandam,quaſi iuriſdictionẽ exerceant,in his quę adMonialiũ correctionẽ,& adminiſtrationem Monaſterij, ſpectant,ſecundum iura in cap. cum dilecta de confirmat. vtili. vel inutili, & in c. dilecta de maiorit. & obedien.nihilominus tamen dictæ Abbatiſſæ iuriſdictionem, quæ ad claues ſpectet eccleſiæ exercere minimè valebũt,neque in foro interiori,neque exte-

exteriori, ideòque neque excommu
nicandi poteſtate, aut ſimilia faciẽdi
ad claues eccleſiæ pertinentia vlla
ratione vti poterunt: quis enim non
videt fœminas incapaces eſſe omni-
no, huius poteſtatis, vt circa forum
interius probat expreſſe text. celebr.
in c. noua de pœnitẽ. & remiſsionib.
vbi liquidò probatur non poſſe fœ-
minis competere vſum clauium reſ-
pectu ordinis, cuius incapaces ſunt
adeò, vt ſi ordinarentur de facto cha
racterem non reciperent, vt ex d. c.
noua deduxerũt interpretes omnes
cõmuniter, maximè Abb. docuit Hẽ
ric. in d. c. dilecta de maiorit. & obe-
dien. Syluester, verb. *Abbatiſſa*. q. 2. &
3. Florentin. 3. p. titu. 16. c. 7. §. 2. poſt
D. Thom. & alios in 4. diſt. 19. q. 1. ar.
1. ad tertium, vbi cæteri Theologi, &
latius oſtendunt iſtam mulierum in-
capacitatem, in his potiſsimum, quæ
ad poteſtatem clauiũ ſpectant, Ioan.
Bunder. in compend. contra Luteranos, titul. 11. artic. 6. Ioann. Roſenſis, art. 13. contra Luterum. Alphonſ. à Caſtro aduerſus hæreſes, verb. *abſolu tio*, qui contra illum peſtilentiſsimũ hominem pluribus rationibus, & authoritatibus demonſtrant, fœminis, nullatenus competere poſſe vſum clauium, neq; in foro interiori, neq; in exteriori, & vtrum Pontifex Maxim. alicui fœminæ committere poſſit iuriſdictionẽ ſpiritualem fori exteriioris. v. g. excõmunicandi poteſtatẽ, aut id genus alia ſpectantia ad claues eccleſiæ, præter Doctores in locis proximè relatis, præcipuè in c. noua de pœniten. & remiſsionib, latè differũt relati ab Henriquez vbi ſupra. Soto in 4. diſtinct. 20. quæſt. 1. art. 4. col. penult. Frater Frãciſcus de Vitoria de poteſtate eccleſiæ. q. 2. num. 4. Martin. Nauarr. conſil. 73. de ſentent. excommunicat. Illud autem exploratiſsimum eſt, poſſe Pontificem Maximum talem poteſtatem excommunicandi, & ſimilia faciendi, laicis committere ex priuilegio & peculiari Sedis Apoſtolicæ delegatione, vt ſupra reſolutum eſt.

22 Neque oberit talem iuriſdictionem adquiri non poſſe conſuetudine, etiam immemoriali, ac perconſequens videri, nec lege, nec priuilegio concedendã: quamuis enim conſuetudo hominũ memoriã excedẽs, quæ non exiſtit in contrarium vim legis obtineat. l. 1. §. vlt. ibi, *vetuſtate*. l. in ſumma in princip. ibi, *vetuſtas quæ pro lege habetur*. ff. de aqua plubia. immo & vim habeat priuilegij â Principe ſupremo conceſsi, etiam in his rebus, quæ eidem peculiariter reſeruata ſunt. c. ſuper quibuſdã, verſ. præterea, vbi glo. de verbor. & quãuis (q̃ magis eſt) titulũ iuſtũ præſtare poſsit in materia, de qua tractabitur iuxta. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia na & æſtiua. c. 1. in prin. iuncto verſi. *niſi*, de præſcrip. in 6. tradunt Oxeda de incõpatibil. 1. p. c. 13. n. 27. Aluar. Baez de iure emphyteutico lib. 1. q. 8. n. 36. Burſat. cõſ. 160. â nu. 60. Maſcard. de probat. concl. 1372. à nu. 16. Anton. Gabr. tit. de præſcript. concl. 1. â prin. & plures alij quorum memĩnit Aluar. Baez d. loco: verum tamen æquiparatio illa de lege & priuilegio ad conſuetudinẽ & è contra minimè locũ habet, quo caſu inducentes conſuetudinẽ, vel præſcriptionẽ immemorialẽ, ſunt incapaces rei de qua agitur, vt in propoſito: tũc enim licet conſuetudo, aut præſcriptio non valeat, quippè quæ laicos incapaces iuriſdictionis eccleſiaſticæ capaces nõ facit, nec facere poteſt ad eam obtinendam, immò conſuetudo, & præſcriptio ſupponunt ipſos iam eſſe capaces poſſeſsionis illius rei, quam cõſuetudine, aut priuilegio adquirere intẽdunt, valet tamen lex priuilegiũ,

& titulus circa ipsam eandem rem à summo Pontifice habitus, qui incapaces potest efficere capaces, quæ potentia denegatur consuetudini,& præscriptioni, quemadmodũ colligitur hæc resolutio,ex doctrina Ioannis Monachi in c.2.de præben. in 6. quã postea sequuti sunt relati per Gabrielẽ.d.cõcl.1.n.16 per Coua.1.resolut.c.10.n.14.post Abbat.in c. cauſam quæ de prescript.in prin. & DD. cõmuniter ibi,& in c.quanto.de consuetudine.

23 Nec me latet dictã resolutionẽ,seu responsionẽ ab aliquibus reprobari, cõtendentibus verã quidẽ esse, maximèq; notandã,quãtũ ad alios iuris articulos,præsenti tamen disputationi minimè posse adaptari, cũ falsum supponat,nẽpe laicos incapaces esse iurisdictionis ecclesiasticæ absolutè, qui potius iuxta verioré sententiã capaces sunt iurisdictionis, & potestatis in causas ciuiles & criminales clericorũ,quã olim exercuisse cõstat ante priuilegia Imperatorũ clericis cõcessa,& priusquam reseruationes,& prohibitiones Romanorũ Pontificũ, in gratiã totius cleri iurisq; publici à Sede Apostolica emanassent.

24 Quare verius,(nifallimur) poteris respondere si memineris talẽ cõsuetudinẽ,seu præscriptionẽ laicorũ ad cõparandã iurisdictionem ecclesiasticam,iure prohibitam, & reprobatam esse in cap.clerici de iudic,vnde fit, vt nihil præstare possit, aut prodesse præscribẽtibus,siue de facto inducentibus talem consuetudinem, nec procedant æquiparationes de consuetudine ad priuilegium, & titulum habitum à summo Pontifice: constat enim,id quod facere non potest cõsuetudo tanquam prohibita, & reprobata, rectè fieri per priuilegium,& titulum summi Pontificis.

25 Præcipuè si rursus aduertas, quod leges,atque Doctores,qui consuetudinem immemorialem vim legis,priuilegij,seu tituli habere dicunt,absq; dubio sermonem instituunt de valida & legitima consuetudine,nec prohibita nec reprobata, illam summentes in tota sua vi,& robore:in quo sensu asserunt,tantum posse, quantum lex,priuilegium,seu titulus,quæ non protulissent de consuetudine etiam immemoriali interdicta & reprobata: constat autem consuetudinem etiam immemorialem,si per legem prohibeatur,& reprobetur non esse validam,aut legitimam, vt probat text. per argumentum in l.4.§. condemnatũ.ff.de re iudic. multoq; magis hoc procedit, & locum habet in proposito,cum sermo noster sit de non admittenda æquiparatione inter consuetudinem iniustam quidẽ, & irrationabilem (qualis esset quod laici ex solo vsu iurisdictionẽ ecclesiasticam & potestatem spiritualem adquirerent)& priuilegium:planè in hoc casu corruit consuetudo, quo ad iuris effectus, ac si non esset, tanquam contra ius, & legis expressam prohibitionẽ introducta, effectq; nullius momenti ex reg. quæ contra de reg.iur. in 6.& l. non dubium. C. de legib.Vnde argumentum quod formabamus, ex eo quod in hac parte non admittitur cõsuetudo locũ non habituram Pontificis delegationem, vires non habet,neque procedit, vt ex Cosma in pragmatica sanctione, titu.de causis.§.statuit,verbo *priuilegiũ*, Craueta,& alijs, quorũ meminit Oxeda vbi supra num.31.per text. in c.cum satis de offic.Archidia. iuncto c.cum venissent de institut. secundũ aliquorũ intellectum resoluunt plures relati ab Antonio Gabriele vbi supra num.27.

SVMMA-

Digitized by

Summaria ad Controuerſiam 25.

1 *VTrum Epiſcopi commitere poſſint laicis omnes indiſtinctè cauſas etiam ſpirituales, non vulgaris quæſtio eſt, & probatur quod non.*

2 *Nulla congrua diſcriminis ratio aſſignari poteſt inter hoc, quod eſt delegare laicis eccleſiaſtica negotia, aut laicum generalē vicariū nominare.*

3 *Cōmunis ſchola diſtinguit inter cauſas ciuiles, & criminales, vt prioves delegari valeant laicis per Epiſcopos, poſteriores non ita.*

4 *Præfata diſtinctio in praxi, & foro quotidiano probanda in punto iuris vera non eſt, & certo certius eſt omnes indiſtincte cauſas per Epiſcopos ſimileſque Prælatos laicis delegari poſſe.*

5 *Probatur præfata ſententia ex equipollatione poteſtatis Epiſcopi in ſua Dioceſi, & Pontificis maximi in toto orbe.*

6 *Expenditur interdictum c. decernimus de iudic. & ipſius verba ponderantur ad eandem partem cōfirmādam.*

7 *Aliud eſt Epiſcopum delegare laico eccleſiaſticam iurisdictionem aliud conſentire, vt iudex laicus de clerico, ſeu negotio eccleſiaſtico cognoſcat, & aſſignatur diſcriminis ratio.*

8 *Referuntur DD. præfatam differentiā approbantes.*

9 *Diluitur argumentum deſumptum ex cap. cum te de offic. deleg. & aſſignatur verus illius intellectus.*

10 *Retorquetur ille text. aduerſus communem reſolutionem, & oſtenditur longe diuerſam ſpeciem in eo fuiſſe deciſſam quam vulgus exiſtimat.*

11 *Vicarij generales Epiſcoporum ordinarij ſunt a lege creati vnde deducitur „Epiſcopum non poſſe nominare laicum in vicarium generalem.*

CONTROVERSIA 25.

VTrum Epiſcopi, & ſimiles Prælati Romano Pontifice inferiores, delegare poſsint laicis, omnes indiſtinctè cauſas ad Iuriſdictionem eccleſiaſticā pertinentes, et quid inpūcto iuris, quid vè In praxi ſeruādū ſit.

COnuenit inter omnes, & nos etiā proximè notauimus, ſummum Pontificem per totum orbem, & vniuerſalem eccleſiā poſſe laicis cōmittere omnes indiſtinctè cauſas etiam ſpirituales: Epiſcopi autē an tantundem præſtare valeāt, non vulgaris quæſtionis eſt: protēd argutum', & perdifficile Pontificis Maximi reſponſum in capite ſignificaſti ad finem de foro competen. ſi cum ingenio inducatur quatenus probat ille text. ſatis non eſſe, quod Epiſcopus conſentiat, & licentiam

Digitized by Google

præſtet ad hoc, vt laici de ciuili, & pecuniaria cauſa clerici eodē cōlentiēte cognoſcere, & iudicare poſsint, ibi *Clerici tamen in iudicem non ſuum, niſi forte ſit perſona eccleſiaſtica, & Epiſcopi Diœceſani voluntas accedat, conſentire non poſſunt*, quibus verbis diſſertiſsimus Gregor. 9. conditor illius decretalis, perſpicuè demonſtrauit, tria requiri copulatiuè, vt clerici alteri iudici, ſe ſubmittere valeant, ideſt, vt ipſimet clerici conſentiant, ibi, *clerici tamen*, & quod alienus iudex eccleſiaſtica perſona ſit, ibi *Niſi forte ſit perſona eccleſiaſtica*, tandem tertio, quod ipſe Prælatus cōſentiat, ibi, *& Epiſcopi Diœceſani voluntas accedat*, vnde fit vt eiuſdem Epiſcopi commiſsio, facta laico, minimè ſuffectura ſit: quidenim aliud importat, aut præfert talis Epiſcopi delegatio, niſi meram quandam licentiam, atque cōſenſum eiuſdem, qui inutilis, & inanis eſt, ad delegandam laicis iuriſdictionem eccleſiaſticam, cum deficiat ſubiectum, nempe perſona illa eccleſiaſtica, quæ de cauſa clerici neceſſario cognitura erat, ex dict. cap. ſignificaſti ad calcē. Ex quo ſic tenuit Andr. ſicul. Barbat. conſ. 95. lib. 2. col. 3. & in dict. capit. decernimus de iudic. illius tex. authoritate adductus, quatenus præcipit clericis, vt de negocijs eccleſiaſticis iudicio laicorum non diſponant, & ex alijs fundamentis per ipſum adductis: propter quę aduerſus communem omnium traditionem verius exiſtimauit, liberum non fore Epiſcopis, & ſimilibus Prælatis inferioribus Pontifice Maximo, ciuiles etiam cauſas ad eccleſiaſticum forum pertinētes laicis committere.

2 Et confirmatur eadem dubitandi ratio ex text. in capit. cum te 18. de offic. delegat. quatenus innuit, delegationem faciendam eſſe perſonis eccleſiaſticis, & non laicis, ibi *Si ſuper cauſa, quæ tibi ex noſtra delegatione committitur à perſonis eccleſiaſticis, &c.* Rurſus quia ſi liberum eſſet Epiſcopis negocia eccleſiaſtica ſecularibus committere, poſſent vtique homines laicos ſuarum Diœceſum vicarios generales conſtituere: ſed conſequēs eſt falſū, teſte Petro Rebuff. in praxi tit. de vicar. Epiſcop. n. 35. Cou. in c. alma mater 1. p. §. 11. n. 3. poſt Franc. de Ripp. & alios in d. c. decernimus vbi Abb. n. 12. Philip. Dec. n. 15. & cōmunis ſchola ibidem, qui teſtantur Epiſcopum non poſſe, laicum generalem vicarium Diœceſis conſtituere, ergo & illud ex quo ſequitur: ſequella probatur, quia nulla congrua diſcriminis ratio aſsignari poteſt inter hoc quod eſt delegare laicis eccleſiaſtica negocia, aut laicum generalem vicarium nominare: minor quod conſequens ſit falſum, ſcilicet poſſe Epiſcopum conſtituere laicum vicarium generalem, eleganter probatur in Concil. Hiſpalen. 2. cui interfuit Magnus Iſidorus, & refertur in capit. in nōna 16. quæſtio. 7. cuius verba, quia grauia, ponderoſa, magnique momēti ſunt, libuit hic ad litterā referre: *In nona actione inquit Conciliū Hiſpalenſe 2. c. 9. didicimus quoſdā ex noſtro Collegio cōtra mores eccleſiaſticos laicos habere in rebus diuinis cōſtitutos œconomos. Proinde pariter tractātes eligimus, vt vnuſquiſq; noſtrū ſecundū Chalcedonēſium Patrū decreta ex proprio clero œconomū ſibi cōſtituat. Indecorū eſt enim, laicū vicariū eſſe Epiſcopi, & ſeculares in eccleſia iudicare. In vno enim eodēq; officio nō debet eſſe diſpar profeſsio. Quod etiā in lege diuina prohibetur dicēte Moyſe* nō arabis in boue ſimul & aſino: *ideſt homines diuerſæ profeſsionis in officio vno nō ſociabis. Vnde, & oportet nos, & diuinis libris, & ſanctorum Patrum obedire præceptis, conſtituentes, vt ſi qui in adminiſtrationibus eccleſiæ Pontificibus ſocian-*

tur

rur diſcrepare non debeant, nec profeſſione nec habitu. Nam cohærere, & cõiungi non poſſunt quibus, & ſtudia, & vota diuerſa ſunt. Si quis autẽ Epiſcopus poſthac eccleſiaſticã rẽ, aut per laicalẽ procurationẽ adminiſtrandã elegerit, aut ſine teſtimonio œconomi gubernandã crediderit, verè vt cõtẽptor canonum, & fraudator eccleſiaſticarũ rerum, non ſolum Chriſto de rebus pauperũ iudicabitur reus, ſed etiam Concilio manebit obnoxius, hactenus Patres Hiſpalenſis Concilij, cuius verba in cũ vſũ cõmorauimus, vt viuas & ſpirãtes rationes ſubiũgeremus, quibus vtitur Conciliũ ad nobis confirmandã minorẽ propoſitionẽ propoſiti argumẽti, laicos ſcilicet nullo pacto cõſtitui poſſe Epiſcoporum vicarios.

3 In contrariũ autẽ diſtinguit communis ſchola in c. per tuas, & in c. cõtingit de arbitr. vbi teſtãtur ões, quã ſequuti ſunt Rolãd. à Valle conſ. 4. n. 14. lib. 1. Franc. de Rip. in d. c. decernim° n. 54. Philip. Dec. & Abb. ibidẽ, gl. in c. cũ te 18. de offi. del. vbi cõmuniter DD. gl. in d. c. contingit de arbit. gl. in c. peruenit ad fin. 95. diſt. gl. verb. *præter*, in c. bene quidem 96. d. deniq; gl. in c. præter verſ. *verũ*, verb. *ducibus*, 32. dil. vbi Alexãdrin. qui vno ore, & vnanimi conſenſu docẽt faciẽdam eſſe ſeparationẽ inter cauſas mere ciuiles, & pecuniarias, ad eccleſiaſticã iuriſdictionẽ ſpectantes, & inter ſpirituales, aut criminales, vt prioris cõditionis negocia, delegari poſſint laicis ab Epiſcopis, alijſq; Prælatis inferioribus, poſterioris, nõita: cũ qua ſentẽtia trãſeunt vniuerſi ſcribẽtes, & recipitur in praxi à qua in iudicãdo, & cõſulendo, non dico diſcedendũ ob ſummã tantorũ Patrũ authoritatẽ, quib° ego multũ ſẽper deferre cõſueui

4 Si tamen nobis poſt tam longã, & aſsiduam voluminũ reuolutionem, & in publicis cõmentationibus pluſquam viginti annorum præceptoris iuris canonici nauatam operam, integrum ſit nõ nihil tentare aduerſus receptas interpretũ traditiones (9 iã iam tantiſper licere confidimus) arbitror certè præfatã diſtinctionẽ cõmunem inter cauſas ciuiles, & pecuniarias ex vna parte, ſpirituales, & criminales ex alia, in praxi, & foro quotidiano probandam, in rigore diſputationis, & in puncto iuris verã non eſſe, & auſim affirmare, præfatam cõmunem differẽtiam nullo iure probari, atque idcò certò certius eſſe cauſas omnes indiſtinctè per Epiſcopos ſimileſque Prælatos laicis delegari poſſe, nam cur non?

5 Pro qua inſuper doctrina facit axioma illud à Theologis valde receptum, & à iuris Pontificij profeſſoribus non improbatum, cuius latè meminit Pater Henrriquez in ſumma Theologiæ moralis 2. p. lib. 12. de impediment. matrimonij c. 13. num. 2. littera N. poſt Dominic. de Soto in 4. diſ. 32. in fin. in his quæ ad iuriſdictionẽ eccleſiaſticã ſpectãt, niſi aliquod ius obſiſtat, aut Pontificiũ præceptũ impedimento ſit, idem poſſe Epiſcopos in ſuis Diœceſibus, quod Roman. Pontifex in toto orbe. Igitur cum expeditum ſit (, ſicut in præcedenti diſputatione reſoluimus) Pontificẽ Romanum poſſe liberè, & indiſtinctè cauſas omnes eccleſiaſticas ciuiles, & pecuniarias criminales, & ſpirituales laicis committere, coacta iuris ratione dicendum eſt, id ipſum Epiſcopis licere.

6 Præterea in eandem partem, vt veritas ſuperioris doctrinæ clarius eluceſcat, ſic non in ſubtile conficitur argumentum, ſi propter aliquã rationem ſpirituales, & criminales cauſæ peculiariter eſſẽt in delegabiles per Epiſcopos, maximè ob interdictũ illud Cõcilij generalis de quo in c. decernimus de iudic. ibi, *eccleſiaſtica ne-*

Digitized by Google

gocia, & ibi, *maximè de illis, quæ spiritualia esse noscuntur*, quorũ verborum frequẽtissimè in superioribus mẽtionẽ fecimus, ex quo interdicto tale quid deduci non potest, igitur, &c. maior manifesta est, in eo enim maximè nititur cõmunis opinio: minorẽ vbi tota vis argumẽtationis cõsistit sic probo: quia præterquã q dicta prohibitio, & aliæ similes eo tẽdunt, vt laici propria authoritate nõ præsumãt ecclesiastica negocia tractare tanquam laici, ac per cõsequẽs sermo nõ sit de laicis ex alieno beneficio, iure, & authoritate superioris, eiusmodi causas tractãtibus, nõ suã, sed Pontificiã, vel Episcopalẽ iurisdictionẽ exercentibus, iuxta l. 1. §. qui mandatã ff. de officio eius, quibus casibus ecclesiasticã sibi cõmissam iurisdictionẽ exercẽt, nec ipsorũ laicorum imperio, aut authoritate ecclesiastica tractantur, sed magis per superioris ecclesiastici delegationẽ: re vera si dictũ c. decernimus, aut similia iura, & prohibitiones aliquid probãt pro cõmuni, scilicet criminales, & spirituales causas, nõ posse demãdari: cõuincunt etiam sine dubio contra prefatã cõmunem, omnes omninò causas ecclesiasticas indelegabiles esse: quãdoquidẽ indistinctè loquẽtes spirituales & criminales, ciuiles, & pecuniarias cõprehẽdũt, vt manifestè denotãt prefata verba sæpius repetiti c. decernim°, ibi, *eè clesiastica negocia*, & ibi, *maximè de illis*, &c. quibus minimè cõstituitur differentia, inter spirituales, & criminales causas ex vna parte, ciuiles, & pecuniarias ex alia. Ex his ergo manifestè cõuincitur, q vel omnes omninò indistinctè causæ ecclesiasticæ delegabiles sunt, vel nulla poterit delegari cõtra cõmunẽ: præsertim cũ null° sit in iure loc° quo prohibeãtur laici delegatã iurisdictionẽ exercere, seu Episcopi eãdẽ illis cõmittere: planũq;

7

& apertũ relinquitur, omnia negocia ecclesiastica, generaliter sine aliqua distinctione, dũmodo pertineant ad iurisdictionẽ, & lex aliqua canonica nõ impediat, posse per Episcopos laicis committi.

Reliquũ est, vt argumentis in cõtrariũ adductis præfẽtis disputationis initio suo ordine sigillatim respõdeamus, ex quorũ resolutione iucũditatẽ simul, & vtilitatẽ doctũlectorẽ percepturũ cõfidim°: & ad primũ quo cõtẽdebamus, ex eo q Episcopi cõsensus sufficiẽs nõ est, vt clericus possit in laicũ iudicẽ cõsentire, inferri nõ posse eũdẽ Episcopũ ecclesiastica negocia laicis cõmittere: facile respõdetur nõ vulgare discrimẽ versari inter cõsensũ Episcopi de quo sermo est in d. c. significasti & inter cõmissionẽ, seu delegationẽ laicis ab Episcopo factã de qua nos disputam°: etenim licẽcia, & cõsensus Episcopi nullã laico tribueret iurisdictionẽ, quippè Episcopus in tali specie solũ exprimeret suã volũtatẽ, & laicus remaneret in terminis iuris cõmunis, processuruſq; esset in negocio, secũd ũpropriãiurisdictionẽ, authoritate sua, & nõ aliena, ex potestate seculari, non ex ecclesiastica, quã nullã cõmittit laico, Episcopus sic cõsenciẽs: nec talis iudex delegatã iurisdictionẽ exerceret, sed ordinariã propriã nõ alienã: vnde si à sentẽtia, quã aduersus clericũ proferret appellatio foret interponẽda proculdubio ad seculare Tribunal, & nõ ad ecclesiasticũ esset recurrẽdũ. Quæ omnia diuersimodè se habẽt in delegatione, quæ ex diametro distinguitur à simplici cõsẽsu de quo supra. Episcop° enim laicis delegãs, & cõmittẽs negocia, vltra simplicẽ cõsẽsũ & nudã licentiam de qua in d. c. significasti, vlterius addit commissionem & delegationem, tribuitq; illis nouã ecclesiasticam potestatem, secundum quã

ex

ordinarijs migrant in delegatos, & iam nō auctoritate propria, nec iu re ſuo ſed alieno, in negocijs ſibi per Epiſcopos cōmiſsis proceſſuri ſunt.

8 Quam veriſimam deferētiam pariter, & ſubtilem rectè conſiderarunt Archidiac. in d.c. bene quidem, Franciſ. Riparien. in c. 2. de iudic. nu. 36. verſi. 4. vbi prius Felin. & Abb. nu. 5. docentes, quod licet verum ſit quod Epiſcopi ſimpliciter conſentire non valeant, vt clerici coram laicis conueniantur, nec ſimplex Epiſcoporum conſenſus efficere poſsit, vt iudices laici de clericis cognoſcant: nihilominus tamen recte poſſunt Epiſcopi laicis committere negotia ciuilia, ad clericos, & eccleſias ſpectantia (vt dictorum Patrum fert opinio ſolum ciuilia, vt verò nos ſuperius traddidim⁹ omnia indiſtinct: negotia) quia inter delegationem, & ſimplicem conſenſum, præfata differentia verſatur, ſicque diluitur prior illa difficultas initio relata.

9 Secundū argumētū deſumptū ex d.c. cum te de offic. deleg. quo nitebamur reſtringere delegandi poteſtatem, vt in eccleſiaſticas perſonas facienda ſit, non in laicos, vt ibidē probari videbatur, facile etiam diſſoluitur negando in eo text. talem reſtrictionem, aut limitationem probari: cū enim exempla non arcent regulam, vt habet vulgare dictum, & in d.c. cum te perſonarum eccleſiaſticarum mentio facta fuerit, ibi, *perſonis eccleſiaſticis*, cauſa exempli tātū, & quia delegati de quibus, ibi, magis frequenter delegare conſueuerint eccleſiaſticis perſonis: conſequens eſt ibidem, non fuiſſe deciſſam neque determinatam eam dubitationem, an delegatio eccleſiaſticis cōmittenda ſit, ſiue laicis, quinimò propter frequentiorē delegādi vſum, & in exēplū dūtaxat, meminiſſe Pōtificē Maximū eccleſiaſticorū potiùs quā laicorū, nec aliquid diſſiniuiſſe circa quæſtionē prædictam.

10 Quod ſic eſſe probatur, quia ſi Pōtifex Maxim⁹ ſtatuiſſet eccleſiaſticis magis quā laicis perſonis faciēdā eſſe delegationē, ſequeretur procedere iſtā doctrinā, nō ſolū in ſpiritualibus, vel criminalib⁹ cauſis, ſed etiā in merè ciuilib⁹: cōſequētia probo, quia ille tex. ſine vlla diſtinctione tractat de omnib⁹ negocijs, quæ á Romanis Pōtificibus delegātur, cōſequēs, ſeu ſequellā, nō cōcedet cōmunis ſchola, ergo nec illud ex quo ſequitur: principalē autē quæſtionē, in illo tex. deciſsā lōgē diuerſā eſſe facilè pātebit intuēti illi⁹ litterā, atq; contextum.

11 Deniq; tertia difficultas qua dicebam⁹ ex principali noſtra cōcluſione (faciēdę delegationis cauſārū eccleſiaſticarū in laicos) manifeſtè deduci, pariter Epiſcopū cōſtituere poſſe vicariū generalē, qui ſecularis ſit, non difficilè eneruabitur ſi adducas in memoriā, ipſius Epiſcopi, & ſui vicarij generalis vnū & idem eſſe Tribunal, iuxta traddita per D. Coua. 3. reſolut. c. 2. & DD. cōmuniter per tex. in c. 2. de cōſuetu. lib. 6. poſt. gl. 1. in c. 2. de offi. vicarij in 6. & ſimilia cōgeſta per Goua. d. loco. Inſuper ſi aduertas poteſtas illa, & iuriſdictio, qua vtuntur vicarij generales, nō prouenit ab Epiſcopis, ſed à lege ipſa, vel cōſuetudine, quo fit, vt docuerint cōmuniter DD. ipſos vicarios generales ordinarios eſſe, & nō delegatos. Ex quibus pro reſolutione argumēti iā libēter fatemur integrū fore ipſiſmet Epiſcopis, cōmittere laicis ſpirituales cauſas, ex qua cōmiſsione tribuitur illis eccleſiaſtica iuriſdictio, negamus tamē inde colligi, quod poſsint laicum vicarium generalem conſtituere: etenim ſi generalis vicarij iuriſdictio, atque poteſtas (cum ordinarius ſit

lege prouenit, vel consuetudine vim legis habente, neutiquam ab homine poterit prouenire, quæ enim lex est, siue constitutio scripta, quæ laicis vicarijs constitutis iurisdictionem cō cesserit spiritualem, vel ecclesiasticā? certè nulla, vt deducitur ex cap. vlt. in prin. ibi, »nulla, de rebus ecclesiæ parum ergo, vel nihil referret quod Episcopus nominaret vicarium laicum, si iura canonica eidem sic nominato denegant iurisdictionem ecclesiasticam, vel saltem eam minimè cō cedunt: qua opinione retenta, quod tales generales vicarij iudices ordinarij sint, & non delegati, proculdubio dictum argumentum panitus difficultate caret, quam vtique haberet aliquam si delegati forent.

Summaria ad Controuersiam 26.

AN potestas constituendi iudices ordinarios sit penes legē, seu Principem supremum priuatiuè, an verò in inferioribus etiam consistat.

2 *Certum & indubitatum est ordinarij inferiorem, non posse sibi alium ordinarium constituere, & vicarij generales Episcoporum, ordinarij iudices sunt non delegati.*

3 *Nulla lex aut cōstitutio est canonica aut ciuilis, quæ inferioribus Magistratibus potestatem fecerit creandi iudices ordinarios, nec Episcopis vicarios generales constituendi.*

4 *Ostenditur vicarios generales Episcoporum ab ipsa lege iudices ordinarios constitui, non delegari ab ipsis Episcopis.*

5 *Vicarius generalis Episcopi non indiget alia commissione, seu delegatione quam quod sibi officium conferatur.*

6 *Delegati, & delegantis idem tribunal non est, vicarij autem generalis, & Episcopi eadem est iurisdictio, & idem tribunal, & multa sunt, (quorum nonnulla enumerantur) quæ expediri non possunt per ordinariam potestatem.*

7 *Vicarius vrbis qui à Pontifice Maximo Romæ creatur ordinarius index est & minimè delegatus.*

8 *Referuntur authores qui defendunt vicarios generales Episcoporum, delegatos esse non ordinarios.*

9 *Inducitur in eandem sententiam titulus de officio vicarij.*

10 *Absurdum videtur eandem iurisdictionem ordinariam esse penes duos insolidum, & vnus ordinarius non potest alium creare.*

11 *Episcopi liberè possunt auocare causas coram vicariis generalibus pendentes, & contra delegati iudices.*

12 *A morte, vel mortuo Episcopo statim spirat vicarius generalis.*

13 *Si contingat ex aliqua magna causa Episcopum suspendi aut excommunicari, vicarius generalis nullo modo poterit exercere, & recusato Episcopo pariter vicarius recusatus manebit.*

14 *Secundum ius commune competit Episcopis potestas creandi vicarios generales, vel saltem ex permissione prisca consuetudine munita.*

15 *Ad adquirendam quasi possessionem iurisdictionis, non est necessaria scientia Principis, & validè sunt consuetudines introductæ absentibus, & ignorantibus magnis Principibus circa iurisdictionalia.*

16 *Verius*

Digitized by Google

16 *Verius eſt (contradicente Felino) Epiſcopos cogi poſſe per ſuperiores ad vicarij generalis nominationem & inducitur tex. in cap. 1. de offic. ordin.*

17 *Vicarijs generalibus non competit iuriſdictio ex commiſſione aliqua ſpeciali, ſed ratione ſui officij.*

18 *Declaratur illa clauſula*, de nos fulano Prouiſor y Vicario general por el Illuſtriſsimo de Toledo, *& qua ratione officium vicariatus perpetuum ſit.*

19 *Non habet locum præſens controuerſia in his in quibus neceſſaria eſt ſpecialis Principis commiſsio.*

20 *Frequentiſsimum eſt, vt indices in aliquibus ſuam ordinariam in alijs delegatam iuriſdictionem exerceant, & quando iure ordinario mandatum poteſt ad impleri, ſolum tolluntur impedimenta, & intelligitur Trid. ſeſſ. 24. cap. 5.*

21 *Quem effectum habeat delegatio data vicarijs generalibus.*

22 *Præſens diſputatio procedit in vicarijs generalibus ex officio procedentibus, & legati Apoſtolici ordinarij ſunt in cauſis ſuæ legationis.*

23 *Amplectitur ſententia quæ aſſerit vicarios Epiſcoporum ordinarios eſſe, & diluitur primum argumentum.*

24 *Rurſus ſatisfit eidem argumento, & declarantur Rubricæ de officio vicarij in decretalibus 6. & Clem.*

25 *Quomodo varia ordinariorum ſpecies ſub diuerſis titulis collocentur.*

26 *Neque eſt nec fuit vnquam inconueniens eandem iuriſdictionem eſſe penes duos in ſolidum, & conſtat manumittendi iuriſdictionem olim extitiſſe in ſolidum penes duos.*

27 *Inter iuriſdictionem Epiſcopi, & ſui vicarij generalis, non eſt differentia ſpecifica, ſed ſolum quædam accidentalis diſtinctio.*

28 *Litteræ quæ dirigantur ordinario, ni ſi negotium ſpecialem commiſsionem requirat, ſicuti beneficiorum collatio, vicarium generalem comprehendit, & iura canonica vicarium generalem verbis expreſsis excludere conſueuerunt.*

29 Ex eo quod mortuo Epiſcopo ſpiret vicarius, non ſequitur delegatam eſſe vicarij iuriſdictionem, immo retorquetur argumentum.

30 *Controuerſum eſt, & adhuc ſub iudice lis manet, vtrũ mortuo, vel remoto correctore ſpiret officium eius locum tenentis.*

31 *Vicarij generales Epiſcoporum, vbi exiſtũt vt vicarij præferẽdi ſunt Archidiaconis.*

32 *Vicarius generalis Epiſcopi regulariter poteſt exercere iuriſdictionem præſente ſiue abſente Epiſcopo.*

33 *Omne ius præcipit, aut dictat maiorem in adminiſtratione, minori præferendum eſſe.*

34 *Contraria conſuetudo viribus non ſubſiſteret: & emanarunt litteræ ab Apoſtolica Sede, vt vicarij in chorẽ tiã in Cathedrali abſentibus Epiſcopis habeant vnam ſedem de principalioribus, & alia quæ continentur in dictis litteris.*

35 *Referuntur authores tenentes dictũ Prælationis gradum vicarijs generalibus competere.*

36 *Dicta non procedunt in vicarijs foraneis qui ve vera delegati ſunt nõ ordinarij: & conſuetudo effecit, vt vicarius generalis Complutenſis Cõpluti cõmoretur, ſicut, quod Metropolitanus Compoſtellanus reſideat Salmanticæ.*

37 *In his quæ ſpecialem cõmiſsionem requirunt vicarij generales, non conſtituunt idem tribunal cum Epiſcopis.*

38 *Nec diuerſo iure cenſentur Apoſtolici legati, qui ſi aliqua geſſerint negotia commiſsionem ſpecialem requirentia, non ordinaria ſed delegata iuriſdic-*

visdictione vos vti credendum est.

39 *Proponitur dubitatio vtrum vicarij in spiritualibus delegati sint, vel ordinarij.*

40 *Ponderatur vsus, & stilus litterarum Apostolicarum in quarum suprascriptione sic habetur*, officiali Episcopi, & eius in spiritualibus vicario.

41 *Verius videtur in puncto iuris, dictos vicarios in spiritualibus delegatos esse, & non ordinarios.*

42 *Respondetur ad ponderationem dictæ suprascriptionis litterarum Apostolicarum.*

43 *Certum est requiri spetialem Episcopi commissionem, vt circa spiritualia quoque, & extra iuditialia transmittatur potestas in vicarium generalem contra Federicum de sents.*

44 *Decreta quæ diriguntur vicarijs generalibus per eorum Prælatos, vt nõ nulla faciant quæ absque tali decreto facere non possent, in his, non ordinariam, sed delegatam iurisdictionem exercere censendi sunt.*

45 *Vtrum potestas Dominorum auditorum Rotæ cohæreat officio, an verò solum per illud designentur ad futuras commissiones per quas immediatè iurisdictionem recipiant.*

46 *Refertur Bald. & aliorum sententia asserentium talem potestatem dictis Dominis auditoribus ex officio competere.*

47 *Nullum efficax fundamentum suæ sententiæ adducunt.*

48 *Magis consonum est iuris regulis Dominos Rotæ auditores delegatos esse non ordinarios: & exponitur in quo consistat hæc controversia.*

49 *Ostenditur commissiones illas quarum virtute auditores Rotæ cognoscunt, non esse causarum distributiones.*

50 *Proponitur distinctio aliquorum asserentium in cognoscendo ordinarios esse indecidendo delegatos.*

51 *Convincitur fortissimis fundamentis præfata distinctio.*

52 *Declaratur Trid. sessione 25. capite 10. de reformat. loquens de synodalibus iudicibus.*

53 *Synodales iudices ex sola deputatione iurisdictionem non habent.*

54 *Bulla vt in Curia nullus haberet ordinarium visi Papa, non habet vim legis.*

55 *Auditores contradictarum, & auditores Cameræ Apostolicæ, & Vicarius vbis, sicut & plerique alij Magistratus in Romana Curia commorantes ordinarij sunt, non delegatis & constituitur regula ad dignoscendam iurisdictionem delegatam ab ordinaria.*

CONTROVERSIA 26.

Vtrum Inferiores à Principe, qui ordinariam iurisdictionem exercent, possint alios ordinarios constituere, nisi speciatim à lege potestatem habeant, & an vicarij generales Prælatorum, officiales, vulgo nuncupati, delegati sint, vel ordinarij.

MAnsit scrupulus non leuis, ex his quæ ad calcem proximæ disputationis dicebamus, tanquam certum, & exploratum traddentes, officiales Episcoporum ordinarios esse, non delegatos, qui noscogit, & vehementer impellit, ad agitationem quæstionis celebris vtilis,

Digitized by Google

lis,& practicabilis pariter,& ſubtilis: vtrum poteſtas conſtituendi iudices ordinarios ſit penes legẽ, ſeu Principem ſupremum priuatiuè, an verò in inferioribus etiam conſiſtat: cui annectitur atq; cohæret altera, de vicarijs generalibus Prælatorũ, ordinarij ne ſint, vel delegati: quæ difficultates, vt liquido ex dicendis conſtabit, in idem coincidunt, eundemque reſpiciunt ſcopum.

2 Cui dubitationi, quæ vnica eſt, & non plures, negatiuè videtur reſpondẽdum eſſe, ex recepta interpretum ſententia in cap. clericos de offic. vicarij, vbi abſonum ſatis & abſurdum iudicauit Alex. III. quod vicarij, ecclesiarum quas adepti ſunt, alios ſibi vicarios cõſtituant, ſic docuerat glo. 3. ibidem quam ſequuti ſunt Pariſ. conſ. 80. num. 16. lib. 4. Nuñez de Auendaño de exequẽd. mandat. Regũ lib. 1. cap. 3. num. 3. Dominus Molina de Hiſpanor. primog. lib. 1. cap. 25. n. 3. Quintilian. Mandoſ. in reg. 24. q. 6. num. 6. & 14. q. 6. num. 8. inſignis Couarr. 3. reſolutionum cap. 20. num. 4. poſt Felin. & ordinarios in rubr. de offic. deleg. nu. 4. & gloſ. 2. in capit. 2. ne prælati vices ſuas ſimil. gloſſa. 5. in cap. quoniam de offic. ordinarij gloſſa. 1. in capit. Romana in prin. de appellation. & in cap. perlectis verbo *iurgia*, 25. diſtinctione, tenẽtes cõmuniter tanquam omninò certum, & indubitatum, ordinarium inferiorem non poſſe ſibi alium ordinariũ conſtituere, & talem poteſtatem manere ſolum, penes legem, & Principẽ, pariter & generales Epiſcoporum vicarios ordinarios quidem eſſe, & minimè delegatos iudices.

3 Accedit quod nulla lex aut conſtitutio eſt, canonica nec ciuilis quantum ego coniectura aſſequi poſſum, quæ inferioribus Magiſtratibus poteſtatem fecerit creandi iudices ordinarios, nec Epiſcopis vicarios generales conſtituendi: quemadmodum aliàs videmus ex ſpeciali iuris beneficio, in nonullis caſibus, datam fuiſſe facultatem iudicibus inferioribus, alios creandi, & conſtituendi, vt indicant ellegantiſsima Vlpiani verba in l. 1. §. hi quibus verſ. *à Præfecto*, ff. de eleg. 3. *à Præfecto vero Prætorio, vel eo qui vice præfecti ex mandatis* Principis *cognouerit*, &c. & in authẽ. de defenſſorib. ciuitatum §. ius iurandum verſ. *nulla*, ibi: *Sed neq; proprias vices agentes per ciuitates clariſſimos iudices deſtinare, niſi ipſos defenſſores, quos iudicum officium complere in ciuitatibus volumus*, &c. & in prin. d. verſ. *nulla*, ibi: *Nulla exiſtente licentia adminiſtratori, aut ipſis defẽſſoribus vices agentes defenſſorum facere, ſed etiam, hoc omnibus eis interdicimus modis* per quę iura ſic docuit cõmunis ſchola vt teſtantur Nicolaus Boerius deciſſ. 152. num. 1. & Nuñez de Auendaño d. c. 3. in prin.

4 Præterea in ſpecie de vicarijs generalibus Epiſcoporũ ſermonem inſtituendo, eos non ab Epiſcopis delegatam iuriſdictionem, ſed ab ipſa lege, & Principe ordinariam ſortiri, manifeſtè probatur, quia exploratum eſt, hos vicarios generales in deciſſionibus cauſarum iuriſdictione, & cognitione earumdem, ſubrrogari ſimpliciter in locum Epiſcoporum quorum partes ſubſtinent: ſed regulare eſt, vt id quod ſubrrogatur ſapiat naturam, & cõditionem ſubrrogati, vulgato §. fuerat, inſtit. de actionib. capit. eccleſia, vt litè pendente l. ſi eũ §. qui iniuriarum ff. ſi quis cautionibus, & vbique traddita per DD. igitur quemadmodum, ipſimet Epiſcopi non ab alio mutuatam, ſed ordinariam datam à lege iuriſdictionem, & poteſtatem exercent, ſimiliter & eorum vicarij generales, ac per conſequens ſine alio adminiculo, aut delegatio-

gatione per ſolum vicariatus titulum in tota Diæceſi, ordinariam tenent iuriſdictionem in omnibus, & ſingulis cauſis, vt probat text. & per eum gloſ.1.in cap.2. de offic. vicarij in 6.

5 Quo fit vt poteſtas vicarij generalis, non poſsit eſſe delegata, ſed ordinaria, cum immediatè deſcendat ab ipſo vicariatus titulo, cui talis iuriſdictio cohæret, à lege q; deferatur: nec ex ſpeciali aliqua commiſsione proueniat, vt adnotauit Couarr. practic. cap.4.num.4.ad fin. poſt Abbat. cõſ. 21.num.3. lib. 1. delegatus enim ille eſt, qui mandatam iuriſdictionem alieno nomine exercet: ordinarius verò cui propria iuriſdictio immediatè ab ipſa lege ſeu Principe prouenit, neque alia commiſsione, ſiuè delegatione opus illi eſt, quam q officium ſibi cõferatur, iuxta Bonifacij Octaui doctrinam in dict. cap.2. de offic. vicarij in 6. ibi: *per commiſsionem officij cauſarum cõmiſsio transferatur*, quæ verba ſatis exprimunt vicarios generales Epiſcoporum ordinarios quidem, & non delegatos eſſe.

6 Eo maximè q tales vicarij eandem, & non aliam iuriſdictionem habent, quam ipſi, qui eos cõſtituerunt, & idem eſt tribunal Epiſcopi, & vicarij generalis, c. Romana in princi. de appellationibus in 6.c. 2. de conſuetud.eod.lib. Epiſcopos autem ordinarios eſſe manifeſti iuris eſt: inſuper, & cõſtat delegatos iudices idẽ tribunal cum delegãte minimè conſtituere: aliàs enim á delegato ad ipſum qui delegauit minimè appellaretur, vt appellari poteſt, cap. ſuper quæſtionum §.porrò de offic.deleg. ergo de primo ad vltimum apertè conſequitur, vicarios generales non delegatã, ſed ordinariã iuriſdictionẽ exercere: quippe qui ſua decreta interponunt, in alienationibus rerum minorum, emancipationibus, & omnibus, quæ ad iuriſdictionem ordinariam ſpectãt, l.2. C.de offic.eius, qui vicem alterius iudicis obtinet. c. fin. de iudic. in 6. talia autem manifeſtũ eſt non delegari cum cauſæ cognitionem requirant l. nec quidquam §.1.ff.de offic.Proconſul. conſequẽs ergo eſt fieri prædicta, ex ordinaria, nõ ex delegata iurisdictione, iuxta notata per Innocẽc. & Hoſtien. in cap ſua, de offic.vicarij: licet bene verum ſit nonnullos eſſe caſus, qui præſtari non poſſunt ab his vicarijs generalibus, quantumuis propriam, & ordinariam iuriſdictionẽ exerceant: planũ enim eſt eos litteras cõmẽdatitias ad ordines (quas Reuerẽdas appellam°) dare non poſſe, vt probat tex.in cap. cum nullus §.1.de temporibus ordination.in 6.nec ſi fuerit officialis Archiepiſcopi, in ſuffraganeum, ſuſpenſionis, excomunicationis, vel interdicti ſententiã proferre valebit, ex tex. formali in cap.1.in fin. de offic. ordinar. nec beneficia conferre, niſi beneficiorum collatio ipſis ſpecialiter fuerit commiſſa, iuxta celebrẽ doctrin. tex.in cap.cum generali de offic. vicarij in 6.vbi in generali conceſsione nequaquam veniunt illa, quæ nõ eſſet quis verisimiliter in ſpeciẽ cõceſſurus: & in alijs multis, in quibus tales vicarij ſine ſpeciali mandato Epiſcopi, ſe non poſſunt intromittere, quæ nullatenus impedimento ſunt, quominus plenam ordinariam habeant poteſtatem.

7 Rurſus cõfirmatur eadem pars ex recepta gloſſarum omniumque interpretum tradditione, conſtituentium, ordinarium iudicem illum eſſe, & dici, qui vicem ſeu locum gerit alicuius Præſidis, & Magiſtratus ordinarij, qui non per verba delegationem, aut commiſsionem denotãtia, ſed ſimpliciter nominatur, & conſtituũtur, veluti quando vicarij generales

Digitized by Google

les creãtur ab Epiſcopis,& apud nos nominari ſolét vicarij Præſidum, ſeu Correctorum,quos vulgus, *tenientes de Corregidores apellat*, & ordinarij ſunt ex eo,quia vel Principis,legis,aut cõ ſuetudinis,authoritatecreantur,teſte Ludouico Molina dic.cap.25.nu.11. Couar.vbi ſupra, probatque tex.in l. 2.C.de officio eius quivicem.& trad dunt erudictiſsim.Cuiac.in l.4.C.de Annonislib.10.Andr.Alciat.in rubr. de offic.ordinarij num.25.Nuñez de Auend.d.nu. 2.Quintilian.Mandos. d.reg.24.q.6.nume.23. poſt gloſſam & communem in rubric.C. de offic. eius qui vicẽ. & gloſſã verbo, *vicarij*, in cap.pen.de offic.vicarij gloſſ.magna ad finem, & in l. ne quidquam §. vbi decretum ff.de offic. Proconſul. & probat.dict.l.2.C.de offic.eius,cõmunis ſchola ſecundum Alciat. vbi proximè: vnde rectè Doctores in d.c.pen.de offic.vicarij, & Octauia. eiuſque additionator de ſtylo Curiæ lib.2.cap.16.Mandoſ.vbi proximè.n. 6.& forma.8.verb.*ex ordinarijs*,in formis commiſsionum,conſtitueruntvicarium vrbis,qui â Põtifice Maximo Romæ creatur ordinarium quidem iudicem eſſe, & minimè delegatum, in quem per ſolam officij commiſsionem,ſine aliquo aliò, cauſarum commiſsio transfertur, ratione dignitatis quam habere dicuntur, Clemen. 2. de reſcrip. vbi ſic docuit gloſ. verbo *delegatos*.

8 Verumtamen quamuis dicta ſententia ſuis fundamentis munita, graviſsimos, & præſtantiſsimos Patronos habeat,qui eam vti veriorem cõſtanter tuentur,atque defendunt, adhuc non deſunt plures viri litteris ingenio, & eruditione præſtantes, qui è diametro oppoſitam oppinionem defendãt, contendentes vicarios generales Epiſcoporum ordinarios nõ eſſe,ſed delegatos. ita docuerunt vir merito ante alios excellens Andr.Alciat.in rubr.de offi.ordin.n.24.Paul. de Oriano in rubr.de offic.eius.n. 9. in fin.poſt Gofredũ relatum à gloſſa in d.c.Romana in prin. & poſt gloſſã 2. in c. 2. ne prælati vices ſuas, & in d.ver.*iurgia*,in fin. & plures alij relati â Menoch.d. conſ.257.n.33. Couar. Practic.9.verſ.1.num. 1.

9 Cuius ſuæ ſententiæ, non adumbratum,ſed expreſſum argumentum comminiſcuntur, quod Gregor. 9. decretalium compilator ſpecialem titulum conſtituerit de offic.vicarij,cũ vtique ſi iudex ordinarius eſſet, ſub tit.de offic. iudic.ordin. poſſet compreliendi,ne fruſtra peculiaris rubrica conſtitueretur.

10 Deinde quia abſurdumvidetur,vnam eandemque iuriſdictionem ordinariam inſolidum eſſe penes duos, Epiſcopum ſcilicet,& eius vicarium, aduerſus regulã l.ſi vt certò §. ſi duobus vehiculum,ff.cõmodati, ergo diuerſa eſt,vicarij genetalis iuriſdictio, ſeu poteſtas, longeque diſtat abEpiſcopi iuriſdictione,ac perconſequẽs, non ordinaria, ſed delegata. Eo maximè, quod certum exploratumque ſit, nullum inferiorem à Principe ordinarium (qualis eſt Epiſcopus,) alterum ordinarium conſtituere poſſe, niſi ſibi ad id ſpeciatim facta ſit à lege poteſtas,vt docuit cõmunis ſchola in l.more cum ſeq.ff.de iuriſdict.& in d. l.2. & in d.c. 2.ne Prælati vices ſuas, Epiſcopi ergo qui ordinarij iudices ſunt, inferiores à Principe,& ſummo eccleſiæ Præſule, neutiquam poterũt alios ordinarios creare, ac per conſequens,nec conſtituere dictos vicarios generales,qui proculdubio (inquiunt præfati Doctores) non ordinariam, ſed delegatam iuriſdictionẽ exercent.

11 Vtpotè quæ, illis non competit ut ſe proprio,ſed beneficio alieno,Epiſcopo-

eoporum ſcilicet, à quibus nominã-
tur, & conſtituuntur, totaque eorum
pendet iuriſditio, quæ vtique non in
vicarijs generalibus, ſed in ipſismet
Epiſcopis radicata eſt, & incepit, in
ipſorumq; Epiſcoporum manu & po
teſtate cõſiſtit: adeo vt Epiſcopi quã-
do ſibi viſum fuerit cauſas coram vi-
carijs generalibus pendentes liberè
poſſent auocare, ex reg. text. in l. iu-
dicium ſoluitur ff. de iudic. quamuis
è contra delegati iudices auocare
nequeant, pendẽtes apud Epiſcopos
& iudices ordinarios, cũ ſit locus pre
uentioni inter eos & ordinarios. c. ſi
a ſede de preb. in 6. notant expreſ-
ſim Speculat. in tit. de Legato §. nũc
oſtendendum verſi. *premiſſa*, Ripa in
cap. cum. M. de conſtitut. num. 195.
Abb. in cap. 1. col. 2. de offic. legati
Dominicus in cap. 1. in princ. de foro
compet. in 6.

12 Pariterque ſi euenisſet Epiſcopũ
amoueri, vel mori, abſque vlla dubita
tione vicarius generalis per eũ con-
ſtitutus, ſtatim ſpiraret, & remotus cẽ
ſeretur, quo iure vtimur, vt teſtantur
Auendaño, & Couarr. vbi ſupra: cer
tum autem eſt, quod ſi ordinaria iu-
riſdictione fungeretur, quam in ſe ha
beret á lege radicatam, non pẽderet
á morte, vel remotione illius, qui eũ
creauit iuxta traddita per DD. in c.
2. de offic. delegati, & ind. l. more
cum ſequenti.

13 Similiter etiam ſi contingat ex ali
qua magna cauſa Epiſcopum ſuſpen
di, aut excomunicari, eius vicarius ge
neralis nullo modo poterit propriũ
mun° exercere, quinimo interim dũ
ſuſpẽſio durauerit ceſſabit; vicarius,
vt docuit glo. vlti. frequentiſsimè ab
omnibus vbiq; recepta in cle. vlt. de
procur. gl. 3. in fin. per tex. ibi in. c. r.
de offi. & poteſtate iudic. deleg. Qua
etiam ratione ſi litigãtes Epiſcopum
recuſauerint, ſtatim alio nõ ſpectato
eiuſdẽ vicarius generalis incidet in
ſuſpitionẽ. atq; adeò recuſatus mane
bit, ex tradditis per Alfonſum de Aze
uedo ad Curiã Piſan. lib. 2. c. 2. nu. 19,
verb. *vicarium* & lib. 1. c. 9. eod. verb.
vicariũ. Etenimquoties ordinarius iu
dex propter aliquã cauſam ſuſpitio-
nis recuſari poteſt, pariter eius vica-
rius ex eadẽ recuſatus manebit, quã-
uis in ſpecie cõtra vicarium nulla a-
lia ſuſpitio ſit, ſic voluerunt Maranta
in praxi ti. de appella. nu. 28. pag. 558.
in antiquis, Feli. & Abb. in c. inſinuã-
te col. 1. de offic. deleg. Perez ad l. 1.
tit. 5. lib. 3. ordnam. q. 17. ex quibus
non difficilè colligitur, non ordina-
riam, & propriã, ſed delegatã, & alie-
nam iuriſdictionẽ exercere dictos vi
carios generales de quib° differimus.

14 Inter quas ſententias ſic extremè
diſsidẽtes, vt facilius eruditus lector
iudicium facere poſsit, quædam ſunt
breuiter adnotanda, & animaduerto
ſecũdum ius cõmune, cõpetere Epiſ-
copis poteſtatem quandam ſimplici-
citer creandi huiuſmodi vicarios ge-
nerales, qui Epiſcoporum vices ge-
36 Infero deinceps ex superius resolutis, illa minimè procedere in vicarijs foraneis, qui in aliquibus partib' Diœcesis, ab Episcopis Archiepiscopis, alijsque Prælatis cõstitui solent, vt in hoc Archiepiscopatu Toletano vicarius *de Madrid, de Guadalajara, Talauera, Talamanca*, & similes, qui etsi quãtum ad illam partẽ generales appellari cõsueuerint, re vera non sunt ordinarij, sed delegati tantum, & cõstituti á Domino Cardinali Toletano, á quibus ad ipsum Illustrissimũ eiusque vicarios generales appellari potest, & appellatur quotidiè, quippè cum ipso idẽ Tribunal nullatenus faciũt, vt probat tex. iũcta glos. verb. *foraneo*, in d. clem. 2. & in d. c. Romana in prin. & in d. c. 2. de consuetudine in 6. dõcet cõmunis schola, quã retulit, & sequut' fuit insignis Couar. pract. c. 4. n. 8. sed illos dũtaxat vicarios priuatiuè ordinarios esse volumus, & nõ delegatos, qui generales sunt, & iurisdictionem habent per totam Diœcesim, suamque sedem cõstituũt, in ciuitate principali, vbi sedes Episcopalis, vel Archiepiscopalis collocata est, de quibus faciunt Rubricæ de officio vicarij, d. clem. 2. d. c. Romana. d. c. 1. de offic. vicarij in 6. & similia iura. Quamuis noster vicarius Complutẽsis, qui generalis est totius Diœcesis Archiepiscopalis, & Metropolitanus iudex, ex eo quod in hoc oppido Complutensi, ab antiquissimo tempore hominum memoriam excedente suam sedem habeat, extra ciuitatem Toletanam, non desinat esse generalis omnem iurisdictionem Archiepiscopalem exercens in tota hac Diœcesi. Nec refert quod in ciuitate Imperiali, vbi sita est Archiepiscopalis sedes non commoretur, sed Compluti resideat, consuetudinis enim, vsusque longæui tãta auctoritas est, vt (quod magis rapit in admirationem) effecerit, vt Archiepiscopus Compostellanus suum iudicem Metropolitanum Salmãticæ cõstituerit in aliena & extranea Diœcesi, aduersus notissimas iuris regulas dictantes nulli licere extra territoriũ ius dicere, & multo minus propriam Sedem, siuè Tribunal constituere: ita tamen vsu comparatum est, ob quasi immensam consuetudinis, & præscriptionis vim, atque potentiam, cui nefas videtur velle cõtradicere, postquam semel inoleuit.

37 Vnde fit vt in his quæ à dictis vicarijs generalibus (qui vt resoluimus ordinarij sunt) expediuntur per speciale cõmissionẽ Episcoporũ, vbi fuerit requisita, nõ cõstituant idẽ Tribunal cũ Episcopo, ac per cõsequẽs ab illis ad ipsũ appellatio detur, quia etsi verũ sit vicarios generales ordinarios esse, cãdẽ iurisdictionẽ cum suis Prælatis exercẽtes, in quãtũ proprio vi-

vicariatus munere funguntur, vt verò ex cõmiſsione ſpeciali procedũt, verè delegati ſunt, non iure proprio ſui officij, ſed alieno ius dicentes, ſicuti tradiderunt Pariſius conſ. 80. nu. 13. libr. 4. Franciſc. Marc. deciſ. 5. delphinal. num. 16. Ruſeus vbi ſupra, priuileg. 6. n. 2. verſ. *idem*, contra Rotã vltim. de offic. vicarij in antiquioribus, poſt Felin. in rubr. de offic. delegati, num. 4. & intendunt iura in d. c. Romana in princ. per argumentum à contrario, & in d. c. 2. de conſuetud. in 6. quorum auctoritate, ita decreuit Rota de offic. vicarij in nouis deciſ. 371. aliàs 7. qua ratione aliàs iudices ſindicatores Hiſpanè, *iuezes de reſidencia*, nuncupati, non habent iuriſdictionem aduerſus iudices ordinarios, in his negotijs, in quibus ex ſpeciali Senatus commiſsione proceſſerunt, quippè non ordinariam, ſed delegatam exercebant poteſtatem, & ita ſæpenumerò conſultus reſpondi.

38 Nec diuerſo iure cenſentur Apoſtolici Legati, qui re vera ordinarij ſunt, in his quæ faciunt iure ſuæ legationis, cum Prouintiarum ſibi cõmiſſarum (ad inſtar Proconſulum cæterorũque Præſidũ quib⁹ certæ ſunt decretæ Prouintiæ moderandæ) curam habeant, quos ius canonicũ ordinarios reputat, vt docuit Clemens IIII. cuius dictum refertur in c. 2. de offi. Legati in 6. Veruntamẽ ſi aliqua geſſerint negotia commiſsionẽ ſpecialẽ requirentia, quorum mentio fit in c. quod translationem, & in c. niſi de officio delegati, non ordinaria, ſed delegata iuriſdictione, eos vti credẽdum erit: vt docuit gloſ. vlt. in fin. in c. ex literis 39. de reſcript. gloſ. in caſus poſitione, in d. c. 2. de offic. leg. gloſ. per tex. ibi in c. hi qui 12. de præbend. quibus in locis communiter DD. traddunt, vt conſtat ex adductis per Petrum Dueñas reg. 241. limit. &

Inter quæ duo procedẽdi genera, notiſsimum quidem verſatur diſcrimẽ, cũ vbicũque, & quibus in caſibus dicti Apoſtolici legati, tanquã ordinarij procedunt ſuam exerceant iuriſdictionẽ, & nõ delegatam, teſte Boniface. VIII. in c. ſi Apoſtolicę Sedis 22. de præb. in 6. & in c. hi qui 12. eod. tit. quãdo verò ex delegatione, & ſpeciali cõmiſsione cvtẽtes, delegati ſint, non ſua, ſed aliena fungentes iuriſdictione, ex Baldo, & Angelo, & alijs, in l. ius ciuile, ff. de iuſt. & iure, Corraſ. n. 22. Croto n. 18. Alex. col. vlt. & noui oribus, in l. 1. §. ſi quis, ſimpliciter, ff. de verbor. docuitque tex. vbi glo. 2. communiter recepta in d. c. hi qui, & iubat tex. in l. 3. ff. de offic. eius.

39 Verum cum nihil hactenus dixerimus de illis vicariis, qui in plerisque Diœceſibus conſtitui ſolent ab Epiſcopis, ad ea præſtanda, quæ ad iuriſdictionẽ voluntariã ſpectant, vocarique cõſueuerunt in ſpiritualibus vicarij, vt in cõmiſsionibus cauſarũ Apoſtolicarũ, quæ vt moris eſt, referũtur officiali Epiſcopi, & eius in ſpiritualibus vicario, dicũturque (Prouiſores) operepretium erit breuiſsimè diſſerere, vtrũ hi ordinarij ſint an delegati, quã dubitationẽ à neminè cõtrouerſã vidi, quinimò ab omnibus frequẽter in eã ſentẽtiã itũ fuiſſe, vt dicti in ſpiritualibus vicarij, ſine dubio ordinarij ſint, & non delegati, ſic voluit Colmas vbi ſupra, in pragmat. ſanct. verb. *vicarium*, Petr. Rebuff. in praxi, tit. de vicarijs Epiſcop. quæſt. 14. num. 62. poſt Ioann. Andr. & communem ſcholam, in ca. pen. de offic. vicarij, facitque mirum in modum diſtinctio gloſæ, verb. *principalis*, ver. *etſi neuter*, in clement. 2. de reſcript. quæ videtur duos ordinarios conſtituere, ſcilicet iudicem ordinarium generalem ad negotia, & in ſpiritualibus vicarium de quo loquimur

iubantque ſupra dicta de iudicibus ordinarijs,& vicarijs generalibus Epiſcoporum, quæ procedunt vtique, duobus vicarijs generalibus exiſtentibus, æquè principalibus, vt in Burgenſibus Prouiſoribus, vbi duo generales vicarij â Dominis Archiepiſcopis ex conſuetudine creantur,& cõſtituuntur, ob magnam latitudinem innumerasque lites illius Archiepiſcopatus, quæ vel impoſsibile eſſet, vel ſaltem difficillimum ab vno ſolũ expediri, vterque ergo ordinarius eſt,æqueque principalis, cum ambo de cauſis cognoſcant per præuentionem ſine aliqua differẽtia. Huius autem vicarij generalis in ſpiritualibus voluntariam dumtaxat iuriſdictionẽ per totam Diæceſim exercentis, meminit text.in c.cum nullus,verſ. *Epiſcopo*, de temporibus ordinat.lib.6.

40 Et probatur ordinarios eſſe,& nõ delegatos,hos vicarios in ſpiritualibus,ratione non inefficaci, collecta ex vſu & ſtilo litterarum Apoſtolicarum,in quarum ſupraſcriptione, ſic habetur, *officiali Epiſcopi, & eius in ſpiritualibus vicario*, quaſi innuat, atque ſignificet,imò doceat manifeſtè talis ſupraſcriptio duos ordinarios eſſe in qualibet Diæceſi, vnum officialem Epiſcopi, alterũ vicariũ eius in ſpiritualibus: planum quippè eſt, quod tales litteræ ſolum diriguntur ordinarijs, & non delegatis iudicibus: dicti ergo in ſpiritualibus vicarij ordinarij ſunt, & non delegati, quæ doctrina ſic praxi recepta eſt, vt nullus vnquam (quem legerim) de eius veritate dubitauerit.

41 Planè apud me (qui omnium minimus ſum) ſemper dubia fuit, atque difficilis prædicta ſententia, etſi communi interpretum calculo, & auctoritate munita, nec ſatis ſtatuere poſſum, cum dictorũ vicariorum in ſpiritualibus iuriſdictio, officio, ſeu titulo vicariatus non cohæreat, quin potius tota â commiſsione, ſiuè delegatione ipſius Epiſcopi pendeat, & deriuetur, inſuper cum eorum poteſtas generalis non ſit, nec ſimpliciter ad omnia & ſingula, ſed ad certa & præfinita negotia, qui fieri poſsit, vt tales in ſpiritualibus vicarij delegati non ſint: quare in puncto iuris crederem certè, verius eſſe, eos non eſſe ordinarios, ſed verè delegatos iudices, ex commiſsione Epiſcoporum iudicantes, quamuis in iudicando & conſulendo, propter interpretum, & communis ſcholæ ſummam auctoritatẽ, à praxi communi non ſit diſcedendũ, quoties ocaſio ſe ſe obtulerit, de his vicarijs in ſpiritualibus tractandi.

42 Quod ſi doctus & ingenioſus lector, hanc aſſertionem noſtrã maluerit amplecti, ſuperiori conſiderationi, de ſupraſcriptione litterarum Apoſtolicarum, non erit difficile reſpondere. etenim illis verbis, *officiali* verbi gratia, *Tellerano & eius in ſpiritualibus vicario*, non duo iudices, ſed vnus ſub duobus nominibus ſinonimis exprimitur, & declaratur: quaſi ordinarij Epiſcoporum, modo vicarij generales, nunc officiales, aliquãdo in ſpiritualibus vicarij nuncupentur, prout cuiuſque regionis tulerit ſtillus, iuxta tradita per Mandoſ.regu.14.quæſt.6.num.8. Menoch. cõſ. 51.num.38. poſt Barbat.in dict.clem. 2.num.3. probatque tex.in cap.fi. de offic.vicarij in 6. ibi, *officialis, & vicarius generalis Epiſcopi*, ad quem diuerſum modum in diuerſis regionibus appellandi uicarios generales Epiſcoporum, referunt ſe Apoſtolicæ litteræ quãdo officiali, ſeu eius in ſpiritualibus vicario dirigũtur, nõ vt duobus iudicibus ordinarijs, ſed vt vnĩ vicario generali, duobus nominibus nuncupato, ſcilicet *officialis*, & *in ſpiritualibus vicarius* non duabus perſonis,

ſonis,ſed vnicæ tantum.

43 Quæ vt facilius percipiãtur,& veritas mẽtis noſtræ in hac parte clarior appareat, conſtituendum eſt diſcrimen cum Guillelmo in clem.1.de offic. vicarij, quem refert Federic. de Senis,conſ.302. incipit *Reuerende Pater* inter ea,quæ ſunt gratiæ, & iuſtitiæ,& iuriſdictionis voluntariæ:officiales enim,ſeu vicarij generales ordinarij ex officio, & titulo ſui vicariatus,non habent poteſtatem circa actus ſpirituales extraiuditiales, qui pertinent ad Epiſcopum, vel ad eius in ſpiritualibus vicarium.Nec placet Federici de Senis vbi proximè ſentẽtia exiſtimantis, quod quando Epiſcopus vnicum vicarium conſtituit, transfert in eum omnem poteſtatem ſpectãtem ad officialem generalem, & ad vicarium in ſpiritualibus : quis enim inficiari poteſt, requiri expreſſam Epiſcopi comminiſionem,vt circa ſpiritualia quoque,& extraiuditialia tranſmittatur poteſtas, ſecundum Bonifacij VIII. doctrinam,in c. licet de offic. vicarij in 6. etſi rectè gloſ. ibidem voluerit,quod expreſsis aliquibus caſibus, ex requirentibus ſpeciale mandatum, cætera omnia ſub generali clauſula comprehendantur:facienda ĩgitur differentia eſt, inter iuriſdictionem, circa actus ſpirituales extraiudiciales, & ad negotia in Tribunalibus emergentia,adeovt poteſtas data in negotijs ſpiritualibus gratiæ,cum non competat ex officio,delegata ſit,& nõ ordinaria, ad iuditia verò ordinaria ſit(vt reſoluimus)& non delegata.

44 Qua conſideratione retenta cogor aſſerere vnum notandum in praxi,vt quotieſcũque Epiſcopi,Archiepiſcopi,& alij Primates,ſua dirigunt decreta, vt eorum generales vicarij, nonnulla faciant,quæ aliàs abſque tali decreto, & ſine commiſsione ſpeciali facere non poſſent,vt contingere ſolet ad remittendas ex cauſa publicas denũtiationes,dicti vicarij generales in his, & ſimilibus cauſis nõ ordinariam, ſed delegatam iuriſdictionem exercere cenſendi ſint: quippe poteſtate non ex officio vicariatus,ſed ex delegatione Epiſcopi ſibi competenti,perſpicuè funguntur: Ꝙ fundamentum cum proximè dictis, efficax quidem eſt, ad hanc noſtram ſententiam comprobandam, quam in rigore diſputationis veriorem exiſtimamus:& vtilis erit tum ad variorum iurium intelligentiam, tum etiã ad plures practicabiles effectus,quos diuidere opportunum erit, etiamſi ab vno ſolum vicario generali expediãtur, qui quidem illa quę ad ipſum pertinuerint vt vicariũ,ex officio vicariatus,præſtabit vt ordinarius, alia verò,quæ ex ſpeciali commiſsione, vt ipſius Epiſcopi delegatus,&in his poterit eſſe recurſus ad Epiſcopum, tanquam ad delegantem, in alijs verò minimè,in quibus Epiſcopi & vicarij generalis vnum & idem Tribunal eſt,ac per conſequẽs prouocatio ceſſat per ſupradicta.

45 Denique ad extremum huius controuerſiæ inſertur reſolutio,ad dubitationem celebrem,pariter & difficilem de viris conſularibus, quos non tantum ampliſsimi muneris illuſtrat adminiſtratio, verum, & Pontificiæ pietatis,ſæpenumerò ſublimauit oratio(clariſsimos Dominos,ac præſtantiſsimos Rotę Auditores intelligo) vtrum illorum ſacroſancta poteſtas,& iuriſdictio,competat illis immediatè ratione officij, eidemvè cohæreat, anverò ſolum per illud deſignentur, & deputentur ad futuras commiſsiones,per quas immediatè iuriſdictionem recipiant,quod eſt quærere ſintnè iudices ordinarij poteſtate, & iuriſdictione vtentes, quæ ab officio

proueniat, an verò delegati quaſi ex deputatione commiſsioneque Pontificia immediatè procedant, ita vt ſine illa, nec cognoſcere, nec decidere negotia valeant.

46 In qua difficultate acutiſsimi ingenij vir, Bald. Peruſin. in l. vltim. C. vbi Senatores, vel clariſsimi, quē ſequuti ſunt ipſimet Domini Auditores de Rota deciſ. 13. de reſcript. aliás 362. in nouis, poſt gloſ. 2. in fin. in cap. 2. de ſentent. excommunic. in 6. in ea fuerunt ſententia, vt exiſtimarent Dominis Auditoribus competere iuriſdictionem ex officio ſuo, ratione cuius cognoſcunt, ac decidūt negotia: ſubiungentes, per commiſſiones quibus illis cauſæ demandantur, non concedi poteſtatem immediatè, quæ (vt comminiſcuntur) competit ex officio, ſed fieri dumtaxat negotiorum quandam diſtributionem, vt facilius terminari definiriq; poſsint, quam curæ ſeu laboris partitionem appellauit idem Bald. dict. loco, ſicut quando diſtribuitur officium inter tutores teſtamentarios, nam licet iudex diſtribuat, non ſunt, propterea datiui, ſed teſtamentarij, vt ff. de adminiſtr. tutor. l. inter tutores (quæ ſunt eiuſdem Baldi verba.)

47 Verum nullum certè efficax fundamentum ſuæ ſententiæ adducunt, contenti ſolutione aſsignata difficultati ortę ex manifeſtis commiſsionibus, quarum virtute Domini Auditores audiunt, atque cognoſcunt, cum reſpondent, re verà delegationes non eſſe, ſed quaſdam cauſarum partitiones: cui argumento ſi prædictos Patres, non ſatisfeciſſe inferius demonſtrauerimus, efficiemus profecto, vt & ipſorum tradditio deficiat, & veritas oppoſitæ ſententiæ quam amplexuri ſumus, clarius appareat.

48 Verius igitur eſt, ac iuris regulis magis conſonum, ſapientiſsimos Rotæ Auditores, qui in Romana Curia ad definiēda negotia deſignātur ordinarios nō eſſe, ſed delegatos iudices: quippè qui ſine dubio iuriſdictionem ſortiuntur immediatè ab ſpeciali commiſsione, per quam demandātur cauſæ, & ſine qua, nec cognoſcere de eis, neque ipſas cauſas decidere poſſunt, vt manifeſtū eſt, ipſaque experientia docemur: nullus enim affirmare audebit, non requiri commiſsionem, aut ipſos Auditores cognoſcere, ſeu definire poſſe aliquid, abſque tali commiſsione, ſolumque controuerſia eſt, inter vnam & alterā opinionem, competat ne iuriſdictio Dominis de Rota, immediatè ex officio, vel ex commiſsione, quam nos affirmamus ex commiſsione competere, alij verò ad ipſos Auditores ex officio pertinere contendunt.

49 Quorum doctrinā veram non eſſe probatur ex eo, quod nec verum ſit, neque aliquo iure fundatum, commiſsiones illas, quarum virtute Auditores cognoſcunt, eſſe cauſarū diſtributiones, quinimò contrarium deducitur, quia non emanant à miniſtris deputatis ad diſtribuendum, nec ſunt in forma diſtributionis, ſed potius à ſuperioribus, quorum munus eſt ex vſu & conſuetudine Romanæ Curiæ, cauſas committere, & quod magis eſt tales cōmiſsiones fieri deque ſolent, & dantur ſub propria vſitata atque recepta commiſsionum forma, per illa verba, *audiat cognoſcat talis auditor &c.* vndè ſuadetur perſpicuè, commiſsiones prædictas, non diſtributiones cauſarum, ſed veras delegationes eſſe, omninò neceſſarias, tam ad cognoſcēdum, quam ad decidendum, & ſine quibus, neque cognoſcere, neque quidquam decidere valent vllo modo: ſicque quod Domini Auditores delegati ſint, nō

ordinarij, tenuit excellentis ingenij vir Andr. Alciatus in rubr. de offic. ordin. num. 20. poſt Andr. Sicul. Barbat. ibidem col. 3. Ioann. de Immola num. 15. & communem ſcholam: Cardin. quæſt. 2. in clem. auditor. de reſcript. & gloſ. 1. ibi ad fin. verſ. *nullus habet ordinariam*, imò ſi recte percipias mentem gloſ. 2. in fin. in c. 2. de ſent. excommun. in 6. pro hac ſententia videtur ſtare, cum tandem ſe retulerit ad d. gloſ. 1. clementinæ auditor, quæ conſtanter hanc ſecundam tuetur ſententiam.

50 Tamen Sebaſtianus Bãtius in tract. de nullitatibus, tit. ex defectu iuriſdictionis ordinariæ n. 17. facilè ſe hanc difficultatem diluiſſe exiſtimauit, aſſerens neminem eſſe, qui neſciat Dominos Auditores Rotæ in cauſis quæ ſibi in vim ſpecialium reſcriptorũ Sanctiſsimi Domini Papæ, quotidiè quaſi per viã diſtributionis committuntur, in cognoſcendo ordinarios, & in decidendo delegatos reputari, pro qua diſtinctione allegat quaſdam eiuſdem Rotæ deciſiones ſubiungens ex AEgidio, & Ludouico Gomezio, quos refert eoſdẽ Auditores Romanam Curiam pro territorio habere. Quam diſtinctionem vt in cognoſcendo ordinarij ſint, delegati in decidendo, tenuit Felin. in rubr. de offic. delegati, poſt Speculatorem in tit. de iudice delegato, §. *itẽ nec*, verſ. *itẽ nõ obſtat*, eũdẽ in tit. de offic. ordinarij, §. 1. appellauit communem Ludouicus Gometius in c. 2. de iudic. in 6. num. 38. idem in cap. 2. de reſcript. eod. lib. num. 39. ſicque diſtinguere ſolent communiter Doctores teſte Felino in rubr. de offic. ordin. num. 4. verſ. *quero vtrum*.

51 Mihi vero placere nunquam potuit prædicta diſtinctio, quandoquidem, nec reddi, nec excogitari valet congrua diſcriminis ratio, quare in cognitione ordinarij ſint, in deciſione autẽ delegati: & inſuper quia certo certius eſt, Auditores neceſſe habere expreſſa commiſsione, tã ad cognoſcendum, quam ad decidendum, omnis ſiquidem eorum iuriſdictio, ſiuè quando cognoſcunt, ſiuè quando decidunt, immediatè â dicta commiſsione proficiſcitur, ſine qua nihil expedire poſsũt: igitur & quando de cauſis cognoſcunt, pariter & quando illas decidũt, atque definiũt, delegati ſunt, & non ordinarij, quorum poteſtas, ſeu iudicandi facultas officio auditoratus non coheret, per quod vt diximus ſolum deputantur ad futuras commiſsiones, per quas immediatè iuriſdictionem recipiũt, ſic denotauit verbum, *deputatus*, de quo in dict. clem. auditor quod meram quandam deſignationem preſefert, nec actualem iuriſdictionẽ officio cohærentem deſignat, ad ſimilitudinem Auditoris legati Apoſtolici, cuius electio ad officiũ, nihil aliud eſt, quam deſignatio quædam ad futuras delegationes, per ipſummet nũtium Apoſtolicum poſtea faciendas, à quibus delegationibus dictus Auditor immediatè iuriſdictionem ſortitur, quam nullam habet ex officio, neque ex eo ſolum, quod in auditorem electus ſit, niſi ſubſequãtur commiſsiones, & delegationes Legati Apoſtolici.

52 Ex quibus infertur non in elegans declaratio ad decretum Tridentini ſeſ. 25. cap. 10. de reformat. vbi quia ob malitioſam pertentium ſuggeſtionem, & quandoque ob locorum longinquitatem, perſonarũ notitia, (quibus cauſæ demandarẽtur) vſque adeò haberi non poterat, indeque interdum iudicibus, non vndequaque idoneis cauſæ in his partibus delegabantur: ſtatuit ſancta Synodus in ſingulis Concilijs Prouintialibus, aut

Dix-

Diœceſanis perſonas aliquot, quæ qualitates habeant,iuxta text.in cap. ſtatutum de reſcript.in 6.& ad id aptæ ſint,fore deſignandas , & deputandas,quibus præter locorum ordinarios committi etiam poſsint cauſæ eccleſiaſticæ,ac ſpirituales , & ad forum eccleſiaſticum pertinentes,& ita factum eſt,& exequutioni mandatum,dictæque perſonæ, ſic deputatæ ad dictas delegationes ſuſcipiendas appellantur iudices Synodales,quos ſimul, & ordinarios admonet Conciliũ, vt terminandis cauſis, quanta fieri poterit breuitate ſtudeãt,vt melius litigatorum artibus in differẽdis negotijs ocurratur.

53 Quem Tridentini locum, ſic demum ex præfata reſolutione interpretor,vt dignitates, & Canonici à Synodo Prouintiali, vel Diœceſana deputati ad futuras cognitiones, ex tali delegatione , aut deſignatione nullam iuriſdictionem conſequantur,quam habebũt poſtea ex commiſsionibus à Nũtio Apoſtolico, vel à Pontifice Maximo ad ipſos Synodales directis,qui licet antequam commiſsiones recipiãt, vulgò iudices Synodales nuncupentur,re vera ex ſola deputatione iuriſdictionem non habent,niſi ex eiſdem litteris Apoſtolicis, ſemel acceptatis proueniat, quippè vt ſupra reſoluimus in his, & ſimilibus tota poteſtas, & iuriſdictio immediatè à commiſsione proficiſcitur,quæ nullatenus officio cohæret, neque competit ratione illius , ſed virtute litterarum.

54 Bulla autẽ illa,cuius meminit Archidiaconus in cap. experientiæ 11. quæ ſt,1.vbi dicit Bonifacium Octauum Pontificem Maximum inter locutum fuiſſe, quod in Curia nullus habeat ordinariam niſi Papa, impedimento eſſe non poteſt ſuperiori reſolutioni,cum quia de illa non conſtat,tum etiam, quia ipſemet Archidiaconus proponit,non emanaſſe in forma iuris,ſed per modum interlocuutionis,ac perconſequens vim legis habere non poteſt.

55 Vndè Bulla Bonifacij (quæ non apparet)non obſtante,Gofredus, & Hoſtienſis in ſummá de officio ordinarij in princip. quos ſequitur gloſ. verb. *auditor*, in dict.clem. 3. de reſcript. per contrarium, tamquã ſine controuerſia traddiderunt, Auditores contradictarum nec non, & Auditores Cameræ Apoſtolicæ ordinarios eſſe,vt præfatos Patres ſequuti voluerunt etiam Octauian. de ſtylo Curiæ,lib.2.cap.1.Mandoſ.regu.31. Chancelleriæ,quæſt.4.nume.6. poſt gloſam & communem interpretum ſcholam, in clem. ne Romani, §. 1. verb. *explicare*, vicarius etiam vrbis cuius meminit Innocent.III. in cap. ſua nobis pen.de offic. vicarij, dicẽs eius iuriſdictionem extra vrbem nõ extendi, niſi ex ſpeciali cõmiſsione, ordinarius eſt,& non delegatus , ſicut & plerique alij Magiſtratus in Romana Curia commorantes, ea efficaci ratione,quia omnibus his immediatè ratione officij competit iuriſdictio,non per ſpeciale aliquã commiſsionem,ſed muneri ſibi iniuncto cohærens, vt adnotarunt dictæ gloſſæ & Doctores proximè relati,vt regula ſit certiſsima ad dignoſcendam iuriſdictionem ordinariam,quod officio cohæreat, competatque ratione illius,delegatam verò, quod deficendat,atque proueniat ex cõmiſsione,ſeu delegatione,iuxta ſupra á nobis reſoluta.

Sum-

Summaria ad Controuerſiam 27.

1 *Magiſtratus inferiores indubitatũ eſt, edere poſſe ſtatuta non duratura, vltra tempora ſui officij.*

2 *Intelligitur tex. in l. 1. verſ. qui magiſtratum. ff. quodquiſque iuris.*

3 *Talia Prætorum ſtatuta re vera leges non ſunt, ſed quædam proclamata, ſi nè præcepta.*

4 *Proponitur & diluitur obiectio contrà ſuperiorem doctrinam.*

5 *Leges generales ab inferioribus magiſtratibus edi non poſſunt.*

6 *De Ducibus, Marchionibus, Cõmitibus, & alijs oppidorum dominis Præfectis prætorio Legatis delatere, & ſimilibus, an leges condere poſſint dubitati, ac controuerſi iuris eſt.*

7 *Duces & Cõmites prædicti, poſſunt, & poterunt condere ſtatuta natura ſua perpetua.*

8 *Præcedens concluſio non procedit in legibus derogatorijs aliarum legum, quas nullus inferior á Principe edere poterit.*

9 *Probatur efficaciter ſuperior concluſio, quod leges generales facere poſſint in toto orbe duraturas.*

10 *Explicatur qua ratione Prætorũ edicta, quædam perpetua fuerint quædã temporalia.*

11 *Magiſtratus ſiuè perpetui, ſiuè temporales, intra tempora ſuorum officiorum leges facere poſſunt, quæ ordinentur ad ſuam profeßionem, dummodo in illis ferendis ſuæ poteſtatis limites non excedant.*

12 *Dubia eſt Bartoli ſententia aßerentis edicta Prætorum veras & proprias leges eſſe.*

13 *Edicta Prætorum ex temporalibus perpetua facta fuerunt.*

14 *Edicta Prætorum, poſtquam perpetua facta ſunt veræ fuerunt leges.*

15 *Cauſa ob quam ius á Prætore introductum honorarium dictum fuit.*

16 *Intelligitur text. in l. vltim. C. de legibus, dum ferendarum legum authoritatẽ, dixit eſſe de reſeruatis Principi.*

17 *Liberum eſt Pontificibus Romanis, vbi opus fuerit poteſtatem temporalem reaſumere, & reducere illam de potentia ad actum.*

CONTROVERSIA 27.

Vtrum magiſtratus inferiores, & quiuis alij ad certa communitatum munera deputati, poſsint leges ferre, aut condere ſtatuta duratura quouſque reuocentur: & quid de Ducibus Comitibus, Marchionibus, & alijs opidorum Dominis.

1 DE his iudicibus inferioribus, quorum in huius ſecundi libri non breui diſcurſu, longam mentionẽ fecimus, ſcire adhuc reſtat, vtrum ipſorum facultas, atque poteſtas, extendatur vſque ad ferendas leges, condendaque ſtatuta, quæ duratura ſint, vſque ad reuocationẽ: nam

nam ſi duratura non eſſent,vltra tem pora ad gerendum magiſtratum præfinita,indubitati iuris eſt, eos in his quæ ad ſuum ſpectauerint offi-cium,conſtitutiones edere poſſe,le-gesque ſancire, vt voluerunt Barto. & omnes, in l.omnes populi,ff.de iu ſtit.& iure, Paul. Caſtren. poſt Bar-to. & communẽ ſcholâ legiſtarum in l.1.ff. quod quiſque iuris. Poteſt enim quilibet magiſtratus leges con dere, licet non generales ſaltem ſpe ciales, iuxta §. ſed ius Inſtit. de iure naturli,& l.1.C.de longa conſuetu-dine, quas leges dum ipſi magiſtra-tus faciunt, ipſe Princeps facere vi-detur, ex l.1.in princ.colum.3.C.de veteri iure enucleando : id autem quod dici ſolet veriſsimumque eſt, ſoli Principi licere conſtitutiones fa cere, ſiuè leges ferre, Reipublicæ ſa-lutares,intelligi debet,de legibus ge neralibus, quarum mentio habetur, tam in l.2.quam in l.fi.C. de legibus & conſtit.Princip.

2 Nec mihi vnquam placere potuit illorũ exiſtimatio,rem hãc aliter in-telligentium,dicentes Vlpian. I. C. in d.l.1.verſ. *qui magiſtratum*, ff. quod quiſque iuris, dũ ſupponit, viros cla riſsimos regentes Prouintias, poſſe noua iura ſtatuere,&ſimilia iura gloſ ſarum & interpretum dicta idem aſ-ſerentia,intelligenda fore, ſecũdum antiqua tempora, antequam omne ius eſſet à Populo in Principem trãſ latum, vt cõminiſcitur gloſ. d. verſ. *qui magiſtratum*,ſemper(inquã) mihi diſplicuit:quippè deciſsiones prædi-ctæ procedunt vtique ante,& poſt ta lem Imperij translationem, cum lo-quantur de ſpecialibus ſtatutis, quæ ſinedubio etiam hodie edi poſſunt, atque conſtitui, ab ipſis magiſtrati-bus, alijsque perſonis communita-tum curam habentibus,etiam in cõ-ſulto Principe ſuperiorem non re-cognoſcente: vndè hæc noſtra con-trouerſia ſolum verſatur circa leges generales, vniuerſalesque conſtitu-tiones, vtrum ab alio præter quam ab ipſo Principe edi poſsint nec ne.

3 Nec ſtatim in limine mireris, tan tam magiſtratibus inferioribus tri-bui poteſtatem, vt eos ſpeciales le-ges, ſiuè temporales, condere poſſe dixerimus:etenim ſi verum amamus, ſimpliciter,&abſolutè leges nõ ſunt, eum minimè durent,quouſque reuo centur,ſed per tempus officij,aut mu neris publici,neque generaliter ferã tur,ſed ſolum circa ſpectantia ad mu mus quod exercẽt. Ad quas leges re ducẽda eſt,Vlpiani traditio in d. l. 1. ſupponẽtis,quẽlibet magiſtratũ poſ-ſe ſtatuere:imò dictę leges tempora-les,quędã dumtaxat proclamata,ſiuè pręcepta ſunt,â Prętoribus edi,& pu blicari cõſueta,ſiuè per certum, ſiuè per omne tẽpus ſui officij, & nõ am-plius duratura,quæ 9 ab inferiorib9 edi poſsint,atq; cõſtitui,nulla profe cto iniuria ſupremo Principi inferã tur,quin potius magnopere eius ad-iubatur iuriſdictio.

4 Quod ſi obijcias adhucvideri,penes prædictos magiſtrat9 facultatẽ nõ eſ-ſe,tales leges cõdẽdi,quidquid tẽpo rales ſint,& per ſolũ tẽpus officij du raturæ,quãdoquidẽ per illas procul-dubio ordinãtur ſubditi in cõmunẽ bonũ,hoc autẽ quod eſt ſubditos in bonũ communitatis ordinare,ſolius Principis ſit:facilè ocurritur,ſi expẽ das, ordinationẽ ſubditorũ in bonũ cõmune bipartitò cerni,vel enim or dinãtur ſimpliciter & perpetuo, vel ſecundũ quid,& ad limitatũ præfini-tũque tẽporis ſpatiũ : planè ordina-tiones illæ quæ ſimpliciter fiunt, in vniuerſum & perpetuo,ad ſolũ Prin-cipẽ ſupremũ ſpectãt, quæ verò ſecũ dũ quid,& cũ tẽporis limitatione, ac præfinitione ſubditos dirigũt in bo-

num

nũ cõmunitatis ad inferiores, etiam magiſtratus pertinent,& priores qui dé verè,& propriè leges ſunt, poſteriores vero nõ ita,ſed præcepta quędã,ſiuè proclamata,vt prædiximus.

3 Quibus ita conſtitutis, quantum ad leges generales attinet, expeditũ videtur,eas ab inferioribus magiſtratibus ferri non poſſe, cum poteſtas condendi leges,ſit de reſeruatis Principi,l.vltim.C.de legib. ac per conſequens non extendi,ſed reſtringi debeat,quatenus expreſſè facta reperiatur,iuxta reg.text. in c.fin.de officio vicarij,& nullibi reperiatur talis inferioribus cõceſſa facultas, quã nemini cõpetere,niſi ſupremis Principib⁹ ſatis ſuperq; in ſuperiorib⁹ dictũ eſt.

5 Sed an in Ducibus,Marchionibus, Comitibus,& alijs opidorum Dominis, nec non maioribus magiſtratibus,putá præfectis Prætorio Legatis delatere,& ſimilibus,idem ius ſit,valdè controuerti ſolet inter Doctores, multis nihilominus aſſerentibus,dictos magiſtratus,veras leges condere poſſe,vt docuit Bart.& poſt eũ Paul. Caſtrenſ.& cõmunis ſchola in l.1.in prin.ff.quodquiſque iuris,idẽ Bart.in d.l.omnes Populi.ff.de iuſtic.& iure, vbi DD. communiter Ioann. Crot. ibidem nu.32.adducti ex Pontificio reſponſo in cap.fin. de offic. lega. & ex text. in l. formam, C. de officio præfecti Prætorio, & in l. apertiſſimi,ibi,*cum etiam ex generalibus formis*, C.de iudic. alijs verò cõtrarium exiſtimantibus,ſcilicet,neque dictos magiſtratus maiores, Duces, Marchiones,& ſimiles,leges ferre poſſe: exẽplo Prætorum, qui ſicuti libenter agnouit Barto.in dict.l.omnes Populi, num.8.poſt gloſ.in rub.r. ff. de offic. Prætoris, & poſt eos Albarus Baez. in l.Imperium, ff. de iuriſdict. omn. iudic. numero 107. & re ipſa compertum eſt: olim erant de magiſtratibus maioribus, quos non potuiſſe rogare leges, aut ſtatuta facere, ex eo manifeſtum eſt, quia eorum edicta vltra tempus ſui magiſtratus minimè durabant, vt plenè tradiderunt ita tenentes Franciſc.Conan.libr. 1. comment.cap.15. Hieronymus Cagnol.in l.2.nu.48.ff. de orig. iuris, ex Marco Tullio Oratorũ Principe 3. contra Caium Verrem peſtilentiſſimum hominem, qui dum contendit Prætorum edicta, generales leges non eſſe, in hæc aptiſſima verba prorupit,*qui plurimum*, (inquit eloquentiæ parens) *tribunos Prætores edicto legem annuam dicunt eſſe*, tales ergo magiſtratus, ſiuè Domini, inferiores à Principe, vtrum leges condere poſſint dubitati,ac controuerſi iuris eſt.

7 Pro cuius reſolutione duæ propoſitiones conſtituendæ ſunt, quibus principali noſtræ quæſtioni reſpondebimus, prior ſic ſe habet: Duces, Marchiones,Barones, Comites alijque maiores magiſtratus, vt ſunt Legati delatere, Præfecti Prætorio Præſides Prouintiarũ, Epiſcopi,Archiepiſcopi, & ſimiles maiores magiſtratus,tam eccleſiaſtici, quam læculares,ſeu tẽporales Domini,rectè poſſunt,& poterũt cõdere leges,& ſtatuta facere,quæ ſecũdũ ſuã naturã perpetua ſint, vt probant iura ſaltim de Præfectis Prætorio,& Legatis delatere,in d.c.vltim.de offic.leg.& in d.l. apertiſſimi,C.de iudic.

8 Vbi antequam rationem fundamentalem dictæ concluſionis ſtatuamus, aduertè,controuerſiam noſtrã nõ eſſe, de legibus derogatorijs aliarum conſtitutionum, quas edere nõ poſſe prædictos magiſtratus, Duces,& Marchiones,& alios ſimiles exploratiſſimum quidẽ eſt, cũ conſtet inter omnes inferiores à Principe, cuiuſcũque cõditionis perſonæ ſint, non

non posse statuta facere, contra leges superiorũ,argumento.c. cũ inferior de maiorit. & obedien. resoluũt Menchaca de succes.creatione, §.6. à nu.5.Nuñez de Abendaño de exequend.mand.reg.c.5.n.6.

9 Quo sic animaduerso (ne excideret è memoria) sic vrgenti ratione prædicta conclusio probatur, potestas enim statuendi, regulariter á iurisdictione proficiscitur,vt si iurisdictio perpetua fuerit competens ratione proprij officij,liberum sit illam habenti,leges condere,sua natura perpetuas,duraturasque, ad reuocationẽ vsque,sed sic est, quod Episcopi, Archiepiscopi, Duces, Marchiones, Comites,& similes,iurisdictionẽ habẽt natura sua perpetuã, iuxta ingeniũ,& cõditionem officij,quod exercẽt,in personis eorum sua natura perpetui,ergo leges,seu statuta Episcoporum,Archiepiscoporum,Ducum, & similium,manebunt perpetua, ac per consequens,Præsules, & Domini prædicti,rectè condere poterunt generales leges, natura sua perpetuas,& duraturas, vsque ad reuocationem: maior dictæ argumentationis,id est statuendi potestatem à iurisdictione proficisci, de iure canonico probatur ex tex.in c.vlt.de rebus ecclesiæ,c.ecclesia 10. de constit. de iure ciuili, argumento l. nulli 10. C. de sent.& interloquution. omni. iudic.probat eleganter Riciardus in d. §.quos autẽ,n.40. vsqueadeò, vt Andr.Alciat.lib.2.Paradox.c.9.post Salicet.in d.l.formam,contendat,Præfectos Prætorio, legem generalem facere potuisse in toto orbe valituram,vel ad minus inter proprios subditos obseruandam,sic docuit glossa communiter recepta,d.verb. *qui magistratum*,in l.1.ff.quod quisque iuris, quam sequitur receptamque fatetur Hieronym.Cagnol.in l.Imperiũ,nu. 277.ff.de iurisdict. minor autem hoc est, Episcopos, Archiepiscopos, & alios tẽporales Dominos,habere iurisdictionem perpetuam, ex proprio officio illis competentem, facile ostenditur,ex tradit. per Riciardũ vbi proximè Couar.pract.c.9.n.7.Federic.de Senis cons.16.incipit *capitulum rec lesiæ Cathedralis*,col.2. igitur rectè procedit argumẽtũ, & consequẽtia.

10 Circa Prætorum autem edicta illud aduertè,qua ratione quædã perpetua fuerint, quędam verò temporalia,& rursus perpetua bipartitò cernerentur,alia scilicet,quæ ædiles,Cẽsores,Tribuni,Prætores, se seruaturos perpetuo, id est omni magistratus sui tempore (qui per annũ durabat) proponebant,ex eoque perpetua vocabantur: qua ratione intelligiturlocus Vlpiani in l. si quis, id.q. 7.ff.de iurisdictione omni. iudic.ibi *si quis id quod iurisdictionis perpetuæ causa,non quidem, prout res incidit in album vel in Charta,vel alia materia propositum erit, dolo malo corruperit,detur in eum quingentorum aureorum iudicium*, vbi animaduersione dignum est, vocasse Vlpianum iurisdictionem perpetuam,edictum perpetuum,quod Prætores proponebant sui magistratus initio, vt omnes & singuli scirent, atque cognoscerent, quoquo modo in omnibus causis,& personis ius dicturus esset, quousque eo fungeretur. Alia verò vocabantur edicta perpetua prouintialia,quæ scilicet Proconsules,vel Proprætores in Prouintijs sibi Decretis edicebant. Alia erant edicta temporalia, quæ causa alicuius certi negotij de nouo emersi proponebãtur,quale fuit edictũ illud aptissimè repentinũ appellatũ à Marco Tullio Cicerone,action.1.in Caiũ Verrẽ, *ne quis frumentum ex area tolleret*, cuius etiã meminit Vlpianus in d. l.si quis id quod, vbi manifestũ

dis-

diſtrimen cõſtituit inter perpetuum, id eſt annuũ, & tẽporale, id eſt illud quod in negotio incidenti proponebatur, quorũ edictorũ differentias diuerſaq; tẽpora, & nõnulla notabilia eruditè ex antiquitate petita adduxit acutiſsimi ingenij adoleſcens Dominus Ferdin. de Mendoza, diſput. iuris ciuilis lib. 1. c. 2. per totũ, quo libẽter lectorẽ remittimus. Habemus ergo ex dictis omnes, & ſingulos Rectores cõmunitatũ, qui præſunt Prouintijs, veluti Proreges Terrarũ Dños, Legatos Apoſtolicos, Epiſcopos, Archiepiſcopos, & ſimiles ſine dubio poſſe veras leges ferre, quę ſcilicet vltra tẽpus ſuorũ officiorũ duraturæ ſint: in quibus terminis accipieda ſunt iura pro hac parte ſuperius citata, præſertim. d. c. vlt. de officio Legati.

11 Sit ſecunda cõcluſio quęſtioni noſtræ principali ſatisfactoria, quæ procedit ſine vlla cõtrouerſia nõ habita diſtinctione, quod præfati Magiſtratus perpetui ſint, aut tẽporales: illud certũ & indubitatũ eſt, quod intra tẽpora ſuorũ officiorũ leges facere poſſunt, quæ ordinẽtur ad ſuã profeſsionem, id eſt ad exercitiũ munerũ quibus funguntur, dummodo in his ferendis legibus ſuæ poteſtatis limites nõ excedant. Quam concluſionem in his terminis reſoluit Dũs Ferdin. de Menchaca in præfat. de ſucceſsio. progreſſu. n. 166. nec difficilè cõprobabitur ex ſupra reſolutis, & vlterius ratione, ſic eã oſtendo: vt enim optimè adnotarũt Bart. in d. l. omnes populi. n. 8. Paul. Caſtrenſ. n. 5. Iaſ. n. 43. & cõmunis ſchola ibidẽ, idẽ Bart. in d. l. 1. ff. quodquiſque iuris, n. 1. Paul. de Caſtro num. 8. & omnes cõmuniter interpretes relati, atque laudati à Ruciardo in d. §. quos autem, n. 31. & in ſe veriſsimum eſt, omnes Magiſtratus, ſiue de perpetuis, ſiue de tẽporalibus loquamur vices gerũt cõmunitatis, cuius gubernacula tractant: igitur in his reb⁹ in quib⁹ vices Reipublicę gerũt, & in ordine admunus, q̃ exercent, propriáq; quã ſubſtinẽt profeſsionẽ leges cõdere poſſunt duraturas, adminus intra tẽpora ſuorũ Magiſtratuũ, ſiue officiorũ, vt nõ obſcurè denotauit. I. C. in d. l. 1. in princ. ff. quodquiſq; iuris ibi, *ſi quid in aliquem ſtatuit, &c.* cũ iuribus ſimilibus, & vltra à nobis adducta initio præſentis diſputationis, vbi dixim⁹ omnes & ſingulos Magiſtratus, & ſi nõ generales, ſpeciales ſaltẽ conſtitutiones facere poſſe, eãdẽ propoſitionẽ, atq; doctrinã magis probant text. in l. 1. & 2. ff. de decretis ab ordine faciẽdis, quib⁹ iuribus ſtatutũ eſt, generaliter poſſe Decũriones Decreta facere, ſi legitimus Decurionum numerus accedat, tex. in l. 4. C. de nauicular. ſeu naucleris, lib. 10. & in l. 1. §. cura. ff. de offic. Pręfecti vrbi. opti. tex. in authen. de ſtatutis, & cõſuetudinib⁹ cõtra libertatem eccleſię. §. 2. inter conſtitutiones Federici.

12 Ex quibus infero dubiã, ne dicã falſam eſſe Bart. ſententiã in d. l. omnes populi. n. 8. docẽtis edicta Prętorũ, veras & proprias leges eſſe, quę profecto, & ſi maximã authoritatẽ habeãt, iusq; Prætoriũ appellari meruerint, iuxta §. Prætorũ, Inſtit. de iure naturali: abſolutè tamẽ, & ſimpliciter leges nõ ſunt, nec dici poſſunt, ex elegãter traditis à M. Tul. d. action. 3. in Caiũ Verrem. vbi retulit illos qui edictis Prætorũ tribuere plurimũ voluerunt ea legẽ annuam vocaſſe, & non generalem perpetuam, aut duraturam vſque ad reuocationem.

13 Bartolo tamẽ nullaten⁹ ſuffragatur fundamentũ, q̃ adduxit ex l. ius autẽ ciuile. §. ius Prętoriũ. ff. de iuſtit. & iure. Etenim præter ſuperius proximè adnotata pro maiori reſolutione, adhuc reſtat cõſiderare cũ Hieronymo

Cagnolo, & Comano vbi ſupra, Aſconio Pediano in oratione pro Cornelio Balbo, ex veterum antiquitate tradentibus, verũ eſſe Prætorum edicta olim fuiſſe temporalia, neque habuiſſe authoritatem legis generalis; dicunt tamen poſtmodũ effecta fuiſſe perpetua, authoritate legis quam rogauerat Cornel. Balbus, atque id ad coercendã Prætorũ inconſtantiã, qui aliquando intempeſtiuè illa mutabant, ſiue addentes, ſiue detrahentes ipſismet edictis, cum quorũ æquitate pugnabant tam faciles mutationes: & ideò rectè ex tẽporalibus perpetua facta fuerunt.

14 Ex qua conſideratione non erit indifficili reſpondere argumento ex d.l. ius autem ciuile. §. ius Prætoriũ, ſi fateamur ingenuè præfata edicta Prętorum, poſtquam per legem à Cornelio Balbo latam, fuerunt confirmata veras fuiſſe leges, non tamen antea quo tempore non perpetua, ſed temporalia erant.

15 Quod ſi adhuc inſtaueris ius à Prętore introductum honorarium dici, necnon praxi olim, & hodiè receptum eſſe, iuxta text. in l. 2. §. ita in ciuitate. ff. de orig. iuris, & in d.l. ius autem ciuile: aduerte quod licet edicta antiquitus legis generalis authoritatem, vim, aut poteſtatem ſortita non eſſent: verumtamen negari non poteſt, quin ius aliquod conſtituerint, non perpetuum, ſed temporale pro tempore durantis Magiſtratus: quo reſpectu mirum non eſt, ſi ius à Prætore introductum honorarium dici conſueuerit.

16 Sed adhuc iam iam ad calcẽ præſentis diſputationis lectorẽ admonere oportebit tex. in l. vlt. C. de legib. dũ ferendarũ legum authoritatẽ eſſe de reſeruatis Principi docet, nõ inſtituere ſermonẽ de legib. Prouintiarũ, aut locorũ quorũ poteſtatẽ, etiam cõmunitatũ Rectoribus, tã eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus fuiſſe cõmunicatã diximus, ſed verba feciſſe de legibus cõmunibus totius Imperij, quas manifeſtũ eſt, ſolũ Imperatorẽ edere poſſe. Etenim cũ ad ſolos cõmunitatũ Rectores ſpectet leges ferre ſuis cõmunitatibus ſalutares, ſolusque Imperator Rector (vt ita loquar) ſit totius Imperij, cum ratione cõiũctũ, & copulatũ eſt, vt ipſe ſolus poſſit leges cõdere, ac iura cõſtituere, iuxta Imperatoriũ reſpõſum in d. l. vlt. vt ibidẽ docuit glo. & traditũ eſt ab ſchola cõmuni, omnibusq; interpretibus in d.l. omnes. ff. de iuſtit.

17 Obijcies tamẽ, & merito Tribunos Plebis potuiſſe antea leges ferre, quæ Plebiſcita vocabãtur: cui obiectioni facilè reſpondebis, ſi fatearis pro bono pacis ad maiora mala vitãda, rixas & cõtẽtiones fugiẽdas, vim, & authoritatẽ legis cõdendę tributã, & cõmunicatã fuiſſe ipſismet Tribunis Plebis, vt cõſtat ex l. 2. §. poſtea, ibi, *pro legibus*. ff. de orig. iur. De Prætoribus autẽ Iuriſconſultorũ reſpõſis dictisq; ſanctorũ Patrũ, vtrũ habeant vim legis inferius ſuo loco dicemus. Illud circa canones, ac cõſtitutiones Romanorũ Pontificũ, & Conciliorũ Decreta, circa res tẽporales pro certo, & explorato habentes, omnẽ ciuilẽ poteſtatẽ penitus eccleſiaſticæ poteſtati ſubordinatã eſſe, iuxta quam ſubordinationẽ liberũ eſt Põtificibus Maximis illa vtẽribus, quãdocũq; voluerint, & vbi opus fuerit eandẽ poteſtatẽ tẽporalẽ reaſſumere, ac reducere de potẽtia ad actum, vt facilius & melius, atq; cõmodius eccleſiaſticã poteſtatẽ, ac iuriſdictionẽ, quã actu habẽt valeãt exercere: ita docuerunt perdocti Patres Inſtituti Dñicani decus, Soto in 4. diſt. 25. q. 2. art. 1. concluſ. 5. & art. 2. concluſ. 6. Fr. Franciſcus de Vitoria in relect. 1. de poteſtate

tate ecclesiæ, pag. mihi 78. nu. 10. probatque text. in cap. 1. ibi, *terreni ſimul.* 22. diſtin. ſicque communi omnium Patrum aplauſu & acclamatione receptum eſt, qui iſtam temporalium ſubordinationem Eccleſiæ Romanoque Pontifici libentiſsimè nobiſcum agnoſcunt.

Summaria ad Controuerſiam 28.

1 *Præſens controuerſia non indiget commendatione.*

2 *Concilia generalia, ſine vlla authoritate Papæ congregata, non poſſunt leges ferre, aut ſtatuta facere.*

3 *Nullum ratum eſt, neque erit vnquam Concilium, quod non ſaltem fuerit authoritate Romanæ Eccleſiæ.*

4 *De Concilijs prouintialibus idem iuditium eſt, vt abſque Pontificis Maximi authoritate leges ferre nequeant, ſaltem in negotijs fidei, vel ſtatus Eccleſiæ vniuerſalis, in alijs vé maioribus cauſis, quæ admodum arduæ reputantur.*

5 *Alia ſunt cauſæ minores, ergà quas Concilia prouintialia ſuas ferre leges poſſunt.*

6 *Melchior Cano reijcitur, & intelligitur text. in cap. ad abolendam de hæreticis.*

7 *Confirmatur Præfatus intellectus ad d. cap. ad abolendam, ex alio loco Innocent. Papæ reſcribentis Epiſcopis Concilij Milenitani.*

8 *Explicatur, in quo conſiſtat controuerſia, & eiuſdem ſubtilitas, & vtilitas commendatur.*

9 *Referuntur authores, qui aſſerunt Decreta Conciliorum, non habere vim, niſi confirmentur à Papa.*

10 *Suaderur neceſſariam eſſe Concilij confirmationem, ex vſu & conſuetudine Eccleſiæ Catholicæ.*

11 *Refertur ſententia aſſerentium Concilia generalia, quibus præſunt Legati ſuam vim obtinere abſque Papæ confirmatione.*

12 *Pontifices Romani conſueuerunt in ſuis canonibus allegare authoritatẽ Concilij nondum abſoluti & ante confirmationem.*

13 *Quæuis generalis Synodus, ad quam iure diuino genetale regimen eccleſiæ pertinet, totam ecclesiam vniuerſalem repræſentat.*

14 *Quælibet dictarum opinionum vera eſt, ſecundum diuerſas conſiderationes.*

15 *Non eſt nouum in iure habere vim obligandi, & actu non obligare.*

16 *Diſtinguitur inter effectum validitatis, & actualem obligationem, & adaptatur diſtinctio ad præſentem materiem.*

17 *Non rectè dixit Cano poſſe Romanum Pontificem abrrogare Decreta Conciliorum in materia fidei, & benè faciet Paſtor eccleſiæ, ſi Concilij legitimi abſoluti confirmationem non denegauerit.*

Digitized by Google

CONTROVERSIA 28.

Vtrùm generales Epiſcoporum conuentus, vulgò Concilia vniuerſalia deficiente Papæ authoritate poſsint aliquas leges ferre, & quid de Concilijs prouintialibus in materia fidei,vel circa res ad-modum arduas.

1 MAGNVM momentũ ſummũq; põdus præſentis diſputationis nõ indiget cõmẽdatione, ipſũ enim ſe oſtẽdit,vt aliàs dixit Vlpianus in l.1. ff. de in integr. reſtit. Quare operepretium me facturũ exiſtimaui, ſi hanc percelebrẽ controuerſiã,de poteſtate Cõciliorũ ad ferẽdas leges abſq; Põtifice, huic etiã tractatui interſererẽ, nõ q ipſam pro meritis & dignitate tanti negotij tractaturus ſim,(neq; enim poſſum) ſed quia genuina eſt huius loci, quã ratio ordinis,atq; doctrinæ,& dictarum rerum connexio iure ſuo poſtulant,& expoſcunt.

2 Sanè, vt ſeparemus more noſtro certa ab incertis,ſi ſermo ſit de Concilijs generalibus,ſine vlla authoritate Papæ cõgregatis,expedita res eſt, nõ poſſe leges ferre,aut ſtatuta facere:cum manifeſtum ſit nullam communitatem,aut Magiſtratum,ſine ſuo Rectore poſſe leges condere,irritaq; futura, quæ ab Epiſcopis in Concilio abſque authoritate Romani Pontificis geruntur,quia non licet membris cõmunitatis ſine capite, qui eſt ſummus Pontifex leges ſancire: in his autẽ cætibus,aut Concilijs ex hypotheſi abſque authoritate Papæ ſtatuentibus,proculdubio Rector deficeret.ſolus enim Romanus Pontifex caput eſt eccleſię vniuerſalis,vt aperta iura probant in 1.præceptis.c.non licet.12.diſt.& celebris ille locus Mathei 16.c.*tu es Petrus,& ſuper hãc petrã ædificabo eccleſiã meã*, & nõ decet à capite mẽbra diſcedere, ſed iuxta ſacrę Scripturæ teſtimoniũ omnia mẽbra caput ſequãtur,quę ſunt verba Calixti Papę.I.in epiſt.1.ad Benedictũ Epiſcopũ,relata in d.c. nõ decet proximè citato,nec præceptis Apoſtolicis dura ſuperbia reſiſtẽdũ eſt,ſed per obediẽtiã,quę âS.Rom.Eccleſ.&Apoſtolica authoritate iuſſa ſunt ſalutiferè adimplere oportebit:vt in epiſ.Greg.IIII. quę refertur in d. cap.præceptis.

3 Et ſicut perſpicuè deducitur ex traditis elegãter â Iulio Papa I.in reſcripto cõtra Oriẽtales pro Athanaſio.c.29.nullũ ratũ eſt, nec erit vnquã Cõciliũ,q nõ fultũ fuerit authoritate Romanæ Eccleſiæ, rectè namq; Canones præceperunt,ne cogerentur Cõcilia ſine Romanæ Eccleſiæ authoritate, neq; celebrarentur non interẽſſentibus eius Legatis: concluditq; Iul.

Digitized by Google

Iul. Papa, cuius verba referuntur in c. reg. 17. diſt. nullam regulam, id eſt legem canonicam, ſubſiſtere poſſe, latam per Concilium, vbi non interfuit Romanæ Eccleſiæ Legatus, nec actum fuit ab Orthodoxis Epiſcopis: inſtruimur; multis Apoſtolicis, & canonicis, atq; eccleſiaſticis regulis, vt abſq; ſententia Romani Pontificis, Concilia non celebrentur, aliàs irrita ſint, & vacua, quæcumq; in eis acta fuerint: quia non Concilium, ſed conuenticulum, aut conciliabulum erit, ſi abſq; Pontifice congregetur, aut celebretur, iuxta doctrinã Pelagij Papæ II. reſcribentis Epiſcopis, qui conuenerant ad illicitam vocationem Ioannis Conſtantinopolitani epiſt. 1. cap. 1. tranſumptiuè, in c. multis. d. diſtin. 17. explorati igitur, (vt diximus) iuris eſt, nõ poſſe generales Epiſcoporum conuentus, quæ aliquando Synodi œcumenicæ, ſeu vniuerſales, aliquando Concilia generalia nuncupantur, (vt in cap. 1. 15. diſtin.) deficiente Papæ authoritate Decreta condere, aut facere cõſtitutiones.

4 Quinimò de Concilijs Prouincialibus, idem iuditium eſt, vt abſq; Põtificis Maximi authoritate leges ferre nequeant, ſaltem in negotijs ad fidem Catholicam pertinẽtibus, vel tangentibus ſtatũ totius eccleſiæ vniuerſalis, vel denique decreta canonibus cõtraria, in alijs vè maioribus cauſis, quæ admodum arduæ reputãtur, & ſimilibus: vt circa negotia fidei, & ſimilia admodum ardua, quæ tangunt ſtatum vniuerſalis eccleſiæ, probat text in d. c. multis, iunẽta glo. vlt. ibidẽ, 17. diſt. quæ cauſas maiores eas iudicauit, quæ de fide ſunt, allegans tex. in c. quoties 24. q. 1. & facit tex. ſi inducatur in cap. maiores de Baptiſmo: quo ad leges verò canonibus contrarias, exploratum eſt, non poſſe inferiores ſuperiorum ſtatuta, aut conſtitutiones abrogare, vulgata reg. cap. cum inferior de maiorit. & obedient. & argumento tex. in Clem. ne Romani de electione.

5 Et ſi benè verum ſit, alias eſſe minores cauſas in quibus, & erga quas Concilia Prouintialia ſuas ferre leges poſſunt, quia non indigent ſpeciali Papæ priuilegio, & authoritate, quippè quæ ad dicta minora negotia, ſuum Rectorem habent, nempè Metropolitanum, cap. pen. 92. diſt. cap. de Concilijs diſtin. 18. ſuamq; authoritatem & poteſtatem exercere poſſunt.

6 Refutandus igitur eſt inſignis aliàs P. M. Melchior Cano lib. 5. de locis Theologicis. c. 4. qui deceptus authoritate tex. in c. ad abolendam de hæretic. exiſtimauit Cõcilia prouintialia ſtatuere poſſe, circa ea quę ſũt fidei, ac edere diffinitiones in negotijs ad vniuerſalẽ Catholicã eccleſiã ſpectantibus. Quæ doctrina quã falſa ſit, ex proximè dictis pater, cum prouintialiũ Conciliorũ Rector & Caput Metropolitani exiſtant, & nõ Põtifex Maxim. ſitq; traditio cõmunis Abbatis, omniumq; interpretum, in d. c. ad abolendã, cuius mens in §. ad hoc de Epiſcopali; dum dicitur, *quod illi virandi ſunt tanquam hæretici, quos Epiſcopi virandos dixerint*, ſic accipienda eſt, vt ſenſus ſit, *virandos eſſe*, quando tale quid protulerunt, quod manifeſtum erat, perſpicuam hæreſim eſſe: vbi verò agendum foret de aliquo diffiniendo, in materia fidei, circa rem dubiam, neceſſariò recurrendum eſſet, ad Pontificem Maximum, quandoquidem Epiſcopi, ſeu iudices rerum fidei, vulgò Inquiſitores nuncupati, non habent authoritatem definiendi de fide, quamuis ſacroſanctis eorum Decretis, ſententijs, atque mandatis

Digitized by Google

ſummum præſtandum ſit obſequiũ.

7 Vnde Innocent. Papa Epiſcopis Concilij Mileuitani,epiſt.26. in hęc elegantiſsima verba prorrupit, *Quoties* (inquit) *fidei ratio ventilatur,arbitror omnes fratres, & Epiſcopos noſtros, non niſi ad Petrum, id eſt ſui nominis, & honoris authorem referre debere.* Hæc Innocentius,vbi pro ſupradicta conſideratione expendenda ſunt illa verba,*fidei ratio ventilatur*, quaſi recurſus ad Pontificem,tunc demum requiratur, quando dubium aliquod exoritur circa fidem: in hæreſi vero manifeſta Epiſcoporũ,ſiue iudicũ rerũ fidei determinationi ſtandũ ſit, iuxta d.c.ad abolendam. §. ad hoc, cuius ſenſum rectamq; interpretationẽ ſatis percepit glo.in d.c.quoties,verb. *niſi ad Petrum*,24. q.1. fit ergo conſequens,nec Cõcilia Prouintialia,nec ſubinde Synodalia, poſſe ſine Papa definitiones ędere, id eſt dubia aliqua reſoluere,circa ea quę ſunt fidei, in quibus ad Petrũ, id eſt ad caput eccleſiæ recurrere debemus,iuxta d. glo.cõmuniter ab omnibus receptã.

8 Totũ igitur pondus pręſentis diſputationis perdocte lector, in eo cõſiſtit, vt diſcutiamus, & reſoluamus breuiter,vtrũ decreta Conciliorum vniuerſaliũ,quibus Pontificis Maximi Legati præſunt ſuã obtineant firmitatẽ,validaq; ſint abſq; noua eiuſdẽ Papæ cõfirmatione:cuius reſolutio ſubtilis pariter,& vtilis erit, cũ ad aliquorũ iuriũ intellectũ, tùm etiam, vt cõprehendatur quid in hac parte tenendum ſit,in qua perdocti Patres magniq; Præceptores dubij ſatis, & ancipites extiterunt.

9 Nã niſi confirmẽtur à Papa decreta Conciliorũ ſuã vim nõ obtinere, defendunt viri doctiſsimi,Caiet. in tract.de cõparatione Papæ, & Concilij,Cano vbi ſupra.c.5.poſt Turrecrematã, vulgò Cardinalem S. Sixti nuncupatũ in c. ſancta. 15.diſt. & in ſumma eccleſię lib. 2.c.11.aliàs enim nõ ita facilẽ generales Epiſcoporum conuentus,ſeu Cõcilia generalia in Spiritu ſancto legitimè cõgregata,& iã abſoluta atq; perfecta ab alijs Cõcilijs nõ ita abſolutis ſecerni poſsẽt, atq; diſtingui. Propriũ nãq; munus, propriusq; ipſius cõfirmationis effectus eſt,declarare Conciliũ fuiſſe legitimè congregatũ, & iam omnibus numeris abſolutũ,atq; perfectũ eſſe: nec aliter commodius talis declaratio fieri poteſt, quã per ipſam Papæ confirmationẽ.Quantũ autem expediat rectæ Reipublicę Chriſtianę adminiſtrationi,vt generalia Concilia iam abſoluta,ab alijs non ita abſolutis diſtinguantur,manifeſtus eſt, quã vt vlla probatione indigeat:incredibiliq;,quot, & quãta cõmoda ſubſequãtur inde,quantaq; mala vitentur per talẽ declarationẽ,ſaltẽ quod hæretici peſtilentiſsimi homines temerè occaſionẽ nõ arripiãt,dicẽdi cõtra Conciliũ,quod non fuiſſet legitimè cõgregatũ,neq; ſit abſolutũ, ex eo q dicta cõfirmatio ſubſequuta nõ fuerit.Quare nõ immeritò Patres Cõcilij ad diſtinguẽda Cõcilia abſoluta à nõ abſolutis,declarandũq; fuiſſe legitimè cõgregata,ad aliosq; nõ vulgares,& vtiliſsimos effect*, cõſueuerũt exigere cõfirmationẽ Apoſtolicam.

10 Quę cõſuetudo ſiue mẽs Cõciliorũ & ſanctorũ Patrũ,inhibi exiſtentium, multum laudabilis magniq; effectus, atq; momenti eſt:& ſuadetur ex vſu, & cõſuetudine eccleſiæ,à priſcis ducta tẽporibus,iuxta quã obtinuit, vt impetretur à Papa præfata confirmatio ad obſeruantiam decretorũ, quæ in ipſismet Concilijs continentur,& præcipiuntur obſeruari.Cuius cõſuetudinis,& vſus antiquiſsimi locupletiſsimã fidẽ faciũt quã plurima teſtimonia,& cõciliorũ authoritates quas refe-

Digitized by Goo

referunt Cardinalis Sancti Sixti, & Cano ſuperius relati, ſatisq; docuit ſanctiſsima generalisq; Tridẽtina Synodus ſeſſ. 25. c. vlt. quod inſcribitur *de confirmatione petenda*, vbi præſtantiſsimi, & ſapientiſsimi Patres Concilij, aliorum Conciliorum, ac ſanctorum Patrum veſtigijs inhærentes, vnanimi conſenſu decreuerunt, vt omnium, & ſingulorum, quæ tam ſub fœlicis recordationis Paulo III. & Iulio III. quam ſub ſanctiſſimo Pio IIII. Romanis Põtificib⁹ in illa Synodo decreta, & definita fuerunt, confirmatio nomine Concilij per Apoſtolicæ Sedis Legatos & Præſidentes, à Beatiſsimo Romano Pontifice peteretur, poſteaq; ſubſequutam fuiſſe confirmationem Concilij per Pium Papam IIII. ad perpetuam rei memoriã, patet ex ipſamet Bulla confirmationis, ad calcem Tridentini collocata, ſignũ profecto nõ adumbratum, ſed expreſſum, nõ eſſe ſuper vacuam, nedum ſpontaneã, ſed neceſſariã omnino, Conciliorũ cõfirmationẽ, vt illorum decreta, atq; cõſtitutiones ſuã obtineant firmitatẽ.

11 Quibus non obſtantibus Fr. Franciſcus de Vitoria in relectione de poteſtate Papæ, & Concilij. n. 2. & poſt eum Dominic. de Soto, in 4. diſt. 20. q. 1. art. 4. ad 2. cũ Pariſienſibus ex oppoſito ſuſtinent Concilia generalia, quibus præſunt Legati Papæ ſuã vim obtinere, abſq; noua eiuſdẽ Papę cõfirmatione: etenim cũ ſupponamus Concilium de cuius authoritate diſſerimus cõſtare ex Papa, & Epiſcopis, vtpotè ritè, & rectè, ac legitimè congregatũ, & penes Epiſcopos ſic congregatos reſideat eccleſiæ regimen, conſequẽs eſt ipſummet Cõciliũ ita coactũ, & congregatũ, poſſe definire ſine Papa, eiuſq; decreta ſuam authoritatem habitura, vt qui ſpreuerit eorum decreta, eum à quo miſsi ſunt Patres, id eſt Romanum Pontificem, cuius legatione fungurtur ſpernat, quem Anacletus Pontifex ad Epiſcopos Italiæ, epiſt. 2. relatus in c. in nouo, 21. diſt. indubitanter â Domino ob id ſpernendũ dixit, reſidereq; gubernacula, & poteſtatem eccleſię, penes ipſos Concilij Patres, probat text. in d. c. in nouo, & in c. ita Dominus, 19. diſt. conſequens ergo fit præfatas diffinitiones, ſiue decreta vlterius Papæ cõfirmatione nõ indigere.

12 Accedit ipſos quoq; Romanos Põtifices, in ſuis canonibus allegare cõſueuiſſe, Cõciliorum authoritatẽ, ad probandum quidquam factum fuiſſe legitimè, dicentes, proceſsiſſe quidẽ ex authoritate Concilij nondũ abſoluti, & ante confirmationem, vt in c. nimis ibi *authoritate* de iure iurãdo, & ſi quis contra decreta, Synodali ſententia promulgata, venire preſumpſerit, perpetuo anathemate cum ſuis authoribus, fautoribus, & ſequacib⁹ à liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ ſeparatus abijci conſueuit, vt in c. in nomine Domini, verſ. *quod ſi quis contra hoc decretum*, 23. diſt. idemq; non obſcurè probatur in c. fin. 2. q. 1. vbi Nicolaus Papa authoritate ſanctæ Synodi latam ſententiam confirmauit, & approbauit, innuens eandem omnino eſſe, Concilij, & ipſius Papę authoritatem.

13 Præſertim cũ quæuis generalis Synodus ad quam iure diuino generale regimen eccleſiæ pertineat, totam eccleſiã vniuerſalẽ repræſentet: neq; videtur audendũ eſſe dicere, quod Concilia circa condendas leges dubiaque diffinienda, tam in negotijs fidei, quã in cõcernẽtibus mores, minorẽ poteſtatẽ habeant, quã ſummus Põtifex & vniuerſalis eccleſię Paſtor, ex quibus fit, vt Præſidẽtibus Papę Legatis, cõgregatoq; legitimè Cõcilio, nulla deinceps requiratur cõfirmatio.

Digitized by Google

14 Inter quas ſententias magnopere lætamur opus non eſſe, noſtrum qualecumque iudiciũ interponere, quia illarum quælibet vera quidem eſt, & rationis iuriſq; principijs valde conſona, ſecundum diuerſas conſiderationes, diſparesq; ac diſtinctos effectus: prior enim quæ docet decreta Conciliorum ante confirmationem, ſuam vim nõ habere, intelligẽda eſt, quoad effectum executionis, vt quãuis verum ſit firma, & valida eſſe, quãtum ad vim obligandi, non tamen obligent actu, quandiù Papæ cõfirmatio non acceſſerit, ex mente videlicet Conciliorum, vſu & conſuetudine recepta, cuius ſuperius pro hac opinione mentionem fecimus.

15 Nec nouum in iure vt quam plurima ſint habẽtia vim obligandi, quæ actu nõ obligant: etenim latis & promulgatis legibus per Principem poteſtatẽ habentem, negari non poteſt, quod vim, ac robur obligãdi habeãt, vſque adeò, vt quam primum fuerint inſtitutæ, & firmatæ, non liceat iudici de ipſis iudicare, ſed ſecundum ipſas, teſte Magno Auguſtino in lib. de vera Religione cap. 31. cuius dictum tranſcribitur in cap. in iſtis. 4. diſtinctione, & tamen ex eiuſdem Principis mente, non obligant cum effectu ante duos menſes auth. vt factæ nouæ cõſtitutiones. §. ſancimus igitur, collat. 5. latiusque à nobis dicendum erit dum acceſſerimus ad librũ. 4. huius noſtri tractatus de legibus, Deo Optimo Maximo annuente: ad eundẽ igitur modum, & ſi Conciliares cõſtitutiones, ſuam vim obligandi habeant ante cõfirmationem Pontificis Maximi, ex mente tamen eorundem Conciliorum actu non obligant, antequam confirmentur: quam opinionem vſu, atq; praxi quotidiana eccleſiæ placidè receptam eſſe ſatis deducitur ex d. c. fin. ſeſſione 25. Concil. Triden.

16 Secunda verò ſententia, quæ vera etiam eſt in ſuo ſenſu, eum intellectum habet, vt decreta fidei ac maiorum cauſarum in negotijs quantumcumque arduis, citra Papæ confirmationem ſuam habeant firmitatem, quantum ad effectum validitatis, & ſi nullatenus quantum ad actualem obligationem. In quo ſenſu indubitabilis eſt dicta ſecunda opinio, ex potiſsimo fundamento ſuperius aſsignato, quia ſcilicet, iure diuino reſidet eccleſiæ regimen penes Cõcilium, nec dicendum eſt, quod in condendis legibus, definiendisq; dubijs tam fidei, quàm morum, minorẽ habeant Concilia poteſtatem, quám ipſe Papa, hatque concordia retenta proculdubio dictæ duæ ſententiæ nedum aduerſæ, ſed neque diuerſæ ſunt, quinimò in idem recidunt eũdemque reſpiciunt ſcopum.

17 Quibus cõſequens eſt, non rectè dixiſſe Magiſtrum Cano, Caietan. & Cardinalẽ Sãcti Sixti vbi ſupra, poſſe Pontificem abrogare decreta Cõciliorũ vniuerſaliũ in materia fidei: etenim ex dictis manifeſtè probatur nõ poſſe Papã in negotio ad fidẽ pertinente abrogare diffinitionẽ Concilij, cũ eiuſdẽ authoritatis, & poteſtatis ſint. Conſequitur etiã ex ſupra traditis malefacturũ ipſummet Romanæ eccleſiæ Paſtorem, ſi habito pro conſtanti, Conciliũ fuiſſe legitimè abſolutũ, illius confirmationẽ denegauerit, vt omnes DD. vnanimi cõſenſu tradiderũt, aſſerẽtes plura ad præſentẽ diſputationẽ ſpectantia, quæ poterit eruditus lector videre apud Caietanũ, & Cardinalẽ S. Sixti vbi ſupra, Abbatẽ in Concil. Baſilienſi, Coſmũ in pragmatica ſãctione, de authoritate Concilij generalis, verb. *Conciliorum*, qui differunt multa circa Concilia tam generalia, quàm Prouintialia.

SVMMA-

Digitized by Google

Summaria ad Controueſiam 29.

1 *Reddit Author rationem ob quã hanc controuerſiam in vltimo loco huius ſecundi libri collocauerit.*

2 *Gratiano referenti authoritates, ac teſtimonia ſanctorum Patrum eumodam fidem adhibendam eſſe.*

3 *Probatur eadem propoſitio aliis authoritatibus.*

4 *Maior difficultas eſt vtrum predictæ authoritates vim habeant legis, verum & communis reſolutio eſt, nullam maiorem vim ſortiri, quam ſi in ſuis originalibus legerentur.*

5 *Diuerſorum generum monumenta referuntur in decreto, de quibus ſigillatim diſcutere oportet.*

6 *Iuriſconſulti nullatenus potuerunt leges ferre, niſi ſpeciatim ſibi conceſſum eſſet.*

7 *Salomonius & Conan. ea Prudentum reſponſa vim legis obtinuiſſe dixerunt, quæ omnium Iuriſconſultorum conſenſu fuiſſent approbata.*

8 *Non immeritò ab illis diſceſſit Cagnolus animaduertens certis quibuſdam Iuriſconſultis factam fuiſſe poteſtatem leges condendi.*

9 *Refertur opinio, quæ aſſerit generalem Prudentibus factam fuiſſe poteſtatem id condendas leges.*

10 *Reijcitur predicta opinio, & non ineleganter oſtenditur nullatenus Iureconſultis tã amplam factam fuiſſe poteſtatem.*

11 *Vera ſententia eſt Iuriſconſultos poteſtatem habuiſſe dumtaxat de iure reſpondendi, quibus etiam facta fuit peculiaris poteſtas dictandi leges in ſcriptis.*

12 *Reſponſa Prudentum lata ſecundum ius, parendi neceſſitatem inducebant.*

13 *Si ſermo ſit de legibus Iuriſconſultorũ latis ſecundum ius, fas non eſt iudicibus inferioribus contra illorũ reſponſa iudicare.*

14 *Magiſtratibus omnibus iuramentum deferri conſueuit ne quidquam contra leges facerent.*

15 *Nullum ſequebatur inconueniẽs ex eo quod Iuriſconſulti poteſtatem habuiſſent ferendi leges ſecundum ius.*

16 *Falſum eſt aſſerere dicta ſanctorum habere legis authoritatẽ, licet ſcriptores qui Canonici appellãtur in nullo erraſſe ex Auguſtini mente credendum ſit.*

17 *Multoties dictum vnius ſancti alterius dicto reperitur contrarium, lex autem, nec de incertis, nec de ſub dubio exſtitantibus eſſe poteſt.*

18 *Confirmatur ex doctrina Auguſtini dicta ſanctorum nullo modo habere poſſe vim legis in eccleſia vniuerſali.*

19 *Dicta ſanctorum quæ recepit Gelaſianum Concilio Romæ habito neceſſe vim in eccleſia vniuerſali authoritatem habent.*

20 *Deficientibus Canonibus, ad dicta ſanctorum recurrendum eſt in deciſionibus canonũ: ſi verò dubia exiſtimant ad Sedem Apoſtolicam omnia deferenda.*

21 *Conſtituitur gradus & ordo ſacrorum librorum quam authoritatem ſortiãtur ad decidenda negotia, & quomodo ſint accipiẽdi Doctores qui dictis ſanctorum neceſſariã authoritatem tribuere recuſarunt.*

22 *Sanctorum dicta retractata ab ipſis, nõ habent authoritatem.*

23 *Manifeſtũ eſt ſanctorũ ſcripta deciſionibus ſummorũ Pontificũ contraria, authoritatẽ legis habere non poſſe.*

Digitized by Google

24 *Multoties contingere poteſt, vt dicta ſanctorum, ſcriptis ſummorum Pontificum præualeant, vtpotè ſi Pontifex librum ſcribat & commendatur Innocentij quarti modeſtia.*

25 *Maledicta aduerſus eos qui præceptis Apoſtolicis non obtemperauerint, accipienda ſunt de non obtemperantibus Pontifici, vt Legislatori, & Capiti non tanquam priuato.*

26 *Circa interpretationem ſcripturarum præualere debent dicta ſanctorum, Romanorũ Pontificum ſcriptis, niſi in tangentibus ad ſalutem eccleſiæ vniuerſalis.*

27 *Primus eccleſiæ Præſul cunctos iudicaturus à nemine iudicandus eſt, excepto ſemper hæreſis crimine.*

28 *Nõ poſſet Papa edicto præcipere, quod nullus eum accuſare valeret de hæreſi.*

29 *Papa quantumcunque incorrigibilis dummodó paratus eſſet ſtatim corrigi, non poterit de crimine accuſari.*

30 *Si Pontificis crimen eſſet notorium & generaret ſcandalum in eccleſia vniuerſali, de quo cõſtaret per eiuſdem confeſſionem, vel euidentiam facti, poſſet vtique aduerſus eũ inſtitui accuſatio cõcurrentibus prædictis.*

31 *Aſſignatur alter caſus in quo ſanctorum dicta præualere debent ſcriptis Pontificum.*

32 *Exemplum ſit in ſtatuto, aut conſtitutione circa matrimonium raptoris cum rapta, & authoritas Hieronymi corroborata authoritate veteris teſtamenti præiudicat authoritati Concilij.*

33 *Lex Pontificia explicans ius diuinum præfertur authoritati ſancti, quæ nitebatur iure diuino, ſic explicato, ſeu limitato.*

34 *Si ſancti Authoritas habeat pro ſe aliquem canonem, & ex aduerſo ſit alter canon inſpiciendum erit, quis canonum poſterior ſit.*

35 *Inter ipſos ſanctos quænam opinio præualere debeat: attendenda eſt cuiuſque profeſsio: & quantumcumque authẽticum ſit aliquod inſtrumentum ſi de ipſo dubitetur exhibendũ eſt originale.*

36 *Doctori vnius profeſsionis maior fides adhibenda eſt, quam alteri qui illam profeſsionem, & aliam ſimul profitetur.*

37 *Magis verſati in iuriſprudentia, & præceptores publici præſertim collegiorum toga inſignitis magni docendi eſtimandique ſunt.*

38 *Sententiæ Pontificum inſertæ in corpore iuris vim legis habent ſententiæ verò ſupremi Senatus non ita, niſi conſuetudine, ſeu praxi fuerint receptæ.*

39 Penes Senatũ Pontificis Romani fuit poteſtas condendi reuocandique leges, noſtris vero Senatoribus non eſt data talis poteſtas.

40 *Iudices etiam ſupremi iure iurando promittunt ſe iudicaturos ſecundum leges.*

CONTRO-

Digitized by Google

CONTROVERSIA 29.

Vtrùm Ita credendum ſit Magiſtro Gratia-

no Decretorum Compillatori referenti authoritatem Concilij, Papę, ſeu ſancti, vt thenor illius authoritatis, ſola Gratiani relatione probetur exemplari non oſtenſo: & quam authoritatem habeant ſingula in illa compellatione contenta.

1 SICVTI Duces, & Imperatores acies inſtruẽtes milites triarios, & in re militari verſatiſsimos, in vltimo loco diſponunt, vt prioribus defeſis ſuccedãt atque ſubueniant, ad eundem etiam modum non caſu aliquo, aut fortuitò, ſed diuina quadam ſorte hanc elegantem pariter, & vtilem diſputationem, de vi, & authoritate fragmentorum ſanctorum Patrum, Conciliorũ, & Romanorum Pontificũ, in poſtremum huius ſecundi libri locum lectori reſeruatam videò: vt cum iam me vox, vires, atque latera deficiant parũq; oratione poſsim, authoritas preſentis cõtrouerſiæ me in dicẽdo ſuſtẽtaret, & quaſi de integro ad diſputãdũ ampliſsimũ campũ aperiret. Vidimus enim plerosq; Theologos, & Iuriſperitos doctiſsimos viros, frequenter allucinari, non ſatis ſecum ſtatuẽtes, quam vim, aut poteſtatem habitura ſint, tot ac tãta teſtimonia, & quaſi centones, & anfracta quædã Illuſtriſsimorũ Patrum, quot, & quãta in Decretorum libro referuntur, & continentur: ex quibus nonnunquã, & ſæpenumerò, magnarum cauſarum deciſiones, tam priuatim, quàm in foro pendere ſolẽt. Vtilè igitur erit, pariter, & dulce, ſi cognouerimus Iuriſconſultorum reſponſa, dicta ſanctorum Patrum, Decretales Summorum Pontificum, ac decreta Conciliorum, quæ referuntur â Gratiano in ſuo perlongo Decretorum volumine, quam fidem faciant, quam vẽ authoritatem, aut vim, in iudicando, & conſulendo debeant obtinere, vt deinceps omnis ambiguitas, & dubitatio tollatur.

2 Et quidẽ Gratiano referenti prædictas authoritates, ac teſtimonia omnimodam fidem adhibendã eſſe, non obſcurè voluit Innocent. IIII. Pont. Maxim. dum reſcribens Archipresbytero, & Magiſtro Scholarium Vituricẽſium, induxit B. Hieronymi dictum relatum in Decreto: c. quoniam quidquid. 16. q. 1. cuius etiam meminerat Pontifex in c. cũ omnes de conſtitution. vt conſtat ex tex. iũcta glo. verb. *Hieronymi*, in c. cũ Apoſtolica Sedes, de his quæ fiunt â Prælatis, vbi etiam Innnocent. ſimiliter recepit aliam authoritatem Leonis Papæ dicentis, ne quis Epiſcopus de rebus eccleſiæ, quidquã donare, vel commutare, vel vendere audeat: niſi fortè aliquid horum faciat, vt meliora proſpiciat, & cum totius cleri cõſenſu, atq; tractatu, id eligat quod non ſit dubium eccleſiæ profuturũ, quæ quidem authoritas Leonis Papæ inducebatur ibidem, ab aduerſa parte, ex relatione Gratiani in cap. ſine

Digitized by Google

ſine exceptione.12.q.2. iuxta gloſſam,verb.*Leonis*,in d.c.cum Apoſtolica.

3 Nec non idem Innocent.III.in c. peruenas de ſententia excommunicatione. aptiſsimè induxit Sardicenſis Concilij teſtimonium relatum in c. *Si Epiſcopus forte.* 2.q.3. & prius induxerat quandam epiſtolam, quam olim habitam fuiſſe in antiqua compillatione dixit glo. in d. c. per tuas, verb. *cuiuſdam epiſtolæ*, Clemens etiã V. in Concilio Vienenſi relatus in Clem.vnica de iure iurando,retulit, & approbauit quãdam iuramenti formã, ex eo quod ſacris fuerat inſerta canonibus,id eſt(vt rectè ibidem intellexit glo.verb.*Canonibus*) inter Decreta à Magiſtro Gratiano compilata circa diſt.63.vbi in cap.tibi Domino 33.refertur quædam Othonis cõſtitutio,illam proponens iuramenti formam, id eſt *per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, & per lignum hoc viuifice crucis,& per has reliquias Sanctorum,&c.* Suntque & alia iura quę admiſerunt,& admittunt in cauſis decidendis peragendisq; negotijs Decreta & dicta Sanctorum ex ſola Magiſtri Gratiani relatione, quod nulla tenus feciſſent ſi eidem plena nõ eſſet adhibenda fides:intelligerem tamen,niſi exemplaria oſtenderẽtur in contrarium, veritati enim compertę potius credendum erit, quam ipſius Gratiani relationi.

4 Verum enim verò ſto quod ex ſola Cõpillatoris relatione colligatur tenor, & veritas illarum authoritatũ,quæ referũtur in lib.Decreti, maior ſupereſt difficultas vim legis habeant necne:& communis reſolutio eſt,ſicut teſtantur Philip. Deci.n.15. Felin.num.43.in c.2. de reſcript. ex Ioan.Andr.recepto. quem referunt & ſequuntur,omnia dicta teſtimonia,ex quo in Decretorum libris referantur,nullam maiorem vim, aut poteſtatem ſortiri, quam ſi extra librum Decreti in ſuis originalibus legerentur:quippè liber ille nullibi reperitur per eccleſiã approbatus:quo fit,vt vel paruam,vel nullam profecto authoritatem,tribuat his centonibus, & anfractis ſanctorum,legũ, aut Conciliorum,ſimiliumq; rerum, quæ in ipſo continentur. Accedit Gregorium IX. doctiſsimum Compillatorem Decretalium,id vnum voluiſſe,vt ſua tantum compillatione vniuerſi vterentur, tam in iudicijs, quàm in ſcholis, prohibens diſtrictius,ne quis præſumeret aliam facere compillationem, abſque authoritate ſpeciali ſedis Apoſtolicę:innuẽs, atque ſignificans per illud verbum, *præſumeret*,culpam commiſſurũ eum, qui authoritate propria, aliam introducere voluiſſet cõpillationẽ: ſicut legimus apud ipſum Gregorium IX. in prœmio *Rex pacificus.* §. *volentes igitur*: Gratiani ergo compillationi, factæ abſque authoritate ſpeciali Sedis Apoſtolicæ, neutiquam tributa fuit,aut communicata legis authoritas.

5 Sed quia in dicto volumine diuerſorũ generũ monumẽta referuntur, quędam à ſanctis Patribus petita,aliæ ex Concilijs generalibus & prouincialibus deſumpta,necnon ex epiſtolis Decretalibus Romanorum Pontificum, & multa ex Iuriſconſultorũ reſponſis,& Imperatorum reſcriptis collecta, ſingula etiam quæ ipſemet Magiſter Gratianus ex ſua mente interſeruit,& cætera,quæ paleæ nuncupantur:recta docendi ratio nos cogere videtur, vt de his omnibus & ſingulis, ſigillatim diſcutiamus, quibus in indiuiduo cognitis,propoſitæ difficultatis plenam ſine dubio habebimus reſolutionem.

6 Et cum de Iuriſprudẽtibus, vulgò Iuriſcon-

Digitized by Google

Iuriſconſultis nuncupatis, qui inſtar Doctorum in foro diſputabant. l. 2. §.his legibus,& §.pen.ibi,*ante tempora*.ff.de orig.iur.l. 1. verſ. *& ideò*. C. de veteri iure enucleando, anceps fuerit cõtrouerſia,potuerint ne leges condere,aut ſtatuta facere:illorũ vè reſpõſis pro legibus vti deberemus: proximèq; reſoluerimus, quã ſingula teſtimonia in libr. Decreti relata ſuis in locis, & originalibus vim, & authoritatem habuiſſent,eandem, & non aliam in ipſa compillatione habitura: placuit de his Iuriſconſultis priori loco differere, quos niſi permiſſum eſſet,aut eiſdẽ cõceſſum, leges ferre nõ potuiſſe,rectè docuerũt Francif.Connan.lib.1.cõmenta. iur. ciuil.c.15.Salomonius in §.reſponſa Prudentũ,Inſtit.de iure naturali,poſt Bart.in l.1.n.2.& ibi omnes.ff.ſi certum petatur, & præterquamquod id manifeſtè docetur in d. §. reſponſa, ibi,*permiſſum erat*,& per tex.optim.in l.2.§.vltim.ff.de orig. iur. ſuaderi etiam ratione poteſt. Etenim cũ ſolis communitatum Rectoribus datum fuerit leges cõdere,in ordine adſuos fines,ipſiq; Iuriſconſulti non fuerint communitatum Rectores, ſed quidã prudentes,excellentibus quidẽ ingenij,& doctrinæ dotibus prẽditi,conſequẽs eſt,ipſos nullatenus potuiſſe leges ferre,niſi ſpeciatim ſibi cõceſſum eſſet: poteſtas enim ferẽdarũ legũ(vt ſupra memini me dixiſſe)ſemper fuit de maximè Principi reſeruatis.l.vlt.C.de legib.atq; ideò reſtringenda, niſi quatenus expreſſè facta reperiatur,iuxta reg.c. fin. de officio Vicarij,atq; ideò eatenus interpretari debebimus potuiſſe Iuriſconſultos leges condere,in quantum illis permiſſum fuiſſe offenderimus.

7 Et Salomonius, & Connan. vbi ſupra, dictam permiſſionem nimis reſtringentes,ea demum Prudentum reſponſa vim legis obtinuiſſe autumant,quæ omnium Iuriſconſultorũ conſenſu fuiſſent approbata,& non alia,ita vt reliquæ iuris interpretationes, in quibus omnes in vnum non conueniſſent, nullo modo vim legis haberent,ex tex.in d.§.reſponſa Prudentum,ibi,*quorum omnium*,quod fuit potiſsimum Salomonij,& Connani fundamentum.

8 A quibus non immeritò diſceſsit Hieronymus Cagnolus in l. 2. ff. de orig.iur.nu.36.animaduertens extra omnem poſitum eſſe controuerſiã, certis etiam Iuriſconſultis factã fuiſſe poteſtatem,leges condendi, vt de Sabino teſtatur Pomponius in d. l.2. ibi,*ergo Sabino conceſſum eſt*, non igitur fuit vnquam neceſſarius omniũ Iuriſconſultorum conſenſus, ad approbandas aliorum iuris interpretationes, quinimò quodlibet reſponſum illius cui ſpeciatim conceſſum erat de iure reſpondere,vim, & authoritatem legis habet.

9 Nec defuerunt qui per contrarium tàm generalem factam fuiſſe permiſsionem Iuriſconſultis teſtentur, ad condendas leges, vt velint eos,& potuiſſe nouas leges edere,& veteres abrogare, vt comminiſcitur Iuſtinian. Imperat. in d. §. reſponſa Prudentum, ibi, *quibus permiſſum erat iura condere*,ſic generaliter docens generalem ipſismet Prudentibus factam fuiſſe permiſsionem ad condẽdas leges,ſuamque etiam exiſtimationem confirmant, ex l.1. §. iubemus,ibi, *Iubemus igitur vobis antiquorum Prudentium,quibus authoritatẽ conſcribendarum interpretandarumque legum ſacratiſsimi Principes prebuerunt, &c.*

10 Quæ tamen opinio (quam viri docti ac probati nominis authores,nũquam admiſſerunt) planè falſa eſt cum nullibi inueniatur in iure,tam ampla Iuriſconſultis facta poteſtas, quàm

quàm si habuissent,vtiq; non respon derent sic legem scriptã esse, & quã nis duram obseruandam, vt respon dit Consultus in l.prospexit, ibi : *sed sic lex scripta est*.ff.qui,& â quibus,sa hè innuitur ibi,nullo modo Iurispru dẽtes potestatẽ habuisse leges abrro gãdi. Nec vigere desinit contra eam dem opinionem. l. iurisgentium. §. Prætor ait,ff.de pactis,quam optimè in idem expendebat Connan.vbi su pra. *Prætor enim pollicetur se illa pacta seruaturum, quæ neque dolo malo, neque aduersus leges, Plebiscita, Senatus consulta,edicta,Decreta Principum*, &c. Equidem si Vlpian.I.C. tam omnimo dam potestatem habuisset leges abrogandi, atque condendi, minimè Prætorem introduceret, tam strictũ legum obseruatorem: & denique si in quouis etiam minimo negotio, erubescimus cum sine lege loquimur,quid dicendum erit in re tanti ponderis & momenti,aut quis audebit sine lege asserere, adeò amplam Iureconsultis, datam fuisse potestatem.

11 In qua difficultate vera sententia est, quam defendunt Alexandrinus in c.responsa,dist.2. Ioann. Corras. lib.1.epistol.c. 6. Nogueira in rubr. de leg.1.nu.138. frequenter Doctores in d.§.responsa Prudentum,asserentes Iurisconsultos, non habuisse authoritatem generaliter,circa condendas leges, sed prudentibus illius sæculi dumtaxat permissum esse de iure respondere,ex Principũ authoritate,ita quod singula sapientissimorum virorũ illius ætatis responsa vim obtinerent legis,necessitatemq; inducerent iudicibus iuxta illa iudicãdi:si verò vel tantisper à iure deuiassent,nullam prorsus habebant legis authoritatẽ.Habuerũt etiã dicti sapiẽtes (vt hoc vulgus non ignoret) quãdam potestatẽ peculiarẽ dictandi leges in scriptis, hoc est, aptandi,& conferendi verba quibus sententia legũ apertior fieret,vt cõstat ex text. in d.l.1.§.iubemus.C.de veteri iure. ibi,*conscribendarum legum*, qui sic intelligendus est.

12 Cui resolutioni non refragantur, plerique; loci proximè relati, ex quibus deduci videbatur,cõcessam fuisse Prudentibus ferẽdi leges potestatẽ,vt in d.l.2.§.ergo Sabino,cũ similibus : satis enim dici poterant leges condere,quorũ responsa lata secundũ ius,parẽdi necessitatẽ inducebãt, iuxta text. optim. in cap. ex multa in prin.ibi,*in cõsultatione vestra*, de voto. l.1.ff.de constit. Princip. l.vltim. ibi, *sciant hoc esse legem*. C. de legibus, in quo sensu capienda sunt iura omnia asserẽtia,Consultis permissum fuisse leges edere,& facere cõstitutiones.

13 In eisdẽ igitur terminis,id est quãdo Iurisconsulti leges ferebant secũdũ ius,iuxta factam sibi potestatẽ, nihil contra inducentes,fas non erat iudicibus inferioribus,contra illorum responsa iudicare.c.responsa.2.dist. d.§. responsa,cũ similibus, quibus in locis ita docuit cõmunis sch ola,sensitq; Archidiacon. in d. c. responsa, per text.ibi Ioann.Corras. vbi proximè Ferretus in l.1.n.5. ff.de leg.1.

14 Tantumque abest,quod Iurecon sultis in communi, & non singulis, data fuerit facultas conscribendarum interpretandarumque legum, (vt aiebat Salamonius) intelligendo illa verba,*quorum omnium*, de quibus in d.§.responsa Prudentum,non distributiuè,sed collectiuè,argumento.l.si pluribus 45.de leg.2.l. non distinguemus 37.§.cum in plures.ff.de recept.arbitr. vt potius Magistratibus omnibus iuramentum deferri consueuerit,nè quidquam contra leges facerent,nec dictæ potestatis in communi, quàm comminiscuntur omnibus

Digitized by Google

omnibus iuriſprudentibus collectiuè datam, tutum aliquod fundamentum in iure reperitur, & ſatis confunditur ex dictis præfata Salamonij exiſtimatio.

15 Neque obſtabit, ſi obijcias cum ipſo, quod ſi ſingulis Iureconſultis priuatim conceſſum eſſet leges edere, ſicuti à Tiberio Sabino fuiſſe permiſſum dicitur; ſequeretur inconueniens non leue, quædam ſcilicet confuſio, & quod nihil eſſet inſtabilius, quam vniuscuiusq; ex iuriſprudẽtibus ſentẽtia: etenim quod vnus componeret; alter impugnaret, & quod vnus adderet; alius detraheret, quo nihil abſurdius, aut Romana ſapientia indignius admitti poſſe videtur. Quia reſpondeo, quidquid ſinguli Iuriſcõſulti reſpõdiſſent adhuc ſecundum ius, quod legis vim habebat liberum ſemper fuiſſe legitimis ſuperioribus eligere illud, quod iuſtius ſibi viſum fuiſſet, quo ſuppoſito ceſſat, nec timeri poteſt prædictum inconueniens: alijsq; reiectis firma manet concluſio, datam fuiſſe Iuriſconſultis poteſtatem ferendi leges ſecundum ius, nihil contra inducendo, & in eiſdem terminis iudicibus inferioribus fas non eſſe, contra illorum reſponſa iudicare.

16 Vtrum autem quam in Republica ciuili reſponſa Prudentum habent authoritatem, eandem ſortiantur ſanctorum dicta in eccleſia vniuerſali, non in elegantis quæſtionis erit, & Philipp. Deci. in cap. ne innitaris de conſtit. 2. lectur. gloſſam ſequutus in cap. noli, verb. *in iſtis. 9.* diſtin. quam receptã teſtatur Felin. in d.c. ne innitaris. n. 3. in ea fuit opinione, vt exiſtimaret præfata dicta ſanctorum recepta eſſe, & approbata per eccleſiam, tanquam habentia legis authoritatẽ, & vtitalia ſeruanda eſſe, in iudicijs cauſarumq; deciſionibus, quã gloſſę ſententiam improbauit M. Cano lib. 6. de locis Theologic. cap. 13. Sanè magnus Auguſtin. ad Hieron. epiſt. 19. ſolis ſcriptoribus qui Canonici appellantur, tantum timorem, & honorem deferendum eſſe voluit, vt nullum eorum ſcribendo erraſſe credendum ſit: ita vt ſi aliquid in eis fuerit offenſum, quod videatur contrarium veritati nihil aliud, quam, vel mendoſum eſſe codicem, vel interpretem non aſſequutum eſſe, quod dictũ eſt, vel nos minimè intellexiſſe exiſtimare debeamus. Alios autem id eſt non ita canonicos ſcriptorum libros, ita legendos eſſe credidit, vt quantalibet ſanctitate doctrinaque polleant, non ideò verum putandum ſit, quia ipſi ita ſenſerũt, ſed quia nos per alios authores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quod iſthæc ſcripta à vero non aborreant intelligamus: ex mente igitur Auguſtini dicta ſanctorum, neutiquam authoritatem legis habere cenſenda ſunt.

17 Accedit quod multoties dictum vnius ſancti, alterius dicto reperitur contrarium, quo caſu coacta ratione fatendum erit, non habere neceſſariam legis authoritatem, cum alterũ ex his à fortiori futurũ ſit, nõ ita certum: lex autem, neq; de incertis, nec de ſubdubio exiſtentibus rebus eſſe poteſt, vt manifeſtum eſt, igitur, &c. Ita tenet Cano vbi ſupra, poſt Ioan. Andr. & cõmunem interpretũ ſcholam, ex Felino in d.c. ne innitaris.

18 Probatur præterea dicta ſanctorũ non habitura in eccleſia vniuerſali, vim legis, ex doctrina Leonis Papæ III. ſcribentis Epiſcopis Britaniæ, cuius teſtimonium refertur in cap. de libellis, 20. diſtinctione, vbi dixit, *Aliquando ſuper dictis ſanctorum ad Sedem Apoſtolicam referendum*, ſcilicet (vt ego interpretor) quoties dicta fuerint contraria, vel pugnantia inter

ter ſe: tunc enim rectè docuit Leo Papa neceſſarium eſſe recurſum ad Pontificem, ſeu Apoſtolicam Sedē. Quaratione idem Pater Auguſtin.ad Vincen.epiſt.48.contra Donatiſtas, rectè diſtinxit ac ſeparauit Cipriani, & Agripini dicta,ab alijs canonibus, dicens genus illud litterarum ab authoritate canonis diſtinguendū eſſe, ſubiungens,nō ſic legenda dicta ſanctorū,tanquam ita ex eis teſtimoniū proferatur,vt cōtra ſentire nō liceat, ſicubi forte aliter ſapuerint,quàm veritas poſtulat: addens etiam nos dignare non debere in propoſito ab Apoſtol.dictum acipere(& ſi quid aliter ſapitis,id quoque Deus vobis reuelauit)ex qua D.Auguſtini doctrina facilè ac manifeſtè colligitur, nullo modo dicta ſanctorū habere poſſe (vt talia)legis authoritatem in eccleſia vniuerſali,contra prædictā gloſſæ ſententiam,in d.c.noli, verb. *in iſtis*, & aliorum,qui illam ſequuti ſunt.

19 Quibus tamen non obſtātibus vera reſolutio eſt,circa propoſitā difficultatem dicta ſanctorum,quæ recepit,& approbauit Gellaſius in Concilio habito Romæ,cum ſeptuaginta Epiſcopis,cuius elegantiſsimū teſtimonium, & approbatio refertur in cap. ſancta Romana. 15.diſt.vbi quatuor Cōcilia ibi nominata voluit venerari: & ſi qua alia fuerint à ſanctis Patribus inſtituta, oſtenditq; quænā opuſcula ſanctorū Patrū recipiantur in eccleſia,illa (inquā)dicta ſanctorū ibidē relata neceſſariā in eccleſia vniuerſali authoritatē habere,tam in rebus pertinentibus ad fidem, quàm in ſpectantibus ad mores: atque id nō aliter quā deficientibus canonibus,quos primū locū habituros indubitati iuris eſt,ita vt Canone deficiente,dicta illa,quæ referūtur in d. c.ſancta Romana vim,& authoritatē legis habeāt,ſic docuit cōmunis ſchola,& claſici interpretes vnanimi cōſenſu tradiderunt in d.cap. ne innitaris,de conſtit.exploratum namque eſt,non poſſe nos aliorum cōmentaria ſuſcipere, & ſanctorū Conciliorū canones relinquere,vel Decretaliū regulas,quę cū canonibus habētur.In omnib'enim eccleſiaſticis iudicijs,canonibus Apoſtolorum vti debemus,atque illa recipere Concilia, quæ fore recipienda dixit Leo Papa Quartus vbi ſupra, necnon dicta ſanctorum ab ipſo relata: itaq; per canones Epiſcopi iudicant, per quos ſimul iudicantur,& clerici.

20 Quod ſi negotium aliquod inuſitatum emerſerit, quod minimè poſſit per canones diffiniri: tunc profecto recurrere debebimus ad dicta Hieronymi, Auguſtini, Iſidori, vel cæterorū ſimiliter ſanctorū Doctorum. Quam doctrinam ego intelligerem, dūmodo vnius ſancti dicta alterius dictis contraria non reperiātur; ſi enim ſibi inuicem aduerſi reperti ſint,planum quidem eſt, eorum teſtimonia, ac ſententias neceſſariā legis authoritatem nō habituras: vbi ergo dicta ſanctorum Patrum, non exiſtentibus canonibus, valde ſibi conſonant magnanimiter erunt retinenda, ac promulganda tanquam leges. Si verò ſint, vel appareant inter ſe contraria, vt vnius ſancti dictum alterius dicto contrarium ſit, vel eſſe dicatur,de talibus ad Apoſtolicā Sedem referendū erit: nec oportebit ea quę dubia ſunt tanquā leges recipere,& approbare: quæ doctrina originaliter inuenitur,apud Leonem Papam IIII. relatū in cap. de libellis. 20.diſt.vbi non obſcurè docuit dicta ſanctorū Patrum certa,& ſibi cōſona omninò retinenda, ac promulganda, alia verò id eſt, quæ dubia extiterint ad Sedem Apoſtolicam deferenda.

21 Et clarius, ac facilius Innocent. Papa, relatus in c. de quibus eiuſdē. 20. diſt. gradus, & ordinem conſtituit, vt priori loco libri veteris teſtamēti, quatuor Euangeliorum cū totis ſcriptis Apoſtolorū collocandi ſint. Deinde recurrendū ad diuina ſcripta Græca: quod ſi in illis non fuerit inuentum, quomodo negotium definiendum ſit, canones Apoſtolicæ Sedis oporteat intueri: & poſtea ad Catholicæ Eccleſiæ hiſtorias Catholicas, à Doctoribus Catholicis ſcriptas confugiendum ſit: etſi neque in Hiſtorijs inuenerim⁹ aliquid, quo ſolui poſsit difficultas perſpicaciter, reuocanda ſint in memoriā Sanctorū Patrū exēpla, & illis iudicandum, c. qui de menſa. 37. diſt. c. ſi habes. 24. q. 3. gloſ. & Doctores in d. c. qui de menſa. Vides igitur qua ratione tandem, poſt ſcripturas, canonicasque ſanctiones dicta Sanctorum, ſibi non contraria recipienda voluerint, & neceſſariam habitura legis authoritatem Pōtifices Maximi Leo, & Innocent. ex quibus ceſſant propoſitæ initio huius dubij obiectiones, dicta enim Sanctorum deficiente canone, tam quo ad fidei dogmata, quam quo ad mores neceſſariam habent auctoritatem, & in vim legis recipiuntur, dummodo ſibi non contrarientur, nec aduerſa ſint: aliās ſi dubia, aut incerta, vel ſecum pugnantia, planum eſt, neceſſariam auctoritatem minimè habitura, de quibus loqui cenſendi ſunt Patres, qui dictis Sanctorum neceſſariam auctoritatem tribuere recuſarunt.

22 Limitabis tamen præfatam reſolutionem, vbi dicta Sāctorū fuerint retractata: quis enim ignorat magnum Patrem Auguſtinum, multa de ſuis ſcriptis retractaſſe, vt conſtat ex elegantiſsimo libro ſuarum retractationum, faciuntque à Doctoribus tradita circa ſtatuta, & leges correctas in c. 1. de conſtit.

23 Manifeſtū etiā eſt ex dictis, Sāctorum ſcripta, deciſsionibus Summorū Pontificum contraria, auctoritatē legis habere non poſſe, nedū recipienda quandoquidē Romanis Pōtificibus poteſtas legis cōdēdæ data fuit, iuxta c. translato de conſt. Sanctis verò Patribus non ita, vt docuit gloſ. in ſumma. 20. diſt. facitque optimè clemen. 1. §. fin. de ſumma Trinit. vndè Archidiacon. & Dominic. in §. Auguſtinus, 16. diſt. dicebant in deciſsionibus cauſarum, canones præualere debere Sanctorum dictis.

24 Non autē ſemel tantū, ſed multoties contingere poteſt, vt dicta Sāctorū melioribus fundata rationib⁹ ſcriptis Summorū Pontificū præualeant, puta ſi Pontifex Maximus librū componat, nō Legislatoris, ſed interpretis perſonam ſubſtinēdo, prout fecit doctiſsimus Innocentius III. cuius præſtātiſsima ſcholia ad Gregorij 9. Decretalium compillationē, nulla vnquam vetuſtas obruet, nulla delebit obliuio, cuius tanta fuit modeſtia cum eximia ſapientia, & eruditione coniuncta, vt ſæpenumerò dicere conſueuerit ſuæ mentis non fuiſſe, vt prædicta ſua commentaria ius facerent: quinimò inſtar minutiſsimi Doctoris gloſſemata reputarentur, & ita ab ipſo Innocentio viua voce, ſe audiuiſſe refert Cardinalis Henrichus, vulgò Hoſtienſis nuncupatus in cap. ſolet de ſent. excommunicat. in 6. vbi eiuſdem viuæ vocis, meminit etiam Ioann. Andr. idem animad uertens. Præfatumque diſcrimen inter Pontificem legem condētem, & eundē aliquas gloſſas ſcribentem, ad notauerat ipſemet Innocentius in c. per tuas de Symonia, Abbas Panormi. in c. capellan⁹ de ferijs, Dominic. & Archidiaco. in ſūma. 20. diſt. planè

Digitized by Google

in prædicta ſpecie facilè poterit euenire,vt Sanctorum dictis melioribus rationibus fundatis,ſcripta Pontificũ cedere debeant,quando vt interpretes ſcholia cõponunt,nec munus Legislatoris exercent,non enim minoris imò maioris eſſe ſolet diligentiæ aliena ſcripta retexere, prout fecit eruditiſsimus Innocen.quã alia proprio Marte cõponere,vt fecerũt plures alij viri doctiſsimi.

25 Licet enim nulli fas ſit, vel velle, vel trãſgredi poſſe,Apoſtolicæ ſedis præcepta,quin potius grauiſsima protulerit maledicta Gregor. Papa IIII. relatus in c. nulli fas eſt, 19. diſtinct. aduerſus eos,qui ita fuerunt ad audẽdum proiecti,vt voluerint Apoſtolicis contraire præceptis,videlicet, vt deinceps talis audax locum non habeat inter ſacerdotes, ſed extorris fiat à ſacroſancto miniſterio, ſitque alienus à diuinis,& Pontificalibus officijs,qui noluit præceptis Apoſtolicis obtemperare,pluraque alia mala comminata ſint cõtra homines,adeò vita perditos,& profligatos, vt ſanctæ eccleſiæ iuſsionibus parere recuſauerint:hæc, & alia ſimilia accipienda ſunt,de præceptis Romanorũ Põtificũ canones,aut cõſtitctiones ferẽtiũ,non verò de ipſorũ ſcriptis,quando gloſſatores,& interpretes extiterũt,quoniã ſto Põtificali fulgeãt dignitate,nihilominus tamen,quatenus priuati Doctores, etiã doctiſsimi,vnã,aut alteram rem potuerunt ſic interpretari, vt ſint alij ſancti Patres, qui melius interpretarentur.

26 Pariter etiam circa interpretationem ſanctarum Scripturarum,voluerunt Archidiaconus, & Dominicus in §.Auguſtinus,26.diſt.poſt gloſam in ſumma.20.diſtinctionis, potioré locũ tenere dicta Sanctorũ, quã Romanorũ Põtificũ ſcripta,ni ſermo eſſet de fide, vel ſacramentis, rebusvè ſpectãtibus ad ſalutẽ, & incolumitatẽ Eccleſiæ vniuerſalis:in his enim ſi extaret ex vna parte ſentẽtia Põtificis,ex alia autẽ dictũ alicuius Sancti, nefas eſſet à Pontifice diſcedere.

27 Vbi mihi profecto non videtur intempeſtiuum doctum lectorẽ admonere,ſi fortè contigiſſet ſummum Eccleſiæ Paſtorẽ inutilem, & remiſſum eſſe in operibus ſuis,& inſuper à bono taciturnum, qui nihilominus ſibi, & omnibus officiens,innumerabiles Populos catervatim ſecũ ducat,innumeraque mala perpetrare in tẽdat: illius certè culpas nullus mortaliũ,abſque delicto & præſumptione poterit redarguere, quia primus Eccleſiæ Prçſul cunctos iudicaturos à nemine iudicandus eſt,ſemper excepto hçreſis crimine:Qua ratione fideliũ vniuerſitas pro perpetuo ſtatu Põtificis tãto inſtãtius orat, quãto ſuã ſalutẽ, poſt Deum Optimũ Maximum ex illius incolumitate animaduertit propenſius pendere.

28 Nec poſſet Papa edicto præcipere,quod nullus eum acuſare valeret de hæreſi, quia ex eo periclitaretur tota Eccleſia, ob quod enorme damnum imminensque toti Eccleſiæ periculum,indubitatum eſt, integrum non fore Pontifici tale quid ſtatuere,ex reg.c.ſunt quidam 25.q.1. inſuper quia talis conſtitutio ordinaretur in eum caſum, à quo incipere nõ poſſet, ſcilicet in tempus admiſſę hçreſis à Pontifice, cum iam deſineret eſſe caput Eccleſiæ,& ita non teneret talis cõſtitutio,præterquam quod generaret ſcãdalũ, & multa ex ea ſubſequerẽtur mala,timeriq;poſsẽt non modica pericula,&damna in futurũ.

29 Tanta verò eſt dignitas,atque maieſtas Summi Pontificis, vt quamuis nimia contumatia, hæreſis dicatur in iure, vt in c. ſi qui presbyteri, 81. diſt. & nimium cõtumaces infideles, di-

dicãtur in c.nullus,diſt.38.nihilominus tamẽ Hugo relatus â gloſ. in c.ſi Papa,verb.*á fide deuius*,40.diſt.exiſtimauerit Papã quantumcũque incorrigibilem,aut delinquentẽ, dummodo paratus eſſet, ſtatim corrigi non poſſe, de crimine acuſari, iuxta expreſſa iura in c.dixit Apoſtol°.2.q.3. c.hęc eſt fides, cap. apertè, c. ait.24. q.1.

30 Maior tamen dubitatio eſt,quãdo Põtificis crimen notoriũ eſſet,per ipſius confeſsionẽ,vel per facti euidẽtiã,v.g.eũ eſſe adulterũ,vel Symoniacum,&admonitũ incorrigibilem exiſtere,ex cuius dictis, & factis, magnũ in Eccleſia vniuerſali ſcandalum ſuborrtum eſſet:vtrum in hoc caſu inſtitui poſſet,& deberet aduerſus Pontificem acuſatio: & ſupradicta gloſſa verb.*á fide deuius*,voluit prædictis circunſtantijs concurrentibus,poſſe Romanum Pontificem acuſari, ex eo, quia illa tanta immenſa contumatia,& incorrigibilitas planè hæreſim ſaperet,in fidelisque cenſeretur talis Põtifex,aut hæretic°,hæreſis enim multis modis ſtat,vt animaduertunt iura & Doctores in c.firmiſsimè de hæreticis,& in c. inter,24.q. 3. & inutilis eſſet denuntiatio, niſi Papa hæreticus notoriè incorrigibilis, & nõ paratus corrigi, acuſari quoque poſſet.

31 Eſt & alter caſus in quo Sanctorũ dicta prævalere adhuc poſſunt,ſcriptis Pontificum, vbi Sanctorum dictũ fundatum fuerit aliqua auctoritate, aut teſtimonio,noui, ſiuè veteris teſtamenti,quo caſu auctoritas Pontificia exiſtens in contrarium, non ſolum recipienda non erit, ſed reſpuẽda omninò: ex quo contra nouum, vel vetus teſtamentum, ac per conſequẽs minimè amplectẽda,c.ſunt quidam 25.q.1. Etenim quamuis potius iudicari deberet ſecundum illos,qui innitũtur auctoritatibus canonum, quam ſecundum illos, qui innituntur auctoritati Hieronymi,vel Auguſtini,alterius vè ſancti Patris, id verũ eſt,niſi Auguſtinus iubetur auctoritate noui,vel veteris teſtamẽti,vel etiã aliquo canone,vt voluerunt Bald. in authen. ad hæc,col.2. C. de vſuris, Alex.Immolenſ.in l. benè ad cognitionem,col.8.ff.ſi certũ petatur, vbi gloſsita tenentem ſingularem appellauit.

32 Exemplum ſit in ſtatuto, aut cõſtitutione circa matrimonium raptoris cum rapta,nam licèt Cõcilium apud Aquiſgrãnum celebratum (vulgò dictũ Aquiſgrãgẽſe) decreuerit, quod raptor non poſsit matrimonialiter iũgi cum rapta, quippè rapientes fœminas, vel furantes, aut ſeducentes eas nullatenus habere poſſunt in vxores: nihilominus tamen contrarium placuit B. Hieronymo,cuius dicto ſtandum eſt, relato in capit. tria 36. quæſt.2. quandoquidem iubatur Meldenſis Concilij c.65. auctoritate,quæ refertur in c. ſi autem,eadem cauſa,& quæſtione, quo in loco tandem approbauit Synodus Meldenſis, cõiugium raptę cum raptore, præſertim ſi voluntas parentum acceſſerit, quod etiamſi ex voluntate parentum celebraretur,improbauerat Aquiſgrangenſis Synodus,quæ omninò prohibuit tale coniugium,quãuis poſtmodum conueniſſent, aut eas raptores ipſi dotauerint, vel nuptialiter cum conſenſu parentum voluiſſent accipere: & nihilominus dicta auctoritas Concilij, apud Aquiſgrannum celebrati, non præiudicat auctoritati Hieronymi,teſtimonio diuinæ legis innitẽti,licet enim in cauſis decidendis præferantur Concilia, auctoritatibus Sãctorũ Patruũ, dictæ tamen auctoritati Cõcilij Aquiſgrannenſis prçiudicat auctoritas Hieronymi,quia corroboratur auctoritate

in prædicta ſpecie facilè poterit eue nire,vt Sanctorum dictis melioribus rationibus fundatis,ſcripta Pontificũ cedere debeant,quando vt interpre tes ſcholia cõponunt,nec munus Le gislatoris exercent,non enim minoris imò maioris eſſe ſolet diligentiæ aliena ſcripta retexere, prout fecit eruditiſsimus Innocen.quã alia proprio Marte cõponere,vt fecerũt plures alij viri doctiſsimi.

25 Licet enim nulli fas ſit, vel velle, vel trãſgredi poſſe,Apoſtolicæ ſedis præcepta,quin potius grauiſsima protulerit maledicta Gregor. Papa IIII. relatus in c.nulli fas eſt,19. diſtinct. aduerſus eos,qui ita fuerunt ad audẽ dum proiecti,vt voluerint Apoſtolicis contraire præceptis,videlicet, vt deinceps talis audax locum non habeat inter ſacerdotes, ſed extorris fiat à ſacroſancto miniſterio, ſitque alienus à diuinis,& Pontificalibus officijs,qui noluit præceptis Apoſtolicis obtemperare,pluraque alia mala comminata ſint cõtra homines,adeò vita perditos,& profligatos, vt ſanctæ eccleſiæ iuſsionibus parere recuſauerint:hæc, & alia ſimilia accipienda ſunt,de præceptis Romanorũ Põtificũ canones,aut cõſtitctiones ferẽtiũ,non verò de ipſorũ ſcriptis,quando gloſſatores,& interpretes extiterũt,quoniã ſto Põtificali fulgeãt dignitate,nihilominus tamen,quatenus priuati Doctores, etiã doctiſsimi,vnã,aut alteram rem potuerunt ſic interpretari, vt ſint alij ſancti Patres, qui melius interpretarentur.

26 Pariter etiam circa interpretationem ſanctarum Scripturarum,voluerunt Archidiaconus, & Dominicus in §.Auguſtinus,26.diſt.poſt gloſam in ſumma.20.diſtinctionis, potiorẽ locũ tenere dicta Sanctorũ, quã Romanorũ Põtificũ ſcripta,ni ſermo eſſet de fide, vel ſacramentis, rebusvè ſpectãtibus ad ſalutẽ, & incolumitatẽ Eccleſiæ vniuerſalis:in his enim ſi extaret ex vna parte ſentẽtia Põtificis,ex alia autẽ dictũ alicuius Sancti, nefas eſſet à Pontifice diſcedere.

27 Vbi mihi profecto non videtur intempeſtiuum doctum lectorẽ admonere,ſi fortè contigiſſet ſummum Eccleſiæ Paſtorẽ inutilem, & remiſſum eſſe in operibus ſuis,& inſuper à bono taciturnum, qui nihilominus ſibi, & omnibus officiens,innumerabiles Populos catenatim ſecũ ducat,innumeraque mala perpetrare in tẽdat: illius certè culpas nullus mortaliũ,abſque delicto & præſumptione poterit redarguere, quia primus Eccleſiæ Prçſul cunctos iudicaturos â nemine iudicandus eſt,ſemper excepto hçreſis crimine:Qua ratione fideliũ vniuerſitas pro perpetuo ſtatu Põtificis tãto inſtãtius orat, quãto ſuã ſalutẽ, poſt Deum Optimũ Maximum ex illius incolumitate animaduertit propenſius pendere.

28 Nec poſſet Papa edicto præcipere,quod nullus eum acuſare valeret de hæreſi, quia ex eo periclitaretur tota Eccleſia, ob quod enorme damnum imminensque toti Eccleſiæ periculum,indubitatum eſt, integrum non fore Pontifici tale quid ſtatuere,ex reg.c.ſunt quidam 25.q.1. inſuper quia talis conſtitutio ordinaretur in eum caſum, â quo incipere nõ poſſet, ſcilicet in tempus admiſſę hçreſis â Pontifice, cum iam deſineret eſſe caput Eccleſiæ,& ita non teneret talis cõſtitutio,præterquam quod generaret ſcãdalũ, & multa ex ea ſubſequerẽtur mala,timeriq;poſsẽt non modica pericula,&damna in futurũ.

29 Tanta verò eſt dignitas,atque maieſtas Summi Pontificis, vt quamuis nimia contumatia, hæreſis dicatur in iure, vt in c. ſi qui presbyteri, 81. diſt. & nimium cõtumaces infideles di-

dicãtur in c.nullus,diſt.38.nihilominus tamẽ Hugo relatus â gloſ. in c.ſi Papa,verb.*á fide deuius*,40.diſt.exiſtimauerit Papã quantumcũque incorrigibilem,aut delinquentẽ, dummodo paratus eſſet, ſtatim corrigi non poſſe, de crimine acuſari, iuxta expreſſa iura in c.dixit Apoſtol⁹.2.q.3. c.hęc eſt fides, cap. apertè, c. ait.24. q.1.

30 Maior tamen dubitatio eſt,quãdo Põtificis crimen notoriũ eſſet, per ipſius confeſsionẽ,vel per facti euidẽtiã,v.g.eũ eſſe adulterũ,vel Symoniacum,&admonitũ incorrigibilem exiſtere,ex cuius dictis& factis, magnũ in Eccleſia vniuerſali ſcandalum ſuborrtum eſſet:vtrum in hoc caſu inſtitui poſſet,& debeat aduerſus Pontificem acuſatio: & ſupradicta gloſſa verb.*à fide deuius*,voluit prædictis circunſtantijs concurrentibus,poſſe Romanum Pontificem acuſari, ex eo, quia illa tanta immenſa contumatia,& incorrigibilitas planè hæreſim ſaperet,in fidelisque cenſeretur talis Põtifex,aut hæretic⁹,hæreſis enim multis modis ſtat,vt animaduertunt iura & Doctores in c.firmiſsimè de hæreticis,& in c. inter,24.q. 3. & inutilis eſſet denuntiatio, niſi Papa hæreticus notoriè incorrigibilis,& nõ paratus corrigi,acuſari quoque poſſet.

31 Eſt & alter caſus in quo Sanctorũ dicta prætalere adhuc poſſunt,ſcriptis Pontificum, vbi Sanctorum dictũ fundatum fuerit aliqua auctoritate, aut teſtimonio,noui, ſiuè veteris teſtamenti,quo caſu auctoritas Pontificia exiſtens in contrarium, non ſolum recipienda non erit, ſed reſpuẽda omninò: ex quo contra nouum, vel vetus teſtamentum, ac per conſequẽs minimè amplectẽda,c.ſunt quidam 25.q.1. Etenim quamuis potius iudicari deberet ſecundum illos,qui innitũtur auctoritatibus canonum, quam ſecundum illos, qui innituntur auctoritati Hieronymi,vel Auguſtini,alterius vè ſancti Patris, id verũ eſt,niſi Auguſtinus iubetur auctoritate noui,vel veteris teſtamẽti,vel etiã aliquo canone,vt voluerunt Bald. in authen. ad hæc,col.2. C. de vſuris, Alex.Immolenſ.in l. benè ad cognitionem,col.8.ff.ſi certũ petatur, vbi gloſ.ita tenentem ſingularem appellauit.

32 Exemplum ſit in ſtatuto, aut cõſtitutione circa matrimonium raptoris cum rapta,nam licet Cõcilium apud Aquiſgrãnum celebratum(vulgò dictũ Aquiſgrãgẽſe) decreuerit, quod raptor non poſsit matrimonialiter iũgi cum rapta, quippè rapientes fœminas, vel furantes, aut ſeducentes eas nullatenus habere poſſunt in vxores: nihilominus tamen contrarium placuit B. Hieronymo,cuius dicto ſtandum eſt, relato in capit. tria 36. quæſt.2. quandoquidem iubatur Meldenſis Concilij c.65. auctoritate,quæ refertur in c. ſi autem,eadem cauſa,& quæſtione, quo in loco tandem approbauit Synodus Meldenſis, cõiugium raptę cum raptore, præſertim ſi voluntas parentum acceſſerit, quod etiamſi ex voluntate parentum celebraretur,improbauerat Aquiſgrangenſis Synodus,quæ omninò prohibuit tale coniugium,quãuis poſtmodum conueniſſent, aut eas raptores ipſi dotauerint, vel nuptialiter cum conſenſu parentum voluiſſent accipere: & nihilominus dicta auctoritas Concilij, apud Aquiſgrannum celebrati, non præiudicat auctoritati Hieronymi,teſtimonio diuinæ legis innitẽti,licet enim in cauſis decidendis præferantur Concilia, auctoritatibus Sãctorũ Patruũ, dictæ tamen auctoritati Cõcilij Aquiſgrannenſis præiudicat auctoritas Hieronymi,quia corroboratur auctoritate

veteris teſtamenti, & etiam auctoritate Meldenſis Concilij relati in d.c. ſi autẽ 36.q.2.vndè in propoſita ſpecie iure optimo, nonnumquam dicta Sanctorũ,Pontificum dictis præferenda ſunt, iuxta notata per Doctores,præcipuè Abbatem in c.qualiter, & quando el 2.in prin.de acuſation. per Ludou.Roman.ſing.179. incipit *dicas*, tradit etiam ſchola communis in c.ne innitaris, vbi Felin. á num.6. cum ſeqq.de conſtit.

33 Sed hæc quæ dicta ſunt minimè procederent,vbi Romanus Pontifex legem ſanciret,cum limitatione iuris diuini,quod vtique explicare limitareque poteſt,ex latè traditis per DD. in c.quæ in eccleſiarũ,de conſtit.tũc enim legẽ Pontificiã præferendã eſſe,cuiuslibet ſancti Patris auctoritati ambigi non poteſt,quantumuis iure diuino,ſic limitato antea niteretur:tale namque ius diuinũ aliter declaratũ,& limitatũ à Papa deſineret, iã ſancti dictũ fouere, atque firmare.

34 Quod ſi ſancti auctoritas habeat pro ſe aliquẽ canonẽ, ſeu Decretalẽ epiſtolã,& ex aduerſo,alter canõ ſit, qui contradicat ipſius ſancti dicto,inſpiciendũ erit,quis canonũ poſterior ſit,cui ſtandũ erit, argumẽto text. in §.poſteriori Inſtitut.quibus modis teſtamẽta infirmẽtur,& patet ex c.tria, c.placuit.36.q.2.iuncto c.fin.de raptorib.quib' in locis præualuerũt poſteriores canonũ conſtitutiones,ſanctorũ dictis, quantumuis alijs canonibus anterioribus firmatis.

35 Inter ipſos tamen Sanctos Patres ſecum diſidentes, diuerſasque imò contrarias fouentes opiniones,quænã præualere debeat,nõ modica dubitatio eſt,& gloſ. ordinaria, in c. vt veterũ,verb.*Græci*,9.diſt. magiſtraliter voluit vni Doctori,aut ſancto magis ſtandũ eſſe,quã alteri,attenta cuiuſque profeſſione,exẽpli gratia, circa ſenſum,& interpretationẽ ſanctarũ ſcripturarũ,maior fides adhibẽda eſt,Hieronymo,quã Auguſtino,& inter Auguſtinũ,Hieronymũ, & Gregoriũ, Auguſtino magis creditur in diſputationibus,Theologiaque concertatrice,vulgo ſcholaſtica nũcupata,Hieronymo in hiſtorijs,&trãslationibus ad placidã Theologiã, quã poſitiuã appellamus ſpectãtibus,Gregorio in moralibus, cũ certũ ſit, non omnes in omnibus præfulgere, ſed certi incertis profeſsionib',ex deciſ. tex.in l.1.ibi,*quia non omnes*, C.de veteri iure enucleãdo,ipſaque ratio, & experientia ſic docẽt, quia regulariter, & vt in plurimũ magis homines inſiſtere ſolẽt,in vna,quam in altera profeſsione,& ideò dictã gloſam approbarũt Ludou.Romanus,in l. ſi verò,§.de viro,fallẽt.15.ff.ſolut. matrimo.& in l.1.§.fin.ff.de verb.obligat. & in l.1. ff.ſi certũ petatur, docuitq; Abb.in d.c.ne innitaris de conſt.qua etiã ratione,quantũcumque authẽticũ ſit aliquod inſtrumẽtũ, ſi tamẽ de ipſo aliquid indubiũ reuocetur, ſemper exhibendũ eſt illud,á quo originẽ duxit, vt probat text. optim. in c. cũ inter de re iudic.c.ieiuniũ in principio.76.diſt.c.ſancimus 25.q.2. quidquid olim contradixerit Alberic.dicẽs, & ſi vna publica charta originẽ ducat ab alio inſtrumẽto publico,neceſſe non eſt,exhibere originale, de quo latè gloſ.magiſtra in c.cõtra morẽ,verb.*conſuetudines*,100.diſt.retulit & cõfutauit D.Albericũ,d.glo.ordinaria,verb.*Græci*, in d.c. vt veterum.

36 Imò ſi inter Doctores eiuſdem profeſsionis,alter duas partes profiteretur,duoue munera obiret,& alius alteram partem profeſsionis,ſiue artis dũtaxat exerceret, vnicã partem profeſſo,tanquã magis eidẽ inſiſtẽti, maior habẽda eſſet fides, vt ſi circa vulnerum qualitatem diſiderent phyſici,

ſici, ſeu Medici, & Chirurgici, Chirurgicis profecto, tanquam plus ver ſatis in curandis vulneribus, magis credendum foret, quamuis Medici coniunctim cum Medicina Chirurgicam artem exercerent: quippè ipſi Chirurgici multo magis circa vulnera verſantur, & inſiſtunt, pluribuſque intentus (vt dici ſolet) minor eſt ad ſingula ſenſus, idque intelligendum eſt, data paritate perſonarum in ſcientia, & eruditione, ſemper enim excipimus indoctos, & imperites.

37 Ex quo etiam infero in praxi, quod ſi inter Doctores vtriuſque iuris, circa examen alterius, negotiumvè decidendum, orta fuiſſet controuerſia, ſeu excitata varietas præualere debeant illorum voces, qui magis verſantur in ea facultate, ſto docti, eruditique ſint cæteri eandem facultatem profeſsi, etſi non ita verſati. Sicque publici legum, aut canonũ profeſſores magni præſertim nominis, quales Salmantica, Vallisoletum Complutm noſtrum, & aliæ Hiſpaniæ Vniuerſitates habent, non paucos magni ducendi, & ęſtimandi eſſent, ne dicam (ob inuidiam vitãdã) cæteris omnibus in obtinendis magiſtratibus præferęndi, præſertim illi, qui inſigni aliqua toga Collegiorum ſunt vel fuerũt inſigniti, qui generis ſplendore, litteris modeſtia, doctrina, eruditione, & prudentia cæterisq; virtutibus, & animi dotibus prę celere ſolẽt, vtpotè in illis religioſis, & honorificẽtiſsimis domib' inſtituti.

38 Tandem ex dictis relinquitur planũ, & apertum ſententias Summorũ Pontificum inſertas in corpore iuris canonici, vim & auctoritatem legum ſortiri, & vt tales fore obſeruandas, iuxta gloſ. receptã in ſumma. 19. diſt. Illa verò non leuis dubitatio eſt, vtrũ ſententijs ſupremi Senatus, ſic oporteat adhærere, vt idẽ in ſimilibus cauſis iudicandum ſit. Et quidem cũ leges ordinari debeant in bonum publicum, vt ſequenti libro latè à nobis dicendum erit, & dictæ Senatus deciſsiones, vt manifeſtum eſt, ordinentur de ſe in bonum priuatũ, ideoque legis vicem ſubire nequeant, neceſſariò fatendum eſt, nullum magiſtratum, Senatorem, aut iudicem cogendum eſſe, ex vi illarum ſententiarum ſecundum illas iudicare, quidquid Matheus de Afflict. deciſ. 45. cuius opinionẽ amplexus fuit, Gamma Luſitanus deciſ. 228. exiſtimauerit deciſsiones ſupræmi Senatus ea polere auctoritate, vt ſecũdum illas omnino iudicandum ſit: quorum fundamenta, quæ ab Afflicto, & Gamma expenduntur, ſi altius inſpiciãtur, & cõſiderentur, non procedunt, nec locũ habent in nudis ſupremi Senatus deciſsionibus, ſed quando præter illarũ auctoritatẽ cõſuetudine, ſeu praxi fuiſſent receptæ, iuxta l. 1. C. quæ ſit lõga cõſuetudo, & l. filiꝰ 14. poſt princip. ibi, *inueni Senatum cenſuiſſe*, ff. de falſis, cũ alijs pluribus, & nihilominus Gãmę, & Afflictis relata ſententia cõuincitur prędicta ratione, de lege potiſsimũ, & neceſſariò dirigẽda in bonũ cũmune, & iuribus expreſsis in d. l. nemo, ibi, *eminẽtiſsimorũ Præfectorũ*, & ibi, *vel alicuius maximi magiſtratus.*

39 Nec aptum argumentum conficitur de Senatu Populi Romani ad noſtrorũ Senatorum Curias, non enim procedunt à pari, & d. l. filius ſermonem inſtituit de Senatu Romani Populi, penes quem erat poteſtas condendi, reuocãdique leges, noſtris verò Senatoribus poteſtas data nõ eſt, ſtatuẽdi aliquid cõtra leges, quinimò canonũ cõſtitutiones, & ſtatuta, omnes inuiolabiliter, tam iudices ſupremi, quam inferiores cuſtodire debent, quibus datum non eſt exemplis, ſed legibus iudicare, vt rectè ani-

animadiertunt Andr. Alciat.libr. 2. Paradoxor.c.9. & Philip. Dec. cons. 403.& cons.17.col.2.

40 Vndè est,quod iudices quantumcumque supremi,in ingressu suorum officiorum iuramẽtum subeant, quo pollicentur,& iure iurando promittunt,se iudicaturos secundum leges, vt testatur Menchaca de successionum creatione,§.6.num. 4. ex authen. de iudicibus,§.vlt.collat.6.authent.hodie,vbi glos.verb.*iustius*, C.de iudic. quibus minimè etiam refragatur decisio,d.l.1.C.quæ sit longa consuetudo, vbi sermo fuit de consuetudine,vsu & praxi recepta,quam in iudicijs causarumque decisionibus,vt legem obseruandam esse, plusquã manifestum est, & obseruarunt Salazar de vsu & stylo c.2.n.24.& Nuñez de Abendaño in edicta Prætorum, 2. p. cap.16.n.15. etsi negandum non sit summam esse auctoritatẽ Senatus, quam omninò sequi oportebit, vbi (quod raro euenict)lex,aut ratio manifesta non contradixerint,legis verò authoritatem nullam habent supremi Senatus sententiæ, neque in vim Decreti trahi possunt ad casus similes,l.quod verò 13. ff.de legib. cũ priuatam litigantium vtilitatem respiciant,& ideò ad casus similes non extendantur,l.*sæpè* 63.ff.de re iudic. cap.pen.illo titu.& in rubr.& per totum,C.res inter alios acta, quam certum est, alijs nocere non debere, l. nemo 13. C. de sent. & interloquut. omnium iudicũ.quæ enim Princeps alicui, ob merita indulsit Senatusvè iuxta allegata,&probata iudicauit, non sunt tanquam leges in consequentiam addu cenda.

(?)

Libri secundi finis.

LAVS DEO.

Digitized by Google

CHRISTOPHORI AB ANGVIANO SEDANO.

PRIMARII

OLIM ET DECANI IVRIS Pontificij, in Academia Complutensi, nunc Præfecti nobilitatis in Granatensi Prætorio.

TRACTATVS

DE LEGIBVS

ET CONSTITVTIONIBVS Principum, ipsorumque, et aliorum iudicũ Ordinariorum, et Delegatorum potestate iurisdictione, et imperio.

LIBER TERTIVS

Summaria ad Controuersiam 1.

1 *VTrum Princeps supremus condere possit leges, quæ respiciãt bonum priuatum.*

2 *Probatur pars affirmatiua, quod ferri possint leges in bonum priuatum.*

3 *Sententiæ quæ priuatam litigantium vtilitatem respiciunt aliquando appellantur leges.*

4 *De contrahentibus etiam dici solet legem contractatibus dare.*

5 *Referuntur plures leges pro priuata partium vtilitate conscriptæ.*

6 *Sacri olim canones multis fauoribus fuerunt prosequti viduas, & reliquas miserabiles personas quarum mentio fit.*

7 *Citantur authores præfatam sententiam tenentes, & statutum Florentiæ conditum in fauorem cuiusdam notarij.*

8 *Obstant iura fortissima, & efficacissimæ rationes aduersus dictam sententiam.*

9 *Quotiescumque alicui in suum fauorem præceptum imponitur resoluitur in consilium.*

10 *Confirmatur dicta pars negatiua, ex ipsamet legis diffinitione.*

11 *Conficitur efficax argumẽtum, ex duobus finibus, quos habet lex licet subordinatis interse.*

12 *Aducitur notabilis diferẽtia, inter Reges, & Tiranos, ex qua confirmatur dicta pars negatiua.*

13 *Reiicitur sententia asserentium satis esse legem ordinari in bonum commune, ex intentione Legislatoris, quamuis natura sua minimè ordinetur in tale commune bonum.*

14 *Priuilegia ex iusta causa concessa ordinantur in commune bonum, saltem ex intentione Principis.*

15 *Ostenditur nullum esse Principem, qui non habeat intentionem boni communis in omnibus, & per omnia quæ á sua potestate exeunt.*

16 *Superior doctrina, procedit etiam in Principibus ecclesiasticis, & refertur elegans exemplum Gelasij Pontificis Maximi.*

17 *Colligitur ex doctrina D. Thom. necesse esse, vt lex feratur natura sua in commune bonum, tanquam in finem proximum, & immediatum.*

18 *Alienum à ratione videtur, quod quis ordinet aliũ in aliud, ad quod ipse de per se, & natura sua non ordinatur.*

19 *Quælibet res natura sua ordinatur in finem proximum à quo sumit speciẽ.*

20 *Non bene dixit Bart. finem legis esse posse bonũ priuatũ, dũ modo finis Legislatoris sit bonum commune.*

21 *Refutantur glossæ asserentes benè posse legem dirigi primario in bonũ priuatum, duo modo secundario feratur in bonum commune.*

22 *Quædam humana bona per prius repẽriũtur in corpore, quam in membris, & ante in toto, quam in partibus cõsiderantur.*

23 *Duplex commune bonum alterũ, quod per prius reperitur in communitate, quam in mẽbris aliud quod per prius reperitur in membris, quam in ipsa communitate.*

24 *Similiter bonum priuatum vnum pertinet ad singulos, vt sunt membra communitatis, aliud ad singulas personas, vt singulares sunt, & separatæ á communitate.*

25 *Constituitur diferentia inter bonũ priuatum primi & secundi generis.*

26 *Constituuntur exempla de iure naturali gentium, & ciuili.*

27 *Traditur qua ratione possimus deprehendere certo aliquo signo, verum bonum sit commune publicũ, vel commune priuatum.*

28 *Quare bonum commune publicũ ad statum Reipublicæ immediatè spectet.*

29 *Legum quædam versantur circa bonũ commune publicum, aliæ circa bonũ commune priuatum, quæ circa singularia individua principaliter versari non possunt.*

30 *Plures dantur leges respicientes bonũ commune priuatum, tanquam primũ finem.*

31 *Leges quæ diriguntur immediatè in bonum commune priuatum, non possunt ordinari immediatè in bonum commune publicum.*

32 *Explicatur summa illa Vlpiani diuisio distinguẽtis, ius in publicũ & priuatũ,*

33 *Adu-*

Digitized by Google

31 *Aducitur primus intellectus ad l. 1. in fine, vers. planè, ff. de constitut. Principum.*

34 *Reijcitur prædictus intellectus ponderatis verbis dictæ l. 1.*

35 *Assignatur verus intellectus ad d. l. 1. cũ glossa ibidẽ, verb.* interlocut°.

36 *Quare particulares constitutiones, quæ primum redactæ sunt in corpus iuris migrent in aliam speciem, & legis authoritatem sortiantur.*

37 *Quem effectum habituræ sint tales cõstitutiones particulares inclusæ in corpore iuris, vt leges sint, & reputari valeant.*

38 *Princeps redigendo cõstitutiones particulares ad corpus iuris, eo ipso videtur velle tali constitutione comprehendere omnes personas illius cõditionis.*

39 *Non est mirum reperiri in iure, tot ac tanta priuilegia miserabilibus personis concessa.*

40 Explicatur *natura legis & priuilegij, & qua ratione priuilegia tres potissimum Comites debent habere.*

41 *Refertur duplex priuilegij acceptio, & instricta acceptione diffinitur.*

42 *Cautè priuilegium appellatur* (indulgẽtia) *vt comprehendantur, quæ per præces, & quæ motu proprio concedantur.*

43 *Probatur etiam Episcopos concedere posse priuilegia contra Greg. Anilesium & alios.*

44 *Obstat fortissimum argumentum ad probandum Episcopos, non posse concedere priuilegia.*

45 *Nihilominus persistendum est in eadem sententia, & proponitur vnum notabile.*

46 Explicatur *digna illa vox Innocentij III. in c. præposuit de concess. prab.*

47 *Assignatur intellectus ad c. quia circa, de priuilegijs, & expendantur nonnulla eius verba.*

48 *Facilis iam est obiectæ difficultatis resolutio, quæ comẽdebat Episcopos nõ posse concedere priuilegia.*

49 *Infertur ex dictis subtilis, & elegans intellectus ad d. c. quia circa.*

50 *Per priuilegia ad corpus iuris redacta, non solum casus, qui in illis decidũtur, sed alij similes iudicandi sunt.*

51 *Tentari potest priuilegia fuisse clausa in iure, ne tollerentur per generalem priuilegiorum abrogationem.*

52 *Non erit inepta cautela, si personæ priuilegiatæ fecerint inseri sua priuilegia, inter leges iuris communis, eoque respexisse suspicandũ est, communitates, sanctissimasque religiones, quarum priuilegia extant ad corpus iuris redacta.*

53 *Adhuc instat scrupulus, ex eo quod iura non in singulas personas, sed generaliter constitui debent.*

54 *Priuilegia stricti̇m accepta illa dicuntur esse, quæ de vna tantum persona concipiuntur.*

55 *Ex dictis videtur semper intellectu difficile, quomodo ius singulare insertum in corpore iuris, legis authoritatem habeat.*

56 *Neque olim, neque hodie prohibitæ fuerunt cõstitutiones dotiũ fisci militũ, & similis priuilegia, rebus, vel personis concessa.*

57 *De vna tantum persona in individuo leges ferri possunt, dummodo in præsens tempus concipiantur, vndè intelligitur text. in l. neque Dorotheum 61. C. de decur. lib. 10.*

58 *Etiamsi sententiæ ab ipso Principe seruantur, dummodo fuerint inter partes, nomen legum nullatenus merentur.*

59 *Secus si inserantur in corpore iuris, tunc enim legum authoritatem habebunt.*

60 *Quæ doctrina procedit etiam in sentẽtijs interlocutorijs, quæ si inserantur in corpore iuris vim legis obti-*

obtinebunt.

61 *Referuntur nonnulla iura, quæ videntur conſtituere diſcrimen in loc, inter diffinitiuas, & interlocutorias ſententias.*

62 *Interlocutoriæ non ita frequenter inferebantur ab Imperatoribus in corpore iuris, & adducitur ſimile de ignorantia.*

63 *Explicatur quomodo accipiendum ſit, quod vulgo dici ſolet contractus, & vltimas voluntates habere vim legum.*

64 *Satis ſupra dictum eſt circa leges de minoribus viduis, & alijs miſerabilibus perſonis, quemadmodum legum authoritatem ſortiantur.*

CONTROVERSIA 1.

An validę ſint leges in fauorẽ certarum perſonarum, ſiuè in odium, & quid de priuilegijs antequam claudantur, et poſt quam clauſa ſunt in corpore iuris.

1 TErtius hic liber, & prima hæc cõtrouerſia, â qua initiũ ſumit, nõ minorem fructum ornatus, & vbertatis lectoribus afferent, quam duo præcedentes libri, quippè quotidianarum rerum tractatum perſequuturi ſumus, quæ non vulgarem etiam ſubtilitatem, & eruditionem continebunt. At qui iſta diſputatio, quæ in limine ſe ſe offert, an Principes & Reges ſupremi, qui minimè recognoſcunt ſuperiorem ferre poſſint leges, aut condere ſtatuta, quæ reſpiciant bonum priuatum, ſatis anceps, & ambigua eſt, tam ob reſponſa prudentum, canonesque Pontificum, quam ob dicta Sanctorum Patrum, ac Conciliorum Decreta, nec non validiſsima rationis momenta, quæ pro vna & altera parte vtrinquẽ non leuiter pugnare videntur.

2 Inter quæ iure ſuo primum locũ obtinet generalis illa diuiſio iuris, tradita ab Iſidoro lib.5. ethymolog.capit.4. tranſcripta in c. ius publicum, 1.diſt. quam deſumpſit, ex Vlpiano in l.1.§.huius ſtudij, ibi: *ad ſingulorum*, ff. de iuſtit.& iure, *huius ſtudij* (inquit Iuriſconſultus) *duæ ſunt poſitiones, publicum, & priuatum, publicum quod communem vtilitatem reſpicit; priuatum, quod ad ſingulorum vtilitatem ſpectat*, nec apertius potuit aſſerere, dabiles eſſe leges reſpicientes bonum priuatum, quandoquidem ius ipſum peræquè diuiſit in duo genera, diſtinguens ius publicum à priuato, facit text. aliâs difficilis in l.1.verſ. *planè*, iũctis præcedẽtibus, ff. de conſt.Princip. quo in loco cõſtitutiones illę, per quas Princeps alicui ob merita indulſit, vel ſpecialiter pœnã irrogauit, leges vocantur, quæ

quæ tamẽ in priuatam vtilitatem rogatæ ſunt, adeò vt non videantur trahi poſſe in exemplum ad caſus ſimiles, l. quod vero. 13. ff. de legib. dari ergo poſſunt leges, & rogari à Principibus in fauorem certarum perſonarum.

3 Sententiæ præterea, quæ priuatã litigantium vtilitatem reſpiciunt, atque ideò ad caſus ſimiles non extenduntur, vt in rubrica res inter alios acta, & in cap. pen. de re iudic. l. ſæpè 63. ff. cod. titu. & magis in propoſito text. in l. nemò 13. C. de ſentent. & interloquution. aliquando reputantur leges, vt patet ex l. vlt. C. de legib. c. in cauſis 19. de re iudic. dabiles ergo ſunt leges tendentes in bonum priuatum.

4 Imò de ipſismet litigantibus, & contrahentibus dici ſolet, legem cõtractibus dare, & quidquid diſpoſuerint, vim ac poteſtatem legis habiturum, l. contractus, ibi, *legem enim contractui dedit*, ff. de reg. iuris, authen. de nupt. §. diſponat, ibi, *& ſit lex*, collat. 4.

5 Rurſus ſi memoriam recoluerimus, innumeras propemodum inueniemus leges, pro priuata partium vtilitate conſcriptas, vt ſatis exprimitur in illo vtiliſsimo edicto de minoribus, relato in l. 1. in princ. ibi, *tutellam minorum*, ff. de minoribus, & in Senatus Conſulto, Velleiano, cuius mentio fit in l. 1. ibi, *periculum rei familiaris*, & per totum, ff. ad Velleianum, pluraque ſunt ſtatuta in fauorem miſerabilium perſonarum promulgata, vt in cap. ex parte 15. de foro compet. cap. vltim. de poſtulando, igitur dabiles ſunt leges, ac conſtitutiones in fauorem certarum perſonarũ, argumento textus (vltra proximè dicta) in l. ſi quis filio 6. §. irritum, verſ. *ſed etſi*, ibi, *quis fuerit*, ff. de iniuſto rupto, l. ammiſsione 5. §. qui deficiunt, iuncta gloſ. verb. *relegati*, ff. de capitis diminutione, l. venditor. 14. §. ſi conſtat. ibi, *ſi quis voluerit*, ff. cõmunia prædiorum, quorum iuriũ verba in vna tantũ perſona verificãtur, neque ad plures referẽda ſunt: & habemus iura meliora priuatũ dumtaxat cõmodum reſpicientia, in l. Doctitij 63. & in l. neque Dorotheum 61. C. de Decurionibus lib. 10.

6 Eſtque dictu incredibile, quot ac quantis fauoribus, ſacri olim canones fuerint proſequuti viduas, & reliquas miſerabiles perſonas, quibus (inter alia) notabilẽ gratiam, ac priuilegium conceſſerunt, vt ad forum eccleſiaſticum ſuos vocarent aduerſarios, vel quia pia ſemper videretur cauſa viduarum, vel quod frequentiſsimè â ſæcularibus malè vexabantur. Præſertim ſi vidua pauper fuerit, aut oppreſſa, quam Doctores habitu, & actu perſonam miſerabilem appellant, quam credunt omnes indiſtinctè (id eſt nulla data negligẽtia iudicis ſæcularis) poſſe aduerſarios ſuos in foro eccleſiaſtico conuenire, vt poſt alios obſeruarunt Abb. nu. 2. Socin. num. 4. in cap. ex tenore de for. compet. & probat tex. in cap. ſignificantibus, per quem ita tenuerunt omnes, de offic. deleg. ſuaderturque ex caſu illius Reginæ viduæ, cuius meminit text. in cap. ex parte de foro compet. vbi cauſa viduæ Reginæ, quia ſpoliata fuerat bonis ſuis, in foro eccleſiaſtico tractatur, tradit Rolandus â Valle, plures referens conſ. 20. num. 12. lib. 2. quidquid Dominus Couarruu. pract. cap. 6. num. 9. conſtanter negauerit, viduas, pupillos, & aliâs miſerabiles perſonas, quãtumuis pauperes ſint, aut oppreſſæ, poſſe aduerſarios ſuos, in cauſis temporalibus, ad iuditium eccleſiaſticum vocare, cuius ſententiam, etſi in praxi recepram, & generalibus iuris regulis, primo aſpec-

tu

tu conſentaneam, aliquando monſtrabimus veram non eſſe in puncto iuris,retinendamque magis commu nem contrariam, quamuis non igno remus, iã huiſce temporibus cum viduæ alięque miſerabiles perſonæ, in ſæculari foro benignis fauoribus afficiantur,abijſſe hoc priuilegium fo ri eccleſiaſtici in deſuetudinem, nec paſſuros ſæculares magiſtratus huiuſmodi viduarum, ac miſerabilium perſonarum cauſas in foro eccleſiaſtico tractari: ſatis tamen ex dictis ſuadetur innumeras ferè fuiſſe,& reperiri leges,latas in certarum perſonarum fauorem, & non pro communi bono principaliter.

7 Propter quæ fortaſis argumenta, quæ apud ipſos non inueniuntur, hanc partem,ſcilicet legem , ſiuè in fauorem, ſiuè in odium certæ perſo næ ſtatui poſſe, defendunt plures ex antiquioribus,quos retulit, & ſequu tus fuit Felin.in cap.cum omnes,numero 6.de conſtit.Paul.numero 1.& 2.in l.1.ff.de legibus,vbi Iaſ.numero 8.cũ quatuor ſequentibus,&in inclita ciuitate Florentiæ,ſe proprijs oculis vidiſſe, ac legiſſe ſtatutum conditum in fauorem cuiuſdam notarij,locupletiſsimus teſtis eſt,idem Caſtrẽſ. dict.loco.

8 Sed grauiter obſtant nonnulla iura fortiſsima, nec non efficaciſsimæ rationes ad probandum,in certarum perſonarum fauorem leges ferri non poſſe, ita vt nonnulla ex ſupra poſitis argumenta, aduerſus aſſertores contrariæ ſententiæ facilè poſsint retorqueri: quæ dirigebantur ad cõficiendum argumentum,ex pluribus legibus, ac conſtitutionibus Principum, clauſis in corpore iuris , & reſpicientibus bonum priuatum , ſicuti leges de conſeruandis dotibus mulierum , nec non admittentes præſcriptionem, & circa ſolemnia teſtamentorum,promulgatæ, & id genus aliæ: ſanè omnes hæ leges ſi attentè inſpiciantur , quantumuis ad ſingulorum vtilitatem videantur pertinere, ſunt tamen iuris publici, vt de dote expreſsit I.C. in l.1.ff. ſoluto matrimonio,dicens ad publicam vtilitatem ſpectare , mulieres eſſe dotatas: de vſucapione habemus expreſſum text.in l.1.ff.de vſucapion. vbi ad ius publicum dicitur pertinere , ne dominia rerum ſint in incerto , atque ideò vſucapionem , ſeu pręſcriptionem introduci. Tandem,quod teſtamentorum leges iuris publici ſint,firmauit C. in l. 3. ff. de teſtam. idemque judicium erit de omnibus alijs conſtitutionibus , quæ prima facie bonum priuatum reſpicere videntur, quæ vtique magis in publicam vtilitatem latæ cenſeri debent: ergo ſi hæ leges, quæ maximè videbantur ob priuatum meritum rogatæ,ius publicum inſpiciunt,cæteras omnes in publicam vtilitatem latas ambigendum non eſt.

9 Vrgentius præterea ſuadetur eadem pars,ſi perpendas quoticſcumque alicui in ſuum fauorem præceptum imponitur,in conſilium reſolui, ex l.2.§. vlti.ff.mandati,l.cum patet, §.mando,ff.de leg.2. ex quo præſuppoſito manifeſtè ſequitur,nõ eſſe dabilem legem,quæ bonum priuatum reſpiciat: ſequellam probo , quia eſſet lex inducens conſilium,ac per cõſequens ſine præcepto,quod eſſe nõ poteſt,refragante doctrina I.C. Modeſtini in l.legis virtus,ff.de legib. & nos diximus in 1. huius tractatus ardũ reſoluimus de eſſentia legis eſſe, quod præceptum contineat , dicendũ ergo non eſt,dari poſſe legẽ,priuatam reſpicientem vtilitatem.

10 Confirmatur ex ipſamet definitione legis,quæ ordinatio rationis eſt in bonum cõmune, c.factæ, 4.diſt.& latè

latè diximus d.art.1.in q.de legis eſſentia,atque ſubſtantia:indubitatum autem eſt,legem bonũ priuatũ reſpicienté,non eſſe ordinationem rationis in bonũ cõmune, ergo non erit lex:probatur cõſequẽtia ex text.in c. erit autem lex, 4. diſt. vbi docemur apertè pro nullo priuato commodo legem ferri poſſe, ſed pro communi l.1.in princ.vbi Iaſ.n.1.l.iura.7. ff. de legib.cum ſimilib.

11 Deindè conficio in eandem doctrinam efficax argumentũ, ſubobſcurè adductum per B.Thom.1.2. q. 90. artic.2. vbi magiſtraliter more ſuo, docuit in propoſito,eſſe quidem de ſubſtantia, ac ratione legis, quod ſit regula in quam ſubditi proprias dirigant actiones: ſubiungens inſuper Doctor Angelicus,munus & officiũ dictæ regulæ, nihil aliud eſſe, quam regulata, id eſt ſubditos dirigere in politicis ad humanam fælicitatem,in ſpiritualibus ad Beatitudinem æternam, tanquam in duos fines ſupremos, licet ſubordinatos inter ſe. Ex qua doctrina ſic conficitur efficax ratio,bonum priuatum, aut vtilitas priuatæ perſonæ,vt patet, non eſt aliquis,ex his ſupremis finibus, quinimò tanquam pars, quæ ſuo congruere debet vniuerſo,cap.vltim.de ſponſa duorum,c.quæ contra 8.diſt.& veluti quid inperfectum ordinatur ad bonum totius, nec talis vtilitas priuata rationem alicuius ex dictis finibus ſupremis induere poteſt: conſequens ergo fit, nullam eſſe legem ordinabilem in priuatam vtilitatem, quinimò coacta iuris ratione omninò pro bono communi ferendam eſſe.

12 Denique illa differentia eſt, multũ notabilis inter Reges & Tyranos, quod Reges in condẽdis legibus, & gũbernanda Republica, ſemper intẽdunt ad cõmunem vtilitatẽ. Tyranni verò per contrariũ,vt in plurimũ plura ordinant intendentes ad priuatũ commodũ,&vt aliquibus indulgeãt, vel propter eorũ merita, vel in odiũ, aliasvè peculiares cauſas, quibus adduci mouerique ſolent ad ferendas leges,faciendaque ſtatuta,quæ omninò,& perpetuo ordinari debere in bonũ commune, tradiderunt multi, quos refert & ſequitur P. Molina, 2. tom.de iuſtit.lib.1. tract.1. diſput. 1. col.4.in princ.poſt Nauar.lib.1.cõſilior.conſ.3.nu.1.ſub tit.de conſtit.eũdem in c.cum miniſter.nu. 28. Soto lib.1.de iuſtit.q.5.art.3.col.pen. poſt D.Thom.d.arti. 2. Gamara in tract. de verit.à n.12.poſt Philipp.Dec. in rubr.1.lect.nu.7.de conſtit.Archidiac̃o.in d.c.erit autẽ lex.n.3. poſt gloſ. 1.in l.1.ff.de conſtit.Princip.

13 Verum propoſita controuerſia, vt exactè reſoluatur interim petit alterius dubitationis breuem reſolutionẽ,conducentis omninò ad verã intelligentiã,eorũ quæ dicta dicẽdaq; ſunt,circa quæſtionẽ noſtrã principalẽ,qua ſcilicet ratione lex ordinetur in bonũ cõmune,& quo pacto intelligendũ ſit,quod vulgò dicitur circa legis diffinitionem, *quod ſit ordinatio rationis in bonum commune,&c.* & ſemper verũ eſſe credidi,ac doctrinæ Angelici Doctoris, quem ſtatim referã magis conſentaneũ, quod non ſufficiat,Regũ conſtitutiones, & leges in bonũ cõmune ordinari,ex eorũdem intentione, quin potius oportere, quod leges ſua natura, hoc eſt,ſemota Legislatoris intentione in cõmunẽ vtilitatẽ,tanquã in ſubfinẽ proximũ ordinentur,& dirigantur, quidquid Dominus Couar. quem honoris cauſa in primo loco citãdũ duxi, in c.quãuis pactũ,1.p.§.1.nu.6.Martin.Nauar.in c.inter verba corollar. 4.pag.34.n.198.poſt Bart.in 1. conſtit.Codicis,& in l.ambitioſe,nu. 19. ff.de

ff.de Decret.ab ordine faciẽd.Archidiac. & Cardinal. Sancti Sixti in c. erit autem lex.4.diſt. exiſtimauerint ſatis quidem eſſe,ad eſſentiam & ſubſtantiam legis,ipſam ordinari in bonum commune,ex intentione Legiſlatoris,quamuis natura ſua,ſecluſa tali intentione,minimè ordinetur in illud bonum.

14 Quorum ſententia clarè iuditio meo,ex ſequẽtibus cõuincitur : etenim ſi ad eſſe legis ſufficeret, quod ex intentione Principis,illam ferentis ordinaretur in bonum cõmune, ſequeretur & priuilegia certis perſonis,ob merita propria cõceſſa, eſſẽt verę & proprię leges,conſequens autem apertè falſum eſt , ergo & illud, ex quo ſequitur:ſequella,in qua neruus argumenti conſiſtit,ſi attẽdas facilè probabitur, quia proculdubio Princeps,qui ex iuſta & legitima cauſa priuilegia iuſta concedit,dirigit,& ordinat illa in commune bonum, ſaltem ex intentione Legislatoris,cap. diſpenſationes 1.q.7.cap. requiritis. verſ.*niſi rigor*;eadem cauſa, & quæſt. nam ſi priuilegium lex non erat,maximè quoniam in priuatam vtilitatem,non in commune bonum dirigitur natura ſua: ſi verò ſuffiœret ordinari in communem vtilitatem,ex intentione Legislatoris cum bonus Princeps,tam in priuilegijs,&diſpenſationibus iuſtis , quam in ſuis legibus bonum commune intendat, vt reſoluit D.*Thom.* 1.2.quæſt.97.artic.4.ad 1.fateri neceſſe eſt , priuilegia leges eſſe,ac propriè ſtatuta , quam abſurdum ſit, probant iura vulgaria,in cap.priuilegia el 1.diſt. 3. & in l.1. ibi , *commune præceptum*, l. iura non in ſingulas, ff.de legibus, l.2. & 3.C.illo titulo: non igitur ſatis erit ad eſſentiam legis, quod ex Legislatoris intentione, ordinetur in bonũ cõmune,ſed oportebit quod ſua natura,tanquam in finem proximum in illud feratur.

15 Nam intentionem boni communis,quis rogo Princeps eſt,qui nõ habeat in omnibus,& per omnia quæ à ſua principali poteſtate exeũt, & proficiſcuntur,cupientes ſemper,vt maius aliquid lucri faciant , tam quãdo leges ferunt,ipſasque faciunt ad vnguem obſeruari;quam ſi illas relaxãdo cum ſubditis diſpenſauerint,quibus etiã in caſibus boni cõmunis rationem habent,& habituri ſunt,ſi deſiderant Regnorum vtilitati,ac fœlici cõſeruationi proſpicere. Quemadmodum enim ij, qui mare nauigant tempeſtate vrgente, nauique periclitante,anxiati quædam exonerant, vt cætera ſalua permaneant;ita & optimi Principes non habentes ſaluãdorum omnium negotiorũ penitus certitudinem,rectè conſueuerunt,ex ijs deſpicere quędam,ne cunctorum patiantur diſpendia, atque ita quodam modo coguntur diſpenſationes concedere,& pati nonnullos ſubditorũ, parum quidem à debito foras exire, ne in maiora prolabantur mala,intẽdente ſemper optimo Principe commune bonum , etiam quando certis perſonis indulgẽs obmerita propria illis priuilegia concedit. Quæ tamen Principis intentio in communem vtilitatem ordinata, parũ,aut nihil proderit ad mutandam priuilegiorum,& diſpenſationum naturam, quæ cõditione ſua,nullatenus in cõmune bonum diriguntur.

16 Idemque prorſus iuditium eſt, de Principibus eccleſiaſticis,quib° mos fuit iam ab antiquo,relaxare diſciplinæ rigorem, & quandoque ſubditis indulgere, ex diſpenſatione miſericordiæ. Edocti profecto , & inſtituti ab Eccleſia pijſsima matre,quæ multorum damnabilia crimina pro tempore,pro perſona , & pro euentu rei pie-

pietatis,vel neceſsitatis, ſiuè vtilitatis intuitu tollerare conſueuit, ſicuti legimus de Gellaſio Pontifice Maximo (vt alia prætermittam exempla) qui cum videret neceſsitate temporis Italicam Eccleſiam, propter belli famisque incurſionem fere omniũ clericorum officio deſtitutam,adeò, vt plerisque Populis ſubſidia regendarum deeſſent animarum, conceſſit de monachis,vel de laicis clericos aſſumi ad Eccleſiarum reſtaurationem,vt conſtat ex eius eleganti epiſtola.1.c.1.ſcribens Epiſcopis per Lucaniã cõſtitutis,quæ refertur in c.neceſſaria.6.1.q.7. ex quibus omnibus cõſtat parum quidẽ intereſſe, q̃ Princeps ſuas actiones, ſiuè cõceſsiones, aut leges ſua tantum intentione dirigant in cõmune bonũ, niſi per ſe in ipſum tẽdant, & ordinentur, ac per conſequens ad eſſentiam legis pertinebit,non tam ex Legislatoris intẽtione,quam ſecundum ſuam naturã in communem ferri vtilitatem.

17 Accedit oportere diſtinguere cũ B.Thom.1.2.q.18.art.6. inter finẽ actus,ſeu volũtatis,& actus exterioris: planè finis intẽtionis, finis eſt actus, ſeu volũtatis,non etiã actus exterioris, qua de cauſa is finis appellatur à Theologis finis operantis non operis,teſte Nauar.vbi ſupra,n.295.poſt B.Thom.à quo deſumpſit 1.2.q.14. art.6.ad 1. manifeſtum autem eſt,legẽ eſſe actũ exteriorẽ,cuius proximus finis eſt,& eſſe debet cõmune bonũ, vt latè à nobis dictũ eſt,lib.1.q.1.huius tractatus,dũ de legis eſſentia ſermonẽ inſtituimus.ergo exploratum eſt,nõ ſufficere ad ſubſtantiã legis,q̃ feratur in cõmune bonũ ex intentione Legislatoris,ſed rurſus tale commune bonũ debeat eſſe finis operis, id eſt ipſius legis,non operantis, ſeu Principis Legislatoris,ita vt ipſa lex, qui actus exterior eſt, feratur naturã ſua in cõmunẽ vtilitatẽ, tanquã in finẽ proximũ,& immediatũ, vt colligitur ex ipſius Angelici Doctoris proximè relata doctrina.

18 Rurſus non video quomodo intelligere poſsimus legẽ ordinare ſubditos in bonũ cõmune(quod eſt munꝰ ipſius legis)niſi ita ſit adæquata eidẽ bono,vt ſua natura feratur in illud,tãquã in ſuũ finẽ immediatum: ſanè de eſſentia legis eſt,q̃ ordinet ſubditos, non quomodocũque, ſed præcepto ſuo,& per ſe in cõmune bonũ, c. regula.2.diſt.& alienum à ratione videtur,ne dicã abſurdum,quod quis ordinet aliũ in illud,ad q̃ ipſe de per ſe & natura ſua, nõ ordinatur lex:ergo quæ dirigit ſubditos in cõmunẽ totiꝰ Reipublicæ vtilitatẽ,ipſa quoq; in illã natura ſua ferri debet,nõ ex ſola Principis mente,& intentione.

19 Præſertim cũ quælibet res ſua natura ordinetur in finẽ proximum, à quo ſumit ſpeciẽ,exploratũque ſit legẽ ſpecificari nõ â fine remoto,ſed à proximo in quem per ſe, & ſecundũ ſuã naturã tendit,teſte B.Thom.1.2. q.1.art.3.ad 3.qui finis cũ ſit dictum bonum cõmune,nullatenusſatis erit ordinatio legis ex intẽtione Legislatoris,ſed vlterius requiritur, q̃ lex ipſa natura ſua,& de per ſe feratur in illud bonũ.Quibus fundamẽtis adducor ad reſoluẽdũ cõtra cõmunẽ dictorũ Patruũ ſentẽtiã,ad eſſe legis nõ ſufficere ordinari in bonum commune ex intẽtione Legislatoris, niſi ſua natura in illud bonum,tanquam in finem proximum ordinetur.

20 Igitur non ita benè dixit Bart. vbi ſupra finẽ legis eſſe poſſe,bonum priuatũ,dummodo finis Legislatoris ſit bonum cõmune,quãuis enim cõſideratis actibus in genere moris, attẽdẽdus ſit finis operãtis, ſecundum quẽ operãs denominatur,l.verum 40.ibi, *cauſam enim faciendi*, ff. de furtis,ſi tamen

mẽ cõſiderẽtur in genere actus, & ſe cũdũ ſuã naturã nõ veniet in cõſiderationẽ agentis intẽtio,ſed inſpiciẽdum erit,ipſius actus obiectum.

21 Si enim homicidiũ,iuramentũ,lex & ſimilia conſiderẽtur in ſua natura abſtrahendo ab hoc,q̃ bona,vel mala ſint,curandũ nõ eſt,de fine operãtis,qui reperitur extra præfatos act°, argumento tex.in l.cũ tale.71.§. falſam,ff.de condition. & demonſt.ibi, *quia varia legandi legato nõ cohæret*,& ſic ratio occidendi,iurandi,ferendique leges,& alios ſimiles actus faciẽdi,ipſis actibus nõ cohęreat, & extra illos ſit,& recurrendũ ad ipſorũ actuũ obiecta,nõ ad agẽtis intẽtionẽ,qui ſunt fines lõgè diuerſi, vt videmus in eo qui domũ ędificat eo ſibi propoſito fine, vt locãdo eã lucretur mercedẽ finis quidẽ operis, in quẽ ſuapte natura dirigitur eſt domus ipſa,operantis verò merces quã intẽdit, vt ſæpi° cõſiderauit S. Thom. relatus â Nauar.in c.inter verba,concl. 5. coroll. 4.n.29. Ex qua reſolutione,quæ veriſsima eſt,refutabis etiã opinionem gloſſę,in §.vlt.Inſt.de inſt.&iure,verbo,*pertinet*,&in l.1.§.hui° ſtudij, verbo, *ſingulorũ*,ff.eodẽ,exiſtimãtis benè poſſe legẽ dirigi primario in bonum priuatũ,dummodo ſecũdario feratur in bonũ cõmune: cõfũditur enim,ex dictis,& traditis per Fortuniũ in d.§. huius ſtudij, & Archidiaconum in c. erit autẽ lex.4.diſt. qui licet facile ad miſerint legem ſecundario,& minus principaliter ferri poſſe in priuatum bonũ principaliter tamen in cõmunem totius Regni vtilitatem neceſſariò ferendam eſſe conſtanter tuẽtur.

22 Sed cũ nihil ſit in iure noſtro difficile,ſi termini intelligantur,oportebit vlterius inſpicere pro faciliori intelligẽtia,eorũ quæ inferius dicenda ſunt,quotuplex ſit cõmune bonũ, & deinde quibus modis ſumatur bonũ priuatũ,quẽadmodũ enim in corpore noſtro naturali, inuenitur duplex cõmune bonũ,alterũ q̃ prius in toto corpore reperitur; aliud vero quod prius cõſiſtit in mẽbris,quã in ipſo toto:ſimiliter etiã idẽ cõtingit in corporibus artificialibus, id eſt in rebus publicis,& cõmunitatibus, quæ ſunt corpora quædã ficta,ad ſimilitudinẽ corporis naturalis cõſtituta, atq; formata. Planẽ honor, diuitię, pax,tã ſpiritualis,quã corporalis,&alia id gen° humana bona,per pri° in ipſo corpore naturali inueniũtur,quã in mẽbris & antea in toto, quã in partibus cõſiderãtur: bona autẽ habitudo vni° pedis,vel manus, per prius reperitur in mẽbris,quã in toto corpore, qua ratione dicebat Paul.1.adCorint.c.12. *gloriari vnũ mẽbrum cũ gaudẽt alia mẽbra*.

23 Similiter etiã cõmune bonũ duplex eſt,alterũ q̃ pri° reperitur in cõmunitate,quã in eius mẽbris,cui° nõ habẽt dominiũ priuatę perſonę,§.ſacrę,§.vniuerſitatis,Inſtit.de rerũ diuiſione,veluti illud,q̃ verſatur in ſacris augẽdis,aut in ipſismet cõmunitatibus:ſecũdario autẽ cõſiſtit etiã, & reperitur in mẽbris,ſeu partib° cõmunitatis. Ac per cõtrariũ aliud eſt bonũ cõmune,q̃ per prius inuenitur in mẽbris,quã in ipſa cõmunitate,exempli gratia ad cõmunẽ ſpectat vtilitatem, expeditque Reipublicę, quod nemo re ſua malè vtatur, §. vlti.Inſt.de his qui ſunt ſui,vel alieni iuris,magnopere reque cõducit ad Regis Regniq; incremẽtũ,q̃ ſubditi locupletes ſint,authen.vt iudices ſine quoquo ſuffragio.§.conſiderauimus,collat.9.& denique illud eſt cõmune bonũ, q̃ verſatur in augẽdis,ſeu cõſeruãdis ſubditorũ patrimonijs:iſta tamẽ bona pri° inueniuntur in membris,quorũ cauſa inſtituta inuẽtaque ſunt,quam in ipſa communitate,leges enim, quarum ſupra meminimus ſubuenien-

tes mulieribus,& minoribus, ſimilibusq; perſonis,per prius tendere videntur in minorũ mulierumq; priuatam vtilitatem, quam in cõmune totius Reipublicæ comunodum.

24 Pari quoq; modo bonũ priuatũ,de quo in titulo quæſtionis noſtræ principalis bipartitò cernitur:alterum enim eſt,q̃ pertinet ad ſingulas perſonas cõmunitatis in quantũ ſunt illius mẽbra,ex quibus tanquã ex partibus cõmunitas cõponitur,argum.text.in reg.in toto de regul.iur.lib.6. & hoc certè bonũ priuatũ coincidit cũ communi bono, cuius proximè meminimus,à quo nõ realiter, ſed ratione tãtũ diſtinguitur.Etenim revera cõmune bonũ eſt,quod licet pertineat ad ſingulos,nõ vt ſingulares, aut priuatę perſonę ſunt,ſed inquantũ mẽbra cõmunitatis,& partes cõponẽtes illud totũ.Aliud eſt bonum priuatum, quod nullo modo coincidit cũ communi,à quo nõ ratione tãtũ,ſed realiter ſeiunctũ ſeparatũq; eſt,pertinens ad ſingulas perſonas, vt ſingulares ſunt,& ſeparatę à cõmunitate, veluti lucrum,quod ex teſtamẽto,donatione,ſocietate,aliavè ſimili cauſa defertur Ioanni,vel Chriſtophoro in quãtum tales ſunt.

25 Secundum quæ alteram differentiã conſtituo inter bonum priuatum primi,& ſecundi generis, quod licet illud quod per prius reperitur in mẽbris,ac ideo priuatum bonũ eſt,coincidat cũ bono cõmuni, inſimulq; ſit cõmune bonum,& priuatum competens partibus,ac priuatis perſonis,vt mẽbra ſunt cõmunitatis.Alterum verò cõmune bonum, quod per prius reperitur in corpore communitatis, nullo modo coincidat cum bono priuato: quinimò ab illo diſtinguatur omninò,quoniã ſi attentè cõſideres propriũ eſt,partiũ in toto contineri, nõ totum in partibus reg. in toto,de regul.iur.lib.6. Partes etiam ordinãtur ad totum,nõ totum ad partes, vt tradit D.Tho.1.2.q.90.art.2. & probat tex.in c.quæ cõtra mores. 8. diſt. vnde cũ bonum illud cõmune,quod prius reperitur in tota communitate habeat rationem totius,nõ continetur in partibus,id eſt,in mẽbris communitatis, licet èconuerſò priuatum bonum competens partibus in quantum membra ſunt cõmunitatis,contineatur in bono cõmuni,tanquã pars in ſuo toto:bonũ igitur cõmune repertũ prius in toto, quã in partibus, nequaquã eſt bonũ partium,niſi minus principaliter, & in quandã conſequentiam, vt probat Conſultus in l.in tantum,verſic. *vniuerſitatis.* ff. de rerum diuiſio.

26 Conſtituamus rẽ exẽplis,quo facilius adhuc intelligatur, diximꝰ in effectu bonũ priuatũ,quod in ſimul cõmune bonũ eſt,illud eſſe,quod iã nõ illius corporis ficti immediatè vtilitatẽ reſpicit,ſed ſingulorum, quatenus mẽbra cõmunitatis: exẽpla ſint quæ ſequuntur, in lege naturali,liberorũ educatio,& ſimilia: in præceptis iuriſgentiũ dominiorũ diuiſio, cõmercia, repulſio violentiæ, & alia id genus:in legibus verò ciuilibus cõſeruatio patrimonij ſubditorũ.Quę tria boni priuati genera,ſequẽtibus iuribus probãtur,in d.§.huius ſtudij.verſic. *priuatum autem.* l. vt vim.l. ex hoc iure.ff.de iuſtit.&iure.§.vlt.Inſtit.de his,qui ſunt ſui,vel alieni iuris.l.1.ff. ſoluto matrimonio.l.1.& per totum. ff. ad Macedonianum. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff.de pactis, cum ſimilibus.

27 Percõtabitur autẽ nõ extra rẽ curioſus aliquis,qua ratione ſaltẽ à poſteriori poſsimus deprehẽdere certo aliquo ſigno, vtrũ bonum ſit cõmune publicum,vel cõmuni priuatum? cui reſpondeo ſignum dari poſſe non

adumbratum, ſed expreſſum,quo id deducere poſsimus: ſi enim per pri* in corpore cõmunitatis,quã in membris reperiatur erit bonũ cõmune publicũ,veluti Sacerdotia Magiſtratus, & alia id genus, quæ prius in ipſam cõmunitatẽ,quã in mẽbra dirigũtur. d.§.huius ſtudij, ſimiliter vitatio calumniarũ,& falſitatũ inter litigantes bonũ erit cõmune publicũ.l.2.§. ſed quia veremur.C.de iure iur.propter calũniam.Econuerſò autẽ,ſi bonum eius ſit naturæ,& cõditionis, vt prius in mẽbris,quatenus mẽbra ſunt, quã in cõmunitate reperiatur, priuatũ dicetur, prout à pbulico diſtinguitur: erit tamẽ cõmune,quia nõ conuenit mẽbris,vt ſingulis,& vt ſeparatis perſonis,ſed inquantũ membra ſunt cõmunitatis,ſicuti eſt,bonum reſpiciẽs augmentum, & conſeruationem in rebus ſubditorum,ſiue res illæ conſiſtant in bonis corporis, ſiue in bonis diuitiarum,iuxta proximè propoſita exẽpla:Relinquitur ergo tria eſſe bonorum genera;cõmune publicũ, quod conſiſtit in ſacris Sacerdotijs, Magiſtratibus,& alijs huiuſmodi,cõmune priuatũ conſiſtens in cõſeruatione bonorũ,ad quod ſpectant cõmercia,iniuriarũ propulſationes,Pacta conuentiones edicta de minoribus,de eo quod metus cauſa,de vi,& vi armata,Macedonianum,& Belleianum,& alia id genus: & tandem peculiare vniuſcuiuſq; bonum ſpectãs ad priuatam Petri,vel Ioannis vtilitatem in particulari, vt quando illis aliquid adquiritur ex teſtamento, donatione,ſocietate, vel alio quouis adquiſitionis genere cõpetens in indiuiduo. v.g.liber Petri, vel Franciſci, ager,domus, & aliud ſimile bonum, quod in ſingularem eiuſdem vertitur vtilitatem:de quo ſingulari bono agunt, & intelligenda ſunt iura in l. in re mandata.C.mandati.l.1. §. impropria. ff. quando appellandum ſit. l.ſed & ſi.§.conſuluit.ff.de petit.hæredit.

28 Commune verò publicum,ex eo ad ſtatum Reipublicę immediatè ſpectat,quia corpus fictum cõmunitatis in tali bono ſtat,& conſeruatur,ſcilicet in ſacris,qualia ſunt theatra, ſtadia,& ſimilia, quæ ad vniuerſitatem ſpectant,non ad ſingulos.§.vniuerſitatis, Inſtit. de rerum diuiſione, vbi glo.1.docuit,glo.per text. ibi, verb. *publicum*,& verbo,*in ſacris*,in d.§. huius ſtudij.Vel quia communitati,ſeu ciuium collectioni in ordine ad aliquod inſtitutum cõmunicatur,ideòque dicitur commune publicum, vt optimè hæc omnia mira breuitate complexus eſt.I.C.Vlpian.ſi ciusverba ſubtiliter perpẽdãtur, in d.l.1.§. huius ſtudij.

29 Vnde fit, vt omnes leges in vniuerſum,in ius publicum,& priuatum diſtinguantur,cuius ſi veram rationẽ aſsignauerimus proximius accedere videbimur ad potiſsimę noſtræ controuerſiæ reſolutionẽ. ſanè vt paulò ante in hac ipſa diſputatione tetigimus, & docuit Angelicus Doctor, 1.2.q.1.art.3.ad 3.& quæſt. 18. art.6. vnusquiſq; actus ſortiri debet ſuam ſpeciẽ,ex ſuo fine proximo,ſeu ſubiecto: bonum autem cõmune iuxta proximè notata in duplici differẽtia eſt,priuatũ,& quod à priuato diſtinguitur,id eſt cõmune priuatũ, & cõmune publicũ, igitur cũ leges circa ſingularia indiuidua principaliter verſari nõ poſsint,ab his duobus boni cõmunis generibus, debebũt ſuã & propriã ſpeciẽ ſortiri,ſeu(vt ſcholaſtici loquuntur) ſpecificari, atque diſtingui. Præſertim cũ inter omnes conſtet bonum eſſe, proximum finẽ legis, potiſsimumque legum diſcrimen ex diuerſitate boni communis ſumendũ eſſe, cum quædã verſentur circa

Digitized by Google

circa bonum commune publicum, aliæ circa bonum cõmune priuatum modo superius explicato, omnesque & singulæ leges in communem ferri debeant vtilitatem communem in quam publicam, vel priuatam, quæ fuit doctrina I.C. toties à nobis repetita, in d.l. 1. §. huius studij. ff. de iustit. & iure.

30 Quibus sic præmissis, & non omninò rudi Minerua explicatis, proposita quæstio vnica conclusione à nobis diluenda resoluendaq; erit, quæ ita se habet. Licet de ratione legis sit ferri in bonum commune, optimè tamen dari possunt, & dantur plures, ne dicã infinitæ leges, quæ respiciũt bonum priuatum, tanquam primum finem, loquendo de bono priuato, quod â cõmuni non distinguitur, & nos appellauimus priuatũ cõmune. Quam cõclusionem rectè intelliges, si perpendisti proximè relata notabilia, ac propositas differẽtias, inter bonũ cõmune publicum, & bonũ commune priuatũ, cũ exemplis adductis. Etenim si ad rationem legis sufficit, quod ordinetur in bonũ commune, tanquam in finem proximum. c. erit autem lex. 4. dist. vbi verbum, *erit*, formam denotat & essentiam, & tales leges relatæ, seu directæ in bonum cõmune priuatũ proximè, & immediatè, revera diriguntur in communem vtilitatem, seu commune bonum: cõsequens est, ipsas veras & proprias leges esse, habentes pro fine proximo communem vtilitatem.

31 Vbi illud consideratione dignum est, quod tales leges, quæ diriguntur immediatè in bonũ commune priuatum, non possunt ordinari immediatè in bonũ cõmune publicũ, quippè iuxta doctrinam D. Thom. 1. 2. q. 1. art. 3. ad 3. impossibile est dari duos fines proximos eiusdẽ actus, quare si finis proximus alicuius legis sit, præ-dictũ bonũ priuatũ, quod à cõmuni nõ distinguitur, eo ipso bonũ cõmune publicũ esse nõ poterit, finis proximus eiusdẽ legis. Et vlterius si lex aliqua ordinaretur in bonũ priuatũ non cõmune, sed indiuiduũ, & singulare tertij generis cum proximè (ex hypothesi) in bonũ commune nõ dirigeretur, proculdubio nõ esset lex, sed actus quidam ordinatus in bonũ particulare, pugnans cum natura & substantia legis, quæ pro forma prærequirit obiectum commune, ex d.c. erit autem lex.

32 Reliquũ est, vt satisfaciamus argumentis initio propositis, pro opinione intrepidè asserentiũ, leges, siue in odiũ, siue in fauorẽ certarũ personarũ ferri posse, ex quorũ resolutione penitus lector percipiet, mentẽ, & rationẽ cõclusionis adductæ, ac propositæ controuersiæ principalis vim & potestatẽ; *Suspicor enim ex defectu cognitionis terminorum Præceptores vestros, in hac parte multũ in æquiuoco laborasse, quã æquiuocationẽ, si tam dictis & dicẽdis abstulerimus magnũ operepretium nos fecisse putabimus.* Primũ ergo desumptum ex illa summa Vlpiani diuisione distinguẽtis ius in publicum, & priuatum, in qua totum ædificium contrariæ partis consistit, facile diluitur ex dictis; non enim voluit Vlpian. cõstituere discrimẽ, in eo quod publicũ solũ cõmune sit; priuatũ verò singulare, vtrũq; namq; membrũ dictæ diuisionis, ius cõmune est, sed quod ius cõmune publicũ, statũ cõmunitatis, illiusq; conseruationẽ contineat: priuatum verò, immediatè singulorum respiciat vtilitatem: ita tamen, quod tale ius priuatũ commune quoq; sit, à publico non distinctum, saltim omnino: quo fit, vt si præfata diuisio altius perpendatur, cum suis membris diuidentibus veriorem opinionem, quam amplectimur, nedum

Digitized by Google

labefactare, ſed illam mirũ in modũ confirmare videatur: quoniam, ſiue lex feratur in bonũ commune publicum, quod erat primũ dictæ diuiſionis membrũ, ſiue in bonũ commune priuatũ, quod erat ſecundũ, ſemper fertur in cõmune bonum, atq; adeò reſpicit publicã vtilitatẽ; neq; enim in d.l.1.§.huius ſtudij mèntio fit, de bono priuato particulari, ſeu indiuiduo, ſed de bono priuato, quod inſimul commune eſt, licet ſingulorum commodum, aut bonum immediatè reſpiciat: etenim ſimul etiam reſpicit bonũ Reipublicæ, & ideò optimè quidẽ diuiſum fuit ab Vlpiano, vniuerſum ius, in publicũ, quod rectè dixit, ad ſtatũ Reipublicæ pertinere, & in priuatũ, quod ſingulorũ decuit reſpicere vtilitatẽ, id eſt (vt ego interpretor) immediatè, & proximè pariter, namq; tale ius priuatum reſpicit cõmune bonum, ex eoq; verum ius, & verè & propriè lex eſt.

33 Lex vero.1.in fin.verſ. *plané*, iunctis præcedentibus.ff.de conſtit.Princip. quæ particulares conſtitutiones, per quas Princeps alicui ob merita indulſit, leges appellauit, à diuerſis diuerſimodè accipi, & intelligi ſolet: nonnulli enim pro certo habentes (quod nos etiã verũ putamus) particulares conſtitutiones vim legis nõ habere; generales vero cõſtitutiones retinere vim legis, iuxta tritã verãq; conſtitutionis diuiſionẽ, in generalẽ, & particularẽ, cuius meminit communis ſchola, teſte Philipo Decio in rubr.de cõſtit.1.lect.n.7. comminiſcuntur. d.l.1. ad finem, verba *feciſſe*, de particularibus conſtitutionibus, quæ vim legis non habent: qua ratione nihil intereſſe aiunt, ſi verſentur circa ea quæ Princeps alicui ob merita indulſit, vel in fauorem, aut odium certæ perſonæ ordinentur.

34 Mihi tamen iſta reſolutio placere nunquã potuit, cui ex diametro contradicunt verba.d.l.1. vbi cũ eſſet ſermo de conſtit.particulari, apertè docuit Cõſultus, eam verã eſſe legẽ, neque fuit anceps, aut dubius, ſiue cum formidine alterius partis, ita protulit, quinimò loquutus eſt, per verbum, *conſtat*, quaſi explorati iuris ſit, particulares cõſtitutiones verè & propriè habere vim legis; vt denotãt illa verba d.l.1. (*legem eſſe conſtat*) cum ergo I.C. loquendo de conſtitutione particulari legẽ appellauerit, planũ eſt, ipſum nõ inſtituiſſe ſermonẽ de particulari conſtitutione, quæ authoritatem legis non haberet.

35 Quare multo melius rẽ intellexit ante omnes glo.1.verb. *interloquutus*, eiuſdẽ.l.1. quã ſequuti ſunt, receptãque teſtantur Philip.Dec. in rubr. de reſcript.col.1.poſt mediũ, vbi Caſtrenſ.poſt Bart.in d.l.1.n.1. docuit expreſſè Abb.in c.in cauſis.n.4.de ſenten.& re iudic. quæ gloſſa Magiſtra optimè exiſtimauit, diſtinguendũ fore inter conſtitutiones particulares manentes in primo ſtatu, abſque eo quod inſerantur in corpore iuris, & inter illas, quæ clauſæ ſunt in cõpilla tione legũ, vt priores vim legis non habeant, neq; habere poſsint, poſteriores vero ſic, ita vt particulares cõſtitutiones extrauagantes, ad corpus iuris minimè redactę, leges non ſint: ſi verò redigantur ad volumen canonum, legum, aut conſtitutionũ, vim, & authoritatem legis habeant, quantumuis antequã claudantur in iure revera non leges, ſed particulares, peculiares, & indiuiduæ quædam conſtitutiones exiſterent.

36 Quod ſi inquiras cur tã diuerſum, & ſcire velis differẽtiæ rationem, ob quã conſtitutiones particulares, quã primũ reddactæ ſunt in corpus iuris migrantes, ſtatim in aliã ſpeciẽ, authoritatem, & naturam legis ſortiantur, aducr-

Digitized by Google

adüertè easdem ante reductionem ad volumen iuris, nihil habere, ob quod vim legis sortiri possint, semel verò reddactæ tacitam secum ferre Principis mentem volentis easdem seruari in omnibus casibus similibus, vt sic Legislatoris mens, ipsaq; compillatio, seu reductio constitutionũ particularium ad ius commune præstent illis legis authoritatem.

37 Et si adhuc inquirẽdo instaueris, quem effectũ habituræ sint, tales constitutiones particulares, inclusæ in corpore iuris, vt leges sint & reputari valeant, quippè tanquam merè personales non videntur ad consequentiam, seu exemplũ trahi posse: nõ erit difficilis responsio, si aduertas, tales cõstitutiones, quã primũ clausę sunt in corpore iuris ex eo legem facere; quia cõprehendunt personas omnes illius conditionis, & qualitatis, licet eaidem minimè egrediãtur: subijcio rem exẽplo quo facilius percipi possit, in priuilegio minoribus cõcesso: quamuis enim illud non egrediatur minorũ personas, nec valeat ad exẽplũ trahi, proculdubio vim legis habet, ex eo quod clauditur in corpore iuris, & minores cõprehendit, quatenus membra sunt communitatis.

38 Eo enim ipso quo Princeps voluit, huiusmodi cõstitutiones, reddigi ad corpus iuris, velle etiam videtur, tali cõstitutione comprehendere omnes personas illius cõditionis, & qualitatis, atq; adeò vim legis habere: igitur duobus modis particulares cõstitutiones legis vim & authoritatẽ possunt nanciscì, vel si dirigãtur in bonũ cõmunitatis, quemadmodũ cõtingit in cõstitutionibus minorũ, mulierũ, miserabilium personarum, & huiusmodi alijs, vel claudantur in corpore iuris, quo casu ex mente Legislatoris, comprehendunt similes personas, seu negotia.

39 Nec mireris deinceps reperiri in iure nostro, tot ac tanta priuilegia viduis, miserabilibus personis, & alijs cõcessa, pro legibus obseruata: postquã enim in sensu prædicto ad iuris corpus reddactę sunt, subierunt legũ naturã, in quo Bart. & Philip. Dec. supra relati, cum schola cõmuni vnanimi aplausu conueniunt.

40 Quo fit vt cũ legis ingeniũ, atq; cõditio sit ordinari in bonũ cõmune, & respicere publicã vtilitatẽ; priuilegia antẽ personis cõcedantur, & natura sua, quatenus priuilegia sunt, bonum priuatũ respiciãt, minimè leges sint, nec dici possint: vt non obscurè probatur, in c. priuilegia. 3. dist. Inde enim priuilegia dicta, quod priuatam legem singulis generant; nam ad quid aliquibus concederentur, si præter generalem legem nulli aliquid speciale indulgeretur, quæ teste Hieronymo in expositione Ionæ ad c. 1. nõ possunt legẽ facere communẽ, quando enim sancta Romana Ecclesia, alijq; Principes sæculares suis priuilegijs subditos munire, & extra generalia Decreta, quædam speciali beneficio indulgere consueuerunt: considerarunt vtique rationis æquitatẽ, quæ mater iustitiæ est in nullo ab ea dissentientis, vt priuilegia, quæ ob religionis, vel necessitatis, vel exhibitĩ obsequij gratiam conceduntur, neminem releuando ita diuitem faciant, vt multorum detrimenta non circunspiciendo in paupertatis miseriam nonnullos deijciant, quod aptissimè expressit Apostolus dum ad Corinthios scribens, ait; *Non enim volumus, vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio*; debent namq; priuilegiatres potissimos Comites habre: primũ quod alios nõ lędant, secundum quod petẽtibus prosint. Tãdem tertiũ, quod crimen, vel aliud simimile supplicantibus indulgeant. Insuper

Digitized by Google

constetque vel ex proximè à nobis dictis, priuilegium esse indulgentiam contra legem communem: igitur Episcopos,& alios inferiores nõ posse priuilegia concedere cum scholá communi cogimur fateri, à cuius recepta doctrina recedere nõ licebit.

45 Adhuc enim in eadem sententiá persisto,& pro solutione propositi argumenti,vnum iudicio meo notabile perpendo, quod quãdo dicitur in iure nostro Principem, vel aliam personam facere posse aliquid contra legem communem, necesse non est, quod ita facturus,habeat potestatem aduersus legem,& supra legem ad ipsam in illo casu infringendam & abrogandam, quasi ipse dum indulget faciat contra ius,sed satis erit, quod illa quæ conceduntur,aut indulgentur sint contra legem;quis enim dubitat,aut dubitare potest,attento iure semper liberum esse,& fuisse Pontificibus Maximis priuilegia concedere, necnon aliquando Episcopis inferioribusque Prælatis per ius cõmune factam fuisse potestatem concedendi priuilegia,& dispẽsationes, quibus aliquid speciale contra ius commune indulgetur: ergo si Pontifices Maximi semper, & aliquando Episcopi,secundũ ius cõmune cõcedere possunt priuilegia,& dispẽsationes: sequitur manifestè cum Papa cõcedit priuilegia, minimè in cõsideratione venire supremã illã facultatẽ, quã habet ad relaxandũ ius cõmune, nec similiter retento eodẽ themate necesse esse,quodEpiscopus vbi attẽto iure cõmuni priuilegia cõcedere potest,potestatẽ habeat iura relaxandi,verba enim illa, *contra legem cõmunem*,quorum meminimus in descriptione priuilegij, præcisse referenda sunt,ad id quod conceditur,& indulgetur,vt sit contra ius commune, nõ verò ad potestatẽ superioris indulgẽtis,quem necesse non est posse legibus derogare,sed vt illarũ vtens potestate cõtra ius cõmune indulgeat

46 In quo sensu accipiẽda est, digna illa vox Innocentij III.Summi Põtificis,relata in c.proposuit de cõcess. præb.qui de se ipso in Põtificali dignitate cõstituto, sermonẽ instituens in hæc verba prorrupit, *qui secundum plenitudinem potestatis de iure possumus contra ius dispensare*, non adumbratè, sed expressè docens, id quod nuper dicebamus voluisse Pontifices Maximos,qua pollent modestia, & humanitate ingenuè confiteri,ipsos,nõ tam á se,quam à iure potestatem habere abrogãdi, & relaxãdi iura,ita vt quando aliquid indulgent contra iuris præcepta beneficium ipsum, aut priuilegium legibus aduersetur, ipse verò Pontifex concedens minimè dicatur infringere, aut abrogare iura.

47 In codemq; intellectu capiendũ est,alterũ non dissimile Pontificium responsum in d.c.quia,ibi,*priuilegium prædecessoris sui,super Episcopalibus decimis*,& ibi,*remissio facta existit secundum canonicas sanctiones*,quibus etiam verbis perspicuè explicatur, quãdo dicimus per priuilegiũ, seu dispensationẽ infringi ius cõmune, id sic forè subaudiendũ, vt ipsamet priuilegia dispensationes, & indulgeetiæ sint contra legẽ,nõ verò quod Princeps abroget illã, qui potius remittendo, aut dispẽsando facit secundũ canonicas sanctiones,non aduersus illas. Benè enim verũ est,naturã & substãtiã priuilegij strictè sumpti cõsistere in eo,quod aliquid cõtra legẽ cõmunẽ indulgeat aliter priuilegium non esset,ut fatẽtur glossæ,& omnes præcitati,& intendunt iura in d.c.in his, & in d.c. vlt. verbis supra relatis, vbi eũCalepino,&Thesauro,qui ex alijs obseruãt aduertè particulã,*præter*,ex

materia ſubiecta ſummi aliquando, pro (contra) iuxta tex. in l. vlt. C. ad l. Iuliam. de vi, ibi, *præter hæc*, vt nonnunquam idem ſit dicere fieri aliquid præter ius, ac ſi diceretur contra ius fieri: tamen vt prædiximus neceſſe nō eſt, quod ipſemet Princeps qui indulget contra legem faciat.

48 Ex quo facilis iā eſt obiectæ difficultatis reſolutio, quantūuis namq; Epiſcopi, & alij inferiores non poſſint contra legem communem facere, aut ſtatuere, ex reg. d. c. cum inferior, cum vulgaribus: poſſunt tamen ex authoritate iuris nonnulla indulgere, quæ ſunt contra leges communes, & ſic ſubditos in aliquibus eximere à lege communi.

49 Vnde infertur ſubtilis pariter & elegans intellectus ad text. in d. cap. quia, vbi non ſine myſterio illa decimarum remiſsio, quatenus reſpicit Epiſcopum remittentem, cui præiudicat beneficium appellatur: quatenus verò per talem remiſsionem indulgetur Monachis decimarum retentio, quæ eſt contra leges communes, à quibus Monachi priuilegiati eximūtur, dicitur priuilegiū innuēs, atque ſignificans, verba illa in diffinitione priuilegij (cōtra legem communem) non fore referenda ad poteſtatem ſuperioris indulgētis, quaſi ipſe dum indulget, faciat contra ius, ſed ad id quod conceditur, & indulgetur quod oportet, vt priuilegium ſit, eſſe contra legem communem, quæ natura priuilegij, eſt in eo conſiſtens, vt priuilegiati â lege eximantur.

50 Hæc igitur priuilegia de quibus in plures lineas tantiſper ſermonem protraximus ad iuris volumen redacta, vim, & authoritatem legis aſſequuta, eo profecto deſeruiūt, vt per illa nō ſolum caſus qui deciduntur, ſed alij ſimiles iudicandi ſint, quippè ſto ante compillationem extrauagātes, authoritatem legis non haberēt, poſtquam verò compillatæ ſunt, ex tacita (vt dixi) Legislatoris mente, legis vim aut poteſtatem obtinebunt.

51 Vel ſi maluerit lector optimus, nō ſine fundamento tentari poſſe crederem diſpenſationes, gratias, ac priuilegia priuatis hominibus conceſſa ex compillatione, legis authoritatem minimè ſortiri, vtpotè quæ ſi priuilegia ſunt ſtrictè ſumpta ſingulorum perſonas prætergredi, nullatenus poſſunt in eumque finem dumtaxat trahi ſolere ad corpus iuris, non tanquam leges, ſed tanquam priuilegia in corpore iuris clauſa, priuilegiorū naturam minimè ammittentia ad eū vtilem effectum, ne quādo Princeps generaliter omnia priuilegia abrogaſſet tollerentur hæc, quæ continētur in corpore iuris: vbi enim lex, vel Princeps ponit clauſulam derogantem ſimpliciter in priuilegijs, non intelligitur in dubio de inſertis in iure, gloſſa in authent. qua in prouintia verbo, *illic*, in fine. C. vbi de crimine agi oportet, quam ibi extollit Bart. oppoſit. 2. & commendat Bald. verſ. 3. docet communis, teſte Felino in cap. 1. de reſcript. num. 12. Iaſ. in l. 1. ff. de conſtit. Princip. n. 16. Petr⁹ Rebuff⁹ de priuileg. ſcholariū, priuileg. 179. poſt gloſſam, verb. *non compellitur*, in l. 2. §. Legatis, & in l. hæres abſens 19. in prin. ff. de iudic. & gloſſam. 1. in l. 3. (expreſſus text. pro hac doctrina). C. de ſilentiarijs libro 12.

52 Vnde non inepta cautela erit, ſi Magnates, & Domini aliæq; perſonæ priuilegiatæ, fecerint immunitates ſuas, priuilegia, ſeu beneficia Principum eiſdem ob merita indulta inſeri inter ſtatuta communitatum, ſiue Regni, aut inter leges iuris communis, quo caſu noua impoſitio derogans

rogans omnibus priuilegijs non o-
perabitur, nec producet aliquē effe-
ctum derogatorium, niſi etiam men
tionem faciat de inſertione, vt con-
ſtat ex traditis à Felino vbi proximè,
eoq; probabiliter ſuſpicandum eſt,
reſpexiſſe nonnullas communitates,
ſanctiſsimasq; Religiones, præcipuè
Ciſtercienſem Ordinē, doctrina, mo
ribus, ſanctitate, & religione præcla-
rum, cuius ſaluberrima extant priui-
legia ad iuris corpus redacta, præci-
puē ſub rubr. de regularib. & alibi ſæ
pè, alijque viri Principes, qui indulta
ac gratias eorū familijs, & viris illuſ-
tribus eiuſdē à Regibus, Romaniſq;
Pontificibus conceſſas, inter iurium
volumina interſeri fecerunt: vt in c.
cum ordinem de reſcript. vbi memi-
nit Alexand. III. cuiuſdam priuilegij
Ciſtercienſibus conceſsi, ne conue
niri poſsint per litteras ordinis ſui
mentionem non facientes, ex quo
text. (vt hoc etiam, obiter non igno
retur) ego colligere ſoleo, valere lit
teras attento iure communi, contra
alios religioſos impetratas, & ſi de
ipſorum ordine mentio facta nō fue
rit, atque id probo per argumentum
ab ſpeciali. aliter enim fruſtra quære
rentur Ciſtercienſes, & ſuperfluum
foret priuilegium, de quo in d. cap.
cum ordinem, & ſi contrarium vo-
luerit Bellam. ibidem. n. 3. & obſerua
uerit ſtylus Curiæ, ſecundum quem
ſi actor, vel reus, cui, vel contra quē
litteræ cōceduntur religioſus ſit, mē
tio de ordine fieri debet, ex Hoſtien
ſi, & Collectario in d. c. cum ordi-
nem, quorum ſententiam agnouit,
& amplexa eſt, Practica Chancella-
riæ, pag. parua. 38. verſ. *debet*, in fine:
idque ſpeciali priuilegio conceſſum
eſt minoribus, & per communicatio
nem competit, & alijs ne conueniri
poſsint per litteras Apoſtolicas, in
quibus de ipſorum ordine mentio
habita non eſt, vt conſtat ex priuile-
gio Innocentij, & aliorum, relato in
compendio priuilegiorum mendi-
cantium, verb. *conuenire*, quod quidē
priuilegium maius, & plenius eſt illo
Ciſtercienſibus, per d. c. cum ordinē
conceſſo, in quo ordinis tantum nō,
verò priuilegij mentio requiritur.

53 Semper tamen manet ſcrupulus
ex eo, quia iura non in ſingulas per-
ſonas, ſed generaliter conſtitui de-
bent, quæ fuit vetuſtiſsima ſenten-
tia propoſita ab Vlpiano in l. 8. ff. de
legib. ducens originē à legibus duo
decim tabularum, quæ vetabāt prius
hominibus priuilegia irrogari, quod
præceptum, vt alia pleraque deſump
ſerunt Decembiri ex Solonis legi-
bus, nam & Solon idem ſtatuerat, te
ſte AEnea Gaçeo in Theophraſtro,
cuius verba & plura alia magna cum
eruditione ex Cicerone, & alijs retu
lit inſignis neque vnquam promeri
tis laudatus Iacob. Cuiac. lib. 15. ob-
ſeruationum. c. 8. per totum.

54 Accedit priuilegia ſtrictim accep
ta illa dumtaxat eſſe, quæ de vna tan
tum perſona concipiuntur, & ius ſin
gulare appellatur, quod in ſingulas
perſonas conſtitutum eſt, & veteres
priua dixere ſingula, vt conſtat ex
duodecim tabulis, & ex quibuſdam
verſibus Lucilij poetæ, vbi dixit, *adue
nientibus priua debo*, id eſt ſingula, an-
tiquitus namque ſingulare, & priua-
tum conuertebantur, & quod leges
duodecim tabularum priuilegia di-
xerunt, ſeu priuata, iura & leges
quæ poſtea ſubſequutæ ſunt, ſingula
ria iura nuncuparunt: hoc eſt merè
perſonalia, non quidē eo ſenſu, quo
ius ſingulare dictum eſt, circa pecu-
niam creditam, vſucapionem, & ſi-
milia, ex eo appellatum, quod pau-
lum abhorret, aut deficiat à iuris regu
lis; ſed quia ius merè perſonale ſit,
perſonas quibus cōceditur, minimē

tegrediens in quo sensu dicebat Isidorus relatus in d. c. erit autem lex, pro nullo priuato commodo legem ferendam esse, quasi dixisset non in singulos, vt voluit Vlpian. à quo suspicor Isidorum desumpsisse in d.l. iura ff. de legibus, & dicitur in l. 1. in fine. ff. de doli exceptione, optimè et Cicerone pro domo sua, & lib. 3. de legibus, explicuit eruditissimus Guillelmus Budeus in l. 2. ff. de origine iuris, Ioann. Oros. in d.l. iura, & in eius singulare, eodem titulo, Franciscus Connan. lib. 1. commentariorū iuris ciuilis. c. 15. num. 5. Petrus Rebuffus in praxi, titu. de differentijs, inter rescriptum, & priuilegium, nu. 2. Banderan. in rubr. ff. de priuileg. creditorum, ex cap. 1. Ludouic. Charōdas, & alij, super dictis legibus duodecim tabularum, explicantes illa verba, *priuilegia ne irroganto.*

55 Ex quibus adhuc videtur intellectu difficile quomodo fieri possit, vt priuilegium, id est ius singulare, de vna tantum persona, quantumuis insertum in corpore iuris, legis authoritatem habeat, vetantibus legibus duodecim tabularum, & alijs iuribus postea subsequutis: cui obiectioni, quæ vnica in effectu est facile respōdetur ex dictis rectè & cum iudicio consideratis, atque perpensis.

56 Illud verò scitissimum est in proposito, neq; olim, neque hodiè fuisse prohibitas constitutiones dotium fisci, militum & similia priuilegia, rebus, vel personis concessa, quorum meminit Consultus in l. priuilegia. ff. de reg. iur. & in d.l. ius singulare, sed illa tantum, quæ de vna solū persona ferebantur: itaque supradicta prohibitione, non continebantur leges pertinentes ad dotes mulierum, neque ad fiscum, neque ad priuilegium Augustum, neque ad priuilegia creditorum Veteranorum militiæ ecclesiarum, & quæ maritis data sunt, ne vltra quàm facere possint iudicio dotis condemnentur, & alia id genus, quæ licet priuilegia personalia dicantur, non ita proprie, vt superius diximus non in vnam personam solam concipiuntur, sed vel in plures personas eiusdem conditionis, veluti in omnes minores, omnes & singulas mulieres, omnes & singulos creditores, & his similia: vel certè ad vniuersos ciues pertinent, veluti præcepta singularia circa pecuniā creditā, vsucapionem, & alia plerasq; ius generale constituunt, vtpotè quæ non in bonum vnius personæ, sed in bonum commune priuatum ordinata, & statuta sunt: atque ideò de his omnibus & singulis, nullo iure prohibitum est leges sanciri, immò multum Reip. salutaria præcepta antiquis tēporibus rogata sunt, minoribus, viduis, alijsq; miserabilib⁹ personis, & pijs locis subuenientia, per iuris volumina dispersa, quæ enumerare longissimum esset, & valdè laboriosum, neque vtile, quare ad suos titulos, iuraque vulgaria doctum lectorem remittimus.

57 Et quod magis est, de vna tantum persona in individuo leges ferri posse, dum tamen in præsens tempus cōcipiantur, & non in perpetuum in omnia tempora testis locupletissimus est, Iacob. Cuiac. vbi proximè, qui rectè id obseruauit more suo, sic intelligens. l. 5. §. fin. de captiuis, & postliminio reuersis, vbi dicitur, *de Menandro quōdam interprete latam fuisse legem, an futurus esset ciuis Romanus, &c.* & aliam de Hortilio Mancino in l. vltim. ff. de legation. quibus in locis perspicuè traditur, in præsens tempus de singulis ferri leges potuisse, ex quo intelligi etiam potest text. & similia iura in l. neque Dorotheum, 61. C. de Decurionib. lib. 10. quatenus

nus ius ibi dicitur de vna tantũ perſo na, vt intelligatur de lege lata in tem pus præſens, non in perpetuum; ne- que in omnia tempora, quæ tertia erit ſolutio ad propoſitam difficulta tem, de legibus, reſpicientibus cer- tas, & ſingulares perſonas, poterit le ctor quam ſibi magis placuerit aſſu- mere; nos enim præfata dixiſſe con- tenti vlterius in ſolutione argumen torum ſponte progrediemur.

58 Erat tertium argumentum de ſen tentijs ſupremi Senatus, vulgò deci- ſiones nuncupatæ, quas ſortiri vim & authoritatem legum, non ſine iu- ris fundamento contendebamus. Di cendum tamen eſt, quod ſiue ab in- ferioribus, ſiue ab ipſomet Principe ferantur tales ſententiæ, dummodo fuerint inter partes, nomen legum nullatenus mereri poſſe, niſi authori tas aliqua vis, aut poteſtas illis per Principem addatur: non enim exem plis, ſed legibus iudicaturi ſumus, ne que obſeruare debemus, priuati ali- cuius Magiſtratus quantumuis maxi mi & doctiſsimi, immò nec à Regijs Tribunalibus prolatas ſentẽtias, ſed veritatem ipſarum legum, & ſi mag- na authoritas ſit ſupremi Senatus Catholici Regis noſtri, vbi tot ac tã- ti extant illuſtres, & doctiſsimi Sena tores, litteris, ingenio, eruditione, & ſplendore generis præcellentes, in quo Princeps reſidere dicitur: ita vt quod placuit Senatui, ipſimet Princi pi placuiſſe dicatur: quo iure vtimur, vt conſtat ex Regijs mandatis (vul- gus prouiſiones Reales appellat) ſu- mẽtes initiũ à nomine Catholici Re gis noſtri, & potentiſsimi, quẽ Deus Optim. Maxim. diu nobis ſaluum, & in columen ſeruet.

59 Et ideò non tenentur iudices ſe- cundum illas ſententias iudicare, te- ſte Anton. de Gamma Luſitano de- ciſ. 228. in fin. etiam ſi per ipſummet latæ pronuntiatęq; ſint, cuius diſpo- ſitio in ſingulare bonum ordinata, lex non eſt, vt abundè probauimus, niſi poſtea in bonum communi- tatis ordinetur: vel, (quod in idem re cidit) inſeratur in corpore Iuris: tunc enim iam reſoluimus habituras legũ vim, & authoritatem, vt videmus in epiſtol. Decretalib. quæ licet vt plu- rimum ſint ſententiæ inter partes la- tæ, nihilominus reputantur leges, & vtitales ad caſus ſimiles trahi debẽt, gloſſa recepta in princip. 19. diſtin- ctione.

60 Nec conſtituenda eſt differentia in hac parte inter ſententias diffini- tiuas, & interlocutorias, vt diffiniti- uæ in corpore iuris inſertæ leges ſint: interlocutoriæ verò quantum- uis â Principe prolatæ, nullo modo naturam legis poſsint aſſumere: data enim terminorum paritate, iuxta eã quam ſequimur doctrinam, verum quidem eſt neutram ſententiam le- gis authoritatem habituram, ſi nulla ordinetur in bonum commune, vel inſerta ſit in corpore iuris, quod ſi contingat vtramque diffinitiuam, & interlocutoriam ſententiam in com munem vtilitatem ordinari, aut in- ſertas reperiri in volumine iuris, tam vna quàm altera legem faciet: ſicque nullum diſcrimen conſtituendum eſt, quantum ad ſubeundam legis na turam, ſiue ſententiæ diffinitiuę ſint, ſiue interlocutoriæ, cuiuscumque enim generis ſint, vim legis obtine- bunt, retentis terminis, de quibus ſu pra, vnde Abb. Panormit. in cap. in cauſis, num. 4. de re iudic. non malè intelligebat diſcrimen aſsignatum ab interpretibus in propoſito inter vtraque ſententiam diffinitiuam, & interlocutoriam, vt procedat quan- do interlocutoria non eſt clauſa in corpore iuris, vel aliter in bonũ com mune ordinata.

Cui

61 Cui reſolutioni minimè impedimento erit deciſio.l.3.verſ. *interlocutionibus*,& l.vlt.C.de legibus,quæ videntur in ſupradictis terminis, & quantum attinet ad noſtrum intentum differentiam conſtituere inter diffinitiuas,& interlocutorias,vt diffinitiuæ ſi à Principe leges vocentur,vel iuueantur ad omnes pertinere generaliter,reuera ſubeant legum naturam, interlocutoriæ verò minimè.

62 Reſpondetur enim diſcrimen dictis iuribus conſtitutum inter dictas ſententias,in eo conſiſtere,quod diffinitiuæ,vt in plurimum,& à communiter accidentibus, inferebantur ab Imperatoribus in corpore iuris,quas iuuebant ad omnes pertinere, vocabantque leges generales: interlocutoriæ autem non ita frequenter conſueuerant leges appellari, aut inſeri inter conſtitutiones Imperatorias, aut alias leges communes, veluti aliàs in ſimili dicere ſolemus, quod omnis ignorantia probabilis, tam facti,quã iuris,à culpa excuſat. Nihilominus tamen doctiſsimus Bonifacius Papa in reg.ignorantia.13.de regul.iuris in 6.differentiam conſtituebat inter vtramque ignorantiam, vt ignorantia facti à communiter accidentibus, & vt in plurimum habeat probabilitatem; ignorantia verò iuris magis frequenter craſſa iudicetur, & ſi data paritate terminorum in nullo differant dicta duo ignorantiæ genera, ad quem etiam modum dicimus,datis paribus terminis, nullum conſtituendum eſſe diſcrimen, circa ſubiectam materiam,inter ſententiam diffinitiuam,& interlocutoriam, ſicque ſoluitur argumentum quod ſumebamus fruſtra contendentes,ſententias ſupremi Senatus vim legis obtenturas.

63 Contrahentes verò, & conditores vltimarum voluntatum,quemadmodum leges faciant in d. l. contractus ibi,*legem enim contractui dedit*, de regulis iuris, & in dict. authent. de nuptijs. §. diſponat, ibi, *& erit lex*, collatione 4. breuiſsimè videndum eſt,atqui quod vulgò dici ſolet contractus,& vltimas voluntates habere vim legum,ita accipiendum eſt, non vt ſint verè & propriè leges, ſed improprie, & per quandam ſimilitudinem,quæ conſiſtit in eo, vt quemadmodum leges,ac Principũ conſtitutiones adimplentur, & obſeruantur cum effectu,ad eundem modum contractus,& teſtamenta ad vnguem obſeruari debeant, ex mente Decij, & aliorum vtrobique.

64 Tandem adducta vltimo loco pro contraria ſententia, circa leges de minoribus, mulieribus, alijsque perſonis priuilegiatis,& quæ retulimus de viduis, miſerabilibusque perſonis, contendentes circa ſingularia, & in gratiam ſingulorum ferri poſſe leges,ſatis explicata reſolutaq; ſunt,in his quæ tractauimus,& reſoluimus circa particulares leges inſertas in corpore iuris,quas quemadmodum obligent, legumque fortiantur authoritatem, vel non, abundè ſuperius explicatum eſt, neq; vllus, vt credimus perdocto lectori remanſit ſcrupulus.

Summaria ad Controuerſiam 2.

1 *VTrùm lex inualida ob defectum boni publici ſubſtineri valeat in vim alterius diſpoſitionis.*

2 *Quantum & in quo diſtent Principum conſti-*

Digitized by Google

cõstitutiones ab ipsorum legibus.

3 Constitutiones æquè ad præcepta communia, ac ad singularia trahi possũt leges verò non ita, vnde intelligẽdus text. in l. 1. vers. planè. ff. de constit. Princip.

4 Longè difficilius est diuerere, vtrum leges ferri possint in odium certarum personarum, quam si de constitutionibus foret disputatio.

5 Probatur inualidas futuras eas leges, quæ in odium certarum personarum ferri contigerit.

6 Ex vulgari axiomate, quod habet ab iniquitate legis appellari non posse, colligitur eam ferri non posse in odium certæ personæ.

7 Leges in odium certæ personæ latæ dolo editæ videntur.

8 Verba legis generalia dici non possunt quando non verificantur, nisi in vno individuo.

9 Populus constituens legem generalem statuere potest pretia rerum puta, vt frumentum tali, vel tali pretio vendatur.

10 Valida est omnino lex edita in odium certæ personæ, quando adest aliqua publica vtilitas.

11 Lex de qua in numero præcedenti, magis & prius in cõmune bonum, quã in odium certæ personæ lata censeri debet.

12 Legis iniquitas nunquam transit in rem iudicatam, vnde fortior est sententia diffinitiua iudicis, quam statuti.

13 Si statutum fiat ex causa rationabili, etiam specialiter contra aliquem priuatum, & in eius præiuditium subsistente causa iusta firmum & validum erit.

14 Quando versetur publica vtilitas in lege lata contra priuatam personam.

15 Argumenta contraria procedunt in lege edita in odium priuatum, quod minimè niteretur publicæ vtilitati.

16 Quotiescumque Principis statutũ, ob aliquem defectum subsistere non potest, habebit tamen in cæteris omnibus authoritatem legis, cũ Princeps facere possit, quod dispositio, quæ nõ est lex vim habeat legis.

17 Inferiores á Principe condentes statuta efficere non possunt, vt dispositio, quæ lex nõ est vim legis habeat, quæ si nõ fuerint effectũ sortita valere nõ poterũt in vim alterius dispositionis.

CONTROVERSIA 2.

Vtrùm inualidæ etiã sint leges, æditæ in odiũ certarum personarum, quemadmodum diximus de promulgatis in fauorem singulorum, & an semel inualidæ substineantur in vim alterius dispositionis, putà priuilegij, gratiæ, seu rescripti.

1 POST tractatum de legibus in fauorem certarum personarũ latis, quis non requiret, vt de legibus in odium singulorũ statim differamus, & explicemus pariter, substineri ne possit lex inualida, ob defectum boni publici, quia non respiciebat communem vtilitatem, saltem in vim alterius dispositionis; vt valeat tanquam priuilegiũ, gratia, vel rescriptum, dicturi prius de

Digitized by Google

de priori dubitatione, circa leges latas in odium singulorum, & mox explicaturi, stare ne posit lex inualida, aut substineri, quoad cęteros effectus legis.

2 Et initio sese mihi offert distinguere (quod iamdiu desideraueram) quãtum, & in quo distent Principũ constitutiones, ab ipsorum legibus: discrimen enim præcisse fore constituẽdum, satis denotant diuersæ rubricæ de constitutionibus, & aliæ de legibus, iura, & canones longè diuersi, diuersimodæq; acceptiones, & significationes, quæ hanc differentiã non insinuare solent, sed exprimere vidẽtur, præterquam quod non expedit diutius in æquiuoco laboremus. Cõstitutiones ergo attẽta sermonis proprietate, nihil aliud important, quam statuta, seu decreta quædam facta â Rege, vel Principe, cum Cõcilio, seu Regno, vt voluerunt Abb. & interpretes communiter in rubr. de constitutionibus: leges verò, quæ ab eligendo dicuntur, tanquam certissimæ regulæ nostrarum actionum, immediatè à solo Principe Legislatore dimanant, & proficiscuntur absque consilio Senatus, aut Regni, de sola Regis mente, ac potestate, & priores quidem, pragmaticæ etiam, seu ordinationes Regiæ vulgò nuncupantur, posteriores solo legum nomine honorificè gaudent, & cõsueuerunt appellari.

3 Vnde oritur notabile discrimen inter constitutiones, & leges, quod illæ ęquè ad præcepta communia, ac ad singularia trahi possunt, in quo fortasis intellectu, vltra assignatos in præcedenti disputatione, nõ inepte capi poterit difficilis text. in d.l.1. ibi, *plane ex his*. ff. de constit. Princip. dum agit de constitutionibus factis, circa particulares personas, vt notanter constitutiones vsurpauerit. I. C. non leges, quasi constitutiones trahi rectè possint ad singularia præcepta, perinde ac ad communia, non idem, neque eandem sententiam de legibus prolaturus. Hæc verò scilicet leges, minus propriè præceptis singularibus aptari possint. cap. priuilegia. 3. d.l.2. C. de legibus, tradit Soto lib. 1. de iustit. q. 6. art. 1. col. vlt.

4 Quam distinctionem inter constitutiones, & leges, & ortã ex illa differentiam, huic proposito conducentem in eum vsum commemorare libuit, vt perdocti lectores intelligant longè difficilius esse disserere, vtrum leges ferri possint in odium certarũ personarum, quam si de constitutionibus foret disputatio, quas diximus æquè ad præcepta communia, ac ad singularia trahi posse, ex d.l.1. proindeq; controuersia nostra circa leges dumtaxat, & minimè circa constitutiones interim versabitur.

5 Quo impedimento sublato, videtur initio dicẽdum, q quemadmodũ superius resoluimus, inualidas esse leges editas in fauorem singulorum, sic quoque inualidæ futuræ sint, quę in odium certarũ personarum ferri contigerit. Etenim illud iam expeditum manet, de substantia legis esse, vt respiciat communem vtilitatem, & nullo modo bonum priuatum, à communi distinctum, iuxta tradita per Doctores communiter in rubr. de constit. Alexandrin. in d. c. erit autem lex, num. 6. & in cap. priuilegia. 3. dist. D. Thom. 1.2. quæst. 90. art. 2. & probant iura expressa in l. 1. ibi, *communis precepti*, & in l. iura. ff. de legibus, & in dict. capit. erit autem, ibi, *pro nullo priuato*. 4. distinctione. At talis lex si feratur in odium certarum personarum non respicit vt patet vtilitatem communem, ergo nullo modo poterit substineri.

6 Rursus vulgare habemus axioma ab

Digitized by Google

ab iniquitate legis appellari nõ poſſe, ex text. in l. ſi qua pœna. ff. de verbor. ſignificat. tamen ſi fieret lex, ſeu ſtatutum in odiũ certæ perſonæ, pro culdubio poſſet ab eo appellari, l. qui grauatos. C. de cenſib. lib. 11. l. 1. §. ſolent. ff. quando appellandum ſit: igitur lex in odium particularis perſonæ lata inualida erit, & minimè ſuſcipienda. Confirmatur vrgentius, ſi memineris adeo verum eſſe, appellari poſſe à lege contra certam perſonam facta, vt etiam ſi verbis generalibus concepta ſit; dum tamen conſtet legitimis coniecturis, odio priuatæ perſonæ fuiſſe latam, poterit ab ea appellari, vel opponi contra illam exceptio doli, iuxta text. notabilem in l. 1. §. fin. vbi glo. ff. de exceptione doli; ergo, vel non procedit commune dicterium, quod ab iniquitate legis non poſsit appellari, vel ſi contra priuatam perſonam feratur, non erit lex, quandoquidem ab ea poteſt appellari.

7 Adde inualidas eſſe leges, quibus dolus ineſt, at in odium certæ perſonæ latæ dolò editæ videntur, igitur inualidæ ſunt: maior propoſitio conſtat, ex d. l. 1. §. fin. de doli exceptione; minor de ſe patet cum negari nõ poſsit leges in odium ſingulorum ferendas non eſſe, procedit ergo conſequentia.

8 Præterea, vt dicebat Bald. in cap. cum ordinem de reſcript. poſt Ioan. Monach. quem citat *verba legis, generalia dici non poſſunt quando non verificantur, niſi in vno individuo*; at expeditum eſt, legem eſſe debere generalẽ non ſolum verbis, ſed etiam effectu; ſi tamen in odium particularis perſonæ feratur, generalis non erit ſaltim effectu: fit ergo conſequens minimè valere legem editam contra priuatã perſonam, vnde fluxit celebre conſilium Petri de Ancharr. cuius ipſemet fecit mentionem in cap. canonum ſtatuta de conſtitutio. 11. q. pri. verſic. *ego quæro, in quæſt. in qua conſului*, vbi cum Archiepiſcop. Spoletan. haberet certa molendina extra portam Spoleti, ſibi donata ex largitione Regis Vngariæ, eodemq; modo communitas Spoleti alia molẽdina poſsideret, ſita etiam, & conſtituta extra ipſam portam ciuitatis, exiuit ab Spoletanis edictum, vt omnes ciues, vel incolæ qui mitterent frumentum ad molendinum extra portam ciuitatis ſoluerent in ingreſſu certam pecuniæ quantitatem, niſi frumentũ miſſiſſent in molendinum ciuitatis, quo caſu nihil erant ſoluturi. Orta fuit, & excitata controuerſia inter Epiſcopum, & ciuitatem, aſſerente Epiſcopo inualidũ eſſe, & minimè exequendum tale ſtatutum tãquam eius odio factum; ècontra verò ipſismet Spoletanis ciuibus contendentibus, ex eo firmum fore ſtatutum, quia emiſſum in perſona ciuium, & ſic erga ſubditos eorum, & intra proprium territorium, addentes licuiſſe illis melioré facere cõditionem ſuam, etiam cum tertij præiudicio, iuxta text. in l. proculus. ff. de damno infecto: quibus non obſtantibus conſuluit Ancharr. non tam attendendas eſſe perſonas, in quas leges, & ſtatuta diriguntur, quam conſiderandum contra quem effectus ſtatuti porrigatur, ex deciſione notabilis tex. in l. cum pater. §. donatio. ff. de legat. 2. & ſubiũgit nouum non eſſe in iure, quod verba legis contra vnum dirigantur; effectus verò tendat contra alium, vt in l. 4. §. nunc de effectu. ff. de liberat. legata, vnde cũ effectus prefati ſtatuti principaliter dirigeretur ad molendina Archiepiſcopi, tanquam eius odio factum nullius momẽti futurum rectè dictum eſt, vel ſi mauis dictum, & ſimilia ſtatuta, ego minimè reſponderem

rem abſolutè fore inualida, ſed ſolũ reſpectu bonorum Archiepiſcopi, cum ſtatutum generale Principum fæcularium ligare non poſsit Eccleſias, neque earum bona, vt conſuluit idem Petrus de Ancharr. conſ. 13. incipit, *ſuper dubio tranſmiſſo*, cui ſe ſubſcripſerunt Bononienſes, vt ex ſubſcriptione illius conſilij patet, & tenuit Panormitan. in capit. Eccleſia ſanctæ Mariæ, poſt Alberic. de Roſſatis in 2. par. ſtatutorum, quæſt. 2. & habemus celebre conſilium Alexandri. 112. vol. 2. *viſa facti narratione*, ex quibus deducitur ſi expendãtur nullatenus valere poſſe legem in certæ perſonæ odium, & inimicitiam promulgatam.

9 Facit doctrina Baldi in §. *quibus* in fin. in 1. cõſtitutione Codicis, docẽtis, q licet valeat ſtatutum generale cogens affines, vel coniunctos ad cõ promittendum, ſecus in ſtatuto cogente certam perſonam ad faciendũ compromiſſum, quod ſtatutum nullatenus ſubſiſtere poteſt, argumento l. toties. ff. de pollicitationibus, nec diſſentit Bart. in l. nemo externus, per illum tex. C. de iudęis, vbi docuit populum conſtituentem legem generalem, ſtatuere poſſe precia rerum, putà, vt frumentum tali, vel tali precio vendatur. l. annona. ff. ad l. Iul. de annonis. l. 1. §. cura carnis, vbi idẽ Bart. ff. de offic. Prętecti vrbi, quaſi innuat atque ſignificet, quod ſi ſtatutum generale non foret, ſed in odium certarum perſonarum pronunciatum, minimè valeret: relinquitur ergo ex Baldi, & Bartoli doctrina inutiles, & inualidas futuras eſſe leges, quæ in odium ſingulorum latæ ſint.

10 Cui dubitationi (quam tetigerunt Abb. & DD. in d. cap. cum omnes, de conſtit.) his & alijs dubitandi rationibus ommiſsis, vnica tantum aſſertione ſatisfaciendum eſt, aſſerendo validam eſſe omnino legem editam in odiũ certæ perſonæ, quãdo adeſt aliqua publica vtilitas. v. g. ſi intereſſet Reipublicæ, ne Petrus, vel Ioannes extraherent frumentum, ratio in prõptu eſt. Etenim, & ſi odium illud priuatum ſit, & peculiare circa certã perſonam, cum tamen publicæ vtilitati nitatur, induit rationem boni, & non cuiuſcumque, ſed communis, & publici, & abſoruet cõſiderationem illam priuati odij, quoniam, ſicut maius bonum minori bono pręponitur, ita communis vtilitas ſpeciali vtilitati præfertur, vt aliâs dicebat Innocent. III. ſcribens Priori, & conuentui Dimolienſi, cuius dictum refertur in c. licet. 18. de regular.

11 Minimèq; dici poſſe videtur, quod nonnulli cõminiſcuntur bonum, ſcilicet prætenſum á d. lege lata in odiũ priuatæ perſonæ, & publicam tamẽ vtilitatem, reperiri prius in perſona patientis, quam in ipſo corpore communitatis: falſum enim aſſumitur, quippè, cum odium illud publicã vtilitatem reſpiciat, non malum, ſed bonum erit, & ſic fieri non poteſt, quod prius tendat in perſonam priuatam, quam in ipſam communitatem. Etenim, quatenus priuatę perſonæ odiũ nõ bonum, ſed malum eſt, & cũ dum ſub lege comprehenditur coacta iuris ratione bonum futurum ſit: conſequens eſt impoſsibile eſſe, vt antea in priuatum commodum, quã in publicam vtilitatem feratur, quin potius in illo priuato odio, ita publica vtilitas imbibita eſt, vt ſufficiat ad iuſtificandã legem, quæ magis & prius in commune bonum, quam in odiũ certæ perſonæ lata cenſeri debet.

12 Vnde conſequẽter deducitur, deficiente dicta publica vtilitate, legem editam in odium certæ perſonæ omninò futuram inutilem, & inualidã, (quę altera pars erit dictę aſſertionis)

ſic

Digitized by

sic docuit Panormitan. in dict. capit. cum omnes, Alexandrin. in d. c. erit autem lex, & iubat text. si expendatur in d. cap. cum omnes, quidquid præfatæ dubitandi rationes oppositum contendere videantur, contradixeritque communis Doctorum ibidem, teste Felino num. 4. asserente editam in priuatum odium, non esse propriè legem, sed quoddam beneplacitum, loquendo de lege concernente certum hominem præcisè, & determinatè, quia si lex generalis sit, quæ possit omnibus adaptari, putà, quod filia dotata non succedat, manifestum est, talem legem neutiquá posse de iniquitate redargui: quinimò veram, & propriã legẽ esse, quia de natura legis est plura cõprehẽdere, aliás nõ erit lex, sed quoddã beneplacitũ, iuxta text. in l. 1. ff. de constit. pecunia, & Baldi declarationem in l. iudicibus in princip. C. de appellation. & in cap. ad nostram in fin. eodem titulo, & clarius in l. quisquis. C. quorum appellationes non recipiantur, vbi subiungit, id quod nos superius tetigimus, nempè, vsque adeò necesse esse, vt leges plura cõprehendant, vt si earum verba generalia essent, effectus autem singularis, posset contra tales leges opponi semper exceptio doli, ex text. quem idem Bald. notabilem appellauit in dict. l. 1. ff. de doli exceptio. Legis enim iniquitas, seu iniustitia nunquam transit in rem iudicatam, sed quandocumque etiam ex interuallo, & citra medium appellationis, sequi potest retractatio iniquæ legis, vt tradunt generaliter interpretes, & Abb. in capit. consuluit. 3. ad fin. de appellation. indeque fluxit celebratissimum Baldi Perusini dictũ in l. 1. §. finilique modo, in fin. C. de Latina libertate tollenda, vbi dixit fortiorem esse sententiam diffinitiuam iudicis, quam statuti, quia á sententia statuti semper potest ipsimet Principi supplicari.

13 Tenent in proprijs terminis prædictam conclusionem nostram Bald. & Fulgos. in d. l. 1. ff. de legib. circa princip. per text. in l. damnato. C. de hæretic. asserentes, quod si statutum fiat ex causa rationabili, etiam specialiter contra aliquem priuatum, & in eius præiudicium subsistente iusta causa, firmum, & validum erit, facit glossa notabilis sic intelligenda, in l. amissione. §. qui deficiunt, verbo, *relegati*. ff. de capitis diminutione, tradit expresse Angel. in l. impetrata. C. sententiam rescindi non posse, vbi testatur sex Doctores ita consuluisse, pluresque leges in eandem partem allegauit: & tradiderunt Anton. & Immola in dict. capit. cum omnes de constitut. facit bonus text. in l. venditor. §. si constat, vbi Bart. adnotauit. ff. communia prædiorum, & quod dicit glossa in l. 2. verbo, *detrahi*. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.

14 Tunc autem dicemus subesse iustam causam, ac versari publicam vtilitatẽ in lege lata cõtra priuatam personam, quando lex, seu statutum contra priuatum fieret ad sedandum populi tumultum, pacándamque ciuitatem, Prouintiam, aut Regnum, & id genus alia vitanda, aut componẽda, iuxta text. notabilẽ in l. si quis filio exhæredato. §. irritum quoque. ff. de iniusto rupto, & tradita per Angel. in l. si Anthiochensium. ff. de priuilegijs creditorum: constatque plures posse subesse causas, ob quas tale priuatum odium publicæ vtilitati nitatur, quas longissimum esset, minimèque oporteret percurrere, tum tradita conclusio ex dictis

ſatisfirma comprobataque maneat.

15 Cui non obſtant ſupra in contrarium adducta, quibus contendimus probare, legem in odium priuatæ perſonæ inualidam fore, quæ vtique procedunt in lege edita in odiũ priuatum, quod minimè niteretur publicæ vtilitati, qua deficiente iam reſoluimus, nullatenus rogari poſſe legem in odium priuatæ perſonæ.

16 Vtrum autem leges ſic inualidæ, & infirmæ, quia in priuatum odium rogatæ, ſubſtineri valeant in vim alterius diſpoſitionis (quod fuit alterum caput propoſitæ â nobis controuerſiæ) non intempeſtiuè diſceptabitur hic; imò potius vlla diſputatione opus non eſt, ſed breuiſsimè diſtinguendum inter legem editam à Principe, ſuperiorem non recognoſcente, ac editam ab inferiore, vt lex à Rege lata, & ſi non habeat naturam legis, ac ſubinde iure lex non ſit, quippè tendens in odium priuatæ perſonæ, abſque vlla conſideratione publicæ vtilitatis, vel ob alium defectum, atque ob id ad caſus ſimiles extendi nequeat: valebit tamen, quo ad cæteros legis effectus, videlicet, vt perinde, ac ſi lex eſſet perpetuam habitura ſit vim obligandi, tanquam â Principe ſupremo dimanans, qui tantam poteſtatem habet, vt quæ lex eſſe non potuit, valeat in vim alterius diſpoſitionis: ſicuti aliâs metaphoricè dici ſolet, de teſtatore, *diſponat teſtator, & erit lex*: in authentic. de nupt. §. diſponat, collat. 4. quem explorati iuris eſt, non habere authoritatem condendi leges; eius tamen diſpoſitio, quantum ad effectum vim legis obtinerè poterit, ſic etiam quotiescumque Principis ſtatutum, ob aliquem defectum ſubſiſtere non poteſt; habebit tamẽ in cæteris omnibus vim, & authoritatem obligandi, cum Princeps facere poſsit, quod diſpoſitio, quæ non eſt lex, vim habeat legis.

17 Secus vero dicendum eſt, de inferiore volente legem condere, quæ non potuit valere vt lex, qui vtique nihil egiſſe videtur: quod potuit enim noluit, & quod voluit adimplere nequiuit: vt habetur in cap. cum ſuper, de offic. delegat. iuuat text. in l. 1. §. ſi quis ita, ibi, *ſed nec naturale*. ff. de verbor. text. optim. in ſimili, in l. inutilis in princip. ff. de acceptilat. vnde cum inferiores à Principe condentes ſtatuta, voluiſſe ſupponamus illa condere, nec fuerint ob aliquod impedimentum effectum ſortita, ipſique facere non poſsint, vt diſpoſitio quę lex non eſt, vim legis habeat: conſequens eſt, valere non poſſe in vim alterius diſpoſitionis ⁱ, quæ ſi vt reſoluimus â Principe emanauerint valebunt proculdubio, quo ad cæteros effectus legis, ac proinde perpetuam habebunt vim obligandi, iuxta relatam diſtinctionem, inter ipſummet Principem, & inferiorem.

Summaria ad Controuerſiam 3.

1 *Neceſsaria in foro, & peratilis, atque iucunda in ſcholis futura præſens controuerſia.*

2 *Populus Romanus ſupremam habuit totius Imperij poteſtatem, & iura ad illarum ciuitatum reſpectu illius ſupremi populi priuata cenſebantur.*

3 *Quæ ad publica vectigalia fiſcum fiſcique priuilegia, & ad Regiam Coronam ſpectant iuris publici ſunt.*

4 *Bona*

Digitized by Google

4 *Bona quæ pertinent ad ipsum Principem, vt Princeps est, non eo minus publica dici possunt.*

5 *Bona illa quæ habent populi suis limitibus circunscripti, etiam pertinent ad ius publicum, quamuis nõ ita prò prie & lato modo.*

6 *Quæ pertinent ad Collegia, vniuersitates, & ad statutum, cuiuscumque alterius ordinis iure optimo publica dicuntur.*

7 *Via publica, munus publicum, publicique Ministri latissimè & improprie publica dicuntur.*

8 *Triplex iuris acceptio, vt summatur pro lege, pro iuribus, & actionibus, & pro dominio.*

9 *Alia sunt iura publica concessione, & vsu, alia quorum vsus singulorũ est, vt in exemplis quæ proponuntur.*

10 *Oportuna se se offert dubitatio, vtrum scholastici suis priuilegijs valeant renuntiare, & alijs iudicibus se submittere.*

11 *Verius est generaliter liberum esse omnibus & singulis exemptis suis fauoribus, & exemptionum priuilegijs renuntiare.*

12 *Alij sunt exempti in gratiam Sedis Apostolicæ, alij in suum fauorem tantummodo, & ad eorum petitionem.*

13 *Priuilegia ciuitatibus concessa, vt earum habitatores aliquibus immunitatibus gaudeant iuris publici sunt.*

14 *Constituitur differentia non vulgaris inter ea quæ conceduntur, vt prosint toti populo in communi, & illa quorum vsus ad singulos pertinet, vt priora non possint renuntiari, posteriora sic, nisi versetur tertij præiudicium, & explicantur singula iura vtriusque generis.*

15 *Admittenda est renuntiatio eorum, quæ ad rem cuiusque familiarem spectant.*

16 *Renuntiationes, quãdo iudicandæ sint bono publico contrariæ, & bonum signum erit, si lex præcipiat, ne quis alicui priuilegio renuntiet, & pœnam renuntiantibus adijciat.*

17 *Reijciuntur insignis Couarr. & alij, circa interpretationem text. in c. si diligenti de for. compet.*

18 *Minus audiendus est Iacob. Cuiat. dum dixit, tunc demum renuntiationem cuiusque clerici ius publicum offendere, cum quis fori priuilegio renuntiat absolutè.*

19 *Leges quæ versantur circa sacra, Sacerdotes, Magistratus, ministros, Regiosque Senatores, Tribunalia, pascua publica, bona ciuitatum, & alia id genus iuris publici sunt omninò distincti á priuato.*

20 *Probatur prædicta omnia, & singula ad ius publicum pertinere.*

21 *Ad dignoscendum an quidpiam sit iuris publici oportebit videre, vtrum vtilitas eius prius in corpore communitatis, quam in ipsis personis reperiatur.*

22 *Iudicandi potestatem ad ius publicũ pertinere.*

23 *Leges pœnales & odiosas iuris publici esse concluditur.*

24 *Similiter etiam ius publicum versatur in vindicandis delictis.*

25 *Senatus Consultum Macedoniani pœnale satis & odiosum inter iura publica optimo iurè censetur.*

26 *Leges locupletantes subditos, cum aliena iactura commune bonum magis quam priuatum respiciunt.*

27 *Leges etiam præscriptiones inducentes, magis sunt iuris publici, quam priuati.*

28 *Vtilitas legum odium continentium per prius in ipsa communitate, quã in membris inuenitur, & ideò ad ius publicum spectant.*

Digitized by Google

Tract. de legib. & const. Principum, &c.

CONTROVERSIA 3.

Vtrûm leges pœnales, & odioſæ Inſuper, & quæ verſantur circa ſacra Sacerdotes, ſeu Magiſtratus, Tribunalia, & aliæ leges id genus ſint iuris publici, reſpicientes, commune bonum diſtinctum â priuato.

1 NOT ſunt facti ſpecies, & emergẽtes cauſæ, quę ab huius quęſtionis reſolutione pendent, & deriuãtur, vt cauſidicis verſantibus in foro omninò neceſſaria, degentibus verò in ſcholis perutilis, & iucunda futura ſit: planè, non parũ conducit ad pluriũ caſuum reſolutionem, aperte ſcire, vtrũ coertio debitorũ, Macedoniani lex, & aliæ leges ſubditos locupletantes cũ aliena iactura, de ſacris Sacerdotibus, Magiſtratibus, & ſimiles ad ius publicũ, vel ad priuatũ ſpectent: hinc enim reſolutiones de renuntiationibus dictarum legum, de delictis, & controuerſijs emergẽtibus circa ipſas, & alia multa deſcendunt, quorũ notitia, vtilitatem, & iucunditatem ſimul lectoribus afferre poterit, ſi modo â nobis pro meritis, & dignitate tractentur. Huc etiam ſpectant leges, & conſtitutiones diſponentes de bonis cuiuslibet ciuitatis, de Theatris, Domibus Conciliorum (quas vulgus appellat caſas de Ayuntamiento) paſcuis publicis, & de omnibus quæ ſunt in dominio ciuitatum, ſeu opidorum, & de alijs huiuſmodi, quę conſiſtunt in corporibus communitatum, de quibus non erit inutilè aliquantulum diſſerere.

2 Et vltra ea, quæ circa ius publicum, & priuatum in duabus præcedentibus controuerſijs à nobis dicta ſunt, ad præſentis controuerſiæ reſolutionem, nonnulla præmittenda erunt ſubtilia pariter, & vtilia: & principio animaduerto pro cognitione terminorum, ius publicum, ſeu bonum publicum tripartito cerni: vectigalia enim, ſuprema iuriſdictio, & cætera bona, quorum meminit I. C. in l. bona ciuitatis. 15. cum ſequentibus. ff. de verborum ſignificatione, ſpectantia ad ſtatum Reipublicæ in communi, proprie, & ſtrictè iuris publici dicuntur, teſte Vlpiano in dict. §. huius ſtudij. l. 1. ff. de iuſtitia & iure, eaque quaſi per excellentiam & anthonomaſiã publica antiquitus dicta ſunt, vtpotè ad populum Romanum, & ſtatum illius ciuitatis pertinentia, quia cum populus Romanus ſupremam habuiſſet totius Imperij poteſtatem, mirum videri non debet, ſi iura aliarum ciuitatum, & populorum bona, reſpectu illius ſupremi populi priuata cenſerentur, vt habet dicta. l. bona.

3 Qua ratione hiſce tẽporibus poſt extinctũ iã populi Romani Imperiũ, quis neget bona etiã cuiuſq; ciuitatis liberę, Reipublicę, aut Principis ſupremi publica etiã eſſe, & appellari propriè, & in toto rigore ſermonis, veluti quæ

quæ ad publica vectigalia fiscum, fiscique priuilegia, & ad Regiam Coronam spectant.

4 Neque ab his excipias bona illa, quæ pertinent ad ipsum Principem vt Princeps est; quæ non eo minus publica dici possunt, ea eleganti ratione, quia illis Princeps ipse non tanquam priuatus, nec iure priuati, sed tanquam publica persona, & iure publico vtitur, quidquid esse videantur in vnius potestate, & ideò proprie publica, (hoc est) populi secundum verbi ethimologiam non appareant.

5 Deinde non ita propriè, & latò modo pertinent ad ius publicum illa bona, quæ habent populi suis limitibus circunscripti, qui propijs ministris gubernãtur, seu quæque alia ciuitas inferior, ex l.C. in l. inter publica. 17. ff. de verborum significatione. Nihil enim interest, quod antiquis temporibus reliquæ omnes ciuitates, seu populi respectu ciuitatis Romanæ, & hodiè respectu Catholici Regis nostri, priuati iuris censeantur. Etenim nihilominus per se, & absolutè considerati ad ius publicum spectant: namque non solum quælibet ciuitas, aut castrum, (quod villam appellamus.) sed & populi diuersum corpus constituunt distinctũ â tota Republica, tanquam pars à toto, membrumq; diuersum ab alijs populis: vnde rectè D. Augustl. lib. 2. de ciuit. Dei. c. 21. ad medium, ex Cicerone definiuit populum, dicens, esse quẽdam hominũ cætũ iuris consensu, & vtilitatis cõmunione sociatũ, id est plurium hominum cõuentum ciuili societate coniunctum, qui cõponitur ex infimis, plebeis, medijs, & equestribus, ex supremisq; Patricijs, vt elegãter tradiderũt Andr. Alciat. lib. 3. disputation. c. 13. in fin. Ioann. Corras. in l. 2. ff. de orig. iur. in prin. n. 8. & in §. deinde. n. 2. Diuus Antonin. 1. p. tit. 14. cap. 6. §. 3. in prin. probatque text. in §. Plebs, Instit. de iure naturali.

6 Omnia igitur, quæ singulorũ non sunt, publica fiũt, ideòque quæ pertinent ad collegia, ad vniuersitates, seu ad statum cuiuscumq; alterius ordinis, iure optimo publica dicũtur, quæ mira breuitate complexus est I.C. in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuisione.

7 Deniq; latissimè, & impropriè publica dicuntur, quæ communia sunt vsu, & vtilitate, omnibus, & singulis ciuibus; vtpotè via publica, munus publicum, publiciq; Ministri, quibus omnes, & singuli de populo frequenter vtimur, & quorũ mẽtio habetur, in l. pupillus. 239. §. munus publicũ. ff. de verbo. significat. Licet enim dictarum rerũ vsus omnium singulorũ sint, ideòq; ad ius priuatum retulerit. I.C. in d. §. huius studij: quia tamen maximam coniunctionem habent, cum ipso iure publico, bona publica non immerito appellantur. Etenim quis inficiabitur iura cõtractuũ, vltimarum voluntatum, delictorum, quæ generaliter omnibus subditis communia sunt, vt singulis ad ius publicum spectare, & si maximè vsu, & vtilitate singulorum sint: cætera namque quæ alicui, vel aliquibus specialiter competunt, priuilegia sunt: & leges rectè profectò dicuntur in bonum publicum ferri, & si non omnibus in communi vtiles sint, ac necessariæ, sed omnibus subditis, saltem vt in plurimum vtilitatem afferant: nec necesse est, quod in bonum publicum strictè sumptũ ferantur, sed satis erit si in bonum commune, primo, secũdo, vel tertio modo acceptũ, quouis enim ex trib⁹

modis rectè ius commune dicimus, & appellamus.

8 Est & alia triplex iuris acceptio, huic proposito valde conducens, vt summatur pro lege, quam esse iustum quoddam à Principe, seu Rege præceptum supra asseruimus, cuiusque mentio fit à Gratiano in 1. dist. suæ compillationis, à Iustiniano Imperatore, in toto titu. Instit. de iure naturali, & per totam rubricam. ff. de iustitia & iure. Nec non pro iuribus, & actionibus, quæ tertiam quandam bonorum speciem constituunt à mobilibus, & immobilibus, distinctam, & separatam, quorum meminit Gregor. X. in Concil. generali Lugdunen. relatus in cap. 2. de rebus Ecclesiæ lib. 6. ibi, *seu iura ipsarum*, & Iurisconsulti in l. bonorum 49. ff. de verborum significatione, & in l. à Diuo Pio. 15. §. in vendit. in fin. ff. de re iudicata. Tandem accipiatur pro dominio, seu potestate, qua ratione iura Regum, iura Superiorum, iura Dominorum, & Parentum iura dicere solemus, quomodo accipiendæ intelligendæque sunt rubricæ, de his qui sunt sui, vel alieni iuris, & Institutionibus quibus modis ius patriæ potestatis soluitur, vt ibidem nomen *ius*, prout importat dominium, seu potestatem, sit accipiendum, & interpretandum.

9 Propterea obseruandum est, quædam iura esse, ita publica simpliciter, vt nullatenus singulis, vt singulis proficere possint, sed toti populo in communi, quippè vniuersitati, seu ciuitati concessa fuerunt, & communia sunt, tam in suo principio, scilicet in ipsorum concessione, quàm in vsu, & vtilitate, veluti, quæ versantur circa sacra, Theatra publica, domos Conciliorum, Decurionũ conuentus (quos Hispanè Ayuntamiento appellamus.) Alia verò non sic absolutè publica, quæ licet in eum finem destinata sint, vt prosint conseruationi status communitatis, eaque ratione si concessionem, & vtilitatem inspiciamus publica sint, tanquam toti vniuersitati concessa, pro eius incremento, & conseruatione. Nihilominus tamen vsus dictorum iurium singulorũ est, percipientium certum præfinitumque commodum: etenim, & si data sint ad Reipublicæ dignitatem augendam, & amplificandam: ita tamen vt vsus ad singulas vniuersitatis personas spectet. Exemplum præmanibus habemus in schola nostra, cui duo iudices peculiariter dati sunt, alter amplissimus Dominus Rector nostræ vniuersitatis caput, & ornamentum insigne, qui de omnibus, & singulis causis scholasticorum Apostolica, & Regia authoritate cognoscit. Alter Academiæ, & priuilegiorũ iudex Conseruator, quo munere fungũtur pro nunc religiosi Patres Comẽdatores sanctæ Mariæ de Mercede, huius opidi Cõplutensis, electi per Dominum Rectorem, & totum claustrum Collegarũ D. Illephonsi, præmisso eodem generis examine, ac si in eandem celeberrimam domum essent cooptandi, qui quidem conseruatoriam iurisdictionem exercent, & exercuerunt compellentes, & extrahentes laicos à suo proprio foro, & domicilio ad Tribunal dicti Conseruatoris, vt scholasticorum petitionibus respondeant, quos iudices certũ indubitatumq; est, in publicam Academiæ vtilitatem fuisse concessos, atq; adeò Pontificum, & Regum priuilegia publica esse: illorum tamen vsus, quin ad singulos scholares pertineat dubitari non potest, quia licet ad dignitatem scholæ conseruan-

ceruandam maximè oportuna sint, & secundum hanc considerationem publica dicantur, vtilitas tamen ipsorum priuilegiorũ necesse est, ad priuatas personas pertineat.

10 Quo in loco oportuna se se offert dubitatio (quam in aliud tempus reseruare decreueram, & in praxi, forensibusque disceptationibus, sæpenumerò controuersam vidi) vtrum scholastici valeant dictis priuilegijs sic renuntiare, vt aliorum iudicum potestati, & iurisdictioni se summittentes, coram illis possint, & debeant conueniri: an verò talis priuilegiorum vsus adeò sit iuri publico vniuersitatis coniunctus, & annexus, vt ab eo non possit præiudicio, aut vtilitate separari, ita vt fori priuilegio, seu exemptioni nequeãt renuntiare: propterea quod talis renuntiatio iuri, aut bono publico communis scholæ considerabile afferat præiudicium, atque adeò necessaria sit Rectoris licentia, sine qua priuilegijs suis renuntiare non valeant, vt aliàs docuit Innocent. III. in c. cum tempore, vers. *cum & si sponte*, de arbitris.

11 Et procliuior semper fui in eam sententiam, vt existimauerim liberũ fore scholaribus, si velint, sponte suis priuilegijs, & indulgentijs libertatis renuntiare: quamuis enim Ioann. Andr. in regul. scienti. de regul. iur. in 6. proposita eadem quæstione, circa clericum exemptum, vtrum potuerit se alteri iudici subijcere sine licentia Sedis Apostolicæ, existimauerit non potuisse; ea ductus ratione, quod Roman. Pont. sit iudex ordinarius omnium exemptorum, iuxta text. in Clemen. vltim. ad fin. de re iudicata, & in dict. cap. cum tempore, quem sequuti sunt Panormitan. & Anton. in cap. significasti de for. competen. ille nu. 11. hic verò nu. 12. & post longam disputationem Bartholomeus Socinus ibidem nu. 49. Felin. num. 4. ex quorum relatione, & authoritate constat esse communem opinionem. Multo tamen verius est, generaliter liberum esse, omnibus, & singulis exemptis, suis fauoribus, & exemptionum priuilegijs renuntiare, iuxta l. penul. C. de pact. cum similibus: aliàs enim concessa in eorum gratiã retorquerentur in odium, contra notissimas iuris regulas, in cap. quod ob gratiam, de regulis iuris in 6. l. quod fauore. ff. de legibus, si consideres remota exemptione Episcopum domicilij, cuiuscumque clerici, & iudicem opidi in quo scholasticus propriam domum, & naturalem Sedem habet, propriũ, & naturalem iudicem esse, neque vllam iuris rationem esse posse, quæ impediat ne talis exemptus repudiare possit priuilegium, & reddire ad suum proprium, & naturalem iudicem, coram quo cogeretur de iure respondere, nisi foret exemptionem consequutus: dubiaque semper fuit apud me quorundã distinctio inter exẽptas, & priuilegiatas personas, vt illæ nullatenus renũtiare valeãt exẽptioni: hæ autẽ rectè possint renũtiare priuilegijs: quã amplexus est, perdoctus Felician. 2. tom. de consil. lib. 2. cap. 3. vers. *ad text. verò*, in fin.

12 Melius que reor distinguendum cum Felino in cap. P. & G. num. 13. de officio Delegat. inter exemptos, qui exemptioni suæ renuntiare non possunt, vt sunt subiecti Papæ per text. sic intelligendum in d. cap. cum tempore, sucus in alijs exemptis, vt sunt scholastici, Doctores, & Magistri, & cæteri qui in nostra schola fori gaudent priuilegio, quos illi renuntiare posse, rectè sensit Felin. vbi proximè, quidquid aliter resoluerit insignis Felician. nuper

citatus. Alij enim ſunt exempti, non tam in ſuum fauorem, quàm in gratiam Sedis Apoſtolicæ, Religionis, aut Eccleſiæ, vt loca pia Religionum, Hoſpitalium, Eccleſiarum, & ſimilia, in quibus ego ſemper probarē Ioannis Andreæ, & communis ſcholæ ſupra relatam traditionem, quæ manifeſtè colligitur ex iuribus pro ipſa relatis ex dict. ſcilicet Clem. vlt. & d.c. cum tempore: in hoeque ſenſu procedunt, & locum habent prædictæ opinionis fundamēta. Alij verò ſunt exempti ad eorum petitionem, & in ſuum fauorem tantummodò, ſicuti habentes ſpeciales exēptiones perſonis tantum conceſſas, in quorum numero referendi ſunt ſcholares, quibus data ſunt priuilegia, ſeu exemptiones in ipſorum fauorem, & gratiā, in quo intellectu admittenda eſt, Federici, & aliorum verior quam amplectitur ſententia. Quæ duo exemptionum, ſeu exemptorum genera, agnouerunt Paul. Fulcus in tract. viſitation. lib. 2. c. 8. nu. 11. Petr. Rebuff. in praxi 1. parat. de clauſul. mandator. num. 23. ipſeq; quoties ſeſe offerret occaſio, ita practicarem & ſcholares, qui ſuo foro renuntiaſſent ad iudices, quibus ſe ſubmiſiſſent, ſtatim ſine vlla cunctatione remiterem.

13 Igitur vnde propoſitum vnde tantiſper digreſſi ſumus reddeamus, ſimiliter iuris publici erunt priuilegia vniuerſitatibus, ſeu ciuitatibus à Rege conceſſa, vt earum habitatores ab oneribus, & tributis eximantur, & vt valeant de criminibus alibi cōmiſſis accuſari, item priuilegia militiæ, ex quibus licet ſingoli priuatam percipiant vtilitatem, non ideò minus publica cenſenda ſunt.

14 Conſtituenda autem eſt, non vulgaris differētia, inter ea quæ ciuitatibus, vel vniuerſitatib' ita cōcedūtur, vt toti populo in communi, & non ſingulis profutura ſint, & illa quæ licet data fuerint ad augendas ciuitates, vſus tamen eorū ad ſingulos pertinet. Etenim prioris generis priuilegia adeò publica, & perpetua ſunt, vt nullis pactionibus derogari valeant, de quibus loquitur Africanus dicens ius publicum priuatorum pactionibus derogari non poſſe, in l. ius publicum. ff. de pactis: quinimò ſi rem hanc cum iudicio perpendamus inueniemus talia priuilegia, neq; à perſonis publicis infringi poſſe, ex l. 2. C. de conueniend. fiſci debitoribus, lib. 10. l. 2. §. ius Reipublicæ. ff. de adminiſtrat. rerum ad ciuitatem pertinentium, quæ iura ſic intelligenda interpretandaque ſunt, vt ſermo fuerit de iuribus perpetuis nullis pactionibus derogabilibus. Iura verò, quæ publica ſunt ſecundi generis cōceſſione ſcilicet, & vtilitate, non tamen vſu, remitti quidem poſſunt, ac renūtiari, ſi excipias caſus, in quibus ex tali renuntiatione inferēdum ſit bono publico aliquod præiudicium, vt colligitur hæc exceptio, ex l. ſi vnus 28. §. pacta. ff. de pactis. l. iuriſgentiū. §. ſi paciſcar, verſ. *& in cæteris.* ff. eodem: explorati namque iuris eſt, nec proprijs bonis homines vti poſſe in præiudicium ſuarum cōmunitatum, cum expediat Reipublicæ, nequis re ſua male vtatur, abſurdūq; ſit, quod actiones priuatorum, quæ dictante ratione naturali, ordinandæ ſunt in bonum illius communitatis, cuius membra exiſtunt in eius præiudiciū tollerari. Præſertim cum neque in damnum alterius priuati valeant celebratæ conuentiones, refragante iuris regula, de qua in cap. alteri de regul. iur. in 6. & in cap. quamuis pactum in fine de pact. eod. lib. quæ iura minimè patiuntur valere inita pacta in præiudicium priuatorum, nedum in damnum Reipublicæ.

Si

Digitized by Google

15 Si autem vſus, & vtilitas iuris publici ſeparari ſeceɾnique valeat à bono publico, quippè ad ſingulos pertineat, remittique poſsit, ſine detrimento communitatis, admittendá erit talis renuntiatio, ſicut & quælibet alia quando renuntiationem facimus eorum, quæ ad rem cuiuſque familiarem ſpectant, quorum meminit text. in l. pen. C. de pact. & in d. §. pacta. l. ſi vnus. ff. eodem, vt in ſumma iuribus pro nobis introductis, liberè renuntiare poſsimus, ſi modo ex tali renuntiatione iuri, & bono publico non inferatur præiudicium, ſi verò detrimentum aliquod in communitatem redundet, nullo modo.

16 Quod ſi inquiras quando renuntiationes iudicandę ſint bono publico contrariæ, verbi gratia, renuntiationes illæ, de quibus agit text. in c. ſi diligenti de foro compet. reſpondẽdum eſt per canones antiquos, de quibus in c. innollita, & in c. placuit in. 2. 11. q. 1. tales renuntiationes meritò fuiſſe iudicatas bono publico contrarias, per quos canones, clericis omnibus, & ſingulis mandatum fuit, ne iudicia ſæcularia ſubirent. Cum primum enim lex præcipit, ne quis alicui priuilegio renuntiet, & pœnã renuntiantibus adijcit, ſtatim indicat renuntiationẽ, non ſolũ ipſis renuntiantibus, ſed bono publico, aut alij præiudicium afferre. Quod elegãter innuit Innocentius Pontifex Maximus in d. c. ſi diligenti, ex ea antiquorum canonum prohibitione inferens, pactiones ſingulorum publicum ius lædere: quod veriſimũ eſt, cum non ſoleant, nec debeant leges, præcepta, & pœnas adijcere illis, qui ſuis tantum iuribus, & rebus paciſcẽdo præiudicant, cõtra regulam legis iuriſgentiũ. §. ſi paciſcar. ff. de pactis. l. in re mandata. C. mandati.

17 Vnde audiendus non eſt inſignis Couarr. in c. quamuis pactum. 2. p. in prin. n. 9. & alij, qui affirmant propterea pactiones, de quibus in d. c. ſi diligenti repugnare iuri publico, quia in Sacerdotibus ſemper ius publicũ verſatur, ex d. l. 1. §. huius ſtudij: quaſi omnia priuilegia Sacerdotibus cõceſſa iuris publici ſint abſolutè: Repugnat enim iſtorum ſententia deciſioni eiuſdem text. dum ait in prin. ius publicum eſſe illud, cuius vtilitas pertinet ad populum in communi, & ad eius ſtatum: priuatum verò quod pertinet ad ſingulos, quale videtur eſſe ex ſententia Iuriſconſulti in d. l. 1. §. huius ſtudij priuilegiũ fori. Confunditur etiam hæc ſententia ex l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis, dum ait poſſe Sacerdotes fori priuilegio renuntiare, ergo non ea ratione pactio de qua in d. c. ſi diligenti, eſt contra ius publicum, quia iuri Sacerdotũ repugnat, vt prædicti aiunt. Quod verò inquit Iuriſconſultus in d. §. huius ſtudij, altero ex duobus modis accipiendum eſt; vel vt dicamus ius publicum cõſiſtere in ſacris Sacerdotibus, & Magiſtratibus creãdis, quia ſacra & Sacerdotes tantum â populo Romano poterant conſtitui, vt probat l. in tantum. §. ſacra. ff. de rerum diuiſione. §. ſacræ Inſtit. eodem, tradit Corraſ. in tract. de Sacerdotibus in princip. Magiſtratus autem etiam à populo creabantur, ſicut hodiè á Principe, iuxta l. Barbarius. ff. de officio Prætoris: vel in miniſterio ſacrorum Sacerdotum, & Magiſtratuum ius publicum verſatur: non verò agit Iuriſconſultus de priuilegijs conceſsis Sacerdotibus, & Magiſtratibus: illa enim ex materia ſubiecta ex forma priuilegij, & alijs circunſtantijs, publica, aut priuata iudicantur.

18 Mitus etiã audiendus erit Iacob. Cuiacius, vir ſanè exquiſitæ etudi-

tionis in l.ius publicum ad finem. ff. de pactis,dum ait tunc demum renũtiationem cuiusque clerici ius publicum offendere,cum quis fori priuilegio renuntiat, abſolutè paciſcendo,ſe nunquam eo vſurum in aliquo negotio: ſin autem initio alicuius contractus ſpecialiter cauerit, vt de eo conuentus fori præſcriptione nõ gaudeat,tunc renuntiatio iuri publico non repugnabit: atque ideò (inquit Cuiacius)iniuſtè Romanũ Pontificem regulam dictæ. l. ius publicũ adduxiſſe ad improbandam ſpecialem clerici renuntiationem:ſed profectò,(vt dixi)audiendus nõ eſt;nam ex dictis patet omnem priuatorum pactionem,quaſi ius publicum offendentem non valere,quæ abſque boni publici præiudicio ſeruari non poteſt: tales verò renuntiationes clericorum bono publico præiudicium afferre, & abſque boni publici aliquali detrimento ſeruari non poſſe, pluſquam manifeſtum eſt. Nec dicta lex *ius publicum*, ait priuatorum pactionibus ius publicum renuntiare non poſſe, ſed *derogari*, vt cum non ſolum in tota communitate,ſed etiam in actibus ſingulorum reperiatur,prout in dict. cap. ſi diligenti, planè derogat bono publico pactio cuiuſque clerici,planũ autẽ eſt per talem pactionem,qua quis fori priuileg. ſpecialiter renuntiat ius publicum offendi. Deinde contra Cuiatium facit, quia à parte rei,non magis offendit ius publicum clericus qui abſolutè renuntiat priuilegio, quo ad omnia futura negotia, quam qui dum contrahit in eo tantum actu: ſiquidem priuatus homo priori modo renuntians,ius ipſum publicum, id eſt totum priuilegium non tollit,ſed tantum efficit, ne eo vti valeat in ſuis priuatis negotijs: & hoc ipſum facit cum poſteriori modo paciſcitur: neque enim quo ad ius publicum refert, vtrum vnus homo in pluribus ſuis negotijs renuntiet, an in vno: igitur ſi regula legis ius publicum, priorem pactionem improbat,vt Cuiatius fatetur poſteriorem quoque impugnabit:& perconſequens rectè quidem doctiſsimus Innocentius regulam dictæ legis ius publicum ad deciſionem dicti cap.ſi diligenti adduxit. Ex quibus rectè tandem conſequitur non eſſe conſtituendum diſcrimen, circa pactiones priuatorum inter ius humanum, & naturale, datis paribus terminis, quamuis Bart.receptus in d.l. ius publicum, & Abbas in dict.cap. ſi diligenti,num.7. doceant iura naturalia,quantumuis priuata ſint, nõ poſſe renuntiari; argumento text. in l. ius agnationis.ff.de pactis.§. ſed naturalia,Inſtit.de iure naturali.Nihilominus afſerendũ, eſt renuntiari poſſe illa quæ ſunt iuris naturalis, ſi ad priuatam cuiuſque & temporalem tantum vtilitatem pertineant, ſicut diximus de legibus humanis,vt conſtat ex capit. non eſt noſtrum 23. quæſt.5.dum ait,licitum eſſe vnicuique, ex iuſta cauſa naturali defenſioni renuntiare, quæ tamen iuris naturalis eſt, iuxta text. in l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure, cap.olim, in 1. de reſtitut.ſpoliatorum,& poſt D.Thomam, probat Soto lib. 1. de iuſtitia, quæſtione. 1. artic. 9. Couarru. de ſponſalibus.2.part.cap.8.§.12. num. 17.quamuis communis abſque fundamento velit contrarium. Poteſt tamen Bartolus defendi in illis,quæ ita ſunt iuris naturalis, vt vel non poſſint abſque turpitudine violari, aut ſunt inſeparabilia ab ipſa perſona, prout eſt ius ſanguinis, & ius agnationis de quo agit. Adde priuilegium fori, etiam Epiſcopo conſentiente renuntiari non poſſe, vt benè docet

Digitized by

docet glossa vltima ad finem, in cap. significasti de foro competen. Alexand. consil. 8. lib. 1. Roland. cons. 4. lib. 1. num. 10.

19 Quibus latius profectò quam par erat animaduersis, & prænotatis, vnica conclusione, quæstioni propositæ respondendum erit, vt omnes leges, quæ versantur circa sacra Sacerdotes, Magistratus, Ministros Regiosque Senatores, Tribunalia, Pascua publica, bona ciuitatum, opidorum, & alia id genus iuris publici sint, omninò distincti à iure priuato. Quæ conclusio efficaci ratione probatur, si consideres statuta, & leges omnes, quæ respiciunt bonum commune distinctum â priuato ad ius publicum pertinere, vt satis superque & sæpè à nobis dictum est, nec non legibus, ac ratione comprobatum, at dictæ leges huiusmodi sunt respicientes, scilicet, commune bonum â priuato distinctum: igitur sunt iuris publici, maior propositio manifesta est, minor in qua tota vis argumenti consistit, sigillatim probabitur, procedit ergo consequentia.

20 Et primo, vt hinc incipiamus quod leges, quæ disponunt circa bona, quarumlibet ciuitatum, vel opidorum, veluti circa Pascua publica, montes, vicos, & plateas ad ius publicum pertineant, probat text. express. in l. vltim. iuncta glos. verbo, *priuata*. C. de sacrosanct. Eccles. traditque Fortunius Garsia in d. §. huius studij, num. 3. quæ dicuntur ad statum Reipublicæ pertinere, & in eiusdem dominio esse: quamuis enim olim, quando ciuitates, & populi sub Romana Republica existebant, bona ciuitatum ad statum rei Romanæ pertinere dicerentur, quia communitates inferiores Romano Imperio subiectę erant: hodie tamen per illa verba, *ad statum Reipublica Romanæ*, nullatenus excluduntur leges spectantes ad statum alterius Reipublicæ supremæ, vt est Hispania nostra, quoniam Romani pro eo tempore de sua ciuitate per anthonomasiam loquebantur, idemq; iudicium erit, nunc Reipublicæ nostræ Hispanicæ, quæ suprema quidem est, nullumque superiorem recognoscens, nisi Regem Catholicum in temporalibus, & in spiritualibus Pontificem Maximum, cuius omnes inclitæ ciuitates, quæ per hæc fœliciſsima Regna (Philippo regnante) dispersæ, distributæq; sunt suorũ bonorũ plenũ, vtique dominium habent, & leges salutares peculiariter circa ipsarum ciuitatum, & opidorum bona sanctissimè disponentes.

21 Illud verò antequam vlterius progrediamur, non videtur in proposito animaduersione indignum: ad dignoscendum, an quidpiam ad ius publicum pertineat, operepretium futurum videre, vtrum vtilitas eius cõpetens inferioribus, prius in corpore communitatis, quam in ipsis personis reperiatur, iuxta cap. si diligenti de foro compet. ibi, *cum non sit beneficium hoc personale*, id est (vt ego interpretor,) cum tale beneficium reperiatur prius in corpore communitatis, quam in ipsis personis. Quo supposito cum Magistratus, Regijque Senatores, & alij officiales publicæ personę sint, manifestum est, vtilitatem eis competentem, tanquam talibus, per prius repetiri in corpore communitatis, quam in illis, ac perconsequens ad ius publicum pertinere. Necnon & illa quæ versantur circa sacra Sacerdotes, Ecclesias, Hospitalia, pia, & religiosa loca iuris publici sunt, si perpendas dicta & similia in nullius priuati bonis reperiri, iuxta text in §. sacræ, Instit. de rerum diuis. ergo eo-

rum conseruatio, non poterit respicere priuatum commodum, sed necessario ad publicã vtilitatẽ spectare debebit, cum supponamus illorũ dominium non reperiri penes priuatas personas, ac consequenter ad ius publicum pertineat.

22 Denique iudicandi potestatem, seu iurisdictionem ad iustitiam administrandam, ad ius publicum spectare, expressè docuit Innocent. in allegat. cap. si diligenti, cum dixit priuilegium exemptionis clericorum, nõ esse beneficiũ personale, quidquid vtilitas eius ad singulos clericos perueniat. sed relatum prius ad corpus communitatis, quam ad singulas personas: similiterque philosophandum erit de singulis rebus, quarum initio præsentis controuersiæ mentionem fecimus.

23 Ex qua conclusione sic explicata, & comprobata, suboritur alia circa leges pœnales, & odiosas, quas iuris publici esse ex eo cõcludimus, q; earũ vtilitas, prius vtiq; in corpore cõmunitatis quã in mẽbris reperiatur, ac subinde à bono priuato distincta sit, & separata, omninòque respiciat publicam vtilitatem, non priuatam: quæ conclusio probatur etiam inductione per exempla. Etenim leges coercentes debitores ad debita soluenda, quę certum quoddam odium præseferunt, bonum desiderant respectu personarum in quibus executioni mandãtur; per prius tamen inuenitur tale bonum, in corpore communitatis, quàm in membris, atque ideò facilè distinguitur à bono priuato, dictæque leges publicam potius, quam priuatã vtilitatem respiciunt.

24 Similiter etiam ius publicum vertatur in vindicandis delictis, vt passim tradunt interpretes in cap. 1. de offic. ordin. & iuuat text. in l. eum qui. 28. ibi, *peccata enim recentium.* ff. de iniur. & in l. 3. ff. de offici. Præsid. quia vtilitas, quæ proficiscitur, ex dictis legibus delicta punientibus, per prius quidem in ipso corpore communitatis, quam in membris inuenitur: ideòque ad ius publicum pertinebunt tales leges pœnales, & odiosæ, magis quam ad priuatum: expedit enim Reipublicæ, ne delicta maneant impunita, & vt coerceantur debitores ad satisfaciendum integrè creditoribus suis, omniaque æqua lance, & trutina ponderentur.

25 Insuper Senatus Consultum Macedonianum pœnale satis, & odiosum, inter iura publica optimo iure censebitur, per quod mercatores maximique publicani, & reliquæ personæ, cuiuscumque conditionis sint, quæ temerè crediderint pecuniam suam, filijs familias, in pœnam facti ab agendo reppellãtur. l. qui exceptionem. 40. ibi, *vbi verò in odium.* ff. de cõdict. indebiti. l. 1. ff. ad Macedonianum, cuius vtilitatem magis publicam esse, quam priuatam per priusque reperi in ipso communitatis corpore, quam in membris, satis liquebit consideranti quantum expediat rectæ administrationi Reipublicæ, vt filij familias à mercatoribus decepti non spolientur proprijs bonis.

26 Pariter etiam cum natura comparatum sit, neminem fore locupletandum cum aliena iactura, ex regu. locupletari, lib. 6. l. nam hoc natura. ff. de condict. indebiti, si quæ sunt leges locupletantes subditos cum aliena iactura, talis planè locupletatio magis in odium, & pœnam transgressorum, quàm in singulorum fauorem inducta censeri debet: veluti quando aliquorum bona fisco, vel alijs adquiruntur, vt maioratus ob aliquid admissum, conditionemvè, seu modum non adimpletum transit in sequentem, tales leges, & conditione-

tiones odioſæ magis, quam fauorabiles erunt iudicandæ, & commune bonum magis, quam priuatum reſpicere.

27 De quarum numero ſimiliter ſunt leges, præſcriptiones inducẽtes, quæ cum eos, qui per negligentiam res ſuas, aut deſerunt, aut contemnunt ſuo dominio priuent, & in alios ſcilicet, in rerum poſſeſſores transferant, iuxta text. in l. ſi quis emptionis in prin. C. de præſcription. triginta, vel quadraginta annorum, & tradita per Magiſtrũ Soto lib. 4. de iuſt. q. 5. art. 4. col. 6. verſ. *ſed quoad rationes*, neceſſe quoque eſt, ipſas pœnam continere aduerſus negligentes, ac perconſequens ius publicum reſpicere, magis quam priuatam vtilitatem.

28 Denique leges omnes continentes odium, & ideò odioſas nuncupatas, quia earum proximus finis odiũ eſt, ex traditis per Philippum Decium in l. veniam num. 5. C. de in ius vocando, per Calderin. conſ. 9. ſubtitu. de verbor. ſignificat. proculdubio ad ius publicum ſpectant, ratio in promptu eſt: conſtat enim odium illud â lege prætenſum eſſe pœnam, cuius vtilitatem planum etiam eſt, prius inueniri in corpore communitatis, quã in ipſis membris, & ſuccedit modus ille diſtinguendi, an aliquid pertineat ad ius publicum, vel ad priuatum, cum diximus, id maximè inſpiciendum fore, an vtilitas per prius in corpore, quam in membris reperiatur, vel è conuerſò, & ſiquidem vtilitas legum odium continentiũm per prius in ipſa communitate, quam in membris inuenitur, deducitur per neceſſariam conſequentiam ad ius publicum ſpectare.

Summaria ad Controuerſiam 4.

1 *Proponitur thema controuerſiæ, & eius vtilitas commendatur.*

2 *Multum intereſt Reipublicæ, vt actus humani diſtinguãtur iuxta ſuas ſpecies, mediis ſolemnitatibus pro forma inductis.*

3 *Leges ſolemnitatem aliquam inducentes, pro forma alicuius actus ad ius publicum pertinent.*

4 *Quando leges ſolemnitatem inducunt, ad commodum ſingulorum iuris priuati ſunt.*

5 *Addcuntur quædam iura introducta in fauorem partium, quæ facilè per partes remitti valent.*

6 *Vtilitas communis à quibuſdam legibus prætenſa ſolum procedit, dum partes aliter non conueniunt, vt in exemplis quæ hic proponuntur.*

7 *Non defuerunt magni nominis viri indiſtinctè, exiſtimantes omnia ſolemnia pro forma actus inducta, eſſe iuris publici.*

8 *Non ſatis perceperunt interpretes, quo pacto aliæ ſolemnitates actuum ab aliis diſtinguantur.*

9 *Omnes actus á legibus humanis inuenti duplicem ſolemnitatem habent, aliam eſſentialem, aliam quæ non pertinet ad eſſentiam.*

10 *Gloſſæ, & DD. incautè exiſtimarunt omnia illa eſſe de forma ſubſtantiali, ſine quibus actus non valent.*

11 *In naturalibus propter defectum accidentis nullo modo corrumpitur ſubſtantia.*

12 *Tanta eſt legum poteſtas, vt ſubſtantialem formam, ſeu ſolemnitatem*

vtiuſcu-

vnius cuiusque actus intra suum Imperium possint immutare.

23 *Traditur modus dignoscendi, vtrum humana lex priori actui nouam formam dederit.*

24 *Priuilegium, rescriptum, mandatum, & similia subijciuntur potestati concedentis, ita vt ab eius voluntate essentiam rapiant.*

25 *Modus præscriptus executioni, seu dispositioni, rescripto, priuilegio, seu mandato á Principe, vel ab alio habent rationem formæ.*

26 *Duo tantum constituenda sunt solemnitatum genera, alterum formale, alterum accidentale.*

27 *Quænam sit solemnitas substantialis, & quæ accidentalis præscribitur.*

28 *Proponuntur legum exempla, ad formam substantialem pertinentia.*

29 *Itidem adducuntur exẽpla, quæ agunt de forma accidentali.*

30 *Multa sunt accidentia, & variæ circunstantiæ, quibus tantum leges detulerunt, vt propter eorum defectũ actus ipsos, eorumque substantiã irritent & annullent.*

31 *Ratio ob quam circunstantiæ, sine quibus actus non valent, non sunt de forma substantiali.*

32 *Solemnitas inducta á lege pro forma substantiali, non potest remitti per partes.*

33 *Si lex solemnitatem inducat pro forma accidentali, talis solemnitas erit per partes remissibilis, tanquam iuris priuati.*

34 *Solemnitates accidentales desideratæ á lege ad vitandas fraudes, aliaque mala fugiendæ, non poterunt remitti per partes.*

35 *Leges omnes generaliter, quæ formam aliquam, seu solemnitatem inducunt, ad dolum, & malitiam vitandam, semper censeri debent iuris publici.*

36 *Vbicumque lex actum prohibet, & irritat, propter defectum accidentis, substinebitur, si partes consentiant, nec aliter inualidus iudicabitur, quam si in individuo id petant.*

37 *Litigantes remittere possunt iuramẽtum testis, sed non eodem iure censebitur calumniæ iuramentum, quod ad ius publicum spectat.*

38 *Quare iuramentum testis sit remissibile per partes, iuramentum calumniæ non ita & intelligitur tex. in c. tuis 39. de testibus.*

39 *Intelligitur text. in l. 3. ff. de testam. & assignatur ratio ob quam testamenti factio sit iuris publici.*

40 *Quæcumque testamentorum solemnia fraudem suspitionem non respexerint per partes remitti poterunt.*

41 *Ratio quare iura improbant conuentiones, & pacta contra substantiam actuum.*

42 *Statutum de certo canonicorum numero iuris publici est, & tamen per canonicos remitti valet.*

43 *Ratio ob quam remissio statuti circa certum canonicorum numerum à canonicis fieri possit, vt vniuersis.*

44 *Priuilegium fori Sacerdotibus competens in terminis iuris ciuilis, nunquam pertinuit ad ius publicum, sed potius ad priuatum singulorum clericorum commodum.*

45 *Secundum terminos iuris ciuilis, recte potuerunt clerici suo priuilegio renuntiare, non ita in terminis iuris canonici, & intelligitur text. in c. placuit, 11. q. 1.*

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA 4.

Vtrûm leges solemnitatem aliquam inducẽtes pro forma actus, priuatorum pactionibus remitti possint.

GENERALIS est hæc controuersia, ferè innumeras species sub se comprehendens, atque ideò in praxi valde necessaria, necnon disputationi præcedenti connexa, atq; coniuncta, quandoquidem eam potissimum præambulam inspectionem in se continet: an tales leges iuris publici sint, vel priuati, contingitque sæpènumerò tacitè, vel expresse renuntiari, legum, testamentorum, contractuum, rescriptorum, aliarumque litterarum Principum solemnitates, & requisita: quæ omnia explicare intendimus, derogari ne possint, aut remitti, quomodo, & quando, ac quibus in casibus id fieri possit, repetentes ab origine plura de solemnitatibus pro forma actuum inductis, quæ non sunt omnibus nota, summopereque conducent ad litres decidendas, & nonnulla iura exactius, & clarius percipienda.

Et initio antequam ad particulares casus accedamus, generaliter dicendum videtur, legum solemnitates pro forma actuũ inductas, nullatenus remitti, aut renuntiari posse per partes, cum ius publicum inuoluant, distinctum à priuato, quippè bonum prætensum per huiusmodi solemnitates per prius reperitur in corpore communitatis, quam in membris, si memineris multum interesse Reipublicæ, vt actus humani distinguantur, iuxta suas species, quod fit mediis solemnitatibus pro forma talium humanorum actuum inductis: vtilitatem autem, quæ reddundat in membra ex obseruantia dictarum legum solemnitates inducentium pro forma, tam parui momenti esse respectu singulorum, vt nullo modo veniat in considerationem, atque ideò de primo ad vltimum non videri priuatorum conuentionibus remitti, aut renuntiari posse tales solemnitates.

3 Præsertim cum omnes, & singuli actus, qui sub legibus humanis comprehenduntur, comprehendiq; possunt, distinguantur interse per suas formas. l. Iulianus. §. si quis rem, ibi, *nam mutata forma*. ff. ad exhibendum, multumque expediat, atque conducat ad iustitiam exhibendam, actus omnes per suas formas, & requisita essentialia distinguere, qua ratione præfatas leges solemnitatem aliquã inducentes, pro forma actus ad ius publicum pertinere, docuit Bartol. in l. ius publicum. ff. de pactis, quem è vestigio sequuti sunt Ferdinand. Menchacens. de successionibus. §. 3. numero 8. Annibal, in l. nemo potest, numero 5. ff. de legat. 1. Iason. in dict. l. ius publicum. num. 1. Philipp. Dec. in l. penul. num. 29. C. de pactis, post

poſt Immolam,& Aretinum, vterq; num.3.in l.quidquid aſtringendę. ff. de verborum obligation. Paulũ Caſtrenſem in l.penult.col.vltim.C. de pactis. Idque tanquam receptum per tranſiuit Felin.in cap. ſi diligenti,ad num.8.de for.compet.

4 Econuerſò verò, tam iure, quàm vſu quotidiano docemur,quod quãdo leges talem ſolemnitatem inducunt ad commodum ſingulorum,iuris priuati ſunt, atque adeò remiſſibiles per partes,vt voluit gloſſa Magiſtra ad verbum *conſenſo*,in capit.de cauſis. de offic. delegati. Ferdinand. de Menchaca vbi proximè.§.6.num. 29.Felin.in cap.cum dilecta, numer. 9.verſic.*ſed*,de reſcript.Philip. Dec. in capit.2.num. 6. de teſtibus: & ratione probatur, quia tales ſolemnitates in fauorem partium inductæ, proculdubio iuris priuati cenſentur, ac vti tales conſequitur neceſſario, ex vulgatis iuris regulis per partes, in quarum gratiam id factum eſt, facilè remitti poſſe: docuit communis ſchola,teſte Ludouic. Gomet. in capit.1. num.55. & 60. de reſcriptis in ſexto.

5 Exemplum ſit,in cap.tuis de teſtibus,vbi ſolemnitas iuramenti requiſita in teſtimonijs. l. iuris iurandi. C. de teſtibus, poteſt tanquam ius priuatum à partibus remitti, & in capit. fin.§.1.de offic. delegati, vbi forma reſcripti introducta in fauorem partium,cenſetur iuris priuati, & vti talis per partes remitti poteſt: is enim cui iniungitur,vt perſonaliter negotia exequatur (inquit Gregorius IX.) poteſt dummodo partes conſentiant hoc alijs delegare, vbi rectè glo.verbo,*conſentiant*, docuit id fieri non potuiſſe aliâs, id eſt ſine conſenſu partium,quaſi ſolemnitas, & forma in ſingulorum vtilitatem introducta, facilè per partes remitti valeat, vbi namque leges ius priuatum important,quod verſatur in augendo, vel conſeruando ciuium patrimonio, quod vnicuique reddatur quod ſuum eſt, abſit læſio, & ſeruetur æqualitas iuſtitiæ,regulariter poterunt à partibus remitti, quorum intereſt,vt in §.ſi paciſcar.l. iuriſgentium. ff. de pact. & in l. 2. §. ſed quia veremur.C.de iure iuran.propter calumniam.

6 Quamuis enim tales leges vtilitatem communem importent, iuxta l.1.ff.de legibus: ea tamen non excedit ſingulorum vtilitatem, imò talis communis vtilitas à lege pretenſa,ſolum procedit, & locum habet interim dum partes aliter non conueniunt inter ſe: exempli gratia,iura contendunt,maximeque expedit Reipublicæ, vt inter ciues iuſtitiæ præcepta ſeruentur, & ſubditos habere locupletes. §. penult. Inſtitut.de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, vulgato. §. iuris præcepta. tradit Connan.lib.4.capit.9. in princip. Hoc tamen non impedit, quod partes quorum intereſt poſſint illis legibus renuntiare: ratio eſt, quia leges prohibentes ne homines rebus ſuis male vtantur, non intendunt impedire liberis hominibus rerum ſuarum liberam diſpoſitionem. l.2.ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus, immò poterunt etiam abutendo diſponere. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petitione hæreditatis: ſimiliter leges præcipientes æqualitatem ſeruari inter partes: nihilominus non reſcindunt quamlibet læſionem, ne Reſpublica continuis litibus perturbetur, argumento ab ſpeciali text. in l. 2. C. de reſcindenda.l.1. de minoribus: neque enim magis intereſt Reipublicę hũc, quam illum diuitem eſſe, ſi modo fraus, & dolus abſit, iuxta tradita per

Digitized by Google

per Menchacenſem de ſucceſſ.creat. §.3.ex nu.9.Hæc verò, & ſimilia præcepta, legumque ſolemnitates, etſi publicam vtilitatem reſpiciant, ſi tamen in ſingulorum fauorem introductæ ſint, iuris priuati cenſétur, atq; adeò per partes remiſsibiles.

7 Quamuis nõ defuerint magni nominis viri, qui indiſtinctè doceant prædictam docendi rationem reijcientes, omnia ſolemnia pro forma actus inducta, eſſe iuris publici, & vtralia per partes irremiſsibilia, ſic voluit ſchola communis, vt teſtantur Ioannes Crot.in d.l.nemo, nu.41.& Aretin.in d.l. quidquid aſtringendæ voluit idem Aretin.in l.ſi filius, ff.de liber.& poſthum.& in d.l.nemo, col. 5. Ferdin. de Menchaca de ſucceſſi. §.4.n.29.

8 Quare verã in hac re, ni fallimur, nõ ſimulatã philoſophiã amplectentes, operepretiũ erit pro reſolutione preſentis dubitationis, apud Doctores admodũ controuerſæ, admonere lectorẽ, præceptores noſtros nõ ſatis percepiſſe, quo pacto aliæ ſolemnitates actuũ, qui â legibus humanis, aut inuẽti ſunt, aut cõfirmati ab alijs diſtinguãtur, & cognoſcãtur: quam ob cauſã in magnis negotijs deficere ſolẽt, pluraque tradiderũt falſis fundata principijs, trimẽbrem facientes ſolemnitatum diuiſionẽ, vt in actibus ciuilibus, quædam reperiantur ſubſtantialia, quædam naturalia, quædam accidentalia, ita docuerunt Barto. & Bald.in l.pacta conuenta, per tex.ibi; ff.de contrahenda emptione, idem Bald.in l.in venditione, n.3.C.eodẽ, & de ſolemnitatibus humanorũ actuũ, tã circa contractus, quã circa vltimas voluntates, & iuditia, alia multa ſcripſerũt interpretes, in c.de cauſis in princ.de offic. deleg. vbi Marcus Mantua, & Auguſtin. Beroius, n. 43.Felin.in c.cum dilecta, n.5.de reſcript.Andr.Alciat.lib.1.Paradoxorũ c.6.Alber.Brun.in tract.de forma in prin.n.2.nouiores repetentes, in d.l. nemo poteſt, ff.deleg.1. Ferdinand. de Menthaca de ſucceſsion.creat.§. 2.n.2. qui omnes minimè rõ ſunt aſſequuti, vt ex infra dicendis manifeſtè apparebit: dictus tamen Menchaca inſigni errore lapſus eſt, dum voluit ſolemnitates humanorum actuum diuidi in ſubſtantiales formales, & probatorias, quaſi differat ſubſtantialis ſolemnitas à formali ſolemnitate, quæ potius in idem recidunt, vnumque, & idem ſunt ſubſtantialis, & formalis.

9 Rurſus obſeruare oportebit omnes actus â legibus humanis inuentos, aut confirmatos, duplicem ſolemnitatem habere, alia quæ pertinet ad eorum eſſentiam, & rationem formę ſortitur, appellaturque in iure noſtro ſolemnitas eſſentialis, ſiuè ſubſtantialis, alia quæ non pertinet ad eſſentiam, ſed ad varias contractuum, vltimarum voluntatum, ſiuè iudiciorum circunſtantias, circa locum perſonã, aut tẽpus, ſeu ad certiorẽ fidẽ, & probationẽ veritatis, ad remouẽdam fraudis ſuſpitionẽ: cuius generis ſolemnitates non ſubſtãtiales, neq; formales, ſed accidentales propriè dicũtur, minimè ſpectãtes ad actuũ eſſentiam, ſed ad eorum accidentia.

10 Quam duplicem formam actuum, qui á legibus inuenti, aut cõfirmati ſunt, didici à gloſ.verb. *confeſſa*, in d.c.de cauſis, gloſ.vlt.in c.cum deſideres de ſententia excommunication. Felin.in c.cum dilecta de reſcript.video tamẽ Doctores omnes dictasq; gloſas in cautè exiſtimaſſe (nõ ſatis percipiẽtes vtriuſque formæ differẽtiã) omnia illa eſſe de forma ſubſtãtiali, ſine quibus actus nõ valet, cũ plurima ſint accidentia, vt ſtatim dicem⁹, quibus tãtum detulit lex, vt propter

Digitized by Google

eorum defectum actum ipsum humanum, eiusque substantiã irriter, vt in c. 1. Tridentini sess. 24. de reformatione, tantum detulit Conciliũ, præsentiæ Parrochi, & duorũ, aut triũ testiũ, vt absque illa celebratũ matrimoniũ irritauerit; exploratũ autẽ est Parrochũ, & testes non pertinere vllo modo ad essentiã matrimonij, & in alie nationibus rerũ Ecclesiæ, aliisque similibus certam solemnitatem requirentibus, ob cuius defectũ leges humanæ, aut expresse actum irritãt, aut simpliciter, & directè prohibent, velut contingit in prætermissione filij, quę testamentũ patris viciat, l. inter cætera, ff. de liber. & posth. quia tamen institutio filij nõ pertinet ad essentiam testamẽti, sed solũ est, quoddã accidẽtale requisitum, cui tantum detulit lex, vt eo deficiente deficiat, & corruat actus, aliquando præterito filio testamentum valet, vtpotè si filius ab hæreditate patris abstineat, vt prætermissioni consentiat, iuxta tex. sic intelligendũ in l. filio præterito. 17. in fine, ff. de iniusto rupto.

11 Vbi consideratione dignũ est, quã diuersum contingat in naturalibus, in quibus propter defectũ accidẽtis, nullo modo corrũpitur substãtia, lex verò, vt vidisti sæpenumerò si deficiat accidens, id est circunstãtia, seu requisitũ aliquod actum prohibet, & irritat, qui tamẽ substinebitur, & substineri solet, si partes consentiãt, iuxta glos. celebrem in l. vniuersa, C. de præcib. imperatori offerend. quam ibi commendauit Paul. numer. 5. & exornauit Ias. n. 1.

12 Tanta verò est humanarum legũ authoritas, atque potestas, vt substantialem formam, seu solemnitatem vniuscuiusque actus, intra suum Imperium possint immutare, & nouam formam, & essentiam illi dare: quemadmodum enim à principio leges, & constitutiones, humanis actibus certam præfinitamque formam & essentiam præstiterunt, similiter postea facere poterunt præstita noua forma, & essentia, vt iam actus alio nomine appelletur, & sub alia forma extra territorium legis, intelligo de illis actibus, qui potestati legis subijciuntur, in quibus sine vlla controuersia poterit lex illorum essentiam formam, & nomen mutare: in alijs enim, quæ subiecta non sunt legibus humanis, manifestum est, contingere non posse præfatam mutationem.

13 Si autem non insubtiliter requiras, quomodo possimus dignoscere, vtrum humana lex priori actui nouã formã dederit. Respõdeo euidẽs signum esse posse, si talem solemnitatem deinceps duxerit adhibendam, quam præcipiat sic obseruari, vt nullus actus eiusdem speciei inesse produci possit sine illa, quo casu censebitur Princeps immutare voluisse antiquam formam, & essentiam actus, ac illi nouam essentiam præstare, per indeque erit, ac si â principio illam nouam formam præscripsisset. 8

14 Quæ intelligenda sunt circa dispositiones generales legum, aut constitutionum, quoniam si sermo sit de dispositionibus particularibus priuatorum (Principem etiã intelligo quãdo nõ gerit munus Legislatoris, sed priuilegiũ cõcedit rescriptũ, vel mãdatum, & similia) longe diuersa ratio est: sicuti enim ab initio si fieri mandetur aliquid certo modo, ille certus modus habet vicẽ formę, pariter etiã dicendum est, quod si postea iniungatur aliquid faciendum sub ratione certa, rescripto, priuilegio, aut mandato, noua forma censebitur data secundum suas species: subijciuntur enim prædicti actus potestati concedentis, ita vt ab eius voluntate essentiam capiant secundum iura

ex-

expreſſa in d.c.cũ dilecta,& in.l.cum hi,§.Prætor.ff.de tranſaction.

15 In cuius doctrinæ cõſequẽtiã vulgò dici ſolet,& ita ſe res habet,quod ordo dat⁹ in reſcripto,priuilegio,ſeu mandato,ſiuè â Principe,ſiuè â priuata perſona,& modus præſcriptus executioni,ſeu diſpoſitioni habẽt rationẽ formę,maximè ſi talia ſint,quibus ommiſsis veriſimiliter credi debeat deficere concedentis voluntatem.

16 Quibus ita ſuppoſitis, vt proxim⁹ accedamus ad præcipuę cõtrouerſiæ reſolutionem,duo tãtũ (alijs ommiſſis)cõſtituenda ſunt ſolemnitatũ genera,alterũ formale, alterũ accidentale,ad quę reduci debent omnia tradita per Doctores vbi ſupra,perperã diuidentes actuum ſolemnitates in ſubſtantiales, formales, accidẽtales, & probatorias , quæ re vera in iure noſtro,in duas tantum ſpecies diſtribui poſſunt,& debent,vt altera ſit ſolemnitas ſubſtantialis requiſita pro forma actus,altera accidentalis, quæ tanquam circunſtantia requiritur, & deſideratur.

17 Solemnitas ſubſtantialis,ſeu eſſentialisvnicuique actui illa eſt,ſine qua nullus actus eiuſdẽ ſpeciei,ſecũdum naturã,& primæuã ſuã inſtitutionem poteſt ineſſe produci: ita vt in poſterũ ad dignoſcẽdũ , vtrũ aliquid ſit de eſſentia alicuius actus optima regula ſit , videre an aliquis actus eiuſdem ſpeciei inueniatur, vel inueniri poſſit,ſine illa qualitate:ſi enim aliquem inuenias actum,in quo deficiat , vel deficere poſsit talis qualitas, ſignum erit nõ adumbratum , ſed expreſſum qualitatem illam eſſentialem non eſſe,ſi verò nullus actus eiuſdem ſpeciei,ſine ea reperiri valeat, proculdubio ad naturam,& eſſentiam primæuamque inſtitutionẽ talis actus pertinebit.

18 Subijciamus hanc veriſsimam iuris philoſophiã legum exẽmplis,quo facilius intelligatur.Pro ſubſtãtia, & eſſentia cõtractus locationis requiritur merces pro patiẽtia,ſine qua cõſiſtere nõ poteſt,l.1.& 2.ff.locati, iũcta l.ſi olei,C.illo tit.ad ſocietatis etiã ſubſtantiã,& eſſentiã attenta ſua natura,&primęua illius inſtitutione,neceſſaria eſt conuentio, per quã lucri cauſa ſocij in cõmunione viuũt,iuxta l. vt ſit.31.ff. pro ſocio. interrogationẽ autẽ,& reſponſionẽ verbis expreſsis factam,pluſquã manifeſtũ eſt, eſſe de natura, & eſſentia ſtipulationis,l.1.ff.de verbor.obligat. ſimiliter ad ſubſtãtiam fideiuſsionis pertinet ſtipulatio,l.blanditus,C.de fideiuſſoribus.Denique inter omnes conſtat certum pretium in pecunia numerata penitus pro ſubſtantia requiri in contractu emptionis, & venditionis,iuxta l.1.& dict.l. pacta conuenta,ff.de contrahend. emption. & ſic de reliquis,in quibus dictæ formę,& ſimiles prędictæque qualitates, adeò ſunt intrinſecæ prædictis actibus per leges,vt nullus , abſque eis exiſtere, aut produci valeat.

19 Contra verò de forma ſunt accidẽtali,illa quæ ſi attẽdas naturam actus, ſeu primæuam illius inſtitutionem, minimè ſunt ad validitatem neceſſaria,& nihilominus voluit aliqua lex, vt ſine illis actus non valeret, quas vocamus ſolemnitates accidentales, ſine quibus, aut omnes, aut ſaltem aliquis actus eiuſdem ſpeciei poſſunt ineſſe produci. Huiuſmodi eſt ſolemnitas teſtium ad teſtamenta, §.ſed cum paulatim Inſtit.de teſtam., iuramentum calumniæ ad iudicia. l.1.C.de iure iurand.propter calumniam,cap.1.§.1.de iurament.calum. in 6. iuramentum veritatis ad teſtimonia, l. iuris iurandi, C. de teſtibus,capit.tuis 39,eodem titulo , nec non ad profeſsionem annus probationis

tionis,iuxta c.ad Apoſtolicam,de regular.& vulgatum Tridentini Decretum,in alienationibus minorum curatoris authoritas, & decretum iudicis,quorũ meminit I.C.in l.1.ff.de rebus eorũ,in alienationibus rerum Eccleſiaſticarũ,tractatus, & conſenſus Prælati,de quibus in c.ſine exceptione.12.q.2.& in c.2. de rebus Eccleſ. lib.6.tandem dubitat nemo, quin denũtiationes publicæ, de quibus in titu.de clandeſtin. deſpõſat. & in Tridentin.ſeſ.24. de reformat.cap.1.requirantur ad matrimonium.

20 Quæ omnes, & ſingulæ circunſtantiæ, cum non ſemper reperiãtur in omnibus indiuiduis, & ſpecialibus actibus prædictarum ſpecierum, proculdubio extrinſicæ ſunt, & accidentales, quidquid tales actus ſine illis non valeant. Etenim vt prædiximus multa ſunt accidentia, & variæ circunſtantiæ quibus leges adeò detulerũt, vt propter eorum defectum actus ipſos, eorumque ſubſtantiam irritent,& annullent, vt colliguntur hæc ex eleganter traditis per Baldũ vbi ſupra,n.3. aliosque plures, quos retulit Cephalus cõſ.294.n.43. poſt Ioann.Andrin reg.ſine culpa lib.6. vbi cum iuditio conſiderauit, illud nõ eſſe de eſſentia actus,ſine quo aliquando poteſt ineſſe, produci, ſeu exiſtere docuit I.C. ſi rectè perpendatur,in l.Iulianus 8.§.ſi quis rem,ff. ad exibendum.

21 Quod ſi prudenter inquiras, cur prædictæ circunſtantiæ, ſeu qualitates humanorũ actuũ dicantur de forma accidentali, cũ ſine illis actus nõ valeant,tibi ipſi poteris reſpondere, id ex eo eſſe,quia non deſiderantur ex natura, aut primæua inſtitutione eorundẽ,ſed ex ſola legis diſpoſitione, & poſtquam iam tales actus fuerant inſtituti ad eorum validitatem, non verò ad ſubſtãtiã, & eſſentiam, quæ extrinſecus ſumũtur,& dictis actibus non inſunt. Sic ſanè (prẽter exẽpla ſupradicta) ad validitatem plenarij iudicij,neceſſe eſt, libellum ac litis conteſtationẽ præcedere,& ſentẽtiã in ſcriptis ferri, pertinent tamen hęc,ad accidentalẽ iudiciorũ formã, non ad ſubſtantialẽ,argumẽto clem. ſæpè, ibi, *libellum* de verbor. ſignificat.quidquid Abb.in cap.1.de libelli oblatione,poſt gloſ.verb.*conſenſu*, & DD.in d. c. de cauſis contradixerit, non ſatis vt credo expendens præfatam differentiam,quã paulò ante inter vtramque formã ſubſtãtialem, & accidentalem conſtituimus.

22 Quib⁹ ſic præhabitis reliquũ iã eſt, vt quæſtioni noſtræ principali, quæ generaliter quærimus,an ſolemnitates cõtractuũ teſtamẽtorũ, & iuditiorum,priuatorum conuentionibus remitti poſsint, breuiter vnica concluſione bimembri ſatisfaciamus,diſtinguendo, iuxta proximè traditam doctrinam ſolemnitatẽ â lege requiſitã vtrũ ſubſtantialis ſit,vel accidentalis; vt de ſubſtãtiali ſolemnitate certa ſit, indubitataque cõcluſio ipſam eſſe iuris publici,& non priuati, ac per conſequẽs nullaten⁹ remitti, aut renũtiari poſſe per partes. Etenim efficere nõ poterũt cõtractũ locationis, ſine mercede,neque ſtipulationẽ ſine interrogatione,& reſponſione,nec ſocietatẽ, ſine conuentione lucri cauſa,neque contractũ emptionis,& vẽditionis,ſine prętio in pecunia numerata,nec alia huiuſmodi,quæ ſubſtantialia ſunt remittere.

23 Si verò lex ſolemnitatẽ inducat pro forma accidẽtali,vt in exẽplis nuper â nobis traditis,tunc concluſio ſit, tales ſolemnitates non eſſe iuris publici, ſed priuati, atque adeò per partes remiſsibiles, cuiuſmodi ſunt iuramentum veritatis ad teſtimonia, calumniæ iuramentum ad iuditia, ac

ac reliquæ solemnitates accidentales, sicuti diximus de institutione filij, eiusque præteritione, quam solemnitatem filium instituendi priuati iuris esse indubitatum est, ac cõsequẽter per ipsum filium remissibilem, ita vt tali solemnitate non existente de forma substantiali, omnino cesset circa eam interesse publicum, ac subinde talis lex non differat ab alijs legibus, quæ nullam solemnitatem inducunt, standumque sit traditæ regulæ in l. 1. §. huius studij, ff. de iustit. & iure, vt si talis solemnitas per legem inducta, spectet ad statum Reipublicæ, iuris publici sit, minimeque remitti valeat, si autem advtilitatem singulorum priuati iuris sit, atque adeò remissibilis.

24 Quam conclusionem in secunda eius parte, quatenus resoluimus solemnitates â legibus requisitas (tanquam formę accidentales) pertinere ad ius singulorum, & posse litigantiũ conuentionibus remitti, limitabis in omnibus casibus, in quibus tales solemnitates desiderantur â lege ad vitandas fraudes, aliaque mala fugienda: tunc enim leges prędictam solemnitatem inducentes, semper censeri debent iuris publici, & non priuati: insurguntque ex talium solemnitatum requisito duæ vtilitates: altera publica, vt boni sint ciues, fraudes extirpentur, vitentur mala: altera priuata, quod data ciuium bonitate iura singulorum conseruentur: & præponderat vtilitas publica extirpandarum fraudum, bonorumque ciuium efficiendorum, ideoque tales solemnitates priuatorum conuentionibus minimè remitti, aut derogari poterunt, nec testator efficere, vt sine testibus testamentum subsistat, contra §. sed cum paulatim, Instit. de testament. nec matrimonium contracturi, vt contemnantur minimeque fiãt denuntiationes publicæ, neque monachus quod ad eius professionem non præcedat annus probationis, vel quod potuerit antea facere renuntiationem, nisi intra duos menses proximos professioni. Hęc enim omnia & similia, licet sint de forma accidentali, & ad essentiam non spectent, quia tamen â lege fuerunt inuẽta fraudum vitandarum causa, nullatenus possunt remitti, nec partium conuentionibus derogari: quam doctrinam obseruabis ad variorum casuum resolutionem.

25 Sanè illa prior vtilitas, quã prætẽdit lex (efficere, scilicet bonos ciues) dicitur vtilitas cõmunitatis, non singulorũ, l. 1. in prin. ibi, *bonos efficere*, ff. de iustitia. Quoniã si singulorũ esset, maximè illorum â quibus fraudes extirpantur, qui tamen magis pœnas substinẽt, quã fauorem, dum ad vitandas fraudes grauantur onere adhibendi, hanc vel illã solemnitatem, & sic leges omnes generaliter, quæ formam aliquam, seu solemnitatem inducũt ad dolum, & malitiam vitandam, semper censeri debent iuris publici, non priuati, talesque solemnitates, quantumuis accidentales sint, perinde iudicari, ac si essent de forma substantiali, aut de natura primæua vẽ actus institutione.

26 Ex his duabus conclusionibus plura ad forum vtilia inferenda sunt, & in primis ex illa differentia inter solemnitatem substantialem, & accidẽtalem, quod accidentalis pactionibus remitti valeat, substantialis non ita: breuiter adnotandum in praxi, quod vbicumque lex actum prohibet, & irritat propter defectum accidẽtis, substinetur, si consentiant illi, in quorum fauorem prohibitio facta est, nec aliter inualidus iudicabitur, quam si partes sua interesse putantes, id in iudicio petant, vt circa testa-

mentum,in quo filius eſt præteritus, reſoluit gloſ.verb.*incubitur*, ab omnib⁹ recepta in d.l.filio prę terito, glo. in l.ſi duo.16. verb. *ambo*, ff. delegat. præſtan.glo.verb.*iure*, in l. ſcimus in prin.C.de inoffi.teſtamen.tradit excellentis ingenij vir Emanuel Coſta in §.& quid ſi tantũ,3.p.n.105.& in alijs caſibus,glo.celebr. quã ſuperius citauim⁹ in l.vniuerſa, C.de præcibus Imperatori offerendis,commẽdata à Paulo n.5.ibidem,exornataq; á Iaſſone.n.1.

27 Vndè etiã fit,vt quãuis ſolus iuramenti deffectus viciet teſtimoniũ, ſi tamẽ litigantes conſentiãt,valebit dictũ teſtis ſine iuramẽto,quia talis ſolemnitas accidẽtalis eſt,in ipſarũ partiũ fauorẽ producta,qua ratione interpretãdus eſt tex. in d.c.tuis 39.de teſtib.dũ habet iuramentũ teſtis poſſe cõſenſu partium remitti: difficilis, aliàs ex doctrina dicentiũ,ſolemnitates omnes inductas videri pro forma ſubſtantiali,& vti tales cõſiderari iuris publici, & aliorum, qui aſſerunt per illum text.in d.cap. tuis,formam ſubſtantialem actus, eſſe per partes remiſsibilem, aduerſus nuper à nobis tradita, vt voluerunt non benè percipientes,Abbas ibidem num. 2. Iaſ.in d.l.nemo poteſt,lect.1. numero 29.Beer.deciſ.1.num.48.communis ex Menchaca de ſucceſsion. §.9. nu.1.Rectius tamen tradidimus nos iuramentum,& ſimilia eſſe de forma accidentali,&vti tale remiſsibile per litigantes, vt docuerũt Annibal in dict.l.nemo poteſt,num.288. Ioann. Crot.nu.42.Bald.in cap.conſanguinei,num.3.de re iudic.Aretin.& Felin.nu.1.in d.c.tuis: ſecus quidem in formis eſſentialibus, namque parum prodeſt priuatorum conſenſus, cum iuris publici ſint,iuxta tradita per Doctores in cap.ſi diligenti de foro cõpe.Quare non eodem iure cẽſebitur calumnię iuramentum,cũ ad ius publicũ ſpectet,ex d.l.2.§.ſed quia veremur, introductumque fuerit ad compeſcendas partium cauillationes,& malitias,§.1.iuncto prin.Inſti.de pœna temere litigantium.

28 Numquã autẽ(etſi nõ pauca euoluerim) inuenire potui apud interpretes diſcriminis cauſã in hac parte, inter iuramentũ teſtis,de quo in d.c. tuis,& iuramentũ calumniæ, de quo in d.l.2.§.ſed quia veremur,C.de iure iur.propter calumniã,vt prius per partes remiſsibile ſit,tanquã iuris priuati,nõ tamen poſterius,quippè ſemper iuris publici.Quam ego ex ſuperius reſolutis,non cũ difficultate aucupari poſſe credo,ſi aduertas obligè diuerſos fines requiri iuramentũ, ad teſtimoniũ teſtis, & in iurantibus de calumnia,in his enim deſideratur ad vitandas fraudes, idque maximè reſpicit iuramẽtũ calumniæ fraudũ, ſcilicet vitationem, quæ vtilitas vitã di fraudes(vt vidiſti)non eſt bonum ſingulorum, ſed totius communitatis, atque ideò iuris publici.Iuramẽtum verò teſtis,non requiritur ad vitandas fraudes, quoniam in teſtibus præſertim idoneis non timentur,ſed ſolum opus eſt iuramẽto ad teſtimonium, propter confirmandam veritatem,iuxta illud Pauli ad Hebræos *6. communis controuerſiæ finis, &c.* habetur in capit. etſi Chriſtus, de iure iurando, ac proinde cum veritatem confirmare iuramento, per ſe non ſit bonum, ſed ſolum quatenus intereſt veritatem ſciri,dict.cap. etſi Chriſtus,prope finem,ibi,*ſic profecto*, rectè fit, vt ſi veritatis inquiſitio reſpiciat priuatorum vtilitatem, prout contingit in ciuilibus ſpectantibus ad ſingulos: iuramentum illud teſtis,tanquã iuris priuati facile remitti poſsit per partes, iuxta text. ita intelligẽdum in dict.cap.tuis. Quam

dif-

differentiam inter calumniæ iuramẽtũ,& ius iurandum teſtis obſeruabis perpetuò,poterit namque tibi, & honori,& vtilitati eſſe , præſertim ſi ex his,quæ â nobis dicta ſunt,meli⁹ quã antea didiciſti philoſophari.

29 Infertur præterea intellectus ad l. 3.ff.de teſtam. vbi teſtamenti factio dicitur eſſe iuris publici, ratio ellegans ;deducitur ex proximè dictis, quia ferè omnes ſolemnitates præſcriptæ,in condendis teſtamentis noſcuntur inductæ ad fraudes extirpandas,præſumit enim lex præſumptione ſuppoſitiua,valdeque timet ob miſerã teſtamentorũ conditionẽ,plures fraudes circa illos actus contingere poſſe,præſertim cũ regulariter circa vltimum vitæ periculum fieri ſoleãt: ideoque plures adhibere voluit ſolemnitates,ad condenda teſtamenta requiſitas,dict.§. ſed cum paulatim, ibi,*vt nulla fraus*, Inſtitut. de teſtam. de quibus ſolemnitatibus accipiendus eſt,I.C.in dict.l.nemo poteſt,ff. deleg.1. dum dixit neminem poſſe facere,vt leges locum non habeant in ſuo teſtamento.

30 Quo fit,vt quæcumque teſtamentorum ſolemnia,præfatam fraudum extirpationem non reſpexerint,tanquam iuris priuati, per partes quarũ interierit remitti valeant, vt videmus in inſtitutione filij, vel exhæredatione,quæ licet ſint de forma teſtamenti,vulgata l.inter cætera , ex quo tamen in gratiam filiorum inducta eſt talis ſolemnitas,de eorum conſenſu prætermitti poteſt,vt voluerunt Domin.Padilla,in l.cum donationis, numero 4. C.de tranſaction.Rodericus Suarez in l. quoniam in prioribus, ampliatio.30.numero 49. poſt Iaſo. in dict.l.inter cætera numero 11. & gloſſam vltim.in l. ſi quando,§.& generaliter, C. de inofficioſo teſtam. communemque Doctorum traditionem á Iaſone dict. loco relatam, ſicque dicendum eſt, de cæteris omnibus actibus legalibus , & eorumdẽ ſolemnitatibus accidentalibus,vt facilè remitti valeant,etiamſi abſque illis irriti facti ſint,&innanes,ſi talia ſolemnia ad fraudes extirpandas , non ſint inuenta,ſed ſolũ incertarũ perſonarũ fauorẽ:ex quibus docti pariter, & eruditi lectores,ad varias cauſarum figuras,quas ſigillatim enumerare non vacat,diſcurrere poterunt.

31 Colligo deinde ex præfata cõcluſione,his duobus membris contenta,elegantem rationem , quare iura improbare conſueuerunt conuentiones,& pacta partium,contra ſubſtantiam ſuorũm actuum, l. hæreditas ex die,ff.de hæredib.inſtituend.l. ideoque,ff.de manumiſſis teſtamento, l. 1.§.illud,C.de latina libertate tollẽda:ſecũdum quas leges inutiles ſunt actiones hominum , cõtra ſubſtantiã teſtamentorum,contractuũ,iudiciorũ,& generaliter omniũ actuũ , quæ ſub cœli ambitu continentur,celebrarique poſſunt:quia prædicta pacta repugnant formæ ſubſtantiali, quæ iuris publici cẽſetur,& vti talis per partes nõ eſt remiſsibilis,c.cũ Marte de celebr.Miſſarũ , docuit Felin.in c. ſi diligenti,nu.11.de foro competen.

32 Ea namque quę ius commune reſpiciunt,diſtinctum â priuato, á nemine remitti poſſunt, ex ſupradictis, & iuris regula,quæ habet nullum poſſe remittere ius alterius l.1.& per totũ, C.de rebus alienis,l.id quod noſtrũ, ff. de reg. iuris. Sed grauiter obſtat, quod ſtatutum de certo canonicorum numero iuris publici eſt,&tamẽ per canonicos remitti valet,c.pro illorum,de præben.c.cum acceſsiſſent ad fin.de conſtit.non igitur adeò exploratum eſt , iuri publico priuatorum conuentionibus derogari non poſſe , quod verò ſtatutum de certo

Digitized by Google

numero canonicorum ad ius publicum ſpectet,probat text.per argumẽtum in cap.ius publicum.2.d. ibi, *ſæcularibus*,iunctis proximè à nobis reſolutis,minor verò, quod tale ſtatutum per canonicos relaxari valeat,expreſſè dictis iuribus probatur, procedit ergo conſequentia.

33 Pro cuius difficultatis breui reſolutione, aduertè quod quemadmodum ea quæ pertinent ad ius priuatum renunciari poſſunt,per illos quorum intereſt,l.pen.C. de pact.l.ſi iudex circumuento ff.de minorib. ita quoque ea quæ ſunt iuris publici per illos, qui repreſentant communitatem remiſsibilia ſunt,iuxta dict.capi. cum acceſsiſſent.Quare ſi talis remiſſio ſtatuti, circa certum canonicorũ numerum fiat â canonicis, vt vniuerſis,& quatenus totam communitatẽ repreſentant,non vt ſingulis, neque vt priuatis perſonis, valebit vtique & ſubſtinebitur ex dictis iuribus, ſic interpretandis:iamque non obſtabit propoſita difficultas de dicto ſtatuto:ſicut enim ſe habent priuati ad peculiare priuatumque intereſſe, ita vniuerſi ad ius publicum remittendum.

34 Adhuc tamen reſtat ſcrupulus, ne dicam forte argumentum contra prędicta ex d.l.pen.C. de pactis,dum habet priuilegium fori competens ſacerdotibus poſſe priuatorum pactionibus remitti,quod manifeſtè appareret ad ius publicum, totamque communitatem clericorum ſpectare. Circa quam difficultatẽ,varij varia ſcripſerunt, vt conſtat ex diuerſis ſolutionibus, de quibus per gloſ. Barto. & DD.in dict.l.penult.perAbb.in dict. cap.ſi diligenti, â nume.31. vera tamen reſolutio eſt, priuilegium illud fori ſacerdotibus,competens in terminis iuris ciuilis, numquam pertinuiſſe ad ius publicum,ſed potius ad priuatum ſingulorum clericorũ commodum, vt inferius in diſcurſu huius tertij libri,latius demõſtrabimus, quod euidens fiet per ſolam inſpectionem formę dicti priuilegij, ſecundum quam ſacerdotes & perſonę Eccleſiaſticæ,in hoc tantum erant exẽptæ,ſcilicet,vt non poſſent trahi inuiti ad iuditium ſæculare, authen. *ſtatuimus* ibi, *trahere*, C.de Epiſcop. & cleric.authen.nullus inuitus, C. illo tit.iuncta gloſ.ad verb. *pertrahant*, in d.c.ſi diligenti.

35 Quo fit vt ſecundum terminos iuris ciuilis,& attento illo tempore rectè potuerint clerici prædicto priuilegio renunciare,iuxta dict.l.penult. cum ſimilibus,non ita in terminis iuris canonici,quo inſpecto priuilegiũ illud innouatum fuiſſe, conſtat ex c. placuit.11.quæſt.1. quo cautum eſt, vt clerici non ſolum inuiti, ſed neq; etiam conſentientes ad ſæculare forum traherentur.Vbi expendas oportebit in dict.cap. placuit pœnam fuiſſe præſcriptam clericis conſentientibus ſæculari iuriſdictioni: ad denotandum,non modo,non poſſe trahi inuitos,ſed neque conſentientes,vt rectè expendit Innocent.in d.c.ſi diligenti,in quibus terminis tale priuilegium,tanquam toti clericorum collegio conceſſum, ob idque iam iuris publici,iuxta dict.cap. ſi diligẽti per clericos renunciari nequit, quia iurĩ publico priuatorum pactionibus derogari non poteſt.

(?)

Sum-

Digitized by Google

Summaria ad Controuerſiam 5.

1 *CONtrouerſiam hanc excitauit Dominus Couar. ſed non ita feliciter abſoluit.*

2 *Refertur opinio aſſerentium liberum eſſe vnicuique renuntiare, his quæ fuerint in eius fauorem introducta, etiamſi habeant clauſulam decreti irritantis.*

3 *Lex prohibens teſtamentum fieri filio præterito remiſſibilis eſt per filium cuius intereſt.*

4 *Omnis lex quæ inducit ſolemnitatem aliquam pro forma cẽſetur habere clauſula decreti irritantis.*

5 *Præceptum factum alicui in eius tantũ vtilitatem conſilium eſt proprius, quam præceptum.*

6 *Adducitur text. in c. ſtatutũ, §. in nullo, & §. vlt. de reſcript. in 6.*

7 *Generaliter conſtituitur, poſſe quempiam formæ renuntiare, ſi data fuerit in priuatam vtilitatem, & conſtans eſt omnium traditio, litteras ad beneficia reſtringendas fore, quominus noceant.*

8 *Altera ſententia verior neminem renuntiare poſſe, his quæ in eius fauorem ſtatuta ſunt, ſi ſtatutum, aut lex habeat clauſulam decreti irritãtis.*

9 *Per adiectionem clauſulæ decreti irritantis, tollit Legislator ſubditis facultatem ius ſuum remittendi.*

10 *Omnis lex habet tacitam clauſulam decreti, circa actum contrarium, & intelligitur tex. in l. non dubium, C. de legibus.*

11 *Statutum cum clauſula decreti nõ poſſe renuntiari per ſubditos, efficaciter probatur in c. dilecto de præb.*

12 *Reijcitur Couarru. intellectus ad dict. c. dilecto.*

13 *Oſtenditur certum canonicorum numẽrum, de quo in d. c. dilecto, verſ. niſi forte, non fuiſſe præſcriptum in gratiam, aut commodum Eccleſiæ.*

14 *Certum & indubitatum eſt, omnem diſpoſitionem, aliás remiſſibilem ſi clauſulam habeat decreti irritantis, nullatenus poſſe remitti.*

15 Clauſula, quãtũcũque pars de cui' fauore agitur cõſentiat, *penitus inhibet partibus facultatem remittendi.*

16 *Lex prohibens trãſactionem ſuper alimentis irremiſſibilis eſt per partes, quamuis non habeat clauſulam decreti irritantis.*

17 *Similiter lex prohibens circa defenſionem in criminalibus, & alia huius generis leges, minimè poterunt per partes remitti.*

18 *Idem omninó inditium eſt de legibus prohibentibus actum, tanquam bonis moribus contrarium, quæ nullatenus remitti poterunt, aut derogari per partes.*

19 *Decretum irritans, eſt noua quædã diſpoſitio, ſen ſententia, per quam irritum decernitur, quidquid ſecus actũ fuerit, & intelligitur rex in l. inter cætera de liber. & poſth.*

20 *Cuilibet legi prohibitoriæ ineſt decretum irritans, ſed præſens controuerſia, & verior noſtra ſententia procedit in decreto irritante expreſſo.*

21 *Reſpondetur ad tex. in dict. c. ſtatutũ, §. in nullo.*

22 *Practicanda erit Couar. ſententia in reſcriptis, gratijs, priuilegijs, & in cæteris diſpoſitionibus quæ nõ ſunt leges, & aſſignatur diſcriminis ratio.*

CONTROVERSIA 5.

Vtrum ſtatuta in fauorem aliquorum facta, quæ aliàs poterant per partes remitti, ſi clauſulam habeant Decreti irritantis, eo ipſo remitti nequeant: & quid de reſcriptis, gratijs, priuilegijs, & id genus alijs, an non obſtante tali Decreto poſsint per partes renuntiari.

1 QVæſtionem hãc aſsiduam in foro, & in magnis negotijs frequentiſsimam, licet non omnino ſub eiſdẽ terminis, neq; exprofeſſo, ſed aliud agens excitauit D. Præſes, in cap. quamuis pactũ, 2.p.§.2.n.6. quam non ita fœliciter, vt ſtatim videbimus reſoluit.

2 Sunt autem in hac re duæ opiniones extremæ, quarum altera tenet liberum eſſe, vnicuique renuntiare ſtatutis, vel his quæ fuerint in eius fauorem introducta, etiamſi habeant clauſulã decreti irritantis: ita docuit gloſa, in cap. ſtatutum, §.1.verb. *committatur*, de reſcript.in 6. ea in parte, quã ſentit ſecus eſſe ſi in fauoré partium illud eſſet ſtatutum, poſſent enim ei fauori renuntiare, tametſi ea conſtitutio clauſulam iſtam Decreti irritãtis habeat, tenuerunt Ludouic. Gomez.in cap.1.de reſcript.in 6.nu. 59. Philip. Decius in cap. cum olim de exception.& in cap. cũ acceſsiſſent, num.3.de conſtit. idem Philip. Dec. in l.poſthumo.num.9.& ibi Curt.iunior.nu.46. C. de bonorum poſſeſ. contra tabulas, Felin.in cap. cum dilecta, num.7.de reſcript. Aretin. in d. l.nemo poteſt, col.4. Andr. Tiraq. in l.ſi vnquam, verb. *reuertatur*, C. de revocand.donation.num.282. poſt Pẽtrum de Ancharrano, id expreſſè docentem in dict.cap.ſtatutum in fin.& gloſſam optimam, quã ſequuti ſunt Felin.& Abb. ibi in capit. cum olim, verb. *protinus*, de offic.deleg. quæ voluit integrum fore iudicibus, ex tacito conſenſu partium, mandati formã excedere, quibus tãdem acceſsit D. Couar.d.loco.

3 Adducunt pro ſua opinione non leuia, ſed fortiſsima fundamenta. Primum ex l. inter cætera in fine, ff. de liber.& poſth. quæ prohibens teſtamẽtum fieri filio præterito, vtitur huiuſmodi clauſula Decreti irritantis, & tamen talis lex remiſsibilis eſt, per filium cuius intereſt, iuxta glo. receptam in l.ſi quando, §.generaliter, C. de inofficioſo teſtam. Igitur non obſtante quod ſtatutum in fauorem alicuius, clauſulam habeat Decreti irritantis, poterit nihilominus per partes, quarum intereſt liberè renuntiari.

4 Confirmatur quia omnis lex, quæ inducit ſolemnitatem aliquam pro forma, cenſetur habere incluſam in ſe eandem clauſulam Decreti irritantis, vt docuit Bald.in l.1. ff. de liber. & poſthum. & communiter DD. in cap.cum dilecta de reſcript. at extraditis â nobis in præcedenti controuerſia, forma in fauorem partium inducta, poteſt per eaſdẽ partes remitti,

ti, cap. vlti. §. 1. de offic. delegati, ergo, &c.

5 Deinde facit pro eadem opinione, id quod vulgò dici solet, & memini me superius dixisse, præceptum factum alicui, in eius tãtum vtilitatem, consilium esse, proprius quam præceptum, l. cum pater, §. mando, ff. deleg. 2, l. 2. §. vltim. ff. mandati, tradidit Paul. Castrens. in l. legis virtus, ff. de legib. quidquid igitur tale præceptum dictam clausulam habeat, nihilominus cum vertatur in consilium facilè per partes renuntiabitur.

6 Tertio probatur eadẽ pars, ex text. in dict. cap. statutum, §. in nullo, & §. vltim. vbi licet ea constitutio huius Decreti clausulam habuisset, attamẽ consensu illorum, quorum fauorem respicit permittitur eius derogatio, aut illius formæ remissio, cuius text. authoritate, nihil clarius adduci posse videtur, ad præfatam assertionem comprobandam.

7 Tandem suffragatur eidem opinioni textus in cap. vltim. §. 1. de offic. deleg. generaliter constituẽs posse quempiam formæ renuntiare, si data fuerit in priuatam vtilitatem, vt ex eo adnotarunt DD. communiter Abb. & Immola, ibid. contra glosam in cap. quamuis de præb. in 6. verb. *in pensione*, quæ voluit formæ mandati renuntiari non posse, etiam ab eo in cuius fauorem data est, etsi notabilem perperam appellauerit Areti. in dict. l. nemo potest, colu. 4. quam glossam rectè, & iure optimo falsam dixit insignis Couar. vbi supra, dict. num. 6. cum iudicio aduertens lapsam fuisse, dum existimauit formam cuius facta fuit mentio, in dict. capit. quamuis datam fuisse, in priuatã vtilitatem, cum re vera data fuerit, atq; respexerit Ecclesiarũ, & ordinariorũ fauorem, constansque sit omniũ tractatio litteras ad beneficia restringendas fore, quominus noceant Episcopis, & Ecclesijs, atque ideò non obstante prædicta glossa, certa sit doctrina, quæ habet inductum pro forma in fauorem partium per ipsas posse remitti.

8 Altera sententia, quæ communis, & verior est, apertè docet neminem renuntiare posse, his quæ in eius fauorem statuta sunt, si statutũ, aut lex habeat clausulam Decreti irritum decernentis, quidquid in contrariũ actum fuerit, ita obseruarunt glosa, & DD. per illum text. in c. dilecto, vers. *nisi forte*, de præben. tenuerunt plures relati a Felino in cap. cum accessissent. num. 9. de constit. quem & glosam ibidem, verb. *clausula*, multum ad propositum laudarunt Felin. in cap. vltim. §. his autem de offi. deleg. Corset. in sing. verb. *clausula*, idem Felin. Abb. Anton. & Immola, in d. c. cum accessissent, fatetur communem Couar. vbi supra, docentes, quod licet alioqui statuta condita in priuatorũ fauorem, etiam per Principem confirmata, renuntiari possint, l. omnium C. de testam. text. optim. in dict. cap. cum accessissent, vbi Abb. & Doctores: attamẽ si confirmatio clausulam habeat Decreti decernentis irritum, quidquid in contrarium actũ sit, non poterunt statuentes ab statuto recedere, quamuis id in eorum fauorem tendat, leges enim quantumcumque iuris priuati non sunt per partes remissibiles, quando habuerint clausulam Decreti irritantis.

9 Quam sententiam, etsi solum inuenerim fulcitam authoritate text. & glos. in dict. cap. dilecto, vers. *nisi forte*, & communis scholę ibidem, quod fateor efficax fundamentum esse, si rectè perpendatur ad eandem tenendam, & asserendam: nihilominus, vt veritas eius contra Couarruuiam & alios clarius elluscat, libuit magis con-

confirmare,si cum iuditio lector eruditus considerauerit, non posse Legislatores commodius aperire mentem suam, quod in casu controuersiæ nostræ,voluerint subditis interdicere facultatem ius suum remittendi, quam per adiectionem illius clausulæ Decreti irritantis. Planè nulla lex quantumcumque iuris priuati remitti potest per partes,quando constat de mente Legislatoris,quod voluerit prædictam remittendi facultatem auferre, nam quando Legislator id intendit, eo ipso indicat bonũ per legem prætensum ex vi Decreti, non tam esse bonum singulorũ, quã commune, & per cõsequens per partes minimè remissibile: quod autem Legislatoris mens Decretum adijciẽtis fuerit tollere subditis facultatem remittendi suum ius, probat tex.opt. in dict.cap.dilecto, vers. *nisi forte*, de præb.

10 Deinde efficaciter probatur eadẽ sententia,si supponas omnem legem habere tacitam clausulã Decreti,circa actum contrarium,iuxta tex.sic accipiendum in l.non dubium,ibi,*prohibuisse sufficiat*, C.de legibus,ex qua suppositione argumentor ita, si omnis lex circa actum contrarium tacitè includit Decretum irritans,vel dicendum est,adiectionẽ Decreti omninò ociosam esse,contra l.1. ad fin. ff.ad municipalem, & contra glosam receptam in l.si quando 112. in prin. ad verbum,*frustra*, ff. delegat.1. vel omnino fatendum,adeò per illã clausulam actum contrarium esse irritũ, & innane,vt nec de partium cõsensu substineri possit,iuxta tex.in d.c.dilecto, aliàs enim quid operaretur expressio Decreti,nihil profectò.

11 Quibus rationibus, & præcipuè authoritate text. qui eã efficaciter probat in dict.c. dilecto veriorem semper existimaui prædictam communẽ opinionem, quod lex,statutum, seu alia quæcumque dispositio,quę aliàs poterat per partes remitti, si clausulã habeat Decreti irritantis, eo ipso remitti nequeat.

12 Quam vrgentius cõfirmabis si aduertas D.Couar. non ita exactè percepisse Pontificis mentem, in d.cap. dilecto, dum respondit per illã clausulam Decreti,voluisse Papam consulere vtilitati Ecclesiæ, non canonicorum, ideoque non potuisse canonicos, tale statutum remittere, non quidem ob clausulam illam,sed quia adiecta præscriptaque fuerat in vtilitatem Ecclesiæ.Quam explicationẽ accepit à Philippo Dec. in dict. cap. cum accessissent,num.3. & à Panormit in dict.cap. cum dilecto, ex qua deduci videtur,quod si probauerim Pontificem confirmantem statutum de certo numero canonicorũ,& præbendarum,non adidisse clausulã Decreti in gratiam Ecclesiæ habebim intentum, quod sublata facultas canonicis,tale statutum remittendi,tota tribuenda sit adiectæ clausulæ Decreti irritantis, & propter ipsam, vt habet communis,& verior quam defendimus sententia, non eo quod in fauorem Ecclesiæ factum fuerit statutum illud.

13 Quod verò certus canonicorum numerus,de quo in dict.cap.dilecto, vers.*nisi forte*, non fuerit præscriptus in gratiam, aut commodum Ecclesiæ, patet si expendas, quod canonicorum multiplicatio nocere non poterat Ecclesiæ, cuius semper interest plures habere ministros,cap.1.de cleric.non resident. in 6.sed solis canonicis,quorũ distributiones per multiplicationem aliorum minuuntur, (quod minimè aduertit Domin.Couar.)atque ideò certusassignatus numerus canonicorum per tale statutũ & prohibita multiplicatio magis nocere,

cere,quam prodesse poterat Eccle-
siæ,& nisi clausula Decreti irritantis
fuisset adiecta,proculdubio liberum
foret canonicis præfatum statutum
remittere.

14 Manet ergo certa, & indubitata
conclusio aduersus Couar.& sequa-
ces,quam efficaciter probat text. in
dict.cap.dilecto,verf.*nisi forte*,cũ fun
damentis pro ea proximè adductis,
quod lex,seu statutum, aliavè dispo-
sitio,quæ aliàs poterat per partes re-
mitti,si clausulam habeat Decreti ir-
ritantis,eo ipso remitti nequit.

15 Quæ doctrina fortius procedit,
quando lex prohibet actum, adiecta
clausula, *quantumcumque pars de cuius
fauore agitur consentiat*, adhuc enim
in eo casu apertius,lex interdixit par
tibus,prædictã facultatem remitten-
di,vndè non valet alienatio rei dota
lis,etsi vxor cõsentiat,l.1.§. & cũ lex
Iulia,C.de rei vxoriæ actione,c.cum
contingat de iur.iuran.

16 Erit tamen summopere aduerten
dum,nonnulla reperiri statuta,ac plu
res dispositiones,quarum vtilitas cũ
per prius reperiatur in membris,quã
in communitate ad ius priuatum spe
ctant, quæ tamen quantumcumque
non habeant clausulam Decreti,por
partes remissibiles non sunt; exẽpli
gratia(omissis alijs legib⁹, siuè statu-
tis)in lege prohibẽte transactionem
super alimentis,quæ respicit bonum
priuatum conseruãdæ vitæ ipsius ali-
mentarij, ex Bart.in l.cũ hi, ff.de trã
sactio.manifestum est talem legem,
quidquid priuatam vtilitatem respi-
ciat,irremissibilem esse per partes,ca
reat quamuis prædicta clausula illius
Decreti irritum decernentis, quid-
quid gestum fuerit in contrarium.

17 Similiter lex prouidens circa de-
fensionem in criminalibus, quantũ-
cumque sit iuris priuati, & non ha-
beat clausulam Decreti, remitti per
partes minimè valebit,ex glos.in l.pa
ctum inter hæredem, ff. de pactis re-
cepta per Felin.in dict.cap.si diligen
ti,nume.3. Quemadmodum neque
lex quæ prohibuit,ne fideiusores do
tium dentur,quæ etsi maximè ius pri
uatũ respexerit,nec adiecta erit clau
sula Decreti, non poterit per partes
remitti,secundum glossam in l.1. C.
ne fideiussores.recepta ex Gomecio
in l.50.Tauri,nume.26.Tiraquel. de
primogenit.quæst.24.num.19. sunt-
que aliæ huius generis leges,statuta,
seu dispositiones, quarum meminit
Felin. vbi proximè, vlque ad nume.
6.ipseque discursus lectorem dore-
bit discurrere,ac in his, & alijs nõ in
fœliciter philosophari.

18 Eritque idem omnino iudicium
de legibus prohibentibus actum, tã-
quam bonis moribus,seu iuri natura
li contrarium:cõstat enim,quod quã
tumcumque talis lex,seu statutũ bo-
num priuatum respiciat, non pote-
rit per partes remitti,Lalia, l.elegan-
ter,ff. solut. matrim. quippè bonum
illud,sic bonis moribus, ipsique iuri
naturali consonum,neque ammittit,
neque ammittere potest suam boni-
tatem,ex eo quod pertineat ad pri-
uatas personas, capit. ipsa pietas 19.
quæst.4.& iubar capitis naturale, ait
distinc proinde lex tale bonum respi
ciens,licet sit iuris priuati, nullate-
nus remitti poterit,aut derogari per par-
tes,quidquid non habeat clausulam
Decreti irritantis.

19 Quare nihil aliud restat ad omni-
modam confirmationem præfatæ no
stræ conclusionis,quam vt argumen
tis,quæ Couarruuiam,aliosque Do-
ctores ad contrarium existimandum
adduxerunt breuissimè satisfaciamus.
Retẽta igitur cõmuni ad argumẽtũ,
ex d.l.inter cætera in fine, quod est,
velut Achiles oppositæ sententiæ,fa
cilè respondebis, si aduertas Decre-

tum

tum irritans nihil aliud esse, quã nouam quãdam dispositionem, seu sententiam, per quam irritum decernitur, quidquid secus actum fuerit, cap. 1. §. adijciebatur, cap. consensisse de præbend. lib. 6. ac per consequens solam explicationem, seu declarationem nullitatis á iure inductæ, non esse Decretum irritans, vtpotè quia non est noua dispositio, seu sententia, per quam decernatur irritũ, quid quid actum fuerit in contrarium. Ex qua cõsideratione facilè comperies in dict. l. inter cœtera, non fuisse ius nouum statutum, sed solum veterem iuris dispositionem explicatam, secundum quam, testamentum in quo filius præteritus esset, erat inutile, ac proindè I.C. ibi, solum explicuit nullitatem à iure inductam, non autem interposuit Decretum irritãs, quod si fuisset adiectum, procul dubio non valuisset remitti per filium.

20 Ad alterum de lege inducente solemnitatem pro forma, non erit difficile respondere, si itidem consideres, verissimum quidem esse cuilibet legi, præsertim prohibitoriæ inesse Decretum irritans, non tamen expressum, sed tacitum, iuxta reg. l. nõ dubium, ibi, *prohibuisse*, C. de legibus ipse autem quando assero Decretum irritans impedire remissionem statuti, seu cuiuslibet alterius dispositionis, intelligo id de Decreto irritante, expresso, quod quin plus operetur, quam tacitum dubitari, nullo modo potest: vndè de Decreto irritante, quod tacitè inest ad Decretũ irritãs, expressè appositum argumentari minimè licet.

21 Ad text. verò in dict. capi. statutũ, §. in nullo, necesse non erat respondere, quippè potius si expendatur, per argumentum à contrario, probat nostram communem sententiã, quãdoquidẽ Legislator, ibi excepit specialiter illũ casum, quominus ligaretur per Decretum irritans, positum in §. vltim. illius text. atque ita significauit Pont. prędictum Decretum omnia cõtenta in illo cap. respicere præter casum illum exceptum, ideoque non modo refragatur, aut contradicit opinioni nostræ, sed eã valde cõfirmat.

22 Practicarem autem Couarruuiæ sententiam contra communẽ in cæteris dispositionibus, quæ non sunt statuta, neque leges, putâ in rescriptis, gratijs, priuilegijs, & id genº alijs, vt videlicet, non obstante Decreto per partes remitti valeãt: quod si specialitatis discriminisque rationẽ per, conteris inter leges, & statuta ex vna parte; rescripta, gratias, priuilegia, & id genus alia ex altera, in eo sanè cõsistit, quod Decretum irritans in rescriptis, gratijs priuilegijs, & id genus alijs, sortiri potest alios effectus, inter quos vnus erit, quod virtute Decreti rescriptum, & similia ligabunt ignorantes, ex dict. §. adijciebatur, quem tamen effectum, vt inferius libro seq. latius demonstrabimus, non operabitur idem Decretum in legibus, seu statutis, ac ex consequenti necesse est, vt operetur remissionis impedimentum.

Summaria ad Controuersiam 6.

1 PRobatur pars negatiua, ex vulgari dicterio, quod omnia nostra facimus, &c. & statutum communitatis, per suum superiorem confirmatum, non potest remitti ab ipsa communitate.

2 Con-

2 *Contra verò probatur pars affirmatiua authoritate & ratione.*

3 *Si Princeps legem ferat circa communitatem inferiorem, non poterit communitas illam relaxare, secus si solum confirmauerit statutum, quod nihilominus remittere valebit communitas.*

4 *Magnum inconueniens est priuari quempiam inuitum libera facultate disponendi de rebus suis.*

5 *Leges & ordinationes per fundatores præscriptas, nõ poterit communitas relaxare, veluti leges & statuta vniuersitatis Complutensis, præsertim authoritate Apostolica confirmata, vel in ſu Catholici Regis edita, vbi Catholicus Rex, tãquã Patronus potest ſcholam visitare, & omnia facere, quæ ſibi & Senatui expedire videbuntur.*

6 *Confirmatio Principis ſolum operatur firmitatem ſtatuti, qua non obſtante, Ciues vt vniuerſi poterunt illud reuocare, & talis ſtatuti tranſgreſſor non diceretur infringere ſtatutũ Principis, niſi confirmaſſet tanquam cauſa ſpecifica.*

7 *Princeps actum antea nullum confirmans de nouo facit.*

8 *Inter eum qui donat, & eum qui confirmat neceſſaria eſt diſtinctio.*

9 *Aducitur illa diuiſio inter confirmationem, ex certa ſcientia, & in forma communi.*

10 *Confirmatio eſt corroboratio inris, au tea quæſiti, & rei iam exiſtentis, nõ verò datio, aut conceſsio de nouo.*

11 *Confirmatio ex certa ſcientia, tantam vim habet, vt per eã actus iure nulli, dum confirmantur validi fiant, & de nouo incipiant, quantum ad ius, & eius effectus.*

12 *Quod dicitur non obſtante confirmatione poſſe communitates ſtatuta in ſuam vtilitatem facta remittere, intelligendum eſt de confirmatione, nõ ex certa ſcientia, ſed in forma communi.*

13 *Textus in cap. inter dilectos, verſ. cũ ergo, ibi, confirmatorũ, & ibi, acceſſorium, intelligendus eſt de confirmatione in forma communi.*

14 *Confirmatio ex certa ſcientia per ſe ſubſiſtit, & ſtat operaturque principaliter, licet actus, cui adijcitur iure non ſubſiſtat, & confirmatio ſimpliciter facta indubio cenſetur in forma communi.*

15 *Non videtur tuta Bart. ſententia aſſerentis, non poſſe remitti per communitatem ſtatutum à Principe confirmatum, ſi eius confirmatio ad validitatem ſtatuti foret neceſſaria.*

16 *Bartolus & ſequaces loquũtur contrà expreſſam inris diſpoſitionẽ, de qua in d. c. cum acceſſiſſent.*

CONTROVERSIA 6.

VTrum ſtatuta communitatum inferiorum, putà vnius ciuitatis, vel Collegij per ſuperiorem Papam, ſeu Principem confirmata, poſsint per eaſdem communitates remitti.

1 IVxta vulgare illud iuris dicterium, quod omnia noſtra facimus, quibus authoritatem noſtram impartimur, de quo in l. 1. ibi, *omnia enim*, C. de veteri iure enucleando, c. ſi Apoſtolicæ de præb. in 6. negatiuè videtur

Digitized by Google

tur huic quæſtioni reſpondendum fore,cum Supremi Principes inferiorum communitatum ſtatuta confirmantes,eo ipſo videãtur illa ſua propria facere,quibus ſuam impartiuntur authoritatem, exploratumque ſit inferiores, non poſſe ſuperiorum leges remittere,aut relaxare, cap. cum inferior cum vulgat. de maioritat.& obedientia. Accedit quod cum Principes leges edũt ſpeciales,circa communitates inferiorum,eo ipſo ſe ipſos faciunt Rectores earundem communitatum,ad effectum conſeruandi bonum per legem prætenſum, ac ſubinde reſeruare ſibi videtur Princeps poteſtatem Rectoris, quo ad illum effectum, vt videlicet ſolus ipſe prædictam vniuerſitatem repreſentet, & ſolus tale ius remittere poſſit,non etiam inferiores: præſertim cum explorati iuris ſit,bonum commune per ſuperiores prætenſum, nõ poſſe pacto priuatorum remitti, iuxta regul.l.id quod noſtrum,& ea quę in præcedentibus latè reſoluimus, & facit Bart.ſententia in l. omnes, n. 33.ff.de iuſt.aſſerentis, quod ſtatutũ communitatis inferioris confirmatũ per ſuum ſuperiorem, non poteſt remitti per ipſam communitatem, quãdo illa confirmatio ad validitatẽ ſtatuti foret neceſſaria.

2 Contra verò affirmatiua pars,potius amplectenda videtur ſi expẽdas, quod ſtatutum de certo numero canonicorum per Papam confirmatũ cenſetur lex ipſius Papæ, ſecundum proximè relatum axioma, *quod omnia noſtra facimus, &c.* & tamen poſſunt canonici vt vniuerſi ius illud remittere,cap.cum acceſsiſſent de conſtitut. maximè quia, vt me ſemel in diſputatione,quæ proximè præceſsit dixiſſe memini,quemadmodum ſingu li iuribus pro ſe introductis renuntiare poſſunt,l.pen.C.de pact.cum ſimilibus,& ex ratione text. in l. ſi iudex circunuento.70.ff.de reg.iur. ſic etiã vniuerſos iura in eorum fauorem introducta relaxare poſſe,iuri,& rationi congruit,quidquid per ſupremum Principem præuiſa confirmataque ſint.

3 Vndè in hac difficultate(vt omnẽ auferamus æquiuocationem) prius diſtinguere quam diffinire oportebit, longè enim diuerſa ratio eſt de Principe legem ferente, circa Collegium,ciuitatem, ſeu communitatem aliam,quam ſi legem non ferat, ſed ſolum ſtatutum cõfirmet, factum per ciuitatem:ſi Princeps enim legẽ ediderit ſpecialem, circa communitatẽ inferiorem,rectè docuit communis, de qua in dict.cap. cum acceſsiſſent, & in cap.dilecto de præben. ſolũ ipſum tale ius remittere poſſe,non etiã inferiores, quippè & reſeruaſſe ſibi videtur Rectoris illius communitatis poteſtatem,quantum ad ſuam legem,& bonum per illam prætenſum conſeruandum,ſolusque prædictam communitatem repræſentare. Si verò legem non ediderit, neque fecerit ſtatutum,ſed confirmauerit dumtaxat,tunc aſſerendum eſt, & intrepidè affirmare audeo,quod non obſtãte confirmatione, poterunt inferiores,vt vniuerſi,tale ſuum ſtatutũ ſpeciale remittere, & relaxare, vt ſatis euincit deciſio text.in dict. cap. cum acceſsiſſent,vbi canonici ſtatutum illud de certo canonicorum numero, per Papam confirmatum,& quod magis eſt, quod ſine illa confimatione valere non potuiſſet,vt aduertit gloſa ibi ad verbum,*confirmatum*,nihilominus remittere, & relaxare valuerunt.

4 Et ratione ſic probo, etenim bonum illud, per ciuitatis, vel Collegij ſtatutum, aut conſtitutionẽ prætenſum, non aliter eſt bonum commune,

Digitized by Google

munè, quã quia ad ſingulos ſpectat, qui percipiunt percepturique ſunt commodum,& vtilitatem ex tali ſtatuto,ſed ſic eſt,quod tale bonum nequit ſingulorum dici,quando ſinguli illud ſubſtinent inuiti,ac reluctantes, quin potius malum illorum dici debebit,ſi conſideres priuari inuitos ſingulos de communitate bono illo inæſtimabili,poteſtate,ſcilicet diſponendi de iure ſuo, contra regu. text. in l. in re mandata,C.mandati, & in l.qua ratione.9.§. litteræ,ff.de adquirend. rerum dominio, vbi maximum duxit inconueniens I.C. priuari quemquam inuitum libera facultate diſponendi de rebus ſuis.Igitur de primo ad vltimum certum, & exploratum relinquitur,ſtatutum ſpeciale communitatis, adhuc per ſuperiorem confirmatum, poſſe remitti per inferiores, vt vniuerſos, ne inuiti ſubſtinere cogantur,bonum per tale ſtatutum prætenſum, & in eorum fauorem introductum,quod vt diximus in ſingulorum de communitate detrimentum redundaret,& beneficium non debeat in inuitum conferri,vt tritum eſſe ſolet omnium ſermone prouerbium.

5 Quam concluſionem intellige in eiſdem terminis, in quibus hæc procedit dubitatio, nempe quando ordinata, editaque ſunt, per ipſasmet communitates Ciuitatum,aut Collegiorum, & per ſuperiores confirmata, quo caſu aſſerimus conſtanter integrum eſſe eidem communitati, & Ciuibus, vt vniuerſis,talia ſtatuta remittere, aut relaxare, ſecus de legibus, & ordinationibus communitatum, per earum fundatores præſcriptas, & à Pontific. Maxim. Catholicoque Rege noſtro confirmatas, veluti Vniuerſitatis noſtræ Complutenſis conſtitutiones, & leges ſanctiſsimæ authoritate Apoſtolica confirmatæ, & iuſſu Regis per clariſsimos, & Sanctiſsimos ſuos reformatores ſtabilitæ,& auctæ, quę non obſtante quacumque deſuetudine, aut prætenſa præſcriptione, quæ potius corruptela dicenda erit,ad vnguem, & omninò obſeruandæ amplectendæque ſunt, tanquam Regia authoritate munitæ, qui tanquam Patronus hµius Academiæ illam viſitare, rationes exigere,leges ſalutares ferre, & omnia facere, quæ ad illius rectam gubernationem, pacem, tranquillitatem, & incrementum pertinere,Regi Catholico,Sanctiſsimoq; eius Senatui,pro viciſſitudine tẽporis videbuntur.

6 Neque oberit ſi inſtes, & replices de ſupra repetita iuris propoſitione, *quod omnia noſtra facimus, &c.* adhuc contendens Principis confirmationem fore impedimento ſtatutorum remiſsioni,& relaxationi: regula enim illa ſolum obtinet, quo ad effectũ firmitatis,vt videlicet actus á Principe confirmatus,perindè firmus cenſeatur, ac ſi fuiſſet geſtus per ipſum Principem, ita vt ſtatuta de quibus loquimur per communitates ordinata, & per ſuperiores ſemel approbata, & confirmata, penitus valida, firma, & perpetua iudicari debeant: non tamen exinde ſequitur,quod actus ille, ſeu tale ſtatutum ob confirmationem deſerat, & ommitat ſuam naturam primordialem, potiuſque confirmatio illa, tanquam acceſſoria ſequi debebit eius naturam,regula acceſſorium.in ſexto,capi.inter dilectos, verſic. *cum ergo*, de fide inſtrumentorum,atque ita ſi geſtum à communitate natura ſua, ante confirmationem reuocabile erat ſequuta confirmatione, ſimiliter poterit reuocari, confirmatio

Digitized by Google

enim ſolum modo operabitur prædictam firmitatem vim,&authoritatem ſtatuti, donec reuocetur per Ciues, vel Collegas,vt vniuerſos,iuxta proximè traditam doctrinam, idque in ſpecie intendit Bald.Doctiſsimorum Magiſter in l.ex placito, num.6.7. & 8.C.de rerũ permutatione, vbi Philoſophicè more ſuo loquutus eſt diſtinguens confirmationem vniuerſalem ab ſpecifica, & inter gratuitam, & debitam: etenim, vt inquit idem Bald.interdum confirmans non producit rem ab origine ſui eſſe,ſed cõſequutiuè venit illius gratia, & tunc non eſt cauſa totalis, ſed concurrẽs. Atque ita ſi Princeps cõfirmet alicuius ciuitatis ſtatuta, & dubitetur, an transgreſſor puniendus ſit,quaſi contrauenerit principalibus ſtatutis, an verò veluti tranſgreſſor ſtatutorum municipalium: oportebit diſtinguere,an Princeps confirmauerit, tanquam cauſa vniuerſalis,& non erunt ſtatuta Principis, ff. de iuſtit. & iure, l.omnes Populi, aut tanquam cauſa ſpecifica, puta ſi confirmaſſet ſtatutum, quod pater poſſet relinquere ſpurijs,quod intelligeretur ipſius ſuperioris ſtatutum: quia tamen fauore Populi cenſeri deberet introductum,poſſet vtique Populus pœnitere,vt diximus,redireque ad ius commune,confirmatione non obſtante, tanquam acceſſoria, & quæ minimè immutat ſubſtantiam actus.

7 Verum adhuc obſtat, quod Princeps actum antea nullum confirmãs de nouo facit, & concedit, l. adoptio.ff.de adoptionibus, §. vltim. vbi communis Inſtitut.de tutel. cap. penultim.de confirmatio.vtili,vel inutili cum ſimilibus, & iura citata per gloſſam in cap. inter dilectos, verb. *confirmari*,de fide inſtrumentor.text. in cap.cum veniſſent 9.de reſtitutio. ſpoliat.ibi,*conceſsiſſet*, *& per reſcriptum proprium confirmaſſet*, l. obuenire 130.ibi,*confirmatur*,iuncta l.verbis 120. ibi, *poteſtas tributa eſt*, ff. de verborum ſignificatio. quæ perſpicuè docent, per confirmationem,ſtatuta ſic fieri ipſius Principis, vt per populum,aut communitatem minimè poſsint reuocari.

8 Per contrarium autem pro prædicta concluſione noſtra facit,vltra ſupra tradita, vnam eandemque rem, non poſſe dari ab vno, & inſimul confirmari, & quod inter eum qui donat, & inter eum qui confirmat neceſſaria eſt diſtinctio. gloſ. dict.verb. *confirmari*, & communiter interpretes in dict.capit.inter dilectos,gloſ.1.in cap.in Synodo 63.diſt. gloſ.verb.*confirmauit*,in cap. cum inter canonicos 21. de electione, tradunt Bartol. & Zaſius nume. 26.Decius numero 21. Cuiac.23.& nouiores per text.ibi in l.& quia,ff.de iuriſdict.omnium iudic.idemque probat l.ſi donatę 37.§.1.ff.de donation. inter virum & vxorem:ergo non ita verum eſt, aut perpetuum, Principem confirmantem ſtatuta,illa condere, & facere,ita vt per populum ſtatuentem minimè remitti,aut relaxari valeant.

9 Quæ difficultas, vt facilius diluatur operepretium erit adducere in memoriam, diuiſionem illam, inter confirmationem ex certa ſcientia,& in forma communi,de qua & vtriuſque cognitione, & varijs effectibus agunt Quintilianus Mandoſ. de ſignatura gratiæ titu. confirmationes à princ.& reg.22. Chancelleriæ q. 10. Pariſius conſ.3.à numer.35.libr.4. & conſil.19.libr. 1. D.Molina libr.2.de Hiſpanor.primogen. capit.7. à princip.notabiliter Bald. vbi ſupra, referens, & explicans plures confirma-

tionis

tionis diuiſiones, & ſpecies ad praxim perpetuò notandas, poſt alios Philipp.Dec. in rubr. de confirmati. interpretes,& ſchola communis Legiſtarum,in dict.l.& quia,& in l.more DD.Canoniſtæ poſt gloſ.per tex. ibi, in capit. quia diuerſitatem de conceſ.præben.& in c.2.ne ſede vacante.

10 Confirmatio quidem iuxta ſermonis proprietatem,& communem cõfirmationis diffinitionẽ, dicitur corroboratio iuris antea quæſiti, & rei iam exiſtentis,nonverò dario,aut cõceſsio de nouo:iuxta quem ſenſum, nec cõfirmans de nouo dat, neque eadem res ab eodem dari, aut concedi poteſt, & inſimul confirmari,teſte Felino in dict.cap.inter dilectos,numero 13.Bartolo,&omnibus in dict. l.& quia,qui plura inferũt ad praxim vtilia. Vndè dicta confirmatio in forma communi,quæ propriè, & ſimpliciter loquendo confirmatio dicitur, & quæ indubio facta intelligitur, vt reſoluit Philipp. Dec. contra plurimos in rubric.de confirmat.vtili,vel inutili, numero 1. & 3. Cardinal. in capit.ex parte,iuncta gloſ. verb. *confirmatione*,non quæ nulla ſunt,& quoad ius non exiſtunt,ſed valida confirmat,ius quæſitum corroborando, d. c.quia,d.c.2.c. examinata cum alijs, de confirmatione.

11 Altera tamen confirmatio,quæ dicitur ex certa ſcientia tantam vim habet,vt per eam actus iure nulli, dum confirmantur validi fiant, & de nouo incipiant quantum ad ius, & eius effectus, quæ refertur etiam ad ea, quę cum antea valida non eſſent,per confirmationem de nouo conceſſa, donataque fuerunt â Principe confirmante,iuxta dict.l. adoptio cum ſimilibus, tuncque actus dicitur confirmari, id eſt firmus fieri cum antea de facto tantummodo exiſtens eſſet infirmus tamen:ex quo actu de facto exiſtente, & confirmatione ſequuta, reſultat quidam actus maximi roboris, & firmitatis, vt tradiderunt Felin.vbi proximè numero 14. Bartol.& omnes in dict.l.& quia, Immol.& alij in dict.cap.inter dilectos expendentes,dict.l.ſi donatę,§.1.talisque confirmatio, quantumuis ex certa ſcientia minimè accipiẽda eſt, reſpectu iuris, aut effectus eiuſdem, etenim id quod in totum nullum eſt,nonpoteſt confirmari, ſed reſpectu facti, ſeu actus illius qui de facto præceſsit,& nunc idem confirmatur, vt conſiderarunt Immol.&Felin.proximè citati.

12 Quibus ita præſuppoſitis,& explicatis,patet iam quando dicimus non obſtante confirmatione poſſe communitates ſtatuta in ſuam vtilitatem facta,remittere,& relaxare:id intelligendum eſſe,non de confirmatione ex certa ſcientia,ſed de confirmatione in forma communi, quæ per ſe non ſtat, ſed ſemper acceſſoria eſt, actui principali, cui adijcitur, & quẽ ſequitur, ita vt eo ſecundum ius ſubſiſtente,ſubſiſtat,& proficiat ipſa confirmatio,corruente vero actu, corruat,& deficiat:iuxta tradita per Felinum in dict.capit.inter dilectos,numero 6.& ſcholam communem ibidem, probantque dicta iura in capit. examinata, cum multis ibidem de confirmation.vtili vel inutili,text.in ſpecie in dict.cap.inter dilectos, ibi, *ſi principale, &c.* iunctis præcedentibus.

13 De qua confirmatione loquitur, & intelligendus eſt, text. in eodem cap.inter dilectos,verſ. *cum ergo*, ibi, *confirmatorium*, & ibi, *nec acceſſorium*, dum docet confirmationem Imperatoris, de qua ibi, *conſeti factam in forma communi*, qua ratione dicta fuit acceſſoria actui principali, de

Digitized by Google

cuius confirmatione agebatur, aliter enim ſi cenſeretur confirmatio ex certa ſcientia, non eſſet acceſſoria, ſed per ſe ſubſiſtens, iuxta communem interpretum traditionem, per text.ibi in cap.1.in fin.de tranſaction.

14 E contra enim illud eſt ingenium confirmationis ex certa ſcientia, vt per ſe ſubſiſtat, & ſtet opereturque principaliter, licet actus cui adijcitur iure nõ ſubſiſtat, quę verè & propriè, & ſecundum iuris rigorem magis datio eſt, ſeu noua conceſsio, quam cõfirmatio, per text.in cap. quia diuerſitatem.de conceſsione prębend.cap. ex parte pen.vbi gloſ.3. & alij de cõſtitut.docuerunt Boſius in practi.titu. de Principe numero 354.& ſequentibus, Mandoſ.reg.22.Chancelleriæ, quæſtio.10.à numero 3.communem dicentes Philippus Dec. in rubric. de confirmatio.numero 3. Ioannes Crot.in l.omnes Populi, ff. de iuſtit. numero 117. Iaſ.in l. more, numero 34.Purpurat.82. Dec.22. ff. de iuriſdict. omnium iudicum, poſt gloſ.1. in cap.1.& gloſ.penult. per text. ibi, in cap.porrecta.de confirmatio.glo. penult.in princip. in l. luis verbis, C. de donatio. inter. & ſatis voluerunt Innocent.per text.ibi,in cap.dudum de decimis communiter receptus, teſte Felino in capit. cum veniſſent de teſtibus ad fin. & in c. qualiter el primero,numero 16.ad fin. de accuſat. Iaſ. vbi ſupra, numero 31. Deci. dict.nume.3.quidquid cõtradixerint Ioann.Andr. Anton.& alij,in capit. penult.de confirmatio.Abb.& nonnulli relati per Mandoſ. vbi ſupra, numero 10.& Dec. dictis locis falsò credentes,indubio confirmationem non cenſeri factam in forma communi,cum multo verius ſit,confirmationem ſimpliciter factam,indubio cenſeri non ex certa ſcientia, ſed in forma communi,quæ verè & propriè loquendo confirmatio eſt, non ſic illa quæ dicitur ex certa ſcientia, quę potius dationem nouamque conceſsionem importat,per ſe ſubſiſtit, & principaliter operatur, etiamſi actus cui adijcitur iure non ſubſiſtat, vt prædiximus, quibus ſatis manet reſponſum propoſitæ difficultati,& intellectum, de qua confirmatione fuerit ſermo noſter,quando dicimus quod ea non obſtante ciuitates, & Collegia liberè poſſunt ab ipſis condita ſtatuta, etiam confirmata per Principẽ remittere,& relaxare.

15 Ex qua doctrina, & concluſione infero ad extremum præſentis diſputationis, non videri tutam ſuperius â nobis allegatam Bartoli ſententiam in dict.l.omnes,numero 33. ff. de iuſtit. dum voluit quod ſtatutum communitatis inferioris confirmatum per ſuum ſuperiorem non poſſet remitti per ipſam communitatem, quando illa confirmatio ad validitatem ſtatuti foret neceſſaria: pugnat enim cum ſupra relatis fundamentis, quoniam illa confirmatio quantumcumque neceſſaria foret, ſemper tamen ſubſtinet vicem acceſſorij,non principalis, l. omnium, C. de teſtament. expendit Philipp. Dec.in dict. capit. cum acceſsiſſent, colum.2.verſic.*ſed tamen*,& tanquam acceſſoria minimè immutat primordialem naturam actus, imò eius naturam ſequitur, allegato capit. inter dilectos,verſ. *cum ergo*,de fide inſtrument.reg.acceſſorium in 6.& tradita per Bald.in d.l.ex placito,n.6.7. & 8. atque adeò reuocabile erit tale ſtatutum,confirmatione non obſtante.

16 Neque interierit, quod illa opus fuerit ad validitatem actus,in quo vi debatur Bartol. inſiſtere, & cum eo Felin.in dict.c.cum acceſsiſſent,n.3. omnes ex Dec. vbi ſupra,loquuntur, enim

enim contra expræssam iuris constitutionem in dict. cap. cum accessissent, vbi stò quod statutum de certo canonicorum numero, sine Papæ confirmatione, valere non poterat, vt aduertit glos. ibi ad verbum, *confirmatum*, nihilominus tamen confirmatione non obstante canonici, vt vniuersi statutum illud remittere potuerunt.

Summaria ad Controuersiam 7.

1 *Pacta reliquaque cõuentiones à lege naturali assumũt vim obligãdi, & lex humana naturalia vincula non dissolvit.*

2 *Probatur inductiue facto, ex contractibus, & conuentionibus contra leges, aut canones factis oriri naturalẽ obligationẽ, & intelligitur text. in l. si spõsus 9. §. si verò, ff. de donat. inter.*

3 *Adducitur sententia D. Tho. asserẽtis lege diuina prohiberi quẽquã violato simplici voto castitatis, aut religionis interim nubere, & valẽt pacta non solũ cõtra leges, aut canones, sed etiã aliquando contra legẽ diuinam, & naturalem celebrata.*

4 *Referuntur nonnulla iura asserentia pacta cõtra leges omnino improbari, & consideratione dignũ est aequiparari illa quæ pacta contra leges, ac constitutiones, & contra bonos mores.*

5 *In actibus cõtra legis prohibitionẽ oportet distinguere factũ ipsum naturale ab effectu, qui producitur secũdum leges ab ipsismet actibus.*

6 *Aliquando expedit impedire leges, ne aliquid fiat, aliquando quod non sortiatur effectum, quandoque quod nec fiat, nec effectũ habeat, & cuiusque membri exempla proponuntur.*

7 *Assignatur ratio quare circa alienationẽ bonorũ dotaliũ, non impeditur factũ, sed iuris effectus duntaxat, in interdicto verò de rebus Ecclesiæ, alienandis, vel non, & factum ipsum, et iuris effectus interdicta sunt.*

8 *Difficile erit rationem assignare, quare quando lex vtrũque simul factum, et effectum prohibet minimè contenta ipsius facti irritatione, rursus consueuerit pœnas adijcere contrafacientibus, cuius exempla assignantur.*

9 *Adducitur ratio propter quã leges vltra Decretũ irritans, & actus nullitatem pœnas adijcere consueuerint.*

10 *Omnes actus, sinè qui humanis legibus regũntur, sinè alij quadam habẽt, ad substantiam illorum spectantia, quædam verò quæ pertinent ad eorundẽ actuum accidentia, inter quæ planũ est longum versari discrimen.*

11 *Explicatur quid sit aliquid esse de substantia actus, cuius quædam exempla proponuntur.*

12 *Agitur de illis quæ veniũt extrinseus, id est de accidẽtibus, et circũstãtijs, quæ sunt circa essentiã, et substãtiã actuũ, quorũ subijciũtur exẽpla.*

13 *Præcepta, seu prohibitiones legum aliquando vendunt in substãtiam actus, aliquando in accidentia, seu circunstantias, & prioris membri subijciuntur exempla.*

14 *Referuntur exempla in quibus lex dirigitur, tantum in circunstantias actus loci temporis, aut modi.*

15 *Prohibitiones quæ tendunt in substantiam actus efficiunt actum non valere, quæ verò diriguntur in circunstantias, seu accidentia, non causant nullitatem actus, nisi lex adijciat Decretum irritans.*

16 *Inuane erit opponere Decreta irritantia, vbi legis prohibitio simpliciter in ipsum actum, seu in eius essen-*

Digitized by Google

tiam dirigitur.

17 In contractibus quando aliquid in substantialibus alteratur, dicitur nouus contractus.

18 Explicatur textus in l.3.in princip.ad iunctio §.huic adijcim°,C.de sententijs ex prob.loquo recurren.

19 Explicatur textus in l.hac consultissima in principio,& in §.ex in perfecto,C.de testam.nec non,& interdictum illud,de quo in c.sine exceptione 12.q.2.cum similibus.

20 Aliquando & sæpenumerò leges, aut canones, etiam solius circunstantiæ accidentalis actum ita prohibet, vt sola prohibitio sufficiens sit,vt irritum,& nullum iudicetur, quidquid in contrarium actum fuerit.

21 Subiungitur subtilis, & verus intellectus ad l.non dubium, C.de legibus & ad iuris regulã,quæ statuit, quæ fiunt contra ius debere pro infectis haberi.

22 Confirmatur supra dicta ex glos.verb. sacramenti, in authent. decernit, C.de recept.arbitr.& ex Bald.ibidẽ n.2.& in d.l.non dubium,n.15.

23 Referuntur quædam verba Rassonis in confirmationẽm propositæ doctrinæ.

24 Facta contra leges disponentes circa actum essẽtialia,aut simpliciter,& absolute ipsosmet actus prohibentes, quãtum attinet ad iuris effectus nullius momenti sunt.

25 Quando leges de accidentalibus agunt actus illos circa quos disponit minimè vitiãt,nisi expressè irritauerint.

26 Ea quæ facti sunt pro infectis haberi non possunt.

27 Infertur ex dictis non inelegans declaratio ad c.fi diligenti cum suribus similibus.

28 Quotiescunque lex per actus affirmatiuos,aut negatiuos bonum commune subditorum intendit,omnes quidem præcepto legis obligantur, & illius executores sunt.

29 Si homines possũt ita prohibere, vt gesta in contrariũ nullatenus valeant, igitur multo potẽtior erit ipsa lex, eiusque præceptũ,& prohibitio.

30 Clerici rũ.si paciscantur expressè, quã si tacitè se fore paciscant dicẽtur infringere canonum prohibitiones, atque præcepta.

31 Quando præceptum aut prohibitio legis,simpliciter absolute per se,& in vniuersum in totũ actum dirigitur, ita vt nullo modo valere nellit,non obstante adiectione pœnæ, quæ in cõtrarium gesta fuerint nullius erunt momenti.

CONTROVERSIA 7.

Vtrũm priuatorum conuentiones contra leges, aut canones factæ valeant.

BEatus Thom.cõcertatricis Theologiæ facilè Princeps 2.2.quæstio. 88.artic.3. apertè docuit secũdum honestatem , ex qualibet promissione hominẽ homini obligari,& hãc obligationem esse naturalẽ, tradiderant antea Iurisconsulti,legũque cõditores,docẽtes generaliter omnẽ promissionẽ,& cõuentionẽ,in qua fides datur naturali iure obligare,sic Vlpian.in l.1.ff. de pact. l.cum

l.cum amplius,§.luis natura debet,cu ius fidem sequuti sumus, ff.de regul. iuris,l.1.ff.de constituta pecunia. Se cundum quæ relinquitur planum, & apertum pacta reliquasque conuentiones à lege naturali assumere vim obligandi,manifestum autem similiter est , legem humanam naturalia vincula non disoluere , igitur actus contra leges humanas gesti,verè sub sistunt validęque erunt cõuentiones contra leges,aut canones celebratę.

2 Quod si inutiles,& innanes essent, nec naturalem producerent obligationem,cum id quod nullum est,nul lũ producat effectum,reg. non præstat de regul.iur.in 6.l.an inutilis 8. in princip. ff. de acceptilation. l. quæcumque 10.ff.de actioni. & obligation. ibi , *inanem nostrum actum* , &c. & ex eo docuit Consultus in l. si spõsus.9.§.si verò,ff.de donation. inter. ex promissione facta ab vxore creditori mariti , ex causa donationis, nec maritum liberari, nec fideiussorem obligari, quia ex ea inutili promissione, non fuit orta naturalis obligatio, iuxta l.1.& l.stipulatus.7. in princip.ff.de fideiussoribus, facit lex si non sortem, §.libertus, ff. de condict.indebiti.Etenim si sola subsisteret naturalis obligatio,planè fideiussor obligaretur , at generaliter conuentiones omnes, & actus contra legem facti,naturalem producunt obligationem: igitur validi sunt, atque subsistunt : quod verò ex contractibus , & conuentionibus contra leges,aut canones factis,oriatur naturalis obligatio inductione facta per aliquos actus, facilè conuincitur , si obserues cum D. Couarruu. in cap. cum esses,de testament.nume. quinto,& pluribus ab eo relatis , ex testimento minus solemni facto contra legem dari obligationem naturalem per apertissima iura in l. vltim. C. ad legem falcidiam,l. fideicommissum, C.de condict.indebiti,l. in testamẽto,ff. de fideicommissarijs libertatibus. Rursus ex stipulatione alteri facta, quæ lege prohibetur,nascitur naturalis obligatio, per quam pœna adiecta substinetur,l.stipulatio ista. 38. §.alteri in fin. ff. de verborum obligation. vt ibidem obseruarunt Bartol.numero 5.& 8. & interpretes cõmuniter teste Ias. numero 16. post glossam,verb.*conuenier*, in dict. §. alteri in fin.Ioann.Gutierrez de iuramento, 1. part. capit. 36. numero 5. post Couarruu.in capit.quamuis pactum,2.par.§.4.numero 4. Ergo rectè procedit argumẽtũ, quod interim euincere videtur valere conuentiones omnes contra leges,aut canones factas.

3 Præterea idem B.Thom.dict. 2.2. quæstio.88.artic.3.manifestè nos docuit,lege diuina prohiberi quemquã violato simplici voto castitatis, aut Religionis interim nubere,& tamen videmus valere matrimonium celebratum, ab his qui tali voto sunt obligati, vt patet ex capit.sicut.22. de sponsalibus,vbi sponsalia de futuro iuramento confirmata per matrimonium cum alia celebratum dirimuntur,cùm tamen lege naturali teneantur priori fidem, & iuramentum seruare,l.1.ff.de pact.Pariter etiam ferè innumera in medium adduci possunt exempla de conuentionibus validis,humanis legibus aduersantibus capit.primo cum sequentibus de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ,l.secunda,§.viduum, ff.quando appellandum sit,l.vltim.in princ.iuncto verb.*nam quia*, ff. de diuorcijs,ita vt abierit in proberbium, *multa fieri prohibentur , quæ tamen facta tenent* , capit. ad Apostolicam

Digitized by Google

de regularib.vnde deduci videturva lere pacta,non ſolũ contra leges,aut canones,ſed etiã aliquando cõtra le gẽ diuinam, & naturalem celebrata, cum illi actus dicãtur, & ſint legibus contrarij,qui per leges diuinas, aut humanas prohibentur, c. ſi diligenti de foro compet.ibi,*contra canonica Inſtituta*,l.contra legem 29.ff.de legib. l.non dubium. C.eodem.

4 Nihilominus Antoninus Imperator improbauit omnino, pacta, quæ contra leges,conſtitutionesque, vel contra bonos mores ſiunt, dicens in dubitati iuris eſſe,ea nullã vim habere,vt in l.pacta quæ contra.C.de pactis,cõſonat tex.in l.non dubium.C. de legib.& principium, quibus alienare licet, & in l. generaliter, cum l. ſequenti,ff.de verbor. obligation. vt ſi paciſceretur quis de pupilla in vxorem ducenda contra Imperatoriam conſtitutionem,in l.1. C.de interdicto matrimonio,vel aliquo modo faceret contra alteram cõſtitutionẽ,de qua in l.1.C. ne liceat potẽtioribus, vel aduerſetur bonis moribus, iuxta mentem gloſæ,in d.l.pacta, quæ contra.verb.*contra bonos mores*,&denique omnes in vniuerſum conuentiones pacta,atque tractat⁹,cõtra leges, aut canones factos,nullius momẽti eſſe voluerunt Bonifac. in c. non ſolum de regular.in 6.reg.quæ contra.eod. lib.& Innocent.in d.cap.ſi diligenti, qui expreſſẽ reiecit innita pacta contra canonica Inſtituta: nec mirum cum facta contra ius debeant vtique pro infectis haberi, eodem Bonifacio teſte in dict.regu.quę contra,64. in ordine.Atque illud conſideratione dignum eſt,equiparari in iure pacta contra leges, ac conſtitutiones, & contra bonos mores, quaſi idem vitium habeant conuentiones legibus contrariæ, ſicuti ſi bonis moribus aduerſarentur, dict.l. pacta, quæ contra, vbi æquiparata fuerunt tria genera conuentionum,ſcilicet contra leges,contra conſtitutiones,&cõtra bonos mores:ex quib⁹ pro vna & altera parte cõſideratis,vtrinque manet anceps, & dubia propoſita controuerſia.

5 Pro cuius reſolutione in actibus contra legis prohibitionẽ oportebit diſtinguere,factũ ipſum naturale ab effectu,qui producitur ſecũdũ leges ab ipſismet actibus. Etenim quæ neceſsitate quadã naturæ perficiuntur, legis Imperio nõ ſubſunt,&ideò quãtũuis leges hominũ facta prohibeãt, haberi non poterũt pro infectis, c. ſi Pauli ad medium, 32. q. 5. l. verum 31.ff.de reg.iur.l. denique 19. in fin. ff.ex quibus cauſis maiores, vndè interpretaueris Iuliani reſponſum in l. fin.ff.de diuorcijs,& repudijs,ibi,*non infectum videtur effeciſſe diuorcium*, id eſt quatenus de facto proceſsit.Si autẽ in actibus cõſideremus effectũ,ſecundũ leges productũ, quia talis effectus legi ſubijcitur, ſimul & cauſa efficiẽs eiuſdẽ, benè poterunt actus contra leges geſti ob publicam vtilitatem irritari, & pro infectis haberi, iuxta iura vulgaria ſic intelligenda, in d.reg.quæ contra, l.non dubium, C.de legib.

6 Conſiderabis præterea expẽdire, aliquãdo optimæ Reipublicæ gubernationi,tam inter ſæculares, quã inter Eccleſiaſticos,vt per leges impediatur ne aliquid fiat,aliquãdo quod non ſortiatur effectum, quandoque quod nec fiat, nec effectum habeat; ſi lex ſolum factum prohibeat, conſueuit pœnam abſque nullitate imponere,cum ſolum effectum interdicit ſtatuere ſolum nullitatem: cum denique vtrumque intendit,nullitatem & pœnam, ſimul decernere ſolet.Quam diuiſionem ſubtilioreḿq; doctrinam, quis non videt exempla

requi-

requirere, quo facilius intelligatur. Etenim quando lex prohibet, aut delictum, aut aliquid ſecundum circunſtantias accidentales pœnam adijciens, ſignum eſt expedire Reipublicæ, ne aliquis actus, nec de facto perpetretur, quando verò impedit effectum dumtaxat, innuit factum ipſum nullum detrimentum afferre, & ſolum oportere effectũ impediri, quoniam nullum damnum in Rempublicam, neque in ſubditos redundabit, ex eo quod contractus, iuditia, ſcripturas, teſtamenta, ſub certis formis & ſolemnitatibus fieri iuſa de facto fiãt ſine illis: ſimiliter neque ex eo quod mulierum bona dotalia diſtrahantur, quæ alienari non patiuntur leges, quę ſolum intendunt ob publicam vtilitatem, & bonum inferiorũ, ne tales actus de iure ſortiantur effectum, minimè curantes, quod de facto fiant, vel non fiant. Tandem leges, tunc demum (vt diximus) vtrũque, ſcilicet (tam factum, quam effectum) prohibent, quando vtrumque præiuditium afert Reipublicę, vel ſubditis, in quorum fauorẽ facta fuit prohibitio, ob quod vitandum oportuit per legem, non modo iuris effectus, ſed etiã facta ipſa impediri: verbi gratia, quando prohibetur matrimonium gradibus prohibitis, aut ab his, qui in ſacris conſtituti ſunt, vel quando res Eccleſiæ vetantur alienari, abſque ſolemnitate: in quibus profectò, & ſimilibus interdictis, nõ ſolum iuris effectus, qui ſecundũ leges ab actibus proficiſcerẽtur, ſed facta etiam ipſa interdicuntur, & merito, neque enim ſolũ oportebat, quod matrimonia in gradibus prohibitis, ſeu à ſacerdotibus celebrata, nõ ſortirentur effectum: verumetiam quod minimè de facto fierẽt: matrimonia quidem propter malum exemplũ, & ſcandalum, quod ſuboriretur ex ſola perpetratione facti: alienationes verò propter periculum, ne forte ſi Prælati deſides, & negligentes exiſterẽt in reuocandis alienationibus rerum Eccleſiæ, contingeret ipſius bona ſemel diſtracta ad dominiũ, & poſſeſſionem Eccleſiæ numquam redire.

7 Quod ſi rationẽ exigas, cur circa alienationes bonorũ dotaliũ, nõ impeditur factum, ſed iuris effectus dũtaxat (vt nuper dicebam) in interdicto verò de rebus Eccleſiæ alienandis vel non, & factum ipſum, & iuris effectus interdicta ſint, ex proximè dictis facilè reſpondebo, quoniam leges prohibentes rerum dotalium alienationem, mulierum vtilitatem reſpexerunt, non tam bonum ipſius Reipublicæ: Secus in interdicto rerum Eccleſiæ, quo id potiſsimum intenditur, vt Eccleſiarum bona conſeruentur, præcipuèque publica vtilitas inſpicitur. Præterquamquod factum ipſum alienationis bonorum mulierum, nullum detrimentum, cõſiderabile afferre poteſt Reipublicæ, aut ipſismet mulieribus, at factum alienationis bonorum Eccleſiæ, vt vidiſti damnoſum, & periculoſum foret Eccleſijs, ſi non prohiberetur.

8 Planè leges, aut canones factum aliquod, ſeu delictum interdicentes, pœnam dumtaxat adiungere ſolent, abſque nullitate: è cõuerſo tamen ſi iuris effectum ſolum impedire intendant, pœnis minimè vtuntur, ſed procedunt ſimpliciter, aut directè actum prohibendo, aut expreſſè irritando, & difficile erit rationem aſsignare: quare quãdo lex vtrumque ſimul factum, ſcilicet & effectum prohibet, minimè contenta ipſius facti irritatione, turſus conſueuerit pœnas adijcere contra facientibus, vt videmus in clericis fori immunitate gaudentibus, quibus non ſolum fuit præceptum impoſitum, ne paterentur

coram ſæcularibus conueniri,ſed ad iecta pœna ſi iudicium ſæculare ſpõte adierint, vt conſtat ex text.in vulgato cap.ſi diligenti de foro competent. ibi : *alioqui cauſam perdant, & à communione habeantur extranei*, & inferius ibi,*locum ſuum amittant*,&tandem ibi, *in ciuili verò perdant, quod euicerint ſi locum ſuum maluerint obtinere*, & in contrahentibus inceſtas nuptias,ſeu matrimonium in gradibus prohibitis,vt in toto titu.C.de inceſtis nuptijs, & in clemen. vnica de conſanguinit. & affinit. & in alienation. rerum Eccleſiaſticarum, vt in capit. ſi quis presbiterorum de rebus Eccleſiæ,quibus in locis,leges, aut canones non ſolum actus ipſos irritarunt, & annullarunt, quominus ſolitos producerent effectus,ſed pœnas prohibitionibus adiunxerunt, vt earum metu ſubditi perterriti à factis arcerẽtur,& tale quid perpetrare nullatenꝰ auderent.

9 Ratio autem propter quam, vltra Decretum irritans, & actus nullitatem,pœnas adijcere conſueuerint, ea eſſe poteſt,quia non ſolum ex effectu iuris,ſed ex facto ipſo magnam cladem, damnum, & detrimentum redundaturum in Rempublicam crediderunt, ſi de facto incæſtæ nuptiæ contraherentur,aut alienarentur res Eccleſiæ,aut clerici Tribunal ſæculare adirent: &,in ſpecie,quia perniciоſum erat Reipublicæ, quamuis actus non valerent, ſi de facto perpetrarentur, ideoque operepretiumLegislatoribus viſum fuit, ſi dum factum,& effectum in actibus prohibebant,præter prohibitionem, & irritationem,pœnas quoque adiungerent ſalutares:& in quãdam ſummam præfata reducendo illud oportebit memoria tenere, quod ſi leges, aut canones factum prohibere intendant, pœnam abſque nullitate imponunt, eum ſolum iuris effectum ſolam nullitatem ſtatuunt,eum vtrumque,nullitatem,& pœnam decernunt,vt experiri poterit lector optimus, ſi cum iudicio per ſingulas leges, Pontificũque Decretales,& Conciliorum Decreta percurrat.

10 Rurſus pro intelligentia noſtræ principalis controuerſię,lectorẽ admoneo vnum,quod ſuperius me tetigiſſe memini,neſcio, an in præcedenti quæſtione,id eſt omnes actus, ſiuè qui humanis legibus reguntur, ſiuè alij quædam habere,ad ſubſtantiam illorum ſpectantia,quædam verò,quæ pertinent ad eorundem actuum accidentia: inter quæ planum eſt longum verſari diſcrimen ad variorum iurium intelligentiam,negociorumque faciliorem expeditionẽ, non leuiter conducens: ideoque vtile erit,pariter & neceſſarium diuiſionem hanc,rerum quæ reperiuntur in actibus indigitis(quod aiunt) conſtituere,nec non per exempla demonſtrare ab ipſis iuris conditoribus petita,quo facilius intelligantur.

11 Prius tamen oportebit dignoſcere illa eſſe de ſubſtantia actus, quæ à principio ſecundum eorum naturam & inſtitutionem, ſic ſtabilita conſtitutaque ſunt, vt nullus actus eiuſdẽ ſpeciei, ſine illis exiſtere poſsit, vel in eſſe produci,quippè vel iure gentium,aut ciuili ſic inuenta ſunt, vt in illis ipſimet actus ſubſiſtant, aut per illa fiant,illis verò deficientibus corruant,& innanes ſint. Planè indubitati iuris eſt teſtamenta minimè conſiſtere poſſe, abſque hæredis inſtitutione,l.hæredes, ff. de teſtament. ſicuti ſocietatem,ſine bonorum communicatione, l.1. ff.pro ſocio, & ſtipulationem ſine interrogatione, & reſponſione,l.1.ff.de verborum obligation.neque locationem ſine mercede,l.2.in princip,ff,locati, nec denique

nique venditionem, ſine re & precio, iuxta text. in §. pretium Inſtit. de empt. & vendit. & in l. hæc venditio cum ſequentibus, ff. eodem, quæ quidē omnia, quia adeò intrinſeca ſunt ipſis actibus, vt ſecundum ſuam naturam, & inſtitutionem, nec exiſtere, neque in eſſe produci valeant, abſque illis, inſuper, & reperiatur in omnibus actibus eiuſdem ſpeciei meritopertinent, & pertinere dicitur ad ſubſtantiam, & eſſentiam eorundem actuum.

12 Secus verò philoſophandum erit de illis quæ veniunt extrinſecus, id eſt de accidentibus, & circunſtantijs, quæ ſunt extra eſſentiam, & ſubſtantiam actuum, & licet reperiātur in aliquibus actibus eiuſdem ſpeciei, non tamen in omnibus. Etenim vt ſimiliter vtamur exemplis ab ipſis iuriſprudentiæ fontibus deſumptis, accidens eſt, & non ſubſtantia in teſtamentis, ſolemnis ille numerus ſeptem teſtium, & alia de quibus in l. hac conſultiſsima, C. de teſtament. conſtat namque tales ſolemnitates non reperiri in omnibus actibus eiuſdem ſpeciei, quandoquidem militare teſtamentum, ad pias cauſas, inter liberos, & ſimilia, tantam ſolemnitatem non requirunt. Pari etiam ratione ad accidens pertinet non ad ſubſtantiam venditionum, ſeu donationum rerum minoris, Decretum illud iudicis, tutorisque authoritas, de quibus in cap. ſine exceptione 12. quæſt. 2. & in cap. 2. de rebus Eccleſiæ, lib. 6. ob eandem rationem, quia talis ſcilicet ſolemnitas non inuenitur, neque requiritur in alijs actibus eiuſdem ſpeciei, cum aliæ donationes, ſeu vēditiones, regulariter iudicis Decretum, aut alicuius authoritatem non expoſcant. Quantumuis præterea interdictum ſit matrimonium, ſine denuntiationibus publicis, iuxta Tridentini Decretum, ſeſ. 24. de reformation. matrimonij, capit. 1. & antea in cap. cum inhibitio de clandeſtin. deſponſat. nihilominus non pertinent ad ſubſtantiam, ſed ad accidens illius, quemadmodum interdicta illa, quod lite pendente, aut tempore feriarum non celebrentur matrimonia, de quibus in cap. capellanus de ferijs, & in toto titulo de matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ, & in Tridentino vbi proximè cap. 10. quære vera inter talium actuum accidentia annumeranda ſunt, & nullatenus ad ſubſtantiam ſpectant, vtpotè quæ minimè reperiuntur in omnibus actibus prædictarum ſpecierum, vt ſingula relata exēpla oſtendunt manifeſtè, & ſic inter ſubſtantialia nullatenus referri valent, quod animaduertere inutile non erit, vt deinceps non miſceamus, neque confundamus in cauſē, illa quæ ſunt de ſubſtantia cum illis, quæ ſolum pertinent ad accidentia, cum ipſimet iuris authores ſeparantes certa ab incertis, ſubſtantiam ab accidentibus facilè diſtinguant, proficuumque etiam eſſe poſſit ad cauſarum certam & indubitatam reſolutionem.

13 Quibus ſic præhabitis pro faciliori quæſtionis intelligentia, tandem præmittimus, præcepta, ſeu prohibitiones legum aliquando tendere in ſubſtantiam actus, aliquando verò in accidentia, ſeu circunſtantias: tunc certè dicemus dirigi præceptum, aut prohibitionem in ſubſtantiam actus, quoties verbis expreſsis decernit aliquid, circa ea quæ ſubſtantialia ſunt, veluti circa pretium in emptione & vēditione, in locatione mercedem, in ſocietate bonorū cōmunionem, in ſtipulatione reſponſionem, & interrogationem, in teſtamēto inſtitutionem hæredis, & ſic de reliquis, in

quæ

quæ omnia & singula si ordinetur legis prohibitio, tēdet proculdubio in substantiam actus.

14 Si tamen lex, aut eius prohibitio, siuè præceptum minimè tendat in essentialia actus, nec circa substantialia disponat, sed dirigatur tantum in circunstantias loci, temporis, aut modi, dicetur lex ordinari in accidentia, & circunstantias quas prohibet, aut præcipit fieri, vel non fieri, intactis relictis, tam ipso actu, quam substantialibus eius, vt quando legis prohibitio, siuè præceptum dirigitur in publicas denuntiationes, non disponens circa actū matrimonij, vel quādo tendit in tempus, locum, aut modum ipsorum actuum, sicuti quando disponit circa iudicis Decretum, authoritatem tutoris, in venditionibus, seu donationibus rerum minoris, circa numerum testium, in testamentis, aut alias actuum solemnitates, quæ pertinent ad accidentia, & substantiam non attingūt, quibus in casibus in accidentia dirigitur lex, & minimè tendit in substantialia.

15 Vndè proficiscitur elegans, neque inutilis ad praxim differentia, inter relata duo prohibitionum genera, vt quæ tendunt in substantiam actus, eo ipso efficiant actum contra legem factum proculdubio non valere, ea philosophica ratione, quod fieri non possit, vt actus existat eius substantia, seu aliquo substantiali deficiente, quare respondere cogimur, actum venditionis, sine certo pretio irritum esse, locationis, sine mercede, societatis sine communicatione bonorum, & sic in reliquis proximè relatis exemplis. Quæ verò diriguntur in circunstantias, seu accidentia, præcipiendo, aut prohibendo aliquid circa tempus, locum, seu reliquas solemnitates, non causant nullitatem actus, nisi lex adijciat Decretum irritans: quinimò Decreto irritante non adiecto valebit actus, in quem minimè dirigebatur præceptum legis, sed solum in circunstantias accidentales, vt supponitur: qua propter cum alias valeant actus etiā, si aliquod deficiat accidens, vt videmus in matrimonio contracto, contra interdictum Ecclesiæ, aut absque publicis denuntiationibus, & in alijs exemplis accidentium, quorum proximè meminimus, sic etiam prohibitis circunstantijs, non minus valebūt actus ipsi, quidquid fuerit actum in contrarium, quam valere solent, si accidentia deficiant, quia verbi gratia, lex non prohibet ipsum matrimonium, sed ne fiat tali, vel tali tempore, aut sine illis solemnitatib°, in quo casu si lex non adiecerit Decretum irritans, subsistinebitur actus ipse, prohibitione circunstantiarum non obstante.

16 Quo fit vt Imperatores, Iurisconsulti, & Pontifices Maximi prohibentes circunstantias actuum, & acriter præcipientes fieri, vel non fieri, hoc vel illo modo in certo loco, vel in tali tempore: non contenti præcepisse, & prohibuisse, adijcere consuerint Decreta irritātia, sine quib° (præceptis & prohibitionib° nō obstātib°) subsistinerētur vtiq; actus, quæ Decreta irritantia innane foret opponere, vbi legis prohibitio simpliciter in ipsum actū, seu in eius essentiam dirigeretur.

17 Vndè etiam fieri solet, vt in contractibus quando aliquid in substantialibus alteratur dici soleat nouus contractus, iuxta tradita per Cornei consil. 235. num. 9. libr. 2. Cæsarem de Grassis decis. 1. num. 31. & 32. de cōfessis, & noua vocatio quando aliquid de nouo illi additur in substantialibus, l. Valerianus, ff. de Prætorijs stipulation. l. cum in plures, §. lege

ge dicta, ff. locati, Tiraquel. de retract.lignag.§. 1.gloſ.18.num.35.vbi plura adducit,tradit Rota deciſ. 160. nume.9.par.2. diuerſorum, & multa adduxit in propoſito doctus Hieronym.Gonçalez ſuper regu.8. Chancell.gloſ.9.nume.9.10.11.& ſequentibus.

18 Ex quo ellegantes ſuboriuntur interpretationes ad nonnulla iura, & in primis interpretor text. in l. 3. in princip.adiuncto §. huic adijcimus, C.de ſententijs,ex breuiloquo recitandis,vbi poſtquam prohibitæ fuerant ſententiæ,abſque certis ſolemnitatibus pronunciatæ,fuit adiectum Decretum irritans, vt ſententia aliter lata,non ſolum non teneret, ſed nec ſententiæ nomen mereretur,ſentiens non ſufficere præcedentem legis prohibitionem ad ſententias irritandas,quia prohibitio tẽderat in accidentia,non verò in ſubſtantiam actus.

19 Interpretor etiam text. notiſsimũ in l.hac conſultiſsima in prin.& in §. ex imperfecto,C.de teſtam.vbi cum initio lex illa accidentales quaſdam ſolemnitates in teſtamentis ordinandis ſtatuiſſet,ſubiunxit poſtea, *ex imperfecto teſtamento defuncti voluntatem tenere non volumus*, ſic planè oſtendens,quod niſi expreſſè teſtamẽta irritaſſet,ſinedubio valuiſſent,etiã neglectis ſolemnitatibus: ea profectò ratione, quoniam legis prohibitio,quæ de accidentalibus agebat ad infirmandum teſtamentum non erat ſufficiens. In eodemque intellectu capiendum eſt interdictum illud, de quo in cap. ſine exceptione 12.q.2. cum ſimilibus,& paſsim quam plurima iura in quibus leges non contentæ prohibuiſſe,nonnulla accidentia actuum,Rurſus interponunt Decretũ irritãs,ſi ſolemnitates fuerint omiſſæ,quoniã etiam illis non adiectis actus valerent,vt liquidò conſtat ex proximè relatis exemplis,& conſtabit optimis lectoribus,qui per vtrũque ius percurrentes,id cum iudicio voluerint obſeruare.

20 Illud autem aſsidua conſideratione dignũ ſemper iudicaui,ſolere aliquando & ſæpènumerò leges, aut canones,etiam ratione ſolius circũſtantiæ accidentalis, actum ita prohibere,vt ſola prohibitio ſufficiens ſit, vt irritum,& nullum iudicetur,quidquid in contrarium actum fuerit,ſcilicet,ſi lex ſimpliciter & abſolutè, ſiuè in vniuerſum actũ prohibeat, aut inter aliquos, ita tamen vt nullo tempore,vel modo fieri vellit,veluti cõtingit in Decreto Conciliari,de quo in c.non debet de cõſanguinit.& affinit.quod vetat inter cõſanguineos, aut affines matrimoniũ celebrari: licet enim ratione illius circunſtantiæ conſanguinitatis, aut affinitatis prohibitio facta ſit:attamen quia lex abſolutè actum prohibuit, ita vt nullo pacto id fieri ſinat,planè talis prohibitio in totũ actum dirigitur, ac per conſequens ſi fiat non valebit, toto enim actu indiſtinctè prohibito,tota eius ſubſtãtia prohibita cẽſetur: imò ſi verum amamus, & lector perdoctus attentè conſideraverit,facilè deprehendet ex tali prohibitione, omnes quidem cauſas efficientes inhabiles reddi ad ſuos effectus producẽdos,propterea quod lex totum actũ inhibendo,omnes eius cauſas efficientes,&quidquid ſub eiuſdem legis poteſtate cadit,reddit inhabile ad eum actum producendum, ac ſi expreſſè Decretũ irritans adieciſſet,ita vt ſimplex,abſoluta,vniuerſalis, & indiſtincta legis prohibitio, & quæ vult, vt nullo tempore,vel modo actus fiat, tantam vim habeat, quantã haberet expreſſa clauſula Decreti irritantis, etiamſi ratione ſolius circunſtantiæ

actus

actus prohibeatur, nec talis prohibitio ordinetur in ſubſtãtialia,eſt enim magna vis prohibitionis totius actus ſimpliciter,abſolutè,per ſe,& in vniuerſum factæ.

21 Quam ſubtilem pariter, & elegantem doctrinam didicimus á Theodoſio Imperatore,ſic deinceps intelligendo, in omnibus nota, l. non dubium,C.de legib.qui cum olim ante ipſum difficilè foret intelligere:quãdo actus cõtra legum prohibitiones facti nonvalerent,vbi leges non diſponebant,expreſſè circa eſſentialia, ſed ſolum prohibebãt:omnem auferens dubitationis anſam declarauit in poſterum,ſatis eſſe ſi à lege prohiberentur actus, vt quaſi legibus contrarij non valerent, ea (vt ego interpretor)iuridica conſideratione,quia ſermonem inſtituebat Theodoſ. de prohibitione indiſtinctè,ſimpliciter, & abſolutè , aut in vniuerſum facta: tunc enim lex actum prohibet , cum ſimpliciter prohibet, verusque ſenſus illius Imperatoriæ conſtitutionis talis eſt (iudicio meo) vt ſermo ibi fuerit de ſimplici & abſoluta prohibitione,quæ in ipſum actum dirigitur.Etenim ſi attendas quando leges agunt de circunſtantijs , actus ipſos non prohibent,ſed ſolas circunſtantias.Vndè mirum non eſt,ſi prohibitionibus ſimpliciter per ſe,& indiſtinctè in actus ipſos directis & ordinatis,quidquid in contrarium actũ fuerit,irritum ſit & innane. In eodemque intellectu accipienda eſt iuris regula,quæ ſtatuit,quæ fiunt contra ius debere vtique pro infectis haberi,vt illud verbum , *contra ius*, intelligẽdũ ſit,id eſt contra legis prohibitionem, tendentem in totum actum ſimpliciter,abſolutè,& in vniuerſum factam, per quam ſtatuitur quidpiam generaliter,aut inter aliquos, nullo tempore,vel modo fieri.

22 Verum inſurget curioſus aliquis fatendo,quæ proximè dicta ſunt,ſubtili ſanè indagata diſcurſu, ſi authorem aliquem haberent,ſeu iuris fundamentum,quo nitterentur: cui facilè auferemus ſcrupulum,ſi vt omnes intelligant præfatam doctrinam authore non carere,in mediũ adduxerimus gloſſam celebrẽ in authen.decernit verb.*ſacramenti*, C. de recept. arbitr. ibi, *quia contra legem factum eſt*, & rurſus,ibi, *quaſi forma, ſeu qualitas arbitri,ſit improbata non ſubſtantia* , & tandem,ibi,*nam compromitti non eſt prohibitum,ſed ſic compromitti prohibitum eſt*: quibus verbis gloſſam illam rectè, & ſubtiliter intelligenti , ſatis exprimitur prædicta iuris Philoſophia,nuper á nobis tradita,quam etiã amplexus eſt , ſapientiſsimorũ Magiſter Bald. in d.authen.decernit.num.2. & in d. l.non dubium,num.15. vbi expreſſè nos docuit diſtinguere, inter prohibitionem circa ſubſtãtiam actus,quo caſu dixit contractum non valere,& circa qualitatem,& tunc valere affirmauit,ſubiungens non obſtante prohibitione legis,quæ prohibet dolum committi,nihilominus etiamſi dolus committatur contractum ſubſiſtere, quia talis prohibitio non erga ſubſtãtiam,ſed circa qualitatem actus verſatur.

23 Pariter etiam Iaſſon in eadem l.nõ dubium,n.20.eodem fuit vſus diſcurſu,ſeu diſtinctione,his verbis , *attende*(inquit Iaſ.)*quando lex prohibet ſubſtantiam ipſius actus, vel ipſius contractus: ſecus eſſet,ſi lex ſolum prohiberet qualitatẽ in aliquo actu, vel contractu, tunc actus factus contra legem non eſt nullus, imò valet,&c.*quę ibidẽ ſequũtur,ad quæ libẽter doctum lectorem remitto, qui facilè percipiet dictã gloſſam Bald.& Iaſonem in citatis locis antea tradidiſſe,quæ nos ſuperius retulimus,vera illa quidem,& nec rationis, nec iu-

ris

ris authoritate deſtituta.

24 Quibus longius quã par erat præ-libatis, tribus concluſionibus quęſtio-ni principali facilè reſpõdetur. Prior ſic ſe habet, facta contra leges diſpo-nentes, circa actuum eſſentialia, aut ſimpliciter & abſolutè ipſosmet ac-tus prohibentes, quantum attinet ad iuris effectus nullius momenti ſunt. Quæ propoſitio ex animaduerſis in antecedentibus pręludijs, ſatis proba ta confirmataq; manet, & nec proba tione, neq; explicatione indiget, niſi repetitionis viciũ velim⁹ cõmittere.

25 Ex qua per contrariũ oritur cõclu ſio ſecunda, eidẽmet quęſtioni reſpõ ſiua, quæ ſub ſequenti verborum the nore cõtinetur. Quando legum pro-hibitiones in circunſtantias acciden tales diriguntur, ſeu quãdo leges de accidentalibus agunt, actus illos cir-ca quos diſponunt, minimè viciant, niſi expreſſè irritauerint.

26 Denique ſit tertia concluſio certa & indubitata, quæ ſtatuit, ea quę fac-ti ſunt pro infectis haberi non poſſe, quæ duæ vltimæ propoſitiones, quẽ-admodum, & prior illa principalis cõ cluſio certiores profecto ſunt, ex ſu-perioribusque magis cõfirmatæ ma-nent, quã vt vlla probatione, aut con firmatione indigeãt. Etenim ex pro-ximè notatis clarę, atque perſpicuę relinquuntur: ex quibus etiã facilè di lui intelligique poſsũt, quæ initio hu ius quæſtionis propoſuimus argumẽ ta, quorum vnũquodque procedit it ſuis terminis, & adhibita diſtinctio ne, iuxta dictas tres concluſiones, de prohibitione, quæ dirigitur in ſubſtã tiã actus, vel etſi fiat ratione circunſ-tantiæ, tendit tamen in totũ actũ ſim pliciter per ſe, & in vniuerſum, & quę in circunſtantias accidentales ordi-natur: facilè erit omnia & ſingula, quæ propoſita ſunt ad cõcordiã redu cere, vt præfatis cõcluſionibus mini-mè obſtent, aut contradicant.

27 Plura etiã vtilia pariter & ſubtilia, ex ſupra reſolutis inferri poterant, quia tamen in idẽ recidunt vnica il-latione contẽtus, reliqua ſilentio prę teribo, quæ facilè lector ex tradita re ſolutione poterit auſpicari. Infertur igitur non inelegãs declaratio ad c. ſi diligenti de foro compet. cũ iuri-bus ſimilibus, vt quãtumuis in illo ce lebri præcepto negatiuo clericis im-poſito de nõ adeundo ſæculari iudi-ce, nõ adeſſet ratio boni publici, quã ibidẽ conſiderauit Innocent. nihilo-minus tamẽ clerici adire nõ poſſent iudicẽ ſæcularẽ, neq; fori priuilegio renũtiare, ea potiſsimũ ratione, quia talis prohibitio omnib⁹ & ſingulis cle ricis impoſita eſt, & in omnes & ſin-gulos dirigitur, vt ex ſacris canonib⁹ ſimpliciter & abſolutè huiuſmodi pa ctiones prohibẽtibus, itavt à nemine vllo caſu fieri voluerint, pluſquam li quido conſtat, c,2. de foro compet. c. innolita, c. placuit. 11. q. 1. princi-piũ tex. in d.c. ſi diligenti cum alijs.

28 Et cõfirmatur, quia quotieſcumq; lex per actus affirmatiuos, aut negati uos bonum commune ſubditorũ in-tẽdit, omnes quidem præcepto legis obligantur, & illius executores ſunt, quemadmodũ cũ prohibitio, vel præ ceptum legis in aliquam particularẽ perſonam ordinatur: ille ſanè contra legem facit, qui illius præcepto liga-tur, teſte Couarruu. in cap. quamuis pactum, 2. par. §. 2. in princip. poſt Bar tol. & communem in l. ſi quis pro co. numero 9. ff. de fideiuſſoribus, ergo omnia & ſingula â clericis facta ad-uerſus prædictorum canonum prohi bitionem non valebunt, neque alicu ius erunt momenti, nec neceſſe fo-ret expendere dictam rationem bo-ni publici, quamuis enim ſimiles cle ricorum pactiones, quatenus dignita tem clericalem, bonumque publicũ offen-

Digitized by Google

offendunt inutiles ſint, etſi nulla ſpeciali lege prohiberentur,l.iuris gentium,§.ſi paciſcar, ff. de pactis, nihilominus tamen ſufficeret ſimplex, & abſoluta Sacrorum Canonum prohibitio, vt prædictæ pactiones minimè ſubſiſterent,ex iuribus nuper relatis.

29 Facit ſi conſideres homines, quibus per legem conſuetudinem, vel Principem, facta eſt prohibendi facultas,efficere poſſe, & ſæpenumerò feciſſe, vt geſta in contrarium nullatenus valeant, igitur multo potentior erit ipſa lex eiusque præceptum & prohibitio,abſolutè, & directè tẽdens in ipſos actus ad idem præſtandum, talemque nullitatem producendam: probatur antecedens, ſeu maior propoſitio,ex traditis à Rolando á Valle conſil.77. numero 8. libr. 2.Couarruu.in cap.Rainaldus.de teſtament.in princip.numero 4. & probant expreſſa iura in l.ſi ſciens.26. ff. de contrahend.emptio.l. filius familias,§.diui,in 2. cum ſequentibus, ff. delegat.1. c. venerabili.37. ad finem principij de offic.deleg.& tradũt Doctores communiter dictis locis, procedit ergo conſequentia.

30 Nec conſtituendum eſt in hac parte diſcrimen,inter clericos expreſſè paciſcentes contra Sacrorum Canonum inhibitionem,& eos qui coram iudicibus ſæcularibus litigãtes,tacitè ſe ſubmittunt ſæculari iuditio.prohibitio enim,aut præceptum legis vtrũque caſum comprehendit, & ratio illa boni publici à Pontificibus conſiderata in vtroque caſu viget: quare clerici, tam ſi paciſcantur expreſſè, quam ſi tacitè ſe ſubijciant,dicentur infringere canonum prohibitiones, atque præcepta,iuxta tradita per ſcribentes,in c.ſignificaſti de foro compet.poſt gloſ.verb.*manifeſtè*, in d.c. ſi diligenti,quam frequentius ſequuntur Doctores ibidem.

31 Cui tamen reſoutioni grauiter obſtat doctrina gloſ.verb.*ſanè*, in princ. in l.ſi is,C.de prædijs minorum,Abbatis in c.2.de reſcript.n.5.& ibidem Felin.qui plures refert nu.1.Cardin. in clem.1.oppoſit.3.eod.tit. plurium quos retulit Bantius de nullitatib.tit. ex defectu iuriſdictionis ordinariæ, numero 113.aſſerentium,quod quãdo legesvltra prohibitionem pœnas adijciunt,quantumuis ſimpliciter,& abſolutè actum prohibeant, videantur ſolius pœnæ metu voluiſſe ſubditos ab actu deterrere, tamen quod actus ſto prohibitus ſit,valeat, atque ſubſiſtat.Addẽtes id planè procedere,vbi nullitas actus habet rationem pœnæ,quod contingit ſi nõ proueniat ex defectu alicuius cauſæ eſſentialis, ſed ex ſola legis prohibitione, prout in ſpecie d.c.ſi diligenti, tunc enim nullitatem,pœnam cenſeri, voluerũt Iacobus Menoch. de arbitrar. caſu 276.n.18.Bancius vbi ſupra tit. quid ſit nullitas num. 15. Felin. in c. 2.n.6.de teſtib.& plures ab eo ibidẽ relati,Alexand.conſ.90.n.1.lib.7.Iaſ. in l.non dubium.n.11.C. de legibus ea adducti ratione,quod credibile nõ ſit,quod lex intendat duplicem pœnam vni actui adijcere,cõtra text. in l.ſanctio legum 41.ff.de pœnis, c. 11 ſi clerici,§.vlt.in fi.de iudic. Ex quorũ Patruũ traditione aduerſus proximè dicta inferri videtur,quod cũ antiqui canones prohibeãt actum,quo clerici ſæculari ſe foro ſubijciunt,vltra prohibitionem pœnam adijcientes,de qua in prin.d.c.ſi diligenti, valere debeant pactiones cõtra dictos canones à clericis factę, ſi non obſtaret ratio boni publici,ſapiẽter cõſiderata ab Innocẽtio III.ibidẽ. Verũ reſpõdeo præfatam doctrinam minimè obſtare,neque procedere poſſe, quãdo præceptũ,aut prohibitio legis ſimpliciter

pliciter absolutè per se, & invniuersũ, in totũ actũ dirigitur, ita vt nullo modo valere velit, iuxta supradicta: quo casu profectò nõ obstãte adiectione pœnæ, quæ in cõtrariũ gesta fuerint, nulli erũt momẽti iuxta supradicta.

Summaria ad Controuersiam 8.

1 *VTrum hodiè post Tridentinum cõtrahentes matrimonium clandestinum exhæredari possint, aut alijs pœnis affici.*

2 *Adducitur philosophicum principiũ,* ex nihilo nihil fit.

3 *Alienans rem emphyteuticã, absq; cõsensu domini nõ incurrit pœnã caducitatis, si aliás cõtractus nullus sit, neq; distrahens feudũ sine domini consensu illo priuatur, si alienatio sit nulla.*

4 *Minus delinquit qui facit actũ nullũ, quã qui actũ prohibitũ validũ admittit*

5 *Per dispositionẽ legis prohibentis, vel cõcedẽtis, id censetur prohibitũ, vel cõcessum, in quo datur eadẽ, vel similis ratio, quæ datur in prohibito, vel cõcessu, nisi aliud iure dispositum sit.*

6 *Si clericus in minoribus cõtrahat inualidè obtinuit, & certius est per talẽ contractũ nõ vacare ecclesiastica beneficia, quæ per matrimonij contractum amittuntur, & vacant.*

7 *Pœna adiecta contra manumittentem prohibitũ manumittere, locũ non habet, neq; exigi potest aduersus eum qui nulliter, & de facto seruis libertatem concessit.*

8 *Probatur contraria sententia efficaci discursu, & conuincitur clericum in minoribus, nulliter contrahentem amittere beneficia.*

9 *Adducitur Bartoli elegans doctrina docentis facta contra legem, ad hoc vt facientes incidant in pœnam, tã quam facta censenda fore.*

10 *In matrimonijs cõtrahẽdis nõ inuris effectus, sed animi destinatio debet attẽdi, & bigami sunt, de facto dũtaxat secundas nuptias cõtrahẽtes, & nõ est in iure nouũ, vt propter similitudinẽ facti numerentur aliqui inter eos, de quorũ numero non sunt.*

11 *Occupans iniustè, & nulliter beneficiũ, ita amittit aliud, ac si secundum iustè occupasset.*

12 *Expenditur Tridentini Decretũ, vbi & si matrimoniũ clãdestinũ irritum declaretur: præcipitur tamẽ ordinarijs, vt cõtrahẽtes ipsos seuerè pro eorũ arbitrio coerceant, atque puniant.*

13 *Aliqui dicunt pœnã quã lex iniungit per verba* ipso facto, ipso iure, *nõ incurri ab illis, qui fecerint actũ nullum, secus de pœna, quam iudex infringere, & exequi debet.*

14 *Prefata doctrina defendi non potest, quia non licet sine lege doctrinæ nouitatem inducere.*

15 *Aliã obseruauit, & sequutus fuit distinctionẽ Dominus Molina inter cõsiderantẽ actum solũ & animum facientis, & inter eam legem, quæ cõsiderat solum iuris effectum.*

16 *Domini Molinæ doctrina clariori & faciliori distinctione indiget, nec ita vt iacet, & traditur à suis Authoribus recipi potest.*

17 *Quando lex pœnã imponit facienti actũ, qui nequaquã validus esse potest, perspicuũ est ipsam voluisse pœnam iniungere facienti actum nullum, secus si pœna sit imposita contra faciẽtes actus qui validi esse possũt, in quibus procedit Dñi Molinæ distinctio.*

18 *Subsistit Author circa intellectũ legis, ea quidem. C. si mãcipiũ, ita fuerit alienatũ, & conuincitur sensus in quẽ interpretes vnanimes cõspirarunt.*

19 *Assignatur verus sensus, & interpretatio ad dictã legẽ ea quidẽ, & ostenditur pœnam adiectã in vindictã culpa iurisdictionem expostulare.*

20 *Proponitur vera resolutio circa*

Digitized by Google

principalem controuersiam adhibita distinctione, quãdo pœna imungitur actui nullo, vel quando imponitur actibus validis.

21 *Coacta iuris ratione relinquendum est iudicis arbitrio, an lex considerauerit solum factum, & animum facientis, an iuris effectum.*

22 *Tanquam certum statuitur contra Dominum Molinam, neque exheredationem, neque alias pœnas de quibus in lege Taurinensi locum habituras aduersus contrahentes nulliter.*

23 *Falsum est dictam legem Taurinensem solum factũ cõsiderasse, pariter, & ex matrimonio clandestino multa damna & inconuenientia sequi.*

24 *Retorquetur Tridentini Decretum aduersus ipsummet Dominum Molinam.*

25 *Reducuntur ad concordiam duæ sententiæ initio relatæ, quæ inter se primo aspectu pugnare videbantur.*

26 *Resoluitur ex dictis illa quæstio, an pœna á iure præscripta aduersus impetrãtes diuersas litteras procedat, & locum habeat contra illos, ante quam vtantur.*

27 Per solã impetrationẽ quamdiu impetrãs rescripitis nõ vtitur, certũ est, neminem aduersarium grauari.

28 Quãdiu impetrantes ambobus rescriptis non vtuntur, vix poterunt apparere fraus & dolus.

29 *Presbyter ille de quo in c. ex tenore, de rescrip. diuersas litteras impetrauit, & vtraq; cõmissione vsus fuit.*

30 *Adsunt in contrarium fortissima fundamenta ad probandũ, sufficere solã impetrationẽ diuersarũ commissionum ad incurrendam pœnam carentiæ commodi litterarum.*

31 *Expenditur Bonifacium Papam in c. dispendia de rescriptis in 6. solum ponderasse diuersarum litterarũ impetrationem, vt impetrans careret commodo litterarum ad condemnandum verò in expensis vsum litterarum perpendisse.*

32 põderatur quod narrata hypothesi de presbytero qui impetrauerat, & simul vsus fuerat vtraq; cõmissione in d.c. ex tenore, ad decidendũ solã impetrationem expendit Innocent.

33 *Referuntur Authores qui & si non his fundamentis dictam sententiam tenuerunt.*

34 *Nihilominus prior opinio, sicut magis cõmunis est, ita maiorem sortitur æquitatem.*

35 *Rursus intelligitur, & expenditur text. in d.c. ex tenore, pro communi sententia, vt intelligatur de impetratione cum effectu.*

36 *Probatur efficaciter in eodẽ sensu accipiendũ esse text. in d.c. dispẽdia, vt coacta ratione intelligatur de impetrante, & vtente simul.*

37 *Adhuc obstat, & instat subtilis consideratio, ad hoc vt satis sit sola impetratio ad hoc, vt impetrans commodo careat litterarum.*

38 *Intelliguntur iura in l. 3. in princip. ff. quod quisque iuris, & in lege si quis maior. C. de transact.*

39 *Assignatur elegans ratio quare Pontifex in d.c. ex tenore, mentionem fecerit amissionis commodi litterarũ, & non condemnationis expensarum, sermonem instituens de presbytero, qui impetrauerat secundas litteras, & illis insimul vsus fuerat.*

40 Expenditur cõdemnationis dictarum expensarum meminisse postea Pontifices in c. vlt. de rescript. & in d.c. dispendia, eod. tit. in 6.

41 *Fortiter cõtinetur glo. vlt. in c. cæterũ. §. verũ, de rescript. quatenus voluit per solã impetrationẽ posse quẽ in expensis condemnari.*

42 Prohibitum impetrare iudicẽ sub pœna, etiam si impetrauerit, nõ puniri, nisi vtatur, rem in iudicium adducendo, explorati iuris est.

43 *Notarius*

Digitized by Google

43 *Notarius faciens instrumentũ falsum puniendus est, etiam si alias instrumentum sit invalidum ratione subiectæ materiæ, vel deficientis solemnitatis, extraordinaria tamen pœna.*

44 *Deducitur ex dictis cõtrahentẽ matrimoniũ primo non soluto, & si faciat actum nullum puniendum esse.*

45 *Colligitur etiam ex supra resolutis falsificantem literas, alias nullas & iniustas, incidere nihilominus in pœnam falsi, & idem iuditium est de alijs casibus similibus, quorum non nulli referuntur.*

CONTROVERSIA 8.

Vtrũ lex pœnã Imponens facientẽti aliquẽ actũ comprehendat facientem actum nullum, & actum per quem peruenitur ad actũ prohibitum, & actum qui sequitur ex actu prohibito.

QVestionem hanc subtilem simul, & practicabilẽ, à nemine sub eisdem terminis agitatã vidimus; quã operepretiũ erit ad vtrãq; partẽ profligare: vt veritas resolutionis, in qualibet ex propositis in titulo quæstionis dubitatione, magis elluceſcat, quę si vnica quęstione non potuerint absolui, singulas pro singulis articulis cõponere nõ grauabimur, & incipiẽtes à priori articulo de faciente actũ nullũ, vtrũ affici debeat ipsamet pœna actus prohibiti, non erit abs re exẽplum adhibere, in quo tãquã in cardine, tota cõtrouersia vertatur: aptissimũq; erit exhæredationis à lege Regni impositæ filijs matrimoniũ clãdestinũ contrahenti bus: procedat ne stãte decisione generalis Concilij Tridentini sess. 24. cap. 1. de reformatio. matrimonij, vbi dispositum est matrimonium clãdestinum non valere, neque esse matrimonium. Etenim cum ex canonibus antiquis matrimoniũ clandestinum subsisteret, nemini mirum videri debet, si tale matrimoniũ contrahẽtes exhæredari possent, atq; cæteris pœnis affici: his verò nostris temporibus, in quibus ex præfata decisione Conciliari matrimonium clandestinum validum non est: apparet profecto rationi consonum, vt illud contrahentes, neque exhæredari, nec cęteris pœnis affici debeãt. Quis enim ignorat fictionem legis, tantam vim, & authoritatem habere, vt cõtractus aduersus legem facti in omnibus, & per omnia perinde habeantur, ac si nunquã fuissent celebrati: vulg. l. nõ dubium. C. de legib. ibi, *nullam contra eam inter eos videri volumus subsequutum*: cõsequens ergo est, ex actu nullo, & inefficaci, nullo modo fore pœnam incurrendam.

2 Accedunt, quæ in eiusdem propositionis comprobationem adduxerunt interpretes communiter in d.l. non dubium, pariter, & notissimum illud Philosophi dicterium *ex nihilo, nihil fit*, iurisque principiũ non ignorum, quo docemur factum frustratorium, pœnam efficaciter non committere: quod desumpsit Bald. ex l. ea quidem. C. si mancipium ita fuerit alienatum, ibidem num. 1. & probauit in proposito exemplo Didac. del Castillo in Cõmen. ad l. 49. Tauri, in glo. verb. *matrimonio*.

3 Et confirmari solet per argumentum á simili: videmus enim alienantem rem emphyteuticam, absq; consensu Domini non incurrere pœnã caducitatis, si contractus aliás nullus sit, neque etiã feudum distrahentẽ, absque cõsensu Domini illo priuari, si ex alia causa alienatio ipsa nulla sit, teste Felino, qui plura retulit in c. ex tenore, de rescript. n. 6. cũ pluribus præcedentibus, & sequẽtibus, tradit Andr. Tiraq. satis longo sermone in legibus connubial. tit. 15. §. 1. glo. 6. idẽ pluribus relatis de retract. linag. §. 1. glo. 2. n. 6. Ias. in l. fin. C. de iure emphyteut. n. 139. cũ seqq. post Bald. in l. 2. n. 3. C. de Episcop. audien.

4 Necnon ratione nõ inefficaci sua detur, quod faciens actũ nullũ, non incurrat pœnã simpliciter impositã, facienti actũ: quia v.g. pœna imposita fuit filijs matrimoniũ facientibus, qui cũ vt supponitur matrimoniũ nõ fecerint, pœna quidẽ affici non debent, ne in pœnis extẽsio fiat contra reg. in pœnis lib. 6. & glo. vlt. in c. fin. de iure patronatus, & qui minus deliquit eadẽ afficeretur pœna, quod absurdũ alienũq; à ratione esset, cũ pœnæ iniungãtur propter culpas delinquentiũ. l. respiciendũ. in prin. ff. de pœn. exploratũq; sit minus delinquere illũ, qui facit actum nullũ, quã qui actũ prohibitum validum admisit.

5 Deniq; non leuiter pro eadẽ parte facit per dispositionẽ legis prohibẽtis, vel cõcedentis, id censeri prohibitũ, & concessum, in quo datur eadẽ, vel similis ratio, quæ datur in prohibito, vel concesso, nisi aliud iure dispositum sit: v.g. quia res est adhærens, & cõiuncta, iuxta l. quæ religiosis 43. ff. de rei vẽdic. igitur cum respectu pœnarum, non detur eadẽ, sed longè dissimilis ratio, in faciente actum nullum, & actum validũ prohibitũ, manifestè deducitur, nõ incurri pœnã à lege expressam, quando quis actum nullũ facit, quã incurreret, si vere, & validè præceptũ infringeret: & si negandũ non sit, fore eum arbitrio iudicis puniẽdũ: inspectis, & põderatis circunstantijs, ex l. 1. §. vlt. ff. de varijs, & extraordinarijs cognition. vbi adnotarunt interpretes.

6 Et confirmatur, si expẽdas supposita decis. text. in c. 1. de cleric. coniugat. per quã clerici in minoribus ordinibus cõstituti, licitè, & absq; peccato, ante subdiaconatũ matrimoniũ contrahere possunt: vt ibidẽ Doctores tradiderunt: & Syluester in summa, verb. *matrimonium*, 8. q. 12. & verbo, *clericus*. q. 4. Ecclesiastica tamẽ beneficia, quæ obtinebant ammittunt: ita vt ipso iure vacent omninò per contractũ coniugalẽ, ex text. qui hoc apertè probat: & glossa ibidẽ cõmuniter recepta, in d.c. 1. etiã ante copulam carnalẽ, iuxta tradita per Staphileũ de litteris gratiæ, & iustitiæ, fol. 73. Ioann. Lupum in rubr. de donation. §. 55. num. 7. Rotam nouam 26. Adhuc vero, si contrahat cum impubere, & sic inualidè, obtinuit, & certius est, per talem contractum non vacare ecclesiastica beneficia: quæ per matrimonij contractum ammittuntur, & vaccant: ita docet communis schola, & optimè pro-

probarunt Immola, Ioan. Andr. Cardin, & Ancharr. in cap. Ioãnes de cleric. coniugan. post Henricum in c. diuersis fallatijs, col. pen. eod. tit. vides ergo quam diuersum sit legis prohibitionem contemnere, faciendo actum nullum, quam si quis contrauenīret per actum verum, & validum: vt eadem pœna minimè debeat incurri. Ita tenet Cardin. in Clem. gratie de rescript. quæst. 17. Anton. & Immol. post glo. ibi in d. c. 1. existimãtes ipso iure vacare beneficia illius, qui matrimoniũ, quod nullũ est (veluti cũ consanguinea) contraxit, priuandumq; fore, ita contrahentẽ beneficijs per sententiam iudicis: cui opinioni subscripsit Philipp. Decius. cons. 166. casu quo dictus clericus in minoribus scienter matrimoniũ contraxit, ex eo quod videatur defecisse in contrahente cõsensum, ac voluntatem contrahendi: ex quo etiã suadetur longè diuersam causam esse, illius qui stante prohibitione actus, & adiecta pœna facienti, facit actum nullum, quam si faceret actum subsistentem & validum.

7 Sicut in simili specie iure cautum inuenitur, vt pœna adiecta cõtra manumittentem, prohibitum manumittere, locum non habeat, neq; exigi possit aduersus eum, qui nulliter, & de facto seruis libertatẽ concesit, quã quidem etiam si manumittrẽtur nanciſci non poterant, quia venditio eam quidem legem acceperat, ne mancipia ad libertatem perducerentur, vt in l. ea quidem. C. si mancipium ita fuerit alienatum, non alia profecto ratione, quam quod datio libertatis nullius momẽti fuerit: ideò que Gordiano Imperatori iniquum visum fuit, ob conditionẽ nõ seruatã pœnã exigere, vbi actus nullus fuit irritus & innanis: deducitur ergo manifestè propter actũ nullũ non fore incurrendã pœnã, quam quis incurreret si actus contra legem validus esset.

8 Cõtrariã tamẽ opinionẽ tenuerũt multi relati per Dñm. Couarr. de spõsalib. 2. p. c. 6. §. 3. n. 4. & ratione probatur hoc argumento, manifestũ est, mentẽ legis actũ puniẽtis eã esse, vt punitat culpã faciẽtis actũ, sed sic est, quod talẽ culpã, tam cõmittit ille qui facit validũ, quam ille qui facit inualidũ: ergo pari eademq; pœna puniẽdi sunt, maior manifesta est, minor in qua consistit difficultas, probatur ex eo, quia retẽto eodẽ themate, & exẽplo initio præsentis cõtrouersiæ à nobis propositi, siue nulliter, siue validè contrahat, semper gerit actũ legis prohibitioni contrariũ, præsertim cũ re vera actui prohibito, quãtũuis nullo cõsensũ adhibeat, qua ratione qui matrimoniũ contraxit nullũ ex impedimẽto canonico, validũ tamẽ ex cõsensu (vt cum cõsanguinea) ipso iure amittit beneficia, reste Henric. in d. c. diuersis fallacijs, Abbate col. fin. in d. c. 1. de cleric. cõiugatis, ex tex. in c. cũ qui de præben. in 6. vbi probatur occupantẽ beneficium ecclesiasticum, quod cum primo simul obtinere nõ poterat, ipso facto primum ammittere, si non habeat aliquod ius vtrumque retinendi: quo fit, vt contrahens matrimonium facto potius, quam iure, ipso iure ammitat ecclesiastica beneficia, cũ actum gerat beneficiorũ possessioni contrarium, secundum tradita per Ioan. Staphileum de litteris gratiæ, & iustitiæ, fol. 75. Bartholomeum Brigiensem. q. 10. procedit ergo consequentia.

9 Et confirmatur ex eleganti Bartoli doctrina in l. non dubium. C. de legib. num. 20. docentis, ea quæ fiunt contra legem, pro infectis haberi ad eum effectum, vt non valeãt in eorũ fauorem: secus autem, ad hoc vt ipsi

incidant, in pœnam, seu ad odiū ipsorū: ad hoc enim tanquā facta censenda sunt, teste Andr. Tiraq. qui plura retulit de retract. linag. §. 26. glo. 2. n. 8. cum seqq. Iaſin d. l. nō dubiū. n. 9. qui Bartoli doctrinā sequuti generaliter tradunt nō fore rationē habendā nullitatis actus, vt sic cōtrahētes pœnas effugiant, in quas pariter incident, ac si validū actū cōtra prohibitionē fecissent: verius igitur est facientes actū nullū, incurrere pœnā iniunctā facienti actum simpliciter.

10 Rursus, affectus intētionis cū opere subsequuto, quo clerici, quantū in ipsis fuit secūdas mulieres sibi matrimonialiter coniunxerūt induxit animū Innocen. III. vt statueret, vt cum illis tanquā cum bigamis non liceret dispensari, vt in c. nuper. 4. de bigam. non ordin. vbi docuit, qui duas simul haberet vxores bigamum fore reputandum, & si de facto dumtaxat contraxerit cum diuersis, quibus de iure non potuit matrimonialiter copulari, quoniam in matrimonijs cōtrahēdis (inquit Innocentius) non iuris effectus, sed animi destinatio debet attendi, ideoque infamia committatur illum, qui ita fuerit ad audēdum proiectus, vt duas simul accipiat vxores. Etenim in tali quæstione, quę nō modicum difficultatis habet, factum ipsum, & animi destinationem debemus attendere, quantūuis nō sequatur effectꝰ: igitur pari ratione in alijs etiam articulis puniri debent actum nullum facientes, quemadmodum si actum validum prohibitum efficerent, ex præfata Innocent. doctrina, præsertim cum non sit in iure nouum, vt propter similitudinem facti numerentur aliqui inter eos, de quorum numero ipsi non sunt. l. fin. in fin. ff. mandati. c. si ille. 50. distin. cap. quotquot. 27. quæst. 1. glo. in d. cap. nuper, verb. *tanquam cum bigamis*.

11 Facit etiā similis Bonifacij Octauj doctrina in cap. eum qui de præb. in 6. docentis, quod occupans iniustè, & nulliter beneficium, ita committit aliud, ac si secundum iuste occupasset: sit ergo consequens actum occupationis, & intrusionis manifestè nullum, inducere priuationem beneficij ipso iure, ac si verè, & iustè alterius nactus esset possessionē: & facit ratio Pontificis ibidem, *vt decet, vt stultus, melioris quam pertransit conditionis existat, vel quod inuasor, ex quo ipsè ingreditur, priuilegia videatur perdere*: quo etiam argumento non videtur rationi consonum, vt actum nullum facientes melioris conditionis sint, quam qui validum efficiunt: ex quibus recte videtur colligi eandem pœnam incurrere, qui faciūt actum nullum, ac si validum efficerent contra legis prohibitionem.

12 Denique adduco pro hac secunda sententia prædictum Tridentini Decretum, vbi, & si matrimonium clandestinum irritum declaretur: præcipitur tamen ordinarijs, vt contrahentes ipsos seuerè pro eorum arbitrio coerceant, atque puniant, vt ex eius littera legenti constabit: igitur pœnæ assignatæ cōtra facientes actum simpliciter, procedunt, & locum habent etiam si actus contra legem factus nullus sit, & irritus.

13 Vnde glo. vltim. quam probatur Anton. & Immol. in dict. capit. 1. de cleric. coniugat. distinguendum putauit in hac parte, inter pœnam ipso iure, & ipsofacto incurrendam, & inter pœnam, quam iudex infligere, & exigi debet, vt pœnam, quā lex iniungit per verba ipso facto, ipso iure, & similia, nullatenus incurrāt illi, qui fecerint actum nullum: pœnam verò per iudicem infligendam, ita passuri sint, ac si validum actum per legem prohibitum perpetrassent.

Hæc

Digitized by Google

14 Hæc tamen gloſſæ Antonij, & Imolæ traditio, nequaquam defendi poteſt, quandoquidem talis diſtinctio inter pœnam ipſo iure incurrendam, & imponendam per iudicem, ita ſimpliciter accepta nullo iure probari poteſt, nec licet ſine lege talem doctrinæ nouitatem inducere, præſertim in re non leuis momenti, non modo in ſcholis, ſed etiam in foro frequentiſsima, ex cuius reſolutione plures deciſiones cauſarum pendere poſſunt.

15 Quare Dominus Ludouic. Molina de Hiſpanorum primogen. lib. 2. c. 16. n. 19. aliam obſeruauit, & ſequutus eſt, diſtinctionem inter legē conſiderantem factū ſolum, & animum facientis, & inter eam quæ cōſiderat ſolum iuris effectum, vt pœna legis in priori caſu exactu nullo incurratur: in ſecūdo verò, ſi actus nullus ſit non incidatur in pœnam, adducit authoritatem Baldi in d.l. ea quidem. C. ſi mancipiū ita fuerit alienatū, nu. 3. Bartoli in l. quid ergo. §. cum autē factum. ff. de his qui notantur infamia. Felini in cap. ex thenore, de reſcript. num. 9. vbi plura in idem retulit, interpretaturq; cōſtitutionē Taurinenſem. 49. quā dicit ſolum factum cōſideraſſe ex ſe malū, etiā ſi iuris effectū minimè ſortiatur: nec mirū videri debere affirmat, ſi quantūuis matrimoniū nō valeat pœnæ aduerſus illud contrahentes appoſitæ prçciſſē ſeruādæ ſint, cum notiſsimū ſit inter omnes ex matrimonio clandeſtino inualido, plurima ſequi damna, atque inconuenientia, hæc Dom. Molina.

16 Cuius doctrinam, & reſolutionem non dubito alia clariori, & faciliori diſtinctione indigere, nec ita vt iacet, & traditur á ſuis authoribus recipi poſſe credo, cū plurimi ſint actus per leges prohibiti aſsignatis pœnis, quibus Domini Molinæ diſtinctio, nullatenus adaptari valet, ſcilicet omnes illi, qui nequaquā validi eſſe poſſunt, vt in Clem. vnica de cōſanguin. & affinit. cū ſimilib. in quibus planū eſt, leges cōſiderare nō potuiſſe iuris effectū, quippè nullū habituri ſunt, neq; habere poſſunt: igitur quamuis proximè relata doctrina, atq; diſtinctio, quā ex Baldo, Bart. & Felin. retulit Molina vbi ſupra iure ſubſiſtat, quātum ad actus validōs: actibus tamen inualidis nullo pacto applicari poteſt, neq; in illis diſtingui, an lex cōſiderauerit factum, vel iuris effectum.

17 Adhuc ergo arbitror diſtinguendū inter legem, conſideratis circunſtantijs pœnā imponentem facienti actum, qui nequaquam validus eſſe poteſt, quo caſu perſpicuum etiā erit ipſam voluiſſe pœnam iniungere, facienti actū nullum, vt in d. Clem. vnica, & in alienante emphyteuſim, ſine domini cōſenſu, quem ſatis conſtat actū nullū facere, & nihilominus in pœnā incidit caducitatis, teſte Baldo in l. 2. n. 3. C. de Epiſcop. audiē. Bald. Iaſone, Tiraq. & Molin. vbi ſupra, nō alia certè de cauſa, niſi quia pœna fuerat impoſita actui, qui valere non poterat ſtante legis prohibitione, & niſi pœna procederet contra facientē actū nullū, nullū ſanè effectū eſſet habitura: & inter eam legē, quæ pœnam imponit actibus, qui validi eſſe poſſunt, in quibus procedit & locum habet præfata diſtinctio adducta per Dom. Molinā de lege conſiderante, ſolū factū, & animū facientis, aut cōſiderante, & iuris effectum, vt ſi ſolum factum, & animum conſiderauerit pœna impoſita facienti actum ſimpliciter, impoſita cenſeatur illi, qui actum nulliter fecerit: ſi verò iuris effectum dumtaxat conſideraſſet locum non habeat pœna contra faciētes actum nullum.

Verum

Digitized by Google

18 Verum circa intellectum dictæ l. ea quidem subsistendū duxi dubius, & non immeritò, an interpretes com muniter eius mentem fuerint assequuti, qui vt vidisti vnanimes in eum sensum conspirarunt: vt ex eo ibi, nō fuisse pœnam incursam crediderint: quia non valuit manumissio, & ad iniungendam pœnam fuerat con sideratus iuris effectus: vt intendunt glo. in d.l. quid ergo. 13. §. cum autē factum, de his qui notantur infamia, & præcitati Patres præcipuè D. Molina. d. num. 19. non aduertentes pœnam in d.l. ea quidem, minimè fuisse impositam circa iuris effectū, quippè manumittenti nulliter fuit iuncta: & cum manumissio nulla fuerit; pœna non potuit imponi iuris effectui: qui nullus fuit, cum dicta manumissio serui, fuerit contra pactionē partium, vt inquit text. in princip. igitur dictorum Patruum, intellectus ad d. l. ea quidem, nullo modo debet sustineri, præsertim, si expendas, quā proximè tradidimus doctrinam, & differentiam, inter pœnas iunctas actibus inualidis, & illas quæ imponuntur actibus, qui validi esse possunt: vt quando actibus inualidis, solum factum potuerit lex considerare, nec locum habeat distinctio, an considerauerit factū, vel iuris effectum: actibus verò validis imposita pœna, rectè sit distinguendum, an imponatur facto, vel iuris effectui: quo præsupposito fieri non potuit, vt diximus quod in d.l. ea quidē, pœna effectui fuerit adiecta, vel quod ob non sequutam manumissionem, pœna non processerit: vt falso crediderunt interpretes.

19 Quorum ommissa traditione verus sensus, & interpretatio ad d. l. ea quidem, assequetur facilè, si cōsideres pœnam, de qua ibi, non à iudice, seu publica persona, sed à priuato fuisse præscriptā manumittenti: priuatum autem pœnam ad vindictam culpæ iniungere non posse, plusquā manifestum est, & ratione probatur, quia talis vindicta iurisdictionem ex postulat. l. Imperiū. 3. ff. de iurisdict. omnium iudic. quam certum etiam est, priuatum non habere. l. 3. C. de iurisdict. omn. iudic. nihil ergo mirū si pœna locum non habuerit, vtpotè in vindictam culpæ, & à priuata persona iurisdictionem non habente imposita. Quod verò talis pœna fuerit in vindictam culpæ, in quo nititur totus hic discursus, patet manifestè, quia alter ex cōtrahentibus, qui pœnam imposuit non poterat interesse prætendere, in cuius locum pœna regulariter succedit. l. vltim. ff. de prætor. stipulat. cum manumissio non habuerit effectum, nec contrarium factum fuerit. Rursus pars non intendebat, neque intendere potuit punitionem contrauenientis contractui: quia conuentio fuit de seruo nō manumittendo, & in specie d.l. ea quidem, seruus verè manumissus non fuit: ergo non fuit factum contrariū partium conuentioni, imò nec potuit fieri, nec seruus manumitti contra pactionem contrahentium. Igitur de primo ad vltimum, & per argumē tum à sufficienti partium enumeratione animus, & mens imponentis dictam pœnam, solum fuit punire voluntatem, & propositum, cum facto manumittendi, quod perspicui iuris est priuatum non posse facere, ex defectu iurisdictionis, iuxta supradicta; ideòque Gordianus Imperator author. d.l. ea quidem, dixit pœnæ adiectionem tribuere non potuisse, iustam causam exigendi conditioni non seruatæ; id est, quia reuera conditioni non fuit contrauentum, cum non fuerit manumissus seruus, neq; aliquod interuenit interesse locum habere,

habere non potuit pœnæ exactio, quæ ſolum in vindictam culpæ poſſet procedere, & hoc non tanquam præſcripta à priuata perſona, quæ nullam omninò iuriſdictionem habet, ergo nullatenus talis pœna ſubſiſtere potuit, non quia manumiſsio nulla fuit, ſed quia priuata perſona ſine iuriſdictione illam impoſuerat.

20 Quibus ſic præhabitis vera reſolutio eſt, circa principalem noſtrã controuerſiam, qua inquirimus an pœna impoſita actui ſimpliciter, cenſeatur iniuncta actui nullo, vt quando iniũgitur actibus validis, videndũ ſit fuerit ne iniuncta facto, vel iuris effectui, & ſi contra factum, etiamſi actus nullus ſit locum habeat, ſi tantum cõtra iuris effectum non ita: quando verò actibus inualidis, quia credibile non eſt, legem iniunxiſſe pœnam iuris effectui, qui nullus eſſe poterat: vbi actus non potuit valere: tunc regulariter, ſoli facto adiecta iudicetur: ac perconſequens procedat aduerſus facientem actum nullum, niſi Legislatoris mens in vtroque caſu aliud ſuadeat, quam ſemper excipimus.

21 Si tamen requiras, quomodo iudicandum ſit, an lex conſiderauerit ſolum factum, & animum facientis, an iuris effectum. Reſpondebo, coacta iuris ratione, id fore relinquendum arbitrio iudicis, qui perpenſis, & conſideratis circunſtantijs, non difficilè dignoſcet: cum in iure noſtro nõ inueniatur expreſſum: neque certa regula ad ſtatuendum in hac parte vnum, vel alterum: & quando aliquid in legibus, ſeu canonibus non exprimitur intrat iudicis arbitrium. c. de caut. 4. §. vnico de offic. deleg. l. 1. ff. de iure deliber.

22 Atqui, vt ſuper themate, initio propoſito de pœnis impoſitis aduerſus contrahentes matrimonium clandeſtinum ſimpliciter, extendendam non eſſe ad contrahẽtes matrimonium clandeſtinum nullum, cum pœnæ minimè debeant extendi reg. in pœn. lib. 6. & ex contractu, ſeu actu nullo pœna regulariter non incurratur, vt plures ex ſcribentibus in diuerſis locis adnotarunt.

23 Neque vrgent argumẽta, quæ Dominũ Molinã in contrariã ſententiã adduxerunt, quod d. l. Taurinenſ. ſolum factum conſiderauerit, id namq; falſum eſt, pariter, & ex matrimonio clandeſtino inualido plurima dãna, atque inconuenientia ſequi, quę nulla profecto poſſunt conſiderari: ex nihilo enim, nihil fit, & nõ entis nullæ ſunt qualitates, & facta contra legem pro infectis habentur, neque valent in odium perpetrantium, vt in pœnam incidant, quando alia fuiſſet

Digitized by Google

legis mens, & intentio pœnam imponentis, vt in specie dictæ Regiæ constitutionis.

24 Illa verò Dom. Molinæ consideratio, ex ipsomet Concilij Tridentini Decreto; quatenus postquam irritum declarauerat matrimonium clãdestinum, præcipit ordinarijs, vt contrahentes ipsos seuerè pro eorum arbitrio puniant; contra eundem potius debet retorqueri, siquidem dum Concilium pœnam constituit in ordinariorũ arbitrio, apertè innuit contrahentes matrimonium nullum, nõ ordinaria pœna fore puniendos, sed arbitraria, quod nos minimè negamus: quinimò supra confessi sumus, dicentes aduersus illos, qui faciunt actum nullum arbitrio iudicis procedendum esse, circunstantijs inspectis, iuxta l. 1. §. vltim. de vár. & extraordin. cognition. igitur Concilij Decretum nobis non modo non contradicit, sed mirum in modum opitulatur, Molinæque, & sequatium contrariam opinionem infringit. Quæ prætereà cum æquitate pugnare, nimiumque rigorem inuoluere videtur: fatemur igitur contrahentes matrimonium clandestinum nullum arbitrio ordinariorum coercendos esse, negantes constanter, pœnæ ordinariæ aduersus eos locum fore: addẽtes ex eo in d. l. Tauri, tot pœnas fuisse constitutas in contrahentes matrimonium clandestinum, quæ vt apparet delicti grauitatem superant, & excedunt: quia ita fuerunt ad audendũ proiecti, vt aduersus interdictũ Ecclesiæ intrepidè contraxerint, & cũ effectu, aduersus prohibitionem, manserint copulati matrimunio: fortè Principem, tot, ac tantas pœnas minimè constituturum, vbi matrimoniũ irritum, & inanne celebrassent.

25 Duas autem sententias, in hac cõtrouersia initio relatas, quæ inter se primo aspectu pugnare videntur, facilè poteris ad concordiam reducere, si memineris vbicumque lex decernit eandem pœnam contra faciẽtem actum nullum, id sanè in causa esse: quia prohibitio, & pœna tendebant solum in factum: non autem in iuris effectum, quo pacto procedit vna sententia. Altera verò quæ docet eandem pœnam nõ incurri per factum nullum, procedit quando talis prohibitio dirigebatur tantum in iuris effectum, quatione dictæ opiniones non sunt aduersæ, sed diuersæ, iuxta superius assignatam resolutionem.

26 Vnde reliquum est iam nonnulla vtiliter obseruemus, quæ ex dictis non obscurè descendunt, & in primis ad quæstionem celebrem, quam discutere solent interpretes in capit. dispendia, de rescript. in 6. teste Ludouic. Gomez ibidem num. 28. post glo. 3. in capit. cæterum, de rescript. Abbat. num. 5. Felin. & Deci. 4. in c. ex thenore, eodem titulo. Marianum in cap. 1. de mutuis petition. num. 18. Iason. in l. 3. in princip. num. 12. ff. quodquisque iuris, an scilicet pœna à iure præscripta aduersus impetrantes diuersas litteras, procedat, & locum habeat contra illos, antequam vtãtur: cuius quidem resolutio, quia ex dictis aptissimè deriuetur nemini mediocriter docto dubium esse poterit: si adducat in memoriam, secundum rescriptum, priori contrarium, nullius esse momenti: ac perconsequens, cum impetrans fecerit actum nullum, pœnam non videbitur incurrisse, antequam vtatur: cum neminẽ lęserit, vt supponitur, & tenent proximè relati Doctores, & est communis sententia ex eisdem.

27 Et ratione probatur clarius, quia per solam impetrationem, quamdiu impetrans rescriptis non vtitur certum

Digitized by Google

tum est, nequaquam aduersarium grauari, ex tali impetratione, si non sequatur vsus: cessat ergo fraus, neque procedit ratio ob quam prohibetur quis contra vnam, & eandem personam diuersas litteras impetrare, scilicet, ne litigantes laboribus fatigentur per varia diuersaque rescripta, coram diuersis iudicibus, quod vitare voluit text. in c. fin. de rescript.

28 Planè quamdiu impetrantes ambobus rescriptis non vtantur, vix poterunt apparere fraus & dolus, quem Pontifex expendebat in cap. ex thenore, de rescript. iuncta glo. in prin. ibi, *cessa fatigandi*, & ibi, *& si attentauerit perderet vtrasque*.

29 Accedit in d.c. ex thenore presbyterum illum diuersas litteras impetrãtem, vtraque cõmissione vsum fuisse, vt patet ex littera text. in princip. ibi, *citasset*, & in versic. seq. ibi, *procedere velleris*, & ibi, *non tenebitur*, &c. & ibi, *cum per alias*, &c. & in d.c. vlt. eodem titu. ibi, *per varias litteras coram diuersis iudicibus*, & in d. cap. dispẽdia, ibi, *ne processus*, &c. tradunt Padilla in l. si quis maior. C. de transaction. Felin. & plures ab eo relati in d. cap. ex thenore, num. 1. iuuatque de iure ciuili, text. in l. libertus aduersus. 15. ff. de in ius vocando, & Clem. 1. iuncta glo. verbo, *vexare*, de rescript. igitur secundas litteras impetrantes, & sic actum nullum facientes, vtrasque minime perdere debent, neque alijs affici pœnis, antequam vtantur. Etenim tales pœnæ sicut aliæ quam plures, proculdubio sunt restringendæ iuxta regul. in pœnis, & regu. odia. lib. 6. & ex consequenti impetrationem nullam non comprehendent, antequam impetrans secundis litteris vti cœperit, ex nuper iactis fundamentis.

30 Verum in contrarium fortissima fundamenta non desunt ad probandum, sufficere solam impetrationem diuersarum commissionum ad incurrendam pœnam (carentiæ commodo litterarum) de qua in d. c. ex thenore, & in d. c. dispendia, cum similibus, quamuis impetrantes eisdẽ non vtantur, si expendas Pontifices Maximos, vbicumque de hac re sermo incidit, solum expendere impetrationem, & dolum, seu fraudem impetrãtis, neque vsum requirere, vt inter alia constat ex text. in d. c. ex thenore, ibi, *fraudem presbyteri duas commissiones impetrantis*, & ibi, *decreuimus vt ipse*, scilicet impetrans, quibus verbis probatur manifestè, Innocent. III. Conditorem illius Decretalis ad solã dolosam presbyteri impetrationẽ attendisse, qui dolo & malitia duas commissiones super eodem negotio impetrauerat: quarum altera, non faciebat mentionem de reliqua: cumque fraus, & dolus alicui patrocinari nõ debeant: decreuit Põtif. vt ille presbyter, impetrans careret, commodo vtriusque commissionis: ob nudam impetrationem, sicuti tota mens, & contextura illius text. aperte demõstrare videtur.

31 Nec aliter sentit Bonifac. Papa peritissimus Iurisconsultus dum in d. c. dispendia, faciens mentionem eiusdem pœnæ (carentiæ commodo litterarum) solam voluit expendere impetrationem, vt constat ibi, *studeat impetrare*, quasi sola impetratio sufficiat, ad incurrendam pœnam: & vlterius, quia requisiuit Pont. vsum litterarum, & fatigationem aduersarij, ad condemnandum impetrãtem in expensis, distinguens, pœnam amissionis, vtrãrumque litterarum, ad quam solam impetrationem sufficere existimauit: à condemnatione expensarũ, ad quã præterea requisiuit, quod impetrans vsus fuerit, reum vocatum in iudicium, fatigando.

Illudque

32 Illudque in eandem partem contra cõmunẽ dignũ erit consideratione, quod cum apud Innocẽt. in d.c. ex tenore, fuisset narrata hypothesis de presbytero, qui impetrauerat, & simul vsus fuerat vtraque commissione: ipse tamen Pontif. ad decidendum solam expenderit impetrationem, & fraudem in ea commissam, vt ex verbis illius text. nuper à nobis expensis, & consideratis non obscurè colligitur: & probat text. express. in l. 3. ff. quodquisque iuris, in princip. ibi, *impetrauit, vt vtereтur licet vsus nõ fit*, vbi in simili I.C. ad incurrendam pœnam solam impetrationem considerauit, vsum excludens tanquã minimè necessarium, quemadmodum etiam in l. si quis maior. C. de transaction. in pari casu solius supplicationis ratio habita fuit, quasi vsus nequaquam requiratur ad hoc, vt impetrãs debitam pœnam incurrat.

33 Quam sententiam, & si his fundamentis non sic perpensis, tenuit Marian. Socin. in c. 1. de mut. petition. num. 18. Franchus, & Dominic. nu. 7. in d.c. dispendia, vbi Ludou. Gomez num. 28. Andr. Sicul. Barbat. in d.c. ex tenore, num. 42. idem in c. fin. de rescript. num. 70. cum seqq. post Hostiens. vtrobique.

34 Qua tamen sentẽtia suisque fundamentis non obstantibus, prior sicut magis communis est, maiorem etiam fouet æquitatem, & ideò erit in praxi seruanda, quoties se se obtulerit occasio, quam satis confirmant adducta pro illa superius argumenta, magisque confirmabitur si sigillatim diluerimus rationes, & iura ob quæ proximè relata doctrina nõ improbabilis videbatur.

35 Et ad considerationes, & argumẽta deducta, ex d. c. ex tenore, facilè respondetur, quoties ibi fit mentio de impetrante, & impetratione litterarum, id intelligendum esse, de impetratione cum effectu: plus autem quam liquidò constat impetrationẽ, effectum non sortiri, quamdiu impetrans litteris non vtitur. Quod si contendas solutionẽ hanc laborare diuinationis vitio, insuper, & contradicere veriloquio, & ethimologiæ dict. verbi, *impetrario*, quod nihil commune habet cum vsu, neque ipsum comprehendit, iuxta recte tradita per Barbat. in d.c. ex tenore, num. 38. qui ideò responsionem, & explicationẽ hanc reijciendam existimauit: similiter non difficilè respondebitur, verissimum quidem esse, debere intelligi de impetratione cum effectu: ita vt ad incurrendas prædictas pœnas, omninò sit necessarius litterarum vsus: ea potissimum consideratione; quia Roman. Pontif. in d. cap. ex tenore, totus nititur in dolo, & fraude presbyteri memorati, qui secundum facti narrationem, vtraque commissione vsus fuerat: ea igitur fuit Pontificis mens, vt excessus ille impetrationis litterarum in vsu earundẽ voluerit consistere, neque pœnas incurri, vbi impetrans vtriusque vsus non fuisset, & iudicetur ex materia subiecta, quam satis denotare arbitror, Põtifices, impetrationem duarum commissionum prohibentes, non aliter voluisse impetrantes punire, quam si secunda cõmissione simul vteretur: ex subiecta igitur materia, mente que Pontificis mirum non est, si verbum *impetratione*, & verbum *impetrans*, diuersam à propria significatione interpretationem recipiant.

36 Eademque vel omninò par respõsio, adhiberi debet textui in d. c. dispendia, vt intelligendus sit de impetratione insimul cum vsu, si memineris responsum illud Pontificium referendum fore ad terminos. d. c. fin. ad cuius explicationem emanauit, vt patet

tet ex principio eiusdem, & constat textum in d.cap.fin. sermonem instituere de impetrante, & insimul vtente, si ipsamet verba, quæ superius in contrarium expendebamus, iterum velimus repetere, dum doctissimus Bonifac. copulatiuè voluit, sic impetrantes commodo litterarum carere, processumque non subsistere: suppo ni ergo debet, agere de litteris, per 38
quas processus habitus fuit, & impetrans vtriusque vsus fuerat, aliàs non iniungeret pœnam nullitatis processus: ac denique ex consequenti fateri necesse est, pœnas prædictas minimè procedere solum contra impetrãtes, nisi simul vtantur.

37 Quod si adhuc instes Bonifacium ibidem expendisse fatigationem aduersarij, ad condemnandum impetrãtem in expensis, dedisseque signum, solam impetrationem satis esse, ad hoc, vt impetrans commodo careat litterarum: facilè etiam cum Innocent. respondeo super eodem text. quem ibi glossa sequuta est, in verbo *fecerit*, à qua non recessit Ioann. Andre. quinimò vnanimes interpretati sunt, verbum, *fecerit*, scilicet cum effectu, negamus collectionem illam, vt qui ad expensas fatigationem expendit credidisse necesse sit, impetrationem sufficere, ad carendum commodo litterarum. Etenim si ad tollendã consequentiam, sufficit dare instantiam ex dialecticorum regulis, planè contingere posset, impetrantem litteris vti præmissa earum præsentatione, & per citationis Decretum, absque eo quod reus qui forte non cõparuit, aliquas expẽsas pateretur: proindeque manifestè probatur, impetrationem insimul, & fatigationem aduersarij requiri ad carentiam commodo litterarum, si per fatigationem intelligas vsum earundem: damus enim vtentem per solam præsentationem, & citationem, qui litteris careat reo non fatigato, quoniam absurdũ esset asserere, quod omnis vsus fatigationẽ inducat: vnde de primo ad vltimum ad incurrendam pœnam, vsus litterarum necessarius erit, nec sufficiet sola impetratio, vt cum communi & veriori opinione in praxi seruanda defendimus.

Textus autem in d.l. 3. in principio ff. quod quisque iuris in suo casu loquitur, teste Felino vbi supra, versic. *reputo*, quem sequutus est Philipp. Dec. num. 10. similique modò interpretandus est text. in d.l. si quis maior. C. de transaction. procedere specialiter in suo quoque casu, nec debere ad alios extendi, præsertim vbi eadem ratio nõ currerit, tanquã odiosa & pœnalis decisio, per iuris regulas notissimas in c. pœnæ, de pœnit. distinct. 1. & in reg. odia, reg. in pœnis, de regul. iur. in 6. idque propter specialem rationem transactionis, & iuramenti, de quibus in d.l. si quis maior, vt præter ea quæ tradiderũt Paul. & alij, teste Alexan. conf. 35. num. 3. & 4. lib. 1. post glossam ibidem, verbo, *supplicando*, rectè sunt interpretati Doctores communiter, quos retulit, & sequutus est Dom. Padilla in d.l. si quis maior, num. 15. cum seqq. Semper ergo firma perpetuaque manet doctrina, quam tradidimus, vt nõ antea pœna amissionis litterarum incurratur, quã impetrans illis vti cœperit, nec sufficiat impetrasse.

39 Nec tamen desinam ad calcem huius puncti lectorem admonere non caruisse mysterio, quod text. in d.c. ex tenore, sermonem instituens de presbytero, qui impetrauerat secundas litteras, & illis insimul vsus fuerat, trahens aduersarium ad diuersos iudices, meminerit dumtaxat de priuatione commodi litterarum, quæ nouè in pœnam fuit inflicta contra tales

tales impetrantes: nihil verò dixerit de damnis, & expensis. Cuius rei ratio elegans quidem est, si expenderis animum, & mentem Pontificis ibidem, eo intendisse, vt dolosos, & fraudolentos impetrantes pœnis afficeret, debitoq; puniret supplicio, cum tamen damnorum expensarumque condemnatio, non tam pœnã, quàm satisfactionẽ respiciant, meritò summus Pontifex assignata priuatione, commodi litterarum, de expensis, & damnis mentionem non fecit.

40 Quarũ postea meminisse placuit Romanis Pontificibus in cap. vlt. de rescript. & in cap. dispendia, eod. tit. in 6. quorum breuitatem, & eruditionẽ expresserunt, vtrumque scilicet amissionem damnorum, & expensarum cõdemnationem: iuxta glossam in d. c. dispendia, verbo, *in expensis*, vt in posterum decisiones istorum iurium, sint quasi commentum quoddã Pontificiæ constitutionis in d. c. ex tenore: quæ multum etiam deseruiet interpretationi d. c. vlt. & d. cap. dispendia, quantum attinet ad propositum, vt satis intendere videtur, si intelligatur glo. 2. in fin. in d. c. ex tenore: meminisseque iuuabit in iudicando, & consulendo, docendoque in scholis, cum ad decisionem plurimorũ casuũ, tum etiam ad multorũ iuriũ rectam intelligentiam assequendã.

41 Rursus prædicta veriori, & communiori opinione retẽta, cauebis à glo. vlt. in cap. cæterum. §. verum, de rescript. in illis verbis, *malitiosé, vel fraudulenter litteras impetrat*, quæ voluit per solam impetrationem, posse quẽ in expensis condemnari, & sanè loquitur cõtra eundem textum, quem interpretatur, qui si cum iudicio aduertas, impetrantẽ minimè punit, sed eum qui impetratione fraudulenta aduersarium suum laborare cogit, quem laborem manifestum est non resurgere, ex sola rescripti impetratione, sed ex vsu eiusdem, quãdo aduersarius vocatus in iudicium inuitus venire compellitur, & ipsamet citatione fatigatur, iuxta proximè à nobis tradita, & quæ adducunt Staphileus, sic intelligens textũ, in d. c. cæterum, verſic. *verum*, in titulo de signat. litterar. iustitiæ. §. his generaliter, n. 4. Petr. Rebuff. in concordatis, tit. de mandatis Apostolicis. §. 1. verbo, *duobus*, verſ. 2. Et probat in simili tex. vbi glo. verbo, *vexare*, in dict. Clemen. 1. de rescript. & addẽdus est Dominic. in cap. quoniam, in princip. de immunit. Ecclesiar. in 6. vbi dicit solũ actũ impetrationis non inducere litigiũ, neque voluntatem litigandi ex text. ibidem.

42 Neque qui pollicitus fuit non venire contra transactionem in pœnã incidet, solũ impetrando, iuxta glo. d. Clem. quam extollit, & singulariẽ appellat Cardin. ibi, dicens minimè fuisse contrauentum transactioni, donec aduersarius vexetur, & habemus consilium Cardinalis 17. incipit, *in Dei*. Vbi in ardua causa magnique ponderis, & momenti, pie doctèque consoluit, prohibitum impetrare iudicem sub pœna, vel eum qui pollicitus fuit non impetrare, etiam si impetrauerit non puniri, nisi vtatur, reum in iudicium adducendo: ex d. c. cæterum. §. verum. Durumque & rigorosum visum fuit Paulo Castrens. in d. l. si quis maior, quod per solam impetrationem rescripti delegatorij, incurreret quis pœnas de quibus ibi. frequentiusque præceptores nostri procliuiores fuerunt in eam sentẽtiam, tanquã æquiorem, vt ante vsum rescripti pœnæ præscriptæ non incurrãtur: eo maximè, quod liberum sit impetrãtibus, antequam vtantur, à rescripto recedere, etiam aduersario inuito, & reluctante, & fortè non duobus,

bus, ſed vno dumtaxat intendebat vti, quo caſu, neque videtur decipere Papam, neque aduerſarium. Ex quibus, & alijs, quæ tanquam nota ommittimus conſultò, apertè deducitur, ad probandam fraudem non ſufficere probare ſolam impetrationem, quãdiu impetrantes reſcriptis non vtuntur, ſimilique modo philoſophari licere in alijs cauſarum figuris, vt ſola impetratio ſine vſu litterarum, nequaquam litigantibus noceat, ex ſuperius tradita reſolutione.

43 Ex qua vlterius infertur ad praxim, etiam ex inualido iuramento contrahi reatum periurij, vt doctè, & ſapienter deducebat Bald. ex cap. tua nos. de iure iuran. rectèque dixiſſe Bartolum in l. ſi quis legatum. ff. de falſis. Cinum, & Salicetum in l. 1. C. de ſepulchro violato, Abbatem in 2. parte ſtatutorum, quæſtione 49. notarium facientem inſtrumentum falſum, puniendum fore, etiam ſi aliàs inſtrumentum eſſet inualidum ratione ſubiectæ materiæ, vel deficientis ſolemnitatis, & ſi extraordinaria pœna, iuxta eleganter notata per Bald. in dict. l. 1. C. de ſepulchro violato, in fine, vbi dixit, quod notarius qui conficit inſtrumentum falſum, de iure non tenens, puniri non debet de falſo, ſed pœna extraordinaria.

44 Pariterque deducitur ex dictis, quod quantumuis contrahens bis matrimonium primo non ſoluto faciat actum nullum puniendus erit, ex eo quod lex ſolum factum & animum facientis, non autem iuris effectum conſiderauerit, quo caſu tradidimus ſuperius, etiam de actu nullo in pœnam incidi: iuxta text. in capit. nuper. de bigamis, & in l. eum qui duas. C. de adulter. & in dict. l. quid ergo. §. cum autem factum. ff. de his qui notantur infamia.

45 Vnde rectè etiam docuerunt Butri. & Abb. in capit. olim de reſcript. per illum textum, num. 6. verſiculo, *& ex hoc*, falſificantem litteras, aliàs nullas & iniuſtas, incidere nihilominus in pœnam falſi, ob prædictam rationem, rectèque dixerunt idem Butri. in capit. cauſamque. el primero de teſtibus. Ioann. Andr. in reg. non eſt ſine culpa. Bart. in dict. l. ſi quis legatum, quod licet teſtis deponat falſum in iudicio nullo, tamen punitur de falſo, de quo vide latiſsimè per Marian. Socin. in capit. 1. de crimine falſi, & Bald. in l. iuris iurandi in fine. C. de teſtibus. Qua etiam ratione dicebat Cardinal. in dict. Clement. 1. de conſanguinit. quæſt. 8. conſtitutum in ſacris contrahentem matrimonium grauiter puniri, licet aliâs matrimonium non teneat, & videmus quotidiè furta, & ſimilia puniri: quæ tamen manifeſtum eſt, non habere iuris firmitatem, & acceptatio ſecũdi Beneficij curati, etiã inep tè & illegitimè facta cauſat ammiſsionem prioris ipſo iure, iuxta celebrem deciſionem text. in capit. de multa. de præbend. & Rotam antiquam de probationib. deciſione 13. quæ omnia, & plura eiuſdem generis, quæ perdocti lectores diſcurrendo ex ſuperioribus deducere poterunt, eam rationem habent, quia lex punit factum, & animum facientis, non verò iuris effectum, vt abundè à nobis dictum eſt.

Summa-

Digitized by Google

Tract. de legib. & const. Principum, &c.

Summaria ad Controuersiam 9.

1 PROPONITVR & explicatur titulus præsentis controuersiæ, quæ connectitur cum præcedenti.

2 *Legis dispositio ex sola mente Principis illam condentis casum omissum potest comprehendere.*

3 *Nihilominus in aliquibus casibus sola voluntas nuda, vel aliquibus signis, aut coniecturis declarata sufficit, vt in ademptione legatorum, & in matrimonio eorum, qui loqui non possunt, & in legatis.*

4 *Licet in dispositione hominis, nihil cõprehendatur, nisi quod mens & verba significant: nihilominus tamen si in dispositione hominis alia ratione sub nomine, & appellatione prohibiti, veniat, id quod ex prohibito sequitur, videbitur etiam sub ipsa prohibitione includi debere.*

5 *Lex quidquam concedens, vel prohibens tacitè videtur prohibere, vel cõcedere omnia illa quæ ex prohibito, vel concesso sequuntur, tanquam à causa proxima.*

6 *Acceptans vnum beneficium incompatibile, statim alterum perdit, & regula, quæ prohibet in consulto Episcopo beneficia dimitti, intelligenda est de renuntiatione, aut dimissione beneficij directè factæ, non de ea, quæ contingit per acceptationem secundi.*

7 *Iura inhibentia beneficij renuntiationem sine licentia Episcopi, modum & formam renuntiationis dumtaxat prohibuerunt.*

8 *Vtriusque membri quæstionis exempla subijciuntur, & primo circa actus qui ex prohibitis sequuntur.*

9 *Excluso & prohibito patre ab ipsa hæreditate non censetur interdicta additio filij, per quam pater erat ad hæreditatem peruenturus.*

10 *Si quis alienatione prohibita rem hypothecauerit sine domini consensu, non ideò in commissum incidit.*

11 *Quando aliquid prohibetur non censetur prohibitum, id per quod peruenitur ad illud.*

12 *Actus æquitandi natura sua periculosus non est, nec prohibitus clericis, & clericus currens in æquum occidens, ab irregularitate excusatur.*

13 *Venatio ob solam honestatem clericis interdicitur, & tamen si clericus vendens animalia ferocia aliquem iaculo occidisset, quamuis omni adhibita diligentia, nihilominus foret irregularis.*

14 *Referuntur quædam iuris exempla, in quibus nequaquam consideratur cõnexio actuũ inter se, sine quod vnus sequatur ex alio.*

15 *Ad materiam præsentis controuersiæ pertinent duæ iuris regulæ,* prohibito, vel cõcesso antecedẽti cẽseri prohibitũ, vel cõcessũ cõsequẽs, & q̃ si lex cõcedat, vel prohibeat cõsequẽs, cẽsetur cõcessisse, vel prohibuisse antecedẽs.

16 *Proponitur bimembris conclusio, & referuntur nonnulli casus, in quibus aliquo prohibito omne id prohiberi censetur per quod peruenitur ad illud.*

17 *Subijcitur exornanda iuris regula,* cũ quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.

18 *Ex tacita Legislatoris mẽte prouenit, vt concesso, vel prohibito vno cẽsea tur prohibitum, vel concessum, id quod ex eo sequitur.*

19 *Absurda*

Digitized by Google

19 *Abſurda foret lex, aut cõſtitutio, quæ vnum prohiberet, & ſimul non interdiceret ea omnia, quæ tendunt in prohibitum, & ſequuntur ex illo, data pari, vel ſimili ratione.*

20 *Argumenta contraria limitãr, ſed nõ infringunt propoſitam doctrinam.*

21 *Officialis Epiſcopi, qui ſemel pronuntiauit virtute reſcripti non poſſe diſpenſari in matrimonij impedimento, non poterit retractare ſententiã ſuã, ſed adeundus erit Summus Pontifex contra Thomam Sãchez, qui affirmat vt ipſum officialem poſſe iterum reaſſumere cauſam.*

22 *Perperam, & contra iuris rationẽ diſtinguit Thomas Sanchez vnum & eundem iudicem, vt delegatum à ſe ipſo, vt ordinarius eſt.*

23 *Admiſſa noua Thomæ Sãchez opinione aperiretur via, per quam omnes, & ſingulæ diſpenſationes ſemel obtentæ facilé fierent litigioſæ.*

24 *Oſtenditur non eſſe par credere opinionem Thomæ Sanchez procedere poſſe, aut executioni mandari.*

25 *Ratio vitandi peccati ſufficiẽs nõ eſt, ad hoc vt iudex qui tanquam delegatus ſemel diſpenſauit, iterum poſſit negotium aſſumere.*

26 *Probatur dicta propoſitio efficaciſſimis fundamentis, & oſtenditur magis intercluſum eſſe aditum cauſæ cognitioni per ſententiam diffinitiuam á Delegato pronuntiatam, quã ex eo quod tranſierit in rem iudicatam, ob omiſſam appellationem, vel quia fuerit vis confirmata.*

27 *Vicarius Complutenſis ſola authoritate Thomæ Sanchez ductus, cum ſemel diſpenſaſſet cum quibuſdam cõſanguineis, reaſumpſit negotium authore contrarium patrocinante.*

CONTROVERSIA 9.

Vtrùm prohibito vno, vel conceſſo, cenſeãtur prohibita, vel cõceſſa omnia ea quę ſequũtur ex illo, vel per quę peruenitur, aut peruueniri poteſt ad ipſum prohibitum, & an legum pœnæ, tales etiam actus includant, & comprehendant, vel ſolum imponendæ ſint committentibus actus ſimpliciter & expreſſè prohibitos.

RÆteritam quationẽ cõmittatur alia non minus vtilis quã ne longius quam par erat protraheretur diſputatio, in præcedenti cõtrouerſia nõ abſoluimus, quamuis ſemel in titulo propoſuerimus: an ſcilicet prohibitis actibus ſimpliciter, quibus pœnæ per leges impoſitæ ſunt, prohibita cenſeri debeãt pœnisque cõprehenſa, quæ ſequuntur ex illis, pariter & illa, per quæ peruenitur ad illos, in quibus, id eſt tã in antecedentibus, quam in conſequentibus, non diſsimilis ratio apparet, reſpectu ipſorum actuum, qui ſimpliciter prohibiti ſunt, pœnis contrauenientibus impoſitis.

2 Planè vt prius in genere ſubtilem hanc cõtrouerſiã pariter, & quotidianã attingam' illud exploratũ eſſe debet, legis diſpoſitionem ex ſola mẽte Principis illã condẽtis, caſũ ommiſſũ poſſe cõprehendere, c. ſi poſtquã. 32. de elect. in 6. ſæpè repetita, l. nõ dubiũ. C. de legibus, ibi, *cæteraque quaſi expreſſa ex legis liceat volũtate colligere*, & multis alijs in locis, quo etiã iure vtimur ſępenumero, extendentes leges ipſas de vno in alterum caſum,

Digitized by Google

ex tacita Legislatoris volũtate,vt vel ſic longa differentia debeat aſsignari inter diſpoſitionem legis & hominis. Etenim hæc poſterior regulariter non comprehendit illa quæ voluit diſponẽs,niſi verbis, ea quoquã modo ſignificantibus expreſſa ſint, l.quidam cum filium 46. ff. de hæredibus inſtituend.l.ſi repetendi. 7. C. de condictione ob cauſam.

3 Et ne quiſpiam non adeò eruditus ocaſionem arripiat exiſtimandi hinc euerti coniecturas vltimarum voluntatum,quarum tot tantique extant doctiſsimorum virorum elegantiſsimi tractatus,ne dum etiam de cõiecturis contractuum, nõ ſine myſterio adiecim⁹ verbũ, *regulariter*, quia ſæpè multisque in locis,de quibus in iure noſtro, reperitur expreſſum, q in aliquibus caſibus ſola voluntas nutu,vel aliquibus ſignis,aut coniecturis declarata ſufficiat,vt in ademptione legatorum,probat l.3.§.non ſolũ cum l.ſequenti,ff.de adimend.legat. in matrimonio eorum qui loqui nõ poſſunt, probat reſponſum Pontificium,in c.tuæ.25.de ſponſalib. Tãdẽ in legatis ſunt iura manifeſta,in l.in epiſtola.22.C.de fideicommiſ. & in l.nutu,ff.deleg.3. vndè mentis noſtræ nequaquam eſſe poterat vltimarum voluntatum, aut ipſorum contractuum ſigna,ſeu legitimas coniecturas peruertere.

4 Etenim licet veriſsimum ſit, nihil in diſpoſitione hominis comprehendi,niſi quod mens, & verba ſignificant,adeò vt quantumuis rectè ſciamus, manifeſtumque ſit teſtatorẽ aliquid noluiſſe, ſi tamẽ id verbis quibuſcũque non expreſſerit,nihil agit, d.l.quidã cũ filiũ d.l.ſi repetendi, nihilominus tamẽ ſi in diſpoſitione hominis alia ratione, vel ex alio capite ſub nomine,& appellatione prohibiti,veniat id quod ex prohibito ſequitur, v. g. quia res eſt adhærens, vel coniũcta,iuxta l.quæ religioſis 43.ff. de rei vendicat. vel alio modo, proculdubio videtur, etiam id quod ex prohibito ſequitur ſub ipſa prohibitione includi debere,vt præter alios contendit Andr. Tiraq.in l.ſi vnquã, verb.*liberis*,n.48. Planè ſi in eo quod ex prohibito ſequitur eandem,vel ſimilem rationem inueniamus,ex illoque ſequatur proximè,& immediatè tanquã â cauſa,iudicare debebimus in prohibito,vel cõceſo, ſimiliter cõtineri,eiſdẽque pœnis cõprehendi,q intelligerẽ niſi aliud inueniretur expreſſum in iure,quo caſu planum eſt non procedere hanc diſputationẽ.

5 Quandoquidem ea legis mẽs eſt, quidquã prohibentis, vel cõcedẽtis, vt tacitè videatur prohibere,vel concedere omnia illa,quę ex prohibito, vel cõceſſo ſequũtur,tanquã â cauſa proxima,& immediata, niſi aliud ſenſiſſe Principẽ,ex verbis,materia ſubiecta,aut aliundè colligatur,l.qui neque,ibi,*& cõiũcti tutoribus curatores accipiantur*,ff.de rebus eorum.

6 Qua ratione ſi quis acceptauerit vnũ beneficiũ incõpatibile,ſtatim in quãdã conſequentiã alterum perdit, c.de multa.27.de præben.niſi prioris beneficij retentionem haberet,quid quid cõtradicãt Abb.& Præpoſ. in c. admonet,&in c.quod indubijs,de renunciat.& in c.de multa,etiamſi non interueniſſet licẽtia ſuperioris prioris beneficij,quoniam regula c.quod in dubijs,& cap.admonet.de renunciat.quæ prohibet inconſulto Epiſcopo beneficia dimitti,& adquiri,intelligenda eſt de renuntiatione, aut dimiſsione beneficij,directè facta,nõ autem de ea quæ contingit per viam indirectam,per acceptationem,ſcilicet,ſecũdi incompatibilis,talis enim dimiſsio,& renũtiatio nullo iure, vnquam prohibita fuit.

Nec

7 Nec dici poterit renuntiationem in consulto Episcopo vna via prohibitã, per alteram admitti contra reg. cum quid vna via. 84. de reg. iur. in 6. si cum iuditio aduertas, iura inhibentia beneficij renuntiationẽ, sine licẽtia Episcopi, modũ, & formã renũtiationis dumtaxat prohibuisse, id est, vt nemo posset liberè, sine superiore suo beneficio renũtiare, nõ verò interdixisse priuationẽ, seu vacationẽ talis beneficij, per alteriº acceptationẽ in vna Diœcesi, etiã in cõsulto Prælato, prioris beneficij in alio Episcopatu existentis, ex præfata ratione, & fundamento.

8 Sed operepretiũ erit, antequã vlterius progrediamur maioris claritatis gratia vtriusque mẽbri quęstionis exẽpla subijcere, & primo circa actus qui ex prohibitis sequũtur habemus iura expressa, in l. 2. §. si vir vxori, ff. de adquiren. pos. vbi supposita prohibitione donationis inter vir. & vxor. dubitatũ fuit, vtrũ ex causa donationis cæsa possessione mulieri, adquireretur eidem? & respondit Paul. C. ex inutili cõtractu translatã fuisse possessionẽ, ac proinde prohibito vno actu minimè censeri prohibitum id quod ex eo sequitur, nẽpe talis possessionis adquisitio, vt ex illo tex. deduxerũt Bart. & interpretes cõmuniter, & in l. verũ. 40. ff. de furtis, vbi ad eã quęstionẽ, vtrũ qui fores meretricis libidinis causa fregiffet, si fures nõ ab eo inducti, sed aliás ingressi, meretricis res egesserunt, furti teneretur, respõdit Vlpian. I. C. non teneri, & sic cũ prohibitum sit frangere fores alicuius, non censeri prohibitum, id quod ex efractione sequutum est.

9 Exẽpla verò actuũ per quos peruenitur ad prohibitũ prõptiora quidem sunt, quã quæ ab aliquo, vel mediocriter docto possint ignorari, & inijcio sese offert celebris tex. in l. qui in aliena, §. interdũ, ff. de adquir. hæred. vbi non obstante, ꝙ pater ab hęreditate ex sua persona excluderetur, admissus tamen fuit alia via, scilicet ex persona filij, per quã rectè potuit pater ad hęreditatẽ peruenire, *interdum* (inquit Vlpianº) *filij familias, & sine additione adquirunt hæreditatem, ijs in quorũ sunt potestate: vtputá si nepos ex filio exheredato, hæres sit institutº patrẽ enim suũ sine additione faciet hæredem, & quidẽ necessariũ*, hactenus I. C. ex quibus verbis apertè deducitur prohibito vno, nõ prohiberi id per ꝙ ad ipsũ possumus peruenire: quãdoquidẽ excluso, & prohibito patre ab ipsa hęreditate, nõ cẽsetur interdicta additio filij, per quam coacta iuris ratione, pater erat ad hęreditatem peruenturus.

10 Rursus manifestũ est, & sępè cõtingit mediãte hypotheca ad rei venditionẽ peruenire, l. 2. & 3. de distracta. pign. tenẽt insignes Lusitani Caldas Perei. de renouat. emphith. q. 12. nu. 10. Ant. Gãma decis. 214. n. 4. Albarº, Baez de emphith. q. 38. n. 10. dicẽtes, cõmunẽ post D. Couar. lib. 3. resolut. c. 14. n. 6. At si quis alienatione prohibitã rẽ hypothecaverit sine Dñi consensu, nõ ideò in cõmissum incidet, igitur vno prohibito, minimè censeri debẽt prohibita illa per quę ad ipsũ peruenitur: probatur minor propositio, in qua vis argumẽti cõsistit, ex l. vlt. in prin. ibi, *vendere, vel in emphiteuticum transferre*, C. de iure emphiteutico, procedit ergo consequentia, quam probat communis Doctorum traditio ibidem.

11 Denique optimũ, & peruulgatum habemus exemplũ in l. oratio. 16. ff. de sponsalib. ex quo I. C. responso, frequẽtissimè deducunt interpretes, ꝙ quãdo aliquid prohibetur, nõ cẽsetur prohibitũ id, per ꝙ peruenitur ad illud, cũ in eo text. prohibito matrimonio, nõ mãserint prohibita spõsalia,

lia, per quę peruenitur ad matrimoniũ, vt ſatis denotat verbũ, *ſuppleri*, de quo ibi, quaſi I.C. voluerit ſuppletionẽ fore neceſſariã, vt comprehẽderẽtur ſpõſalia, quæ ex prohibitione matrimonij, nequaquam cenſeri debebant interdicta, vt intellexerũt Alex. conſ. 194. n. 5. & Bald. in l. vnica n. 10. C. ſi Rector Prouintiæ.

12 Sunt præterea nonnulla alia iura, & fundamenta, quę vtramque propoſitæ diſputationis partem ſemel cõfirmare, & iterum euertere videntur, ſi adducamus in memoriã, nonnullos actus ex prohibitis ſequutos, vel per quos ad prohibitos peruenitur, imputari aliquando, quandoque verò non imputari: experimur enim excuſari clericũ in equo currentẽ, qui puerũ occidit, ab irregularitate, quia nõ dabat operã rei illicitę, iuxta tex. in c. dilectus. 13. de homicid. quaſi ſi rẽ face ret illicitã imputãdũ illi foret ipſum homicidiũ: quæ doctrina difficilis videtur ex eo, quia talis occiſsio nihil cõmune haberevidetur, cũ actu equitandi, qui natura ſua periculoſus nõ eſt, nec prohibitus clericis, nec dirigitur in occiſsionẽ, inferius tamẽ ſimul cũ alijs iuribus explicabitur.

13 Rurſus exploratum eſt, venationẽ Leonum, Vrſorum, & aliorum animalium, cum armis faciendam, clericis, ob ſolam honeſtatem interdici, iuxta tradita per Couarruu. in reg. peccatum, 2. par. §. 8. n. 3. per Tiraque. de nobilit. cap. 37. â num. 35. Bernard. in praxi, c. 61. Abb. & communem ſcholam, in cap. penult. vbi id probatur expreſſè, de clerico venatore, non verò quod venationis actus natura ſua, ad occiſsionem ordinaretur, nec indè mors, aut homicidia frequenter, aut ſæpè ſuborirentur, & tamẽ ſi clericus, Leones, vel Vrſos, aliavè animalia ferocia vẽdés, aliquẽ iaculo occidiſſet, quãtũuis omni adhibita diligẽtia, nihilominus foret irregularis, teſte Couar. in clem. ſi furioſus, 2. p. §. 4. nu. 8. & Nauar. in manu. c. 27. â n. 220.

14 Nec non clericus alter, qui campanas pulſans puerum occidit, excuſatur ab irregularitate, quia rem neceſſariam, & vtilem gerebat, qui procul dubio ſi rem prohibitam faceret, nõ ita excuſaretur, ſto manifeſtum ſit actum mouendi campanam, in occiſsionem minimè tendere, nec ſecum connexionem aliquam habere, qua ratione Sylueſtro, Doctoribusque communiter placuit, irregularem eſſe clericum excidentem arborẽ alienam, ſi inde mors ſequatur, non aliæ ex cauſa, quam quia dabat operam rei illicitæ: quemadmodum dici ſolet de monacho cimballum pulſante tempore interdicti, ſi inde mors contingat, alijsque ſimilibus, in quibus nequaquam conſideratur connexio actuum interſe, ſiuè quod vnus ſequatur ex alio, vel per vnum ad alium tendamus, ſed ſolum attenditur, an perpetrantes dediſſent operam rei illicitæ nec ne.

15 Denique antequam ad concluſionem accedamus, conſiderare oportebit, huc etiam ſpectare regulam illã, quæ vulgo circumferri ſolet, de qua in c. præterea 5. de offic. & poteſt. iudic. deleg. prohibito, vel conceſſo antecedenti cenſeri prohibitum, vel cõceſſum conſequẽs, quã etiam probat vulg. l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudic. ſimiliter, & aliam regulam, quæ habet è conuerſo, quod ſi lex concedat, vel prohibeat conſequens, cenſeatur conceſsiſſe, vel prohibuiſſe antecedens, ſecundum longo ſermone tradita à Carrocio in dict. regu. cum quid prohibetur. de regul. iur. in 6. & quæ latè diſſeruit Euerard. loco. 126. Nauarr. in princ. de pœnitent. & remiſsion. diſſinit. 1. n. 28. quam etiã probant expreſſa iura, in l. ad legatũ

62,

Digitized by Google

62.& in l. ad rem mobilem.56. ff. de procuratorib.& in c.quoniam.19.de ſent.excommunic.lib.6.quæ duæ regulæ ſic inter ſe connexæ, & copulatæ,eodem quidem iure,& intellectu cenſendæ ſunt,cum alijs duabus regulis certam quandam affinitatem ſecum habentibus,ſcilicet reg.cũ quid prohibetur 39.& reg. cum quid vna via.84.ideoque vno contextu,eodẽque verborum tenore erunt explicandæ,& interprætandæ.

16 Prius tamẽ quæſtioni noſtræ,quo ad vtramque partẽ affirmatiuè reſpõdendum eſt, concluſionem bimembrem ſtatuentes cum Bonifacio in dictis iuris regulis, *cum quid ſcilicet prohibetur , prohiberi quidem omnia illa, quæ ſequuntur ex illo*, rurſus & *cum quid vna via prohibetur alicui , ad id alia admitti non debere* , ita vt omnes actus, per quos ad rem prohibitam peruenitur , ipſi etiam prohibiti cenſendi ſint. Probant priorem cõcluſionis partẽ ſuperius adducta fundamẽta,ſi ſingula ſingulis adaptaueris. Etenim prohibita alienatione, prohibita intelliguntur venditio, donatio,manumiſsio,& cætera,l.vltim. C.de reb.alien.non alienan. c. nulli. de reb.Eccleſiæ,& prohita per legẽ cõcupiſciẽtia, prohibita intelliguntur omnia mala, quæ ſequuntur ex illa,cap.nam concupiſcientiam de cõſecr.it. & cui prohibetur Eccleſiæ communio,& eius ſtipendia prohibita intelliguntur, cap.Paſtoralis in fine.de appellation.l.cui pacto, ff. de ſeruis exportand.facitque regu.acceſſoriũ. de regul.iur.in 6.& furto prohibito, prohiberi quoque omnem rei alienæ illicitam vſurpationem manifeſtum eſt,ſicuti prohibita mœchia omnem illicitum concubitum prohiberi,iuxta expreſſos canones in cap.meretrices 32.quæſt.3.& in cap.pœnale. 34.quæſt.5.& prohibito officio beneficium etiam prohiberi docuit text. in cap.eos.81.d.habemusque regulã dictæ aſſertioni ſimilem, quę generaliter tradit aliquo prohibito, omne id prohiberi , per quod peruenitur ad illud,& loquitur de conſequentia prohibitionis mediorũ,per quę peruenitur ad extremum,quemadmodũ dict.reg. cum quid. ſermonem inſtituit de conſequentia prohibitionis extremorum,quæ procedunt ex primo prohibito.

17 Alterum vero ſtatutæ concluſionis membrum , quatenus dicimus cũ quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debere admitti,non erit difficile tantiſper exornare,ex traditis per gloſſam magnam , & magiſtrã in d.reg.cum quid vna via,verb.*cũ quid*, & adductis per DD. communiter in cap.examinata de iudic. ſatisque probatur ex relatis ſupra fundamentis, huic ſecundæ concluſionis parti correſpondentibus.

18 Quã vt eruditus lector,adhuc clarius percipere valeat,ſummopere cõducet expendere,ex eo cõceſſo , vel prohibito vno, cenſeri prohibitum, ſeu conceſſum,id quod ex eo ſequitur,ex tacita nempe Legislatoris mẽte,quę etiam efficit,vt ſi demus prohiberi vnum,vel concedi per legem ex coniectura volũtatis Principis,cẽſeri debeat prohibitũ, vel cõceſſum, idper quod tanquam per mediũ ad primum prohibitum, vel conceſſum peruenitur, quod intellige ſi non ſit diſpar,vel diſsimilis ratio,vt in ſuperius propoſitis argumentis , quorum ſpeciales rationes ſuis poſteà locis explicabuntur.

19 Quod autem ea ſit,vel fuerit tacita Principis mens , vt prohibito vno per legẽ,prohibita cẽſerentur ex illo ſubſequuta,vel media,per quę peruenitur ad illud,vt tenet proxima concluſio facilè probatur,cũ ex his quæ

Digitized by Google

colliguntur ex doctrina D.Tho.2.2. q.33.art.2.in corpore,& q.27.arti. 3. afferentis prohibito, vel conceſſo fine,quodammodo,& neceſſariò,quę ex illo pendent prohibita,vel cõceſſa iudicari:tum etiam per argumentum ab abſurdo, foret enim abſurda lex,aut cõſtitutio,vel diſpoſitio quæ libet,quæ vnum prohiberet,& ſimul non interdiceret ea omnia,quæ tendunt in prohibitum,& ſequũtur ex illo,data pari vel ſimili ratione, quod minimè admittendum eſt, cõtra l.nã abſurdum.7.ff.de bonis libert.ac per conſequens fatendum,deduci concluſionem noſtram,atque colligi neceſſariò non aliunde,quã ex ipſa mẽte & voluntate Legislatoris.

20 Nec me latet præfatam doctrinã, quandoque & in aliquibus deficere, vt denotant ſupra allata fundamenta in contrarium,quæ etſi limitent,non tamen infringunt illam,& aſsignabitur vniuſcuiuſque argumenti peculiaris ratio in eiuſdẽ reſolutione. Etenim quia altiorem animaduertimus indaginem requirere,ſeparatim vnũquodque diluendum, & interpretandum ſtatuimus maioris explicationis gratia:ex quorum reſolutione vtilitas huius controuerſiæ magis apparebit,nonnullaque quotidiana,vſuque frequentia,veram lucem videbunt.

21 Interim tamen,& antequam ad explicationem argumentorum deueniam,cogor ex dictis non intempeſtiuè ad praxim inferre, dubiam eſſe apud me perdocti aliás Patris Thomę Sanchez Cordubenſium,imò & Religioſorũ nominis Ieſu,ſingulare decus,& ornamentum inſigne,nouam quandam,& vt ſuſpicor nõ benè fundatam opinionẽ,qui dũ lib.8. de diſpenſation.diſput.27.n.39.tradidiſſet & rectè,officialẽ Epiſcopi, qui ſemel pronũtiauit virtute reſcripti,nõ poſſe diſpenſari in matrimonij impedimento (vtpotè quia ſurreptitiũ, vel alia ex cauſa)nõ poſſe retractare ſententiã ſuam,ſed adeundum eſſe Pontificem delegãtem,iuxta tradita per DD.in l.iudex poſtea quam, ff. de re iudicat.& in l. ſi vt proponis, C. quo modo,& quando iudex,quorum meminit Ioan.Gutierrez multis alijs citatis canonicarum lib.2. c. 2. per totum,& practica.lib.3.q.48.n.16. poſt Ioann.Matien.lib.5.recop.titu.4.l.9. gloſ.1.nu.5.& Andr. Tiraq. in l. boues,§.hoc ſermone.nu. 50. declarat. 6.ff.de verbor.ſignif.aſſerentes iudicem delagatum,ſemel functum officio ſuo,carere deinceps iuriſdictione,cum diffinitiuè pronuntiauerit,totamque cauſam ſibi commiſſam abſoluerit:& inferius ſub eodem numero,ſapienter etiam docuiſſet,eũdem met officialem Epiſcopi,ſi ſemel pronuntiaſſet legitimam eſſe diſpenſationem,& poſtea ſiuè inito, ſiuè nondum inito matrimonio virtute illius diſpenſationis, inueniat ſe deceptũ, vel erraſſe:non poſſe in quantum delegatus cauſam iterũ aſſumere,quod iã functus eſſet delegati officio. Tandem ad calcẽ illius numeri,ſine lege, ſine aliquoque authore, docuit dictum officialem, vt ordinarium poſſe matrimonium impedire, vel iam initum diſſoluere,iterum negotium aſſumens:ſubditque eundem minimè cogniturum,nec iudicaturũ de prioris ſententiæ viribus, quam vt delegatus pronuntiauit, id enim fatetur ſolius eſſe Pontificis delegantis, per indeque in cauſa proceſſurum ordinarium affirmat,ac ſi nullam ſuper ipſa diſpenſatione ſententiam tulliſſet, diſcutiendo validum ne fuerit matrimonium contractum, vel verum contrahi valeat,ſicuti poſſet cognoſcere de quouis alio matrimonio intra ſuã Diœceſim male inito,hæc doctiſsimus Thomas Sanchez.

Qui

22 Qui non satis(vt credo)perspexit præfatam eius sentẽtiam,multis quidem difficultatibus implicari, dum quod vnavia iustè denegat,per aliam concedit,aduersus vulgatam iuris regulã,traditamque superius resolutionem,distinguens vnum, & eundem iudicem, vt delegatum à se ipso vt ordinarius est, quæ distinctio in rebus moralibus, quantum attinet ad effectum, & in hac nostra practicabili,& forensi disciplina,quã parui momenti sit nullus profecto non videt. Etenim iam fatetur causam semel, & omnino deciſsam,iterum posse reassumi ab eodem iudice: insuper, & in causa delegationis, quæ à sola commissione pendet, totaque est apud Pontificem Maximum, Ordinarium se intromitere posse,quæ apertè pugnant,cum notissimis iuris principijs, dictantibus, quod postquam delegatus,licet inutiliter,ac inualidè iudicauit,non potest iterum iudicare, præsertim si mandati formam obseruasset,vt deducitur ex latè adductis per Ioan.Gutierrez vbi supra.

23 Esset præterea viam aperire, per quam omnes & singulæ dispensationes semel obtentæ, facillimo negotio fierent litigiosæ, & impedirentur,quocumque contendente, corã ipso Ordinario, non benè dispensatum fuisse,seque deceptum in causa, adductumque falsis probationibus ad dispensandum, qui etsi iterum, vt Ordinarius declarasset rectè dispensatum fuisse, nihilominus non procederet dispensatio virtute appellationis facilè interponendæ,opusque foret tribus sententijs conformibus ad procedendum vlterius in matrimonio, & quod peius est,futurum id,vt supponitur in prædicta sententia,Pontifice Maximo inconsulto, à quo rescriptum ipsum dispensationis emanauit,censerique debet dispensatum magis,quam ab ordinario delegato, qui Pontificis vices gerens dispensauit,& nullatenus authoritate sua: ideoque magnopere videtur cum ratione coniunctum,& copulatum,vt eãdem causam super eisdem articulis iterum non reasumat, argumento reg.cap.cum inferior, & cap. quod super his cum similibus de maiorit.& obedien.

24 Vlterius vt prudenter considerabat Innocent.in cap. tenor de re iudic. finita semel lite cum his, vel illis litigantibus asserentibus delegatum deceptum fuisse, & errasse cum dispensabit, quia causa deducta falsis testibus fuerat probata, prodire adhuc possent alij, & alij litigatores, & sic lis protraheretur in infinitum,neque assignari potest maior ratio,quare ipse ordinarius,vnũ quam alterum admittat, ad impediẽdum matrimoniũ, litigandumque super deceptione,& errore,quo asseritur lapsum fuisse iudicem dispensantem, quod inconueniens non leue, apertè sequitur ex prędicta Thomę Sanchez opinione: adeò, vt par credere nõ sit,ipsam procedere posse, aut exequutioni mandari: præterquamquod fieri non posse videtur ipsum ordinarium impedire matrimonium ineundum, vel iam initum dissoluere, quia inuenit se deceptum, vel errasse, absque eo quod simul iudicet de prioris sententiæ viribus, quam vt delegatus pronuntiauit,ipsam enim iterum assumpto negocio,vel approbaturus est, vel reuocaturus, ac per consequens se intromittet in causa,& articulo, cuius cognitionem,idemmet Thom. Sanchez d.loco fatetur ad solum Pontificem delegatum spectare.

25 Et vrgentius reijcitur ex eo, quia aditum,quem prædictus author aperuit iudici Ordinario, ad talem causam reassumẽdam eo colore,seu præ-

Digitized by Google

textu muniuit, quod ſententia illa diſpenſationis, vtpotè fouens peccatum matrimonij malè contracti, aut malè contrahendi non tranſierit in rem iudicatam, ac ex conſequenti,iudex vt Ordinarius procedere poſsit ad impediendum matrimonium, vel diſſoluendum contractum,vbi de errore certior factus fuerit, quod benè docet Cardin.in cap. lator,num.vnico, verſ. *in gloſ.fin.* de ſentent. & re iudic. & adduci poteſt text.in cap.porrò ad fin.de diuortijs, ibi, *cui officij intereſt matrimonia illa ad hibita grauitate diſſoluere,quæ illicitè contracta noſcuntur*, grauiſsimũ enim eſt illegitimè coniunctos in matrimonio perſeuerare,& iudicem Ordinarium ad id teneri probat text.in dict. cap.porrò, quia ſua intereſt auferre peccata.Sed iſta ratio à P.Thoma Sánchez,non ſic fulcita,aut confirmata, ſufficiens nõ eſt ad hoc quod iudex, qui tanquam delegatus ſemel diſpenſauit,iterum poſsit negociũ aſſumere,ſuper veritate,vel falſitate expreſſarum cauſarum,etiam tanquam Ordinarius,ergo,&c.

26 Minorem propoſitionem iſtius argumentationis,in qua totum eius põdus vertitur,& continetur, probo ex eleganti doctrina Innocent. & aliorum grauiſsimorum Patruum, ſermonem inſtituentium de ſententia in cauſa matrimonij,à qua non fuit appellatum,cui potius partes acquieuerant,& niſi prætextu vitandi peccati Ordinarius negotium aſſumere non poſſet,& nihilominus docent in hoc caſu,quantumuis animæ periculum verteretur,non eſſe in diſcriminatim audiendos,volentes impugnare, ſemel factam diſpenſationem,ne in infinitum partes contrauenientes admitterentur, vt rectè conſiderarunt citatus Innocent.in dict.capi. tenor, num.vnico ad medium,vbi Hoſtien, ſtatim in princ.Panormit.in cap. fin. in fine de clandeſt.deſponſat.& in c. lator,num.11.de ſent.& re iudic. vbi Felin.num.6.declarat.5.Alexand.de Nęuo,num.11.Cardin.nu. fin. Ioan. Andr.in dict.cap.tenor,num.1. in fi. Anton.num.11.Cardin.num.vnico, verſ. *oppono ad hoc*, Immola numer.7. Bald.num.1.Ancharr.num.4. iterum Abb.in cap.fraternitatis,num.21. de frigid.& maleficiat,& ibi Præpoſ.nu. 19.valde abſurdum iudicantes, vt ſuper negocio iam finito, & cauſa ſemel iudicata iudicium ordinariũ, iterum inſtitueretur, atque id in leuioribus terminis, ſcilicet ob non interpoſitam appellationem, ſeu bis confirmatam ſententiam, quoniam magis quidẽ intercluſus eſt aditus cauſæ cognitioni per ſententiam diffinitiuam à delegato pronuntiatam, quã ex eo quod tranſierit in rem iudicatam,ob ommiſſam appellationẽ, vel quia fuerit bis confirmata,ſi tamẽ ipſa foueat peccatum, ad priorẽ enim relaxandam adeundus eſt ſuperior delegans, ad ſecundam verò impediendam ipſi Ordinario videtur à iure facta poteſtas, & tamen adhuc ipſi non permittitur inſtituere iudicium ordinarium inter partes, vt voluerunt prædicti DD. quinimò præmittere debebit ſumariam cauſæ cognitionem,non citato aduerſario.Igitur de primo ad vltimum, multo magis in ſpecie propoſita dicendum eſt, in integrum non fore ipſi iudici ordinario reaſſumere cauſam delegationis, non ſolum vt delegato, quod planũ eſt,ſed neque vt Ordinario, ne dicta inconuenientia, & alia ſuboriantur maiora. Et ad argumentum, quod prædictum Patrem in eam ſententiam induxit deuitãdo periculo peccati: facilè reſpondetur occurri poſſe,ſi ordinarius præcipiat, ne volentes contrahere ipſa diſpẽſatione vtã-

tur,

tur, aut ipsos abstinere ab ipso matrimonio, interim dum adijtur Roman. Pontif. qui causam iterum committet, aut de salutari remedio proui debit, itaque faciet Ordinarius præmissa prius ex officio summaria quadam cognitione (minimè citatis volẽtibus impugnare sentẽtiã) quę iure optimo illum, ad id credendum adducat, aliâs namque posset superior ipsum Ordinarium punire, quod deinceps se immiscere voluerit in ipso dispensationis, seu delegationis negocio, Pontifice Maximo in consulto.

27 Quæ & alia quamplurima non huius loci, nuper adducebamus coram doctissimo Domino pariter, & illustri Licenciato Ioanne Delgado, & Aguero, qui cum semel dispensasset cum quibusdam consanguineis Opidi de Leganes, huius Toletanæ Diœcesis, probata legitimè angustiæ loci causa, in dispensatione expressa, publicæque denuntiationes fieri cępissent ad ineũdum matrimonium, pro parte quorumdam eiusdem opidi reclamatum fuit, & obiectum impedimentum, coram ipso D. Vicario generali, ex eo quod affirmarent falsam fuisse, falsoque narratam Pontifici prędictam angustiam loci, cum potius plurimi viri intrà illud opidum facilè inuenirentur digni illius fœminæ nuptijs: aduersus quos ego cõtendebam, non fore audiendos, neque admittendos ad iudicium; quia sua non intererat matrimonium impediri, aut disolui, nec formandum esse iudicium ordinarium, nec D. Vicarium, semel functum officio suo iterũ posse cognoscere, & reijciẽdos esse assertos contradictores, ex fundamentis prædictis: dicebamque, dispensationis, semel expeditæ retractationem pertinere non posse vllo pacto ad iudicem, qui dispensauit, neque oportere facilè, & indistinctè, quoscumque admitti ad retractandam ejusmodi dispensationem, sed ad minus præmitti debere instructionem aliquam summariam, & extraiudicialem proposita aliqua causa, iusta & verisimili, quæ iudicis moueret arbitrium, iuxta communem sententiam, quam sequuntur omnes in dict. cap. tenor, & præter supra citatos tenuit Felin. in cap. lator de re iudic. num. 6. Maranta 3. par. artic. 6. nume. vltim. communis ex Rota Bonon. de cis. 97. num. 3. & 4. qui idem recipiendum affirmarũt in omnibus alijs sententijs, quæ licet transeant in rem iudicatam retractari possunt, sicut etiã ex Theologis obseruauit Soto in 4. dist. 41. quæst. 1. artic. 5. colum. 4. nullateuus tamen obtinere potui, quinimò iudex ipse prædictis non obstantibus idem negocium reassumẽs, instituensque iudicium ordinarium partes admisit ad probationem cum dilatione nouem dierum, solius patris Thomæ Sanchez ductus authoritate, qui quatenus dixit ordinariũ posse rursus cognoscere, super veritate, aut falsitate dictæ causæ, sicut de quolibet alio matrimonio cognoscere potuisset, manifestè sentire vilus est, fore instituendum ordinarium iudicium, causamque ex professo consuetis dilationibus examinandam, quod quam magnum inconueniens sit, ex his quę superius dicta sunt eruditiles lectores, id cum ingenio considerantes, non dificile percipient.

Digitized by Googl

Tract. de legib. & conſt. Principum, &c.

Summaria ad Controuerſiam 10.

1 *Proponitur difficultas ex l. 1. §. ſi vir vxori, ff. de adqui. poſ. dũ Iuriscõſultus ex actu nullo donationis voluit poſſeſſionem adquiri.*

2 *Adducitur opinio aſſerentium ideò in d. §. ſi vir vxori valuiſſe donationem, quia res à marito donata aliena erat.*

3 *Si verus eſſet prædictus intellectus in ſe inducereturque dicterium illud,* res facti infirmari iure ciuili nõ poſſe.

4 *Rurſus conuincitur præfatus intellectus, & oſtenditur in d. §. ſi vir vxori innanem fuiſſe donationem, poſſeſſionem verò validam.*

5 *Actus adquiſitionis poſſeſſionis, nihil cõmune habet cũ ipſo titulo adquirẽdi, & diſtinguẽdus eſt omnino titul' ex quo poſſeſſio transfertur ab ipſamet poſſeſſione, & aſſignatur alia ratio ad d. §. ſi vir vxori.*

6 *Non ſatis explicant DD. quid ſibi voluerint illa verba,* rẽ facti infirmari iuri ciuili nõ poſſe, *& nõ eſt reddenda diuerſa ratio ab ea quæ tenuntur ipſimet iuris conditores.*

7 *Diſtinguere conſueuerũt iuris auctores inter poſſidere, et eſſe in poſſeſſione, vt qui ſolum rẽ occupũi, licet ſint in poſſeſſione non tamen poſſideant.*

8 *Dicta teſtium deponẽtium aliquem poſſidere, debent intelligi de inſiſtentia rei, vel occupatione eiuſdem.*

9 *Probata detentatione per legis cenſurã inſurgit legitima præſumptio propriæ & veræ poſſeſſionis, & generaliter poſſeſſio pro ſola occupatione accipiẽda eſt, niſi circunſtantiæ, de quibus hic contrarium ſuadeant.*

10 *Similiter verbum detẽtio accipitur in iure, pro vera & propria poſſeſſione, iuxta quã acceptionem explicanda ſunt iura, in c. dilectiſſimis 12. q. 2. & ibi. ſi quis ante 10. & in l. quod ſerunt 24. ff. de adqui. poſſeſſ.*

11 *Alio modo, & latiſſime ſumitur poſſeſſio, pro re ipſa quæ poſſidetur, in qua acceptione ſumẽda ſunt iura in c poſſeſſiones 10. & in c. vt ſuper 8. §. poſſeſſiones de rebus Eccle. & in l. cum res, C. de contrah. empt. & in l. ſi de vi. §7. ff. de iudic. & in l. vlt. ff. de fideiuſ. minorum.*

12 *Frequẽtius ſumitur poſſeſſio in ſtricta ſignificatione, quatenus dicit ius cõſeruandi rem aliquam, quæ animo domini occupatur, de qua in regula ſine poſſeſſione, et in tit. de adqui. poſ. et in Rubrica de cauſa poſſeſſionis.*

13 *Materia poſſeſſionis nihil aliud eſt, quam ipſa corporalis detẽtio, per cuius ceſſationem, poſſeſſionem ipſam deficere neceſſe eſt.*

14 *Reijcienda eſt cõmunis reſpõſio Doctorũ, & Antonij Gometij aſſerẽtiũ diſtinguẽdũ eſſe, in hac parte inter poſſeſſionẽ ciuilem & naturalẽ, vt illa ſolo animo retineatur, hæc autẽ non aliter, quã corpore & animo ſimul.*

15 *Notiſſimum eſt poſſeſſionem quantumcunque ciuilem, ſæpenumerò nobis auferri ſine facto noſtro, quo fit vt ſolo animo retineri non poſſit.*

16 *Corporalis rei detentio dipartitõ cernitur virtute, ſcilicet & actu, vndè nihil refert, qualis rei retentio, quæ requiritur ad eſſentiã poſſeſſionis actu ſubſit, ſeu virtute, nec dari poteſt poſſeſſio, cui corporalis detentio non cohæreat, ſaltim virtualiter.*

17 *Rectiſſimè ius gentiũ introduxit, vt ad poſſeſſionem ſola ſufficeret virtualis rei detentio.*

18 *Concors eſt omniũ Theologorũ ſententia ſolã virtualem intentionem miniſtri ſufficere in ſacramentis, licet intentio ſit de eſſẽtia ſacramentorũ, & ſimiliter non eſt neceſſe, q mens actu exiſtat in contractu emptionis, & idem in alijs exemplis.*

19 *Iure gentiũ vnicus tãtũ modus inſtitutus reperitur ad adquirendã poſſeſſionem,*

Digitized by Google

ſionem, nempe aprehẽſio corporalis.

20 *Quicunque corporis actus ſufficiens eſt ad explicandam poſſeſſionem corporalem.*

21 *Iure ciuili plures alij modi ſunt inuenti ad comparandam poſſeſſionẽ, qui citra vllum corporis factum ſolo legis miniſterio conſtituuntur.*

22 *Licet dari non poſſit poſſeſſio, cui factum aliquod ſaltim virtualiter non cohæreat, tamen negare nõ poſſumus dabilem eſſe poſſeſſionẽ, in qua plus iuris verſetur quam facti.*

23 *Si actus profecti ex prohibitis, vel media, per quæ ad prohibita peruenitur ſub poteſtate legis nõ cadãt, cõprehẽſa cẽſeri nõ debẽt ſub ipſa legis prohibitione, & intelligũtur regulæ, cũ quid, et altera regula, cũ quid vna via.*

24 *Quotieſcũque media per quæ perueniuntur ad rẽ prohibitam, aut effectus ex ea ſubſequuti non cõprehẽduntur ſub ipſa prohibitione totũ id referendũ eſt ad cauſas hic enumeratas.*

25 *Duæ rationes de quibus in d. §. ſi vir vxori recte cõcludũt ius ciuile facere nõ poſſe, vt vitiũ prohibitæ donationis damnum inferret poſſeſſioni mulieris.*

26 *Explicatur vulgatiſsimũ illud prouerbium* ad præteritum non datur potentia.

27 *Pauli Iuriſconſulti ratio ſecũdo loco adducta in d. §. ſi vir vxori, ſi rectè intelligatur, optimè concludit per argumẽtum ab abſurdo, & licet dominium nõ poſſimus adquirere, niſi præcedẽte titulo, poſſeſſio tamẽ ſolum adquiritur, ex animo poſſidẽdi rem.*

CONTROVERSIA 10.

Vtrùm ſi actus profecti ex prohibitis, vel media, per quæ ad prohibita peruenitur, nõ cadant ſub legis poteſtate, nihilominus comprehendantur ſub prohibitione.

NOn eſt animus ex profeſſo examinare, ſed tantum attingere propoſitam difficultatẽ, ad diſſoluendũ prius & potiſsimum argumentum adductum in præcedẽti controuerſia, ex arguto & perdifficili I.C. reſponſo in l. 1. §. ſi vir vxori, ff. de acquirenda poſſeſſ. quatenus eo tradita à nobis reſolutio labefactari videbatur, dum ex actu nullo, qualis eſt donatio inter virum & vxorem, l. 1. & per totum, l. 3. §. ſciendum, ibi, *nullius momenti*, ff. de donationibus inter vir. & vxor. cap. fin. eod. titu. voluit poſſeſſionem adquiri, & ſic innuere viſus eſt, prohibito vno actu, minimè cenſeri prohibita, quæ ſequũtur ex illo: etenim ſi effectus ſubſequuti prohibiti cenſendi forent, vtique prohibita donatione inter virum & vxorem, poſſeſsio quoque, ex tali actu procedens prohibita cenſeri deberet: quam validam & firmam plerique antiquiores Iuriſconſulti exiſtimauerunt, quorum meminit dictũque approbauit Paul. in d. §. ſi vir vxori, docẽtes quod ſi vir vxori cedat poſſeſsionẽ cauſa donationis ipſa vxor poſſideat, quoniã res facti infirmari, iure ciuili nõ poteſt: *non quid attinet dicere* (inquit Paulus) *non poſſidere mulierem cum maritus, vbi noluerit poſſidere, protinus amiſerit poſſeſſionem.*

Cui

2 Cui difficultati ſuppoſito prius ve ram eſſe concluſionem ſtatutam, iu risque regulam, quam tradidimus in ſuperiori diſputatione, *cum quid prohi betur prohibita cenſeri omnia & ſingula, quæ ſequuntur ex illo*, diuerſi diuerſimo dè nituntur reſpondere, & ſunt non nulli qui aſſerant, propterea in d. §. ſi vir vxori, valuiſſe donationem inter virũ & vxorem, quia res ab illo dona ta vxori aliena erat, quo caſu pauperior factus non eſſet, ac per conſe quens, nec talis donatio iure prohi beretur, iuxta lõgo ſermone tradita per DD. in l. ſi vir vxori. 3. & text. ibi, ff. pro donato, probatque text. in l. ſi ſponſus. 5. §. ſi maritus, ff. de donat. in ter. vndè deducunt minimè miran dum, ſi cum valida præceſsiſſet dona tio, poſſeſsio etiam translata valeret, vt comminiſcitur gl. verb. *poſſeſsionẽ*, in d. §. ſi vir vxori, ibi, *cũ forte alterius eſſet proprietas.*

3 Qui intellectus ſi attendas ſubſti neri nullo modo poteſt, cum ipſius I. C. Pauli illius. §. conditoris rationi bus, & mẽti repugnet, ac cõtradicat: etenim ſi valuiſſet donatio illa, vtpo tè rei alienę, & ita facilis foret poſſeſ ſionis trãſitus in vxorẽ ſine difficulta tẽ aliqua, vt præfati minus benè ſup ponunt: ad quid vel quo prætextu re tuliſſet Conſultus ſententiã illorum, qui dicebant rem facti infirmari iure ciuili non poſſe? ineptè profectò in duxiſſet doctrinam illam.

4 Etſi verum amamus ineptior eſſet eiuſdem Pauli ratio ad extremum ad ducta, ideò fuiſſe translatam poſſeſ ſionem in vxorem, *quod vbi maritus poſsidere noluit protinus amiſerit poſ ſeſsionem*, cum magis in prõptu eſſet reſpondere, poſſeſsionem non infir mari, quia valida præceſsiſſet dona tio: cum igitur vnam & alteram ra tionem addixerit, ne admittamus il las ineptas eſſe, coacta iuris ratione fatendum eſt, innanem fuiſſe dona tionem, poſſeſsionẽ verò validam: ſi cut rectè deduxerunt ex illo text. Barto. & interpretes communiter docentes, ex inutili contractu poſ ſeſsionem transferri. Præterquam quod negari non poteſt prædicti in tellectus authores diuinare, dũ con tendunt, donationem ibi mulieri fa ctam fuiſſe, ex re aliena cum nihil ta le ex illo textu colligatur.

5 Vndè Hieronymus Gratus cõſ. 9. n. 10. col. 1. Iaſ. in h. non dubium, C. de legib. colum. pen. idem in dict. §. ſi vir vxori. num. 11. poſt Vicentium ibidem num. 14. Alexandr. & Socin. col. 2. aliter propoſitum nodum di ſoluere conati ſunt, aſſerentes mi rum quidem non eſſe, ſi ex inutili contractu mulieri fuerit adquiſita poſſeſsio: quandoquidem actus ad quiſitionis poſſeſsionis, nihil com mune inquiunt habere cum ipſa do natione inter virum & vxorem: diſ tinguentes omninò titulum ex quo poſſeſsio transfertur, ab ipſamet poſ ſeſsione, atque adeò affirmantes, pa rum, aut nihil intereſſe donationem prohiberi, ad hoc vt prohibita iudi cari debeat poſſeſsio, cum vnum nõ pendeat, nec deriuetur ex alio: qui addunt propterea fuiſſe translatam poſſeſsionẽ, quidquid titul⁹ (ſcilicet donatio) nullus fuerit, vel iniuſtus, quia marito poſſeſsionẽ dimittẽte, re vera vacabat poſſeſsio, duobusq; cõ currentibus ſimul, id eſt animo, & vo luntate mariti poſſeſsionem transfe rendi, & vxoris rem illam poſsiden di, & adquirendi, iuſtiſsimè eidẽ fuit conquiſita poſſeſsio.

6 Quę interpretatio ex eo etiã nõ po teſt admitti, quia diuerſã rationẽ re dit ad his, quib⁹ ibidẽ vſus eſt Paul. I. C. nec ſatis explicãt prędicti autho res, quid ſibi voluerint illa verba, ſeu ratio, de qua illic, qua habetur ex

alio-

aliorum dictis,atque ſententia rẽ facti infirmari iure ciuili nõ poſſe, quã non ſolum non reprehendit Cõſultus,aut diſceſsit ab illa,ſed eam tacitè confirmauit,& approbauit.

7 Quare pro vera reſolutione quæſtionis propoſitæ,pariter vt rectius intelligatur perdifficile Pauli reſponſum in dict.§.ſivir vxori,breuiter prælibandum eſt,poſſeſsionem,de cuius veriloquio,& ethymologia, egerunt latè Stephan' Forcatolus dialog.73. Ludouic.Carondas lib.2. veroſimil. cap.6.Franc.Othoman.libr.1.obſeruat.c.20.Andr.Alciat.in l. 1. in prin. ff.de adquir.poſſeſ.poſt I.C. Doctores, & communem ſcholam ibidem, Ioann.Corraſ.in §. nihil commune, num.12.vbi nouiores, multipliciter accipi in iure noſtro.Primo modo ſumitur poſſeſsio, pro nuda detentatione,ſeu ocupatione ſola,vt nõ difficilè colligitur,ex l.quod ſeruus.24. ff.de adquirenda poſſeſ.& in l.ſtipulatio.38.§.hæc quoque,ff.de verbor. qua ratione frequenter ipſimet iuris authores diſtinguere conſueuerunt inter poſsidere, & eſſe in poſſeſsione,vt qui ſolum rem occupant,eiusvè nudam detentationem habeant, licet ſint in poſſeſsione, non tamen poſsideant,iuxta traditam à I.C.differentiam in l.ſi quis ante.10. ff. illo titulo de adquir.poſſ.

8 Indeque etiam procedit, & infertur,rectè ſenſiſſe Gomecium in l.45. Tauri.nume.193.poſt Alex.in l.3. §. ex contrario.nu.22.ff.de adquirend. poſſeſ.& Iaſonem ibidem nu.4.dum voluerunt,quod quando teſtes deponunt,Petrum, vel Ioannem rẽ aliquam poſſediſſe,vel poſsidere, intelligendi ſunt, in hac priori acceptione,vt ſolum depoſuerint de nuda rei detentatione, ſeu occupatione, vel rei inſiſtentia tantum,quippè cum teſte Innocent. communiter recepto, in cap.cum cauſam de teſtibus,deponere teſtes debeant,& poſsint de his dumtaxat,quæ ſenſu corporeo percipi poſſunt, & ſola prędicta ocupatio, talisque inſiſtentia rei, oculis percipiatur,conſequens eſt dicta teſtium deponentium aliquem poſsidere,debere intelligi de inſiſtentia rei, vel ocupatione eiuſdem,quam doctrinã ante omnes tradiderat gloſa verb. *ſtipuletur*,in dict.§.hæc quoque,& præter proximè citatos amplexi fuerant Bart.& DD.communiter,quorũ meminit Panormit.in c.cum ad ſedẽ de reſtitu.ſpoliator.nu.21. Felin.in d.c. cum cauſam n.13.

9 Nec ideò minus probata manebit poſſeſsio vera,& propria,quod teſtes de nuda ocupatione, & rei inſiſtentia tantum intelligendi ſint: etenim ſemel probata detentatione,per juris interpretationem, & legis cenſuram,conſurgit legitima probatio, propriæ,& veræ poſſeſsionis, niſi aliquid obſtet,ſeu aliunde contrarium deducatur,vt voluerũt Doctores nuper relati, præſertim Gomecius,Panormit.& Bart.generaliter igitur poſſeſsio pro ſola ocupatione, ſeu nuda detentatione accipiẽda eſt,niſi aliud ſuadeãt titulus ex quo poſsidebitur, materia ſubiecta,de qua tractabitur, conditio perſonarum poſsidẽtium, aut aliæ cõiecturæ,verbi gratia,ſi poſſeſsionis mentio fieret adiecto nomine alicuius tertij, ſcilicet Chriſtophori, vel Ioannis, vel nomine proprio,vtputà poſſeſsio mea,tua, vel alterius tertij, vt in l. interdũ.78. ff. de verbor.ſignific.ibi,*poſſeſsiones ſuas*, & in l.2.C.de ſeruitutib.ibi,*per poſſeſsionem Martialis*,quibus caſib' accipi nõ poteſt poſſeſsio pro nuda detentatione.

10 È conuerſo etiam quemadmodũ diximus poſſeſsionem,ſic lato modo accipi pro ſimplici rei inſiſtentia,vel de-

Digitized by Google

detentatione,iuxta text.in l.queſtio. 115.verſ.*quidquid*,ff.de verbor.ſignific.ſic ipſum verbum *detentio*, accipi conſueuit in iure noſtro, pro poſſeſſione vera,& propria, quod minimè videtur ſilentio prætereundũ,& apertè probatur in capit. cauſam quæ,ibi, *detinere*,de præſcript.& in capi. ſæpè 18.de reſtit.ſpoliat.didici à gloſ.magna in l.3.§.ex contrario,ff.de adquir. poſſeſ. iuxta quam traditionem ſunt explicanda iura in cap. dilectiſsimis, vbi gloſ.verb.*poſsidebat*, 12.q.1.& in d.l.ſi quis ante.10.& in dict. l. quod ſeruus 23.ff.de adquir.poſſeſ.& in §. poſsidere Inſtit.de interdictis.

11 Alio modo,& latiſsimè ſumitur poſſeſsio,pro re ipſa quę poſsidetur, & dominio eiuſdẽ, iuxta notata per Ariam Pinelum in l.1.C.de bon.mater.2.par.num.7. reſoluentem ſic acceptam poſſeſsionem, ex frequẽti loquendi vſu, tantummodo referri ad res immobiles,nonverò ad mobiles, vel ſemouentes,per Bart.in l. vxorẽ, §.legauerit, ff.de leg.3. Franciſcũ de Rippa in rubr.de cauſa poſſeſsio.nu. 40.Guillel.in cap. Rainuntius, verb. *cætera bona*,à num.3.& probat text.in dict,l.interdum.78.ff.de verbor. ignific.*interdum* (inquit Paul.)*proprietatem quoque verbum poſſeſsionis ſignificat, ſicut in eo qui poſſeſsiones ſuas legaſſet reſponſum eſt*, quomodo interpretanda ſunt quamplurima iura,præcipuè textus in cap.poſſeſsiones.10. & in c. vt ſuper 8. §. poſſeſsiones de reb. Eccleſiæ,& in l. cum res, C. de contrahenda emptio.& in l.ſi de vi.37.ff.de iudic.& in l.vltim.C.de fideiuſſo.minor.in quibus poſſeſsio ſumitur pro ipſa re,quæ poſsidetur, & dominio eiuſdem,nec non,&alijs multis in locis,quosvt eluti digito cõmõſtraſſe ſatisfuerit.

12 Denique frequentius ſumimus verbum,*poſſeſsio*,in ſtricta, & propria ſignificatione,quatenus dicit, & importat ius conſeruandi rem aliquam, quæ animo domini ocupatur,de qua in reg.ſine poſſeſ.de reg. iur. in 6. & in titu.de adquirend.poſſeſſ. & in rubr.de cauſa poſſeſsion. & proprieta. vbi non de poſſeſsione, pro rebus ipſis,aut earum dominio , nec de poſſeſsione,pro detẽtatione rei, vel ſimplici illius inſiſtentia, ſed de propria & ſtricta poſſeſsione,prout importat etiam ius conſeruandi rem aliquam ſermo ſit.

13 Prænotabis rurſus,quod cum materia poſſeſsionis,nihil aliud ſit, quã ipſa corporalis detentio,dari non poteſt poſſeſsio, quantumcumque ciuilis,cui corporalis rei detentio nõ cohæreat: daretur enim ſine propria materia, quod eſt impoſsibile , vtdè corporali detentione deficiente,neceſſe quoque eſt, ipſam poſſeſsionẽ deficere: ex regu.text.in l. nec emptio.8.ff.de contrahend.empt.& paſſim aſſerunt iura per ceſſationẽ corporalis detentionis,poſſeſsionem ipſam deficere,iuxta text.optim.in l.1. in princip.ibi,*quia naturaliter tenetur*, ff.de adquirend. poſſeſ.l.3. §. ſi quis nuntiet.l.ſi id quod.25.in princil.Põponius 13.in princ.l. ſed etſi nolit 7. l.rem quæ nobis.15.ff.eodem tit.eaque fuit mens Imperatoris , in l.nemo,C.de adquirend.poſſeſſ. qui more phyloſophico duas rationes eſſentiales conſtituit ad poſſeſsionem, quarum altera fuit corporalis detentio.

14 Neque obſtabit, ſi ſtatim obijciatur iura vulgaria quæ docent, poſſeſsionem ſolo animo retineri,§.in amittenda,ibi, *ſed etſi ſolo animo poſſideat*, l. 3.ff.de adquir.poſſeſſ.cum ſimilibus, quia reiecta communi reſponſione Doctorum , poſt Ioannem gloſſatorem antiquum,in dict.§.in ammittẽda,& alibi ſæpè,quos referunt, & ſequuntur

Digitized by Google

quuntur Berengar. in §. nihil commune, à num. 70. & Anton. Gomez. in l. 45. Tauri, n. 102. asserentium fore distinguendum in hac parte, inter possessionem ciuilem & naturalem, vt illa solo animo retineatur, hęc verò non aliter, quam corpore, & animo simul, & alia Azonis, & aliorum, quam explicat glos. 1. in l. licet. C. de adquir. possess. existimantium effectum fuisse ministerio iuris, tam naturalis, quam ciuilis, vt possessio solo animo retineatur, absque corporali detentione, stante facultate ad rẽ sic possessam corporaliter retinendam.

15 Quarum explicationum prior quę communis est, reijcitur ex eo quod duplicem possessionem supponat, alteram ab altera essentialiter distinctã, & quia sequeretur si possessio solo animo posset retineri, absq; facto nostro à nobis auelli non posse, quia id quod nostrũ est sine facto nostro in alium transferri non potest, sed consequẽs est falsũ, ergo & illud ex quo sequitur; probatur minor, quia notissimum est, possessionem quantumcũque ciuilẽ sæpenumerò nobis auferri sine facto nostro, verbi gracia, si absentes reuersi non admitamur, seu vi præcisa deijciamur à possessione: in quibus casibus manifestum est, etiam ciuilem possessionem deperdi, l. 1. §. si quis tamen ad fin. ff. de vi. l. sed etsi nolit. 8. ff. de adquir. possess. & constat etiam manifestè in his, & similibus minimè nos agere, sed potius pati, vt eleganter probat D. Thom. 1. 2. q. 6. artic. 4. & probant expressa iura in c. ita ne. 32. q. 5. c. sacris, ibi, *cum magis pati*, de his quæ vi, procedit ergo consequẽtia. Secunda ex eo quod non satis declaret qua ratione fieri possit vtriusque iuris ministerio possessionẽ solo animo retineri sine corporali detẽtione, cũ talis detẽtio ipsimet possessioni sit essentialis ex tex. in d. l. nemo, C. de adquiren. possess. l. 1. in prin. ff. eodem, fierique non possit ipsam sine sua essentia consistere, contra reg. tex. in c. erit autem lex, ibi, *secundum naturam*, 4. dist.

16 Dicendum est corporalẽ rei detentionẽ bipartitò cerni, dupliciterque posse cõsiderari, virtute scilicet & actu, consideramus corporalẽ rei detẽtionẽ actu, quando res quæ possidetur, proprio possidentis corpore, insimul & animo retinetur, si verò nulla subsit proprij corporis insistẽtia, adsit tamen facultas ad corporalem rei detentionem, dicitur virtualis rei detentio, seu in virtute, ita vt ad perfectionem actus possessionis, insimul requirantur actualis, & corporalis detẽtio, & animus: quemadmodũ enim ex D. Thom. 1. 2. q. 17. art. 9. D. Augustino lib. 8. confession. animus imperat, & mouetur manus, & actus corporales, non aliter tales censentur, verè & propriè, quã si mẽbra exteriora ab animo Imperata suas perficiant operationes, sic etiã talis corporalis retẽtio, nõ poterit actu subsistere, aliter quã si propriũ possidentis corpus, simul & animus ad vnum eundemque actum perficiendum concurrant. Nihil igitur refert, quod talis rei retentio, quam docemus requiri ad essentiam possessionis actu subsit, seu virtute, nonnumquam enim corpore alieno possidemus per nostros colonos, l. si colonus. 31. ff. de adquir. poss. l. quod nemo 18. eod. tit. nonnũquã nullo corporis actu, sed solo animo, veluti quando peregrè profecti neminem relinquimus in possessione, §. possidere Instit. de interdict. quare necessaria essentialisque est rei detentio, siuè actu, siuè potentia, seu virtute, ad ipsam possessionem: quando verò dicitur possessionem solo animo retineri, absq; rei detẽtatione intelligẽdũ est de actuali & corporali,

non

Digitized by Google

non verò de habituali, ſeu virtuali, quę ſi deficiat impoſsibile erit poſſeſſionem dari, ſemper enim ad minus ſubeſſe debet facultas,ad rẽ actualiter corpore detinendã: nũquamque dabitur poſſeſsio,cui corporalis detẽtio, ſaltim virtualiter nõ cohęreat, vt eleganter intellexit Conſultus, in d.l.3 §.nerua filius,ff.de adquir.poſſeſ.& conſonant iura ſuperius à nobis allegata, pro neceſsitate corporalis detentionis.

17 Quis enim nõ videt,id quod diximus(neceſſariã eſſe rei detẽtionẽ ad eſſentiã poſſeſsionis)nõ fore ſic ſtrictè intelligẽdũ,pro detentione actuali,quãdoquidẽ vix poſsibile eſſet, eã vltra vni' diei ſpatiũ perdurare:oportuitque vt ius gentium, bonum & æquum ſemper reſpiciens, l. peri. ff. de iuſtit.rectiſsimè introduceret, vt ad poſſeſsionẽ ſola ſufficeret virtualis rei detentio,iuxta d.§.nerua.

18 Nec nouũ id in vtroque iure, tam circa diuina,quã circa humana præcepta,quãuis enim ex Triden. ſeſ. 7. Canon.2.& antea ex Florẽt.ſub Eugenio 4.intẽtio miniſtri ſit de eſſẽtia cuiuſcũque ſacramẽti, receptũ tamẽ eſt,& concors omniũ Theologorum ſentẽtia,ſolã virtualẽ intentionẽ ſuffi cere,ita Soto in 4.d.1.q.5.art. 8.poſt D.Thom.3.p.q.64.art.8.& licet emptio,& venditio ſubſiſtere nõ poſsint ſine mercede,d.l.nec emptio.8.ff.de adquir.poſſeſ.quippè mers deſideratur pro materia,d.l.1.ff.eodem. Verumtamen ad ſubſtinendum talem contractum, neceſſe non eſt , quod mers actu exiſtat, ſed ſufficit ſi adſit in virtute,iuxta dict.l.nec emptio, & in alijs multis exemplis,idem profecto liceret inſpicere : cõſequens ergo eſt,vt cũ requirimus rei detẽtionẽ,minimè ſenno ſit de actuali ſtricta,quę nõ aliter ſubſiſtere poſſet,quã ſi quis nõ dormiẽs, nec aliud agens, ſed ſciẽs & prudẽs proprio corporẽ rem detineret(quod fieri vix poſſet) ſed de actuali,vel ſaltẽ virtuali detention,quę facultas quędã eſt ad detinẽdum, toties quoties voluerit poſſeſſor.

19 Tandem conſiderandũ eſt iure gẽtiũ,vnicũ tantũ modũ inſtitutũ reperiri ad adquirendã poſſeſsionẽ,nẽpè (apræhenſionẽ corporalẽ)iuxta textũ optim.in d.l.3.§.neratius,iũcta gl. verb.*naturalis*,& in d.l.1.in princ. ibi, *ex naturali poſſeſsione*,&ibi,*qui primi poſſeſsionẽ eorũ apprehenderint*, quã adquirimus,& apprehendimus, nõ ſolũ per manuũ,aut pedum poſitionẽ,ſed per quẽuis alium corporis actum, ad explicandũ poſsidentis animũ efficacẽ: exempli gratia ſi quis apponat cuſtodes,aut per aſpectum rei, & cœteros id genus actus,quorum elegãter meminit I.C.in d.l.1.§.ſi iuſſerim, & in l.quarumdam,ff.illo titu.

20 Quæ doctrina efficaci ratione probatur,ad quid enim neceſsaria eſt corporalis apprehenſio ad adquirẽdam poſſeſsionẽ,niſi quatenus per illã explicamus animũ,& affectũ noſtrũ res ipſas poſsidẽdi,ex reg.l.verum.40.ff. de furtis,& c.cum voluntate de ſent. excommu.Quo fit,vt quicumq; corporis actus ſufficiens ad explicãdam corporalem poſſeſsionẽ,quales ſunt proximè enumerati, & ſimiles rectè ſignificetur,& cõprehẽdatur ſub appellatione corporalis apprehẽſionis.

21 Præter quem modum naturalem adquirendi poſſeſsionem, ſi non iure gentium,ſaltem iure ciuili, plures alij modi ſunt inuenti, ad comparandam poſſeſsionem,vt docuit Panormit.& interpretes communiter in c. 2. de conſuetud. & longo ſermone proſequitur Anton. Gomez in l. 45. Tauri,n.33.qui huic propoſito minimè conducũt,viderique poterunt in l.quisquis,C.de donat.l.clauium.74. ff.de

ff.de contrahen.empt. l. quod meo. 28.in princip.ff.de adquir. poſſeſſ. & in ſpecie. l. raptores.C. de Epiſcop. & cleric.& in capit.contingit, de dolo,& in capit. 2. de conſuetud. & in dict.l.1.§.item adquirimus, & §.ſaltus ad fin. ff. de adquiren. poſſeſſ. & pluribus in locis,in quibus agitur de actibus, qui citra vllum corporis factum ſolo legis miniſterio conſtituũ tur,& vbique DD.

22 Dicta autem circa eſſentiã poſſeſſionis,quatenus in facto cõſiſtit, tam longo repetita principio in eũ vſum commemorabimus,vt lector intelligat poſſeſsionem, quã rem facti appellauit Conſultus in d.§.ſi vir vxori,cũ iuribus ſimilibus,nõ quomodo cũq; conſiderandã eſſe,ſed naturaliter,id eſt,per modos naturales adquiſita,vt videlicet hæc facti eenſeatur, ita in effectu Bart.& alij, vbi Iaſ. nu. 17.in l.ſi is qui pro emptore.ff. de vſucapio.lõgè profecto diſtinctus modus ab alijs quibus poſſeſsio (*ciuilis nuncupata*) adquiri, & retineri ſoleti etenim, & ſi iuxta proximè tradita, & in ſenſu nuper explicato dari non valeat poſſeſsio,cui factum aliquod, nempe(*corporalis detentio*)ſaltem virtualiter non cohæreat, negare tamẽ non poſſumus dabilem eſſe poſſeſſionem, in qua plus iuris verſetur, quam facti,diuerſa quidem, licet nõ eſſentialiter, ab illa de qua agitur in dict.§. ſi vir vxori, quæ merito cenſetur, & annumeratur inter ea quæ ſunt facti, argumento text. in l. cum quæritur. ff. de ſtatu hominum, de qua veriſsimè dictum eſt, *iure ciuili infirmari non poſſe.*

23 Sit igitur iam concluſio præcipuè noſtræ quæſtioni reſponſiua, quod ſi actus profecti ex prohibitis, vel media, per quæ ad prohibita peruenitur ſub poteſtate legis, aut conſtitutionis non cadant,comprehenſa cenſeri non debent ſub ipſa legis prohibitione. Atque id ex defectu iuriſdictionis,& inſanabili morbo impotentiæ : etenim pluſquam manifeſtum eſt,extra territorium ius dicenti impune non obtemperari, & cum ſuppoſito defectu poteſtatis in ipſa lege, & quod talia media, ſeu effectus ſubſequuti non cadant ſub eius imperio:conſequens eſt carere legem,aut conſtitutionẽ iuriſdictione, & facultate: ideòque eſſet extra territorium ius dicere, cui impunè poſſent ſubditi non obtemperare. Præterquamquod, dict. regu. *cum quid prohibetur*, & regu. *cum quid vna via*, quarum in controuerſia, quæ proximè præceſsit tam longam mentionem fecimus: & vna ſcilicet dict.regu.cumquid videtur decidere effectus ſubſequutos ſub ipſa prohibitione comprehendi: altera verò ſcilicet dict. regu. cum quid vna via quę media docuit ſub prohibitione cõplecti proculdubio intelliguntur, & coacta iuris ratione intelligendæ ſunt, in his quæ lex facere poteſt, quę vè ſub eius poteſtate cadunt,vt reipſa conſtat: addito etiam quod tales effectus ſic producti, ſeu media immediatam, & neceſſariam dependentiam, ſeu connexionem habeant cũ re quæ prohibetur, quia tunc prohibito vno prohibetur id ꝙ ex eo ſequitur, vel mediũ per quod perucnitur ad illud,& non aliter

24 Quotieſcũq; ergo media,per quę peruenitur ad rem prohibitam, aut effectus ex ea ſubſequuti inueneris non cõprehendi ſub ipſa prohibitione,vt in multis caſibus cõtingit, quorũ nõnullos ſuperius tetigiſſe meminimus,totũ id referẽdũ eſt,vel ad defectum poteſtatis in ipſa lege, vel ad defectũ connexionis, vel dependentiæ inter media, & effectus ex vna parte, ipſamque rem prohibitam ex

Digitized by Google

alia,ſeu ad alias cauſas, ſpecialesque rationes in ſingulis iuriũ caſuumq; emergentium ſpeciebus peculiariter contentas.

25 Vnde profluit verus germanusq; intellectus,& aptiſsima interpretatio ad d.§.ſi vir vxori,vt ratio antiquorũ initio aſsignata mirum in modũ conſentiat,atq; cohæreat cum præſcripta ratione I.C.ad extremum illius.§. & ſimul iunctæ illę duæ rationes optimè concludant intentum, ſcilicet ius ciuile facere non poſſe,vt vitium prohibitæ donationis damnum inferret poſſeſsioni mulieris, cũ propterea quod ea quæ facti ſunt, non poſſunt iure ciuili infirmari: tum etiam quia marito animum habente dimittendi poſſeſsionem, & vxore fundum ingreſſa volente eandem poſſeſsionem adquirere, non potuit ius ciuile, & ſi maximè donationis actum prohibuiſſet facere contrarium:& ratio rationis eſt, quia ſi rectè perpendas inuenies legem tollere non poſſe, quominus poſsidens realiter non poſsideat, & quod non poſsidens poſsideat. l. denique 29. ff.ex quibus cauſis maiores. l. in bello.12.§.facti autem.ff.de captiuis, & notarunt interpretes in reg. ratihabitionem in 6.quo fit,vt ſi lex prohibeat aliquem actum,verbi gratia, donationem.de qua in dict.§.ſi vir vxori non poſsit, & ſi maximè velit,poſſeſsionem prohibere: licet benè verum ſit eſſe in poteſtate legis fingere poſſeſsionem, quæ realiter interuenit, non interueniſſe, quempiam vè poſsidere,vel non poſsidere, aut quod poſsideat, vel non poſsideat, quantum attinet ad iuris effectus.l. quisquis 18.C. de donation. l. quod ſi dolo.23.ibi,*quaſi poßideret*. ff.de rei vendicatione. l. raptores. 41. C. de Epiſcop.& cleric. textus de iure canonico in dict.capit.contingit. 9. de dolo & contumatia:potuiſſetque ipſum ius ciuile eneruare vim, & effectum dictæ vxoriæ poſſeſsionis, iuxta d.l.denique,ibi, *cauſa meri facti non continetur poſtliminio*: verumtamen cũ lex id non fecerit, neq; finxerit vlla in parte,poſsidentem vxorem non poſsidere quo ad effectus iuris; rectè quidem concludit prior illa ratio,quam pleriq; afferebant valuiſſe poſſeſsionem, quia res facti infirmari iure ciuili nõ poſſunt,exploratũq; ſit,poſsidere,ipſamq; poſſeſsionem, quid facti eſſe, vt latè ſupra probatũ eſt, & ſatis expreſsit Cõſultus in d.l. 1.in prin. ibi, *naturaliter tenetur ab eo qui inſiſtit*.l.poſſeſsionem. 29. illo tit. de adquir.poſſeſſ.d.l.in bello.§.facti autem.ff.de captiuis.

26 Quod ſi amplius ſcire velis,& cõprehendere vim,& poteſtatem dictę rationis à plerisq; aſsignatæ,meminiſſe oportebit vulgatiſsimi dicterij, quod vulgo circumfertur inter Dialecticos, & Philoſophos, *ad preteritum non dari potentiam*, quod alijs verbis frequentiſsimè vſurpare conſueuerunt Iuriſconſulti dicentes,*impoſsibile eſſe, quod factum non ſit factum, & quod non factum, fuerit factum*,dict. l. denique.d.§. facti. l. verum.32.ff.de regulis iuris, cap.ſi Paulus 32.quæſt.5.indeque abijt in prouerbium, & merito, *ea quæ facti ſunt per ius ciuile tolli non poſſe*, & Hieronymus in epiſt. ad Euſtochium, *audenter* (dixit) *loquar cum omnia poſsit Deus, ſuſcitare virginem non poteſt poſt ruinam*, ex prædictis conſiderationibus: factum enim infectum fieri nequit, & nulla potentia fieri poteſt, quod factum non fuerit factum:& hinc eſt quod leges humanæ,circa eaque facti ſunt nullam poteſtatem habeant.

27 Rurſus Pauli I.C. ratio, ſecundo loco adducta, ſi rectè intelligatur optimè

Digitized by Google

optimè concludit per argumentũ ab abſurdo: cũ enim maritus, vbi noluit poſsidere, ſtatim poſſeſsionẽ amiſerit. l. ſi quis vi. 17. §. vlt. de adquir. poſſeſſ. quam mulier nanciſci voluit, abſurdum eſſet negare, eidem non fuiſſe illico adquiſitam præfatã poſſeſsionẽ: præſertim ſi cum ingenio conſideremus, donationem, de qua in d. §. ſi vir vxori, non fuiſſe cauſam talis poſſeſsionis, neque ab illa proceſsiſſe, ſed tantum ab animo mariti dimittentis, & mulieris adquirentis; qua ratione ſuccedit ſuperi° â nobis tradita reſolutio: vt tunc demum effectus ſubſequuti, ex re prohibita cõprehẽdantur ſub prohibitione, ſi res ipſa prohibita, ſit immediata cauſa ipſorum effectuum, aliàs nõ: quo circa cum mulierem poſsidere nõ prouenerit ex titulo donationis, vt probatũ eſt: nihil mirum, ſi nihil intereſſe ad validitatem poſſeſsionis putauerit Conſultus quod nulla fuiſſet donatio: totumque dependiſſe ab animo mariti volentis mulierem poſſidere: licet enim dominiũ nõ poſsimus adquirere, niſi præcedente titulo. l. nunquam nuda. 31. ff. de adquir. rerum dominio, & quæ ibi notant DD. poſſeſsio tamen ſolum adquiritur ex animo poſsidendi rem vacantem per ingreſſum eiuſdem rei, iuxta d. l. 3. §. 1. illo titulo de adquiren. poſſeſſ. ſicuti adquiſita fuit ſine aliquo titulo in ſpecie. d. §. ſi vir vxori, quem ſic deinceps intellige. Neque oberit principali reſolutioni, de qua in proximè habita præcedenti controuerſia: iamque manet expeditum, ita quidem media effectusque ſubſequutos ſub prohibitione legum comprehendi, ſi cadant ſub illarum poteſtate & imperio, & non aliter, neque alio modo.

Summaria ad Controuerſiam 11.

1 *Proponitur explicãda iuris regula, quæ dicat dãti operam rei illicitæ debere imputari omnia illa quæ ex ſu contingunt, & adducitur germana intelligentia difficilis text. in l. verum. 40. ff. de furtis.*

2 *Non tenetur iniuriarũ actione ille qui oſtium domus meretricis cauſa libidinis fregerit, etiã ſi ex ea fractione furtum ab alijs fuerit commiſsum.*

3 *In ſupradicta ſpecie non fuit ſubſequutum furtum, ex ipſa foriũ efractione, ſed per accidens, & ex pluribus alijs cauſis quarum nonnullæ enumerantur.*

4 *Si propter adulterium cõmiſsum mulier occidatur, irregularis non manet adulter, licet in perſona publica conſtituatur irregularitas ſine peccato, aut culpa aliqua imò cum merito.*

5 *Irregularis non erit qui ex ferro furtò ſublato enſem fabricauerit, & vendiderit cum quo homicidium factum eſt, idque non ex rationibus adductis per Caſtrum, & Couarruuiam.*

6 *Per cõtrarium videtur tale furtũ effractori forium meretricis fore imputandum, & omnes alij actus, quidquid cõtingenter, & remotè ex actibus prohibitis deſcendant.*

7 *Reclins voluerunt Sylueſter, & alij deſiderantes ſolum quod quis fecerit actum quoquo modo prohibitum, ſi ex illo etiã cõtingenter homicidiũ ſequutũ fuit, ad hoc vt imputari valeat ſaltem ad irregularitatem.*

8 *Quamquam actus non ſit ordinatus ad occiſsionem, neque ex quo ſepé, nec*

Digitized by Google

frequenter mors contingat, nihilominus ob mutilationem, aut occiſionẽ irregularitas incurritur.

9 *Dupliciter contingit poſſe aliquid ex prohibito ſequi directè & immediatè, tanquam á cauſa proxima, & indirectè & accidentaliter tanquam à cauſa remota.*

10 *Satis expreſsit Iabolenus in l. qui domum. ff. locati, cauſam proximã, & intrinſecam, non extrinſecam, aut remotam conſiderandam eſſe ad diiudicandos effectus ſubſequutos exhibendamque iuſtitiam in omnibus actibus, & cauſarum figuris.*

11 *Aliquando cauſa remota cõſideratur ad irregularitatẽ conſtituendam, dũ non ſit admodũ, & omninó remota, quod iudicis arbitrio relinquitur.*

12 *Si ex actu per legẽ prohibito directé, & immediaté, non ſequatur delictũ imputandũ non erit talem actũ prohibitum facienti, & in delictis puniendis, deciſionibusque cauſarum cauſa proxima & immediata nõ extrinſeca, aut remota cõſiderẽda eſt.*

13 *Si delictũ ſequatur ex actu prohibito nõ proximè & immediatè, ſed remote extrinſecus & accidẽtaliter, licet qui actum prohibitũ fecit puniendus non ſit pœna ordinaria, attamen puniri poterit, & debebit ſecundum iudicis arbitrium.*

14 *Animaduertere debebit iudex, ſto quod mortale crimẽ præceſſerit, attamen nõ ob id fore ſemper delinquentes tã quã pro mortali crimine puniendos.*

15 *ad iudicis arbitriũ pertinebit cõſiderare, an qui fecit actũ prohibitũ, ex quo indirectè & remotè damnum, ſeu delictum ſubſequutum eſt, mortaliter, & notabiliter peccauerit necne: & intelligitur tex. in c. fin. de iniurijs, & quid ſit lata culpa remiſsiuè.*

16 *Grandis controuerſia eſt inter Doctores, etiam magni nominis vtrum qui dedit damnum culpa leui, & leuiſsima obligatus ſit ad reſtituendum.*

17 *Lex ciuilis ligat quem in foro conſcientiæ, & lex ciuilis mandans reſtitui damnum illatũ per leuem, vel leuiſsimam culpam, iuſta eſt & ſeruanda.*

18 *Referũtur plurimi Doctores Theologi & inriſperiti aſſerentes dãnũ alteri inferẽtes, culpa leui, vel leuiſsima nõ teneri in conſcientiæ foro illud reſarcire, quãuis in iudicio exteriori per iudicẽ cogi debeat ad id ſoluendum.*

19 *Tunc demũ reſtitutio faciẽda eſt, quã do aliquo modo iuſtitia commutatiua violatur, & totics quoties ius ſuum vnicuique aufertur, vel non tribuitur.*

20 *Falſum eſt aſſerere quem obligari ſub pœna peccati mortalis, qui formaliter non violauit iuſtitiam commutatiuam, ſed materialiter tantum: & regulariter leges minimé contendũt punire peccata venialia qualia ſunt culpa leuis & leuiſsima.*

21 *Nullus obligatur reſtituere ſub pœna peccati mortalis, niſi quando abſtulit & damnum dedit per culpam latam & maiorem.*

22 *Fallit in artifice qui ſe peritum profitetur, & in alijs ſimilibus exactiſsime prouidere debentibus, ne in ſuo munere vlla ratione deficiant, qui obligati erunt per culpam lenem, vel leuiſsimam.*

23 *Generaliter tenẽdum eſt in omnibus, in quibus leges humanæ, id iuuerint ſpeciatim, ſcilicet exactiſsimam diligentiam adhibendã eſſe, reſarciendum fore damnum, ex culpa etiam leui, vel leuiſsima illatum.*

24 *Sic auferentes, vel damnum dantes per culpam leuem, vel leuiſsimam, non reſtituentes minimé peccabunt contra legem naturalem & diuinam prohibentem damnum inferre, ſed contra legem humanam dumtaxat.*

25 *Intelligitur & defenditur ſententia Soti, & Martini Ledeſmij, vt intelli-*

gendi

Digitized by

gendi sint voluisse, nullam esse obligationem restituendi ex lege diuina.

26 *Ostenditur non obstare Dominici Conarrubiæ fundamentum.*

27 *Non placet Conarrubiæ consideratio dicentis in culpa leui certum esse, fore demum resarciendum in leuissima autem probabile: qui rectè existimauit, quod vbi natura contractus ex legis dispositione, etiam leuissimam culpam considerauerit attendendam esse ad conscientiæ forum damnique restitutionem.*

28 *Expeditum est, quod si quis transgrediatur promissorium iuramentum circa materiam grauem peccabit mortaliter.*

29 *Omne assertorium periurium, & omnis falsa iuratio, scienter facta mortalis culpa erit, sive materia sit grauis, sive leuis, dummodo quis iusta ductus ignorantia, non crediderit verum esse quod asirmat.*

30 *Transgressio iuramenti liciti in materia leui venialè solum culpam includit, & regulare est omnia & singula crimina attenuari per materiæ leuitatem.*

31 *Quæ casu contingunt, & indirectè sequuntur ex actu prohibito frequenter imputari solent, imò imputari debent ad irregularitatem tantum non verò ad alia.*

32 *Obijcitur ignorantiam culpabilem à leui, vel leuissima causa proueniente, excusare ab omni pœna, & neque ad irregularitatem imputãdum fore talem actum.*

33 *Verius est talem ignorantiam, sic culpabilem nequaquam excusare à pœna irregularitatis.*

34 *Nõ placet Conarruuiæ, & aliorũ distinctio inter ignorãtes etiã crassè dãtes operã rei licitæ, & inter ignorantes qui dant operam rei illicitæ.*

35 *Animaduertendũ est in d. l. verũ. 40. ff. de furtis, nõ fuisse subsequutũ furtũ per se, sed accedẽte alia causa, nẽpè ipsius inhonestæ personæ.*

CONTROVERSIA 11.

Vtrum si ex actu per legem prohibito directè, & immediatè, non sequatur delictum, nihil imputandum sit delinquenti, & si aliquid, an pœna ordinaria, vel extraordinem puniendus sit.

1 APPENDIX etiam erit dubitatio præsens (sicuti quę proximè præcessit) ad illam principalẽ controuersiam, qua ad longum disputabimus media ne per quæ peruenitur ad prohibita, & actus ex prohibitis subsequuti comprehenderentur sub prohibitione. In qua postquam resoluimus media, & effectus pariter prohiberi, si directè, & immediatè sequãtur, ex ipsis rebus prohibitis, dummodo cadant sub legis, seu Principis imperio, & potestate; breuiter dicturi sumus de delictis, quæ non ita proximè, & immediatè, sed remotè, & veluti per accidens proficiscuntur ex ipsis actibus, qui vetiti, & prohibiti periuentur: ad resolutionem veram illius iuris regulæ, quæ dicat, danti, operam rei illicitæ,

debere imputari omnia illa, quæ casu contingunt: de qua in cap. suscepimus 10. de homicid. cum alijs, veramque, & germanam intelligentiã, difficilis text. in l. verum. 40. ff. de furtis, ibi, *furti non teneri*, quem quod in Pandect. Florentin. scriptus non inueniatur, asseruit delendum esse, vir ille consummatę eruditionis, & doctrinæ pariter & illustris Dñs Anto. August. lib. 3. emendat. c. 1. nonnullaq; iura fortassis, quæ iacent in tenebris, & obscuro, ex his quæ ex visceribus, & penetralibus vtriusque iuris philosophiæ deducẽda erunt veram lucem videbunt.

2 Et Domin. Couarr. lib. 3. variar. resol. nu. 2. c. 14. ex illa traditione, quæ habet, voluntatem, & animum delicta distinguere rectè voluit, atq; deduxit, eũ qui libidinis causa meretricis ostium fregerit, & ex ea fractione furtum ab alijs cõmissum fuerit furti non teneri: manifestè docens delictũ non immediatè, & directè, sed per accidẽs ex actu prohibito subsequutum, minimè imputãdum esse delinquenti, ideòque non teneri iniuriarum actione illum qui ostium domus meretricis causa libidinis fregerit: etiam si ex ea fractione furtum ab alijs fuerit commissum, quia non processit â fractione, tanquam à causa proxima, & immediata, sed tanquam à causa remota & accidentali.

3 Planè manifestum est in proposita specie effractionis forium libidinis causa, & furti ab alijs commissi, non fuisse subsequutum furtum per se, ex ipsa forium effractione, sed per accidens, & non vna, sed plúribus alijs causis accedentibus, præter mentem & intentionem fores frangentis: scilicet ipsorum furium factum familiarium incuria, & negligentia, illius inhonestæ personæ, quæ ob explendam libidinem fores effregerat meretricis: fit ergo consequens, nullatenus imputandum esse furtum illud effractori, tanquam remotè, & per accidens non immediatè, & proximè, ex effractione subsequutum.

4 Vnde est vt si propter adulterium commissum, mulier occidatur irregularis non maneat adulter, quia non ex casu, & actu adulterij proximè mors adulteræ sequuta fuit, vt considerauit Dominus Couarrubias in Clement. si furiosus. 2. parte. §. 4. versic. 3. num. 9. post Alphonsum de Castro lib. 2. de lege pœn. capit. 14. Sed ex ira, & impetu mariti manu armata vxorem occidentis, præter intentionem ipsius adulteri, & nisi habeat aliquam peccati malitiam, & culpam illi imputandum non est homicidium, quod in persona priuata semper, & vbique peccatum, aut culpam aliquam exigit: siquidem alioqui esset omninò inuoluntarium, ac ex consequenti minimè imputandũ, licet in persona publica constituatur irregularitas sine peccato, aut culpa aliqua, imò cum meritò: vt rectè colliguntur hæc, ex traditis in specie per Alphonsum de Castro, dict. lib. 2. de potesta. leg. pœnal. capit. 14. versic. *prima principalis conclusio*, & in versic. *secunda propositio*, & rursus col. vlti. post Paludan. in 4. sentent. dist. 35. quæst. 1. art. 4. & communiter traditis per DD. in cap. ad audientiam, de homicidio.

5 Quo etiam fundamento irregularis non erit, teste Alphonso de Castro, & Couarruuias vbi supra, numero 9. versic. 2. qui die Dominica, vel ex ferro furto sublato ensem fabricauerit, & vendiderit, cum quo homicidium factũ est: ea potissimũ ratione, quia mors non proximè, & immediatè, sed per accidens, & remotè sequuta fuit, ex illis actibus fabricandi ensem, aliud vè instrumentum

mentum conficiendi, nõ quidem ex rationibus adductis per Castr. & Couarr. dictis locis, atq; adeò prior illa culpa lõginqua, atq; remota artificis cõficiẽtis ensem ex ferro furto sublato, sufficiens non est ad irregularitatem.

6 Cæterum per contrariũ videtur, tale furtũ effractori foriũ meretricis fore imputandum, pariterq; omnes alios casus, quidquid contingenter, & remotè, ex actibus prohibitis descendant, quia vt scriptũ est in d. cap. suscepimus 10. de homicidio, & in alijs iuribus, generale est danti operam rei illicitæ imputari debere omnia, quæ casu contingunt, ac percõsequẽs cũ frãgens fores, rei illicitę operã daret quidquid mali, aut damni ex effractione fuerit subsequutũ procul dubio debet imputari frangenti, sine distinctione, an sequatur per se, vel per accidens proximè, vel remotè.

7 Præterea etiã illud exploratũ est homicidiũ, vel mutilationẽ, non solũ imputari facienti, sed & ei qui fecit actũ quoquomodo prohibitum, si ex illo quamuis contingenter subsequutum fuerit homicidium, vel mutilatio, quamuis præter intentionẽ agentis. Etenim quantumcumque faciens actum prohibitum nullam culpam habeat in homicidio, tamen habet in actu illicito, ex quo homicidium sequutum est, indeq; sacris Canonibus inductum, vt eo casu irregularitas incurratur, vt voluerunt Couarr. in d. Clemen. 2. par. §. 4. num. 8. Soto de iustit. & iur. q. 1. art. 9. Nauarr. in manua. cap. 27. à num. 120. qui non rectè (vt suspicor) nonnullas exigebant qualitates, vt tale homicidium imputandum sit; id est, quod actus periculosus sit, & prohibitus, ne inde mutilatio, aut homicidium sequatur: quia ex actu sequi consueuerit, rectiusq; contrarium voluerint DD. communiter in d. cap. suscepimus, & in d. c. continebatur, de homicidio, Syluester, & alij à supradictis relati, solum desiderantes, quod fecerit actum quoquomodo prohibitum, si ex illo etiam contingenter homicidium sequutum fuit, ad hoc vt imputari valeat saltem ad irregularitatem, vt infra dicemus latius.

8 Et confirmatur, quia multoties quamquam actus non sit ordinatus ad occisionem, neque ex quo sæpè, nec frequẽter mors contingat, neq; ex eo prohibitus, quod inde frequẽter mors, aut mutilatio sequatur, nihilominus ob mutilationẽ, aut occisionem, irregularitas incurritur, vt in d. c. continebatur, & similibus: igitur nihil refert dummodo homicidium, aut furtum sequutum sit, quod non proximè descendat ab actu prohibito, dummodo quomodocunque sequatur ex illo, & quis dederit operam rei illicitæ, his enim concurrentibus illi imputanda sunt, quę casu euenerint iuxta præfatum cap. suscepimus, & similia.

9 Ex quibus proposita difficultas dubia admodum, & anceps reditur, nisi more nostro iura declarãdi hac etiam in parte retento, nonnulla antequam ad resolutionem accedamus prælibemus, quæ non leuiter conducere videntur ad veritatem, quæ multoties in tenebris, & caligine delitescit fœliciter eruendam. Doctum ergo lectorem admonere non desinam dupliciter contingere posse, vt supponitur in titulo præsentis disputationis aliquid ex prohibito sequi, directè scilicet, & immediatè tanquã à causa proxima, vt probant l. scientiam 46. §. 1. ad leg. Aquiliam, & pleraque alia iura: vel indirectè, & accidentaliter tanquam à causa remota, vt in d. l. verum. 40. quæ sic intelligi debet. ff. de furtis.

10 Inter quas cauſas propinqua regu lariter conſiderari debet,non remota,ex glo.in l.ſi mulier. ff.rerum amotarum, & glo. communiter recepta in c. de catero homicidio. Verum noſſe oportebit,(ne terminorum ignoratione laboremus) cauſam proximam illã eſſe, quæ aliquid operatur. v.g.damnum dat non accedente alia extrinſeca cauſa: iuxta doctrinã Bart.in l.1.ff. de action. empti. num. 13.tradunt Panormit.in c.diſcretionem, de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ,num.8.Philipp. Deci. in authent. præterea. C. vnde vir,& vxor,col.8.Et probat text.in l. qui domum.ff.locati,ibi, *quia non ipſa congeſtio,ſed humor ex ea congeſtione poſtea damno fuerit*:& rurſus ibi, *damni alterius iniuriæ actio,ob ea ipſa ſit per quæ non extrinſecus alia cauſa oblata, damno quis affectus eſt,& hoc probo*: quibus verbis Iabolenus Iuriſcõſultus, ſatis expreſſit cauſam proximã, & intrinſecam, non extrinſecam,aut remotam,conſiderãdam eſſe,ad diiudicandos effectus, ſubſequutos exhibendamque iuſtitiam in omnibus actibus, & cauſarum figuris.

11 Nonnunquam etiam appellatur cauſa immediata, ſecũdum latiſsimè tradita per Andr. Tiraq. in libello de cauſa ceſſante,limit.20.& quæ ſcripſerunt Philipp.Dec.d.loco,& Hieronym.Cagn. in proœmio Pandectar. col. 1. poſt Bartol.in l.1.ff.de actionibus,& obligation. & longius explicauit Clemens Alexandrin. lib. 8. Stromat. eleganter Cicero in lib.de fato, explicans Mędeæ fabulam, & lib.2.ad Herennium ex eadem fabula: licet remota cauſa non ſit adeò contẽnenda:quin aliquando ad culpam aliquã ſaltem eam quæ ſufficiat ad irregularitatem conſtituendã cõſideranda ſit,ea lege,& conſideratione habita,vt nõ ſit admodũ, vel omnino remota:quæ conſideratio relictu quenda erit arbitrio boni viri,qui expendere debebit, non eſſe ſemper, neque in omnibus negotijs neceſſariam cauſam immediatam, aut propinquam: ſed quandoque in negotijs definiendis habendam eſſe rationem cauſarum remotarum,& quę extrinſecus aſſummuntur,ſi non multũ diſtent ab effectu:quod bonus vir,vt diximus arbitrabitur,ſicuti doctè more ſuo nos docuit Dom.Couarr.d.2. part. relect. ad Clement. ſi furioſus. §.4.num.9.verſ.*hinc etiam conſtat*, infraque dicemus.

12 Quibus ſic præſuppoſitis reſtat quęſtioni per ſuas cõcluſiones ſatisfaciamus,quarum prior eſt, *ſi ex actu per legem prohibito directé,& immediatè non ſequatur delictum imputandum non erit talem actum prohibitum facienti*,quam cõcluſionem efficaciter probãt omnia iura & fundamenta initio allegata, quibus probare contendimus in delictis puniendis,deciſionibusq; cauſarũ,cauſam proximam, & immediatam, non extrinſecam aut remotam conſiderandam eſſe: præcipuèq; probatur ex text. in d. l. verum. 40. ibi, *furti non teneri*. ff.de furtis, cum alijs, pro hac parte à nobis adductis,quorum lector facilè meminerit.

13 Secunda concluſio ſit reſponſiua quæſtioni,*quod ſi delictum furtum ſecilicet, aut mors ſequatur ex actu prohibito non proximè, & immediatè, ſed remotè extrinſecus, & accidentaliter, licet qui actum prohibitum fecit puniendus non ſit pœna extraordinaria, iuxta notata in d.l. verũ,ibi*, furti nõ teneri,*cum ſimilibus, attamen cum aliquam cauſam, & ſi remotiſsimam furto dederit puniri poterit, & debebit ſecundum iudicis arbitrium*: probant concluſionem Couarr. d.nu.9. & lib.3. reſolution.c.14. num.2. Tiraquel.vbi ſupra num.12.Iacob. Menoch.de arbitrar.centur.3. caſu 291. frequen-

Digitized by Google

frequenterque adnotarunt interpretes iuris ciuilis in l.qui occiderit. 30. §.fin.ff.ad l.Aquiliam, & Canoniſtæ in cap. vlt. de iniur. conſiderata per iudicē cauſæ,& delicti qualitate,non enim quoduis peccatum, crimē proprie cenſeri debet,ſed illud quod eſt accuſatione dignum, vt conſtat ex D.Paulo.1.ad Corinth.c.3.& ad Titum.c.1.refertur in c. vnum.25. diſt. ibi, *Epiſcopum ſine crimine*, planè ſi crimē quoduis peccatum contineret, vel cōprehenderet,raro idoneus miniſter inueniri poſſet, & qui dixerit quod peccatum non habet,ipſe ſe deducit,teſte D.Ioann. in 1. epiſt. cap. 1. vbi eius additio retulit loca ſimilia,& habemus tex.optim. in c.Apoſtolus Paulus.81.diſt.cui mirè conſonat glo.verb.*delictum*, in l.1.C.ſi aduerſus delictum, tradunt eleganter Iul.Clar.lib.5.§.vlt.q.14.nu.10. poſt Auguſtin.Beroi. in rubr. de accuſat. num.24.

24 Necnon debebit animaduertere iudex, ſto quod mortale crimen præceſſerit,attamen non ob id fore ſemper delinquentes tanquam pro mortali crimine puniendos,ex doctr.tex. in cap.verum.15.verſ.*caterum*,de iure iur. dum habet iurantes per metum, ſi poſtea iuramentum non ſeruauerint,non eſſe ob hoc tanquam pro mortali crimine puniendos, vbi ſignificauit text.peccare quidē mortaliter illos,qui iuramentum per metum extortum non ſeruant, cum reuera infringant valida iuramēta,ſimpliciter,& abſolutè voluntaria, coacta namque voluntas ſimpliciter voluntas dicitur, iuxta tradita per Couarr.de ſponſalibus.1.par.cap.4.§.1. num.12.& 2.part.cap.3. §.4. num.7. Tiraq.de pœn.temperan. cauſa.36.à princ. & antea tradiderat D. Thom. 1.2.quæſt.6.art.6.ex Ariſt.lib.6.Ethicor. c. 1. expreſſèque docuit text. in cap.merito.15.quæſt.1.interim tamē non eſſe puniēdos tanquam pro crimine,id eſt peccato accuſatione digno,quidquid glo. penult. cum ſeq. Abb.& DD.in cap. ſi verò, num.10. de iure iur.Couarr. d. cap.3.§.5. nu. 2.Caietan.2.2.quæſt.89.art.7.verſic. *in eadem*, reſponſione ad 4.aliter intellexerint.

25 Ad quod arbitriū iudicis pertinebit etiā conſiderare,an qui fecit actū prohibitum, ex quo indirectè, & remotè damnum, ſeu delictum ſubſequutum eſt,mortaliter,& notabiliter peccauerit necne,vt in ſpecie.d.l.verum, oporteret quidē quod efractores,de quibus ibi commiſsiſſent culpam mortalem,reſpectu rerum ablatarum:aliàs enim non erunt obligati emendare prædicta damna ſub pœna peccati mortalis,imò nec cogendi ſunt in foro exteriori, iuxta text. ſic intelligēdum in cap. fin. de iniur. vbi verbum illud, *culpa*, accipiēdum eſt ſine dubio de lata inducente peccatum mortale. Quod ſi forte lector hondum omninò percaluit, quidnā ſit culpa lata,leuis,vel leuiſsima,conſulat text.in l.latæ 222.& in l.magna 226.cum ibi notatis. ff.de verborum ſignificat.& in l.quod nerua 32.ff.de poſiti,& ibi Bartol.num.17. Abb. in cap.1.num.13.de commodato. Zaſſium lib.1. ſingular. intellect. cap.2. Ioann.Corraſ.4. Miſcelanear.cap.1. Franciſc. Connan.lib. 7. commētar. iuris ciuilis,cap.4.num.7.Iacob.Cuiac.lib. 7. obſeruat. cap. 8. inſignem Couarru. in regula poſſeſſor. 2. par. §.7.num.7.ſecundum quos lata culpa,nihil aliud eſt, quā deuiatio quædam ab eo quod homines communiter facere ſolent.

26 Solet autem eſſe in propoſito grā dis controuerſia inter DD.etiā magni nominis, vtrum qui dedit damnū culpa leui, & leuiſsima obligatus ſit

ad reſtituendum ſub pœna peccati mortalis, & in foro interiori, quam placuit tantiſper vtrinq; controuertere, vt rectius intelligatur concluſio proximè relata.

17 Nonnulli aſſerunt in vtroque foro exteriori, & interiori, cogendum eſſe aliquem reſarcire damnum datũ per leuem culpam, & leuiſsimam, ſic voluit glo.1. poſt medium, in cap.cõ ſuluiſti.2.q.4. glo.1.in cap. vlt.de iniur.glo.vlt.in princip.in regu. peccatum, Panormit. in cap. fin. de iniur. Angel.in ſummâ, verb.*culpa*, in fin. Andr.Barbat. in cap. Raynaldus, de teſtam.col.114. Adrian. in 4.in tract. de reſtit. cap. *verum in foro conſcientiæ*, Couarr.de ſponſalib.2. part. c.6. §.8.num.12. eo fundamento adducti, quod lex ciuilis modo iuſta ſit, ligat quem in foro conſcientiæ, iuxta doctrin.D.Thom.1.2.q.96.art.4. cõmuniterque receptam ſententiam glo.in capit.quæ in Eccleſiarum, de conſtit.manifeſtumque ſit legem ciuilem mandantem reſtitui damnum illatum per leuem, vel leuiſsimã culpam, iuſtam eſſe, atque adeò ſeruandã, etiã in foro interiori eo maximè, quod pœnam non inferat.

18 Contrariam verò ſententiam amplexi ſunt inſignes Theologi, ex inſtituto Dominicano Martinus Ledeſinius in 2.par.4.quæſt.18. artic.6. verſ. *ſed dubitas*. Soto lib.4. de iuſtit. q.7.art.2.verb.*abſque*, ex noſtris Ferdinand.Menchacen.controuerſ. vſu frequent.c.10.nu.45. poſt Innocen. in cap.ſicut dignum, de homicidio, num. 13. quem etiam ſequuti ſunt. Abb.ſibi contrarius in cap.ſi egreſſus de iniur.idem Abb. in cap.cum cauſam,col.5.de teſtibus,& in cap. dilecti,de arbitr.Abb.& Dec.in cap.quoniam contra,de probation. num. 31. Ludouic. Roman. ſing. 115. Aretin. in c.ſicut,col.2.de teſtib.Iaſ.in §.ſed iſte quidẽ, n.130.de action.Ioan.de Annan.in d.c.ſicut dignum.§.fin. in fin. vbi Felin. idem Felin.& Deci.in cap.1.de conſtit.ille,num.41. hic verò,num.10.in 2. lectur.poſt Abb.ibi, col.7.Andr. Barbat.more ſuo aduerſus ſibi,in cap.1.col.1.de commodato,& communem dixerunt Sylueſt. verb.*culpa*. §.4. & verb. *aduocatus*. §. 24.& verbo, *reſtitutio*, in 2.§.12. & 17.aſſerentes damnum alteri inferẽtem culpa leui, vel leuiſsima, non teneri in conſcientiæ foro, illud reſarcire, quãuis in iudicio exteriori per iudicem cogi debeat ad id ſoluendum, ex text.celebr.in l.in lege.ff.ad l.Aquiliam. Mouentur prædicti Patres duplici ratione potiſsima, & quod in foro interiori voluntas nocendi attendenda ſit, quam exploratũ eſt, in culpa leui,& leuiſsima ceſſare: & quod quodcumque damnum reuera ſoluitur in pœnam culpę præcedentis, ac perconſequens cum in culpa leui, vel leuiſsima delictum nõ interceſſerit in iudicio interiori miniimè debebitur, ex quibus dubia valde redditur huius dubitationis definitio.

19 Quam vt melius percipias prænotando conſidera, tunc demum reſtitutionem faciendam eſſe, quando aliquo modo iuſtitia cõmutatiua violatur: etenim cum ſecundum doctrinam S.Thomæ 2.2.quæſt. 66. art. 3. Soti de iuſtit.lib.4. quæſt.6. artic.2. Martini Ledeſmij in 2.4. quæſt. 18. art.2. reſtitutio neceſſariò facienda ſit toties quoties ius ſuum vnicuique aufertur, vel non tribuitur, vt cõſtat ex 7.præcepto Decalogi, & quando ius ſuum alicui aufertur, vel non tribuitur, iuſtitia cõmutatiua violetur, probat text.in l. iuſtitia. 10. ff. de iuſtit. tradit Soto vbi proximè, artic.1. rectè ſit violata prædicta iuſtitia neceſſariò reſtitutionem eſſe faciendã,

Digitized by Google

prout in specie resoluit B. Tho. 2.2. q.62.art. 1.Nauarr. in man. c. 17. nu. 6.& cons.1.de testibus,nu.2.& cons. 10.de testamen. num. 11. vnde fit vt nisi violetur dicta iustitia commutatiua,non possit adesse vinculum restitutionis, quæ non ex quacumque culpa damnum cogit resarcire, sed ex illa per quam offendatur iustitiæ commutatiuæ dictamen, vel auferendo, vel retinendo alienum, capit.sæpè, de restitutio. spoliatorum, aut damnum inferendo, cap. fin. de iniur.

20 Ex quo iam dimanat cõclusio, & resolutio vera prędictę dubitationis, falsum esse asserere,quẽ obligari sub pœna peccati mortalis, qui formaliter non violauit iustitiam commutatiuam,sed materialiter tantũ, ac per consequens cum dictamen illud cõmutatiuæ iustitiæ non offendatur ex culpa leui, vel leuissima,constanter tenendũ est, damnũ inferentem per culpam leuem,vel leuissimam in foro conscientiæ, non esse obnoxium restitutioni.Quia vt deducitur ex traditis per DD.in cap.2.de constit.regulariter leges minimè contendunt punire peccata venialia qualia sunt culpa leuis,& leuissima in faciendo, & ommittendo,nec volunt illos punire qui solum leuem,& leuissimam culpam cõmittunt,vt scilicet teneantur ad restitutionẽ,sicut tenetur qui latam culpam commisit.

21 Deinde ex eo,quia nullus obligatur restituere sub pœna peccati mortalis,nisi quando abstulit, & damnũ dedit per culpam latam,& maiorem, quandoquidem tunc formaliter, & non per leuem,nec leuissimam legẽ iustitiæ commutatiuæ, à qua dependet obligatio restituendi læserit, & non materialiter tantum,sicuti quando committitur leuis, vel leuissima culpa.

22 Quæ conclusio procedit dummodo nõ adsit aliqua particularis ratio, quæ iure naturali attento dictet tale damnum quantumuis ex culpa leui, vel leuissima procedens resarciẽdũ fore,vt contingere poterit, quando artifex quispiam qui se peritum profitetur,& ita in suo officio,& arte omnia & singula diligentissimè prouidere tenetur,culpã leuem,vel leuissimam admisserit,qui obligatus existet ad illati damni reparationem ea singulari ratione, quia tacitum iudiciũ est,peccatum commississe eum, qui quam debuit non adhibuit diligentiam, & ita ratione taciti peccati tenebitur,similiterque philosophandũ erit de alijs similibus exactissimè prouidere debentibus, ne in suo munere vlla ratione deficiant.

23 Illudque etiam videtur in hac parte consideratione dignum,integrum esse Principi Legislatori cogere per suas leges iustas,ad resarciendũ damnum illatum eos qui aliquid abstulerint,vel damnum dederint per culpã leuem, & leuissimã, quibus legibus, seu constitutionibus Principum extantibus, sine dubio obstricti erunt in conscientia ad restitutionem damni dati, atque id propter legem iustam ita præcipientem, vt in l. Aquilia,in qua notissimũ est sufficere culpã leuẽ,vel leuissimã.l.in lege.45. ff. ad leg.Aquiliã,vbi post glossã cõmuniter receptam adnotarunt communiter interpretes, & cõtingit in alijs contractibus similibus,iuxta text. in cap.vnico,de commodato, & generaliter tenendum est in omnibus in quibus leges humanæ, id iuuent specialim,scilicet exactissimam diligentiam adhibendam esse,resarciendum fore damnũ,ex culpa etiam leui, vel leuissima illatum,quidquid Soto, & Ledesmius vbi supra contrarium defenderint.

Ea

24 Ea non inſubtili adhibita limitatione, vt ſic auferentes, vel damnum dantes per culpam leuem, & leuiſsimam in caſibus in quibus leges id iubent, damnum non reſtituentes minimè peccaturi ſint, contra legem naturalem, & diuinam prohibentē damnum inferre, & alienum retinere ſub pœna peccati mortalis, ſed contra legem humanam dumtaxat. Etenim in tali caſu ſolum præceptum legis cōſiderare debebimus, non verò aliquid amplius expendere, quoniam illa reſtitutionis obligatio ſolū procedit ex eo, quia legem iuſtā infringit, quæ iuſtis de cauſis præcepit reſarciri damnum, & ſi per leuem, & leuiſsimam culpam illatum, contra id quod regulariter leges decernūt, vt plurimum ſolum punientes latam culpam, & nullatenus leuem, & leuiſsimam.

25 Vnde publicè conſueuimus in noſtris quotidianis commentationibus Ledeſmium, & Sotum defendere, dum exiſtimauerunt non teneri quē in foro conſcientiæ, reſarcire damnum regulariter per culpam leuem, ſeu leuiſsimam datum, vt intelligendiſint voluiſſe nullam eſſe obligationē reſtituendi ex lege diuina procedentē, non verò negauerint propter legem humanam, ſic ſtatuentem teneri eos ad reſtituendum.

26 Neque obſtabit vnicum fundamētum Couarr. & aliorum, quos ipſe retulit. d. 2. par. de ſponſalib. cap. 6. §. 8. num. 12. verſic. *aduerſus hanc opinionē*, aſſerentium dānum dantem per culpam leuem, & leuiſsimam debere illud reſarcire in foro cōſcientię, quia lex modò iuſta ſit, ligat ſubditos etiā in animæ foro. Reſpondetur enim, vt prædiximus in caſu culpæ leuis, vel leuiſsimæ mentem legis non eſſe obligare ad reſtitutionem, cum formaliter contra eam non fiat, ſed materialiter tantum, modoà nobis ſuperius explicato.

27 Nec placet eiuſdem Couarr. conſideratio diſtinguentis ibidem inter culpam leuem, & leuiſsimam, vt in culpa leui certum ſit fore damnum reſarciēdum, in leuiſsima autem probabile: patet enim ex dictis vtriuſq; culpæ leuis, & leuiſsimæ parem eſſe cauſam in hac parte. Quāuis in eo re ctè Couarruuias, q̄ crediderit vbi natura contractus ex legis diſpoſitione etiam leuiſsimam culpam conſidera uerit, attendendam quidem eſſe, ad conſcientiæ forum, damnique reſtitutionem, quod nos minimè negamus, quinimò valde conſonat cum ſupra aſsignata limitatione ad concluſionem proximè propoſitam.

28 Sed non abs re feciſſe exiſtimabimus, ſi hic interſeramus nonnulla, de tenuitate, aut grauitate culpæ prouenie nte ex parte materiæ, præſertim circa tranſgreſsionem iuramenti, vt non ignoretur quando mortalē, vel venialem culpam importet: & expeditum eſt, quod ſi quis tranſgrediatur promiſſorium iuramentum, circa materiam grauem peccauit mortaliter, teſte Martino Nauarro in manu. cap. 12. num. 10. Soto lib. 8. de iuſtit. quæſt. 1. art. 7. col. 3. verſ. *in iſto articulo*, & quæſt. 2. art. 3. eod. lib. poſt Sylueſtrum, verbo, *periurium*, num. 1. ad fin. Caiet. 2. 2. quæſt. 89. art. 7. ad 1. receptiſsimum fatentes: ante quos tradiderat Panormit. in cap. tua. 11. de iure iuran. num. 4. efficacique ratione probatur à poſteriori. Etenim cū pœnæ infringendæ ſint, iuxta delictorum qualitatem, & menſuram, ſignum eſt non adumbratū, ſed expreſſum non ſolum culpam venialē, ſed mortalem contrahere, iuramentum promiſſorium violantes in materia graui, quandoquidem grauiſsimæ pœnæ infringentibus talia iuramen-

ta à iure impoſitę ſunt,quod argumẽ tum confirmari poteſt,ex tex.in cap. vlt.22.q.1.& in cap.ille qui, 22. q.5. communiterq; traditis per DD.in c. quærellam.10.de iur.iur.

29 Exploratæ etiam veritatis eſt, eos qui ſcienter falſam iurationẽ admiſſerint,mortaliter etiampeccare,committentes aſſertorium periuriũ, nulla habita ratione, quod materia grauis ſit,ſiue leuis,eo fortiſsimo (niſallimur)argumẽto quia Deo Optimo Maximo, non irrogamus maiorem, nec minorem iniuriam, ſi iure iurando affirmemus nos minimè leuaſſe feſtucam, aut confricaſſe barbam, vel ſi dicamus Chriſtophorum, non occidiſſe Franciſcum: vtroq; enim caſu falſum iuramus,magna cum ipſius Dei, quem magnopere colere debemus irreuerentia.Idque quamuis iocoſa leuitate, vel aliàs incautè falſum iurauerit: nihilominus enim non ſolum venialem, ſed mortalem culpam committet,quidquid gloſſa in d.cap.tua,verſ.*ſi verò quis*, contrarium obſeruauerit exiſtimans, quod ſi quis iocoſè,vel leuiter iuramento aliquid aſſeruerit,venialis culpæ dũtaxat reus erit,per tex. quem citat in cap.vnum orarium, col. 3. in fin. 25. diſt.cui ſatisfacies,ex traditis per Nauarr.poſt Panormitan.vbi ſupra, qui fatentur. d. gloſſam frequentiſsimè ab omnibus reprobari dictãq; aſſertionem(omne ſcilicet aſſertoriũ periurium,id eſt falſam iurationem ſciẽter factam mortalem culpam eſſe, ſiue materia ſit grauis, ſiue leuis)expreſſè voluerunt idem Nauarr. d.c. 12.num.6.& Soto d. lib. 8. quæſt. 2. art.3.concluſ.2. illam ampliantes,etiã ſi iurãtes, vel ita peierantes minores natu ſint:ita tamen vt ſufficientẽ habeant intellectũ, nihilq; intereſſe aſſerentes,quod peierati ſint per iocũ,ſiue leuitatẽ, vel vt ſe excuſarent ab iniecto crimine, vel quod ira & furore perciti id fecerint:cãdẽ namque deformitatẽ q̃ attinet ad aſſertoriũ periurium cõmitti dicendum eſt.Quam doctrinã accipio dummodò quis iuſta ductus ignorantia non crediderit verũ eſſe quod affirmat: tunc enim licet falſum iurauerit, nõ erit indiſtinctè peccatũ mortale, ſed pro modo negligentię,circa ignorãtiã culpa cõtrahetur. c.homines, ibi, *neſciebat enim*,22.q.2.ideòq; notanter in aſſertione diximus de falſa iuratione ſcienter facta, atq; ideò ſi aliqua adhibeatur diligentia ad vitandã ignorantiã,non tamen ea quã quis debebat adhibere ſolũ venialiter peccabit,ex mente Nauarri,& Panormitani vbi proximè, ille num.7. hic verò nu.4.tenuitq; d.glo.in d.c.tua.d,verſic.*ſi verò quis.*

30 Maior tamen dubitatio eſt circa tranſgreſsionẽ iuramẽti liciti in materia leui,& reſolue venialem ſolum culpã includere,ſicuti mutans ſentẽtiam ab ea,quam antea ſequutus Caietan ſi fuerat amplexus, docuit Nauarr.d.c.12.n.10. nouũ nãq; nõ eſt materiæ leuitatẽ, etiã ſi crimina ſuo genere grauiſsima ſint in omnibus delictis in cauſa eſſe,vt trãſgreſsione venialis fiat:cur ergo id ipſum nõ fatebimur in tranſgreſsione iuramenti lĩciti in materia leui:quãuis enim Caietan.d.2.2.q.89.art.17. ad 1. conatus fuerit differentiã aſsignare inter alia crimina,& periurium, nulla certè cõgrua diſcriminis ratio inter ea poteſt conſtitui. Conſtat autẽ ad veritatẽ antecedentis omnia,& ſingula crimina attenuari propter materiæ leuitatẽ facto deſcẽſu ad alia grauiſsima delicta,ſcilicet,ad præceptũ non ſurandi,vel de recitandis horis canonicis,alijsvè operib⁹ ſimilib⁹ faciẽdis quæ indubitatũ eſt, minui quidẽ ex materiæ leuitate. Rectè igitur proce

dti

dit consequentia:& confirmatur per argumentũ ab incõuenienti, seu absurdo: aliàs enim sequeretur, quod parentes qui iurassent puerũ verberare, seu pomum, vel minimũ numũ illi dare, aut aliud simile facere minimi præiudicij, talia non adimplentes peccatũ mortale cõmitterent, quod fateri absurdum maximum est: quamuis Caiet.d.loco cõtrariũ tueatur, cuius argumenta plenissimè diluit Nauarr.d.n.20. Et suadetur rursus dicta propositio, si cõsideres lõgè maiorẽ ipsi Deo Opt.Max. quęri obligationẽ, quando creditor est, quã quæreretur ipsi, quando testis, sicuti contingit in iuramẽto, sed sic est, quod si quis infringat obligationẽ Deo tanquã creditori principaliter adquisitam, circa rem minimã, solum cõtrahet peccatũ veniale: ergo multo melius asserendum est, quod si Deus adducatur in testem in iuramento circa materiam leuẽ, paruiq; momenti, non cõmittatur culpa mortalis, sed venialis: maiorẽ propositionẽ probo, ex l. creditor 55.l.creditores 10.ff.de verbor. signif. minor verò ex se satis constat: votũ enim circa rem minimã quamuis respectu illi" Deus creditor sit, si trãsgrediamur venialẽ solũ culpã cõmittimus, vt præfata omnia, & hoc rectè considerarunt Nauarr. d.c.12. n.40. & post alios Soto lib.7.de iust.q.2.artic.1.col.3.& d.lib.8.q.1.art.7.col.4.

31 Denique his ita explicatis, & ad principalem quęstionem reddentes de actibus indirectè subsequutis, ex prohibitis, statuenda est tertia principalis conclusio (quæ casu contingunt, & indirectè sequuntur ex actu prohibito, frequenter imputari solẽt in iure nostro, imò imputari debent ad irregularitatem tantum, non verò ad alia, in his enim, vt diximus si ex actu prohibito directè, & immediatè non sequatur delictum, nihil imputatur delinquenti) quã conclusionem expressè probat text. in d.c. susceptimus in fine, tenent Soto, Nauarr. Couarr. Syluester, & alij superius citati, qui non ita rectè desiderarunt ad dictam irregularitatẽ, vt actus sua natura ordinatus esset ad occisionẽ, aut mutilationem, vel quod periculosus esset, vel inde mors sępè, aut frequenter sequi soleat, multoq; melius docuit schola communis, tam in d.cap.susceptimus, quàm in capit. continebatur de homicid. non solum esse irregularem eum, qui homicidium, vel mutilationem fecit modo proximè dicto, sed & eum qui fecit actum quoquomodo prohibitũ, si ex illo etiam casu contingenti proximè sequutum fuerit homicidium, vel mutilatio, addentes parum, aut nihil interesse, quod euenerit prętęr intentionem agentis, quippè quamuis in homicidio nullam culpam habeat, habet autem in actu illicito, ex quo homicidium sequutum est, vt superius tetigisse meminimi.

32 Sed cum explorati iuris sit ignorãtiam in totũ excusare â pœna pro crimine imponenda, vt docuit Couarr. in c.alma mater.1.p.§.10.n.17. Quintilian. Mandos.in reg. Chancelleriæ de annali. q.53.num.4 Carol.Ruin. conf.54.n.7.Andr.Tiraq. de pœn.tẽper.c.13. Philip. Dec.in c.1.de constit.2.lect.nu.5.& 1.lect.â num.7.vbi Panormit.Bart.in l.genero. ff. de his qui notantur infamia, & in l. Labeo. n.2.ff.si quis testamento liber. probantque iura formalia in l.3.§.si quis ignorans.ff.ad Silanian. & in l.iubemus in fin.vers.*quid enim*.C.de testamen.& in l.vlt.de Decret. ab ordine faciend.& in l. si ignorans. ff. locati, traditque glo. in l.1. ff. de receptator. post text.de iure canonico, in c. proposuisti ad fin.86.dist.& in c.pen. 34. q. 2. ibi, *ille verò si voluerint*, &c.

Et

& hi qui actum prohibitum fecerunt iuſtam habuerint ignorantiæ cauſam circa actus caſu contingentes, qui obliquè & indirectè ex prohibitis ſubſequuntur : conſequens eſt, neque ad irregularitatem illis imputandum fore, quod actum prohibitum fecerint, ſtante præſertim ſuperiori doctrina, & communi ſententia, quæ ſupponit ignorantiam culpabilem, ex leui tamen, vel leuiſsima cauſa proueniẽtem, excuſare ab omni pœna : & facit ratio, quia pœna nullatenus imponenda eſt, vbi culpę defectus reperitur, iuxta illud Deuteronom. 25. *iuxta mensurã delicti, &c.* reg. ſine culpa lib. 6. planè ſi demus ignorantiam ſimpliciter culpa non reperitur: ignorans enim caret conſenſu. l. qui vas. 49. §. vetare. ff. de furt. igitur de primo ad vltimũ ignorantia, ex ſe in totum â quacumque in pœna tranſgreſſorem excuſare debet, vnde Roman. Pontif. in cap. fin. qui matrimonium accuſare poſſunt, dicebat à quacumque pœna ſuſpenſionis, aut irregularitatis, excuſari eos, qui propter ignorantiam excuſantur à peccato.

33 Quibus obiectionibus facile reſpondetur, talem ignorantiam ſic culpabilem, nequaquam excuſare, à pœna irregularitatis, quæ propter delictum præſcripta eſt, iuxta tex. in cap. presbyter, cum alijs, de homicidio. Etenim ad irregularitatem manifeſtum eſt, ſatis eſſe quod culpâ habuerint in actu illicito, ex quo homicidium, vel mutilatio ſequuta eſt, licet fuerint immunes circa ipſum actum homicidij.

34 Nec placet Dom. Couarr. in c. alma mater. 2. p. §. 10. n. 16. Alphõſi de Caſtro lib. 2. de leg. pœn. c. 14. fol. mihi 306. Sylueſtri, verb. *ignorantia*, num. 2. ſententia, aſſerentium diſtinguendum eſſe inter ignorantes, etiã craſſè dantes operam rei licitæ, puta in venatore, qui non prouidens hominem miſſa ſagitta interfecit, & inter ignorantes qui dant operam rei illicitæ, puta in percutiente clericũ, quem laicum exiſtimabat, vt ſcilicet priores à pœnis legum excuſentur, minimè verò poſteriores: nullo modo (inquam) placet dicta traditio, quidquid pro ea facere videatur tex. in c. dilectus 13. & reg. tex. in c. Ioan. 23. verſ. *nos igitur*, de homicid. Quoniam ſi verum amamus reperiemus quidem, craſſè ignorantem, quantũcumq; det operam rei licitæ, nihilominus tamen culpam aliquam habere, iuxta cõmuniter tradita per DD. in reg. ignorantia, lib. 6. ac proinde perſpicuum videtur, nõ debere eum à pœna legis in totũ excuſari, vt probat text. per argumentum in reg. ſine culpa, de reg. iur. eod. lib. 6. Præterea etiam conuincitur manifeſtè dictorum Patruum ſententia, ex text. in d. c. pen. 34. q. 2. vbi ignorans dabat operam rei illicitę, & tamen á pena excuſatur propter ignorantiam.

35 Verum antequam hinc diſcedam, & vt prius finem differendi, quam lector optimꝰ me legendi faciam, longo quaſi poſtliminio ad principale thema redeundo, operepretium erit, iam iam ad extremum rurſus attingere. d. l. verum. 40. ff. de furtis, vbi admoneo ex effractione forium (quod admonere obliuioni tradideram) nõ fuiſſe ſubſequutũ furtum per ſe, ſed accedente alia cauſa, nempè ipſius inhoneſtæ perſonæ, vel familiaris in curia, & furium facto: præſertim cum furtum, præter intentionem frangentis fores eueniſſet, qui non furtum, ſed rem inhoneſtam intendebat, vt patet ex verbis tex. ibi, *fores meretricis fregerit libidinis cauſa*, quæ conſideratio minimè, vt ſuſpicor erudito lectori diſplicebit.

Summa-

Digitized by Google

Tract. de legib. & const. Principum, &c.

Summaria ad Controuersiam 12.

1 EXplicatur titulus cõtrouersiæ, quæ præcedentibus controuersijs annectitur, & proponitur dubitandi ratio.

2 Si super rebus emphyteuticis maioratus, seu Capella constitui possent cessarent nonnulla requisita & propria ipsius emphiteusis maximè Laudemij solutio.

3 Per constitutionem maioratus in rebus emphiteuticis aufertur spiritus, sine occasio cadendi in commissum alienante emphiteuta, sine domini consensu.

4 Quemadmodum res emphiteuticæ, non possunt transire in Ecclesiam, pari ratione non possunt transire in maioratum, seu capellã, & militant eædem rationes respectu vtriusque.

5 Regulare est alienationem fieri non posse in potentiorem, & onus anniuersarij imponi non posse super rebus emphiteuticis censuit Senatus Lusitanus apud Gammam.

6 Ex constitutione maioratus, & prohibitione alienationis, rectè consequitur ipsam quoq; solutionem Laudemij interdictam censeri.

7 Sunt qui asserant nihil impedire, quominus in rebus emphiteusi subiectis maioratus, seu capella constitui valeat, & prohibitionem alienationis, non esse causam proximã prohibitionis Laudemij.

8 Expenditur pro eadem parte iuris regula, de qua in l. in re mandata. C. mandati, quæ dicitur in re sua quemlibet esse arbitrum & moderatorem.

9 Certũ est quẽquam hoc nomine nõ teneri, quod actũ alij nõ nocentẽ, & sibi vtilẽ fecerit, & quod alteri non nocet, & mihi prodest prohiberi minimè debet, ex quo argumentũ cõficitur, vt possint res emphiteuticæ in capellã, seu maioratum transferri.

10 Expeditũ est præsentem controuersiã, non procedere in emphiteusi temporali, quæ vltra vitã concedentis, nẽ potest maioratui adiungi, nisi forte maioratum constituens, bonaq; emphyteutica eidem adiungens de nouo aliquid emphiteutæ relinquat.

11 Inconueniens illud, quod alienatione interdicta prohibita manet Laudemij solutio cessat omninó, quando emphiteusis temporalis maioratui adiungitur.

12 Super emphiteusi temporali constituto maioratu, seu capella in dubio durabit ad vitam concedentis.

13 Si testator emphiteusim tẽporalẽ declauerit, se velle in perpetuum maioratui adiũgere, vel alioude ex coniecturis, ita voluisse testatorẽ colligatur, valebit constitutio maioratus tũc in vita constituentis.

14 Generale est in omnibus causis, & negotijs causam remotam non debere attendi, sed proximam, & intelligitur tex. in regula eum quid.

15 Ex eo quod ex cõstitutione maioratus, seu capellæ super re emphiteutica Laudemiũ, aliaq; cõmoda ad dũm directũ spectantia cessare videantur, minimè infertur talẽ maioratus constitutionem fieri non posse.

16 Si ob cessationem Laudemij, non posset constitui maioratus super re emphiteutica sequeretur, neque super bonis liberis maioratum fundari posse propter gabellæ cessationem.

17 Concluditur nullam iniuriam irrogari dominis directis, si emphiteuta maioratum constituat super ipsa emphiteusi.

18 Maioratus, seu capellæ multoties vendi

Digitized by Google

vendi possunt, & expenduntur dicta Couarruuia, & Pineli ad authẽti cã res quæ, C. cõmunia delegatis.

19 *Quando nullus extat de familia, tunc benè vendi valent maioratui subiecta, & in aliquibus Regnis, & Prouintijs bonis maioratus vacantibus ipsi Reges & Principes supremi succedunt.*

20 *In aliquibus Regnis non potest emphitheusis temporalis Ecclesiæ relinqui, ex eo quod nunquam moritur.*

22 *Quo casu emphitheusis transferenda sit, procul dubio transferri debet in personas idoneas (in minus poterit directus dominus, non inuestire emphitheutam in ipsam emphitheusim.*

21 *Vassallus non potest relinquere feudũ pro anima, sicut filia prohibita alienare extra familiam, non potest legare extraneo pro anima.*

23 *Non potest dici facta re inalienabili ipsum dominum fraudari, nec quod aliena spes decipiatur.*

24 *Referuntur Doctores, qui asserunt bona emphitheutica vendenda esse cõpaci, qui canonem, seu Laudemia soluere possit, quorũ authoritate nõ obstante, resoluitur liberè posse super emphitheusi maioratum constitui.*

25 *Retenta opinione maioratum fundari posse, super emphitheusi, cessabit illorum labor, qui disputant, an quando res emphitheutica iure vinculi relinquitur vitiatur relictum, an verò hæres dare teneatur iustũ rei emphitheuticæ valorem.*

CONTROVERSIA 12.

An quia ex prohibitione de non alienando, quæ tacitè, vel expressè in maioratibus, seu capellis apponitur, prohibita videtur Laudemij solutio, inferatur rectè, maioratum, seu capellam constitui non posse in rebus emphitheusis: vbi nonnulla de legibus, circa Laudemia, & res emphitheuticas, & quomodo sint accipiendæ.

PVllulat etiam ex antecedentibus disputationibus præcipuè, ex illa celebri controuersia (an quæ sequuntur ex actibus prohibitis sub prohibitione cõtinerentur) alia non minus vtilis, & quotidiana, nec facilis disceptatio, vtrum maioratus, seu capella, in rebus emphitheusis valeat cõstitui: etenim cum in quæstione præcedenti, ad diiudicandos omnes & singulos rerũ effectus causam proximã attendẽdã esse nõ remotã resolueri mus: & ex constitutione maioratus, seu capellæ in rebus emphitheusis præsupposita dicta prohibitione de nõ alienãdo, prohibita cẽsetur Laudemij solutio, quę tũc quidẽ fieri cõ sueuit, & debet, quãdo emphitheusis alienatur, iuxta text. celebrem in l. fina. C. de iure emphitheuticó, nec satis constet, an remotè, vel proximè, ex tali prohibitione alienationis in maioratibus apponi solita, sequatur prohibitio solutionis Laudemij, nõ immerito dubitatum fuit inter DD. vtrum in his rebus emphitheuti-

Digitized by Google

cis poſſet maioratus, ſeu capella fundari.

2 In qua difficultate partem negantem aſſeruerunt literatiſsimus Speculator in tit. de locato. §. nunc aliqua. nume. 116. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum numer. 6. de conſtitut. inſignis Bald. in capit. clerici. numero 3. de iudic. dicentes ſuper his rebus emphitheuticis maioratum, ſeu capellam conſtitui non poſſe: generaliter ex eo, quia ceſſant nõ nulla requiſita, & propria ipſius emphitheuſis, maximè præfata Laudemij ſolutio, quę ex conſtitutione maioratus impeditur, propter prohibitionem alienationis, planum namq; eſt emphitheutam minimè alienaturum rem maioratui, ſeu capellæ ſubiectam.

3 Tum etiam, quia per talem conſtitutionẽ maioratus aufertur ſpiritus, ſiuè occaſio cadendi in commiſſum alienante emphitheuta ſine Domini cõſenſu, iuxta c. potuit de locato, ex quibus omnibus notabile præiudiciũ inferrĩ directo Domino manifeſtũ eſt, ac per cõſequens (inquiũt prędicti Patres) coacta iuris ratione dicendũ in rebus emphitheuticis cõſtituẽdũ non eſſe maioratũ, neque capellam aliudvè genus Anniuerſarij, ſeu memoriç, quod inuoluat talem prohibitionem alienationis.

4 Deindè quoniã ob prædictas rationes emphitheuſis trãsferri nõ poteſt in Eccleſiã, quippè quæ difficilè alienat obſtante notiſsimo interdicto de rebus Eccleſiæ, ac propterea grande præiudiciũ directo domino infertur, & quia Laudemia ceſſabũt, neque habebit locum electio illa, atque libera facultas, ipſismet dominis directis competens, ad habendã emphitheuſim, toties quoties alienari cõtigerit: ſicuti rectè conſiderarũt in propoſito, Felin. vbi ſupra, poſt Iacobin. in authen. qui rem. nu. 154. C. de ſacroſ. Eccleſ. Alex. conſ. 10. n. 13. lib. 5. argutè inferentes ſimiliter philoſophandũ eſſe: vt quemadmodum tranſire non poſſunt in Eccleſiã res ipſæ emphitheuticę: pari ratione nõ poſsint trãsferri in maioratũ, ſeu capellam, cum militent eædem rationes reſpectu vtriuſque: quis enim non videt, non facilè inueniri poſſe caſum in quo maioratus, ſeu capella vendi poſsit: nam pręterquam quod regulariter, nemo ſine hærede decedit, præſertim in aliquibus Regnis, & Prouintijs, vbi Reges, & Principes in maioratibus, ſeu capellis, alijsque perpetuis fundationibus de iure ſuccedunt, ſi vltimus poſſeſſor ſucceſſorem non habeat: pauciſſimæ, vel nullæ cauſæ efficere poſſunt, quod res maioratus, ſeu capellæ vendi poſsint.

5 Et regulare eſt nõ poſſe fieri alienationem in potentiorẽ per emphitheotam ex traditis, & relatis per Coruul. in tract. de cauſ. ex quibus emphitheuta ſuo iure priuatur, cap. de cauſa priuationis ob alienationẽ ampliatio. 12. & ſic neque in Eccleſiam, neque in clericum, neque in militem, aliasvè perſonas priuilegiatas, quas vocamus maiores, ſeu difficilioris conuentionis, non poterit transferri emphitheuſis, vt ſapienter more ſuo docuit Gregor. in l. fin. titu. 8. gloſ. penultim. partit. 5. & dixerat communem Carol. Ruin. conſil. 143. numero 11. volumin. 1. & reſoluit Coruulus dict. loco, numero 2. & ſequẽtibus: & in ſpecie quod onus Anniuerſarij non poſsit imponi, ſuper rebus emphitheuſis cenſuit doctiſsimus Luſitanus Senatus dict. deciſ. 218. numero 3. & deciſ. 214. apud Antonium Gammam, qui ita teſtatur Senatum illum cenſuiſſe: dicuntur autem perſonæ potentiores

(vt

(vt hoc vulgus nõ ignoret) quę gaudent maioribus priuilegijs, difficiliorisque cõuentionis ſunt, teſte Reduano de rebus Eccleſiæ, pag. 115. nu. 4. Hieron. Grato cõſ. 80. n. 1. & 2. vol. 1. poſt gloſ. celebr. verb. *prohibentur*, in d. c. potuit, Speculatorẽ in tit. de locato. §. nũc de aliqua. n. 142. & Salicet. in l. fin. C. de iure emphith. nu. 14. & Iaſ. ibid. n. 90. conſtatq; ex adductis p̃ Natã cõſ. 491. manifeſtũ autẽ eſt Anniuerſaria priuilegiata eſſe, per tradita à Guidone Papę deciſ. 576. ex quibus effici videtur bona emphitheuſis nõ poſſe pro Anniuerſario relinqui. Valet prętereà argumẽtũ de feudo ad emphitheuſim, quãdo feudalis deciſio nõ repugnat iuri communi, iuxta tradita per Anton. Gam. deciſ. 233. n. 16. quo fit vt emphitheutę res emphitheuticarias relinquere nõ poſſint pro ipſorũ anima, capella, ſeu Anniuerſario, quãdoquidẽ feudalia bona non poſſe pro anima relinqui ſẽper fuit cõmune DD. plãcitum, teſte Afflict. in c. Imperialẽ, n. 31. de prohibita feudi alienat. per Federic. Rolãdo, qui cõmunẽ dixit conſ. 79. n. 5. vol. 2. Andr. Iſernia in c. 1. an agnatus, vel filius, & habemus text. expreſſ. in c. 1. ver. *vel pro anima indicare*, dict. titu. de prohib. feudi alienatio. tenuitque Bald. in c. 1. n. 16. de allodijs, & relati per Gam. vbi proximè.

6 Poſtremo, quia ex toties á nobis repetita iuris regula, quæ habet prohibito vno cẽſeri prohibita, quę ſequũtur ex illo, vel per quæ peruenitur ad illud, facilé deducitur, ex prędicta cõſtitutione maioratus, & prohibitione alienationis, ipſam quoq; ſolutionẽ Laudemij interdictã cẽſeri, quæ cũ prohiberi nõ debeat, neq; admitti aliquid, per q̃ perueniatur ad caſũ, in quo Laudemiũ ceſſet, cõſequẽs fit neutiquã etiã admittendã fore talem conſtitutionem maioratus, ſeu capellæ in rebus emphitheuſis.

7 Oppoſitã verò ſentẽtiã id eſt nihil impedire, quominus in rebus emphitheuſi ſubiectis, maioratus, ſeu capella cõſtituivalcat, cõſtãter defendebat perdoctus Luſitanus Anton. Gãma, deciſ. 218. nu. 3. & deciſ. 70. nu. 2. poſt Franciſc. Rippar. in l. filius familias, §. 1. n. 33. ff. de leg. 1. & Andr. Tiraq. de primogen. q. 6. n. 10. qui omnes placi dè amplectũtur aſſertionẽ illã vulgarẽ, quę habet cauſam proximã vniuſcuiuſque effect' attẽdi debere, & nõ remotã: indè inferẽtes parũ, aut nihil intereſſe, q̃ prohibita alienatione rerũ emphitheuſis prohibita etiã cẽſeretur Laudemij ſolutio, cũ talis alienationis prohibitio, nõ ſit cauſa proxima, ſed remota tantũ, illius effectus indirecti pro hibitionis ſolutionis Laudemij, atq; ideò talis cauſę remotę minimè habẽda ratio, quę in cõſiderationẽ venire nõ debet ex ſæpè á nobis traditis iuris principijs.

8 Rurſus ſuam ſententiam confirmant DD. prædicti, ex alia ſcitiſsima iuris regula, de qua in l. in re mandata, C. mandati, quæ dictat in re ſua quemlibet eſſe arbitrum, & moderatorẽ: vndè inferunt rectè poſſe quoſcumque rerũ emphitheuticarũ poſſeſſores, liberè in illis maioratũ, ſeu capellam conſtituere.

9 Præſertim cũ prodeſſe ſibi vnuſquiſque, dũ alij non noceat non prohibeatur, ac nihil vetet, ſic maioratũ, vel capellã cõſtitui, ex re emphitheutica in vtilitatẽ augmentũque familiæ, nec alicui damnũ cõſiderabile inferatur, vt inferius apparebit, quo argumẽto Vlpian. in l. 1. §. idẽ aiunt, ff. de aqua plubia arcenda, rectè dixit aquã pluuiã in ſuo retinere, vel ſuperfluentem, ex vicini fundo in ſuum derivare, dum opus in alieno non fiat omnibus ius eſſe, neque quẽquã hoc nomine teneri, quod actum alij

non nocẽtem, & ſibi vtilem fecerit, quod alteri enim non nocet, & mihi prodeſt prohiberi minimè debet, ac proinde optimè poterunt res emphitheuticę in capellam, ſeu maioratum transferri.

10 Inter quas ſententias ſecum omninò pugnantes, & diſidentes, antequã iudicium faciamus, operepretiũ facturi exiſtimabimus, ſi nonnulla huic propoſito conducentia breuiter admonuerimus, & primo quidem, vt veterem noſtram conſuetudinẽ ſeparã di certa ab incertis, quã publicè docẽdo inſectati ſumus, hac etiã in parte retineamus: tanquam certum, & exploratum ſtatuendum eſt, quæſtionẽ noſtrã minimè procedere in emphitheuſi temporali, quam vltra vitã cõcedentis non poſſe maioratui adiungi decreuit Luſitaniæ Senatus (ſic interpretandus) apud Anton. Gam. deciſ. 214. n. 5. poſt deciſ. Neapolit. 14. nu. 9. & per Afflict. ibidem, niſi forte maioratum cõſtituens, bonaque emphitheutica eidem adiungens, de nouo aliquid emphitheutæ relinquat, propter quod relictum, planũ eſt ſuper emphitheuſi imponi poſſe onus quodcũque debita proportione ſeruata, iuxta doct. tex. celeb. in materia maioratuũ, in l. vnũ ex familia, §. ſed etſi fũdũ, ff. deleg. 2. in illis verbis, *ſi rẽ tum eidem relictũ eſſet*, vbi cõmuniter tradere ſolent DD. quos retulit & ſequut' eſt, præfat' Gam. deciſ. 70. n. 2.

11 Subnotabis præterea, quod cum inconueniẽs opponi ſolitũ, vt ſuper emphitheuſi maioratus, ſeu capella creari non poſsit, in eo ſemper ſteterit, quia alienatione interdicta, prohibita manet laudemij ſolutio, electioque ſublata Domino directo, vt quoties alienabitur res emphitheutica, ipſe ſibi ſumere poſsit pro eodem pretio: & dictũ inconueniens ceſſet omninò, quando emphytheuſis temporalis maioratui adiũgitur: rectè fit ſuper tali emphitheuſi ad tempus dumtaxat duratura, maioratũ cõſtitui valere: neutiquam duraturum in perpetuum, ſed in quantũ durauerit ipſius concedentis vita, vt etiã prænotauit Anto. Gam. deciſ. 60. n. 1. neque in hoc caſu procedit præſens diſputatio.

12 Circa quam eiusque veram reſolutionem fœliciter aſſequẽdã aduerte tertio, quoties verſabimur in caſu dubio, ſi quis adiungat temporalem emphitheuſim maioratui, ſeu capellę eam nos coniecturam trahere debere, vt cenſeatur ſolum adiunxiſſe in ſua vita: etenim indubio videtur, quis legare ius quod habet in re, licet eius morte ſit periturũ: ac proinde optimè dicebat Pomponi' vſumfructũ habentem ſi eum legauerit, niſi poſtea proprietatẽ nactus ſit, inutile legatum eſſe, vt habetur in l. quod in rerũ, §. 1. ff. deleg. 1. quia vſumfructũ cum morte finiri neceſſe ſit, poſt mortem inutiliter legabitur, niſi antea teſtator fundi, v.g. proprietatem fuiſſet conſequutus, quo caſu vtique legatum vtile foret, atque ideò planũ, & apertum relinquitur ex dictis ſumpto argumẽto, ſuper emphitheuſi temporali cõſtituto maioratu, ſeu capella, indubio ſolum ad vitam concedentis duraturum.

13 Quod ſi retento eodẽ themate (temporalis emphitheuſis) teſtator declarauerit ſe velle talẽ emphitheuſim in perpetuũ capellæ, ſeu maioratui adiungere, vel aliunde ex coniecturis ſic voluiſſe teſtatorem deducatur, valebit certè conſtitutio maioratus, tãtum in vita conſtituẽtis, vtile enim per inutile nõ vitiatur, vel in vita emphitheutæ, ſi tantumdẽ ipſe reliquiſſet, quia tunc propter onus iniunctũ, quilibet emphitheuta nõ poterit alienare: nec ſimiliter diſputatio hæc in

hoc

hoc caſu procedit, ſed in alio longè diuerſo, in quo maior, & difficilior controuerſia verſatur: putâ quando emphitheuſis perpetua maioratui, ſeu capellæ adiungitur, vtrum valeat talis conſtitutio nec ne, & an rectè inferatur ex prohibitione ſolutionis Laudemij, aut electionis domino directo competentis, ad ipſam prohibitionem cõſtitutionis maioratus, aut capellæ ſuper re emphitheutica.

14 Tandem vltimo cõſiderare oportebit, pro reſolutione prẽſentis controuerſiæ, generale eſſe in omnibus cauſis, & negocijs, cauſam remotam non debere attendi, ſed proximam: iuxta quam doctrinam intelleximus, non ſemel, ſed multoties dict. reg. cũ quid. vt quando dixit prohibito vno cenſeri prohibita, quæ ſequuntur ex illo, in his ſolum procedat, quæ ex prohibito, tanquam à cauſa proxima & immediata ſequuntur, non autem in illis, quæ deriuantur & procedunt ex prohibito, tanquam â cauſa remota indirectè, & accidentaliter.

15 Vndè iam ſtatuitur, & profluſit in hac diſputatione vera cõcluſio, quæ eidem reſpondetur. Ex eo quod ex conſtitutione maioratus, ſeu capellæ, ſuper re emphitheutica Laudemium, aliaque commoda ad dominum directum ſpectantia ceſſare videantur, minimè infertur talem maioratus conſtitutionem fieri nõ poſſe. Quoniam vt proximè dicebam tale prætudicium directi domini non venit in conſiderationem, cum à cõſtitutione maioratus, tacitaque, ſeu expreſſa prohibitione alienationis, nõ proueniat immediatè, & proximè, ſed remotè, & in quandam conſequẽtiam indirectam, vt ſtatim clarius explicabimus, atque adeò ſecunda ſententia ſuperius relata Tiraqueli, Riparienſis, Antonij Gammæ, & aliorũ planè aſſerentium, ſuper re emphitheutica maioratum, ſeu capellã, cũ alienationis prohibitione conſtitui poſſe, verior quidẽ eſt, & tenenda.

16 Quam ſententiam vltrà adducta pro illa fundamenta, vlterius confirmabis, quia ex oppoſito ſequeretur generaliter inter dicendam fore omnem prohibitionẽ alienationis, quarũcumque rerum, quippè alienatione prohibita ceſſat gabellæ ſolutio, quandoquidem ſi res non alienẽtur, aut permutẽtur gabella nequaquam ſoluitur, conſequens autẽ eſt falſum ergo & illud ex quo ſequitur. Etenim vt prædiximus, ſeu tetigimus nuper, quando aliquod inconueniens, venit per remotiſſimas conſequentias, nemini ſanè infertur iniuria ſi iuri, aut intereſſe, tam remoto, nõ prouideatur, cui nullatenus attenditur, ex l. 1. & ibi per Doctores adductis, ff. de authoritate tutorum, ideoque non obſtante remotiſſimo præiudicio gabellarũ, maioratus, ſeu capellę, & id genus alia monumenta perpetua, ſuper rebus alienari prohibitis conſtitui poſſunt, quotidieque conſtituuntur, & hoc iure vtimur.

17 Ac proindè cum ex prohibitione alienationis rerũ maioratus, ſeu emphitheuſis maioratui adiũctę, etſi fateamur ſequi Laudemij ceſſationẽ, id contingat indirectè, & per quaſdã conſequentias remotiſſimas, vtique conſequens ſit nullam iniuriã irrogari dominis directis, ſi emphitheuta maioratum conſtituendo iuri tã remoto Laudemij, aut electionis non prouideat.

18 Accedit quod maioratus, ſeu capella, multoties vẽdi poſſunt in multis caſibus, ſecundũ tradita per Gomeciũ, & Regnicolas in l. 40. Tauri, poſt DD. & communẽ ſcholam in celebri. §. Diui, dicẽtes alienari poſſe, res maioratus in ſpecie authenticæ res quæ, C. cõmunia delegat. Tiraq.

zed by Google

de primogen.q.61. Gomec.dict. loco nu.87.quamuis D.Couar.lib.3.resolut.cap.6.n.10.verſ.*poſtremo*, exiſtimauerit dictam authenticam ex conſuetudine Hiſpaniæ, quo ad maioratus,& capellas abrrogatã eſſe, & doctus Pinellus in l.1. C. de bonis matern.3.p.num.102.nõ infeliciter crediderit minimè intelligendam eſſe in maioratibus,&capellis,quæ in memoriam, vel pro anima relinquuntur,in quibus nunc non moror,cum nihil referat,an iſta vera ſint nec ne, quod attinet ad rem de qua agimus.

19 Eo maximè, quod certiſsimum ſit ſupereſſe plures alios caſus, in quibus maioratus, ſeu capella alienari poſſunt,exempli gratia, quando nullus extat de familia, tunc benè vẽdi valent maioratui ſubiecta,vt adnotauit gloſſa communiter ab interpretibus recepta,in l.pater, §. Iulius Agrippa.ff. deleg.3. & rectè colligitur ex tex.in l.qui ſolidum.80.§ prædiũ ff.deleg.2. tradideruntque quamplurimi DD.relati, & ſequuti per Anton.Gam. deciſ.193.nu.6.Imò in aliquibus Regnis, & Prouintijs (vt de Regno Luſitaniæ teſtatur idẽ Gamma) dictis bonis maioratus vacantibus,ipſi Reges & Principes ſupremi ſuccedũt,ex quibus infertur nõ omnino per conſtitutionem maioratus interdictam & ſublatã relinqui Laudemij ſolutionem, vt aliquando euenire non poſsit ipſum Laudemium ſolui,aliaque cõmoda in domini directi vtilitatem redundare.

20 Quamuis nõ ignorem emphitheuſim temporalem in aliquibus Regnis non poſſe Eccleſiæ relinqui, ex eo quod numquam moritur,vt in cap.ſi gratioſè.5.de reſcrip. in 6. quo circa in Luſitania lege Regni ſancitũ extat,vt quotieſcumque contigerit emphitheuſim temporalem Eccleſijs relinqui,teneantur intra annum res immobiles in laicum alienare, vt teſtatur præcitatus Anton.de Gam.deciſ. 313.n.9.

21 Et conſequenter dominus directus,vbi tale viguerit ſtatutũ, poterit regulariter Eccleſiam non inueſtire: cum explorati iuris ſit,quoties ab illo in quem emphitheuſis trãsfertur, non ſic facilè Laudemium exigendũ eſt,ſi res alienetur,aut penſio nõ recuperãda,propter has, & ſimiles cauſas liberum eſſe directo domino nõ inueſtire emphitheutã, in ipſam emphitheuſim: etenim ex Imperatoria deciſsione,in l.fin.C. de iure emphitheutico, quo caſu transferenda ſit emphitheuſis, proculdubio transferri debet in perſonas idoneas nõ prohibitas,ſed conceſſas,quæ facilè poſſint ſoluere emphitheuticum canonem,& non ſint priuilegiatæ, ſeu alterius fori,in quo ſenſu accipi debet oppoſitæ ſententiæ, priori loco relatæ,ſecundum fundamentum,vt procedat in emphitheuſi ſæculari, quæ nullo modo migrare poteſt in Eccleſiam,ob dictas rationes, non verò in Eccleſiaſtica quę in Eccleſiã,aliaque pia loca, non difficilè transferri poteſt,quotidieque transfertur.

22 Qua ratione vaſſallus non poteſt relinquere feudum pro anima, per tex.in c.1.qualiter olim feudum alienari poterat,& doctrinam Baldi, in l. voluntas,C.de fideicommiſ. vbi dicit,quod filia prohibita alienare extra familiam,non poteſt legare extraneo,pro anima,ex text.in dict.§.donare,& traditis per Ludouic. Roma. in authent.ſimiliter verſ.15.& ſimilibus,& ex his quæ ſapiẽter more ſuo, adduxit Felin.ita intelligendus in c. quæ in Eccleſiarum de conſtitutionib.nu.70.& ſeqq.cũ quibus(vt credo)penitus ſatisfactum manebit argumentis prioris opinionis contrariæ dicentium maioratum,ſuper bonis

itized by Google

bis emphitheuticis minimè poſſe cõſtitui.

23 Vndè non placet quorundam diſtinctio inter bona emphitheutica translata ſimpliciter, & quæ trãsferũtur cum prohibitione alienationis, quoniam vt ſupradiximus, aſſertum domini præiudicium, remotè ex prohibitione alienationis deſcẽdens, cõſiderabile non eſt, nec dici poteſt facta re inalienabili ipſum dominum fraudari, nec quod aliena ſpes decipiatur, quibus rationibus vſi fuerũt, Iaſ. in l. fi. n. 95. C. de iure emphitheutico, Immola, & Cardin. in c. potuit de locato, poſt Speculatorem, tit. de inſtrumentorum editione, §. nunc aliqua, verſ. 116. relati & ſequuti ab Anton. Gãma deciſ. 218. n. 3. ſentientes ob inconueniẽtia ſupradicta, emphitheutam, non poſſe rem emphitheuticam vinculo ſubijcere, ne domini priuentur ſpe ſuccedendi emphitheutis, ſine hærede decedentibus, alijsque commoditatibus.

24 Quidquid præfatũ Dominorũ præiudicium, tantopere expenderint Felin. in c. inter dilectos. nu. 10. de fide inſtrumentorum, & in c. quæ in Eccleſiarum. n. 70. de conſtit. Curt. ſen. conſ. 15. nu. 24. Bald. in c. clerici. n. 3. de iudic. quos retulit, & ſequutus eſt, ſæpè citatus Gamma deciſ. 70. nu. 2. & tradiderat Guillel. Benedictus in cap. Rainuncius, verb. *& vxorem nomine Adaleſiam*, deciſ. 5. n. 2. de teſtam. & melius deciſ. 3. nu. 12. exiſtimãtes eo caſu talia bona emphitheutica tradenda, & vendenda eſſe capaci, qui canonem, ſeu Laudemia ſoluere poſsit, iuxta tradita per Ioann. Fabrum poſt Barbat. Panormitan. & alios, quos retulit in authent. ingreſſi, verſ. *quid ſi vaſſallus*, C. de ſacroſanct. Eccleſ. quippè vt conſtat ex d. l. verum. 40. de furtis, & longo ſermone â nobis traditis in diſputatione præcedenti, ea quæ non ſequuntur immediatè, & proximè axactu, nõ veniunt in conſiderationem, quantum uis per conſequentias remotas inferantur: nec facilè tenentes oppoſitũ reſpondere poterunt argumẽto pro hac ſecunda ſententia propoſito, de præiudicio gabellarum, quo nõobſtante quotidie facimus res noſtras inalienabiles, nõ habita ratione prohibitarum venditionum, aut fraudationis gabellę, neque vnquam quiſpiam dixit, ſic decipi fiſci ſpẽ, cõtra text. in l. fin. §. ſed quia noſtra maieſtas in fin. C. communia de legat. pariter ergo attendendum non erit prætenſum præiudicium dominorum, remotè & indirectè proueniens, qui nimò eo contempto liberè poterũt emphitheutæ, ſuper bonis emphitheuſis maioratus conſtituere.

25 Ceſſabitque labor illorum, qui diſputant, an quando res emphitheutica iure vinculi relinquitur vitietur relictum, an verò hæres dare teneatur iuſtum rei emphitheuticæ valorem, & æſtimationem, ne vinculum lucro ei delato priuetur, quemadmodum iure cautum eſt, quãdo res aliena alicui legatur, quo caſu tantundẽ ſoluendum eſſe legatario re emphitheutica perſonę capaci vendita, tenuerunt proximè relati præceptores. Etenim cum nos aſſeramus ſimpliciter, & abſolutè, conſtitutionem maiorat° ſuper emphitheuſi, valere, retenta ſentẽtia, quam amplectimur, otioſa profecto erit talis diſputatio, aliàs illis qui oppoſitum defendunt, atque ſequuntur vtiliſsima, & quæ poſſet euenire frequenter.

(?)

Digitized by Google

Summaria ad Controuerſiam 13.

1 EXplicatur titulus præſentis controuerſiæ.

2 Referuntur authores, & iura quæ probant ſub appellatione alienationis hipothecam quoque venire.

3 Cum quid vna via prohibetur, alia nullatenus admitti debet.

4 Illa res realiter, & verè alienatur, cuius vtilitas in alium transfertur, et digeſtorum tempore, non ita incognitum fuit vtile dominium, ſi expẽdas text. in l. 3. §. ſi ius, ff. de reb. eorum.

5 Prohibitio alienationis ad hypothecam nullo modo extenditur, & prohibitum alienari, non incidit in commiſſum, quantumuis rem diſtrahi prohibitam, pignori, vel hopotheca cõſtituamus.

6 Sumitur argumentum à veriloquio ad probandum ſub alienationis prohibitione conſtitutionem pignoris minimè contineri.

7 Leges, ſeu diſpoſitiones, alienationem prohibentes odium includunt.

8 Conſtans eſt omnium traditio, alienationem prohibitam, ſub pena caducitatis ad hypothecam nullateus extendi.

9 Probatur efficaci ratione pignus, dumtaxat conſtituentes, & cum effectu non alienantes, nullo modo incidere in caducitatis pœnam.

10 Pœnæ contrahentibus matrimonium impoſitæ non comprehendunt contrahentes ſponſalia.

11 Non incurritur caducitatis pena alienantibus impoſita, ab his qui pignori conſtituerunt, vel alienare pollicitiſunt, & non alienarunt.

12 Qui alienationem prohibet, niſi contrarium ex ipſa lege, vel ex mente diſponentis colligatur, id demum intendit, ne á nobis quid alienum faciamus.

13 Allegantur duo iura planè dicentia appellatione alienationis non venire, niſi contractum, per quem transfertur dominium.

14 Pœnæ impoſitæ facienti vnum actum, non cenſentur impoſitæ, facienti id quod ex illo ſequitur, nec facienti id per quod peruenitur ad actũ prohibitum.

15 Notiſſimi iuris eſt pœnas impoſitas commedentibus carnes tempore quadrageſimæ, non cenſeri repetitas, contra commedentes lacticinia illo tempore.

16 Vniuerſa materia præſentis controuerſiæ, ex mente diſponentium ipſa earumque legum intentione penſanda eſt.

17 Antequam iuditium fiat, inter dictas duas opiniones, ſibi inuicem aduerſantes nonnulla prælibanda ſunt.

18 Valde fuit controuerſum, verum verbum, alienare, proprié ſignificet actum, per quem dominium transfertur.

19 Ex vi prohibitionis alienationis non cenſetur prohibita hypotheca, niſi contrarium, vel ex lege, vel ex mẽte diſponentis colligatur.

20 Aſſignatur veriſſimus intellectus ad legem vltimam, C. de rebus alienis.

21 Nouè induxit Imperator, in dict. l. fina. ad vltimarum voluntatum conſeruationem, vt prohibita alienatione, & hypotheca, & vſusfructus prohibitus cenſeretur.

22 Dicta conſtitutio Imperatoria, de qua in d. l. fin. procedit in ſimplici alienationis prohibitione.

23 Ad-

Digitized by Google

23 *Adducitur non inelegans intellectus ad legem vltimam,C.de iure emphith.*

24 *Dominus Praſes, & Dominus Molina diſtinguunt inter materiam odioſam, & fauorabilem , quod in illa non veniat, niſi actus, per quē tranſfertur dominium,ſecus in hac.*

25 *Aperté confunditur Conarruuia, & Molina diſtinctio duplici conſideratione.*

26 *Refertur & pariter confunditur gloſſe, & aliorum diſtinctio inter alienationem,laté ſumptam , & alienationem ſtricte ſumptam.*

27 *Multo verius eſt in quacumque materia prohibita alienatione , & hypothecam prohibitam eſſe.*

28 *Hypotheca ſpecialis,plus afficit rem, quam generalis, & pena contra alienantes Eccleſiarum bona,aut ea hypothecæ ſubijcientes , niſi traditio ſubſequuta ſit, neqnaquam incurritur.*

29 *Quod aliquando per hypothecam ad alienationem perueniatur non prouenit, ex natura hypothecæ, nec directè per hypothecam ad alienationem peruenitur.*

CONTROVERSIA 13.

Vtrum leges, ſeu conſtitutiones Principum, & aliæ diſpoſitiones priuatorum,alienationem rerum ſimpliciter prohibentes, cenſeri debeant prohibuiſſe pignorationem,ſeu hypothecam, vbi de maioratuum bonis, an attento iure communi dari poſsint in emphitheuſim,nonnulla non inutilia dicentur.

EX viſceribus ſuperioris proximę controuerſiæ, & aliarum quæ præceſſerunt:adhuc deriuatur alia nō minus neceſſaria,& vtilis ad praxim, venditione,ſeu alienatione ſimpliciter prohibita,vtrū interdicta cenſeri debeat cōſtitutio pignoris,ſeu hypotheca,v.g. an res maioratus , ſeu capellæ alteriusvè memoriæ perpetuę abſolutè & ſimpliciter vēdi,& alienari prohibitę,valeāt cōcedi in emphitheuſim,aliovè modo pignorari.

2 Et qſub prohibitione alienationis, vel trāslationis rei in alterū hypotheca,& pignoris cōſtitutio cōtineatur, probari videtur,ex doctrina Burſati, cōſ.31.n.18. cuius meminit Suarez, verb. *emphitheuta*, exiſtimantium ad traditionē emphitheuſis datæ in hypothecā requiri domini cōſenſum, quaſi quia prohibita alienari irrequiſito Dño tradi non valeat,& Ludouici Romani in l.ſi cōſtante.n.32.ff.ſolut.matr.dicentis,tam in traditione, quā in conſtitutione pignoris eādē Domini facultatem deſiderari, pro quibus mirū in modum facere videtur iura manifeſta in l.fin.C. de reb. alien.nō alienan.& in c. nulli de rebus Eccleſiæ,& in prin.Inſtitut. quibus alienare licet vel non, quæ probant ſub compellatione alienationis hypothecam quoque venire,igitur res alienari prohibitæ pariter nō poterūt pignori conſtitui.

3 Et confirmatur ex regula cū quid

vna via.84.lib.6.vbi cũ quid vna via prohibetur, alia nullatenus admitti debet, ac per conſequens cum per conſtitutionem pignoris facillimo negocio peruenirí poſsit ad venditionem,coacta iuris ratione fatẽdum erit,alienatione prohibita, inter dictam quoque manere pignorationẽ,vel hypothecam.

4 Præterea illa res realiter, & verẽ alienatur,cuius realis vtilitas in aliũ transfertur, teſte enim eloquentiæ Principe, cui° meminit doctiſsimus AriasPinel.in l.1.C.de bon.matern. 3.part.num.20. *id noſtrum eſt, quo vtimur, & fruimur*, dubitari autem minimè poteſt, quotieſcumque res alienari prohibita pignoti ſubijcitur, illius realem vtilitatem in alium trãſferri,ac ex conſequenti,ſi lex,aut teſtator alienationem prohibuiſſent, nõ poſſet res dari in emphitheuſim, genus quippè alienationis erit,quãtumuis,ſic pignus conſtituens dominus pignoris maneat, iuxta tradita per Couar.lib.3.reſolut.cap.ij.nu.4. &ex tex.in l.1.§.vnico,ff.ſi ager vectigalis,&in l.3.§.ſi ius,ff.de rebus eorum,in ſimilitudine quam facit, qui tex.(vt hoc obiter animaduertã)expreſſè meminit dominij vtilis, vt de inceps intelligas digeſtorum tempore,non ita in cognitũ fuiſſe vtile dominium,vt dicebat Albarus Baez in ſua emphitheuſi.q.13.n.1. dum intrepidè affirmauit non in colorate poſſe defendi nullum eſſe text. in libris Digeſtorum,qui de prædicto vtili dominio mentionem faciat: in quo labitur perſpicuè oblit° deciſionis tex. in d.§.ſi ius,igitur ſecundum hęc cũ in l.fin.C.de iure emphitheu.emphitheuſis alienari, vel ius emphitheuticum transferri,abſque domini conſẽſu fuerit prohibitũ, interdicta etiã cenſeri debet hypotheca, per quam facilè ad alienationẽ peruenitur,quę fuit Ludouici Romani, & aliorum, quos nuper citauimus peculiaris ſententia:pro qua etiã citari ſolent duo excelſi hominis Papiniani arguta reſponſa in l.1.& 2.ff. de diſtract. pignor. adiuncta reg.cum quid vna via, de reg.iur.in 6.

5 Pugnat tamen ex diametro communis traditio, quæ docet prohibitionem alienationis ad hypothecã, nullo modo extendi debere, quam ante omnes tenuit in effectu,glos.in c.potuit,verb. *vendere*, de locato Andr.Sicul.Barbat.conſ.44.nu.26. Iul. Clarus verb.*emphitheuſis*,q.18.Franciſc.de Caldas Pereyra de renouat. emphitheuſis, q.12.nu.20.Nicolaus Boer.deciſ.181.n.2.Anton.Gam.deciſ.214.n.4. Anton.Gabr. libr. com. tit.de reg.iur.concl.12.n. 19. doctus Ioan.Garcia Regius quondã aduocatus in Pintiano Prętorio de expẽſ. & meliorat.c.6.n.21.poſt Abb.& cõmunẽ interpretũ ſcholã in d.cap.potuit de locato,& glos.mag.in d.l.fin. C.de iure emphith.vbi Iaſ.n.78. qui omnes cõſtanter tradiderunt prohibitũ alienare in cõmiſsũ minimè incidere,quantũuis emphitheuſim,ſeu rẽ aliã diſtrahi prohibitã,pignori,vel hypothecæ conſtituiſſet.

6 Quorũ ſententia, quæ communis eſt, ſequentibus argumẽtis fulcitur, primum deſumitur â veriloquio, & ethymologia verbi *alienare*, q proprié ſignificat,dominiũ trãsferre,l.1. C.de fundo dotali,l.alienatũ. 67. ff. de verbor.ſignificat. vndè cũ per hypothecã non fiat dominij translatio, quinimò maneat penes pignorantem,iuxta l. pignus 8. C. de pignoratitia actione, & iura ſimilia, conſequens eſt, ſub alienationis prohibitione conſtitutionem pignoris minimè contineri : etenim indubio à verbi proprietate recedendum non eſſe, docuit Conſultus in

gitized by Google

in l.non aliter,ff.deleg.3.

7 Tum etiam, quia manifestum est leges, seu dispositiones alienationē prohibentes odium includere, ideo que extendi non oportere reg. quæ à iure.regu. odia.libr. 6. igitur talis alienationis prohibitio prorrogari non debet ad hypothecam, seu pignus.

8 Deindè etiam constans est omniū traditio,alienationem prohibitā sub pœna caducitatis,ad hypothecātem nullatenus extendi, quidquid nō difficilè contingere posit, vt per hypothecam, seu constitutionē pignoris ad alienationē perueniamus, regula enim toties â nobis repetita *prohibito vno censeri prohibitum, id per quod peruenitur ad illud*, sic accipiēda est, vt non sub eadem pœna, secundum notabilem glossam,in clem. 1. verb. *contrahere*,de consanguinit.&affinit. ergo cum sic hypothecantes (vt ita loquamur)pari pœna nō puniantur, qua alienantes,signum est non adūbratum, sed expressum,sub prohibitione alienationis,eo ipso hypothecam non inuolui.

9 Et quod pignus dumtaxat constituentes, & cū effectu nō alienantes, nullo modo incidant in præfatā caducitatis pœnā,vltra dictæ glossæ authoritatē efficaci ratione probatur, quoniā pœnæ imponuntur per culpam delinquentis,l.respiciendum in prin.ff.de pœn.planum autē est, minus delinquere eumqui facit actum, per quem peruenitur ad prohibitū, quam si feciſſet ipsum actum prohibitum, & proindè eadem pœna vtrique imponi non debet,quemadmodum neque facienti actum, qui ex prohibito sequitur, propter eandem rationem, ita in effectu voluit Iaſ. in l.quomin°,n.18.ff. de fluminibus, & in l.2.nu.25.ff. de iurisdict. omni. iudic. sequutus Alexandr. quem retulit,tenuitque Bald.in l. vnica â nu. 11.C.si Rector Prouintiæ,& ne immoremur,confirmat tex.in c.nō affe ramus 24. q. 1. rectè igitur procedit consequentia.

10 Qua ratione dicebat Couarru.de sponsalibus,2.p.c.6.§.3.n.4.post Andr.Tiraq.de iure mariti,glos.2,n.18. Ioann.Andr.Abb. & alios in c. 1. de cleric.coniugat.illius text. decisionē non procedere in eis,qui sponsalia de futuro cōtraxerunt, qui ad relinquenda beneficia Ecclesiastica cō pellendi nō sunt,neque in aliquo locū habet dispositio loquēs aduersus eos clericos,qui vxores acceperūt, si solūmodo spōsalia celebrauerint: pœnæ nāque contrahentibus matrimonium impositæ, non cōprehendunt contrahētes sponsalia, ex dict. glos.verb.*contrahere*, quā communiter sequuntur interpretes,in d.clem. vnica,& communiter receptam testantur Iacob.Euerard.loco.128. Andr.Tiraquel. vbi proximè,Nauarrus in capit.si quando except.6. Couarruu.de sponsalibus,2.par. cap.1. numero 3.post Francisc. Ripparien.de peste, 3. part. numero 53. & 65. Iaſſonem dictis locis,& alios quos refe runt.

11 Ex quo similiter principio nō incurritur(vt diximus)caducitatis pœna alienantibus imposita, ab his qui pignori constituerunt, vel alienare polliciti sunt,& non alienarunt, vt docuit communis ex Gomecio in l. 43.Tauri,num.94.post Iaſſon in l. vlti.C. de iure emphitheutico, n.132. quamuis vt semel antea in hoc tractatu admonuisse memini,ille qui fecit actum,per quē peruenitur ad actum prohibitū,& qui ex eo sequitur, arbitrio iudicis inspectis circunstantijs puniendus sit, secundum tradita per Rippam vbi supra, numero 309. & iuxta l.1.§.vltim. ff. de varijs, & ex-

Digitized by Google

& extraordinarijs criminibus, atque adeò ſic hypothecantes, aut promittentes alienare, nihilominus plectendi ſint extraordinaria pœna, ex quibus de primo ad vltimum, apertè deducitur exvi prohibitionis alienationis ſimpliciter factę, non cenſeri prohibitam pignoris, vel hypothecę cõſtitutionem.

12 Vrget deindè pro hac eadem parte, quod qui alienationem prohibet, niſi contrarium ex mente diſponentis, vel ex ipſa lege colligatur, id demum intendit, ne à nobis, quid alienum faciamus, dict. l. alienatum. 67. ff. de verbor. ſignificat. at manifeſtũ eſt, quamquam rem pignori, vel hypothecæ conſtituamus eandẽ â nobis alienã non fieri: igitur in ipſa prohibitione alienationis, ſiuè per legẽ, ſiuè per teſtatorem inducta, non imbibitur prohibitio pignoris, aut hypothecæ.

13 Et confirmabis eandem doctrinã ſi perpendas in dict. cap. potuit de locato, nec non in dict. l. vltim. C. de iure emphitheutico, circa quorum iurium practicabile thema verſamur, ſolum prohiberi alienationem, ex qua Domino directo præiudicium irrogetur, quidquid verò res pignori ſubijciatur, nullum profecto conſiderabile præiudicium, ipſimet directo Domino infertur, cum res adhuc maneat in bonis hypothecantis, iuxta communem Doctorum traditionem, quorum nuper meminimus: cõſequitur ergo alienatione ſimpliciter prohibita nulla ratione interdictam videri hypothecam: nec pluribus in hac parte fundamentis opus eſt, cum adſint præ manibus duo iura planè dicentia appellatione alienationis nonvenire, niſi contractum per quem transfertur dominium, & ita non venire hypothecam, dict. l. 1. C. de fundo dotali, dict. l. alienatum, quarum legum diſpoſitioni, quin ſtare debeamus, nullatenus ambigi poteſt, nec debet: ac per conſequens ſimiliter relinquitur planum, & apertum, ſub ſimplici prohibitione alienationis, minimè pignorationem cõtineri.

14 Illud autem hic non videtur ommittendum, quoties in hac, & ſimilibus controuerſijs, ſæpè ſæpius meminimus dictarum regularum iuris, *cũ quid vna via*, & alterius, ſcilicet, *cum quid prohiberur*, differẽtes, an actus ſubſequuti, & illi per quos peruenitur ad prohibita, cenſerentur in prohibitione comprehenſi, ſermonem fuiſſe reſpectu prohibitionis actus, non verò reſpectu pœnarum, neque enim pœnæ impoſitæ facienti vnum actum, impoſitæ cenſentur facienti id quod ex illo ſequitur, nec facienti id per quod peruenitur ad actum prohibitum (excepta ſemper contraria diſponentis mente.)

15 Quo fundamento, etſi planum ſit legem Eccleſiaſticã prohibẽtẽ eſum carnium tẽpore quadrageſimę prohibere etiam lacticinia, iuxta text. in c. denique. 4. diſt. notiſsimi quoque iuris eſt pœnas impoſitas comedẽtibus carnes illo tempore, non cenſeri repetitas contra comedẽtes lacticinia, ac proindè pari ratione pœnæ aſsignatæ contra alienantes, nõ cẽſebuntur impoſitæ aduerſus pignus, vel hypothecam conſtituentes.

16 Et deniq; dicimus vniuerſam hãc materiã, ex mente diſponentium ipſarumque legum intentione pẽſandam eſſe, quia ſi ex circunſtantijs, legitimisque coniecturis contrarium apparuerit, iure optimo toties à nobis repetitæ iuris regulæ, *cum quid vna via, & cum quid prohiberur*, non obtinebunt, id eſt, prohibito vno non cenſebitur prohibitum, id quod ex illo ſequitur, vel per 9 peruenitur

ad

ad illud, & quod vna via prohibitum est, facillimo negocio admittetur ex alia, vt dispositionibus testantium legum præceptis, & Principum cõstitutionibus omnimoda reuerentia exhibeatur.

27 Sed antequam inter prefatas sibi inuicem aduersantes opiniones iudicium faciamus, brebissimè pauca prælibabimus, & initio sciendum est, hãc controuersiam non procedere casu, quo contrahentium mens, aut legis dispositio exteterit in cõtrariũ, quæ penitus, & ad vnguem erunt obseruãda, nos enim solum differimus de vi, & potestate verbi *alienare*, an sub se comprehendat hypothecam, seu pignus.

28 Subnotabis rursus rem fuisse controuersam Alciato reclamante in l. alienationis verbo. 28. ff. de verborum significat. vtrum verbum alienare attenta sua significatione propriè significet actum, per quem dominiũ transfertur.

29 Quibus sic prehabitis sit in hac difficultate certissima conclusio pro secunda sententia, tanquam veriori, & communi contra priorem opinionẽ superiùs relatã (exvi prohibitionis alienationis nõ censeri prohibitã hypothecã, nisi contrariũ, vel ex lege, vel ex mente disponẽtis colligatur) quã assertionem abundè probant argumenta, pro dicta secũda opinione adducta, & magis confirmabimus, si diluerimus fundamenta, quibus Bursa. & Ludouic. Roman. supra citati adducti fuerunt ad sentiendum oppositum. Quibus non fauet quinimò opitulatur nobis mirum inmodum Imperatorium rescriptum, in l. fin. C. de rebus alien. nõ alienan. vbi nouè decisum est â Iustiniano, siuè lex alienationẽ inhibuerit, siuè testator hoc fecerit, siuè pactio contrahentiũ hoc admiserit, non solum dominij alienationem, vel mancipiorum manumissionem esse prohibendam, sed etiam vsusfructus, donationem, vel hypothecam, vel pignoris nexum penitus prohiberi. Et subdit vlterius Imperator similique modo, & seruitutes minimè imponi, nec emphitheuseos cõtractus, nisi in his tantummodo casibus, in quibus constitutionum authoritas, vel testatoris voluntas, vel pactionum tenor, qui alienationem interdixit aliquid tale fieri permisserit, quę fuerunt verba ipsius Domini Iustiniani, quoniã si verũ amamus vtique verbo illo *alienare*, hypothecam comprehẽdente, nullatenus opus foret Iustinianea illa noua constitutione, qua sic in posterũ præscriberetur, quod inhibita alienatione pignus etiam, & similes contractus inhibiti cẽ ferentur, vt prædictæ constitutionis nouitatem satis denotat verbum, *sancimus*, quo Imperator ingressus est cõstitutionem illam, nec dissentit, sed potius præfatam nostram sentẽtiam, valde confirmat dicta rubr. C. de rebus alien. ibi: *& de prohibita verũ alienatione, vel hypotheca*, tãquam diuersam constituẽs, rerum alienationem prohibere, & hypothecam interdicere, non contẽta vsurpasse illa priora verba, *de prohibita rerum alienatione*, vlterius adiecit, *vel hypotheca*, plus in posteriori, quam in priori adiectione cõprehendens, & ita significans verbũ, *alienare*, non includere hypothecam, aut alia submissionũ genera, sed dominij translationem dũtaxat, & apertè docens Imperator ante suam constitutionem, prohibita alienatione, solum prohibitam esse dominij trãslationem, nõ verò hypothecam, qua dominus manet qui dat, vt exprimũt illa verba, *non solum dominij translationem, sed, &c.* Imò percelebre illud interdictum, de quo in dict. cap. nulli, quatenus expressit hypothecam, &

non

non ſolum prohibuit rerum Eccleſiaſticarum alienationem, ſed etiam ne hypothecarentur, per locum ab ſpeciali non inepte probat appellatione alienationis,de ſe non venire hypothecam,nam ſi alienatio id importaret, fruſtra additum eſſet verbum, *hypotheca*.

20 Vel ſi mauis relictis intellectibus, de quibus per Pinel.in l.1.C.de bon. matern.n.19.à quo adductâ interpretationem duram appellauit Dominꝰ Molina lib.1. de Hyſpanor. primogt cap.20.num.14. Franciſcus de Caldas de renouat. quæſt.16. nume. 12. Anton.de Gamma deciſ. 16. nu. 45. veriſsimus intellectus eſt ad dict.l. vltim.C.de rebus alien.vt ſolum ſtatuerit Iuſtinianꝰ Imperator malè quidē facturum eum,qui emphytheuſim ſine conſenſu Domini hypothecauerit(faciet quippè contra legem)eundem, tamen pœnam nō incurſurum in quam inciderit, ſi rem cum effectu alienaret,limitata ſic dict. l. vltim. & dict.reg. cum quid vna via:quo pacto ſi volueris poteris tueri Ludouici Romani,& aliorum vbi ſupra ſententiam,vt licet negari nō poſsit ſtāte dict.l.vltim.C.de rebus alien. contra legem facere emphitheutam hypothecantem emphiteuſim ſine conſenſu Domini(in quo intellectu capiendi ſunt prædicti Doctores) non tamen caſurum in pœnam commiſſi. Quemadmodum diximus de venditore,qui rem emphitheuticam vendidiſſet ſine conſenſu Domini, feciſſe planè actum contra legem vendere renitentem,iuxta tradita per Ioannem de Immola in cap.potuit,n.49. de locato,& alios relatos(quos ſic intelligo)per Tiraq.de retract. tit.1. §. 1.gloſ.2.num.43. proculdubio tamē niſi rem emphitheuticam actu tradidiſſet in commiſſum nō incidiſſe,teſte Gomecio in l.45.Tauri, num.94. Tiraquel.vbi proximè nume.45. Iaſ. in l.fin.nume.132.C. de iure emphitheutico, communem dicente, poſt Speculatorem de locato,§.nunc vero.n.118.

21 A quo intellectu parum, aut nihil diſtat,id quod ſuperius diximus circa mentem Imperatoris in dict. l.fin. ſcilicet quod nouè induxerit ad vltimarum voluntatum conſeruationē, vt prohibita alienatione, & hypotheca,& vſusfructus prohibitus cenſeretur, patereque fuiſſe ibidem nouum cōſtitutum ius ex dict.verb. *ſancimus*, quod inductiuū eſſe iuris noui pluſquam liquido conſtat, ſicuti de verbis,*ſtatuimus*, *decernimus*, & alijs quæ ſimilia ſunt,tradiderunt Martin.Nauarr.in cap.accepta. pagin. mihi. 87. de reſtit.ſpoliator.poſt Philipp.Dec. in cap. 2.de iudic. & gloſſa in clem. per litteras,verb. *decreuimus*, de præbend.

22 Adde dictam Imperatoriam conſtitutionē procedere,in ſimplici alienationis prohibitione,ſcilicet quando res ſimpliciter alienari prohibentur, non verò quando interdicitur alienatio, propter aliquam cauſam expreſſam,vel notoriam,quæ ſi ceſſauerit,ceſſabit quoque prohibitio,atque id ex mente ipſius legis ſic prohibentis,cap.cum ceſſante.60. de appellation.

23 Vndè etiam profluit non in elegans intellectus ad ſæpè citatam,l.vlti.C.de iure emphitheutico, vbi alienatio emphiteuſis ſine conſenſu Domini,neutiquam prohibita fuit ſimpliciter,ſed ob cauſam, id eſt ne per talem alienationem inferretur directo Domino præiudicium, quod ceſſaret omninò manente emphitheuſi in bonis debitoris emphitheutæ,allegata,l.pignus 8.C. de pignoratitia actione, ac perindè merito ceſſare videtur prædicta prohibitio de non hi-

pote-

Digitized by Google

pothecando, per quam dominium â se non abdicat hypothecans, nec directo domino vllum infert præiudicium.

24 Iura verò quæ pro se afferebat Ludouicus Romanus interpretati sunt insignes Hispani D.Molina lib. 1.de Hispan.primog.cap.20. nu. 26. & D.Præses Couarru.lib. 2. resolut. cap.16.nume.7.discrimen constituẽtes inter materiam odiosam, & fauorabilẽ, quod in illa appellatione alienationis, non veniat nisi actus per quem transfertur dominium, secus in hac: ante quos tradiderant Anton de Fano de pignor.2.par.membr. 3. num.69.post Alex.cons.29.num.51. lib.7.Cinum, Bald.&alios, in l.vltim. C.de reb.alien.non alienan.vbi glo. verb.*hypothecam*, qui suam sentẽtiam quantum ad priorem partem ea ratione probarunt, quod per hypothecam, dominium non transferatur, & ideò hypotheca propriè alienatio dici non possit, l.alienationis, ff.de verbor.signific.nec non, & alijs fundamentis, quæ apud illos videri poterunt: Quo ad secundam verò partem, ex tex.celebr.in cap. nulli de rebus Ecclesiæ, & in l.si pupillorum, §. si Prætor, ff.de rebus eorum, vbi in prohibitione alienandi res pupillorum, quæ fauorabilis est, etiam comprehenditur hypotheca, & ex l. vlti. C.de reb.alien.non alien.inferentes indè ad Bart.celebrem doctrinam in l.quorum, ff.de pignor.docentis prohibitum alienare, non posse rem hypothecæ sumittere, vt procedat quãdo prohibitio fauorabilis est, aliaq; quamplurima, quæ consulto ommittimus afferentes.

25 Sed profecto prædicta Couarruuiæ, & Molinæ distinctio apertè confunditur, quia nimium restringit regulam dict.l.vltim.ibi, *siue lex*, C. de rebus alien.non alienan.quorum traditio, & differentia, si vera esset decisio illius constitutionis statutis sub nomine alienationis hypothecã cõtineri procederet solum in materia fauorabili, quod minimè videtur admittendum, cum Imperator de omni lege, tam odiosa, quam fauorabili sermonem instituerit. Secundo ex eo quod prædicta iura expressè faciunt cõtra Molin. Couarru: & alios relatam differentiam faciẽtes, in quibus in materia exorbitanti, & odiosa appellatione alienationis venit hypotheca.

26 Proindè glos.vltim. & DD.in l. 1. C.de bon.matern.eam concordiam frequenter adducere consueuerunt, inter iura quę dicunt sub prohibitione alienationis hypothecam contineri, &quę id negãt, vt priora loquãtur de alienatione latè sumpta, posteriora de alienatione strictè sumpta. Quę resolutio si altius, & attẽtius perpendatur, longè maiorem habet difficultatem, quam quæ proximè præcessit: etenim non stãtuit alienatione prohibita, quomodo interpretãdum sit verbũ, *alienatio*, strictè, seu latè, itaque stante prædicta resolutione, adhuc viget difficultas, cui nõ videtur planè satisfactũ, quidquid Bartol.in dict.l.quorum, n.1.ff.de pignõrib.eam soluere, sed minus verè fuerit connatus.

27 Quare multo verius est, in quacũque materia, prohibitã alienatione, & hypothecam prohibitam esse, ex â nobis superius adductis, & elegantèr traditis per Alciatum in dict.l.alienationis Andr.Tiraquel.lib.1. de retractu.§.1.glos.14.num.13.& sequentibus. Indeque frequenter dici solet, & verum est, in prohibitione alienationis rerum Ecclesiæ, etiam hypothecam contineri, quamquam ea in cap.nulli.de rebus Ecclesiæ, & similibus iuribus expressim non foret prohibita

hibita, cuius decisionẽ (vt hoc etiam intactũ nõ relinquamus) in sola speciali hypotheca, nõ in generali procedere, rectè tradiderunt Panormit. in cap. 2. de præcario Anton. de Fano de pignor. 2. par. num. 10. Philip. Dec. in l. ciuitas ad fin. ff. si certum petatur, Andr. Sicul. Barbat. in dict. cap. nulli, vbi DD. & habemus text. express. in authent. de non alien. §. nos igitur, vbi glos. expressa, verb. *tradere creditoribus.*

28 Nec leue discrimẽ (inter alia quã plurima) constituendum est, generalis hypothecæ ab speciali, hæc enim plus afficit rem, quam generalis, vnde promanauit multorum iuriũ vnanimis consensus, dicentium seruum specialiter hypothecæ obligatũ manumitti non posse, qui si hypotheca solum esset generalis, rectè manumitteretur, l. penul. l. licet, ff. in quibus casibus pignus tacitè contrahatur l. 3. C. de seruo pignori dato manumisso. in qua materia illud manifesti iuris est, non dici res alienatas, donec earũ traditio sequatur, vt in specie docuit Bald. excellentissimi ingenij vir, in cap. 1. §. aut si libellario, quibus modis feudum ammittatur, Ferdin. Loaces in celebri, §. diui. nu. 284. Salicet. in l. vlti. C. de rebus alienis, non alien. Iaf. in l. vltim. quæst. 19. C. de iure emphitheutico, adducentes text. in l. alienatum non propriè, ff. de verbor. significat. & addentes pœnas à iure statutas contra alienantes Ecclesiarum bona, aut ea hypothecæ subijciẽtes, nisi traditio subsequuta sit, nequaquam incurri dixerunt communem Andr. Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 1. glos. 2. num. 41. Anton. de Fano de pignorib. 2. par. mẽbro. 3. num. 78. per quod tamen approbari non intelligas verbalem rerum Ecclesiasticarum alienationem secluſa traditione, quam indubitatum quidem est, nullius momẽti esse, nec non â sacris Canonibus interdictam. Manet igitur firma principalis nostra conclusio, qua resoluimus prohibitionem alienationis attenta verbi significatione, propriè importare actũ, per quem dominium transfertur, nisi contrarium, vel ex lege, vel ex mente disponẽtis colligatur: in quo intellectu pleraque iura accipienda sunt, quæ non exactè intuentibus aliter sentire vidẽbãtur: cum verò dicimus verbum, *alienare*, significare dominij translationem, & non aliud obligationis genus, non solum intelligendi sumus de dominio directo, sed etiam de vtili, quod verè dominium est, testè I. C. in l. 3. §. si ius, ff. de rebus corũ, cuius supra in hac eadem controuersia mentionem fecimus.

29 Præfatæque resolutioni non obstat, quod aliquando per hypothecã ad alienationem perueniatur, l. 2. & 3. ff. de distract. pignor. quod erat, veluti Achilles oppositum tenentium: etenim id non prouenit, ex natura hypothecæ, nec directè per hypothecam ad alienationem peruenitur semota l. fin. C. de rẽbus alien. non alien. quæ nouiter disposuit contrarium ad conseruandas disponẽtium voluntates, atque ideò alienatione prohibita, non censebitur prohibita hypotheca ex natura prohibitionis, sed aliundé id est ex dispositione d. l. vltim. necesse autem esset, vt vires aliquas haberet argumentum, vt immediatè & proximè ex hypotheca sequeretur alienatio, iuxta l. 1. §. ex incendio, ff. de incẽdio & ruina. & quę in disputationibus, quę præcesserunt latè â nobis resoluta sunt: sæpè enim diximus in hac materia, ea quę remotè contingunt, non venire in considerationem, nec sub prohibitione cõprehendi, quibus absoluitur præsens con-

controuerſia alijs exceptis, quæ de bonis maioratuum vtrum concedi valeant in emphiteuſim differere, in titulo quæſtionis polliciti ſumus, de qua re ſequentem, peculiarem breuem, & dilucidam controuerſiam, ne longitudine itineris lectores tædio afficiantur componere duximus in eorum gratiam, quibus omnes noſtros labores, totamque noſtram induſtriam libentiſsimè conſecramus.

Summaria ad Controuerſiam 14.

1 *EXplorati iuris eſt eos qui aliqua bona in emphiteuſim concedunt illa in effecto alienare, ob vtilis dominij translationem.*

2 *Bona maioratus naturæ ſuæ alienari prohibita non poſſunt emphiteuticari, eo præſertim quod translationis dominij vtilis ea ſit natura, vt perpetuo fiat: ſed extant ordinationes Luſitaniæ dicentes, bona maioratus dari poſſe in emphiteuſim.*

3 *Præſens controuerſia procedit in priuata emphiteuſi ſimul, & perpetua, & in dubio quæuis emphiteuſis perpetua præſumitur.*

4 *Refertur & apertè conuincitur intellectus Pereiræ ad ſuas ordinationes Luſitanas.*

5 *Aſſignatur verus, & peculiaris intellectus ad dictas ordinationes, & oſtenditur intelligendas eſſe in caſibus ſpecialibus, & ob rationes ſpeciales.*

6 *Generaliter verum eſt quæcumq; bona emphiteuticari valere, quorum emphiteuſis expreſsè non fuerit interdicta.*

7 *Ordinationes Luſitaniæ procedunt, quãdo maioratũ fũdatores expreſsè non interdixerunt bonorum maioratus alienationem.*

8 *Si bonorum prohibitorum alienari daretur perpetua emphiteuſis reducenda foret in tres vitas.*

9 *Oſtenditur aperté falſum eſſe præfatũ intellectũ ad ſupradictas ordinationes, & ſubijciũtur nõnulla verba ex quibus maioratus inducitur.*

10 *Doctè more ſuo impugnauit Dominus Molina opinionẽ de emphiteuſi perpetua ad tres vitas reducenda.*

11 *Ius noſtrum non patitur transformationes vnius contractus in alterum, & multo minus contractum vllum transformari in contractum exiſtentem & validum.*

12 *Emphiteuſis ad vitas vera & propria alienatio eſt, quæ idè operatur à parte rei, quod operaretur emphiteuſis perpetua, quantum ad translationẽ dominij, & res Eccleſiæ non ſunt concedendæ in emphiteuſim ad vitas ſine ſolemnitatibus.*

13 *Vulgaris traditio aſſerentium eccleſiaſticam emphiteuſim perpetuã reducendam ad temporalem per tres vitas, ſolum admittenda eſt in ſolis rebus eccleſiaſticis.*

14 *Non exactè contendit Dominus Molina, non reperiri differentiam inter emphiteuſim eccleſiaſticam & temporalem.*

15 *Vera & tenenda concluſio eſt inſpecto iure communi, bona maioratus in emphiteuſim concedi non poſſe.*

16 *Ordinationes quæ rectiſsimè ſtatuerunt, quod bona maioratus poſſent in emphiteuſim concedi intelligendæ ſunt in illis maioratus bonis, in quibus magna hominum induſtria requiritur.*

17 *Hypoteca non ſolum revocari poteſt à ſucceſſore maioratus poſt mortem hypotecantis, ſed etiam in vita ipſius.*

18 *Illis caſibus in quibus res maioratus alienari poſſunt,poſſunt etiam hypotecari.*

19 *Non probatur authori doctiſſimi Molinæ ſententia exiſtimantis facultatem omninò requiri ad alienandã, vel hypotecandæ bona maioratus, etiam ſi cauſa publica, vel ipſius maioratus euidens vtilitas,aut neceſſitas interueniat.*

20 *Recipienda erit Molinæ ſententia, quando cauſæ non forent adeò apparentes,neceſſariæ, & vrgentes,quibus caſibus licentia Principis neceſſaria erit.*

21 *Non intempeſtiuè quæri poteſt , an ad alienationem maioratus ſufficiens cauſa ſit dos , vel donatio propter nuptias , ſuccedentium filiorum in maioratu.*

22 *Fideicommiſſa relinquuntur in bonum priuatum , nec datur in eis fauor publicus conſeruandæ familiæ, qui in maioratibus vertitur,& inſpicitur.*

23 *Authenticæ res quæ non poteſt procedere in maioratibus Hiſpaniæ,quorum illud eſt ingenium , & natura, vt non poſſint alienari,& quod eorum dominium reſtrictum ſit ad vitam poſſidentium.*

CONTROVERSIA 14.

Vtrùm attẽtis legibus Iuris communis,bona maioratus concedi valeant in emphiteuſim,vbi nonnulla de contractibus per legis diſpoſitionem nullis,an transformari poſsint in alios contractus validos.

1 QVM explorati iuris ſit,eos qui aliqua bona in emphiteuſim concedunt,illa in effectu alienare, ob vtilisdominijtrãſlationem, iuxta text. in l. 3.§. ſi ius. ff.de rebus eorum,& in l.vltim.C.de rebus alienis. vbi Paul. Caſtrenſ.nu. 2.& reliqui cõmuniter interpretes, & tradita per Dom.Couarr.lib.3.reſolution c.10.n.4.cumq; praxi quotidiana experiamur, vix quidem res datas in emphiteuſim ad dominũ directũ reuertere,in eã ſententiam frequentiſsimè itum eſt in bonis maioratus iure cõmuni attento non poſſe couſtitui emphiteuſim, vt voluerunt Dom.Molina lib.1.de Hiſpanor.primogen.cap.21.num.22. Arias Pinelus de bon.mater.3.par.num.65.Iul. Clar.lib.4.ſentent.§.feudum,quæſt. 33.Frãciſcus de Caldas de renouat. quæſt.16. num. 12. Anton. Gammæ deciſ.16.num.7.

2 Vnde ignobile;otium videbatur, tempus terere in hac diſputatione, cum ſententia ſit omnium calculis, & approbatione recepta,bona maioratus natura ſua alienari prohibita, poſtquã maioratus eſſe cœperũt nõ poſſe emphiteuticari, eo præſertim q̃ trãſiationis dominij vtilis ea ſit natura,vt perpetuò fiat,& facta cenſeatur.l.vlt.C.de legat. l.obligationũ ſerè.§.placet.ff.de action.& obligatio. quia tamen in nõnullis Regnis,atque Prouintijs maximè in Regno Luſitaniæ,vbi tot extant ſanctiſsimæ ordinationes, eruditionis, & iuſtitiæ plenæ, legimus extare nonnullas Regias

Digitized by Google

Regias constitutiones expressè dicẽtes prædicta maioratuum bona dari posse in emphiteusim non iniucundum, aut inutilè perdocto lectori futurum existimamus, si rem hanc tantisper in controuersiam vocemus ad veram interpretationem dictarum legum Regiarum, & præfatæ frequentissimæ resolutionis pleniorem intelligentiam.

3 Præsuppositio prius nobis sermonẽ esse, de priuata emphiteusi simul, & perpetua: etenim illud est ingeniũ emphiteutici contractus, vt si de eo per scripturã, aut præscriptionẽ appareat, & dubitetur sit ne perpetua, aut temporalis emphiteusis, in hoc dubio perpetua præsumatur, ita Iaſ. in l. 2. C. de iure emphiteutico, num. 160. post Angel. & Baldum in l. Prætor. §. 1. ff. de edendo, Guillelmum de Cuneo in l. cum notissimi. §. vlt. eundem Angelum in l. male agitur. C. de præscript. triginta, vel quadraginta, & in authen. de non alienan. §. emphiteusim, & iterũ Guillelmũ, & Angelum in l. qui luminibus. ff. de seruitutib. vrban. prædior. nisi regionis cõsuetudine aliter sit inductum, secundum quam dubij contractus sunt intelligẽdi, iuxta glo. in l. pen. C. de fideiussor. & iura vulgaria in l. si fundus. ff. de euiction. l. licet. la 1. C. locati, quibus similiter accedunt tex. in l. si tertius. §. rectè. ff. de aqua pluuia arcenda, & in l. vel vniuersorum, vbi glos. ff. de pignorat. actione.

4 Igitur Regni Portugaliæ ordinationes vna lib. 2. titu. 25. §. 43. altera lib. 4. tit. 66. planè statuisse videtur posse maioratuũ bona liberè emphiteuticari, quas in eo intellectu forè accipiendas dixit Caldas de renouat. q. 16. n. 14. vt solũ procedant casu quo maioratuũ, vel similium rerũ possessores licentiam habent ad dictas res emphiteuticãdas, iuxta verba ordinationis, lib. 4. tit. 66. Tũc enim maioratus bona (inquit) posse alienari, aliàs secus: pugnat tamen ordinatio lib. 2. titu. 35. §. 42. vbi clarè disponitur, bona maioratus concedi posse in emphiteusim, nisi expressè inhibitum sit ab instituente: vnde patet non indigere, volentes res maioratus emphiteuticare, expressa potestate fundatoris ad id faciendum: & præterea efficaci ratione conuincitur Pereiræ existimatio si expendas dictam ordinationem Lusitanam. §. 42. vt statueret bona maioratus in emphiteusim concedi posse, plures adduxisse rationes, & fundamenta non vulgaria, quibus vtique superfluè vteretur, si loquuta foret eo casu quo ipsimet maioratuum possessores licentiam haberent, ad emphiteuticanda bona nexui maioratus perpetuò subiecta, nec credibile est prudentissimũ Legislatorem, verbis supersluis vsurum fuisse in re tanti ponderis praxique frequentis.

5 Neque adiuuat Franciſci Pereiræ Lusitani intellectũ ad dictas ordinationes, concedentes bona maioratus posse emphiteuticari, id quod traditur in alia ordinatione, cuius etiã nuper meminimus lib. 4. tit. 66. quatenꝰ vt locũ habere possit talis emphiteusis licẽtiã prærequirit ad emphiteuticãdũ: etenim quãuis doctissimorum præceptorum Lusitaniæ quot sunt, quotq; fuere, quotq; post alijs erunt in annis (vt Cæculi verbis vtar dũ Ciceronẽ cõmẽdabat) ego minimꝰ esse discipulꝰ nũquã meruerim: cõsiderabã tamẽ ordinationẽ illã præfatã licẽtiã prærequirẽs in casibus de quibus loquitur, rectè quidẽ procedere, secũdum benè fundatã iuris prudentiã, nec quid quam facere pro intellectu à Frãcisco de Caldas assignato si expendamus ibidem fuisse sermonem

de bonis maioratus, quæ data prohibitione emphiteuticandi manifeſtũ eſt,nequire cõcedi in emphiteuſim: ſermo itẽ erat in illa ordinatione de maioratu bonorũ Coronæ,quæ ſine licẽtia Regis nõ poſſe dari in emphiteuſim notiſsimum eſt in illo Regno ex Regia ordinatione lib.2.tit.17.§. 22.igitur applicatis verbis prædictæ ordinationis licentiã requirẽtis his, & ſimilibus facti ſpeciebus, mirũ profecto non eſt ſi dixerit ad talia bona in emphiteuſim concedenda fore neceſſariam licentiam, iuxta materiam ſubiectam,iamq; dicta Regia conſtitutio trahi non debebit ad aliarũ ordinationum emphiteuticandi bona maioratus poteſtatem concedentiũ, aliqualem limitationem.

6 Admoneo autem eruditum lectorem dictã licentiã ad emphiteuticandum, vbicumq; prærequiritur tam in ordinationibus Luſitanis, quàm in alijs legibus & cõſtitutionibus Principũ noſtri, ac aliorũ Regnorũ, non eſſe neceſſe, quod ſit ſpecialis, (in materia in qua verſamur) ſed ſufficere generalẽ licẽtiã emphiteuſis, quæ niſi expreſſè prohibeatur á fundatore,vtiq; data cenſetur,eſtq; apud Luſitanos ſine vlla cõtrouerſia, ex ordinatione tit.35.§.42. quidquid allegatus Caldas Pereira ſpecialẽ licentiã deſiderari affirmauerit,cũ potius verũ ſit,generaliter quæcũq; bona emphiteuticari valere, quorũ emphiteuſis expreſſè non fuerit interdicta, ex quibus omninò corruit dicta explicatio,& intellectus,ad præfatas Regales conſtitutiones, quarum mentem perſequi,& aucupari cogimur.

7 Quare antiqui Senatores illius fideliſsimi, & Chriſtianiſsimi Regni, quorũ meminit,& ſequitur intellectũ inſignis Gamma deciſ.16.à nu.4. longè aliter dictas ordinationes ſunt interpretati,vt procedãt quãdo maioratuũ fundatores expreſſè non interdixiſſent bonorũ maioratus alienationẽ,precepiſſe cõtenti,quod bona in ſucceſſores indiuiſa tranſmitterẽtur:quo caſu(inquiunt)rectè præfatis ordinationibus ſtatutũ fuiſſe,poſſe talia bona dari in emphiteuſim:ſecus verò futurũ,ſi maioratuũ conditores inhibuiſſent expreſſè,bona maioratus alienari, in qua ſpecie nõ poterunt concedi in emphiteuſim.

8 Illud difficilius addentes, quod ſi talium bonorum prohibitorũ alienari,de facto daretur perpetua emphiteuſis,reducenda foret in tres vitas, vt admittit Gamma vbi ſupra, & deciſ.192.à num. 3.ex ſententia Senatorum quos refert.

9 Qui intellectus ſecundũ omnẽ ſuã partẽ,nõ vulgares patitur difficultates,& initio ſummè difficile videtur intelligere, ordinationes prædictas, eo caſu tantũ quo bonorũ maioratus alienatio expreſſè nõ eſſet inhibita: quippè in omni cõſtitutione maioratus reperiemus ſemper prohibitionẽ expreſſam de nõ alienãdo,modò per illa verba *non alienentur res*, modò per illa, *bona maneant indiuiſa in vno poſſeſſore*, & ſimilia: ex quibus maioratũ induci docuerunt multi viri docti Dom.Molina lib.1.c.1.n.7.Ioan.Corraſ.in reg.cũ quid.ampliat.5.à nu.3. Arias Pinel.in l.1.C.de bon.matern. 3.par.n.17.Menoch.de recuperanda remed.6.q.12.n.43.Imò,& ex impoſitione oneris pij,ex ſoloq; grauamine Miſſarũ,vel alterius ſacrificij induci maioratũ, & inferri prohibitionẽ alienationis,tenuerunt multi laudati,& ſequuti per longè diſſertũ,& doctiſsimũ anteceſſorẽ noſtrũ Doctorẽ Felicianum de Solis in apendice ad priores commentarios de cenſibus, ſeu in 2.tom.lib.2. capit. 3. num.20. verſic. *contrarium tamen*, poſt alios antiquiores, & recentiores eruditè con-

Digitized by Google

controuertentes, an ex sola dicta impositione, maioratus, seu anniuersariũ perpetuũ inducatur: ita vt in eo succedẽdũ sit iure, & titulo primogenij. Quã prohibitionẽ alienationis, cũ frequentissimè quotidiana praxis obseruet, semperq; obseruauerit in maioratibus Hispaniæ, absonum ne dicam absurdum apparet: præfatas Regias ordinationes disponẽtes simpliciter bona maioratus, in emphiteusim concedi posse, restringere ad eãsolam facti speciẽ, in qua cõditor maioratus nõ interdixisset alienationẽ, quod nunquã euenisse, nec euenturũ aliquando par est existimare: vnde vt liberè dicã quod sentio superfluæ, ne dicam ineptę fuissent proximè relatæ ordinationes, cum saltim frequẽtius detur in maioratibus prohibitio expressa de non alienãdo, ac sanè diminutæ forẽt illæ leges, circa ipsa primogenia disponẽtes, si ad ea quæ frequentius accidunt, id est, ad casus frequentissimos prohibitę alienationis non adaptarentur: & se referrent ad eam speciem dumtaxat, quæ nunquam, aut ferè nunquam eueniet.

10 Rursus maiorem adhuc difficultatem habet, id quod dicebamus admississe eruditum Senatorem Anton. Gammam de emphiteusi perpetua ad tres vitas reducenda si expendas, quæ doctè more suo ad impugnandam talem reductionem, adduxit Molina lib. 1. de Hispan. primog. c. 21. n. 34.

11 Tùm etiam, quia cum partes non celebrauerint emphiteusim tẽporalem, sed perpetuã, qui contractus vt supponitur nullus fuit, nullo pacto asseri potest ad tres vitas fore reducẽdã: sicut enim frequẽter DD. annotare solẽt in c. 1. de postulat. Prælat. lib. 6. & in reg. utile, & animaduertit Aluar. Baez in sua emphiteusi. q. 19. n. 8. ius nostrum non patitur huiusce modi transformationes vnius contractus in alterum, & multo minus contractum nullum transformari in contractum existentem & validum.

12 Maximè etiã si reuocemus in memoriã, emphiteusim ad vitas esse veram & propriã alienationẽ, quę idẽ operatur à parte rei, quod operaretur emphiteusis perpetua, quantũ ad translationem dominij, vnde inferre solent practici res Ecclesiæ non esse concedẽdas in emphiteusim ad uitas sine solẽnitatibus requisitis, de quib⁹ in c. fine exceptione, 12. q. 2. & in c. nulli, de rebus Ecclesię, atq; vt initio præsentis disputationis tradidimus, & rectè docuit Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana. & post eũ doctissimi Lusitani Caldas, Gamma, & Aluarus Baez locis superius citatis, vbi quis emphiteusim temporalẽ adquirit difficilè patitur eam ad dominum directum reddire.

13 Neq; obcrit præfatæ resolutioni, qua dicimus generaliter nõ esse affirmandum, vbi nõ est locus emphiteusi perpetuæ, eandem esse transformãdã in emphiteusim ad tres vitas, Couarruuiæ lib. 2. resolut. c. 17. n. 25. Tiraq. lib. 2. retractus, num. 14. vulgaris traditio asserentium Ecclesiasticam emphiteusim perpetuam fore reducendam ad temporalem per tres vitas, ex authen. de non alienando, aut permutando, & authen. de alienat. & emphit. in princip. collat. 9. ista enim accipienda sunt in ea specie, de qua faciunt sermonem, id est in solis rebus ecclesiasticis, nec trahenda ad alios casus, quippè exorbitantia â iuris communis traditionibus reg. quæ à iure lib. 6.

14 Vt hinc intelligas, nõ sic exactè cõtendisse Dominum Molinã vbi supra rationem differẽtię minimè reperiri inter emphiteusim ecclesiasticam, &

Digitized by Google

inter emphiteuſim temporalem,quã diuerſitatis rationem facillimo negotio poterit lector deducere ex proximè dictis.

15 Quare prædictis refutatis intellectibus ad Regias Luſitanas ordinationes aſsignatos,ſit in principali noſtra controuerſia,vera & tenenda cõcluſio,inſpecto iure communi bona maioratus in emphiteuſim concedi non poſſe,ex traditis per ſupra citatos,maximè per Molin. d. lib. 1. cap. 21.& Pinel.3.par.de bon,mater. nu. 65.ea ratione efficaci, quia vt diximus praxisque communis obſeruat, difficilè quidem emphiteuſis ad dominum directum reuertitur,necnon ſuperius præſupponebamus per emphiteuſim,etiam temporalem veram alienationem fieri,& transferri vtile dominium,licet pro aliquo tempore tantum,quo fit,vt concedere neceſſe ſit, prædicta maioratus bona neutiquam emphiteuticari valere.

16 Quæ cum præſupponerent, & alta mentis cogitatione perpenderent Regiæ illæ Luſitanæ conſtitutiones, optimèque perſpicerent non mediocre damnum maioratibus inferri, ex eo quod res ipſorum concedi non valerent in emphiteuſim,quippè ſæpenumerò,non ſolum vtile,ſed omninò neceſſarium videretur bona aliquadari in emphiteuſim ne deſtruerentur,rectiſsimè ſtatuerunt , quod poſſent in emphiteuſim concedi, ſi intelligas præfatas ordinationes in illis maioratus bonis , in quibus magna hominum induſtria requiritur, minimèque procedere in alijs rebus, quæ tanta non indigent induſtria,quas adhuc in emphiteuſim temporalem concedi poſſe, certis quibuſdam adhibitis ſolemnitatibus voluerunt præfatæ ordinationes,idque contra ius commune, quo attento exploratum eſt,bona maioratus,quæ alienari non poſſunt, non poſſe in vllam emphiteuſim concedi, iuxta proprietatẽ verbi *alienare*,quod propriè importat dominium transferre, ſiue directum,ſiue vtile.l.1.C.de fundo dotali.l.alienatum, de verbor.ſignific.quamuis rectè (niſallor) ſupra tradiderim verbum *alienare*, ſimpliciter prolatum non comprehendere hypotecam, niſi vel ex lege, vel ex mente partium contrarium aliunde colligatur: nihil enim intereſt,quod aliquando per hypotecam ad alienationem perueniatur,cum id non cõtingat ex natura hypotecæ,ſed indirectè & aliunde,vt ſuperius diceba-mus.

17 Quoadſque adeò verum eſſe ſtatuit Dom.Molina lib. 1. de Hiſpan. primogen.c.21.n. 35. vt non ſolum hypoteca reuocari poſsit à ſucceſſore poſt mortem hypotecantis, ſed& in vita ipſius, ſaltem eo caſu, quo res maioratus expreſſè alienari prohibeantur: cum enim (inquit Molina) conceſsio in emphiteuſim alienatio ſit,poterit illico ſequens in gradu alienationem reuocare, non ſpectata morte poſſeſſoris, cum reuera ſi alienatio expreſſè non fuerit prohibita, debeat neceſſariò mors poſſeſſoris ſpectari, vt alienatio reuocari poſsit, valituraque ſit dum vixerit maioratus poſſeſſor.

18 Ex qua doctrina ipſe non inutiliter publicè legendo inferebam in illis caſibus in quibus res maioratus alienari poſſunt,poſſe etiam hypotecari,exempli gratia,quando diſtrahũtur ad reſtaurationẽ ipſiusmet maioratus,ad iuuandamRempublicam,ad ſuſtentandũm bellũ contra hoſtes & inimicos Chriſtianæ Religionis, & ſimilia,idque ſine vlla Principis licẽcia,cum procedat ex ipſius conditoris maioratus voluntate , ex Iaſ. in l. principalibus, num. 20. ff. ſi certum petatur,

Digitized by Google

petatur. post gloſſam notabilem in l.quæcumque.verbo.*interdicta*.C.de bonis quæ liberis, & ex text. in l.fin. ff. de iure dot. l. eum 12. §. cauſam tranſactionis.ff.de tranſaction.quidquid enim teſtator alienationem bonorum maioratus prohibuerit expreſſe:in prædictis tamen caſibus, & ſimilibus ceſſat eius voluntas,non ſolum negatiuè, ſed etiam contrariè, ideòq; obſeruanda nõ erit: nam ſi aliter ſe habuiſſet,& interdixiſſet alienationem,etiam in dictis caſibus voluntas eius amplectenda non eſſet: argumẽto.l.at ſi quis 14. verſ.*hæc actio*.ff.de religioſ. & ſumptib. funer.l. quidam 27. ff. de condition. inſtitution.

19 Quamquam ſæpè allegatus Dom. Molina lib.4.de Hiſpan. primogen. cap.3. num. 1. exiſtimauerit facultatem ad bona maioratus alienanda, vel hypotecanda omninò requiri,etiam ſi cauſa publica,vel ipſius maioratus euidens vtilitas, aut neceſsitas interueniat,cuius doctiſsimi viri ſententiam in hac parte probare nunquam potui,cum tota ratio prohibitæ alienationis in maioratibus ſit voluntas ipſius teſtatoris, quæ in præfatis caſibus,& id genus alijs negatiuè ceſſat & contrariè.

20 Reciperem tamẽ Molinæ opinionem quando illæ cauſæ non forent adeò apparentes neceſſariæ,& vrgẽtes : quia tunc licentia Principis neceſſaria erit, quæ nullo modo requiritur,vbi manifeſtè conſtiterit de publica vtilitate belli futuri, iubandæ Reipublicæ, aut ipſummet maioratum reſtaurandi : in his enim & alijs poſſe bona maioratus alienari, & hypotecari ſine licentia Principis,pluſquam manifeſtum eſt,ceſſante prohibitione ipſa alienationis rerum maioratus: cumque pecunia ſic erogata ſaluam fecerit totius maioratus cauſam,vt aliàs in pignore rectè conſiderabat Conſultus in l.huius. ff.qui potiores in pignore habeãtur,tendatq; in conſeruationem bonorum maioratus,quæ aliàs omninò corruerent, nec par credere ſit,inſtitutorem maioratus alienationem prohibentem ad conſeruationem bonorum in ſua familia ita diſpoſuiſſe, vt obſeruato ſtrictè præcepto de non alienando corruerent,atque deſtruerẽtur, imò cenſendus ſit permiſsiſſe hypotecari,& alienari talia bona in dictas caſus,euidenter vtiles, & omninò neceſſarias,ex iuris regula quà id quod veriſimile eſt diſpoſitum cenſetur à teſtatore, glo. ordin. in l.tale pactũ. §.fin.ff.de pact. vbi frequenter adnotare conſueuerunt interpretes.

21 An verò ad alienationem maioratus ſufficiens cauſa ſit dos filiarũ, vel donatio propter nuptias ſuccedentium filiorum in maioratu, propter quam fideicommiſſa alienari poſſe conſtitutum fuit in authent.res quæ, C.communia de leg. non intempeſtiuè quęri poterit in præſenti.Quam dubitationem antea in hoc tractatu tetigiſſe memini, & obſeruaſſe cum Pinelo in l.1.C.de bon.matern. 3. p. num.102. d. authen. iuris principijs inſpectis in maioratibus minimè obtinere,ſicuti etiam Pinelo non relato voluit Dom. Molina lib.1.de Hiſpan.primogen.c.10.num.20.& prius deciſionem authenticæ prædictæ quo ad primogenia de conſuetudine non obſeruari dixerat Couarr. lib. 3. reſolut. cap.6. num. 10. Et ratione ſic oſtenditur nullatenus locũ habituram d.authen.in maioratibus, quippè eius deciſio exorbitans eſt à regulis iuris communis,& ex conſequenti minimè extendenda de fideicommiſsis,in quibus loquitur,ad maioratus,cũ inter illa non vna, ſed plures quantum ad hoc dari poſsint

Digitized by Google

differentiæ rationes, regul. quæ â iure, de regul. iur. in 6. c. 1. §. 1. de filijs presbyter. eod. lib. l. quod verò 14. ff. de legib. tradit Bart. & cõmunis per tex. ibi, in l. ſi verò 65. §. de viro. ff. ſoluto matrim. Ripa á nu. 57. in l. ſi conſtante, vbi doctiſsimus Barboſa à nu. 71. ff. illo titulo. Aymon antiquit. 4. par. c. videamus à prin. Roxas de ſucceſsion. ab inteſtato. c. 3. n. 29. quatenus probant diſpoſitionem exorbitantem non eſſe extendendam, imò potius reſtringendam.

22 Tùm etiam quia fideicõmiſſa magis, & propriè dicuntur teſtatorũ ſubſtãtia, quã ipſimet maioratus, idcòq; illa verba. d. authenticæ, magis cõueniunt fideicõmiſsis, quam maioratibus, vt colliguntur hæc ex optimè animaduerſis per Molin. lib. 1. c. 14. n. 14. Fideicommiſſa præterea, vt patet ex d. authent. res quæ, & intendit Pinel. vbi ſupra relinquuntur in bonũ priuatum, & ideò in eis non datur fauor publicus conſeruandæ familiæ, qui in maioratibus vertitur, & inſpicitur, ex l. 1. §. quamuis. ff. de ventre inſpiciendo, maioratus enim, ſeu primogenia inſtituta fuiſſe ad familiarũ conſeruationem, pluſquam liquido conſtat, & vlterius manifeſtum eſt, quod talis conſeruatio non dabitur ſi bona alienentur, vel propter dotem, vel propter nuptias.

23 Deinde ſi quando obligantur res alicuius, contingat bona maioratus obligari poſſe, ex facultate Regia, & poſtea facienda ſit executio in bonis debitoris, non quidem fiet in rebus maioratus; niſi in ſubſidium, iuxta notata in l. pater filium 36. per tex. ibi in princip. ad fin. ff. de legat. 3. & in l. filius familias. §. diui, ad fin. ff. de legat. 1. vbi Laſa. lect. num. 25. quamuis benè verum ſit bonis fideicommiſsi obligatis promiſcuè inter alia bona capienda eſſe: ex quibus omnibus planum, & apertum relinquitur, neutiquam, d. authen. res quæ, procedere poſſe in maioratibus Hiſpaniæ, quorum bona, nec pro dote filiarũ, nec pro alendo maioratus poſſeſſore, vel ſucceſſore, ſeu ipſo à carcere, ſeu captiuitate reddimendo, & alijs cauſis ſimilibus, nullatenus poterunt pignorari, neque alienari ob expreſſam alienationis prohibitionẽ, Hiſpanorum primogenijs, ex propria natura inſitam: quorum dominium non irreuocabile ac perpetuum, ſed reuocabile, atque ad vitam tantum reſtrictum, penes quemcumque ex maioratus poſſeſſoribus relictum ſit, ideòque nullus ipſorum in præiuditium ſequentium illud alienare poteſt. l. peto. §. fratre, & §. prædium, cum pluribus ſimilibus. ff. de legat. 1.

Summaria ad Controuerſiam 15.

1 *Adducitur ex Vlpiano, ad hoc vt ſub interdicto matrimonio ſponſalia quoque comprehenderẽtur ſuppletione opus fuiſſe.*

2 *Probatur per contrarium ex doctrina Bonifacij Pontificis Maximi ſub prohibitione matrimonij abſque vlla ſuppletione, etiam ſponſalia comprehendi.*

3 *Sunt qui diſtinguunt in hac parte inter leges fauorabiles & odioſas, dicentes in odioſis nomine matrimonij ſponſalia non venire.*

4 *Annullatio matrimonij clandeſtini, nequaquam extenditur ad ſimilia ſponſalia.*

5 *Contra ſubijcitur in odioſis pœnalibus, & exorbitantibus à iure, appellatione*

Digitized by Google

latione matrimonij cõprehendi sponsalia.

6 Assignatur intellectus ad legem Oratio. ff. de sponsal. & proponitur dupliciter contingere posse aliquid supleri in qualibet dispositione, quantum ad verba, aut quantum ad mentem illius.

7 Si quis officij in aliqua Prouintia administrauerit inde oriũdam, vel ibi domicilium habentem, vxorem ducere non potest, sponsalia autẽ contrahere bene valet.

8 Longum discrimẽ est inter prohibitionem perpetuam ad contrahendũ matrimonium & temporalem.

9 In vtroque iure passim equiparãtur matrimonia, & sponsalia, & quædã equiparationes referuntur.

10 In quacunque materia odiosa, pœnali, & exorbitanti, casus omissi comprehenduntur, si detur in eis eadem ratio, & sint equiparati.

11 Explicatur tex. in l. 1. vers. quod autem. ff. de aleatoſa & aleator, & in l. cum lege 26. ff. de testam.

12 Intelligitur text. in c. si sententia 16. de sent. excomm. in 6. iuncto tex. in c. duo sunt 12. q. 1. & in Clem. in pleriſque in principio de electione.

13 Interdicto matrimonio eo ipso interdicta censeri debent sponsalia de futuro, nisi aliud ex mente Legislatoris, verbis legis, aut materia subiecta colligatur.

14 Quandoque interdicto matrimonio, nõ interdicuntur sponsalia, quandoque sic, vtrumque singulari ratione, & ob peculiares causas.

15 Ille qui nuptias celebrare non valet, plerumque neque despondere potest.

16 Explicatur text. in l. si quis officium 38. ff. de ritu nupt. & redditur ratio quare interdicto matrimonio adtẽpus, & circa certã Prouintiã non censeantur interdicta sponsalia.

17 Ex eo quod emphiteusis non possit cõsistere sine scriptura, bene infertur promissionem de emphiteuticando consistere non posse, nisi redactam in scriptis.

18 Valebit talis promissio in vim pacti, sed non poterit probari, (retento dicto themate) nisi factum fuerit in scriptis.

19 Prohibita venditione, vel alienatione prohibita, etiam censetur promissio de vendendo, vel alienando.

20 Quotiescumque lege municipali, aut consuetudine fuerit inductum vnumquemque esse venditionem sine scriptura publica, promissio etiam de vendendo fieri non poterit absque eadem scriptura.

21 Fœmina minor duodecim annorum, & vir minor quatuordecim, qui matrimoniũ contrahere non possunt, vtiq; sponsalia celebrare valent.

22 Vidua quæ intra annum luctus nubere non poterat, sponsalia tamen integrum illi erat contrahere.

23 Infertur ex dictis declaratio ad Tridentinum, sessione 24. de reformat. cap. 1.

24 Non refragatur supradictæ resolutioni regulæ cum quid vna via, ex qua deduci solet prohibito vno prohibita censeri omnia per quæ peruenitur ad illud.

25 Refertur argute pariter, & difficilis Thomæ Sanchez sententia, dicentis ius antiquum, cap. is qui fidem illæsum mansisse in casu particulari.

26 Probat suam sententiam Thomas Sanchez sumpto principio, quod attento Decreto Tridentini certissimum sit mutuum consensum de præsenti sufficere, signo externo manifestatum coram parrocho, & testibus ad constituendum verum matrimonium.

27 Vix in praxi contingere potest, vt

Digitized by Google

Parrochus, & testis interſint ſponſalibus, & copulæ, foreque nimis obſcenum talem praxim admittere.

28 *Satis oſtenditur contra Sanchez copulam hodiè poſt Concilium, nec eſſe nec fore ſignum externum ſufficiens, parrocho, & teſtibus interuenientibus ad ipſum matrimonium.*

29 *Expenduntur ſingula quædam verba Tridentini ad oſtendendum conſenſum verbis articulatis, & expreſſis omninò hodié requiri ad matrimonium, & magis commendam Thomæ Sanchez ſententiam.*

30 *Rurſus conuincitur dicta ſententia, & oſtenditur penitus abrrogatam eſſe Decretalem,* is qui fidē *per Decretum illud Concilij Tridentini.*

31 *Copulla illa in terminis dicti Capituli is qui fidem, nec fuit, nec eſſe potuit ſignum naturale directum conſenſus contrahentium, quæ copula poſt Concilium, neque importat conſensum, neque diſſenſum.*

32 *Præſumptio iuris, & de iure, nihil aliud eſt, quam certa quædam iuris diffinitio, ſecundum quam non ſuſpicando, aut credendo, ſed diffiniendo, & decernendo ſtatuit lex ſuper aliqua materia.*

33 *Longé inter ſe diſtant, ſemperque diſtauerunt in vtroque iure, & in bona Philoſophia morali fictio, & præſumptio, & quid ſint.*

34 *Duplex præſumptio alia ſuppoſitiua, alia diffinitiua, & prius de ſuppoſitiua.*

35 *Proponuntur exempla præſumptionis ſuppoſitiuæ, & intelliguntur ingta in capit. 2. de electione, & in l. fin. C. de pactis, & in capit. 2. de conceſſione præb. & in l. vlt. C. de fideicommiſſ.*

36 *Præſumptio diffinitiua nuncupatur, quando lex iuris præſumit, vt diſponat atque diffiniat aliquid hoc vel illo modo ſe habere, vt in iuribus hic enarratis, qua ſic accipienda, & intelligenda ſunt.*

37 *Aliquando leges (dicente rmmen vatione) poſſunt etiam in malam partem diffinire, homines verò ſemper debent in bonam partem præſumere, & non aliter, & omnes homines habent ius à natura, vt apud alios ſint in bona opinione.*

38 *Diſcrimen inter vtrarque ſuppoſitionem, & quod ſuppoſitiua procedat etiam, & locum habeat in foro conſcientiæ, etiam ſi detur veritas in contrarium.*

39 *Si veritas in contrarium comperta ſit præſumptio diffinitiua à lege inducta in foro conſcientiæ non habebit locum.*

40 *Aſſignatur dicti diſcriminis inter vtramque ſuppoſitionem efficax ratio.*

41 *Præſumptiones omnes ex natura ſua admittunt probationem in contrarium ſemota legis prohibitione.*

42 *Lex diffinitiuè præſumens non fundatur in facto, quod potest eſſe poſſibile, ſed in facto quod putat verũ eſſe à parte rei: vnde deducitur ratio quare non obliget ſtante veritate in contrarium, & intelligantur iurà in cap. tua nos, de ſponſalib. & in l. proſpexit.*

CON:

Digitized by Google

CONTROVERSIA 15.

Vtrùm Principum constitutiones, leges, vel canones, matrimonium prohibentes, sponsalia quoque de futuro comprehendant.

1 RETENTO eodẽ themate in quo diutius fortasse, quam par erat nõ tamen inutiliter (vt credo) versati sumus de actibus ex prohibitis subsequutis, & per quæ peruenitur ad prohibita: succedit ad extremum illa in specie disceptanda controuersia, an prohibito matrimonio, interdicta pariter censeantur sponsalia de futuro: cui statim in limine respõdet Vlpianus, qui dum commentaretur. l. Iul. & Papiam, apertè dixit orationẽ Imperatorum Antonini, & Commodi, quæ quasdam nuptias in persona Senatorum inhibuit, de sponsalibus nihil loquutam: rectè tamen dici etiam sponsalia, in his casibus ipso iure, nullius esse momenti, *vt suppleatur* (inquit Vlpian.) *quod orationi deest*, quæ vltima verba ex sæpè â nobis supra repetitis difficultatem habent, & non leuẽ, dum illis significatur, quod si aliquid ibidem orationi Imperatoriæ non suppleretur, appellatione matrimonij non venirent sponsalia.

2 Cui resolutioni grauiter contradicere videtur toties allegata regula *cum quid vna via.* 84. in 6. dum Bonifacius doctissimus sexti libri Decretalium Conditor, & Compillator absque vlla suppletione, ex iuris principijs docuit, prohibito vno, censeri omnia prohibita, per quæ ad illud vnum peruenire potest, vnde videtur sine aliquo supplemento prohibito matrimonio, censeri etiã prohibita sponsalia.

3 Diuersi diuersimodè quidem respondere contendunt, vt constat ex traditis per Ioann. Corras. in regula cum quid. 2. par. num. 9 ad 1. argum. lib. 6. Couarr. de sponsalibus. 2. par. cap. 1. nu. 2. & 3. Guillelm. Benedict. in cap. Raynuntius, verbo, *duos habens filios*, num. 151. de testam. distinguentes in hac parte inter leges fauorabiles, & inter leges odiosas, pœnales, seu exorbitantes, in illis dicunt appellatione matrimonij venire sponsalia: in his verò non venire contendunt: dicentes pœnas appositas contrahentibus matrimoniũ, non afficere contrahentes sola sponsalia. Etenim (inquiunt) in Clem. 1. de consanguinit. excommunicantur ducentes consanguineam, & tamen tali censura non ligantur celebrantes sponsalia sola, ea potissimum ratione, quod in odiosis nomine matrimonij sponsalia nõ veniant, vt voluerunt Ioan. Oroscius in l. 2. num. 24. ff. de iurisdict. omn. iudic. Rodericus Suarez in l. 2. fori, titu. *de los casamientos*, nu. 34. Salcedo ad praxim, Bernardi, cap. 73. vers.

verſ.9.P.Veracruz in ſpeculo coniu gorum.1.par.art.10. §. eſt autem ſecundo. Diuus Antonin. 3. part.titu. 24.cap.34.Couarr.in 4.2.par. cap. 6. in initio, num.22. Andr. Tiraq.poſt leges connubiales, glo. 2. num. 18. Soto in 4.diſtin.29.quæſt.2. art.1.ad fin.verſ.*ſed arguit*.P.Cordoua in ſumma.q.52.Gregor.Lopez tit 1.part.4. ante l.1.Viualdus in ſuoCandelabro de ſponſalibus.c.4.num.47. Nauarr. in ſumma Latina,cap.22. num.43. & cap.27.num.141. Syluester ſummiſtarum Magiſter,verbo, *excommunicatio.9.*caſu 41. num.78.verſ.6. Tabiena eodem verbo *excommunicatio* 5.caſu 49.q.1.§.2.Caietanus eodē capit. 47.Angelus, verb. *excommunicatio* 7. caſu 41.num.2. Roſella, verb.*excommunicatio* 1.caſu 43. num.6. Didacus Spino in ſpeculo teſtamentorū, glo. 15.num. 84. Bartholom. â Ledeſma de matrimonio,dub.25.poſt 6.concluſionem.Capua lib.4.deciſion. c. 23.num.5.Vega lib.6.ſummę.c.104. Alphonſus de Azeuedo lib. 5. recopil.tit.1.l.1.num.10. Ludou. Lopez, 2.part. Inſtructorij de matri. cap.37. fol.1041. col.2. & ex antiquioribus Cardinalis in cap.fin. de clandeſtin. deſponſat.vbi Hoſtienſ. & Calderinus Ancharran.num.17.Anton. nu. 15. Præpoſitus num. 5. Alexand. de Nęuo num. 15. Curtius Iun. in l.2. num. 58. ff. de iuriſdict. omn. judic. Felin.in rubr.de ſponſalibus,num.1. Iaſ.in l.cum quidam,num.13. ff.de liber.& poſthum. Stephanus, & Paul. relati à Cardin.in Clem. 1. de conſanguinit.verb.*contrahere*,q.18.& 19. poſt gloſſam ibidem.

4 Inde inferentes annullationem matrimonij clandeſtini nequaquam extendi ad ſimilia ſponſalia,vt teſtātur,& tenent Veracruz in Appendice ad ſpeculum,dub. 9.Gutierrez de iuramento.1.par.cap.51, à num.3. & Canonicarum lib.1. cap. 18. num.9. Martinus Nauarrus lib. 3. conſiliorum,in 1. editione,tit.de voto,conſil.6.num.3.& in ſumma Latina,cap. 25.num.144. & iterum lib. 4. conſiliorum.tit.de conſanguinit. conſ. 3. nu. 7.& lib.5.tit.de raptorib.cons.4. n.3. verſ.5. Corduba in d. ſumma. q. 52. ſicque praxi receptum, eſſe teſtantur plures relati per Salcedo ad praxim,cap.73.verſ.9.tenuerunt P. Henriquez lib.11. de matrimonio,cap.5. num.8.Ferdin.de Mendoza de pact. lib.1.c.4.num.62.Palacios in 4. diſt. 40.quæſt.vlt.Segura in Directorio iu dic.2.par. cap. 15. num.1.& 4. & alij multi relati,& ſequuti à perdocto Patre Thomas Sanchez lib.1. de ſponſalib.diſput.12.num.2.verſ.*quia præcedit apposita contrahentibus*, & verſ.*ergo annullatio matrimonij*, iuncto verſ. *quare hanc ſententiam tenent*,qui eodem lib. 1.de ſponſalib.diſput.1. num.2. verſ. *ſed hoc ſanè intelligendum eſt*, ſimiliter in propoſito duxit diſtinguendū inter materiam odioſam,aut fauorabilem,ex nonnullis fundamētis, & Doctoribus, quæ apud ipſum facili negotio videri poſſunt vnanimi cōſenſu prędictam diſtinctionem tenentibus,& approbantibus.

5 Quæ profecto diſtincto(vt liberē dicam quod ſentio) manifeſtè confunditur ex l.ſi quis tutor.60. §. quāuis,ibi, *verbis orationis*,&c. vbi in odioſis pœnalibus, & exorbitantibus â iure,appellatione matrimonij comprehenduntur ſponſalia : *ſi quis tutor* (inquit Paulus dum interpretaretur dictam orationem Imperatorum Antonini, & Commodi) *quidem non ſit, periculum tamen tutelæ ad eum pertineat, an ſententia orationis contineatur, veluti ſi pupilla ab hoſtibus capta fuerit, aut falſis allegationibus à tutelæ ſe excuſauerit : vt ex ſacris conſtitutionibus periculum ad eum pertineat,*

Digitized by Google

tineat. Et dicendum est eos quoque ad Senatus Consultum pertinere. Et viterius in §.quamuis, subiungit dicens, *quamuis verbis orationis cautum sit, ne vxorem tu tor pupillam suam ducat tamen intelligendum est, ne desponderi quidem posse*: ecce quomodo in odiosis, atque prohibitis, matrimonij nomine sponsalia quoque intelligũtur, & qui reuera tutor non erat, sed dumtaxat ad eum periculum pertinuit tutelæ, propterea solum sub ipsamet prohibitione cõprehenditur: igitur tantorum Patruũ proxima relata distinctio inter leges odiosas, pœnales, seu exorbitantes ex vna parte, & inter leges fauorabiles ex alia, vt in illis appellatione matrimonij non veniant sponsalia, in his vero veniant, vtique iuris principijs inspectis substineri minimè potest.

6 Quare alij non pauci, nec infimæ notæ DD. quos statim referemus, vt hanc difficultatem effugiant, statuũt I.C. in d.l. oratio. Respondisse secundum iuris principia, ex d. regula cum quid vna via, orationem scilicet Imperatorum Antonini, & Commodi matrimonia prohibentẽ, prohibuisse etiam sponsalia de futuro: & ad illa verba, *vt supplearur quod orationi deest*; quibus apertè probari videtur, suppletionem illam omninò fuisse necessariam, sine qua oratio de solo matrimonio loquens, sponsalia non includeret, nõ infœliciter respõdẽt: dupliciter contingere posse suppleri aliquid in aliqua dispositione, aut quãtũ ad verba, aut quantũ ad mentẽ illius, quo supposito dicũt, quo ad verba factam fuisse suppletionem, quo ad mentem tamen nihil suppletum fuisse: cum constaret Imperatores in illa sua celebri oratione sponsalia similiter comprehendere voluisse, vt sit sensus, *suppleatur quod orationi deest*, in verbis, non autem in mente, ita in effectu Philip. Dec. in cap. nam concupiscentiam. 1. lect. num. 4. de constit. & in cap. iurabis, num. 4. de probationib. Ias. in l. 3. num. 24. cũ seqq. ff. soluto matrimonio, post Abb. in cap. 1. de postulat. Prælat. Dinus vbi additio in d. reg. cum quid, & antea tenuerat glo. in d.l. oratio, verbo, *priuare*, & glo. in Clem. vnica, verb. *contrahere*, de consanguinit. probatque optimus text. in d.l. si quis tutor. 60. §. quamuis, ibi, *verbis orationis, &c.* ff. de ritu nuptiarum quasi innueret, atque doceret subtilis Paulus I.C. verbis famè interdicti matrimonij, sponsalia non fuisse comprehensa, mente tamen, & voluntate Imperatorũ, sub nomine matrimonij repromissiones etiam futurarum nuptiarum includi.

7 Sed facilè labefactabitur dicta interpretatio, si cum eodem Paulo lib. 2. sentent. relato in l. si quis officium 38. ff. de ritu nuptiarum, strenuè consideraueris, si quis officium in aliqua Prouintia administrauerit inde oriũdam, vel ibi domicilium habentem, vxorem ducere non posse, per hoc tamen sponsari non prohiberi: quinimò vt ex eo text. deduxit insignis Bald. in Prouintia, quam quis administrat vxorem ducere non potest: sponsalia autem contrahere benè valet: igitur prohibito matrimonio, minimè censeri debent statim interdicta sponsalia, ac perconsequens necesse fuit, vt quod orationi defuerat suppleretur in specie. d.l. oratio, non solum quantum ad verba, sed etiam quantum ad mentem, quandoquidẽ Principis, matrimoniũ interdicẽtis, ea mens non est, vt illicò interdicere vellit desponsationem.

8 Qua propter vt in hac controuersia veram, ac dilucidam resolutionẽ statuamus, nonnulla morè nostro à nobis præmittenda sunt. Primò obseruo longum constituendum esse discri-

Digitized by Google

diſcrimen in hac materia inter prohibitionem perpetuam ad contrahendum matrimonium, vel temporalẽ, vt quando ſimpliciter quis & ſemper prohibetur vxorem ducere, nõ poſſit ſponſalia contrahere, quando verò matrimonium interdictum fuit cum vxore, ex certa Prouintia, vel ad certum tempus ſub tali prohibitione minimè cõprehendantur ſponſalia de futuro, quam differentiam adhibitis exemplis infra clarius intelligemus.

Secundo vtiliter præmittendum erit in vtroque iure tam Cæſareo, quàm Pontificio paſsim æquiparari matrimonia, & ſponſalia, teſte Iuliano Conſulto lib. 16. Digeſtorum, relato in l. ſponſalia 11. ff. de ſponſalib. vbi ſponſalia ſicut nuptiæ conſenſu contrahentium fiunt, & ideò ſicut nuptijs, ita ſpõſalibus filiam familias conſentire oportet: præterea in eo quod ſufficit nudus conſenſus ad cõſtituenda ſponſalia, vt interpretabatur glo. in d. l. ſponſalia, verbo, *ſicut*, & regulariter, quæ de nuptijs tractantur in iure ad ſponſalia pertinere ſolẽt, vt Modeſtin. voluit lib. ſing. de Enucleatis caſibus, cuius dictum refertur in l. tutor 15. ff. de ſponſalib. vbi tutor factam pupillam ſuam, nec ipſe vxorem ducere, nec filio ſuo in matrimonium adiungere poteſt, & ſubiungit Modeſtinus, quæ de nuptijs tractauerat ad ſponſalia etiã pertinere, & in d. §. quamuis docemur, plerumque, nec deſponderi quidem poſſe illam cum qua contrahi nuptiæ nõ poſſunt, ex quibus deducitur manifeſtè veriſimè nos dixiſſe matrimonia, & ſponſalia paſsim, & in multis difficilimisque cauſis, atque negotijs æquiparari.

10 Denique tertio circa præſentem controuerſiam præmitto, in quacũque materia odioſa, pœnali, & exorbitanti caſus ommiſſos comprehendi, ſi detur in eis eadem ratio, & ſint æquiparati. Etenim licet leges, & cõſtitutiones pœnales, quatenus certã pœnam imponunt ex ſola Principis volũtate pendere videãtur, ac proinde licet eadem omninò ratio videatur in caſu de quo lex non loquitur, ad illum tamen extenſio nõ admittatur, iuxta glo. pen. in cap. non dubiũ, de ſententia excommunicat. indeq; abierit in commune dicterium, legẽ pœnalẽ non excedere terminos de quibus agit, vt probant expreſſa iura in reg. in pœnis, vbi glo. de reg. iur. in 6. & in cap. ſtatutum 22. de elect. eodem lib. & in l. & ſi quis 14. verſic. *Diuus*. ff. de religioſ. & ſumptib. funer. & in l. pen. ff. de pœnis, & docuerunt plures relati à Tiraquel. in l. ſi vnquam, verb. *reuertatur*, num. 303. Hippolytus ſing. 446. Alphonſus de Caſtro de lege pœnali lib. 1. c. 7. in 3. documento. Dueñas reg. 287. Caſiodorus deciſ. 2. de iure iuran. in 6. Aluarus Baez de iure emphiteutico, quæſt. 39. num. 6. communiter interpretes in l. ſi cõſtante. ff. ſolut. matri. poſt gloſſam vltim. in cap. fin. de iure patronatus: nihilominus tamen d. regula non procedit, quando caſus, vel perſona ſuperueniens talis eſt, quæ in ſignificatione verbi. l. pœnal. aliquo modo continetur: præſertim ſi in tali caſu, vel perſona reperiatur iuris ratio in qua d. l. pœnal. potuit fundari: quia tunc licet expreſſè de tali caſu, vel perſona in l. pœnali mẽtio non fiat ad illum caſum extenſio, ſeu potius comprehenſio facienda erit. Cuius ratio elegans quidem eſt, ſi expendas legem pœnalem acommodari ad illũ caſum, vel perſonam de quibus Legislator ſenſit ſufficiẽtẽq; coniecturam eſſe mentis ipſius Legislatoris, quando data identitate rationis, verba legis ad caſum de quo

agitur

Digitized by Google

agitur aliquo modo adaptari poſſunt: vt quando ſtante illa datur æqui paratio inter vtrumque caſum, in eadem cauſa, & ex eadem cauſa, vt optimè animaduertit Paulus Caſtrenſ. conſ. 441. col. pen. ad fin. vel quando ratio ipſius legis in deciſione expreſſa eſt, & totaliter in caſu de quo agitur reperitur: aliàs enim non data tali, vel ſimili coniectura, & ſic in dubio ita facere debemus legis interpretationem, vt ſemper ſeruetur illud, quod benignius & humanius fuerit iuxta text. in l. benignius 17. ff. de legibus, & in capit. vltimo de tranſaction. ne alirâs fiat illud quod diſponens non intendit contra reg. text. in l. non omnis numeratio. ff. ſi certum petatur, quo ſuppoſito, cum in præſenti cenſeatur Legislator de illo caſu, vel perſona ſentire, prout in propria ſignificatione probatur, ex reg. text. in l. non aliter. ff. de legat. 3. facit text. in l. 3. §. quidam liberis. ff. ad Trebellian. in lata verò ſignificatione probat text. in l. Senatus. ff. de ritu nuptiarum; & comprobat Iaſ. in l. ſi conſtante. ff. ſoluto matrimonio, num. 81. rectè fit, vt in tali caſu, vel perſona ſuperueniente, data eadem iuris ratione lex pœnalis accommodetur.

11 Sic explicabis text. in l. 1. verſic. *quod autem*. ff. de aleæ luſu, & aleatoribus, & in l. cum lege 26. ff. de teſtam. aliàs enim niſi ita ſe haberent proximè dicta, difficilis foret Caij Iuriſcõſulti doctrina in d. l. cum lege, dicentis verbum, *inteſtatibilis*, eo pertinere, ne eius teſtimonium recipiatur, & eo amplius (vt quidam putabant) ne ve ipſi dicatur teſtimonium, ita vt cum quis iubetur inteſtatibilis eſſe, nec poſsit facere teſtamentum, nec eſſe teſtis in teſtamento, nec ei teſtimonium dici iuxta ſummarium Bartoli ibidem.

12 Quod ſi diuerſa ratio in vtroque reperiatur, tunc licet aliquo modo in verbi ſignificatione comprehendatur, extenſio non admittetur, vt eleganter aduertit doctiſsimus Barboſa alios referens in d. l. ſi conſtante, num. 101. ſicut ſimiliter ſi in verbi ſignificatione non contineatur, non dabitur etiam extenſio, iuxta text. ſic intelligendum in cap. ſi ſententia. 16. de ſentent. excommun. in 6. iuncto text. in c. duo ſunt. 12. q. 1. & Clem. in plerisq; in prin. de electione, & quæ tradit glo. verb. *econuerſo*, Ancharran. & alij ſcribentes, vbi Franchus num. 1. in d. cap. ſi ſententia, Cardin. d. Clemen. in prin.

13 Quibus ſic iactis fundamentis, ſit concluſo præſentem dirimens controuerſiam: interdicto matrimonio, eo ipſo interdicta cẽſeri debent ſpõſalia de futuro, niſi aliud ex mente Legislatoris verbis legis, aut materia ſubiecta colligatur: probatur ex d. regu. cum quid vna via. 84. in 6. vbi ex iuris principijs ſapienter docuit Bonifacius Papa, prohibito vno cenſeri prohibita omnia, per quæ ad illud vnum perueniri poteſt: vnde fit, vt ſine aliquo ſuppleméto prohibito matrimonio, prohibita cenſeri debeant ſponſalia.

14 Notãter diximus, *niſi aliud ex verbis, aut mente legis, ſeu Legislatoris, vel ex ſubiecta materia colligatur*, propter nonnulla iura in quibus matrimonio interdicto, nõ ſtatim interdicũtur ſpõſalia, idq; ſingulari ratione, obſtante generalitate, & alia in quibus prohibito matrimonio, prohibita quoque cenſentur ſponſalia, ex peculiaribus cauſis in ſingulis iuribus aſsignatis & repertis.

15 Tutor enim prohibitus matrimoniũ contrahere cũ pupilla, planũ eſt, ſpõſalia facere non poſſe, quippè ille qui nuptias celebrare non valet, plerumq;

rumq; neque deſpondere poteſt, & alia magis intima ratione:quia tutor nullo tẽpore poteſt pupillã in vxorẽ ducere,iuxta d.l.tutor. l.Senatus 59. ff.de ritu nuptiar.optimus text.in l.ſi tutor.7.C.d' interdicto matrimonio, quo fit,vt neq; poſsit ſpõſalia cõtrahere.Etenim otioſa foret, nullumq; ob talẽ prohibitionẽ perpetuã effectũ habitura,cuius enim obſecro vtilitatis,aut momenti futurũ eſſet ei,qui perpetuo prohibitus eſt matrimoniũ cõtrahere,ſi deſpõderet?nullius profecto :vides ergo quomodo ex natura perpetuæ prohibitionis ipſius matrimonij,& ex materia ſubiecta manifeſtè deducatur,interdicto matrimonio,cenſeri etiã prohibita ſponſalia.

16 Secus verò ſe res habuit in d.l.ſi quis officium,ſiquidẽ publici Magiſtratus nõ ſimpliciter,& ſemper prohibentur ducere vxorem, ſed oriundam ex Prouintia dũtaxat,& in quãtũ illũ Magiſtratũ geſſerint,extraProuintiam verò, aut dimiſſo Magiſtratu,nihil vetat quominus vxorẽ ducere valeant:conſequens ergo ſit ſponſalia aliquando poſſe effectum ſortiri,ideòq; mirum nõ eſt,ſi nec prohibita cenſeri debeant,nec impediantur, vtpotè nõ otioſa,& aliquãdo fortaſsis dũ Senator extra Prouintiã degerit,aut illum Magiſtratũ dimiſſerit ſuum effectum habitura.

17 Ex quo pleraq; non inſubtiliter, aut ſine vtilitate intelligenda ſunt, quę docto pariter,& ingenioſo lecto ri iucunditatẽ ſunt allatura,& in primis infero ad praxim, ex eo quod emphiteuſis præſertim eccleſiaſtica nõ poteſt conſiſtere ſine ſcriptura,teſte Aluaro Baez emphiteuſis.q.7.nu. 11.Franciſco de Caldas de renouat. q.12.n.2.poſt glo.cõmuniter receptã in c.1.§.poſtquã,verb.*in ſcriptis*,de cenſib.in 6.& expreſſam ordinationẽ Luſitaniæ lib.4.tit.36. in prin.pariter nec ſæcularis ſecundũ receptiorẽ ſententiã,vt teſtantur Valaſcus, & Caldas,vbi proximè rectè inferri ſimiliter non poſſe ſubſiſtere promiſſionẽ de emphiteuticãdo, niſi redactam in ſcriptis.

18 Quod ſi obijcias vtique valituram talem promiſsionem,etiã ſine ſcriptura factam,cum obſeruari debeat in vim pacti,iuxta text. & communiter notata per DD. in c.1. & 2. de pact. Reſpõdeo verum quidem eſſe, quod ſi probetur, talis promiſsio valitura ſit,& obſeruanda, ex dictis iuribus, hoc tamen opus hic labor eſt, quia non poterit probari ſine ſcriptura, imò rectè poterit induci tex. in l.duo ſunt Titij.30.ibi,*non deficit ius,ſed probatio*. ff. de teſtament. tutella, planè promiſsio illa de non emphiteuticãdo,& ſi reuera fuerit verũ pactũ, ſeu cõuentio, nõ tamẽ talis quæ probari poſsit abſque ſcriptura,cum lex, aut conſtitutio, quę prohibuit emphiteuſim non fieri,vel probari,niſi in ſcriptis,prohibuerit, etiam non fieri, vel probari promiſsionem de emphiteuticando,niſi fiat in ſcriptis, vt ex his quæ proximè dicta ſunt,non cũ difficultate colligitur.

19 Pariter etiam, quia quotidiana res eſt,facile deduces ex ſupradictis prohibita venditione, vel alienatione prohibitam,etiã cenſeri debere promiſsionẽ de vendendo, vel alienando, ex præfata reg.cum quid vna via. 84.in 6.vt probat lex ſi ad reſoluendum.74.vbi Baldus in ſummario.C. de prædijs minor. l. vltim. vbi Bald. C.ad l.falcidiam,poſt alios Tiraquel. in præfat.retractuum,nu.78. tit.2.ad fin.nu.30.ſanè licet diuerſum ſit vendere,vel alienare, & promiſsionem de vendendo, vel alienando facere glo.2. in l. in bonæ fidei. ff. de eo q certo loco, quam in id probat Paulus ibi.num.2.Iaſ.num.3.tamen non data

data diuersa ratione secundum iuris principia prohibita venditione, vel alienatione, prohibetur similiter promissio de vēdēdo, vel alienando.

20 Nec nō ex eodem fonte profluit alia doctrina non minus vtilis, & necessaria, vt quoticscumque lege municipali, aut consuetudine fuerit inductum, venditionem rei immobilis excedentis sexcentos regales, & mobilis excedentis triginta millia regalium inanem esse sine scriptura publica, promissionē etiā de vēdendo, absque eadem scriptura fieri nō posse: ex illamet regula cum quid vna via: quæ non erit inepta declaratio ad Lusitaniæ peculiarem ordinationem, lib. 3. tit. 45. aliorumque Regnorū constitutiones, & consuetudines, per quas similia constituta introductaque sunt, vt venditione prohibita prohibuisse intelligantur promissionem de vendendo.

21 Secus verò philosophandū erit circa tēporalē matrimonij prohibitionē, fœmina enim minor duodecim annorū, & vir minor quatuordecim, qui matrimoniū cōtrahere non possunt, vtique spōsalia celebrare valēt, c. fin. de despōsat. impuberū, c. vnico codē titu. in c. l. cū hic status. 33. §. si quis spōsam de donation. inter vir. & vxor. ea singulari ratione, quia non simpliciter, & in perpetuū prohibentur matrimoniū celebrare, sed ad tēpus, vt intendit glo. in d. §. quamuis d. l. tutor. per tex. ibi, verb. *plerumque*, ff. de ritu nuptiar.

22 Ex quo etiā principio, vidua quæ attēto tēpore Digestorū intra annū luctus nubere nō poterat, spōsalia tamē integrū illi erat contrahere, l. solet. 10. §. quę virū, ff. de his qui notātur infamia, ibi, *quæ virū elluget intra id tēpus spōsam fuisse nō nocet*, vbi gl. verb. *sponsam*, rectè intellexit perverba de futuro, quasi diuersum sit in spōsa de præsenti, sto iā sublata sint dicta iura, per text. in c. pen. & vlti. de secund. nupt. quibus decissum est, etiam intra annum legitimum luctus nubere posse mulierem viduam sublato antiquo impedimento.

23 Tandē ex eadē resolutione infertur declaratio ad Trident. sess. 24. de reforma. c. 1. vbi omnia matrimonia clādestina irrita facta sunt, etiā illa de quibus in c. is qui fidē 30. de spōsalibus, Secundū veriorē sentētiā, vt nō censeatur Concilium annullasse, aut irritasse spōsalia occultè contracta, ob diuersam rationē in illa specie inter matrimoniū, & sponsalia occulta, qui nimò casum spōsaliorū, tanquā omissum reliquerint Sancti Patres dispositioni iuris cōmunis, argumēto. l. commodissimè. 10. ff. de liber. & posthum. intendit Synodus Bracharensis, act. 4. c. 33. & 36.

24 Cui resolutioni nullatenus refragabitur d. reg. cū quidvnavia, ex qua deduci solet prohibito vno, prohibita censeri omnia, per quæ peruenitur ad illud: etenim sæpē à nobis repetitum est, d. reg. non procedere, quando datur diuersa ratio, ex qua præsumimus disponentem aliud voluisse, manifestum autem est, sacram Tridentin. Synodum, ob plures non vulgaresque causas noluisse comprehendere sponsalia sub præfato Decreto.

25 Dixi (non sine mysterio) Concilium irrita decreuisse omnia clandestina matrimonia, etiā illa de quibus in d. c. is qui fidem mentio fit, propter argutam pariter, & difficilem doctissimi Patris Thomæ Sanchez opinionē, qui lib. 3. de consensu clādestino, disputat. 40. num. 7. dicere ausus est, ius antiquum, c. is qui fidem illæsum mansisse, casu quo tam sponsalia de futuro, quam copula fuerint coram eodem Parrocho, & testibus,

Digitized by Google

atque ita tranſire in verũ matrimoniũ,ſi animo cõiugali,præſumptũ autem,quãdo animo fornicario haberetur copula,adeò vt ſi hodie ſponſalia,& copula corã eiſdem Parrocho & teſtibus haberentur, ſtatim præſumere debeat Eccleſia verũ matrimoniũ,& cogere contrahentes ad illud, ſicut ante Trident.cogebat.

26 Probat ſuam ſententiam eo potiſſimo fundamento,quod attento Decreto Tridentini certiſsimũ ſit mutuũ cõſenſum de prẽſenti ſufficienti ſigno externo manifeſtatũ, corã Parrocho,& teſtibus,conſtituere verum matrimonium,cumque copula, poſt ſponſalia ſit ſufficiens ſignum externũ conſenſus de præſenti,vt conſtat ex cap. is qui fidem de ſponſalibus, rectè conſequitur (inquit P. Thom. Sanchez)quod ſponſalibus, & poſtea copula habitis, coram eiſdem Parrocho,& teſtibus iuxta Tridentini formam,legitimum, & verum reſultet matrimonium,ad cuius obſeruantiam, ſic contrahentes compellere poſsit, & debeat Eccleſia, ſubditque, niſi copula poſt ipſa ſponſalia,eſſet verum ſignum externum cõſenſus de preſenti perperam, & ſine fundamento Eccleſiam ex illa matrimonium præſumpſiſſe, ad illudque compulſiſſe, quod minimè fatendũ eſt:idemque aſſerit dicendum(conſequenter licet non ita verè)de quibuſcumque alijs ſignis per quæ olim ſponſalia tranſibant in matrimonium, vt ſi habeantur coram eodem Parrocho, & teſtibus coram quibus innita ſunt ſponſalia, ijſdem aduertentibus id fieri animo contrahendi de præſenti, ſat ſit ad matrimonium.

27 Verũ enim verò prædicta ſententia perdifficilis ſemper,ne dicam falſa(ſalua pace tãti Doctoris,& aliorũ, quos refert,qui eandem comminiſcuntur)mihi viſa eſt, quippè ſemper crediderim proculdubio verũ,deciſſioni d.c.is qui fidem,&ſimilibus omninò derogatum eſſe, per Trident. Appellaui perdifficilem prefatã opinionẽ,quia vix in praxi contingere poſſet, vt Parrochus,& teſtes intereſſent ſponſalibus,& copulæ, nimisq; obſcenum eſſet talem praxim admittere,quod Parrochus & teſtes perſpecturi ſint verã copulam poſtea ſubſequutam,neque enim ſatis foret dicta opinione retenta,quod viderent ſponſos,morali modo dũtaxat conjunctos,& copulatos, id eſt per mutuam cohabitationem, & traductionem ſponſæ in domum viri: etenim antiquitus tempore d.c.is qui fidem, quantumuis ſimul commorati fuiſſent,ſi ſe nõ cognouiſſent inuicem, ſponſalia minimè tranſibant in matrimonium de præſenti, ſine vera copula:igitur etiam hodiè prẽſentes futuri eſſent Parrochus, & teſtes copulæ verẽ, & reali, & quod interfuiſſent antea ſponſalibus, vt P. Thom. Sanchez ſupponit, quo quid obſcenius,aut factu difficilius dici poſsit, profecto non video.

28 Rurſus contra eandẽ ſententiam ſuppono,quod veriſsimum eſt, in d. Decreto Concilij voluiſſe Patres, q̃ Parrochus,& teſtes, vel audirent, & intelligerent,vel ſaltem poſſent audire,& intelligere verba contrahentium, non ſigna tantum conſenſus, ſed conſenſũ ipſum, non quocũque modo,ſed verbis expreſsis declaratũ,vt manifeſtè exprimunt dicti Decreti verba,ibi, *vbi Parrochus viro, & muliere interrogatis,& eorum mutuo conſenſu intellecto*,& deindè illis, *vel ſaltẽ Parrocho, & duobus, vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur*, & rurſus, ibi, *deindè ante illius conſummationem denuntiationes in Eccleſia fiant*: quibus omnibus & ſingulis ver-

verbis,nõ adũbratè,ſed expreſſè ſignificatur præciſſè interuenire debere verba clara,&manifeſta,contrahẽtiũ animũ, & cõſenſum explicantia, vt ſatis denotant illæ particulæ, *viro & muliere interrogatis*, & illæ, *eorum mutuo conſenſu intellecto*, & illæ, *Parrocho, & duobus, vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur*, vbi verbum illud *celebretur*, ſignificat perſpicuè, & palam matrimonium celebrandum fore,nõ iam per externa ſigna quæcumque illa ſint, & multo minus per ſignum occultũ, & obſcenum ipſius copulæ, præſertim ſi conſideres voluiſſe Conciliũ, quod Parrochus mutuo contrahentium conſenſu intellecto, dicat ſtatim, *ego vos in matrimonium, coniungo in nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti*: vel alijs vtatur verbis, juxta receptum vniuscuiuſque Prouintiæ ritum:ſanè abſonum, & abſurdum foret confiteri,ſuper ipſos ſpõſos copulam actu habentes,Parrochum prolaturum dicta verba, *ego vos coniungo,&c.* quòd apertè ſequitur,atque deducitur ex præfata doctrina,cum ſtatuerit Concilium, ſuper ipſomet ſigno externo conſenſus,talia verba,â Sacerdote proferẽda eſſe, & tradiderit perdoctus P. Thom.Sanchez copulã hodiè poſt Concilium adhuc eſſe,& fore ſignũ externum ſufficiens Parrocho,& teſtibus interueniẽtibus, ad ipſum matrimonium.

29 Nec non aduerſus eandem partẽ expendi poſſunt verba, *contractus,cõtrahere, contraxiſſe, contraxerit*, & ſimilia ſæpè vſurpata, & repetita á Cõcilio in illo Decreto, quæ denotant & præferunt contractum verum, non quomodolibet, ſed verbis intelligibilib', claris,atque perſpicuis coram Parrocho,& teſtibus celebrandum eſſe,præcipuè ſi cum iudicio expendas dictis omnibus illius Decreti clauſulis,& verbis,fuiſſe adiectum, & appoſitum Decretum irritans, de quo in verſ. *qui aliter, quam præſente Parrocho,&c.* ita vt matrimonium celebratum, mutuo cõſenſu contrahẽtium á Parrocho,& teſtibus non intellecto, vel quod ſaltim intelligi potuerit,ſi Parrochus & teſtes non renuiſſent intelligere,nullum omninò futurum ſit, & ſic deinceps, id eſt poſt prædictum Concilij Decretum penitus ſublata ſint quæcumque ſigna externa,quæ ante concilium ſufficiebant ad denotandum conſenſum matrimonialem.

30 Præterea cum ad ea quæ frequentius accidunt Leges,& Canones debeant adaptari,nec ſint,aut eſſe poſſint leges, ſeu conſtitutiones,quę in vno,aut altero caſu, tantum valeant practicari,inconueniens eſt, & contra iuris rationem reſtringere velle deciſionem dict.capis qui fidem,& ſimilium ad vnum caſum Metaphiſicum,quod numquam,vel ferè numquam contingere poterit,quod ſcilicet Parrochus,& teſtes ijdemmet ſimul interſint ſponſalibus,& copulę, poſtea ſubſequutæ,iamque poſt Cõciliũ Decretalis illa, quæ multis antea caſibus deſeruiebat ad vnã Metaphiſicam, & raram ſpeciem facti, foret reſtringenda,eoque ipſo deſineret eſſe lex,aut Canon:igitur fateri neceſſe eſt,potius abrogatum eſſe illam Decretalem, per Decretum illud Concilij Tridentini,quod veriſſimum eſt,& tenendum.

31 Inſuper copula illa in terminis d. cap. is qui fidem,numquam fuit, neque eſſe potuit ſignum naturale directum conſenſus contrahentium, quippè etiam ſubſequuta,poſt ſponſalia,natura ſua,neque dicit conſenſum,neque diſenſum,ſed tãtũ ſignificabat animũ,& cõſẽſum maritalẽ ex

Digitized by Google

ex præsumptione iuris credentis spõ sum ad sponsam animo contrahendi de prẽsenti accedere,tam efficaci coniectura,vt in specie præfatæ Decretalis, *is qui fidem*, nunquam admiseritEcclesia,nec voluerit admitti probationem in contrarium,at talis copula,quæ olim signum externũ erat maritalis consensus, hodiè post Decretum Tridentini suæ naturæ relicta,postquam iam sola verba possunt esse externa signa matrimonij, nec dicit consensum, nec dissensum, sed nudum tantum accessum ad sponsam: ideoque quãtũuis Parrochus & testes,sponsalibus prius, & postea copulæ,interessent, prorsus manerent expertes,& ignari animorum,tam sponsi,quã sponsæ de futuro,ergo de primo ad vltimũ relinquitur ex dictis planũ & apertũ, omnia & singula signa externa cõsẽsus,quæ antea vigebant,fuisse reiecta, & annullata,irrita,& nullius momẽti, per Concilium Tridentinũ.

32 At qui ad calcem huius controuersię(ne deincepsignoretur)ad plurium iurium intelligentiam, & securitatem conscientię multorum,oportebit lectorem admonere, præsumptionem,de qua in d. c. is qui fidẽ, & similium, nihil aliud fuisse,quam certam quandam iuris diffinitionem,secundum quam non suspicando, aut credendo,sed diffiniẽdo,& decernẽdo statuit Ecclesia,spõsos de futuro se ipsos inuicẽ cognoscẽtes facere id,animo cõtrahẽdi de præsenti, & nulla alia cogitatione, ideoque omninò cogẽdos esse,ad cõmodãrũ, & perseuerandum in statu matrimoniali,neq; admittẽdos testes,seu quouis aliud probationis genus,ad probandũ,quod accesserint animo fornicario,ita vt si tanquam maritus, & vxor se cognouerint resultaret verũ matrimonium,sin verò dumtaxat ob explendã libidinẽ,præsumptũ,& cõiecturatum ab Ecclesia.

33 Quam resolutionem, vt penitus intelligamus vlterius expediet cõsiderare,quam longè inter se distent, semperque distauerint in iure,nostro,tam Põtificio,quã Cæsareo,& in bona Philosophia morali, fictio, & præsumptio: etenim fictio est dispositio contra veritatẽ certam,possibilẽ tamen in se,præsumptio autẽ versatur circa veritatẽ dubiã: quã differẽtiã,rectè obseruauit Felin. in c.quanto de præsumpt.nu.2.Dominic.in c. cõsumatia de hæreticis lib.6.n.2.Iaſ. in l.talis scriptura,n.27.deleg.1. Fortun.Garsia in l.iuris gentiũ, n. 77.ff. de pact.Peralta in rubr.n.37.ff.de hęredib.instituen. Siluester verb. *præsumptio*,in princip. post Bart.in l.si filiꝰ.n.2.C.de petit.hæredit.anteaque obseruauerat glo.3.in l.vlti.ff. quod metus causa,gl.verb.*præsumatur*, in l. 1.§.accedit,C.de reivxorię actione.

34 Pariterque sciẽdũ est cum Caiet. 2.2.q.60.art.4.Soto in 4.senten.dist. 18.q.2.art.1.presumptionem bipartitò cerni(quantum attinet ad propositum)aliam esse suppositiuam,aliam verò diffinitiuam.Prior est, qua factum dubium supponimus,& cõstituimus aliquid,seu lex cõstituit,per modum suppositionis,non per modum diffinitionis,præcauendo scilicet ne malũ fiat,suspicandoque in malã partem,qua præsumptione,leges, & Canones,licet non præsumant certum aliquod malum, factũ,vel faciẽdum, prudenter tamen timent,& præcauere contendunt, ne deterius contingat,quam par esset.

35 Subijciamus rẽ exẽplis,quibus facilius intelligatur, in illis legibus, ac constitutionibus Principum,quę prętendunt fraudes euitare, & ne aliqua mala eueniant, nevè Respublica aliquid incommodi, vel detri-

menti

menti capiat, vt in c.2.ibi, *potuisse plures*, de electione, & in l.fin. C. de pac. & in cap.2.de conces.præb.& in l. vlti.C.de fideicommis.quæ iura, & similia intelligẽda sunt in presumptione nesuppositiua, quę fũdatur in timore mali nõ certi, sed dubij, quodq; fortasis, & vt in plurimũ nõ eueniet, prudẽtis tamen Legislatoris est ad effectũ præcauendi in futurum timere.

36 Posterior verò præsumptio (quæ diffinitiua nuncupatur) fit quando lex ita præsumit, vt disponat, atque definiat aliquid, hoc, vel illo modo se habere, definiendo factum dubiũ in hanc, vel illam partẽ: de qua præsumptione agunt etiam pleraque iura sic accipienda, præcipuè text.in dict. cap. is qui fidem de sponsalibus, c.illo vos.de pignoribus, cap.fi. de vsur.cap.2.vers.*vt quia*, de renuntiat.lib.6.c.tua nos, d.titu.de sponsalibus, & de iure ciuili, text. in l. post contractum, ff.de donation.inter. & in l.vlt.§.fin autem, C. de iure deliber.iuncto tex.in authentico de hæredib. & falcidia, §.si verò nõ fuerit, collat.1.

37 Quæ quidem præsumptio, etiã habetur ab hominibus diuersa tamẽ ratione, etenim leges factum dubium, etsi regulariter in bonam partem definiant, aliquando tamen ratione dictãte, possũt etiam in malam partem definire, homines verò semper debent in bonam partem præsumere, & non aliter, nec licebit eis factũ dubium in malum definire: quandoquidem vnusquisque indubio semper præsumitur bonus, & quemcumque actum rectè gerere censetur, inclinatio namque humana, de qua illud Gen. c.8. trasumptiuè in cap. omnis ætas 12.q.1.& in c. sæpè malorũ 28. q.1.etiam post peccatum, ex se peccatum non est, vt deffiniuit Tridẽtinũ sess.8.in Decreto de peccato origi.ad fin.tradit Couar.in c.alma mater, 1.par.§.10.n.2.post Felin.in cap. vlt.de præsumpt.nu.15.ac per comicquens in quantum talis non tollit, quominus homo bonus à Deo creatus sit, iuxta cap.1. post princ. vbi gl. de summa Trinitate, & potentiam, atque aptitudinem habeat ad bonũ, vt rectè docuit D.Thom. 1. 2. q. 63. art.1.vndè deducitur, vt omnes homines habeant ius â natura, q; apud alios in bona sint opinione, iuxta sapienter resoluta per cũdẽ B. Thom. 2.2.q.60.art.3.& discipulum eius Soto lib.3.de iust.q.4.art.3.& habemus expressa iura, sic etiam intelligenda in c.stote de regul.iuris in antiquis, & in cap.vnico de scrutinio, & antea tradiderat I.C.in l.meritò, ff. pro socio.

38 Inter præfatas autem præsumptiones, si à legibus introducantur, vt sæpenumerò introduci videmus, illud discriminis constituẽdum est, quod præsumptio suppositiua procedit etiam, & locum habet in foro cõsciẽtiæ, suosque effectus operabitur etiã si detur veritas in cõtrariũ, lex enim nihil diffiniuit, sed tãtum statuit per modum suppositionis, vt quãdo ad euitandas fraudes, & ne aliqua mala contingant, tot solemnitates in testamentis adhiberi vult: profecto licet certissimũ sit nullum subesse dolum, nihilominus procedet lex, omninòque adhibendæ erunt solemnitates requisitæ, quia licet fraus nõ interuenerit, interuenire tamẽ potuisse negare nõ possumus, qua ratione procedit, & intelligẽda est, Innocẽt. sententia.n.6.& cõmunis in c. quia plerique.de immunit.Ecclesiar.

39 Si verò in contrarium veritas cõperta sit præsumptio difinitiua â lege inducta in foro conscientiæ non habebit effectum, ex Alciato in capit.nouit.numero 42. de iudic. Iaff,

in rubr.n.25.ff.de adquir.hæred. Syl ueſtro,verb.*lex*,q.9.Felino in cap.1. de conſtit.num.4. Decio ibid.1.lectura,tradunt plures citati à Ferdin. Menchac.vſufrequent.c.56.n.44. & probat expreſſè text.in d. c. tua nos de ſponſalib.

40 Cuius doctrinæ quę certiſsima eſt, & ad vtrumque forum omnino vtilis,& neceſſaria,differentiæ ratio in eo conſiſtit,q; ſuppoſitiua præſumptio fundatur in facto,quod putat eſſe poſsibile, nõ in facto quod putat eſſe verũ,vndè cũ illa poſsibilitas(vt ita loquamur)nec tollatur, nec tolli poſsit â parte rei perveritatẽ in contrarium,neque enim ex eo quod nõ interuenit fraus in aliquo actu,ſequitur interuenire non potuiſſe,merito talis lex ſuppoſitiuè procedẽs, quaſi ſemper ſuũ habẽs fundamentũ, etiã dataveritate in cõtrariũ obligare poteſt,& debet in foro cõſcientiæ.

41 Præſertim ſi maturè conſideremus,quod quẽadmodũ præſumptiones omnes,admittunt probationem in contrarium,ita talis lex ex natura præſumptionis, ſemota particulari prohibitione, probationem in contrarium admittet.

42 Diffinitiua tamen præſumptio,ſeu lex diffinitiuè præſumens non fundatur in facto,quod putat eſſe poſsibile,ſicuti diximus de ſuppoſitiua, ſed in facto,quod putatverum eſſe à parte rei,vndè ſi illud falſum ſit, iam lex intendit veritati cedere,vt ſignificauit Pont.in dict.c.tua nos,in verſ. *nã ſi*,& quaſi deſtructo fundamẽto,ſcilicet facto illo,quod putabat eſſe verum,deſtruitur ipſa lex,& ceſſat in totum eius præceptum,argumẽto text. in c.veritate.8.diſt. ac ſubindè dicendum eſt,quod ſi dareturveritas in cõtrarium, talis lex diffinitiuè præſumens nullatenus intendebat obligare, qua ratione quandoque ego in prælectionibus publicis interpretari ſolebam, & extinguere difficultatẽ, text.celebris in l.proſpexit,ff.qui, & â quibus,quem alias difficilem interpretes reputare ſolent.

Summaria ad Controuerſiam 16.

1 *Proponitur titulus cõtrouerſiæ, & eius maxima difficultas ſubiũgitur.*

2 *Proceſſus diebus feriatis habitus, nec conſencientibus partibus tenet, nec ſententia,quam contingit diebus huiuſmodi promulgari.*

3 *Refertur ſententia aſſerentium terminum datum à lege,non poſſe ab inferioribus immutari, niſi in illis caſibus,quos lex expreſsè permiſerit, et niſi terminus conſtitutus ſit á lege in defectum iudicis nullum terminũ ſtatuentis.*

4 *Secunda ſentẽtia quã Bar.dixit in praxi ſeruari,aſſerit tẽpus á lege datũ poſſe, ex iuſta cauſa à iudice, aut minui,aut prorrogari præterquã in nõ nullis caſibus á iure expreſsis.*

5 *Tertia ſententia media,quæ dictam cõtrarietatem diſtinctione componit.*

6 *Neutra ex dictis opinionibus ſatis explicat vtrum conſenſu partiũ tẽpus legis valeat immutari, neutraque conuenit iuris principijs.*

7 *Diſtinguendum eſt inter terminum datum in fauorem publicum,& inter illum qui conſtituitur à lege in priuatam partium vtilitatem, & ea quæ loquuntur de qualibet ex his ſpeciebus.*

8 *Quando terminus à lege conſtitutus eſt in commodum priuatorum,poterit, ex conſenſu partium,aut prorrogari,aut coarctari.*

9 *Etiam*

mized by Google

9 *Etiam si partes consentiant nentiquam poterit iudex tempora immutare, nisi specialis illi fuisset ad id à lege facta potestas.*

10 *Instantia decursa, sententia postea lata ipso iure nulla est, & tempus prefixum instantiæ intelligi debet appositum in eum finem, vt litium immortalitati obuietur.*

11 *Dictam doctrinam de nullitate sententiæ, post instantiam latæ magis communem dixit Socinus omninò consulendus, circa litium instantias ipsarumque transcursum, & elapso termino nequeunt iudices vlterius se intromittere.*

12 *Non possunt decuriones, etiam ex consensu partium, vltra terminū pragmaticæ Regiæ, de illis minorib⁹ summis cognoscere.*

13 *Perempta instantia dictæ legis Regiæ minores, aut pia loca non restituuntur.*

14 *Dictus terminus Decurionibus datus differendus non est propter ferias.*

15 *Negatio præposita, verbo, possum potest, reddit actus ipso iure nullos, et quando terminus dirigitur in ipsum iudicem facta ab ipso, termino elapso sunt ipso iure nulla.*

16 *Idem erit si legum, aut statutorum prohibitio simplex sit, vt si dicat* quod iudex non cognoscat, non se intromittat, *vel similia verba proferant.*

17 *Quando ipsius legis, aut statuti interdictum excitatorium tantum, & instructorium est, valebunt actus in cõtrariũ facti etiã terminis decursis.*

18 *Quid causæ sit, cur iudices & partes tempus datum ad appellationem prosequendam, vltra biennium á lege taxatum extendere non possint, similiter nec terminum prescriptum ad appellandum, & tamen vtrumque restringere, & coarctare valeant.*

19 *Intellect⁹ ad tex. in l. vlt. §. vlt. C. de tẽ por. appell. præsertim ad illa verba,* ne vè vllum fatale obseruetur.

20 *Mirum est Bart. Bald. & Salicet. contendisse posse pacto partium fatalia prorrogari.*

21 *Fatalia restringere non est legum austeritatem mitigare.*

22 *Licitum est litigantibus pacisci, ne fatalia obseruentur, & quid sit in proposito legum austeritatem mitigare.*

23 *Proponitur lectio dict. legis finalis, §. vltim. quæ habetur in emendatioribus libris, iuxta quam omnis cessat difficultas.*

24 *contra propositum resolutionem obijcitur text. in clem. quandiu de appellat. & adducitur Alexandri, et aliorum intellectus.*

25 *Re ipsa idem est terminum suspendere, & terminum prorrogare, & ostenditur difficultas præfati intellectus ad d. clem. quandiu.*

26 *Pendente compromisso tempus instantiæ appellationis non labitur, quotcumque annis duraverit compromissum, & adducitur verus intellectus ad d. clem. quandiu.*

27 *Ostenditur veritas dicti intellectus, ex ipsismet verbis dictæ clementinæ.*

28 *Ex distinctione superius adducta inter dilationem in favorem publicum, & in vtilitatem privatam facilé respondetur ad iura proposita, & quæ proponi possunt in contrarium.*

29 *Reducuntur ad superius dicta, quæ tradunt Doctores in præsenti relati.*

CONTROVERSIA 16.

An tempus legis,conſenſu partium,vel iudicis voluntate valeat immutari, per prorrogationem, aut reſtrictionem.

1 VT ex longa digreſsione vtili tamẽ,& vt credo non iniucũda,quaſi in viã regiam, ad præcipuum noſtrũ articulum (an dari poſsint leges priuatam vtilitatẽ potiſsimũ reſpiciẽtes) redeamus, nõ leue operepretium erit, ſi filum texentes, ſuperioribus quæſtionibus, quibus de dicto principali articulo diſſerere cæpimus,illam ſubtilem,ſimul & practicabilem controuerſiam adiungere conemur,in qua (ſi verũ amamus) non ſolum Doctores, ſed leges ipſæ,& ipſi iuris conditores ad inuicem pugnare videntur(vtrum tẽpus à lege datum ad aliquid faciendũ,poſsit â partibus,vel iudice prorrogari,aut coarctari)in qua more noſtro nõ tranſcribemus aliorum ſcripta,neque afferemus omnia, ſed quæ ſelecta,& fortaſis rara, curabimus in medium adducere: Horatianũ illud præoculis habentes, *communia nouiter*, ne faſtidium pariant, *& noua communiter*, ne inducant admirationem.

2 Igitur tempus â lege datũ per partes,aut iudicem prorrogari,aut coarctari minimè poſſe,probat text. celebris,in l.properandum in fine principij,C.de iudic,& in l.ſi quis ita 33.ff. de hæredib.inſtituend. nec non per contrarium conſenſu partium,& iudicis voluntate tempus legis immutari valere, prorrogari, & coarctari probant expreſſa iura,in cap. oblatæ de appellatio.& text.optim.in clem. quandiu eodem tit.& in l.1. ff. de re iudic.l. debitoribus.31. ff. eodem, l. fin.C.de temporib.appellat.l.1.ff.de ferijs,& quod magis eſt,tam negatiuam,quam affirmatiuam partẽ, vtrãque ſimul probant duo reſponſa Põtificia in cap.vltim.ad fin.de ferijs,& in dict.cap.oblatæ,in verb.*licet*,tempora ſcilicet â lege præfinita prorrogari,& coarctari poſſe, tam per partes,quam per iudicem, vt deduci videtur ex doctr.Greg.IX.in dict.cap. fin.de ferijs,vbi cum docuiſſet iudicialem ſtrepitum conquieſcere debere diebus feriatis,qui ob reuerentiam Dei noſcũtur eſſe ſtatuti (quos ibidẽ ad litteram enarrauit Pontif.) tandem concludit, vſque adeò cõuenire ab huiuſmodi abſtinere quęſtionibus,dictis diebus feriatis,vt cõſentientibus etiã partibus, nec proceſſus habitus teneat,nec ſentẽtia, quã cõtingit diebus huiuſmodi promulgari.Subditque poſtea iam ad calcẽ illius text. è conuerſo diebus feriatis,qui gratia vindemiarum,vel meſſium ob neceſsitates hominũ indulgentur

Digitized by Google

gentur procedi valere, ſi de partium proceſſerit voluntate.

3 Quam implicabilem iurium contrarietatem gloſſatores antiqui tollere conati in varias ſententias,& opiniones diſtracti ſunt,quæ ad tria potiſsimum placita reduci debent, & priori loco Philippus Dec. ad rubr. num.4.C.de ſucceſſorio edicto Andreas Tiraquel.de retract.lib.1. §. 1, gloſ.10.num.63.Didac.Perez libr.3. ordinam.tit.3. lib.1. verb. *nueue dias*, verſ.*quod erit*, poſt Iacob. de Aretio in l.2.ff.de re iudic. Immolam,&Cumanum ibidem Iaſ.num.22.Rippam num.14.in ea fuerunt ſententia, quâ magis veram,& communem appellarunt,vt exiſtimauerint,terminum datum à lege nõ poſſe ab inferioribus immutari,niſi in illis caſibus, quos lex expreſſè permiſerit,& niſi terminus conſtitutus ſit à lege,in defectũ iudicis nullum terminum ſtatuentis.

4 Contrariam verò ſententiam amplexæ ſunt nonnullæ gloſſæ, in authentica de exibẽd.reis.§. ſancimus, verb.*viginti*,collat.5. & in cap. cũ ſit Romana,verb.*retiſsius*, de appellat. quas poſt longam diſputationem ſequuti ſunt,Abb.ibidem num.10. Decius ſibi contrarius nu. 13. idẽ Dec. in dict.cap.oblatæ.num.5.plures relati à Franciſco de Rippa nume. 14. Iacob.Menoch.de arbitrar.caſu.1.n. 7.aſſerentes tempus á lege datũ,poſſe ex iuſta cauſa â iudice, aut minui, aut prorrogari, præterquam in nonnullis caſibus à lege expreſsis, quam ſententiam dixit ita ſeruari in praxi, Bart.in dict.l.2.ff.de re iudic. nume. 4.vbi pro ea quinque adducit fundamenta, quem ſequitur Alex. ibidem nu.5.

5 Inter quas extremè pugnãtes opiniones,mediam viam ſequuti ſunt, gloſ.& Dinus in reg. indultum de regul.iur. in 6. dictam contrarietatem adhibita diſtinctione componẽtes, cum duobus modis contingere poſſit,terminum dari ab ipſa lege immediatè, ſcilicet & directè, abſque vllo hominis miniſterio,& per manum alterius,id eſt mediante miniſterio iudicis:priori caſu(inquiunt)terminus datus à lege non poterit immutari, poſteriori autem ſic: & ita concilianda ſint,duæ proximæ relatæ ſententiæ,&vniuſcuiuſque fundamenta,& authores conciliandi. Quam ſententiam mediam,relatis,&refutatis alijs opinionibus, quorũ argumẽta apud eos videri poterunt multis authoribus improbarunt Abb.Alex. & Dec. vbi ſupra.

6 Neutra tamen ex dictis opinionibus(ſi expendiſti)ſatis explicat vtrũ conſenſu partium tempus legis valeat immutari,quod quærimus in præſenti controuerſia. Inſuper nec varias leges inuicem diſſidentes, quas initio retulimus,reducit ad concordiã,vt par erat:denique nulla ex præfatis ſententijs benè conuenit iuris principijs,atque ideò non immerito refutantur ab Alex.Philippo Decio, & Panormit.dictis locis.

7 Vndè ex viſceribus, & penetralibus vtriuſq; iuris(vt plena deinceps in hac re habeatur reſolutio) oportunè diſtinguendum eſt,inter terminum â lege cõſtitutum, qui datus eſt in fauorem publicum, & inter illum qui conſtituitur à lege in priuatam partium vtilitatem,vt priorem quidẽ terminum renuntiare minimè poſſimus,poſterior verò renunciari vtiq; valeat:de priori loquuntur expreſſa iura in dict.c.oblatæ,& ſimilia, quæ agũt de tempore â lege dato ad proſequendam appellationem, de quo in authentica ei qui appellat, C. de temporibus appellat.& in authentico de appellation. in princ. quæ lo-

quitur de decendio ad appellãdum à iure conceſſo,& in l. properãdum, vbi ſermo eſt de tempore inſtantiæ: quæ omnia temporis ſpatia, in publi cum fauorem ab ipſis legibus conſtituta fuiſſe,pluſquam manifeſtũ eſt. De ſecundo verò termino, aut tempore præfinito á lege priuatam vtilitatem reſpiciente, ſermonem etiam inſtituunt nonnulla iura, præcipuè text.in cap. paſtoralis de exception. vbi de termino dato ad exceptiones probandas,text.in l.1.ff.de ferijs,vbi de tempore feriarum, & dilationibus ad probandum, l.2.ff. de re iudi. quo in loco agitur, & latè differunt DD.de tempore à lege conceſſo ad exequendam ſententiam, quas omnes,& ſingulas leges, non tam publi cam,quam priuatam vtilitatem reſpi cere,in his,& ſimilibus dilationibus indulgẽdis manifeſti iuris eſt: & hac ſuppoſita diſtinctione dicimus in priori caſu, id eſt quando terminus datur in bonum publicum, poſtquã datus eſt,nec iudicem per ſe, nec ex partium conuentione,poſſe terminũ à lege conſtitutũ immutare,quippè vtilitas publica in eo vertitur, vt ſupponimus,quæ per renuntiationẽ partium,nec poteſt,nec debet offendi,vt ſatis denotant dicta iura, quæ loquuntur de termino dato in bonũ publicum,text.in dict.cap.oblatę ibi *ne valeat prorrogari*, & in dict.l. properandum in fine principij,ibi, *non eſſe eis concedendum vlterius lites extendere.*

8 In poſteriori autem ſpecie,quando terminus à lege conſtitutus eſt in commodum priuatorum,poterit ex cõſenſu partium,aut prorrogari, aut coarctari,vt probant manifeſtè text. in l.vltim.§.vltim.C.de temporibus appellat. & in l.ſi feriatis,l.1.ff.de ferijs, & vtrumque membrum diſtinctionis prædictę,probat cap.vltim. in fine dict.tit.de ferijs, & confirmatur ratione: etenim vtilitati pro ſe introductæ quilibet renuntiare valet,l.penul.C. de pactis,l.paciſci 32.ff.de pactis, cumque termini dati ipſarũ partium reſpiciant vtilitatẽ mirũ nõ eſt, ſi de ipſarum conſenſu prorrogari,& reſtringi,aut omnino remitti valeãt.

9 Sed aduertè ne te decipiant proximè dicta, quod quantumuis in fauorem priuatum tempora á lege data ſint,& ipſæ partes cõſentiant, neutiquam poterit iudex illa immutare, niſi ſpecialis illi fuiſſet ad id à lege facta poteſtas, ex clem. ne Romani de elect.& ex l.1.ita dictam doctrinã in ſpecie probante,ff.de ferijs,ibi, *nã enim Prætoris factum iuri derogare oportet*,& ex reg.cap.cum inferior de maior.& obedien.

10 Ex qua reſolutione aliqua vtilia, & quotidiana inferenda ſunt,& quædam iura verè intelligenda, ex quorum etiam intellectu patebit aditus ad nonnullas alias vtiles, & practicabiles quæſtiones,& in primis infero cum inſigni Baldo M. meo in dict. l.properandum in princ.col.2.verſ. 4.Alexand.conſ.82.viſo proceſſu in princip.lib.3.cum Senatu Neapolitano deciſ.283.diuerſorum col.2. Paulo Caſtrenſi conſ.184.colum.2. Abbate Panormit. poſt alios, quos refert in cap.pen.colum.penult. verb. *de iure*,de iudic.inſtantia decurſa ſententiam poſtea latam ipſo iure nullã eſſe, quippè tempus præfixum inſtãtiæ,tam in rubr. *vt intra certum tempus, &c.* quam in d.l. properandum intelligi debet appoſitum in eum finem,vt litium immortalitati obuietur,ſicuti rectiſsimè more ſuo explicuit Bald.in l.fin. C.vt intra certum tempus,& in l.obſeruare,§. proficiſci,3.q. ff. de offic. Proconſ. & l.ſeq. traddunt Felin.in capit. venerabilis, colum.6.verſ. *ſecunda concluſio*,de iudic.

Digitized by Google

dic.Rota deciſ.9.n.4.de appellat.per Caſador.

11 Idemque ius erit,etſi verba præfigentia terminum ad aliquem actum ipſimet iudici,& iuriſdictioni, ſeu officio eius dirigerentur, quod iudex verbi gracia,negotium intra certum terminum expediret, quo elapſo nequiret vlterius ſe intromittere, vt in cauſis minoris ſummæ, ad Decuriones ciuitatis delatis: etenim huiuſmodi termino decurſo ſtatim ſpirat iudicis poteſtas, ex latè cõgeſtis per Alexãd.conſ.137. *in cauſa*, poſt princip.lib.2.& faciunt quæ ipſemet Alexand.adducit conſ. 84. *conſideratis*,colum.fin.in fin.libr.4. tenuit expreſſè Bald.in authenth.clericus colum.2.verſic.*ſed iuxta hoc quæritur*,C. de Epiſcop.& cleric. & ita tenendũ eſt, argumento.l.2.§. ſi iudex. ff. de iudic.& ad hanc doctrinam reducenda quæſtio illa per Bart. agitata in l. omnes Populi,quęſt.2.princ.ff.de iuſti.& iure,& Alexand.conſil. 138. libr.2. docentes in his caſibus tempus conſtitutum à lege diligenter obſeruandum fore, vtpotè in fauorem publicum,ad litesque finiendas prudenter inductum,qua ratione dictam doctrinam de nullitate ſententiæ,poſt inſtantiam latę,magis communem dixit Socin.in d.c.pen.de iudic.art.15.prin.qui cæteris omnibus melius(iudicio meo) ibidem explicuit, & examinauit inſtantiæ materiam per duos & triginta articulos, conſulendusque erit omnino, quoties ſe ſe obtulerit occaſio circa litium inſtantias ipſarumque tranſcurſum.

12 Propter eandemque rationem boni publici,ſimiliter non poterũt præfati Decuriones ciuitatum,etiam ex conſenſu litigantium vltra terminũ Regiæ pragmaticæ de illis minoribus ſummis cognoſcere, aut ſuper illis pronuntiare,quia licet regulariter valeat prorrogatio de tempore ad tempus, fallit quando terminus præfixus eſt á lege,vel ſtatuto,ratione publicæ vtilitatis, ne lites immortales fiant, vt tenuit Alexandr. conſil.24.volu.4. numero 10. poſt Bald. in c.de cauſis de offic.delegati.n.15. vbi Innocent.

13 Vſque adeò vt perẽpta inſtantia d.legis Regni minores, aut pia loca non reſtituantur aduerſus eam,vt expreſſè voluit AEneas Falconius in addition.ad Abb.ſuper dict.cap. venerabilis de iudic. in addit. quæ eſt in parte *reſtitutio*, poſt Alex.cõſ. 23. vol.3.n.3.verſ. *& poſito*,Cardin. hoc verius affirmantem in clem. 1. de integr.reſtit.q.10.

14 Sequiturque ex eadem doctrina dictum tempus triginta dierũ Decurionibus datũ ad huiuſmodi lites terminádas,minimè differendum eſſe, propter ferias,ſiuè in honorẽ hominum,ſiuè in Dei Optimi Maximi reuerentiam inductæ ſint.

15 Si verò verba legis,aut ſtatuti dirigantur,& tendãt in ipſos iudices, vt ſi ſtatuerent,vt certo termino decurſo,nonnulla facere non poſſent,pro culdubio crederem,etiam facta termino elapſo,ipſo iure forè nulla, ex quo verbum,*non poſſit*, negatiuè poſitum omnem auferat potẽtiam,iuxta glo.ordin.in c.1.verb.*non poteſt*,de reg.iuris & tradita per Doctores in l.Gallus in princ.ff.de liber.& poſth. per Corneũ conſ.126.*multum*, col.2. lib.1.vbi dixit negationem præpoſitam,verb.*poſſum poteſt*, redere actus ipſo iure nullos per Iaſſon, in dict.l. Gallus,qui teſtatur dict.gloſ. cõmuniter approbari,& in l.ſtipulatio iſta, §.aliter,ff.de verborum obligation. quam ordinariam appellauit Panormitan.in c.ſi quis contra de foro cõpeten.& videndus eſt Petrus de Ancharr.

char.conſ.271.*de titulis*, col.fin.

16 Idem autem erit ſi legum,aut ſtatutorum prohibitio ſimplex ſit, vt ſi dicant,*quod iudex non cognoſcat, non ſe intromittat*,vel ſimiliaverba proferãt, neque vlterius procedant,ſententia enim contra talem prohibitionem à iudice lata,etiã erit nulla,cum ad illam ferendam poteſtatem nõ habuerit,quinimò expreſſè illi interdictum fuerit cognoſcere,nullumque omninò ſit,quidquid contra legẽ prohibẽtẽ factũ eſt,iuxta glo.in clem.1.verb. *inhibentes*,de iure patronatus,quã ſingularẽ nũcupauit Abb.in c. ex parte in fin.de conſtitution.&iura expreſſa in c.Imperiali.25.q.2.c.quæ cõtra ius de regul.iur.l.iubemus,§. ſanè *el primero*, de ſacroſ. Eccleſ. vulgata l. non dubium,C.de legib. quo argumento ad hoc idem comprobandũ vſi fuerunt,Paul.Caſtren.conſ. 184. col.1.verſ.5.& vlt.lib.1.Alex.cõſ.77. *viſis dubitationibus*, in princ.libr.3.& conſ.81. *ponderatis*, n.4.lib.2.Philip. Dec.conſ.84.in princ.lib.1. & conſ. 494.col.pen.& fin. & conſ.499. col. 3.in princ.Petrus deAncharrau.cõſ. 271.iam citato *de titulis*, col.ſi. verſ. *conſtat enim*.

17 Etſi longè aliter philoſophãdum ſit quando ipſius legis,aut ſtatuti interdictũ,excitatoriũ tantum,&inſtructorium eſt,prolatũ per hæc verba,*iudex expediat*,& ſimilia,vel quãdo pœna ſimpliciter adijceretur non faciẽtibus,vel intra certum tempus,nõ iudicantibus iudicibus: etenim in his caſibus,& ſimilibus valebũt actus in contrarium facti,etiã terminis decurſis,quandoquidẽ,vt rectè docuerunt Abb.in cap.veritatis,col.vlt.verb. *nõ obſtante*,de dolo,& contumatia, poſt gloſ.in cap.1.verb.*cauſam*, in fine de ſententia excommunicat.in 6. idem Abb.& Felin.in cap.de cauſis de officio delegati,& in c. venerabilis de iudic. eximius præceptor Bald.in l. ait prætor,§.1.ff. de damno infecto, actus contra leges pœnales facti nõ ſunt nulli,licet iudices pœnas à legibus,vel ſtatutis impoſitas nõ ſubterfugiant,vt ex antiquioribus voluerunt Alex.conſ.72.col.fin.verſ. *ſecundo reſpondeo*,lib.6.& conſ. 24. *inſpecto*.colum. 1.lib.4.& conſ.181. *in cauſa*,col.fin.verſ.*ſecundo reſpondeo*,& cõſi.24.in fine eodem lib.6. Paul. Caſtrenſ.conſ.184.col.2.in princ. vbi tẽ ſtatur iſtam eſſe communem legiſtarũ opinionẽ in d.l.properãdũ Paris de Puteo,& plures ab eo citati in tracta.ſindicatus,verſ.*inſtantia*, cũ ſeqq. omniumque communem opinionẽ eſſe in dict.cap.de cauſis de offic.de legati,teſtis locupletiſsimus eſt,vſq; ad ſua tempora Felin.ibidem col. 4. verſ.*limita primo*.

18 Sed rogo quid cauſæ ſit cur iudices,& partes, tempus datum ad appellationem proſequẽdã,vltra biennĩ à lege taxatũ extendere non poſſint,ſimiliter,nec terminum præſcriptum ad appellandũ,& tamen vtrumque reſtringere,& coarctare valeãt? planè ex ſupradictis præmanib' erit diſcriminis ratio, etenim in prorrogatione bonũ publicũ, quod lex intendit violatur,in coarctatione autẽ adiuuatur publicum bonum, & ſolũ priuatum remittitur,quoniam ne dicta tempora ad appellãdum, ſeu proſequendam appellationem prorrogentur fauor eſt publicus, vt autẽ vſque ad tẽpus præſcriptũ duret prinata vertitur vtilitas:qua ratione intelligẽda,& accipiẽda ſuntverba tex.in d.c.oblatæ,ibi, *cum ideò ſit conſtitutum non vt terminus ipſe præueniri nõ poſſit, ſed ne valeat prorrogari*, quæ profecto verba aptiſsimè,& opportunè poſſũt adaptari ſtatuto ſcholæ noſtræ Cõplutẽſis,apudRegiã reformationem, conſtituenti terminũ prouiſionibus

Cathedrarũ, vt singulę Cathedrę primariæ vna iuris Põtificij, alia Medicinę, & altera Sacrę Theologiæ, quæ tres sunt, & semper fuerũt, & non plures Cathedræ primariæ in hac schola: & Vespertina iuris Canonici, Vespertina Theologiæ sacræ Scripturę, & Scoti, quæ in constitutione Illustrissimi Cardinalis, nõ primariæ, sed principales nuncupãtur, quoties eas vacare contigerit, intra quinquaginta dies à die edicti publici cõputandos, obtinentibus cõferantur, si verò sint Cathedræ minores intra viginti dies: dubitari nãque cõsueuit, vtrum Dñi Rectores, seu oppositores ipsi queant præfatũ tẽpus restringere, & coarctare, & eo non elapso ad scrutiniũ accedere, illique cõferre Cathedram, cui ipso scrutinio facto maior numer' suffragabitur, & respõdi integrũ quidẽ forè Dominis, Rectori, & Cõsiliarijs, insignis Collegij, & inclitæ Vniuersitatis nostræ, legitima subsistente causa, putà si videãt non superesse iam auditores suffragaturos, prætaxatũ tẽpus à reformatione Regia remittere, & coarctare, vt sępenumerò fieri videmus: neque enim spatiũ illud, quinquaginta dierũ ad Cathedras primarias, & cæteras principales, & dierũ viginti ad minores Cathedras, ideò fuit constitutũ, vt terminus ipse præueniri non posset, ex causa, sed nevaleret prorrogari, quippè in prorrogatione bonũ publicũ à Rege Catholico Patrono nostro prętensum violaretur (quod Cathedrarum prouisiones vlterius nõ protrahantur) in restrictione verò, & coarctatione solum vertitur priuatus oppositorum fauor, vt duret concertatio, vsque ad dictũ præfinitũ tempus, cui legitimè quãdoq; derogari posse tam per iudicem, quam per partes ipsas indubitati iuris est.

19 Ex eodẽque fonte, quasi tituulus dimanat intellectus, ad tex. in l. vlti. §. vlt. C. de tẽporib. appellat. dũ inquit valere pactũ, ne appelletur, nevè vllũ obseruetur fatale, etenim quis ignorat, posse appellare ab illato graumine, fauorẽ esse priuatũ: mirũ igitur nõ est, si litigantiũ cõuentione renũtiari valeat, verba autẽ illa, *nevè vllum fatalé obseruetur*, sic intelligenda sunt, vt possint litigatores tẽpora à lege statuta ad prosequendã appellationẽ, quæ vulgo fatalia dicũtur, restringere, & coarctare, ita vt nõ spectatis fatalibus ante terminũ præfixum ad prosequẽdũ, prosequi debeat appellationẽ, nõ tamẽ vt dicta tẽpora prorrogari possint per partes, contra publicã vtilitatẽ, quę in his terminis minimè prorrogandis consistit, cui priuatorũ pactionibus derogari nõ posse pluſquã manifestũ est, sicuti benè intellexit Iaſ. in d. l. properandum, nu. 23. & post alios tradiderunt Ant. & Abb. in cap. ex ratione, n. 8. de appellation. & communem dixit Alex. cons. 24. n. 13. lib. 4.

20 Vndè non possum nõ mirari Bart. doctissimorũ Magistrũ, Bald. & Salicet. in d. l. vlt. §. vlt. contendisse illius text. auctoritate, posse pacto partium fatalia prorrogari, quorum dictũ sequuti sunt, Perus. & Dec. nu. 9. in d. c. oblatę, & Felin. in d. c. ex ratione, n. 2. ad quod existimandũ adducti fuerunt ex verbis illius tex. ibi, *legum austeritatem volumus pactis litigantium mitigari*, quasi si fatalium tẽpus nõ protraheretur ex litigantiũ cõuentione, nulla foret austeritas mitigãda, in eo consistens, vt vlterius præfinita tempora prorrogari non valeant, non satis (salua tantorũ Patruũ pace dixerim) considerantes fatalia non extẽdi publicé interesse, publicũque ius priuatorum pactionibus derogari non posse, maximè cum expediat litiũ immortalitati in omnibus, & per om-

omnia obiam ire.

21 Sed dices fatalia restringere non esse legum austeritatem mitigare, cũ talis austeritas in hac parte in eo cõsistat, vt post fatale tempus nõ liceat appellationẽ prosequi, ergo si in proposito austeritas legum, litigantium pactis mitiganda est, poterunt vtiq; ex d.l.vlti.§.vlt.fatalium tẽpus prorrogare, & ita inuicem pacisci, vt liceat eis, post fatale tempus prosequi suam appellationem.

22 Iterũ tamen respõdeo austeritatẽ de qua illic cõsistere in eo, vt partes vsque ad illud tempus differre possint suę appellationis prosequutionem, quem rigorem mitigare, & remittere poterunt paciscendo secum ne appellantes fatalibus vtantur: etenim si benè considerasti text. ille in præcedenti exemplo egit de pacto ne appelletur, in eisdẽque terminis accipiendum est, hoc pactum posterius, ne scilicet appellans fatalib' vtatur, aliàs enim daremus rationem boni publici violari posse, per conuentionem partium, quod iura mirũ in modum aborrent, & satis repugnat decisioni text. in dict. cap. oblatæ, nec non traditis per Las. dict. nu. 123. manet ergo certum, & exploratum ipsis fatalibus ad prosequendam appellationem litigantibus per legem concessis, litigantium conuentionibus derogari non valere, ita vt postea id est illis decursis litigare possint, aut interpositam appellationẽ prosequi: rectẽ tamen posse ipsos litigantes inter se statuere, ne appellans fatalibus vtatur, id est vt nõ spectato termino ad prosequendam appellationem sibi concesso, statim illam prosequi debeat, & fatalibus, (quę spectare poterat) nullatenus frui: austeritas enim de qua in d.§.fi. nihil aliud est, quã ille verborum rigor, quo totũ illud tẽpus constitutũ est, ad prosequendã appellationem, quẽ rigorẽ voluit Iustinianus Imperator pactis litigantiũ mitigari posse, hoc est vt liberũ esset illis pacisci, ne fatalia obseruarentur, id est vt appellans non spectato tẽpore fatalũ debeat appellationẽ prosequi, vt satis indicant eiusdẽ Imperatoris verba, quæ hic trãscribere libuit, vt proximè dictorum veritas clarius percipiatur, *sin autem partes inter se* (inquit Imperator) *scriptura intercedente pacisci dum esse crediderint, nemini parti licere ad prouocationis auxilium peruenire, vel vllum fatale obseruare: eorum pactionem firmam esse censemus. Legum etenim austeritatem in hoc casu volumus pactis litigantium mitigari*, quibus verbis duas conuentiones licitas esse, inter litigantes declarauit Imperator altera ne liceret ad prouocationis auxiliũ peruenire: altera verò, ne vllum fatale obseruaretur, hoc est, ne spectarẽtur fatalia, non autem, quod prorrogari valerent, quod vltimum non dixisset Iustinianus potuisse in conuentionẽ deduci, quippè foret cõtra publicã vtilitatẽ, & intentionẽ legũ, & statutorũ, lites differri ex tali conuentione prorrogationis fatalium.

23 Præterquamquod si emendatiores libri consulantur, in illis non legitur, *austeritatem, sed auctoritatem*, qua lectione attẽta tota proculdubio extinguitur difficultas, eritque sensus contra auctoritatẽ legũ fatalia cõstituentium, licere, & licuisse partibus, secũ conuenire ne obseruarentur, id est, ne spectaretur fatale tempus, sed antea deberet appellans interpositã appellationem prosequi.

24 Quod si proximę resolutioni, qua dicimus nõ esse firmã, imò illicitã fataliũ prorrogationẽ, vtpotè quia terminis præfixis in fauorẽ publicum extendi nõ valeãt, obijciat aliquis difficilem text. in dict. clem. quandiu

de

Digitized by Google

de appellat. vbi permissa videtur fatalium prorrogatio, respõdebunt Iaſ. Anton. Alex. & Abbas in locis proxime citatis d. clem. non agere de prorrogatione, ſed de ſuſpenſione termini, ne interim currat, quam interpretationem probauit declarauit, & cõmunem dixit Auguſtin. Beroi. in c. venerabilis, n. 50. de iudic.

25 Difficilis tamẽ videtur ex eo, quia ſi effectũ attẽdamus, inueniemus re ipſa idẽ eſſe terminũ ſuſpendere, & terminum prorrogare, & ſiuè fatalia ſuſpendãtur, ſiuè prorrogentur vtroque modo offendi boni publici rationẽ, quandoquidẽ tam ſuſpenſio, quã prorrogatio tendunt ad differẽdas lites, idcoque aut prorrogare licebit, aut non erit licita ſuſpenſio, cõtra leges contendentes lites dirimere, & quod quatenus fieri poſsit, per opportuna remedia celeri° terminẽtur, odioque pluſquã Vatiniano proſequẽtes, tam ſuſpenſionẽ, quã prorrogationem fatalium, & ſimilium tẽporum, in publicam vtilitatem conſtitutorum.

26 Vndè ego iam diu præfatam clementinam intelligebã, iuxta terminòs authenticæ ſi tamen, C. de temporib. appellat. vbi pendente cõpromiſſo tẽpus inſtantiæ appellationis, nõ labitur quotcũque annis durauerit cõpromiſſum, nec currit tẽpus ei, qui ſemper litigat, etiã corã arbitro: etenim vt inquit authentica illa, ſi in medio cauſæ apud iudicẽ appellationis motę, vel nõ motę, aliqui eligãtur arbitri, & propterea bienniũ trãſeat, intra quod opporteat appellationẽ finiri, & per quãlibet ocaſionẽ ad iudicẽ appellationis cauſa reuertatur, minimè ledi debebit ex curſu tẽporis, ſed exerceri, & terminũ legitimũ ſuſcipere, etſi decies millies pluſquã biennij tempus tranſierit, niſi biennium ceſſerit poſtquam arbitrium fuerit deſertum: de qua eadem conuentione, ſcilicet de cõpromiſſo facto inter partes, vt lis per arbitros dirimeretur, ſeu de alio ſimili pacto pertinente ad finiendam litem, per quod interim ſuſpenduntur fatalia ſermo fuit in d. clem. & nequaquam de ſuſpenſione, aut prorrogatione fatalium, quam fieri non poſſe, & vniuerſa iura, & ipſa publica vtilitas altis vocibus proclamant. Atque ideò ſi pactum cuius meminit dict. clem. ſimpliciter fieret vt fatalia certo tempore currerent, abſque aliqua cauſa peculiari pertinente ad deciſsionem litis, proculdubio non valeret tale pactum, vtpotè contra legem inhibentem fatalium prorrogationem, nec prodeſſet nominis ipſius pactionis mutatio, cũ re vera lex intẽdat, ne partes fatalia extẽdere aut prorrogare poſsint: pactũ verò tẽdẽs ad finiendã litem per compromiſſum, aut aliam cauſam pertinentem ad negocij deciſionem, de quo fit mentio in dict. authent. ſi tamen, & in dict. clement. quandiu, re vera nihil habet commune cum pacto ſuſpenſionis, aut prorrogationis fatalium, imò per compromiſſum, aut aliam ſimilem conuentionem pertinentem ad finiendam litem, per quam interim ſuſpenduntur fatalia, non ſine magna cauſa & ratione ſperat lex, eo modo litẽ ipſam celerius terminandam eſſe: longè igitur diuerſa res eſt, vt ſi de cauſa appellationis compromittatur tempora interim non currant, ab eo quod eſt fatalia ipſa ſimpliciter prorrogare.

27 Quæ interpretatio manifeſtè ſuadetur, ex eiuſdem clemen. verbis, dum habet quandiu appellationis proſequutio, per compromiſſum, vel aliâs de partium expreſſo conſenſu differtur tempus ad proſequendum eandem, ab homine, vel â iure præfixum

Digitized by Google

fxum minimè currere appellãti, vbi docuit expreſſè negocio ad arbitros delato, vel ex alia cauſa ad finiendã litem pertinente, id enim ſignificat illud verbum, *vel aliàs*, nullo modo tempus currere appellantibus, & nihil aliud dicit iuxta nuper traditã explicationem.

28 Quare ſuperiori adhibita diſtinctione de dilatione conceſſa in publicam vtilitatem, & quę in fauorem partium conceditur, difficile non erit ad concordiam reducere omnia & ſingula iura, initio præſentis controuerſiæ relata, & alia quamplurima, quæ aliàs interſe pugnare, & inuicem diſſidere videbantur, quippè quæ in bonum publicum fuerint introductæ dilationes, nullo modo remitti poterunt, quæ verò in fauorem partium immutari vtique valebunt.

29 Et ad proximè dicta reducenda ſunt in propoſito adducta per Robertum Marantam de ordine iudiciorũ, d. 5. n. 5. Sebaſtianũ Bantium de nullitatibus, tit. ex defectu iuriſdictionis ordinariæ, num. 119. Ioann. de Anile in forma ſecreti ſindicatus interrogat. 49. verb. *condenar*, eundem in libro, iudicũ ſindicatus, c. 3. gloſ. 1. n. 3. Didacum Perez lib. 3. tit. 3. in princip. Petrũ Nuñez de Auendaño lib. 1. Prætorum, cap. 6. num. 3. poſt Caſadorum deciſ. 9. de appellation. num. 9. Ioann. Bolognetum conſ. 23. num. 44. Rolandum à Valle conſ. 18. num. 13. lib. 1. Cæpolam in l. quod ſi nollit, §. ſi quid ita num. 5. ff. de ædilitio edicto.

Summaria ad Controuerſiam 17.

1 *AN verum ſit diſcrimen inter legem canonicam, & ciuilem, quod attinet ed indiciorum inſtantias, & de intellectu Tridentini ſeſ. 24. de reform. c. 20.*

2 *Sententia Couarr. aſſerentis communem eſſe opinionem, & in praxi receptã inſtantiam de iure canonico trienio minimè perire.*

3 *Diſpoſitio legis properandum in Tribunalibus Hiſpaniæ non ſeruatur.*

4 *Attento iure canonico inſtantia iudiciorum in cauſis ciuilibus nõ finitur trienio, & eo elapſo progredi poſſũt iudices, & ſententiam ferre.*

5 *Adducitur ratio præfati diſcriminis, quia iniquum eſſet, quod ius canonicũ ex vna parte appellationes admitteret, à quibuſcumque grauaminibus ante deciſionem cauſæ, & ex alia terminum inſtantiæ præfiniret.*

6 *Prædictam differentiæ rationem inter ius canonicum, & ciuile non ſatis probauit Cou. & conuincitur efficaci ratione.*

7 *Frequentiſsimè Pontifices maximi cõſueuerunt, vbicumque diuerſum ius conſtituitur inter ius canonicum, & ciuile illud, veluti digito intento commonſtrare.*

8 *Optima cõſideratio ex c. venerabilis de iudic. & ex c. cum olim de priuileg. ad conuincendũ præfatũ diſcrimen.*

9 *Aſſignantur diuerſi intellectus à Doctoribus traditi ad dictum cap. cum olim de priuilegijs, vt communem non adiuuet.*

10 *Oſtenditur textum in c. pen. de iudicijs communem non iuuare, & eius intellectus adducitur.*

11 *Nihilominus retinendum eſt in hac cõtrouerſia, id quod in praxi ſeruatur, vt iure canonico inſtantiæ in ciuilibus non finiatur trienio, quo iure ciuili attento finitur.*

12 *Præfata differẽtia inter ius canonicũ, & ci-*

Digitized by Google

& ciuile non tantum fundatur in eo quod regulariter admittat appellationem ab interlocutoria, quam ius ciuile regulariter reijcit, sed multo magis in alia ratione, quam considerauit Bald.

13 Omnia Tribunalia probarunt predictum discrimen, & ipsum ius ciuile in hac parte reiecerunt.

14 Lex canonica non minus intendit litium finem, quam ipsa lex ciuilis, ad quem finem consequendum oportunè prouideri debuit, ne instantia triennio finiretur.

15 Nouè constitutum fuit in d. cap. venerabilis, triennium nullo modo obseruandum esse, pro qua sententia fortiter inducitur ille textus.

16 Rursus inducitur pro dicta nona differentia eadem Decretalis venerabilis, & eius integra perpenditur.

17 Quare illa verba, præsentium authoritate, omissa fuerint, & non contineantur in dicta Decretali venerabilis.

18 Si quis contendat textum in dicta Decretali venerabilis procedere specialiter in iudice Delegato audiri non debet.

19 Circa biennium in criminalibus, nulla est differentia inter ius canonicum, & ciuile, quinimò vtroque iure sic instantia in criminalibus finitur biennio, vt eo lapso reus absolui debeat, nec nouus processus fieri possit, nec in alia instantia noua accusator audiri.

20 Redditur ratio quare necesse non fuerit, quod ius canonicum à iure Cesareo recederet, quin potius expediès, & vtilè, vt obseruaretur biennium in criminalibus, sicut iure ciuili obseruabatur.

21 Decretalis venerabilis speciatim agit de instantia triennij in ciuilibus, neque aliquid inuenitur immutatū iure canonico circa causas criminales,

22 De consuetudine vsuque recepto tribunalium non seruatur. l. vlt. C. vt intra certum tempus, quinimò etiam in criminalibus proceditur quotidiè non seruato biennio, tam in foro canonico, quàm ciuili.

23 Non placet sententia asserentium hodiè per Tridentinum instantiam iudiciorum finiri biennio.

24 In dicto loco Tridentini biennium non instantiæ, sed litis, & causæ intra illud omninò terminandæ præfinitū fuit

25 Licet Concilium statuerit lites omninò finiendas biennio, tamen per trāscursum illius, voluit vt nec causa, periret sicuti in criminalibus decreuerat.

26 Concilium non dixit dictum biennium incipere á tempore litis contestatæ, sed à die motæ litis, quam motam dicimus antequam contestata sit.

27 Licet citatio ad reum non peruenerit, sed tantum à iudice decreta proponatur, adhuc actor impetrans literas ad alium iudicem tenetur de illa mētionem facere.

28 Explicatur text. in Clem. 2. vt lite pēdente, & ponderantur eius verba, vt sopradictis non aduersetur.

29 Spatium præfinitum á Concilio in dicto Decreto indistinctè locum habet in quibuscumque causis tam criminalibus, quàm ciuilibus.

30 Statuitur in dicto Decreto Tridentini, causas omnes ad ecclesiasticum forum pertinentes in prima instantia apud ordinarios locorum dumtaxat tractandas, & intra biennium terminandas fore.

31 Præfatum Tridentini Decretum tantummodo locum habet in prima instantia, non autem in secunda, seu in causa appellationis.

32 Quoties mentio fit in iure de termino instantiæ limitari debet, minimèque procedere quando per subterfugia,

Digitized by Google

& cauillationes partis aduerſæ lis prorrogata eſt, & intra biennium non finita.

33 *Generaliter quæcumque inueniantur ſcripta circa præfinitionem, tranſcurſumque terminorum intelligendæ ſunt, vt termini non cenſeantur præteriiſſe, vbi per cauillationes, & ſubterfugia litigatorum cauſæ fuiſſent prorrogatæ.*

34 *Ponderatur iterum atque iterum Decretalis cum venerabilis ad hoc, quod etiam ſi ſubterfugia, & cauillationes alicuius partis interceſſerint, nihilominus inſtantia mero iure currat, & finiatur, in criminalibus biennio, & triennio in ciuilibus.*

35 *Referuntur authores aſſerentes in caſu cauillationum, & ſubterfugij concedendam eſſe reſtitutionem contra doloſum, & ſubterfugientem, vel de dolo actionem, & relinquitur cogitandum.*

36 *Ennumerantur Doctores qui tractant de materia terminorum inſtantiæ.*

CONTROVERSIA 17.

Vtrum conſtituenda ſit differentia inter leges canonicas, & ciuiles, circa durationem, aut finem inſtantiæ, in ciuilibus, & criminalibus cauſis, & quænam induxerit Tridentinum ſeſſ. 24. de reformatione, capit. 20. circa iudiciorum inſtantias.

QVæ de inſtantia dicere cœpimus in præcedẽti cõtrouerſia, in eam nos diſputationẽ alliciũt, vt videamus, an verũ ſit diſcrimẽ illud vulgo conſtitui ſolitũ inter legẽ canonicam & ciuilẽ, quod attinet ad iudiciorum inſtantias in cauſis ciuilibus, & quid etiam obſeruandum ſit in criminalibus, quaue ratione accipiendũ celebre illud Concilij Trident. Decretũ ſeſſ. 24. de reform. c. 20. tã in principio, quã in ſingulis eius verbis, quæ deinceps ſequuntur, circa iudiciorum inſtantiã biennio nõ finiendã, & quod vlterius progrediatur: quoniã iam diu incredibili teneor deſiderio locum illum arduum, & difficilem explicandi.

2 At in primis Domin. Couarr. in c. quamuis pactum. 2. p. §. 1. nu. 4. teſtatus eſt, communem eſſe opinionem, & in praxi receptam, inſtantiam de iure canonico triennio minimè perire, vt tenuit glo. in cap. anteriorem, §. ad hoc ſancimus. 2. quæſt. 6. & in cap. fin. de dolo, & contumatia, & in cap. penult. de iudic. glo. in l. properandum, verb. *triennij*, ad fin. Robertus Maranta in ſpeculo aureo aduocatorum. 5. part. in princip. num. 14. vbi ex dicta communi ſententia inferebat in foro eccleſiaſtico præcipuè in omnibus terris ſubiectis Eccleſiæ inſtantiam nunquam perituram, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus, cũ in illis ius canonicum ſeruetur. Ad quam ſententiam communem comprobandam allegari etiam ſolet text. in c. cum olim, verbo, *iudices*, de priuil. leg. & in cap. fin. de probationib. & in capit. penultim. de iudic. quamuis hoc vltimum Pontificium reſponſum frequenter dici ſoleat loqui in iudice

Digitized by Google

iudice Delegato, quod negari minimè potest, nec debuit in proposito expendi, vt inferius videbimus.

3 Imò instantiam, neque in ciuilibus triennio, neque biennio in criminalibus perire testatur de consuetudine receptum, Gregor. Lopez in l. 19. glo. *de tres años*, titulo 12. part. 5. & in l. 9. ad fin. titu. 6. part 6. in l. 7. versic. *otro si*, titu. 19. part. 7. durareque instantiam, & reum condemnari, & absolui posse diffinitiuè, etiam post illud tempus, siue agatur per accusationem, siue per inquisitionem, & in consistorio Principis Senatuque Neapolitano, nullatenus haberi rationem termini instantiæ præfixi, testis est Maranta vbi supra num. 15. & hoc iure vtimur, vt dispositio, d. l. properandum, in Tribunalibus Hispaniæ non seruetur, iuxta tradita per Ioan. Gutierrez de iuramen. 3. p. c. 5. num. 4.

4 Sed adhuc fore constituendam differentiam inter ius canonicum, & ciuile vltra proximè citatos tenuerunt Octauian. de Stylo Curiæ lib. 3. cap. 5. num. 1. Bernard. & additio. regu. 338. Augustin. Beroi. in dict. cap. penult. de iudic. num. 12. Abb. num. 2. & 5. cum sequentibus ibidem Didacus Perez ad l. 1. titu. 1. lib. 3. ordinam. versic. 11. cum sequentibus. Rota Bononiens. decis. 76. Bursatus consil. 2. à num. 2. Roland. à Valle consil. 21. lib. 3. & consil. 82. lib. 4. Sebastianus Bantius de nullitatibus titu. ex defectu iurisdictionis ordinariæ à num. 115. Socin. regu. 228. Beroi. à num. 61. & in capit. 1. de rescriptis, ex quibus obtinuit communis sententia dict. l. properandum, procedere secundum ius ciuile, text. verò in dicto capit. venerabilis de iudic. attento iure canonico, secundum quod instantia iudiciorum in causis ciuilibus non finitur triennio, & eo elapso progredi possunt iudices, & sententiam ferre.

5 Sicque ratione probatur prædicta differentia (pro qua vlterius expendi solet, & adduci text. in capit. cum olim. 14. de priuileg. vers. *iudices*, ibi, *quas propter triennium*.) Etenim ciuile ius planum est non admittere, neque admisisse vnquam appellationes ab interlocutorijs, aut grauamine ante diffinitiuam, l. 2. ff. de appellat. recipiend. quas tamen lex canonica generaliter admisit. c. super eo. 22. de appellation. iuncto Tridentini Decreto vbi supra, vers. *nec appellationes*, quo fit, vt lex ciuilis, quæ tales appellationes reijcit iustè putauerit à tempore litis contestatæ vsque ad diffinitiuam, & decisionem causæ sufficere breuius spatium, & sic triennium, in quo instantia quo ad ciuilia negotia concluderetur, & sic celerius terminarentur lites. Contra verò lex canonica cũ admisserit appellationes ab interlocutorijs ante diffinitiuam, quibus multo magis negotia differuntur, nec potuit, nec iustè debuit tempus instantiæ spectare, quòd iniquum videatur ex vna parte appellationes admittere ă quibuscumque grauaminibus ante decisionem causæ, & ex alia terminum instantiæ præfinire, quam rationem probarunt Riminald. in. §. vltim. Instit. quibus alienare licet, num. 52. Beroi. in dict. capit. venerabilis, num. 13. communem fatentes post Abb. num. 7. & alios ibidem.

6 Sed præfatam communem differentiam non satis probauit Domin. Couarr. in c. quamuis pactum. 2. par. §. 1. num. 4. & ante illum Fulgos. & Ias. in d. l. properandum in prin. num. 17. Beroius num. 15. vers. *plures*, Immola, & nonnulli in d. c. venerabilis, de iudic. Roman. & plures ab eodem Couarr. d. loco relati: & conuincitur

Digitized by Google

in primis retorquendo præcedentem proximam conſiderationem: etenim ſi ex eo ius canonicum noluit inſtantiam in ciuilibus triennio perire,& in criminalibus biennio, quia alias admittit,& ſemper admiſsit appellationes ab interlocutorijs, ſequeretur,quod in illis caſibus in quibus ius ciuile admittit appellationem ab interlocutoria in eiſdem triennio, aut biennio non finiretur inſtantia,quia quemadmodum de iure canonico ab omnibus interlocutorijs appellatur, ex eoque dicitur inſtantiam non finiri, ſic de iure ciuili,in quibus admittitur talis appellatio ab interlocutoria,nullo termino finiri debebit inſtantia,tam in ciuilibus,quàm in criminalibus, quod non leue abſurdum eſt, cum abſque diſtinctione aliqua leges ciuiles præſcripſerint,& hoc iure vti voluerint in criminalibus biennio,in ciuilibus triennio inſtantiam finiri: & minimè admittenda ſit talis limitatio ad d. l. properandum, & l. vltim.C.vt intra certum tempus quo ad eos caſus in quibus iure ciuili appellatio admittitur ab interlocutoria,aut grauamine ante diffinitiuam, quia talem limitationem negarunt omnes vtrobique,id eſt tam in dicto capit. penultimo de iudic. quàm in dictis legibus, quarum verbis aduerſatur omninò dicta conſequentia; ſequella autem clara, & euidens eſt, falſum igitur antecedens ex quo ſequitur,& nullo modo recipienda prædicta differentia inter ius canonicum & ciuile.

7 Prætereâ non licet ſine lege inter vtrumque ius diſcrimen aſsignare, non ſolum autem non inuenitur lex canonica illud conſtituens,quinimò publica illa vtilitas. d. l. properandum, peræquè obſeruatur iure canonico,cap.2.de re iudicata,capitulo in principio, capit. finem litibus.de dolo, & contumatia; non ergo conſtitui debet talis differentia. Præſertim cum vbicumque diuerſum ius conſtituitur talem receſſum à iure ciuili frequentiſsimè conſueuerint Pontifices Maximi veluti digito intento conmoſtrare, & nonnulla adijcere verba denotantia talem differentiam,vt in capit.2. ibi, *licet lex ciuilis*, de arbitris in 6. & in capit.ſæpè,cap.ſuper eo. de reſtitut. ſpoliatorum,& multis alijs in locis.

8 Et ſi attendiſti ad verba, & contextum duorum iurium in dict. cap. venerabilis de iudic.& in d.cap.cum olim de priuileg. non cum difficultate perſpicere potuiſti illa ſimpliciter,& de plano conſultationi reſpondiſſe,nec verbum aliquod vſurpaſſe, ex quo præfata communis ſchola deducere potuerit eiuſmodi differentiam,& receſſum à iure ciuili,nec ſignum aliquod, quo denotaretur ius nouum per illas Decretales induci: cumq; in dubio abſque lege expreſſa non ſit inter vtrumque ius conſtituendum diſcrimen, nullibique in iure canonico legatur nouè conſtitutam talem differentiam, ſit conſequens aſsignari nō debere, ex vulg. reg. capit. 1. de noui oper. nuntiatione.

9 Nec communem adiuuat, d. cap. cum olim dum ſupponit litem illic per quadriennium duraſſe, cui multipliciter reſpondetur, vt per Marantam vbi ſupra.5.par.num.35.& DD. communiter in d.l.properandum.§. vlt.dicẽtes,in illo tex.impetratã fuiſſe reſtitutionem in integrum aduerſus lapſum inſtantiæ triennalis, iuxta d.§.vltim.dict.leg. properandum: nec deſunt qui contendant quadriennium, de quo illic non in vna tantum,ſed in diuerſis inſtantijs, & apud diuerſos iudices lapſum fuiſſe,

Digitized by Google

se, cum text. oppositum non dicat, vt cum ingenio considerabat Ias. in d. l. properandum, dicto num. 17. Et deniq; illius quadriennij integer annus transiuit quidem ante litem contestatam, à qua, & non antea currit, & incipit instantia triennalis, vt communiter adnotarunt Canonistæ omnes in d. capit. venerabilis, & tenet communis schola, teste Maranta vbi supra num. 23. & 29. & alijs quos refert: probatque text. in d. l. properandum, in principio, ibi post litem contestatam obseruauitq; glossa communiter recepta in dict. cap. venerabilis, imò fortasis longius aliud spatium illius quadriennij præcesserat ante litis contestationem, & ex consequenti lis in illo text ne quaquam per quadriennium durauerat.

10 Minusque suffragari videtur præfatæ sententiæ communi text. cui ipsa maximè nititur in dict. cap. penult. de iudic. vbi non dicitur instantiam, de qua in d. l. properandum triennio finiri, sed quod iurisdictio Delegati non finitur, neque extinguitur dicto spatio triennij, imò adhuc durat, & Delegatus competens est, & procedere potest reusque apud Delegatum respondere tenebitur, non quidem prosequendo eandem instantiam, sed inchoata noua alia, in qua solutis prius per actorem expensis illius instantiæ, quæ spirauit nouus libellus offerri, & nouus processus fieri debet, prout in causa ciuili per text. ibi, obseruat glo. verb. *rigorem*, in d. l. properandum. §. vlt. vbi Bartol. & Doctores communiter, glo. & omnes in dict. capit. venerabilis, testantur communem Maranta vbi supra num. 47. & alij ex præcitatis Didacus Perez dict. versic. 11. Ioachimus in centuria. 3. obseruat. 50.

11 Quibus ita constitutis, non dubito quin eruditus lector primo aspectu præfatis considerationibus communem sententiam dictum discrimen constituentem labefactari existimet, & euerti omninò: nos verò (à quibus arrogantiæ studium longè abest) probabilius semper existimauimus, & retinendum in hac controuersia, id ipsum quod frequenter in praxi seruari initio retulimus, & quotidiè experimur, non tantum in foro ecclesiastico, vt fatentur Ias. d. num. 27. Maranta num. 14. Bantius, & Perez vbi supra: verum etiam in sæculari, vt post Domin. Couarru. & Gregor. agnoscunt, Gutierrez nu. 4. & alij ex præcitatis, nempè constituendam esse differentiam inter ius canonicum, & ciuile, vt iure canonico instantia in ciuilibus non finiatur triennio, quo, iure ciuili attento finitur, quam satis euincunt rationes, & iura pro hac opinione superius adducta, & frequentissima omnium ferè gentium praxi, & consuetudine satis (nifallor) cõprobata manet.

12 Cui frequentissimę praxi impedimento quo minus procedat esse non possunt, non insubtilia fundamenta, quæ supra aduersus illam adducebamus, ad primũque, (quod est veluti Achilles oppositum tenentium) facilè respondetur eiusmodi verisimam vsuque receptam differentiam inter legem canonicam, & ciuilem, non tantum fundari in eo, quod illa regulariter admittat appellationem ab interlocutoria, quam lex ciuilis regulariter reijcit, vt communis existimat: sed multo magis in eo, quod Pontifices Maximi prudenter considerarunt, & experimento cognouerunt, ad celerius finiendas lites, non esse remedium accommodatum, illud quo leges

Digitized by Google

ciuiles vſæ ſunt,ſcilicet quod triennio periret inſtantia in ciuilibus, iuxta formam dictę legis properādum: quinimò medium illud omninò eſſe fini contrarium *celerius finiendi lites*, quandoquidem pluſquam manifeſtum eſt, ſi perempta priori inſtantia,alia ſecunda, vel etiam tertia ſuper eodem negotio inchoanda ſit, & quoties vna finitur toties alia renouari poſsit,multo magis differenda fore negotia, quam ſi inſtantia vlterius vltra triennium ad plures annos protraheretur. Etenim ſatis experientia compertum habemus plerumque litem, quæ in tertio anno finita non eſt, in quarto, quinto, vel vlteriori eiuſdem inſtantiæ terminari, quod ſi daremus inſtantiam triennio finiri, vt ius Cæſareum voluit, renouata vna, & altera inſtantia in aliud, & aliud triennium,magis differendæ lites eſſent, & conſequenter lex canonica, vt lites celerius finiantur cautius prouidendo, cum iudicio ſtatuit inſtantiam triennio minimè finiri: quippè animaduertit medium illud legis ciuilis, nullatenus opportunum ad huiuſmodi finem aſſequendum, vt qua ſolet ingenij elegantia, & ſubtilitate conſiderauit Bald.in capit. vltim. de dolo,& contumat. & ſequuntur Felin.in principio, Beroius num. 22.& ſeqq.in fine,& alij in d.cap.venerabilis.

13 Quo fit vt prudenter etiam conſuetudo vſusque forenſis reiecerit in hac parte ipſum ius ciuile, non ſolum in foro eccleſiaſtico, ſed in ciuili, & inter fæculares, vt teſtantur Couarruuias, Gutierrez, & alij vbi ſupra, Rebuff. ad leges Galliæ in procemio,gloſ. 5. num. 52. indiſtinctèque obſeruetur ius Pontificium, iuxta prædictam explicationem, & communem differentiam, quam omnia Tribunalia, quæ ad noſtram notitiam noſtram peruenerunt omninò recipiunt,non qualitercumque, ſed tanquam magis bono publico conuenientē,vt celerius lites finiantur,& breuius terminentur.

14 Vnde ſua ſponte deſcendit alterius argumenti ſolutio, quo dicebatur legem canonicam,non minus intendere litium finem, quam ipſa lex ciuilis, ideòque inſtantiam perēquè perituram triennio,iure Pontificio ſicut Cæſareo: fatemur namque antecedens, eam ſcilicet iuris canonici mentem eſſe, vt quatenus fieri poſsit lites dirimantur: & per opportuna remedia cauſæ omnes celerius terminentur.Sed non inde ſequitur (vt ex proximè dictis manifeſtè deducitur) inſtantiam ſicut iure ciuili, ita iure canonico triennio finiendam, & non eſſe in hac parte conſtituendum diſcrimen, inter legem canonicam, & ciuilem: quinimò facillimo negotio (ſi expendiſti, quam nuper adducebamus conſiderationem)retorqueri poteſt, argumentum aduerſus præfatam differentiam reijcientes: cum potius ex eo quod lex canonica maximè intenda, cauſas celeriter terminari, ſequatur illam opportunè prouidere debuiſſe,ne inſtantia triennio finiretur, quo fieret vt cauſæ magis, ac magis protraherentur,differrenturque lites & controuerſiæ omnes.

15 Tandem ad aliud argumentum, quod non ſit locus aliquis iuris canonici ex quo talis deduci poſsit differentia,vltra abbatem in dict.capit. penultimo,num. 6. in fin. quem non ſatis probauit Auguſtin. Beroi. num.23.verſic.*non placet*, & ſolutionem aliam, quæ non obſcurè colligitur ex eodē Beroio ibidem,nu.17. non difficilè reſpondemus Honorium Pontificem Max. conditorem prædi-

Digitized by Google

prædictæ Decretalis venerabilis, no uè in illo loco ſtatuiſſe triennium nullo modo obſeruandum eſſe, quatenus iudici Delegato de quo ibi po teſtatem, authoritatemque conceſſit, fortiter repellendi exceptionem illam finitæ inſtantiæ, & illa non obſtante vlterius ad cauſæ deciſionem procedendi, quam ante text. in d.c. venerabilis, Delegati, non habebant attenta deciſ. text. in d.l. properandū, quæ vſque ad Honoriū in illa Decretali abrogata non reperietur iure canonico.

16 Quod ſi inſtauerit lector interrogando, vbi nā in illo text. aut in verbis eius inueniatur tanta tributa poteſtas Delegatis iudicibus præfatam exceptionem repellendi, eaque non obſtante procedendi vlterius in negotio? reſpondebo integram, ex qua text. ille deſumptus eſt conſulendam ſore, vbi ſub verbo, *infra*, legitur ſic, *Nolentes igitur, vt eiuſdem cauſæ deciſio vlterius prorrogetur præſentium tibi authoritate mandamus quatenus, &c.* quæ verba, *præſentium authoritate*, quis non videt præferre poteſtatem, & authoritatem nouam, quæ antea non competebat, nec competierat vnquam ipſis Delegatis: igitur per illā Pontificiam Decretalē nouè immutata fuit deciſio d. l. properā dum, & ſtatutum ne deinceps trien nio finiretur inſtantia, receſſumque in hoc à iure ciuili, inter quod, & ius canonicum diſcrimen inductum, & conſtituta differentia, ſecundum quam affirmatiuè diluenda eſt propoſita à nobis controuerſia, qua inquirimus, an ſit in propoſito aſſignanda differentia inter leges canonicas, & ciuiles.

17 Si autem quis adhuc ſubtiliter interrogaſſet, quare illa verba, *præſentium authoritate tibi mandamus*, noui juris inductiua, deficiant, aut deficere potuerint ab illa Decretali? minimè grauabimur reſpondere, quod cum Gregor. IX. Decretalium Compillator, id quod Honorius illius Decretalis author ſpeciatim illi Delegato cōceſſerat in ius commune redigere ſtatuiſſet, & collocare in volumen Decretalium, conſultò ſapienterque ommittere potuit, & debuit illa verba, *præſentium authoritate*, per quæ talis ſpecialis poteſtas per ſpeciale reſcriptum, & priuilegium concedebatur, vt omnes in poſterum intelligerent, id quod particulari priuilegio indulſerat Honorius; ius commune iam eſſe, ad Decretalium volumen redactum.

18 Si quisverò contendat, textum in dicto capit. venerabilis, procedere ſpecialiter in iudice Delegato, audiri non debet, cum generalis deciſio d. l. properandum in princip. generaliter locum habeat in quibuſuis iudicibus, tam ordinarijs, quàm Delegatis etiam à Principe, vt patet ex eodem principio, verſic. *ſed omnes*, latèque proſequuntur & explicant communiter interpretes in dict. cap. venerabilis, Burſatus conſil. 2. à num. 2. Bantius de nullitatibus, titu. ex defectu iuriſdictionis ordinariæ, Beroi. Roland. Couarruuias, Maranta, Socinus, Perez, & alij ſupra relati: ergo ſi attēto iure ciuili Delegati iudices exceptionem illam, qua dicebatur inſtantiam iudicij per lapſum triennij perijſſe, reijcere non poterant, quam attento iure canonico, dict. Decret. penultimæ repellere poſſunt: conſequens eſt nouum ius omnibus iudicibus, tā Delegatis, quàm ordinarijs, iure canonico inductum fuiſſe, ſecundum quod inſtantia iudicij, iam per lapſum triennij, nullatenus perijt, nec perire poteſt, quo etiam iure vtimur, vt antea reſoluiſti.

Digitized by Google

d.l.vlt.quinimò abijsse in desuetudinem, & per contrarium vsum abrogatam esse: quantum enim attinet ad ius scriptum si consuetudinem excludas, nulla differentia est, inter ius canonicum, & ciuile iuxta prædicta.

23 Nec mihi vnquam persuadere potui, quod nonnulli comminiscuntur hodiè, scilicet, per Trident. sess. 24. de reformat. c. 20. cuius meminere Gutierrez, nu. 6. & primarius noster antecessor Ignatius de Salcedoin addit ione ad Bernard. vbi supra, instantiam iuditiorum finiri biennio: siquidem illic si præfatum Decretum cũ iudicio consideretur, nec instantia absolutè biennio terminatur, nec pereunt acta habita intra illud: possunt enim litigantes in eo iudicio, & ex eisdem actis si velint, & post biennium litem prosequi attento illo Tridẽtini Decreto, id q̃ nõ licet post terminum instantiæ præfinitum, iuxta d.l properandum, Concilium namque ad eum effectum bienniũ præscripsit, vt eo elapso liberum sit vtrique, vel alteri litiganti, absq; apppellationis remedio, ex noua Concilij prouisione, adire superiores aliás cõpetentes, & apud eosdem litem prosequi in eodem statu in quo antea erat.

24 Verum enim verò pro coronide, & complemento totius præsentis cõtrouersiæ, si perdocto lectori placet circa celebre illud Trident. Decretum, toties in scholis, & Tribunalibus repetitum canamus paulò maiora: & initio in mentem venit expendere, biennium illic nõ instantiæ, sed liti, & causæ, intra illud omninò terminandæ præfinitum fuisse, vt manifestè colligitur ex verbis ipsius Decreti, ibi, *atque omninò saltem infra biennium terminetur.*

25 Rursus quod licet Concilium statuerit lites omninò finiendas esse biennio, tamen per trãscursum illius voluit, vt nec causa periret, sicuti in criminalibus decreuerat. d.l. vlt. neque etiam instantia, vt in ciuilibus constituerat. d.l. properandum: quin potius nouum, & admodum vtile remediũ adhibuit Tridẽtina Synodus adeundi superiores iudices, aliàs cõpetentes, idque non per appellationem, sed recta via, neque ex nouis, sed ex eisdem actis, & in eadem instantia causam prosequantur, & diffiniant ipsi litigantes, vt non obscurè deducitur ex littera prędicti Conciliaris Decreti, ibi, *Liberum sit partibus, vel alteri illarum iudices superiores, aliás tamen competentes adire, qui causam in eo statu quo fuerit assumant, & quam primũ terminari curent, &c.*

26 Præterea considerabam, Concilium non dixisse dictum biennium incipere à tempore litis contestatæ, (vt habetur in d.l. properandum) sed à die motæ litis, quam secundum verborum proprietatem, & omnimodũ iuris rigorem, motam dicimus, antequam contestata sit, iuxta text. & ibi tradita in Clem. 2. vt lite pendente, & authen. litigiosa, cum l. seq. vbi glo. 1. C. de litigios. & authen. qui semel in prin. C. quomodo, & quando iudex, quamuis lectorem eruditum latere nõ credam, effectu motam litem intelligi etiam postquam contestata est, ex traditis per Domin. Anton. de Padilla in l. cum mota. C. de transact. & ex text. in l. 1. C. de præscript. longi temporis, vbi communis schola. c. ex parte. 30. de verbor. iuncta glo. 1. ibidem.

27 Adeo, vt resoluerit Bald. in l. 1. C. de relation. eum qui impetrat litteras iustitiæ ad litem, non teneri mentionem facere, de citatione super eodem negotio apud alium iudicem facta, quasi ante litem contestatam non existat iudicium, de quo men-

tio fieri debeat,& ita ſeruari de ſtylo Curiæ,ſecundum quem tantummodò fit mentio iudicij poſtquã lis conteſtata eſt,quam ſententiam confundunt Doctores ex Clem. 2. vbi glo. vt lite pendente, & ex l.2.C.eodem, & ex reg.c.ſuper litteris de reſcript. & ex text.in cap.cæterum,eodem titu.cap.inter monaſterium.20.ibi, *de proceſſu negotij,&c.* de re iudic. & in ſpecie probat glo.verbo,*ſi dicat*,verſ. *ſuper hoc*,in cap.vt debitus 59. de appellation.vbi latè Deci. num. 14. & poſt Archidiacon.Dominic. & alios ſequiturMenoch.caſu 202.de arbitr. num.7.cum ſeqq. dicens communẽ, vbi poſt Roman. Rotam, & alios reſoluit,quod licet citatio ad reum nõ peruenerit,& ſic non exequuta, ſed tantum á iudice decreta proponatur,adhuc actor impetrans litteras ad alium iudicem, tenetur de illa mentionem facere,quaſi quoad ipſum citatio,iam facta,& lis pendere cenſeatur,idq; obſeruat ſtylus Curiæ,quidquid dicat Bald.vt poſt Bellameram, Staphileum, & alios agnoſcit Menoch.vbi próximè.

28 Neque aduerſatur.d.Clem.2.dum requirit citationem ad partem citatam perueniſſe,quia ex mente communi text.ille non decidit,an & quã do lis pendeat abſolutè, quo ad mentionem in impetratione faciendam, & alios iuris effectus, ſed tantummodò,quo ad effectum illius tituli,ſcilicet,vt innouata lite pendente,& ſtatim, & velut attentata reuocentur, idque patet ex littera.d.Clemen.ibi, *quo ad hoc*, vbi poſt gloſſam adnotarunt interpretes vniuerſi: ad propoſitum tamen præfati Conciliaris Decreti redeuntes,tempus de quo illic, vt iam diximus attendi debet á die motæ litis, antequam conteſtata ſit.

29 Illudque etiam cõſideratione dignũ eſt, ſpatium cuius meminit Concilij ibidẽ indiſtinctè locum habere, in quibusuis cauſis, tam criminalibus,quàm ciuilibus, tam prophanis, quàm ſpiritualibus ad eccleſiaſticum forum pertinentibus, vt ſatis exprimunt verba innitiatiua illius Decreti,ibi,*cauſæ omnes*,& rurſus,ibi,*quomodolibet pertinentes,&c.*

30 Igitur quamuis per Decretum illud,inſtantia iudiciorum,(vt prædixi mus)non finiatur biennio, ſed vlterius progrediatur, iuxta text. in d.c. venerabilis,de iudic.communem explicationem illius, & quotidianã praxim,quam ſacra Synodus ibidem,ſatis probat, & ſupponit: ſtatuitur tamen cauſas omnes ad eccleſiaſticum forum pertinentes in prima inſtantia apud ordinarios locorum dumtaxat tractandas,& intra biennium terminandas fore:quod ſi intra illud nõ terminentur,liberum ſit litigãtibus, vel eòrum alteri adire iudices ſuperiores,aliàs competẽtes, qui cauſam in eo in quo fuerit ſtatu aſſumant proſequantur, & quam primum determinent.

31 Denique admoneo,vt vltimã manum imponam interpretationi relati Decreti, *cauſæ omnes*, prædicta omnia,& deciſionẽ Concilij Trident. tantummodo locum habituram in prima inſtantia ante diffinitiuam ſententiam,vt conſtat ibi,*in prima inſtantia*,non autem in ſecunda, ſeu in cauſa appellationis, in qua alius terminus aliter incipiens,non tantum inſtantiæ verum,& liti,& cauſę iure prę finitur,vt in cap.cum ſit.5. in prin.de appellation.& in Clem. ſicut.eodem titu.vbi DD. aduertunt, Beroi. num. 26.in dict.capit.venerabilis, & Abb. num.4.

32 Atque illud ad extremum huius controuerſiæ omittere nolui,quoties meminimus, & in iure noſtro mentio

mentio fit determino instantiæ, vel liti, aut causæ præfinito, spectari, & attendi debeat, finitus vè censeri, nec ne, ad effectum, vt vlterius lis agitari possit, vel non: tunc quidem considerari oportere vtrum litigatores ipsi, instantiam litem, & causam, per subterfugia, & cauillationes distulerint, in culpaque fuerint, vt negotium intra determinata tempora finitum nõ sit: quandoquidem d.l. properandũ, d.l. fin. & similia eam certam interpretationem semper habuerunt, quæ immutanda non videtur: vt limitari debeant minimèque procedere, quando per subterfugia, & cauillationes partis aduersæ lis prorrogata est, & intra biennium non finita, sicuti apertè tradiderunt Roland. à Valle cõs.82.lib.4. Andr. Tiraq. retractuũ, titu.1.§.12. glo.2. à num.1. post Ias. notab.2.num.27. Iacobin. 20. in d.l. properandum in princ. Abb.num.9. Bero.12.& 19. communemque scholam Canonistarum in d.cap.venerabilis, super glossa ibidem, vers. *sed per se*, plurcsque alios quorum meminit eandem opinionem sequutus Robertus Maranta de ordine iudiciorum, 5.part.à num.30.

33 Iuxta quam etiam limitationem accipienda est præfata differentia à nobis superius assignata inter legẽ canonicam, & ciuilem, & quæ afferunt Doctores, & nuper obseruauimus circa bienniũ in criminalibus, & triennium in ciuilibus, tam circa d.cap.penul.de iudic, quàm circa prę fatum celebre Decretum Concilij Tridentini: & generaliter quæcumque inueniantur scripta circa præfinitionem transcursumque terminorum, vt minime præterijsse censendi sint, vbi per cauillationes, & subterfugia litigatorũ causæ fuissent prorogatæ ex supradictorum sententia, quàm si volueris vltra per ipsos addu

cta comprobare poteris, ex l.vlt.ad fin.C.de adulter.l.intra vtilè.in prin. vbi glo.vlt.ff.de minoribus. l. si cum ipse 43.vbi Bart.ff.de excusation.tutorum, cum alijs.

34 Licet ipse iuuenis adhuc publicè legendo dum Cathedram Decretorum Regerem aduersus prædictam traditionem, plura non in subtilia expenderim, probare contendens, etiã si subterfugia, & cauillationes alicuius partis intercesserint, nihilominus iudiciorũ instãtiam mero iure currere, & finiri in criminalibus biennio, & triennio in ciuilibus, adductus ex doctrina text.in sępè allegato.c.cum venerabilis, vbi si expendisti Archiepiscopus ille replicando allegabat finitam fuisse instantiam non simpliciter, sed per cauillationes, & subterfugia aduersariorum, vt exprimunt illa verba, *Archiepiscopus proposuit*, & illa, *per subterfugia, &c.* quam allegationẽ pronihilo ducés HonoriusPapa non attendit ad illam, sed solum ad obiectam exceptionem finitæ instantiæ, quam simpliciter, & absolutè reiecit, nec considerauit, aut approbauit prædictam replicationem, quod scilicet aduersarij subterfugijs, & cauillationibus negotium distuliſſent: igitur subterfugia, & cauillationes cursum instantiæ non impedient.

35 Posteaque prouectior factus, (& si non ex hac consideratione) inueni nonnullos non infimiæ notæ authores, idem sensisse, Nicolaus Boer.decis.247.n.14. Augustin.Beroi.vbi supra, num.26. Anton. & Aretinus in d. cap. venerabilis, post glossam, verb. *trium*, in d.l properandum. §. fin autem vtraque, respondere contendentes iurium decisionibus in d.l. si cũ ipse, & in d.l. intra vtile cũ alijs, nec non docẽtes in casu cauillationum, & subterfugij, concedendam esse restitutionem contra dolosum, & subterfu-

terfugientem,vel de dolo actio,ex l. arbitrio.19.§.pen.ff.de dolo,ex quibus quid in hac re tenendum ſit in puncto iuris(nam in praxi tutior eſt ſuperior pars) perdocto lectori relinquo cogitandũ,qui per lectis Abbate,Antonio,Aretino,Marãta, & Boerio proximè citatis locis, non cum difficultate veritatem aſſequetur.

36 Reliqua autem in materia terminorum inſtantiæ proſequenda ſunt vltra Doctores,& ſcholam communem in d.l.properãdum, & in d.cap. cum venerabilis,cum Nicolao Boerio deciſ.283.â num.4.Burſato, Marauta,Perez,Rolando,Gutierrez, & alijs ſuperius relatis, Grammatico deciſione 69. Blãco de compromiſſis, quæſtione 6. à num. 7. Rota Bonon. 76. qui latè exornant deciſionem text.in allegata.l. properãdum, & ſimilium.

Summaria ad Controuerſiam 18.

1 *INdiſtinctè valet pactum per quod probationes teſtium, & omnis alia probatio impediatur, vtque debiti ſolutio,aut alius contractus per inſtrumentum dumtaxat probari valeat.*

2 *Omnes leges quæ principaliter pertinent ad res priuatas, & vt ſubditi ius ſuum conſequantur continent bonum priuatum, & ius renuntiabile per partes.*

3 *Leges ſtatuentes, quod teſtes non recipiantur ſine iuramento: & quod eandem vim habeant teſtes, & inſtrumenta,indubitati iuris eſt continere ius priuatum renuntiabile.*

4 *Probatur per argumentum à fortiori valere prædictam conuentionẽ,quod ſolutio probari non poſſit,niſi per inſtrumenta.*

5 *Valent conuentiones,quod vnius teſtimonio cauſa diffiniatur:& quod cauſa decidatur iuxta aſſertionem, & declarationem alterius partis.*

6 *Partes conuentione efficere poſſunt, vt contractus nõ valeat,niſi in ſcriptis redigatur, & conſequenter ne teſtes admittantur ad probationem, & quod ſolutio ſolum per inſtrumentum probetur.*

7 *Hanc ſententiam primus omnium probauit Azo, quem retulit Hoſtienſis,& poſtea alij ſequuti fuerunt.*

8 *Non ſatis percipi poteſt quid mouerit contrariam cõmunem ad improbandam dictam conuentionem, & quod magis eſt ad affirmandum à ſua ſententia in iudicando & conſulendo recedendum non eſſe.*

9 *Si pactum hoc quaſi bono publico contrarium non valeret,neque etiam valeret iuramentum quo tale pactum confirmaretur.*

10 *Fit ſeparatio inter ipſum pactum, & iuramentum,ad euitandam vim prædicti argumenti.*

11 *Non coherent interſe pactum non valere,tanquam bono publico contrarium, & quod iuramento firmari poſſit.*

12 *Licet teſtes inuenti ſint, vt vnuſquiſque ius ſuum conſequi melius poſſit, non tamen affirmandum eſt vtilitatẽ teſtium publicam eſſe.*

13 *In l.quoniam.C.de hæreticis, dum probationes non fore reſtringendas deciditur nentiquam ſermo fuit de reſtrictione probationis, quæ fit per pactum inter litigatores.*

14 *Conuincitur media ſententia aſſerentium,quod ſi teſtes fuerint legaliſſimi, non obſtante conuentione ſint admittendi,& indiſtinctè ſtatuitur omnia & ſingula probationum genera*

nera per conuentiones paciſcentium poſſe remitti.

15 *Interpretatur text. in l. 1. §. inde quæritur. ff. de noui operis nuntiatione.*

16 *Intelligitur textus in l. ſi conuenerit 26. ff. de re iudicata, & concluditur, quod ſi partes concordant qualiter ſententia ferenda ſit index ſequi debebit eorum voluntatem.*

17 *Intelligitur text. in l. ſi filio familias 2. ff. quarum rerum actio non detur, & aſſignatur vera ratio illius deciſionis.*

18 *Aſſignatur concludens, & optima ratio ad cap. tuis. 39. de teſtibus, & redditur ratio quare ibi iuramẽtum teſtium remitti potuerit.*

19 *Iuramentum calumniæ ideò remitti non poteſt, quia pro bono publico introductum eſt.*

20 *Calumniæ iuramentum non pertinèt ad eſſentiam, ſed ad ſolemnitates iudicij accidentales, & ſi ommittatur valebit proceſſus, & ſubſtinebitur, & intelligitur tex. in cap. 1. §. propter de iuramento calumn. lib. 6.*

21 *Diſplicet quod aſſerunt Doctores circa intellectum d. §. propter, ſcilicet calumniæ iuramẽtum tacitè remitti poſſe non autem expreſſé.*

22 *Abſurdum eſt plus tribuere tacitæ renuntiationi, quam expreſſæ, & maius abſurdum, quod priuati per tacitam renuntiationem bono publico derogare valeant.*

23 *Reſolutio quæ habet valere pactum, ne debiti ſolutio probari poſſit per teſtes, ſed tantum per inſtrumenta, intelligenda, & temperãda eſt, dummodo cauſa de qua tractatur circa rem priuatam verſetur, & referuntur exempla in quibus pactum non valeret.*

24 *Si litigatores ſuper priuato negotio in libera ſua voluntate exiſtenti paciſcerentur, vt in ſpecie, d. capit. tuis valeret proculdubio conuentio.*

CONTROVERSIA 18.

Vtrum ſtantibus legibus, ſeu conſtitutionibus Principum, præcipientibus falſitates euitari, & rerum veritatem in iudicijs patefieri, vt ius ſuum vnicuique tribuatur: illis non obſtantibus valeat pactum, ne debiti ſolutio, aut alia conuentio probari poſsit per teſtes, ſed tantum per inſtrumenta.

1 DISPVTATIO hæc nunquã me ita anxium, & ſolicitum tenuit (cui moris eſt res difficiles controuertere, nec faciles proſequi) vt tempus conſumerem in eius inueſtigatione, niſi illam mirum in modum controuerſam legiſſem apud vtriuſque iuris profeſſores, illoſque magni nominis, & authoritatis. Semper enim habui pro conſtanti non obſtantibus iurium deciſionibus in l. curent. 22. ff. de teſtib. l. teſtium. C. eodem. l. illicitas. ff. de offic. Præſid. authẽ. de tabellionib' in princip. præcipientibus falſitates euitandas eſſe, rerũ veritatem in iudicijs patefaciendam, vt ius ſuum vnicuique tribuatur: & quod magis eſt non obſtante deciſ. text. in l. quoniam. 11. in fin.

Digitized by Google

fin. C. de hæretic. qua deciſſum eſt magnopere Reipublicæ intereſſe probationes non reſtringi, valere nihilominus indiſtinctè pactum,ſeu cõuentionem per quam non ſolum probationes teſtium,ſed omnis alia probatio impediatur,vtque debiti ſolutio,aut alius contractus per inſtrumẽtum duntaxat probari valeat.

2 Ex his quæ non ſemel, ſed iterum & ſæpè in lõgo huius tertij libri diſcurſu à nobis reſoluta ſunt valere omne pactum ius publicum non offendens:ſanè conuentionem de qua in titulo controuerſiæ priuatum tantum præiudicium paciſcentium continere,pluſquam manifeſtum eſt: indeque fit nihil proponi, quominus valere debeat. Maximè cum omnes leges (quæ principaliter pertinẽt ad res priuatas & vt ſubditi ius ſuũ conſequantur)planè contineant bonum priuatum, & ius renuntiabile, iuxta l. 1.§.huius ſtudij.ff.de iuſtitia, adiũcta l.ſi vnus.§.pacta in fin. ff.de pactis: igitur quibuscumq; probationũ generibus, conuentionibus partium poterit renuntiari, & liberum illis erit ſe reſtringere ad probationẽ per inſtrumentum.

3 Nec mirum, habemus enim leges ſtatuentes,quod teſtes non recipiantur ſine iuramento, & quod eandem vim habeat teſtes,& inſtrumenta,latas,&introductas pro bono publico, quibus non obſtantibus indubitati iuris eſt,continere ius priuatum renuntiabile,iuxta text.in cap. tuis, de teſtib.& ſimilia:pari ergo ratione paciſci poterunt partes inter ſe, vt in hoc vel illo negotio ſolis inſtrumentis ſit fides adhibenda.

4 Præterea per argumentum â fortiori,difficilior namque eſt illa conuentio qua partes paciſcuntur,vt ipſis ſolis,aut vni teſti, aut non iuratis teſtimonijs integrè credendum ſit, ſiquidem maius ibi occultandæ veritatis,& fraudis periculum verſatur, quod multo magis deteſtantur allegatæ leges, necnon Imperatores in l.omnibus.C.de teſtibus, & Pontifices Maximi in cap.licet.23. cap. nuper de foro competenti: eſt autem extra omnem controuerſiam valere tale pactum, vt vel ipſi parti, vel vni teſti,vel non iuratis teſtibus plena fides adhibeatur:igitur â maiori ad minus multo potiori ratione admittenda erit prædicta conuentio,ne debiti ſolutio,aut alius contractus probari poſsit per teſtes,ſed tantum per inſtrumentum. Maiorem huius argumentationis probant iura manifeſta & vulgaria: minorem verò, ſcilicet quod valeat conuentio omnimodã fidem adhibendi ipſismet, & ſolis litigatoribus,eleganter probauit Couarr.reſolution.lib.2.cap.13.num.1. poſt Philipp.Dec. in cap. 2. num.10. de fide inſtrumentor.Bart.in l.vlt.ff. de prætorijs ſtipulat.DD.& ſcholam communem per text. ibi in l. vlt. C. de fideicomm.

5 Nec non ſecunda eiuſdem minoris pars hoc eſt litigantium conuentione fieri poſſe, vt vnius teſtimonio cauſa definiatur manifeſtè etiam cõuincitur,ex adductis per Domin.Couarr.vbi proximè, num. 2. verſ. *ceterum*,& antea num.1.vbi verum & receptum eſſe dixit conuentione, & conſenſu litigantium,& contrahentium, rectè fieri poſſe, vt cauſa, & lis decidatur iuxta aſſertionem, & declarationem alterius partis, & actorem,vel reum poſſe totam litem delatione iuramenti alteri ſecum controuertenti committere, vt ante ipſum Couarr.adnotauerant communem dicentes Alexan.conſ.47.lib.1. num.4.& conſ.54.lib.2.num.1.Iaſ.in l.ius iurandum quod ex conuentione,colum.2. ff.de iure iurand.Andr.

Alciatus

Alciatus in l.1.§.vlt. ff.de verbor. obligation.n.24.poſt Dinum Rayner. Bart. & Angel. in d.l.vlt. ff. de Prætor.ſtipulation.& voluit Philip.Dec. in cap.veniens, de teſtibus, col. vlt. & in capit.2.de fide inſtrumen.num. 10.& probant iura ab eiſdem allegata in l.penult. ff. de arbitr. vbi adnotauit gloſſa d.l.vltim. C. de fideicommiſſ.l.in perſonam. §. generaliter.ff.de reg.iur.l.hæc venditio.ff.de contrahen.empt. & ſimilia : pariterque ſuadetur tertius caſus aſſumptus ſub minori præfatæ argumentationis,caueri ſcilicet poſſe per litigantes,vt teſtibus nõ iuratis penitus credatur ex iuribus expreſsis,in d.capit. tuis.39.de teſtib. & in d. cap. nuper: procedit ergo conſequentia,vt multo melius valeat pactum, quod ſolis inſtrumentis credatur.

6 Rurſus confirmatur prædicta doctrina,quam non ſolum certam, ſed perſpicuam eſſe dicimus, ex traditis per Philipp.Decium in cap.2.de probation.num.13.vbi voluit pacto litigantium effici poſſe ne ſolutio, aut diſtractus probari valeat, niſi per ſcripturam,quemadmodum in l.contractus.C.de fide inſtrum. ſancitum eſt,vtique partes conuentione efficere poſſe, vt contractus non valeat, niſi in ſcriptis redigatur,pari ergo ratione poterunt pacto efficere ne teſtes admittantur ad probationem.

7 Vnde hanc noſtram ſententiam primus omnium quos viderim,id eſt valere tale pactum probauit Azo. quem retulit Hoſtienſ.in ſumma, tit. de renuntiat. §. qui poſſunt, verb. *quid de pacto*,Alex.in l.iuuemus,num. 10.C.de iudic.vbi Salicet.Philippus Deci.in c.2.in fin.de probation.Aymõ conſ.216.n.1.poſt gloſſam,verb. *in ſcriptis*.12.caſu,in c.1.§.2.de cenſib. in 6. & defendit Immola poſt alios quos refert, in l. cuſtodias. ff. de publicis iudic.plures alij relati per Tiraq.de retract.lib.1.§.2.glo.1.nu.17. Roland.conſ.88.lib.3.Ioan.Gutierr. de iuramento confirmat.1.part.cap. 66.num. 1.

8 Quæ cum ita ſint nunquam ſatis percipere valui, & ſi diu cogitauerim,quid mouerit communem contrariam,quã ante omnes tenuit glo. recepta in authent. vt ſine prohibitione matres.§.præterea, verb. *Senatus conſulto*,ad mediũ,collat.7.& probauit glo.1.in d.l.iuuemus. C.de iudic.ſequuti ſunt Socin.in cap. ſi diligenti.de for.compet.num.16.Felin. num.12.Immol. num. 11. poſt Abb. num.8.Anton.de Butr.num. 16. ibidem,dicentes communem & veram ſententiam, prędictum pactum, *quod conuentio, aut ſolutio probari non poſſint, niſi per inſtrumentum*, minimè valere : quam receperunt Iaſ. numer. 5.& plures ab eo relati in d. l. iuuemus,vbi Bart.num.1.Roland. à Valle plures etiam referens conſ.88. lib.3. Andr.Tiraq.de retract.lib.1.§.2.glo. 1.num.17.Hippolytus qui longo ſermone proſequitur ad rubr.C.de probation.num.33.Ioann. Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. par. c. 66.num.1.Et quod plus eſt affirmaſſe prædictos Patres ab iſta ſua ſententia in iudicando & conſulendo non fore cedendum.Etenim ratio fundamentalis per ipſos adducta dicentes per tale pactum ius publicum offendi cũ in probatione teſtium communis vertatur vtilitas,iuxta text. in authent.de teſtibus in princip.collat.7. ibi,*teſtium vtilitas adinuenta*,& ibi,*licere autem omnibus viliſſimis teſtimonium prohibere*,& expedire Reipublicæ falſitates euitari, & rerum veritatem in iudicijs patefieri, vt ius ſuũ vnicuiq; tribuatur,ex iuribus initio huius diſputationis relatis,& Bartoli doctrina in l.4.§.hoc autem.n.5.ff.de damno infecto,

infecto,iſta inquam ratio non modo fortis non videtur,ſed penitus innanis,& ſuperuacua,quæ ſatis conuincitur ex efficaciſsimis fundamentis pro priori nuper ſententia relatis, & quis dubitare poteſt leges,& conſtitutiones Principum ſæcularium,ſiue Decreta Pontificum circa probationes,& teſtes,rectè poſſe per ipſos litigantes renuntiari.

9 Adeò vt ſi docto lectori placet, nõ grauemur efficaciſsimo ad hominẽ (vt dici ſolet) argumẽto planius adhuc prædictam communem euertere,quia ſi pactum hoc, quaſi bono publico contrarium non valeret, neq; etiam valeret iuramentum quo tale pactũ confirmaretur,ex reg.l.iuriſgẽtium.§.ſi paciſcar,& d.c.ſi diligenti, at cõmunis ſententię authores omnes fatẽtur huiuſmodi pactũ iuramento cõfirmatũ eſſe ſeruãdũ, vt videre eſt apud Anton.de Canario in tract. de execut. inſtrumenti. q. 36. num.75. Marcum Anton. in tractatu de viribus iuramenti, nu.241. Rolandum à Valle vbi ſupra,num.4.Ioannem Gutierrez d.c.66.num.3. poſt Ioannem de Immola,Felinum,& Decium prædictis locis:igitur communis ſententiæ ſectatores,aut fateri debent pactum hoc non confirmari iuramento, aut certè ſine iuramento valere, vt nos cum Azone,& ſequacibus affirmamus.

10 Sed contendet fortaſſe quiſpiam huius argumenti vim euitare, adhibita diſtinctione & ſeparatione facta inter ipſum pactum & iuramentum, vt pactum quidem tanquam bonum publicum ſecundario offendens vtique valeat,iuramentum autem contra bonum publicum ſecundario ob ſeruandum ſit,iuxta text.quem nonnulli ſic intelligunt in c.licet,de iure iuran.lib.6.& in cap.cum contingat, eodem tit.in Decretalibus.

11 Verum vt in hac parte ſicut ſoleo, ingenuè fatear quod ſentio: profecto nunquam aſſequutus ſum,quomodo cohæreant inter ſe pactum non valere tanquam bono publico contrarium, & quod iuramento firmari poſsit:didici enim(quod notiſsimum eſt inter omnes)iuramento, nec iuri publico, nec tertio præiudicari poſſe,iuxta c.quamuis pactum, de pact. in 6.& ea quæ poſt Cumanum ſcripſit Iaſ.in l. nemo poteſt. 1. lect. n.83. ff.de legat.1.& iura vulgaria in d.c.ſi diligenti,& in l.2.& in l.quemadmodum.C.de agricol.& cenſitis,lib.11. certiſsimum autem eſt, præiudicium illud boni publici(quidquid Doctores ſecũdarium appellent) adeò eſſe conſiderabile,vt non patiatur valere pactum, ſicuti communis ſententiæ Doctores comminiſcuntur, & tenent:fieri igitur non poterit,vt confirmetur iuramento, quod nec iuri publico, nec tertio præiudicare valet, ac perconſequens non ſatis ſibi conſtant, dum pactum non valere contendunt tanquam iuri publico contrarium, & ex altera parte affirmant,poſſe nihilominus iuramento firmari. Quare dicta cõmuni reiecta verior, & ſecurior eſt, quam aduerſus communem defendimus ſententia, indiſtinctè affirmantes valere pactum omnem penitus probationem impediens, vel quod debiti ſolutio,aut alia conuentio probari nõ poſsit per teſtes,ſed tantum per inſtrumentum.

12 Nec quæ pro cõmuni afferebãtur argumenta aliquid habent momẽti, ſi conſideres vtilitatẽ teſtium veriſimũ eſſe ob ipſas probationes inuentã eſſe,id eſt,vt vnusquiſq; ius ſuum conſequi melius poſsit, non tamen affirmandum eſt, vtilitatem teſtium publicam eſſe, & hæc fuit mns Imperatoris in dicto authentico de teſtibus,

Digitized by

teſtibus non autem docere leges illas,quæ teſtium probationē inuenerunt ad bonum publicum ſpectare, cū multo verius ſit pertinere ad bonū priuatū per partes renūtiabile, cuius contrariū,neque inuenitur, neq; inueniri poterat in iure deciſſum.

13 Probationes autem reſtringēdas non eſſe,neque coarctandas per legē generalē ſine maxima cauſa,quia vergit in perniciem ſubditorum,quibus leges conſulere tenentur, rectè dixit text.(quæ fuit eius mēs)in d. l. quoniā,C.de hæretic.vbi dū probationes non fore reſtringendas deciditur,neutiquam ſermo fuit de reſtrictione probationis,quę fit per pactū inter litigatores,aut contrahētes, quos iuri ſuo renuntiare valere,pluſ quam manifeſtum eſt.

14 Ex quibus minus placet altera opinio inter prædictas media,quam aliqui non contemnendi pręceptores adinuenerūt, recuſantes prędictum pactū,q nos indiſtinctè admittimus, ſine aliqua diſtinctione recipere: aiunt enim pacto ſinedubio fieri poſſe,vt pauci homines, & quedā viles perſonæ, quæ aliàs ſecūdum iuris regulas non exiſtente pacto admitterentur,propter ipſarum partium conuentionem non admittantur.Cæterum(inquiūt)ſi teſtes legaliſsimi fuerint,& graues,ſeu numero quinque, quidquid contrahentes facta conuētione decreuiſſent non eſſe admittēdos,illa non obſtante admitterentur,ea ſolum quam afferunt ratione, ne ſcilicet auferatur probationis copia: quam ſententiam ſequuti ſunt Panormitan. ſibi contrarius in dict. cap.2. de probation.num.18.Ioann. de Immola vbi ſupra, n.11.Socin. & Felin.in d.c.ſi diligenti, n. etiam 11. & plures alij, quos ipſi referunt, adeò vt ſinedubiò communis ſit præhabita diſtinctio, & opinio media, à qua nō diſſentire dicunt tex.in l.vlt. adiuncta authentica,ſed hodiē, & in l.teſtium. C. ſi certū petatur,nec nō in l.contractus,C.de fideinſtrumen. quæ tamen vt vides ex proximè reſolutis apertè confunditur,cum manifeſti iuris ſit indiſtinctē omnia & ſingula probationum genera, per cōuētiones paciſcentiū poſſe remitti, cū omnes in vniuerſum probationes ad bonū priuatū, vt prędiximus pertineāt,nec publicā reſpiciāt vtilitatē.

15 Vndè nonnulla vtiliter pariter, & acutè inferēda ſunt:& in primis colligo interpretationē ad tex.in l.1.§.in dè quęritur,ff.de noui oper.nuntiat. vbi cū quęſitū eſſet apud Celſum an dāda eſſet conuētionis exceptio, ſi poſt opus nouū nūciatū,nunciāti cō ueniret cū aduerſario vt opus faceret.Celſus reſpōdit dandā eſſe cōuētionis exēptionē, nec periculū eſſe, ne pactio priuatorū,iuſu Prætoris antepoſita videatur,cui hoc munus prę cipuè impoſitū erat, vt cōtrouerſias eorū dirimeret,à quibus ſi ſpōte receſſerint debebit id ratū habere. Idque nō alia ratione,quā quod edictū noui operis nūtiationisprincipaliter inductū fuit in fauorē priuatorum, ideò ſuper ipſo potuerūt litigātes paciſci,abſq;derogatione iurispublici.

16 Similique modo accipiendus eſt, alter Vlpiani locus relatus in l.ſi cōuenerit.26.ff. de re iudic. vbi ſi inter litigantes conuentum fuit, quid pronuncietur,non absre dixit I.C. iudicem facturum, ſi huiuſmodi ſententiam protulerit: ea eleganti ratione, quam ſupra tetigimus, quia ſi partes cōcordant,qualiter ſententia ferenda ſit,iudex ſequi debebit eorum voluntatem,vbi ſuper iure priuato cōtrouerſia fuerit,nec diſceptabitur ſuper iure publico.

17 Ex eodēque principio intelligendus eſtPaul.libr.71.ad edictū,relatus

Digitized by Google

in l.ſi filio familias.2.ff. quarum rerũ actio nõ detur,vbi ſi filio familias delatum ſit iusiurandũ,& iuraucrit patrẽ ſuũ dare non oportere,danda eſt patri exceptio,iuxta tex.in l.ſi. ff. de exceptio.& in l.quãto magis,ff.de iure iurando, idque non alia de cauſa quãquod litigantes deferendo iuramentũ aduerſario alterius litigantis patrẽ,non debere decẽ, v.g. quæ abeo petebãtur,tanquã ſuper iure priuato paciſcẽtes omne ſuũ ius deferre potuerũt,ipſumq; extingui, & ceſſare omninò ſi filius iuraſſet patrem ſuũ dare nõ oportere, ita vt ſummã cũ ratione ipſi patri danda foret exceptio cõtra actionẽ,ſi quę eſſet,quę potius iam per filij iuramentum ſublata manebat.

18 Tandẽ ex dictis erit aſsignanda cõcludens,& optima ratio ad ſæpè allegatũ Pontificiũ reſpõſum in d.c. tuis 39.de teſtibus,vt iuramẽtũ teſtiũ ea ex cauſa remitti valeat,quia ad priuatã litigatorũ vtilitatẽ ſpectat, nõ verò ad ius publicum,vt conſiderarunt Ioann.Crot.in l.nemò poteſt, n.24. ff.delegat.1.Felin.in c.ſi diligẽti, nu. 11.Franciſc.Ripparien.in l.admonẽdi,n.199.ff.de iure iurãdo,poſt Bart. in l.1.§.1.ff.de ferijs quẽ ſequuti ſũt, Alex.ibidẽ.n.17. & Iaſ.n.12.

19 Scitu autem & cognitione dignũ eſt,retro Philoſophandum eſſe, circa iuramẽtum calumniæ, quod ideò remitti nõ poteſt,quia pro bono publico introductum eſt,iuxta tex.in l. 2.§.ſed quia,C.de iure iurãdo, propter calumniam,ibi, *quia non pro cõmodo priuatorum,ſed pro communi vtilitate præſentem legem poſuimus: ſancimus omnes iudices,licet ex compromiſſo cognoſcant vigorem ſuum exercentes,minimè pati tale ſacramentum remitti*, & cætera quæ ſequũtur declarãt optimè Areti, Felin.& Iaſ. vbi ſupra.

20 Licet benè verum ſit, quod cum hoc calumniæ iuramentum non pertineat ad eſſentiam,ſed ad ſolemnitates iuditij accidentales, ſi ommittatur valebit quidem proceſſus,& ſubſtinebitur,iuxta tex. ſic intelligẽdum in c.1.§.propter de iuramẽto calumniæ lib.6.vbiBonifacius,propter omiſſum tacitè in tota cauſa calumniæ iuramentum,rectè dixit iudicialem proceſſum, aliàs legitimè factũ non eſſe nullum,neque etiam annullandum,quia non eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij,ſed ad ſolemnitatem accidentalem (vt diximus)ſpectat.

21 Nobis tamen diſplicuit iam diu, quod circa intellectum dicti.§. propter perperam aſſeruerunt Iaſ. in l.cũ quid,n.19.ff.ſi certum petatur, Felinus.3.Abb. num.6.cum ſchola communi in d.c.tuis, poſt gloſſam receptam in eodem §. propter,differentiã conſtituentes,quod iuramentum calumniæ,tacitè remittatur, vel expreſsè,aſſerentesque non annullari proceſſum,licet tacitè ommitteretur calumniæ iuramentum, expreſsè verò nullatenus remitti poſſe, iuxta dict. §.ſed quia,tacitè autem remitti valere, iuxta dict. §. propter, quos duos §§.ſic adhuc accepit præfata communis ſchola,adijciens dict.gloſ. receptа,in dict.§.propter, verb. *tacitè*, non valere conſuetudinem de ipſo iuramento calumniæ non præſtando,iuxta text.in c.cæterum de iuramento calumniæ.

22 Non inquam placet, nec placere mihi potuit iſta communis traditio, cui abſurdum ſemper viſum eſt,plus tribuerè tacitę renuntiationi, quam expreſsę quod prædicti Patres fateri tenentur,retenta ſua interpretatione. Rurſus quia longè maius abſurdum,ſequitur apertè ex eorum ſententia, quod priuati per tacitam renuntiationem bono publico derogare

Digitized by Google

gare valeant,ſanè conſtãs eſt omniũ ſententia,calumnię iuramentum ob vtilitatem publicam introductum eſ ſe,cui priuatorum pactionibus dero gari nequire plus etiam quam mani feſtum eſt: igitur appoſitum diſcri-men per Doctores, inter renuntia-tionem tacitam & expreſſam iuris iu randi de calumnia nullo modo va-let nec debet ſubſtineri,deciſsioque text.in dict. capit.1.§. propter in eo ſtat,quod ſolemnitates ommiſſę ac-cidentales fuerunt, & ideò non mi-rum,proceſſum valuiſſe illis ommiſ-ſis.

23 Superior tamen â nobis tradita reſolutio, qua diximus valere vtiq; pactum,foreque obſeruandum , ne debiti ſolutio , aut alia conuentio probari poſsit per teſtes, ſed tantum per inſtrumentum , ſic intelligenda, & temperanda eſt, dummodò cauſa de qua tractabitur , ſeu controuer-ſum negotium , circa rem priuatam verſetur,& quæ ſit in partium libera voluntate:perſpicuum enim eſt , in his quæ non pendent ab illarum po-teſtate,inutile ſuturũ pactum ipſum, vt vtriuſque membri huius diuiſio-nis præmanibus extant notiſsima exempla: quoniam ſi ſuper cauſa ca-pitali controuerſia ſit,in qua non li-cet propriam ammittere defenſio-nem , niſi vera charitate ſuadente, aut alia maxima cauſa,argumento.l. liber homo,ff. ad l. Aquiliam,planũ eſt non valere pactum, ſuper tali cau ſa,quemadmodum pari ratione non valeret,ſi ageretur de beneficio Ec-cleſiaſtico, quod obtineri non po-teſt, ſine canonica inſtitutione, reg. beneficium, de regu. iur.in 6. planè omnis alius ad beneficium ingreſſus in pactum deductus vitioſus foret, dict.regu.refragante, ſimiliter inna-nis eſſet litigantium conuẽtio ſuper matrimonio dirimendo , aut impe-dicẽdo, propter aliquod impedimen-tũ,iuxta tex.in c.ſuper.de eo qui cog nouit conſanguineam.

24 Si verò litigatores , ſuper priuato negotio in libera ſua poteſtate exiſ-tenti paciſcerentur,vt in ſpecie dict. cap.tuis 30.de teſtibus, valebit pro-culdubio conuentio , vt ſic diſtin-guentes ſatis cum iudicio conſidera runt inſignis Couarru.de ſponſalib. 2.par.capi.8.§. vltim. nume.15. poſt plures ab ipſo relatos, ante quem ita docuerant Felin. in dict. capit. tuis, numero 4. Abb. numero 5. & com-munis ſchola ibidem Iaſ. in l.1. §. 1. numero 14.ff.de ferijs, & in ce-lebr.l.nemo poteſt,nu-mero.31. ff. de-legat.1.

Summaria ad Controuerſiam 19.

1 *PRobationes aliquando plures,ali quando pauciores exigunt teſ-tes ſecundum varias circunſ-tantias.*

2 *Refertur opinio dicentium , nec lege, nec conſuetudine fieri poſſe , vt vnius teſtimonio plena fides adhibea tur.*

3 *Superior opinio in effectu ſentit regu-lam illam,* in ore duorum , vel trium,&c. *naturalem & diuinam eſſe, vt contra illam Summus Pon-tifex diſpenſare non poſsit.*

4 *Referuntur iura expreſsè dientia, con-tra legem diuinam eſſe, quod vni te ſti in aliqua cauſa credatur.*

5 *Inducitur text.in cap. cum eſſes de te-ſtament. & in cap. 2.de probation. dum dicunt ſeptem teſtes, & iu-ramentum requirere, vltra proba-*

Digitized by Google

tionem duorum, vel trium teſtium, aduerſari iuri diuino.

6 *Lege vel conſuetudine rectè fieri poteſt, ne duo, vel tres teſtes ſufficiãt ad probationem.*

7 *Innocent. III. diſtrictius inhibuit, ne vnius teſtimonio quantæcumque fuerit authoritatis fides adhibeatur.*

8 *Negari non poteſt aliquas eſſe cauſas, in quibus iudices ex arbitrio ſuo, & circunſtantijs, quas arbitrabuntur, poſſunt duobus, vel tribus teſtibus non credere, & plures exigere: nulla tamen cauſa eſt, in qua iudex per vnius teſtimonium litem decidere valeat.*

9 *Indubitati iuris eſt poſſe conſuetudinẽ ſupernumerarias probationes introducere.*

10 *Expenditur & interpretatur text. in dict. cap. 2. de probat. in quo ſummus Pontifex diuturnitatem attendit ad quæ litatem probationis.*

11 *Pereque offenditur authoritas illa quæ omne verbum, & probationem cuiuſcumque negotij in duorum, vel trium ore, vel teſtimonio conſtituit, per adiectionem iuramenti, ſicut per adhibitionem plurium teſtium, quam duo, vel tres.*

12 *Vlterius expenditur tex. in dict. cap. 2. de probation. inſtituiſſe ſermonem de conſuetudine iuramentum requirente, non ſolum vltra probationem teſtium, ſed etiam vltra inſtrumenta.*

13 *Ponderatur authoritas diuina, vt in ea datum fuerit nobis præceptum duarum rerum, ne vni credamus, et ne vltra duos, vel tres aliquem aliũ teſtem exigamus.*

14 *Incipit ſermo de conſuetudine cogendi actorem, quantumuis plenè probantem iuramentum ſubire.*

15 *Proprium eſt iuramenti ſubſidiarium remedium eſſe in deffectũ alia rum probationum, & non aliter, nec ſine neceſſitate.*

16 *Mentio fit illius conſuetudinis, qua obtinuerat, vt ex eo ſolum, quod actor recuſaret id ipſum quod abundé probaſſet proprio iuramento firmare, teſtes, & inſtrumenta fidem non facerent.*

17 *Qui in iuditio ſuam intentionem probauit, ſine dubio contraria conſuetudine non obſtante, poteſt delatum ſibi iuramentum, ex eo ſolum recuſare, quod intentionem fundatam, & probatam habet.*

18 *Non deſunt ingenioſa pariter, & erudita argumenta, quæ prædictã conſuetudinem defendant, atque confirment.*

19 *Dubium eſt vtrum Pontifex inter ſeculares temporalis iuriſdictioni ſubiectos, poſſit reprobare dictam cõſuetudinem deferendi iuramentum, etiam his qui plenè probauerint, quæ in aliquibus Prouintijs præcipuè Venetijs obſeruatur.*

20 *Conſuetudo, quæ poſt legitimas probationes adhuc iuramentũ requireret, ipſas minus legitimas eo ipſo iudicaret.*

21 *Intelligitur text. in cap. clericos 3. de cohabitatione clericorum cuius deciſſione non obſtante rectè in tribunalibus ſacroſanctæ Inquiſitionis cogitur etiam conuicti crimen ipſum abiurare.*

22 *Quamuis quis habeat paratas probationes, quibus id de quo queritur manifeſtè oſtendere poſſit, adhuc niſi alia ſubſit cauſa iurare compellitur, & cogendus eſt actor poſitionibus reſpondere.*

23 *Lege vel conſuetudine fieri poteſt, & induci, vt in aliquibus actibus vnius teſtimoniũ ſufficiat, & quod duobus, vel tribus teſtibus fides nõ adhibeatur, ſed plures requirãtur, et quotidie ſolis perſonis publicis integra fides*

Digitized by Google

fides adhibetur.

24 *Iura Pontificia dũ constituunt, ne vni quantumcunque maximé authoritatis fides adhibeatur, nullatenus se retulerunt ad legem naturalem, vel diuinam hodié obligantem, sed ad iura canonica, & ciuilia.*

25 *Nihil vetat lege, aut consuetudine fieri, vt aliqua negotia cautius tractentur, in quibus duorum, aut trium testium testimonium non sufficiat.*

26 *Ex consensu partium vnius testimonium sufficit, & multo magis, vt plures, quam duo, vel tres requirantur testes.*

27 *Diuinum testimonium minimé prohibet, quo minus plures, quam duo, vel tres requirantur testes, sed tantum, ne vni testi in aliqua causa credatur.*

28 *Circa materiam hãc probationum, & circa testium numerum, fuit quidem iudicum arbitrium sublatum, nõ tamen restricta potestas legis Principis, aut consuetudinis.*

29 *Numerus testium, & probationum qualitas, qui & qualis esse debeat, nulla lege statui, aut comprehendi potuit.*

30 *Interpretatur text. in dict. cap. admonere, & concluditur in criminalibus præsertim grauibus nullo modo vnius testimonium admitti.*

31 *Iterum intelligitur text. in d. cap. admonere, dum ait nulla diuina lege aliquem vnius testimonio condemneri.*

32 *Declaratur text. in c. iudices 3. q. 9. & ostenditur perperam à Doctoribus ad propositum adduci.*

33 *Non impedit conclusionem supra posi tam textus in d. c. cum esses de testamentis, cuius intellectus adducitur.*

34 *Rursus interpretatur text. in dict. c. cum esses, & expenditur verbum,* decernimus, *de quo ibi quidquid Couarr. & alij aliter illum textum intellexerint.*

35 *Par non erat Pontifex in dict. cap. cum esses reprobare consuetudinem, tanquam iniustam, & legi Diuinæ contrariam.*

36 *Index eum qui plenè probauit compellere non potest iuramentum subire.*

37 *Proponuntur comites iuramenti liciti, & quæ requirantur ad hoc, vt iuramentum á iudice parti deferatur.*

38 *Grauissimè peccant illi qui temerè, et sine causa iurant.*

39 *Constat iuramentum non nisi ex necessitate subeundum, & inter necessaria computari.*

40 *Iuramentum ipsi parti deferendum subsidiarium, non ordinarium remedium est, quo minimè vtendum est, nisi vbi desunt alia remedia, & in defectum aliarum probationum.*

41 *Non immeritò Plato expressè prohibuit iuramentum litigatoribus deferri, cuius sententia ex alijs exornatur.*

42 *Sacri Canones Romanique Pontifices iustissimè leges omnes peccati nutritiuas, etiam seculares abrrogarunt.*

43 *Prefata doctrina non solum locum habet, vbi periculum sit peccati mortalis, sed etiam vbi timor sit peccati venialis dumtaxat.*

44 *Diffinitur an & quando licitum sit iuramentum, & vtrum deferendum sit nec ne, etiam inter seculares ad Ecclesiasticam potestatem spectat.*

45 *Pro consuetudine legitimè præscripta præsumi debet, sicuti præsumimus pro lege à Principe promulgata.*

46 *Consuetudo quæ contra ius etiam humanum introducitur iniusta præ-*

Digitized by Google

ſumi debet, niſi rationabilis probetur.

47 *In c. 2. de probationibus conſtabet de irrationabilitate, & iniuſtitia conſuetudinis.*

48 *Quamuis prædicta conſuetudo iurandi, poſt concluſum in cauſa, poſsit habere bonum finem, nihilominus iuſtè reprobatur propter periculum peccati, & periurij.*

49 *Multories in iure nulla exigente neceſsitate, & non deficientibus alijs remedijs, in propria cauſa litigantibus iuramenta deferuntur, imò & compelluntur iurare.*

50 *Ad ſubſidiarium iuramenti remediũ, nullatenus recurrendum eſt, niſi vbi alia legitima probationes deficiunt, & intelliguntur iura in c. ad abolẽdam de hæret. & in c. 2. qui clerici, vel vouentes.*

51 *Ad execrandũ errorem intellectus, quem hæreticus, vel de hæreſi ſuſpectus habet, vel habuiſſe præſumitur, nullum aliud inuenitur remedium opportunum, præter abiurationem.*

52 *Abiuratio deteſtationẽ quãdã erroris importat, quã Eccleſia ab antiquiſſimis tẽporibus inuexit ad oſtendendã cõuerſionẽ, & ſatisfactionem de præterito, & in futurũ firmitatem illius qui reconciliandus eſt.*

53 *Definitur, & deſcribitur, quaſi per conglobatas diffinitiones, quidnam ſit abiuratio.*

54 *Omnis hæreticus, vel de hæreſi vehementer, aut leuiter ſuſpectus, ante reconciliationem, iuxta formam iuris, vel conſuetudinis, hæreſim vel ſuſpitionẽ illius cogi debet abiurare.*

55 *Domini Inquiſitores ad minimam, vel leuiſsimam ſuſpitionem, non debent attendere, & ſit ne vehemens, aut leuis ſuſpitio relinquitur ipſorũ arbitrio.*

56 *Quænis forma per conſuetudinem ad abiurandũ indocta obſeruanda erit, & tunc demum, & non aliás poſſunt iudices aliquid ſtatuere, ſi certa forma non adeſt.*

57 *De varijs abiurãdi formulis remiſsiuè.*

58 *Abiuratio, ſeu deteſtatio hæreſis, vedum ſuperflua, & otioſa, ſed omnino neceſſaria eſt, circa quam illud præcipuè in cauſæ cognitione verſatur, an publicè, vel priuatè facienda ſit.*

59 *Non ſolum hæretici ipſi, ſed credentes etiã & receptatores, & ſimilles cõpelli poſſunt ad abiurationẽ & probabilius eſt de vehementi fore abiuraturos.*

60 *Germana interpretatio ad c. clericos de cohabitatione clericorũ & mulierũ.*

61 *In d. c. clericos ſemo fuit de crimine cõcubinatus, abſque vllo matrimonio.*

62 *Explicatur perdifficilis textus in c. 2. qui cler. vel vouentes, & aſsignatur ratio, ob quam conſtitutus in ſacris, qui temerè contraxit matrimonium abiurare cogitur.*

63 *Iudices rerum fidei procedunt cõtra clericos, monachos, & moniales, poſt ſolemnem profeſsionem matrimonium contrahentes, tanquam contra perſonas de hæreſi ſuſpectas.*

64 *Pugnare adhuc videntur inter ſe c. 2. qui clerici, vel vouent. cum alijs iuribus hic relatis.*

65 *Sequitur author mentem gloſſæ in d. c. clericos, & confirmat concordiã ſupra addactam.*

66 *Ad deteſtandã hæreſis ſuſpitionẽ nullũ aliud occurrere potuit remedium æque opportunũ, quã quod hæretici tãti erroris ſuſpitionẽ deteſtarentur per publicum diſſenſum.*

67 *Verba illa*, in ore duorũ, vel triũ, *non continent præceptum aliquod morale, annumerandum inter moralia præcepta, ſed inter inditialia, quæ ad ſtatum illius Populi per-*

Digitized by Google

pertinebant.

68 Per felicissimum aduentum Christi Domini, mortua fuerunt præcepta iuditialia, & iam non habemus præceptum morale, de uno teste non adhibendo in probationibus, nec de duobus, nec tribus testibus adhibendis.

69 In lege Euangelica nullum continetur præceptum, quod non sit naturale, si excipias, quæ pertinent ad articulos, & ad sacramenta.

70 Christus dominus in Euangelio nulla cõstituit præcepta cæremonialia aut iuditialia, sed ea omnia humano arbitrio reliquit, quamuis nonnulla ex iuditialibus propter depravatum Phariseorum intellectum explicare rit.

71 Obijcitur, authoritatem illam, in ore duorum, vel trium, referri á Christo Domino in Euangelio, ac proinde iam esse præceptum Euangelicum nouæ legis, cui dubitationi satisfit.

72 Dicta authoritas nõ fuit relata à Christo Domino ad renouandam antiquam legem veterem, sed allegatur à Pontificibus, tanquam ratio elegans, & appositissimum exemplum ad iustificandam legem humanam.

73 Consueuerunt Pontifices Maximi in confirmationem eorum quæ lex humana statuit, adducere authoritates diuinas, olim obligantes, hodie verò antiquatas.

CONTROVERSIA 19.

Vtrùm lege, vel consuetudine fieri possit, vt vnius testimonio plena fides adhibeatur, vel quod plures quam duo, vel tres requirantur testes, & an iudex eum qui plenè probauit nihilominus compellere possit iuramentum subire, & iusta ne sit, aut iniusta consuetudo, vt cogi valeat actor, quantumuis plenè probans, talc iuramentum recipere.

MVlta quidem eaque difficilima, & in praxi frequentissima cõtinentur in titulo præsentis cõtrouersiæ, quæ non vnam dumtaxat, sed plures non contemnendas exigebant disputationes, nos tamen selecta more nostro adducentes, sub vnius controuersiæ tenore, præfatas omnes, & singulas dubitationes cõprehendemus, & vnicuique (nifallimur) verá dotẽ assignabim⁹: incipiẽtes ergo ab ea de testium numero ad probationes requisitõ, planè totũ id pendere videbatur, ex varijs rerum, personarũ, loci, & temporis, circũstantijs, quæ aliquandò plures, aliquãdo verò pauciores exigunt testes, vt inferius plenius declarabimus.

Sed vir ille consumatæ eruditionis Andr. Alciatus in l. 1. §. vltim. numero 23. ff. de verborum, Felin. in cap. vltim. de maiorit. & obedientia, Federic. & alij, quorum meminit Antõn. Gabr. lib. commun. titu. de testibus, concl. 1. n. 5. & 11. Couarr. in c. cum esses de testam. n. 3. in ea fuerũt sen-

Digitized by Google

ſententia, & opinione (quam receptam eſſe dicunt) vt nec lege, nec cõſuetudine fieri poſſe affirmauerint, quod vnius teſtimonio plena fides adhibeatur.

3 Quorum Doctorum ſi mentem attendamus, reperiemus ſanè illos exiſtimaſſe, regulam text. in l. iuris iurandi in fine, C. de teſtibus, & cap. licet vniuerſis eodem titulo in Decretalibus, quæ habet in ore duorum, vel trium ſtare omne verbum, naturalẽ, & diuinam eſſe, ita vt contra illã diſpenſare non poſsit Pont. Maximus, nec facere quod vni tantum teſti in iuditio credatur, cap. indicas, ibi, *vni, &c. credere proculdubio non poſſumus*, 3. quęſt. 9. quem text. ad hoc vltra alios adnotarunt Ferdinandus de Menchaca de ſucceſ. creat. §. 12. nu. 5. Roman. & additio ſingul. 715. poſt Decium in cap. 1. de fide inſtrumen. à nu. 2.

4 Eo vt credo ducti fundamento, quod talis lex, aut cõſuetudo aduerſatura ſit iuri diuino, ſecundũ quod in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, Math. 18. cap. Deuteron. c. 19. à quibus Diuinæ Scripturæ teſti-
5 monijs fluxerunt Canones eandem doctrinam confirmantes in cap. licet vniuerſis 23. de teſtibus, & in c. nouit de iudic. & ſimiles: & in cap. admonere 33. q. 2. expreſſè deciſſum eſt, contra legem diuinam eſſe, quod vni teſti in aliqua cauſa credatur, vt colligitur expreſſè ex dict. cap. licet, verſ. *mandamus*, vbi in hoc ſenſu expẽditur auctoritas, quam vltra alios ibi, ſic intellexit Domin. Couar. in c. cũ eſſes de teſtam. nu. 3. poſt Doctores, quos nuper citauimus.

6 Qui text. in dict. cap. cum eſſes mirum etiam in modum fauet huic parti, dum reprobat cõſuetudinem, quæ in terris Eccleſiæ ſeptem teſtes in teſtamentis requirebat, tanquam contrariam legi diuinæ, *quæ in ore duorum vel trium*, &c. & in cap. 2. de probationib, vt voluit ibi Auguſtin. Beroi. ex aliorum mente num. 1. conſuetudo fuit improbata, dum vltra teſtiũ probationem iuramẽtum exigebat, quia iuri diuino aduerſabatur, cuius mentio facta eſt, in dict. cap. licet vniuerſis, & in iuribus proximè relatis.

6 Adde quod vt plurimum ad fidem & probationem duo, vel tres requiruntur teſtes, nec vnus ſufficit, vt ſapienter docuit B. Thom. 2. 2. quæſt. 70. artic. 2. Soto de iuſtitia quæſtio. 7. artic. 3. Couarruu. vbi ſupra, Ferdinand. de Menchaca illuſtr. cap. 14. n. 3. fatentur Abb. & Felin. nu. 4. Dec. 6. poſt alios in dict. cap. 1. de probation. Andr. Tiraq. de iudicio in rebus exiguis, pag. parua. 29. verſ. *his ad ſtipulatur*, reſoluẽtes lege, vel conſuetudine rectè fieri poſſe, ne duo, vel tres teſtes ſufficiant ad probationem, vt in Trident. ſeſ. 24. de reformat. matrim. cap. 1. verſ. *qui aliter*, & antea in dict. cap. cum eſſes, vbi vltra teſtes Parrochus neceſſario requiritur, non tamen poſſe fieri, vt vnius teſtimonio plena fides adhibeatur, quandoquidem duorum, vel trium probatio legi naturali conformis ſit, iuxta quam humana lex regulam cõſtituit, in d. c. licet, & in l. vbi numerus, ff. de teſtib. cum ſimilibus.

7 Præterea Innocent. III. reſcribẽs Conſulibus, & Populo Veneuẽtano diſtrictius inhibuit, ne vnius teſtimonio, quantæcumque fuerit auctoritatis fides adhibeatur in cauſis: ſiuè ſuper teſtamentis, ſiuè quibuslibet alijs contractibus quæſtio agitetur: ſubiungẽs vlterius, quod nullũ ſcriptum Epiſcopi, vel iudicis, vt interpretatur gloſ. ibi, verb. *ſcriptum*, niſi teſtium adminiculo fulciatur eam obtineat firmitatem, quin ei poſsint, & debeant

beant duorum, vel trium teſtium bo norum teſtimonia prævalere. Nec non Stephanus Papa V. ad Haſtulphum ſcribens relatus in cap.admonere 33.q.2. planè ſtatuit nullam eſſe diuinam,neque humanam legem, quæ vnius teſtimonio,etiam idoneo quempiam condemnet.

8 Etenim licet aliquæ ſint cauſæ(q negare non poſſumus) in quibus iudices ex arbitrio ſuo,& circunſtantijs,quas arbitrabuntur,poſsint duobus,vel tribus teſtibus non credere, & plures exigere,argumento.l. 3. in princ & §.1.ff.de teſtibus, vbi præcipitur fides teſtium diligenter examinari,& eum qui iudicat magis ſcire poſſe dicitur,quãta fides teſtibus habenda ſit, explorata in primis cuiuſque conditione, vtrum decurio an plebeius:& an honeſtę,& inculpatæ vitæ,an verò notatus, & reprehenſibilis: an locuples,vel egens,& qui lucri cauſa id facilè admittere ſoleat, vel an inimicus ſit aduerſus quem teſtimoniũ tullit,vel amicus ei ſit, pro quo teſtimonium dedit: & denique qui,& cui° dignitatis,&cui° exiſtimationis teſtes ſint:nec non vtrum vnũ eundemque,& præmeditatũ ſermonem attullerint, an ad ea quæ iudex interrogaſſet ex tempore veriſimilia reſponderint: quibus in caſibus liberum(vt dixi) erit ipſi iudici duobus,etiam vel tribus teſtibus nõ adhibere fidem,nulla tamen cauſa eſt, in qua iudex arbitrio ſuo, vnius teſtimonium, quantumuis legitimum admittere,& cauſam per illud decidere valeat.

9 Quod verò conſuetudo ſuper numerarias(vt ita loquamur) probationes introducere valeat, id eſt vt in quibuſdam actibus plures quã duo, vel tres teſtes requirãtur: aliudvè genus probationis neceſſarium ſit, & quod attentis circũſtantijs duobus, aut tribus teſtibus fides non adhibeatur certiſsimi quidem iuris eſt, talęque conſuetudinem,nuſquam in iure reprobatam inueniri,tanquam legi diuinæ contrariam, vt conſtat ex cap.Præſul.1.quæſt.4. cum alijs, de quibus per gloſam pen. in dict. cap. licet,& ſatis,probat text.ibidẽ, verſ. *vltimo declarauit*, optimè D. Thom. 2.2.quæſt.70.artic.2.& poſt eum Couarr.Philippus Decius, Tiraq. Menchacen.Soto, Felin. & Abb. in locis ſuperius citatis, & ſatis expreſsit Tridentin.dict.cap.1.verſ. *qui aliter*, ſeſ. 24.de reformat.matrimon. vbi vltra duos,vel tres teſtes neceſſario Parrochus requiritur.

10 Et prætervulgatiſsimas iurium,& Doctorum traditiones, non ſine ingenio,& efficaciſsimè oſtenditur eadem propoſitio,ſi expẽdas,cum myſterio PontificemMaximum,in dict. cap.2.de probation. non reprobaſſe conſuetudinem,de qua ibi, tãquam vltra duos,vel tres teſtes probationẽ aliã requirentẽ,ſed tantummodo attẽdiſſe ad qualitatẽ probationis,quę requirebatur,&ita ad iuramentũ parti delatũ,vt apertè deducitur, ex litera illius text.ibi, *cum tunc demum ad huiuſmodi ſit ſuffragium recurrendum cũ alia legitimæ probationis deeſſe noſcuntur talem conſuetudinem reprobamus*, quibus verbis ſatis ſuperquę demonſtrauit Alexand.III. conditor dictæ Decretalis conſuetudinem improbandam non fuiſſe,ſi vltra duos,vel tres teſtes non iuramentum partis, ſed aliam probationem inſtrumentorũ, verbi gratia, aut teſtium,requireret: veriſimũ igitur eſt, & Alexãdri III. doctrinæ, valde conſonum,iuſtiſsimam fore legem, aut conſuetudinẽ, quæ attentis circunſtantijs duobus, aut tribus teſtibus fidem nõ adhibuerit,ſed plures requiſierit.

11 Et confirmatur, quia Pontifex ibi

reprobatæ conſuetudinis rationem non aſsignauit,quod vltra duos, vel tres teſtes contra legem diuinam, *in ore duorum, vel trium, &c.* iuramẽtum poſtularet, ſed tantum reſpexit ad qualitatem probationis iudicans, & merito (vt videbimus poſtea) irrationabilem conſuetudinẽ,quæ vltra legitimas probationes iuramentum exigi introduxerat,&tamen minimè negandum eſt, peræque offendi auctoritatem illam,quæ omne verbum & probationem cuiuſque negotij in duorum,vel trium ore, vel teſtimonio conſtituit,per adiectionem iuramenti,ſicut per adhibitionem pluriũ teſtium,quam duo,vel tres: vndè nõ malè ſolebam ego deducere dũ præfatum c.2.de probation.meis auditoribus interpretarer,non fuiſſe in illo loco reprobatam conſuetudinẽ,quę iuramentum exigebat,tanquam legi diuinæ contrariam,ſed ex alia cauſa aſsignata ab Alexandro ibidem,verbis proximè relatis, *cum tunc demum, &c.* auctoritas ergo Euangelij, etſi offenderetur ſi vnius teſtimonio crederemus,minimè tamen offenditur, ſi duobus, vel tribus teſtibus in aliquibus negotijs plenam fidem non adhibeamus.

12 Maximè ſi adhuc in eiuſdem doctrinæ confirmationẽ expendas Alexandrum III. in dict.cap.2.de probation.inſtituiſſe ſermonem de cõſuetudine iuramentum requirente,non ſolum vltra probationem teſtiũ, ſed etiam vltra inſtrumenta,vt patet ibi, *inſtrumentis, vel teſtibus*, & tamen diuinum illud teſtimonium,*in ore duorum vel trium,&c.* nullatenus agit de inſtrumentis,ac proinde conſuetudo, quæ vltra inſtrumentum,partis iuramentum exigebat,nullo modo potuit improbari ab Alexandro,tanquã contraria illi auctoritati diuinæ, vt acriter pungit Auguſti.Beroi. in d.c. 2.num.5.ſignum profecto non adũbratum, ſed expreſſum, quo perquã manifeſtè oſtenditur,nec legem,nec cõſuetudinem iniuſtam eſſe, plures quam duos,vel tres teſtes, ſeu aliud probationis genus ſupernumerariũ exigentem, quinimò licitam & rationabilem iurique diuino nullatenus contrariam.

13 Verum per contrarium ſi auctoritatem illam diuinam, *in ore duorum, vel trium*,rurſus manibus euoluamus inueniemus ſanè per illam expreſſè datum fuiſſe nobis præceptum duarum rerum,ne ſcilicet vni credamus, & ne vltra duos,vel tres aliquẽ aliũ teſtem exigamus, vt apertè conſtat ex allegatis Sacrę paginę teſtimonijs Math.18. cap. Deuteron. cap. 17. & 19. vndè fit,quod ſi fateamur præfatum diuinum teſtimonium euincere,hodiernum teſtem non ſufficere, teneamur quoque fateri plures quã duos,vel tres teſtes nullatenus eſſe exigendos contra proximè dicta.

14 Reſtat vt de conſuetudine cogẽdi actorem,quantumuis plene probantem iuramentum ſubire,breuiſſimè pauca dicamus,nam ex his,quę in titulo præſentis controuerſię à nobis propoſita ſunt hoc erat quartum: ſanè quis non videt conſuetudinem talem,irrationabilem,&iniuſtam eſſe,dum ſtantibus quibuſcunque probationibus inſtrumentorum,vel teſtium,per quas litigantes ſuam fundabant intentionem,abſque vlla neceſſitate,vel cauſa eos iurare coegiſſet, vt cum iudicio præſentire viſi ſunt, A Egidius de Bellamera,Ioann. Andr.Panor.Philip.Dec. & communis Canoniſtarum ſchola in d.cap.2. de probationibus.

15 Rationeque probatur illicitã omnino futuram eſſe talem conſuetudinem,ſi conſideres per illam introduci iuramentum temerè,& ocioſè, cuius

ius propriũ eſt, ſubſidiariũ remediũ eſſe, in defectũ aliarũ probationũ, & non aliter, nec ſine neceſsitate, propter periculum animarũ, quod ſatis abſurdum eſſet, imò & periculoſum. Accedit, quod ſi iuramentum adhiberi poſſet, vbi plenè probatum eſt, careret ſuo fine, quippè nullam controuerſiam componeret, cum iam veritas ex alijs probationibus plenè cõſtaret. Vndè iniquum certè foret litigantes ſuperfluis probationibus onerari contra regulam text. in cap. 3. vbi gloſ. vlti. de maiorit. & in l. hæc ſtipulatio. 14. in fine, ibi, *iniquum eſſe, &c.* ff. vt legatorum.

16 Maximè ſi ex eo quod actor recuſaret, id ipſum quod abundè probaſſet proprio iuramento firmare, ex eo ſolum teſtes, & inſtrumenta fidem non facerent, vt obtinuerat conſuetudine illa cuius meminit Alex. III. in dict. cap. 2. vt adnotarunt Didacus Perez ad l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinament. verb. *iuramento*, verſ. 4. cum ſeqq. Roderic. Suarez in titu. de las juras, in princi. num. 5. & 27. & deinceps per plures numeros Nicolaus Boer. deciſ. 95. Syluanus conſ. 51. num. 17. de ciſio Pedemont. 10. & plures quos refert. nu. 7. Andr. Tiraq. de retract. tit. 1. §. 2. gloſ. 2. num. 1. communis ſchola Canoniſtarum in dict. cap. 2. & plures Doctores, & authores bonæ notæ, quorũ meminit ipſe Tiraq. loco citato: quippè irrationabilior eſſet talis conſuetudo, quæ inſtrumentis, & teſtibus fidem ſubtraheret, actoré cogendo, vt poſtquam in iuditio intentionem ſuam teſtibus, aut inſtrumẽtis plenè fundaſſet, adhuc ſubiret iuramentum contra omnem æquitatem, & iuſtitiam.

17 Ille namque qui in iuditio ſuam intentionem probauit, ſinedubiò cõtraria conſuetudine non obſtãte poteſt delatum ſibi iuramẽtum, ex eo ſolum recuſare, quod intentionem fundatam, & probatam habet, vt probat text. in l. in contractibus, §. illo, C. de nonnumerata pecunia, ſicuti enim elapſo termino iuris, manifeſtę turpitudinis nõ eſt, nolle iurare, vt habet ſummarium Baldi in d. §. illo, ita etiam nullam continet turpitudinem, id quod teſtibus, & inſtrumentis in iuditio probanimus nolle proprio iuramento firmare, ſicuti ex preſſè tradiderunt Perez Pedemõt. deciſsio, Boer. Siluanus, Roderi. Suarez, Tiraq. & cæteri in locis proximè citatis.

18 Licet autem veriſsimum ſit (vt ſtatim in concluſionibus ſubiũgemus) talem conſuetudinem, tanquam ab omni ratione, & æquitate alienam, penitus, & in totum damnandam eſſe, non tamen deſunt ingenioſa pariter, & erudita argumenta, quæ ipſam defendant, atque confirment: etenim quibus iuris naturalis, aut Decalogi præceptis repugnet non video: nec proponi quidpiam, quo efficaciter probetur ipſam procedere non poſſe: quinimò apparet rationi conſentanea, dum cautius agens, & malitijs obiare intendens, ad maiorem fidem, & certitudinẽ probationis, exigit tale iuramentum, igitur magis probari debet, ex tex. in l. de quibus, ff. de legib. & ex reg. c. vlt. de conſuetudine.

19 Adde non eſſe peccati nutritiuã, imò abſque illo iuſtè obſeruari poſſe: & quid ſi tecum conſideres, & dubites, an Pont. Maxim. potuerit præfatam conſuetudinem inter ſæculares, temporali iuriſdictioni ſubiectos reprobare: neque immeritò, cũ videantur contradicere expreſſa iura in cap. fin. de præſcript. in princ. verſ. *cum*, per argumentũ â cõtrario iũcto cap. cauſam quę. 7. qui filij ſint legitimi, & in cap. nouit in princ. de iudic.

Iudic. in quibus mentio fit diuiſionis iuriſdictionũ tẽporalis, & Eccleſiaſticæ, vndè in nonnullis Prouintijs dictam conſuetudinem deferendi iuramentum, etiam his qui plenè probauerint præcipuè Venetijs obſeruari teſtis locupletiſsimus eſt, Paul. Caſtrenſ. in l. admonendi, ff. de iure iurã. do. nu. 37. quo fit, vt nullatenus debeat, ita irrationabilis iudicari, quinimò probari recipique deberet.

20 Præſertim, quia talis conſuetudo, quæ poſt legitimas probationes, adhuc iuramẽtum requireret, ipſas probationes aliâs ſufficientes, & iure legitimas imperfectas, & minus legitimas eo ipſo iudicaret, & ita deberem' interpretari: ac propterea ad probationes ſupplendas, iuſtè quidẽ aliquid amplius (veluti iuramentũ) exigeret, vt doctè conſiderarunt Tiraq. de iudicio in rebus exiguis pag. parua. 29. verſic. *his adſtipulatur*, Philipp. Dec. in d. c. 2. de probationib. nu. 6. Felin. n. 4. Abb. & omnes ibidẽ poſt Ioann. Andr. ad Speculatorem, tit. de inſtrum. editione. §. ſed nũquid, qua interpretatione admiſſa manifeſtum eſt, iuſtã legitimã, & rationabilẽ fore talẽ conſuetudinẽ, quæ ad integrandã probationẽ, quã minus legitimã iudicauit, in eiusque defectũ iuramẽtũ requireret, & ſuccederet reg. tex. in l. in bonæ fidei, C. de rebus creditis, & in d. l. admonendi, & in c. vlt. §. ſanè de iure iuran. quibus probatur in defectum probationis rectè iuramentum requiri.

21 Nec nouum eſt tale iuramentum deferri, vbi non conſtiterit alias probationes, & iuris remedia deficere, imò etiam ſi adſint, vt videmus in ſacroſancto iudicio rerum fidei (vulgus inquiſitionem appellat) vbi cum ad puniendas, & euitanda crimina etiam grauiſsima, multa ſupereſſent remedia, quibus attento iure communi antiquo neglecta abiuratione vti deberent, ne contempto iuramento delinquentes ad eadem flagitia redirent, quod videtur conſideraſſe Alexander. III. Salernitano Archiepiſcopo reſcribens, dum in cap. clericos. 3. de cohabitatione clericorum noluit quod Prælatus clericũ cogeret ad concubinam abiurandã: ſed tantum vt nolentem dimittere illam, poſſet excommunicare, alijsvè pœnis afficere, vt alij eorum exemplo perterriti, à ſimilibus arcerentur, nihilominus clariſsimi, & integerrimi Inquiſitores prudenter, & ſanctè delinquentes cogunt, etiam conuictos crimen ipſum abiurare, iuxta iura expreſſa in capit. 2. qui clerici, vel vouentes, & in c. ad abolendã de hæreticis.

22 Similiterque iure, & experientia compertum eſt, & hoc iure vtimur, vt quantumuis quis habeat ſuam intentionem probatam ſubire cogatur, & debeat iuramentum calumniæ, & malitiæ, cap. 1. in princ. cap. 2. §. in omnibus de iuramento calumniæ lib. 6. imò & litis deciſſoriũ, aut aliud ſimile, & generaliter, vel iurare, vel iuramenta referre litigatores compelluntur: neque vnquam vidi quemquam excuſari, ex eo quod paratas habeat probationes, quibus id de quo quæritur manifeſtè oſtendere poſsit, adhuc enim niſi alia ſubſit legitima cauſa iurare compellitur, ſecundum tradita per deciſ. pedemonta. vbi ſupra num. 2. & deciſ. 11. num. 1. Boerium dict. num. 4. & Doctores communiter in l. manifeſtè, ff. de iure iurando, & reg. cap. 1. & 2. de confeſsis, libr. 6. tradit Roderic. Suarez in l. poſt rem iudicatam ſuper declaratione legis Regni, §. *ſed eſt pulchrum* à numero 3. vbi multis contendit cogendum actorem eſſe iuramẽto reſpondere poſitionibus quas

reus

Digitized by Google

reus poſt decem dies exequutionis propoſuerit, etſi maximè actor ſuam intentionem probaſſet per inſtrumentum publicum, paratam, vel quaſi paratam executionem habens, & obſeruauerat gloſ. verb. *exiſtimet*, in fine, in l. 2. §. quod obſeruari, C. de iure iurando propter calumniam, & recepit dict. deciſ. Pedemont. 10. nu. 3. in fine, ex quibus & alijs, quæ conſulto ommittimus, quia perdoctum lectorem latere non credimus, apertè conſequitur, ne dum irrationabilem, & iniuſtam, ſed legitimam rationique conſonam præfatam conſuetudinem fore, non obſtantibus quæ aduerſus eam ſuperius expenderamus argumẽtis.

23 Quibus ſic in controuerſiam deductis duabus concluſionibus quęſtioni propoſitæ reſpondebimus, iuxta totidem dubitationes in illius limine propoſitas, quarum prior ſic ſe habet, lege, vel conſuetudine fieri, & induci poteſt, vt in aliquibus actibus vnius teſtimonium ſufficiat, & quod duobus, aut tribus teſtibus fides non adhibeatur, ſed plures requirantur: cuius concluſionis prima pars, ſcilicet attentis circunſtantijs, id ſuadentibus vnum teſtem aliquãdo ſufficere, probatur ex multis caſibus congeſtis per gloſſam vltimam in cap. licet, de teſtibus per Gabriel. libr. communium titul. de teſtibus, conclu. 1. numero 5. & 11. Ioan. Crotum de teſtibus à numero 208. & relatos à Petro Dueñas regul. 84. & quia paſsim videmus agrorum cuſtodibus, alijsque perſonis publicis ſolis, integram fidem adhiberi, quinimò proprio iuramento in multis cauſis, & negotijs ſtari ſolet, vt probat text. in cap. ſtatutum, ibi, *proprio iuramento*, de reſcrip. in 6. & iuuat tex. in cap. cum dilectus, verſ. *ſupra*, de fide inſtrumentor.

24 Et confirmatur efficaci ratione ſi expendas, nec legi Diuinæ, nec naturali contradicere, quod ex vrgentibus circunſtantijs talis lex feratur, aut ſimilis introducatur conſuetudo: id quod veriſimum eſſe cõijcies ſi iura Pontificia perlegens cõſidera bis: cũ conſtituunt ne vni, quantumcũque maximę authoritatis fides adhibeatur, nullatenus ſe retuliſſe ad legem naturalem, vel Diuinam hodiè obligantem, ſed ad iura Canonica, & ciuilia, quæ in hoc ſequuntur, vt expreſſè docuit Innocent. III. in dict. cap. cum à nobis 28. de teſtibus in princip. ibi, *& canonica, & ciuilia iura ſequentes diſtrictius inhibemus, ne vnius indicis quantacumque fuerit auctoritatis, verbo credatur, &c.* iunctis vltimis verbis eiuſdem text. ibi, *ſalua in omnibus Sedis Apoſtolicæ auctoritate*, quæ apertiſsimè dictam concluſionem confirmãt: ſiquidem manifeſtè voluit Innocent. id quod initio docuerat, vnius ſcilicet teſtimonio minimè credendum eſſe, eam recipere limitationem, niſi Sedes Apoſtolica contrarium ſtatuiſſet: igitur per humanam legem rectè fieri poteſt, vt vnius teſtimonio omnimoda præſtetur fides, ſic voluerũt plures relati per Ludouici Romani additionatorem ſingulari. 715. Iaſſon in dict. l. 1. §. vltim. numero 9. de verborũ, poſt Panormitanum in cap. nuper. de teſtibus, & in cap. 2. de probationibus, num. 6. & ſatis conſtat ex d. c. cum nobis, 28. dictis finalib⁹ verbis *ſalua, &c.* cum ſimilibus: quare nullum fundamentum ſupereſſe videtur ad præfatã concluſionẽ impugnandã, cũ nulla ſit lex, aut ratio quæ illã impediat, quo ad dictam priorem ſui partem, quæ difficilior videbatur.

25 Secundã verò id eſt, quod cõſideratis etiam circũſtantijs plures quã duo, vel tres in aliquib⁹ caſib⁹ teſtes exi-

exigantur probant quam plurima iu ra,& facilior quidem eſt, quã quod vlla probatione indigeat : etenim quid vetat lege,vel cõſuetudine fieri,vt aliqua negotia caurius tractentur in quibus duorum, aut trium teſtimonium non ſufficiat, vt in dict. cap. cum eſſes,de teſtamentis, & in celebri Tridentini loco de reformatione matrimonij,cap.1.verſ. *qui aliter*,iã citato, & ex adductis per Tiraquel.Couar.Menchacam, Philippum Dec. Abbatem, Soto, D.Thomam,& alios ſuperius allegatos,vnanimi conſenſu reſoluentes,lege, vel conſuetudine rectè fieri poſſe, ne duo,vel tres teſtes ſufficiant ad probationem.

26 Et certioris doctrinæ cauſa probatur adhuc prefata concluſio, non in eleganti diſcurſu, ex cõmuni recepta que ſententia,teſtè Couar.2.reſolut.cap.13.num.1. Alciato in dict.§. vltim.num.23.Iaſone nume.8.quam multo prius deduxerat glo.pen.ex l. Theopompus.15.ff.de dote prælegata,& gloſ.vlti.in cap. veniens.10. de teſtibus,& iterum glo.vlti.in d.c. licet 23.eodem tit.quæ habet ex conſenſu partium vnius teſtimonium ſufficere,&multo magis eundem cõ ſenſum litigantium efficere poſſe,vt plures quam duo, vel tres requirantur:qua doctrina admiſſa planũ eſt, id ipſum fieri,& introduci valere ex mandato,& auctoritate Principis ſupremi, aut ex vi legitimæ conſuetudinis : ſequellam, aut conſequentiam probo, quia data iuſta cauſa, & ex debitis circunſtantijs in bonis ſubditorum, non minus poſſunt ipſi Principes, & Populi legem facientes, & legitimam conſuetudinem inducentes, quam ipſimet ſubditi, & vaſſalli, ſecundum trãdita per communem Canoniſtarum ſcholam, in rubr.de præſcript. rectè ergo procedit ſuperior concluſio.

27 Nec refragantur, quæ in contrarium ſupra attulimus fundamenta, ex toties decantata auctoritate illa diuina, *in ore duorum, vel trium*, ex cap. cum eſſes de teſtament. cum ſimilibus, quibus in principio huius controuerſiæ probare conati ſumus,nec vnius teſtimonio fidem adhiberi poſſe, nec plures eſſe requirendos: etenim omnibus ſimul breuiſsimè reſpondetur: & in primis illud exploratum eſſe debet, diuino teſtimonio minimè prohiberi, quominus plures,quam duo, vel tres requirantur teſtes in aliquibus caſibus,ſed tantum ne vni teſti in aliqua cauſa credatur, vt rectè intellexit Couarru.vbi ſupra, & deducitur ex dict.cap.licet,verſ.*mandamus*, & ſatis expreſsit Stephanus Papa in d.c. admonere,dum dixit nullã eſſe legem diuinam,quæ vnius teſtimonio quẽquam condemnet, vel iuſtificet.

28 Atque ſimiliter præfatum diuinũ teſtimonium,non aduerſari concluſioni noſtrę affirmanti lege, aut conſuetudine fieri poſſe, vt vnius teſtimonio credatur, facilè percipies ſi aduertas ibidẽ regulam conſtitui ad ea quę frequentius accidunt,&generaliter, in quibus caſibus aliud non fuerit deciſſum,ſeu conſuetudine introductum, nuſquam tamen negari euenire poſſe negotium aliquod, in quo vnius teſtimonium ſufficiat, ita vt arbitrium iudicum fuerit ſublatum, non tamen poteſtas legis Principis,aut conſuetudinis reſtricta,aut limitata,quæ fuerat quæſtio in d.c.licet,iuncto diuino teſtimonio propoſita.

29 Quando autem Stephanus Papa V. nullam eſſe legem Euangelicam,diuinam, aut humanam teſtatus eſt,quæ vni teſti credendum præciperet,intelligendus eſt, nullam in actu,

actu,& de facto existere, sed nõ negauit Estephanus dari,&existere posse talem legem,ac subinde non potè tiam,sed actum,& existentiam negauit. Nec capere potest mens nostra, quomodo lex naturalis, aut diuina concludere potuerit,semper,& omni casu duos, vel tres requiri testes, & vnũ nõ sufficere,cum naturalis,& diuina ratio solummodo dictare valeat in singulis causis, atque negotijs,probationem legitimã, & moraliter concludentem esse necessariã, numerus autem testium,& probationum qualitas, qui & qualis esse debeat,dato quod omni casu legitima interuenire debet probatio, nulla lege statui,aut comprehendi potuit,& ideò indistinctè id definitum nõ est, nec potuit definiri, quippè vt huius disputationis initio tetigimus, ex varijs pẽdeat rerum, personarũ, loci,& temporis,circunstantijs, quę vt experientia docemur aliquãdo plures,aliquãdo verò pauciores exigũt testes.

30 Verum non deficiet ingeniosus aliquis, qui forsam obijciat tempore dict.c. admonere supra citati, de facto,& in actu extitisse, & existere nonnullas leges vnius testimonium admittentes, cui non difficilè respondebimus ibi sermonem fuisse de causa criminali,quo casu,nec Euangelium,nec vlla lex Diuina, aut humana aliquem de crimine præsertim grauissimo condemnat testimonio vnius, licet enim in causis ciuilibus,lex humana vnum aliquando admitat,in criminalibus tamen,præsertim grauibus nullo modo.

31 Etsi attẽdisti baldè consonat huic doctrinæ locus Deuteron.19. & 17. vbi expressè actum est de causa criminali, in qua sacra pagina excludit vnum, & duos, vel tres ad condemnationem necessario requirit, & nedũ suspicari, sed affirmare audeo ad illum locum respexisse textum in d. cap.admonere, dum ait nulla diuina lege aliquem vnius testimonio condemnari (vt ego interpretor)de crimine, sicuti etiam nulla lex humana est, quempiam condemnãs ex vno teste.

32 Nicolai verò Pontificis Archiepiscopo Senensi rescribentis,per celebris doctrina relata in dict.cap.indicas 3.quæst.9.perperam profecto,ne dicam ineptè per Doctores præcitatos ad propositum adduci cõsueuit, cum ibi de testimonio vnius,nec verbum vllum,sed de assertione,vel accusatione partis,cui nõ potuisse credi in graue præiuditium alterius, docuit Nicolaus Papa dicens, *non vni testi, sed vni parti*, credendum non esse:eo maximè, quod alterius partis persona in iudicio deesse noscebatur, quippè furiosus, seu mente captus existebat,nec se ipsum defendere poterat,perindeque erat, ac si nõ esset, qui sensus est illorum verborũ illius text.ibi, *ex parte ipsius personæ deest*, ac per consequens nihil minus probat Nicolaus, quam id ad quod frequenter allegari solet,nempè vni testi nullatenus fore credẽdum, cui aliquando credi potuisse, & hodie euenire posse, vt sufficiat vnius testimonium satis probat dict.cap.cum à nobis,in vers. *salua*, &c. iũctis his quę nuper attulimus. 33

33 Multoq;min* prętatã nostrã cõclusionẽ impediet decis. text.in d.c.cũ esses de testam.circa cuius speciẽ obseruandũ est,Põtificẽ illic non reprobare consuetudinem, tãquã iniustã, & legi Diuinę contrariam, sed tanquam introducentem aliquid non ita conformè Diuinæ legi, olim obliganti non hodiè, quæ ratio cum non ita efficax visa fuisset Pontifici Maximo, ideò tempestiuè adiecit illud, quod consuetudo introducebat

Digitized by Google

ducebat alienum etiam eſſe à Sanctorum Patruum inſtitutis, & Eccleſiæ generali conſuetudine.

34 Vbi ſiſte parumper iter optime & ingenioſè lector,& attentè conſidera dicta omnia per ſe minimè potuiſſe ſufficere ad illam conſuetudinem reprobandam, niſi Pontifex Maximus illis adductus,& motus rationibus,improbaſſet illam,& aduerſus eã in terris Eccleſiæ nouum ius conſtituiſſet,vt ſatis denotat verbum,*decernimus*,à Pontifice vſurpatum, cuius hæc ſinedubio vera ſententia fuit, quidquid Domin.Couarr. in d. cap. eum eſſes,Ferdinand.Menchacenſis de ſucceſsion.creat.§. 22. à princip. Magiſter Cano de locis Theologicis lib.6 cap.8.verſ.ad 4. Mantua dialogo 60.Auguſtinus Beroius nu. 43. & communiter Doctores in dict. c. 2.de probationibus diuerſimodè illum textum acceperint.

35 Nec par erat Pontificem ibidẽ reprobare conſuetudinem, tanquam iniuſtam,& legi diuinæ contrariam, quandoquidem ipſemet in illo text. decreuit aliquid non conforme prædictæ diuinæ legi,quæ in ore duorũ, vel trium omne verbum ſtare iubet, quatenus Pontifex, vltra duos, vel tres teſtes neceſſario Parrochũ deſiderat,quæ fuit conſideratio Domin. Couarruuiæ vbi ſupra, ex Fortunio quem citat:& ex dictis difficile non erit omnes, & ſingulas difficultates diluere,quæ aduerſus prædictam cõcluſionem,& initio à nobis propoſita ſunt,& deinceps proponi excogitarique poſſunt.

36 Quare ſit ſecunda concluſio alterã partem præcipuè noſtræ controuerſiæ dirimens,quæ ita ſe habet(iudex eum qui plenè probauit compellere non poteſt iuramentũ ſubire, adeò vt iniuſta ſit irrationabilis,& innanis conſuetudo,quæ introduxerit actorem, quantumuis plenè probantem cogendum adhuc eſſe tale iuramentum recipere,

37 Quam concluſionem,quamuis expreſſè probet argutus text. in dict. c. 2.de probationibus, quia tamen in eius inueſtiganda ratione, valde laborarunt interpretes vniuerſi, operæ pretium duxi, non iam leuibus, nec veriſimilibus argumentis, ſed proprijs rerum notis,& efficaciſsimis rationibus cõfirmare. Et oportebit in memoriam adducere magnopere *in* tereſſe,& fore omninò neceſſarium, vt iuramentum à iudice parti deferatur cum iuditio,& diſcretione,ex neceſsitateque iuramentum fiat, aliàs enim,etſi maximè ad rem iuſtam, & veram confirmandam adducatur,nõ erit licitũ ex doctrina B. Thom.2.2. quæſt.89.artic.3.& ex illo Hieremię 4.relato in c.etſi Chriſt" de iure iur. & illud Math.cap.5.tum etiam, quia ſi quis abſque neceſsitate,& cauſa iuraſſet,manifeſtum eſt, ipſum ſe exponere aperto periculo periurij,cap.in nouo ibi, *ſed quia peierare*, 2.q.1.d. c. etſi Chriſtus.

38 Tum etiam, & is qui Dei Optimi Maximi nomen,fruſtra, & in vanum aſſumit,manifeſtam irreuerentiam irrogat Deo,quantumcumque verum & iuſtum ſit tale iuramentum, patet ſi memineris grauiſsimè peccare eos qui temerè,& ſine cauſa iurant, iuxta tradita per Couarr. in cap. quamuis pactum,1.par.§.6.num.4.Soto.8. de iuſtitia,q.1.art.5.poſt D.Tho.vbi ſupra.

39 Vndè cũ nulla neceſsitas vrgeat, neque adſit cauſa ad compellẽdum actorem, qui plenè probauit, vt iuramentum ſubeat,carebit iuramentum ſuo fine, qui in componendis controuerſijs conſiſtit D.Paul.ad Hebræos,ibi, *omnis controuerſiæ finis*, &c. dict. cap.etſi Chriſtus,& iam conſtat

non

non nisi ex necessitate subeundum, & inter necessaria computari, vt Beatus Thom. & præcitati docent, & probant expressa iura in d. c. & si Christus, vers. *sic profecto*, & vers. *Iacobus*, & in cap. ita ergo, versic. *quapropter*. 22. quæst. 1.

40 Planè quis non timebit periculum periurij, vbi iuramẽtum ipsi parti deferatur, sunt enim litigatores in propria causa valde suspecti. l. omnibus. C. de testibus. l. nullus. ff. eodem, ac proinde nemini dubium esse potest in iuramento ipsi parti deferendo, multo magis causam, & necessitatem interuenire debere, argumento text. in cap. vbi periculum de electione in 6. vnde etiam corolariè deducitur huiusmodi iuramentum subsidiarium, & non ordinarium remedium esse, quo minimè vtendum est, nisi vbi desunt alia remedia, & in defectum aliarum probationũ. l. admonendi. ff. de iure iuran. l. in bonæ fidei. C. eodem.

41 Neq; immerito Plato nobilissimus Philosophus, cuius memoria nũquã ex hominum mentibus tolletur, ad vitanda frequentissima periuria in Dialog. 12. de legibus, expressè prohibuit iuramentum litigatoribus deferri: nouerat enim summus ille vir minimè conuenire litigantes temerè, & absque necessitate iurare in propria sua causa, quam vel iurando consequi, vel non iurando perdere possint, vt inquit text. in l. quæ sub conditione. ff. de condition. institutionum, & tradunt Ferdinand. Menchacen. illustrium, cap. 31. num. 41. Dominus Franciscus Sarmiento selectarum interpretation. iuris lib. 1. cap. 3. num. 9. post Diuum Chrysostomum, AEgidium de Bellamera, Basilium, & alios quos referunt: adeò vt sicuti (quod magnoperè dolendum est) multi faciles sunt ad iurandum in contemptum religionis, sic alij inueniuntur (præsertim fœminæ,) ita valde timidi metu diuini numinis, vt etiam in necessarijs iuramentum subire recusent, ad superstitionem vsque, vt authores proximè laudati sapienter adnotarunt. Ex quibus omnibus satis superque deducitur, irrationabilem nedum iniustam esse cõsuetudinem inducentem, actoribus plenè probantibus adhuc esse deferendum iuramentum, non tantum humanæ, verum etiam naturali, & diuinæ legi contrariam, dum sine iudicio, & necessitate iuramentum à litigantibus in propria causa exigit.

42 Prætereà talis consuetudo ex dicto periculo periurij occasionem delinquendi præstaret, argumento tex. in cap. fin. de sponsa duorum in principio, & in cap. ex parte de consuetudine, capit. vigilanti in fine, ibi, *nobis*, &c. de præscript. iunctis his, quæ tradunt glo. 1. in regula possessor lib. 6. communiter recepta, teste Couarr. super dicta regula. 2. par. §. 12. num. 3. in princip. Domin. Padilla in l. 2. C. de seruitutibus, num. 78. ac perconsequens nullatenus admittenda est, quippè sacri Canones, Romanique Pontifices, quibus omnino standum est in materia peccati, omnes penitus leges, vel consuetudines etiã sæculares iniustas, & quæ peccatis fauent, aut peccandi ansam, & occasionem temerè præstant, tanquam bono animarum, & spirituali regimini Pontificibus incumbenti contrarias, etiam in foro sæculari iustissimè abrrogant, vt abrrogarunt istam consuetudinem de qua loquimur.

43 Rursus quia hæc verissima doctrina non solum procedit, & locum habet, vbi periculum sit peccati mortalis, vt in capit. fin. de præscription. à

quo ſcitiſsimum eſt non debere deduci argumẽtum â cõtrario, ſed etiã vbi timor ſit peccati venialis dumtaxat: neque enim conſuetudo cum periculo venialis ne dum mortalis debet admitti, vt eleganter traddiderunt Anton. & Immola. Panormit. & alij relati per Domin. Padillam vbi ſupra, num. 79. quidquid Andr. Alciatus lib. 5. Paradoxor. cap. 3. & alij quos retulit idem Padilla contrariũ. ſenſerint.

44 Deffinire autem an, & quando licitum ſit iuramentum, & vtrum deferendum ſit nec ne, etiam inter ſæculares ad eccleſiaſticam poteſtatem ſummumque Pontificem ſpectare appertiſsimi iuris eſt, vt rectè docuit Couarru. in cap. quãuis pactum 2. part. §. 1. nu. 8. & 12. Fortunius Garcia de vltimo fine illation. 20. Abbas, & alij in cap. tua nos de decimis, & probat text. in c. venerabilẽ 34. col. vlt. verſ. *virũ*, de electione: rationeq; probatur, quia vt D. Tho. nos docuit, 2.2.q.89.art.4. iuramẽtũ actus religionis eſt, ac conſequenter cognitionẽ de ipſo ad Pontificem, & eccleſiaſticam poteſtatem ſpectare ambigendum non eſt: prædicta ergo mirum in modum probant atque confirmãt præfatam concluſionem, quæ habet, cõſuetudine effici nõ poſſe, vt actor plenè probans cogatur iuramẽtũ ſubire: eſſet enim irrationabilis, & iniuſta omninò, nec pro ſed adũerſus eã induci, & retorqueri poſſet regula tex. in dict. cap. fin. de conſuetudine.

45 Neque obſtabit ſi cum ingenio obieceris ſtatim ac dicta conſuetudo legitimè præſcripta ſit pro ea nos debere præſumere quãquam de eius ratione non appareat, ſicuti in ſimili lex à Principe promulgata iuſta præſumitur quamuis non conſtet de iuſtitia, & ratione illius, argumento text. in l. non omnium, ff. de legibus, & in l. proſpexit, ff. qui, & â quibus. c. in iſtis in prin. 4. diſt. ibi, *non licebit iudici de illis, &c.* & ex traditis per Petrum Rebuff. ad ll. Galliæ, 3. tom. tit. de conſuetudine in præfatione, nu. 9. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 1. num. 4. Auguſtinum, Beroium, Felin. Decium, Abbatẽ, & ſcholam communem in dict. cap. 2. de probation: ſicque pro conſuetudine præſumendum eſſe, quod ſit rationabilis probarunt idẽ Iacobus Menoch. vbi proximè Alex. conſ. 123. num. 2. lib. 5. Aretinus in dict. cap. 2. num. 9. Iaſſ. poſt Bald. ibi in l. de quibus, ff. de legibus, num. 35. & ante omnes tradiderat gloſſ. 1. in cap. illa 12. d. gloſ. verbo, *rationabilis*, in prin. in dict. cap. vlt. de conſuetudine.

46 Reſpõdetur enim præfatã doctrinã quæ veriſsima quidem eſt, procedere quibus in caſibus talis conſuetudo prẽter ius fuiſſet introducta, non verò in ea, quę contra ius introduceretur etiam humanum, quippe hæc iniuſta præſumi deberet, niſi rationabilis probaretur, argumento text. in cap. 3. de eo qui mittitur in poſſeſsionem, & in c. diuturni mores, 12. diſt.

47 Vel vlterius poterit reſponderi, in propoſito non eſſe locũ præſumptioni, conſtabat enim de irrationabilitate, & iniuſtitia cõſuetudinis, quæ nullo pacto iuſtificari poterat, vt innuit Pont. in dict. cap. 2. & quę nuper diximus abunde demonſtrant, ſubindeque in his quæ certa ſunt non habet locum præſumptio.

48 Quod ſi adhuc inſtaueris, conſuetudinem de qua ſermo eſt, poſſe bonum finem habere, penitus eruendæ veritatis: ita vt ex illa excuſari poſſint ſequentes eam, qui iuſtã & legitimam exiſtimarent: argumento eorum quæ adduxerunt Dominus Couarr. de ſponſalib. 2. part. cap. 7. §. 3. nu. 5. poſt. Bart. in l. quis ſit fugitiuus, §. apud

Digitized by Google

§. apud. ff. de ædilitio edicto, & cap. vltim. de sponsa duorum, libenter fatebimur consuetudinem hanc contingere posse bonum finem habere, atque adeò excusare ipsam iustam credentes: nihilominus tamen, quia vt prædiximus periculum est peccati, & periurij, si litigantes stantibus aliis probationibus, in proprio negotio iurare cogantur, nos re altius perspecta iustè, & cum iudicio, illam reprobauimus, ne cum periculo periurij delinquendi occasio præstaretur, aduersus tradita per glo. 1. in regula possessor, lib. 6. communiter receptam Couarr. teste ibidem, 2. part. §. 12. num. 3. in princip. & post medium, & regulam iurium, in cap. fin. de præscriptionibus, & in cap. vigilanti ibi, *nobis*, &c. eodem titulo, & in cap. ex parte. de consuetudine.

49 Verum adhuc fortasis pullulabit scrupulus contra superiorem resolutionem, quia multoties in iure nostro nulla exigente necessitate, & ita non deficientibus alijs remedijs in propria causa litigantibus iuramẽta deferuntur, imo & compelluntur iurare, quamquam ad consequendum finem per iuramentum prætensum alia supersint, & abundent remedia, vt in capit. 2. qui clerici, vel vouentes. & in cap. ad abolendam de hæretic. quibus delinquentes abiurare coguntur proprium crimen, ad quod coercendum, qua tale est, constat non deficere alia remedia satis oportuna, cap. clericos, versic. *verum ipsos*, de cohabitat. clericorum, vel mulier. ibi, *per suspensionis, & interdicti sententiam debes arctius cogere*, &c.

50 Cui difficultati facilè respondetur, supponendo ad subsidiarium iuramenti remedium nullatenus recurrendũ esse, nisi vbi aliæ legitimæ probationes deficiunt: negando tamen in iure nostro deferri iuramentum, nisi in defectum aliorum remediorum: etenim in dict. capit. ad abolendam, & in dict. capit. 2. qui clerici, vel vouentes. non compelluntur abiurare, tam ad vindictam criminis, quæ alia via summi poterat de delinquentibus, quàm ad publicam, & solemnem detestationem erroris, vel suspicionis contra fidem, & eiusdem fidei firmam cõfessionem per quam abiurantes, & se ab errore conuersos publicè ostendentes, & alios in fide confirmantes ad Ecclesiæ consortium, & reconciliationem admittuntur, medio iuramento totius controuersiæ fine, per quod omnis in futurum dubitatio tollitur, iuxta dict. cap. ad abolendam, & dict. cap. 2. cap. excommunicamus, *el primero*. §. qui autem, de hæreticis, & tradita per Simancam de Catholicis institutionibus, capit. 40. Alphonsum de Castro id latè explicantem de iusta hæreticorum punitione. c. vlt.

51 Namque re vera ad execrandum errorem intellectus, quem hæreticus, vel de hæresi suspectus habet, vel habuisse præsumitur, nullum aliud inuenietur remedium oportunum præter abiurationem illam, quę publicum, & solemnem dissensum, & displicentiam præteritorum, & cõfessionem, & promissionem iuramẽto confirmatam continet, propterea que summa cum ratione coguntur hæretici publicè abiurare, neglecto periurij periculo ob maius bonum ex abiuratione prætensum.

52 Quam doctrinam vt melius percipias meminisse oportebit abiurare in delictis iure canonico, nihil aliud esse, quam detestari, & execrari crimen, vt in dict. cap. clericos de cohabitatione, d. cap. 2. qui clerici, vel vouentes, licet aliàs accipiatur *pro renunciare cum iuramento*, vel etiam *pro negare cum iuramento*. Vt ex Isidoro, Cice-

Ciceronę, & alijs oſtendit Simancas vbi ſupra, cap.1. nu.1. Berrucius verbo, *abiurare*: quod verò ad noſtrum propoſitum attinet, abiuratio deteſtationem quandam erroris importat, quam Eccleſia ab antiquiſsimis temporibus inuexit,ad oſtendendam conuerſionem, & ſatisfactionem de præterito, & in futurum firmitatem illius qui reconciliandus eſt,vt non obſcure colligitur ex dicto cap.ad abolendam, verſic. *pœnitentes*,cap.conuenientibus,vbi gloſſa,verbo, *ſcripto*, capit. ſaluberrimo cap.quoties.1. quæſtione.7. celebri text.in cap.ego Berengarius de conſecratione,diſt.2.

53 Cuius ſi diffinitionem ſcire deſideras,nihil aliud eſt abiuratio,quam erroris,vel ſuſpicionis,contra fidem ſub iuramento perfecta confeſsio,& deteſtatio,fidei in contrarium abſoluta profeſsio, eiuſdem in futurum obſeruandæ firma promiſsio ad arbitrium ſuperioris cum ſolemnitate, iuxta formam iure, vel conſuetudine iuſtè probatam.Sub qua definitione illa quatuor includi vides, quę ex omnium ſententia in abiuratione neceſſaria ſunt,vt eleganter tradit, atque proſequitur doctus Simancas de Catholicis,cap.1.num.4.adamuſimque colligitur dicta diffinitio, cũ ex iuribus proximè citatis: tum etiã exeruditè adductis per Repertoriũ, verbo,*abiuratio*,Nicolaum Boerium deciſione 343. num.1. Alphonſum de Caſtro de iuſta hæreticorum punitione,capit.vltim. Sylueſtrum,verbo,*hæreſis,el primero*, num.19. eundẽ Simancam d.cap.1.in princ.& in ſua praxi.c.53.

54 Omnis enim hæreticus,vel de hæreſi vehementer, aut leuiter ſuſpectus,ante reconciliationem ad arbitrium iudicis,& Dominorum Inquiſitorum,iuxta formam iuris, vel cõſuetudinis,hæreſim,vel ſuſpicionem illius cogi debet abiurare, ea eleganti ratione: quia omnis delinquens iuſtè cogitur ad id quod continet correctionem propriam,vel ſatisfactionem illius in quem factum eſt, regula peccati,regula peccatum,lib.6. ſed omnis hæreticus, vel ſuſpectus ſaltim præſumptiuè delinquit cõtra fidem, & publicum Chriſtianorumexemplum, & abiuratio de qua agimus pertinet ad correctionem hæretici,& totius populi ſatisfactionem:igitur iure optimo negleẽtis alijs remedijs, & contempto periculo periurij coguntur hæretici ipſius hæreſis deteſtabile crimen abiurare.

55 Vbi Dominos Inquiſitores pro tenui facultate mea admonere non definam,vt ad minimam,vel leuiſsimã ſuſpitionem non attendant, argumẽto text.in l.ſcio.ff. de in integrum reſtitutione,& in capit.cum te,ibi,*nulla, vel minima*,de re iudicata,& ex deciſione expreſſa,quæ id ſatis confirmat,in cap.accuſatus, de hæreticis, ibi,*leuis, vel modica*, quaſi minima, & leuiſsima omninò paruifacienda, & excludenda ſit.Neque etiam ommittam,ſit ne vehemens,aut leuis ſuſpicio, reliqui prudentiſsimorum Inquiſitorum arbitrio:argumento. l.1. ff.de iure deliberandi,& eorum quę tradit gloſſa,verbo, *modica*, in l.omnino.ff.de impenſis, cum latè congeſtis per Simancam de Catholicis inſtitut.capit.50. num.24. ex Gerſone quem citat plures notandas deſcriptiones,& regulas adducens,per Andrẽam Tiraquellum in l. ſi vnquam, verbo,*omnia*,num.31.

56 Obſeruanda tamẽ erit in hoc,quęnis forma per cõſuetudinem ad abiurandum inducta, ex l. 4. in fine.ff. de cuſtodia reorum, ibi, *ſed ſi neque cautione,neque Decreto Præſidis quanti-*

Digitized by Google

tas certa comprehensa est, ac nec consuetudo ostenditur, quæ certam formam habeat Præses de modo pœnitæ, quam inferri oporteat statuet: quibus verbis satis expressit Vlpianus in singulis actibus, tunc demum,& non aliàs integrum esse iudicibus aliquid statuere, si neque decretum aliquod,nec consuetudo ostendatur, quæ certam formã habeat quę omninò erit amplectenda.

57 Varias autem abiurandi formulas vltra eam quæ refertur in dict.capit. ego Berengarius, quæ reliquis exactior apparet,qui voluerit videre cõsulat Simancam, & ab eo relatos in praxi,capit. 53. num.vltim. Alphonsum de Castro vbi supra Directorium Inquisitorum. 3. parte, membro.4.

58 Illud autem præcipuè in causæ cognitione versabitur, tam circa modum,quám circa alias circunstantias abiurationis,an publicè, vel priuatè facienda sit,vt ex alijs resoluit Simancas d.cap.1.num.24. tradit Menoch. de arbitrar. centuria. 4. casu 352. ex quibus manifestè deducitur abiurationem, seu detestationem hæresis nedum superfluam, & otiosam, sed omninò necessariam esse, quia ad finem per illam prætensum deficiunt profectò alia remedia oportuna.

59 Et vsque adeò vtilè necessarium, & salutare est præfatum abiurationis remedium,vt non solum hæretici ipsi, sed credẽtes etiam receptatores, & similes, compelli possint ad abiurationẽ hæresis de qua suspecti sunt, vt efficaciter probat text. in capit. vt officium, post principium, versic. *si verò quis*,iuncto principio, in quo etiam de credentibus, & cæteris agitur,de hæreticis in 6. obseruat Repertorium,verbo, *abiuratio*, col. penult. & verbo,*fautores*,colum.vltim.& fuit de mente omnium in cap. 2. eodem titulo,Syluester perperam dubitans, verbo,*hæresis*,1.num.20.& voluit Angelus ab eodem Syluestro ibidem relatus, proceditque absque vlla controuersia:quamquam si diuertere liceret,& in aliud tempus commodius reseruanda non esset vtilissima, & subtilis hic excitari posset controuersia,an hi credentes receptatores, & similes,de leui tantum, vel etiam de vehementi suspitione abiurare debeant: & probabilius semper existimaui de vehementi fore abiuraturos, & quia talis videtur esse suspicio contra illos: (neque enim pro leui grauissimas pœnas incurrerent aduersus eos à iure præscriptas,)& quia ex fauore, & defensione hæreticorum insurgit vehemens hæresis suspicio:iuxta text.in dict.cap. accusatus. §.ille, & quæ ibidem Doctores tradunt: habemus igitur iterum vtilissimum esse,& penitus necessarium abiurationis remedium, quod tunc demum Pontifices Maximi recipiendum existimarunt, cum alia opportuna remedia ad omnem suspicionem tollendam minimè adinuenerunt, quæ si supperterent procul dubio tali subsidiario abiurationis remedio minimè vterentur.

60 Vnde iam infertur germana interpretatio ad text. in dicto capit. clericos,vbi prohibita fuit abiuratio cõcubinarum,quia ad deterrendos cõcubinarios (quod ibi prætendebatur)aderant, (vt ille text.habet)alia remedia oportuna,& minus periculosa,quantum ad animam,quibus stãtibus ad iuramentum recurrendum non fuit,d.cap.2.qui clerici, vel vouentes, quidquid DD. communiter ibi aliter resoluant diuersimodèque senserit Anton.Bruticarius in cap.inter solicitudines,num. 19. de purgatione canonica.

61 Etenim in dicto cap.clericos, solum

Digitized by Google

um erat ſermo de crimine concubinatus abſque vllo matrimonio,in cuius ſpecie nulla aderat erroris ſuſpicio contra fidem,meritò ergo omiſſum fuit abiurandi remedium ſua natura periculoſum,vt ibi docuit Pontif.Maximus in ratione quam reddit ſcilicet, quia ad coercendum crimẽ illud quatenus tale, aderant alia remedia minus periculoſa æquè,vel etiam magis oportuna.

62 Per contrarium verò,& retrò philoſophandum erit circa intellectum text. aliâs perdifficilis in dict.cap.2. qui clerici, vel vouentes, vbi in ſacris ordinibus conſtitutus, qui matrimonium temere contraxit,& ſi adeſſent quam plurima ſupplicij genera ad facinus tantum vindicãdum,vxorem abiurare cogitur, ea proprijſsima ratione, quia contra illum adeſt ſuſpicio, quod non benè ſentiat de fide, & religione Catholica,exiſtimans matrimonium illud licitum eſſe,& fortè contrahens ſecundum impiam peſtilentiſsimi hominis Martini Lutheri, & aliorum hæreſim,cõtra ſacrorum Canonum definitiones,de quibus in Clemen.1.de conſanguinitate,& affinitate, & in capit. decernimus,cum multis alijs. 32. diſtinct.cap.Presbyteris.27.diſt.ex quibus fluxit Catholica definitio,de qua In Trident.ſeſſ.24. ſub Decreto de Sacramento Matrimonij, can.9. vbi ſi quis dixerit clericos in ſacris ordinibus conſtitutos,vel regulares caſtitatem ſolemniter profeſſos, poſſe matrimonium contrahere, contractumque validum eſſe non obſtante lege eccleſiaſtica,vel voto, & oppoſitum,nihil aliud eſſe quam damnare matrimonium: poſſeque omnes contrahere matrimonium, qui non ſentiunt ſe caſtitatis(etiam ſi eam vouerint)habere donum,anathema ſit: & reddit Cõcilium rationem, *cum Deus id rectè petentibus non deneget, nec patietur nos ſupra id quod poſſumus tentari,* proſequuntur poſt alios Domin.Cõuarr.de ſponſalib. 2.part. cap. 6. §.3. num. 1. Bernardus vbi latè anteceſſor noſter Salcedo eius additionator ad praxim criminalem canonicam, cap. 80.

63 Quo fit vt iudices rerum fidei(vulgus Inquiſitores appellat)procedant contra dictos clericos, ſicut etiã contra monachos, & moniales poſtſolemnem profeſsionem matrimoniũ contrahentes, tanquam contra perſonas de hæreſi ſuſpectas, vt voluit Roxas de hæretic.1.part.à num.550. Franciſc.Peña.2.par.commento.74. verſ.*Iam*,Simancas de Catholic. cap. 40.num.11.& 12.Bernard. & additio vbi proximè poſt Bald & alios in L. nemo.C.de ſumma Trinitate, reſoluentes contra alios,ſic contrahentes committere delictum de foro præſtantiſsimorum iudicum rerum fidei, ſiue publicè, ſiue occultè matrimonium contrahatur, & ita praxi illius ſacroſancti Tribunalis obtinuit.

64 Nec prædictum intellectũ ad tex. in d.cap.clericos, illiusque concordiam cum d.cap.2. qui clerici, vel vouentes.c.ab iſto die.25.quæſt.6. cap. ſic in ſacro.27.quęſt.1.impediet quo minus procedat, ſi quis obiecerit in d.cap.2.& ſimilibus,non vxores, ſed concubinas abiurari cum matrimonium ipſo iure nõ valuerit,& ſic pugnare adhuc inter ſe,iura prædicta, & ſtare adhuc difficultatem, quam ex illis mouẽt Doctores, quatenus text. in dict.capit.clericos prohibuit concubinarum abiurationem, in ſpecie verò,d.c.2.& ſimilium, talis abiuratio concubinarum nedum admiſſa, ſed præcepta & iniuncta fuit.

65 Facilè enim Reſpondetur ommiſſis alijs de quibus per DD.vtrobique ſi ſequamur mentem glo.2.in d. cap. cleri-

Digitized by Google

clericos, & aduertamus ibidem (vt nuper tetigimus) solum actum fuisse de crimine concubinatus absq; vllo matrimonio, nec vero, nec ficto, valido, neque inualido: & quia in illius text. specie nulla interuenit suspicio erroris contra fidem, neque adfuit, aut intercessit contractus nuptiarū, aderātq; ad coercendum illud crimē quatenus concubinatus: alia remedia minus periculosa, meritò excluſum ibi fuit remedium abiurationis, at verò in d. c. 2. c. sic in sacro. c. ab isto, & similibus proximè allegatis sermo fuit de matrimonio, & nuptijs, per quas clerici, & religionem professi de facto consentientes matrimoniū contraxerunt, accipientes quidē concubinas sub fama tamen, & nomine vxorum.

66 Quod crimen suspectū sanè, imò scelcratum, & impium, necesse fuit, vt detestarētur per publicum dissensum, & displicentiam talium nuptiarum, facientes, & celebrantes quendam quasi distractum priori contractui oppositum, argumento reg. 1. de reg. iuris, ad detestandamque hæresis, & tanti erroris suspicionem, nullū aliud occurrere potuit remedium æquè oportunum, quare maxima cū ratione coniunctum, & copulatum fuit, vt vxores illas, seu verius concubinas, cum quibus de facto matrimonium contraxerant abiurare publicè, vel priuatè Inquisitorum arbitrio cogerentur, quantumuis in rei veritate non vxores, sed concubinæ existerent. Quod remedium abiurationis non solum oportunum, sed omninò necessariū in supradictis, & similibus casibus reputari debet, & ita cessat difficultas, quam inter præfata iura passim interpretes excitare solent, necnō ex dictis relinquitur planum, & apertum verissimam profecto esse superiorem resolutionē, qua tradidimus consuetudine effici non posse, vt actor qui plenè probauit legitima probatione non obstante iuramentum subirè cogatur: cui non obstāt quæ initio adduximus ad probandum iustam & legitimam fore talem consuetudinem, quibus ex supra resolutis rectè intellectis, atque perpensis, ingenioso præsertim lectori non erit difficile respondere.

67 Denique ad extremum præsentis controuersiæ, iam incolumi constituta secunda conclusione circa reijciē dam consuetudinem exigendi iramentum ab actoribus plenè probātibus, ad priorem propositionē, quā statuimus nō obstante diuina authoritate, non modo lege, sed moribus introduci posse, vt vnus sufficiat, & plures quam duo, vel tres requirantur testes, quasi ad viam reddeuntes operæpretium erit doctum lectorem admonere (quod obliuioni tradideram) illa scilicet verba, *in ore duorum, vel trium*, non continere præceptum aliquod morale hodiè vim habens obligandi, aut annumerandum inter moralia præcepta, sed inter iudicialia, quæ ad statum illius populi cui data sunt pro eo tempore pertinebant, & iustitiam tunc illi populo conuenientem continebant, vt obseruauit Rodericus Suarez, tit. *de las juras*, nu. 30. Felin. & Abb. in d. cap. 2. de probation. ex Theologis Dominic. de Soto vbi supra, post D. Thom. 1. 2. q. 105. art. 2. in corpore, & ad 8. & d. q. 70. art. 2.

86 Quæ quidem præcepta iudicialia notius est, quam vt vlla probatione indigeat, per prædicationem Euangelij, & fœliciſsimum aduentū Christi Domini mortua fuisse, si quis tanquam ex lege veteri hodie obligantia seruauerit, aut seruari præceperit, qua ratione intelliguntur text. in c. 1. de purificatione, post partum, &

Digitized by Google

in capit. translato, de constitutionibus, in eodemque intellectu capienda est doctrina D. Thom. 1.2. quæst. 104. artic. 3. & quæ latè tradunt Dominus Couarr. resolution. 1. cap. 17. num. 1. latè Andr. Tiraquel. de retractu, titu. 1. in præfatione à num. 8. explicantes glossam per text. ibi in capit. vltimo, versic. *his.* 6. dist. atque adeò iam ex lege Euangelij, & post eius promulgationem non habemus præceptum morale de vno teste non adhibendo in probationibus, nec de duobus, nec tribus testibus adhibendis, nec vim aliquam hodiè habet authoritas illa, *in ore duorum*, &c. quæ non pertinet, vt diximus ad præcepta diuina moralia, sed olim in lege veteri ad iudicialia pertinuit, vt probatur sequentibus non ineptis considerationibus.

69 Namque vt ex D. Thom. communiter recepto. 1.2. quæst. 108. artic. 1. & 2. & quodlib. 4. artic. 3. obseruarunt insignis Couarr. vbi proximè, & de sponsalibus, 2. part. capit. 6. §. 10. nu. 1. Dominicus de Soto 2. de iustit. quæst. 8. artic. 1. in lege Euangelica nullum cõtinetur præceptum, quod non sit naturale si excipias, quæ pertinent ad articulos Dei, & Sacramẽta. Sed illud, *in ore duorum, vel trium*, neq; est naturale ex supradictis, nec ad eiusmodi articulos, & Sacramenta spectat, igitur non continetur in lege Euangelica.

70 Rursus ex eodem D. Thom. dict. artic. 2. in corpore, & ad quartum, & artic. 3. ad tertium, Christus Dominus in Euangelio nulla constituit præcepta cæremonialia, aut iudicialia, sed ea omnia humano arbitrio reliquit, quamuis nonnulla ex iudicialibus veteris legis propter depravatum Phariseorum intellectum explicauerit, sic sanè dicendum est illud, (in ore duorũ, vel trium) antiquitus in lege veteri relatum inter præcepta iudicialia in lege Euangelica non extare, sed mortuum esse per fœlicissimum aduentum Domini nostri, vt dictum est.

71 Quod si doctè, & ingeniosè obiceris authoritatem illam referri à Christo Domino in Euangelio Mathei. 18. cap. ac proinde iam esse præceptum Euangelicum nouæ legis, & inter nostra præcepta moralia computandum, difficilè non erit nodum dissoluere, si aduertas nusquam in Euangelio præcipi, in ore duorum, vel trium stare omne verbum, prout in lege veteri sancitum erat: similiter in illo loco Math. 18. nullum præceptum Euangelicum nouæ legis constitutum fuisse, sed dumtaxat explicatum præceptum naturale de fraterna correctione, & præceptum à Christo Redẽptore nostro adhibẽdi vnũ, vel duos testes, vt ita in ore duorũ, vel trium stet omne verbum, & fiat plena probatio correctionis fraternę ad exemplum, (quasi dicat diuinũ testimoniũ) legis veteris iudicialis, secundum quã plena probatio ex duobus, vel tribus testibus fiebat.

72 Non verò quod authoritas illa ad renouandam antiquam legem veterem referatur, quasi à Christo Domino renouata sit, aut illi tributa aliqua obligandi vis, sed relata tantum modò tanquam diuina, antiquã, & antiquata, cuius Dominus mentionem non fecerat, igitur in dict. capit. licet vniuersis, & in allegato cap. nouit, & alibi, sæpè allegatur, & expenditur à Pontificibus authoritas illa tanquam ratio elegans, & appositissimum exemplar ad iustificandam legem humanam, quæ iustissimè se confermat cum his, quæ olim Deus Optimus Maximus ad iustitiam in iudicio seruandam præcepit, nec mirum quod tanti fecerint iura

Digitized by Google

iura Pontificia, & sacri Canones diuinam illam authoritatem, quam Christus Dominus Saluator noster in Euangelio retulit, imò & illam expendere voluit, & per Euangelistas præcones diuini Verbi ad litteram referri.

73 Nouum autem non est, imò ipsis Pontificibus Maximis familiare in confirmationē eorum, quæ lex humana statuit, adducere authoritates diuinas olim obligantes, hodiè verò antiquatas, quantum ad vim obligandi, vt videre est cum alijs multis in locis, tum etiam in titulo de injurijs, vbi nonnulla præcepta legis veteris iudicialis à lege Ecclesiastica innouantur, quæ tanquam humana, non tamen tanquam diuina obligant, & in titu. de decimis, & alibi sæpè ad confirmanda humana statuta frequenter adduci solent diuina testimonia ex veteri testamento tanquam exemplaria, & rationes quædam proprijssimæ, & fortissimæ ad stabiliendam veritatem: per hoc tamen nullo pacto censentur, nec censeri debent renouata. Ex quibus omnibus relinquitur, rectè, & sine difficultate procedere priorem conclusionem nostram, qua neglecta illa authoritate, *in ore duorum, vel trium*, totum contrarium lege humana positiua induci, & consuetudine introduci posse, & potuisse verissime constituimus.

(?)

Summaria ad Controuersiam 20.

1 *PROPONITVR titulus, & vtilitas præsentis controuersiæ.*

2 *Prætore intercedente etiam super alimentis, licet pacisci, & regulariter alimenta remittere, nec iuri naturali, nec bono publico contradicit.*

3 *Alimenta non solum dicuntur, quæ ad vitæ subsidium desiderantur, sed etiam quæ ad decentiam, & dignitatem status spectant.*

4 *Inspecta natura omnes homines æquales sunt, quæ perinde nos inclinat ad alendos spurios, atque legitimos.*

5 *In aliquibus casibus integrum est parentibus liberos exhæredare, eisdemque denegare alimenta.*

6 *Refertur contraria sententia eorum, qui asserunt non valere conuentionem qua filij, aut alij descendentes pacisuntur cum parentibus, ne ab eis alimenta percipient.*

7 *Consideratur quod ille qui sic paciscitur contra charitatem facit, & violat ius diuinum.*

8 *Describitur ordo procedendi ipsius naturæ in his quæ intendit, & ostenditur per pactum per quod remittuntur alimenta, non solum præcepta iuris naturalis, sed ipsamet principia naturæ prima, & per se nota violari, & explicatur text. in l. ita vulnerat. ad l. Aquiliam.*

9 *Pactū quo alimenta remittuntur tendit in remittentis interitum damnū Reipublicæ, & Dei omnipotentis manifestam offensionem.*

10 *Pactum iuri naturali contrarium non valere manifesti iuris est, & dictū pactum remissionis alimentorū omni iuri aduersatur.*

11 *Menchacēsis Alciat. & Dec. similiter dicūt nō licere sic paciscī, sed in fundamento, & ratione differunt quorū*

sententia manifestè conuincitur ex superioribus fundamentis.

12 *Ius naturale bipartitò cernitur, & illius duæ acceptiones proponuntur, & explicantur.*

13 *Duobus modis summuntur in iure alimenta de quibus disserimus, & explicantur iura in toto titulo de liber. agnosc. & in l. 1. §. ius naturale de iustitia, & in l. sed & si. §. sufficiẽter. ff. de vsufructu, & in cap. cum haberet de eo qui duxit.*

14 *Parentes liberos efficacius, & liberi parentes efficaciter alere tenentur.*

15 *Quæ bruta animantia naturali appetitu faciunt filios alere ipsosque educare, & conseruare, homines sola dictante ratione præstant, & declaratur text. in. §. ius naturale.*

16 *Humanæ leges larga, & liberali manu, tam legitimis, quàm spurijs alimenta concesserunt.*

17 *Interpretatur text. in l. si quis à liberis, in principio. ff. de libris agnoscendis.*

18 *Alimenta quæ necessariam educationem, & conseruationem egrediuntur, non debentur præcepto naturali.*

19 *Obijcitur contra superiorem doctrinã parentes inclinari á natura, etiam ad ea alimenta ad solã decentiam status pertinentia.*

20 *Non ex omnibus ad quæ natura inclinat, etiam si bona sint præcepta statim licebit colligere, & referuntur nonnulla exempla, in quibus ad quædam opera á natura inclinamur, & tamen illorum non habemus præceptum.*

21 *Traditur regula ad diiudicandum, quæ naturalis inclinatio præceptum includat.*

22 *Nulla lex ciuilis, aut canonica inuenitur, quæ dicat legitimam filijs naturali præcepto, aut iure gentium debitam esse.*

23 *Pactum quo alimenta remittuntur quæ ad educationem prolis, & vitæ subsidium sunt necessaria non valet.*

24 *Conuentio qua remittuntur certa alimenta, quæ tantum pertinent ad decentiam status dignitatemque personæ rectè subsistit, & valet, & intelligitur text. in l. cum hi, in principio, & in §. 1.*

25 *Etiam si interueniat Prætoris authoritas non valet conuentio, qua remittuntur alimenta ad vitæ subsidium necessaria, etiam á filio spurio, qui non obstante tali conuentione poterit petere alimenta.*

26 *Versatur iudicis arbitrium circa ea considerandas dignitates, atque qualitates personarum, vt non ita ampla alimenta filio spurio, vt legitimo præstentur.*

27 *Nulla lex est per quam pactum de alimentis prohibeatur absolutè, sed ne fiat sine Prætore.*

28 *Reducitur ad concordiam contraria sententia Doctorum asserentium alimenta non deberi iure naturæ, & illorum qui oppositum defendunt.*

29 *Naturale præceptum habemus de alendis parentibus á liberis, nec videtur iuri consona Bartoli contraria sententia.*

30 *Legitima portio quæ ex legibus ciuilibus filijs, & parentibus debetur mero iure ciuili eis relinqui debet, de qua quota legitimæ sunt intelligenda iura, in §. aliud quoque. l. cum quæritur. C. de inoffic. to. l. nam & si. ff. eodem, & explicatur qua ratione exaudiendi sint Doctores asserentes legitimam deberi iure naturæ.*

31 *Nulla lex naturalis est, quæ impediat pacisci super quota legitimæ, & refertur Authoris consultatio, & responsum.*

Digitized by Googl

32 *Si pater ſolutione præuenta filio daret æſtimationem legitimæ valeret pactum, & renuntiatio, licet iure ciuili improbata ſit pactio circa legitimam & ſucceſsionem futuram.*

33 *Tradita á patre filio legitima, iuxta quantitatem, & qualitatem præſentium facultatum, ſi filius polliceatur nullum deinceps ad bona patris regreſſum habiturum multi aſſerunt, etiam ſi patris facultates auctæ ſint, non poſſe filium petere ſupplementum.*

34 *Nulla lex eſt naturalis diuina, neque humana, quæ impediat filio legitimam accipere ante mortem patris attenta quantitate bonorum præſentium, aut patri eidem illam ſoluere.*

35 *Reſpectu partis ſolutæ nulla actio filio remanet, nec eſt habenda ratio exceſſus qui contingere poteſt poſt ſolutionem.*

36 *Longè diuerſa ſunt anticipare ſolutionem legitimæ, & facere pactum de non ſuccedendo.*

37 *Aduerſus dictam ſolutionem legitimæ diminutis patris facultatibus alij fratres agere non poterunt.*

38 *Donatio ex cauſa dotis nihil aliud eſt, quàm legitimæ ſolutio, tradita autẽ dos non inofficioſa tempore traditionis minimè reuocatur, & ſi facultates minuantur.*

39 *Refertur Baldi contradictio in hac re, & fundamenta, quæ ipſum adduxerunt ad mutandam ſententiam.*

40 *Referuntur alij magnæ authoritatis DD. aſſerentes præfatum filium non habere actionem ad ſupplementum ex quorum relatione, & authoritate hæc opinio tanquam verior, & communior ab authore recipitur.*

41 *Dominus Couarruuias non efficaci diſcurſu conſtanter aduerſam opinionem defendit.*

42 *Obijcitur text. in l. ſi quando. §. 2. C. de inofficio. vbi filius qui recepit bona aliqua pro legitima poteſt petere ſupplementum poſt mortem patris non obſtante pacto, quod antea fecerat.*

43 *Aſſignatur intellectus ad d. l. ſi quando. §. 2. vt prædictæ reſolutioni non contradicat.*

44 *Adducitur & expenditur pro eadem ſententia Lucæ diuinum teſtimonium, cap. 15.*

45 *Quamuis culpa ſua filij conſumpſerint quantitatem aſſignatam ſibi á patre pro alimentis, tenebitur pater, iterum illis aliquam quantitatem minus moderatam pro alimentis aſſignare.*

46 *Illa quæ ſunt iuris naturalis, ſi ad priuatam cuiuſque, & temporalem tantum vtilitatem pertinent renuntiari rectè poſſunt, idemque inditum eſt de legibus humanis.*

47 *Declaratur text. in cap. non eſt noſtrum 23. queſt. 5. dum ait licitum eſſe vnicuique ex iuſta cauſa defenſioni renuntiare.*

48 *Bartoli, & Abbatis doctrina dicentiũ iura naturalia, quantumuis priuata ſint renuntiari minimé poſſe, in bonã ſenſum interpretatur.*

49 *Fori priuilegium etiam Epiſcopo conſentiente renuntiari non poteſt & quare.*

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA 20.

An stante dictamine legis naturalis, & alijs legibus, ac Principum constitutionibus de alendis liberis â parentibus: & è contra: valeat pactum quo filius, aut alius descendens cum ipsis parentibus paciscitur, ne ab eis alimenta percipiat, aut è contra parentis cum liberis.

1 PERTINET etiâ ad nostrum articulum principalem, *ferri ne possint leges in bonum priuatorum*, proferre nõnulla circa priuatorũ conuentiones, super his commodis, & emolumentis, sibi â lege proueniẽtibus: & præsertim circa cõtractus filiorũ seu aliorũ descendentiũ cum suis parentibus innitos erga alimenta, tam in quantitate, quàm in qualitate, & è contra parentum, cum filijs: vt quid in hac re tenendum sit in puncto iuris, in praxique obseruandum, penitus intelligatur.

2 Et initio istiusmodi pacta licita esse suadetur, ex eo quia nec iuri naturali, nec bono publico aduersantur: aliàs enim nec Prætoris authoritate liberis licuisset alimenta remittere: Prętor enim qui naturalem æquitatem tuetur, contra iura naturalia facere nihil potest. l. iura sanguinis. ff. de regulis iuris. l. cas. ff. de capitis diminutione. §. sed naturalia, Instituta de iure naturali, quod autem authore Prætore transactio super alimentis fieri possit, probat expressè text. in vulgata. l. cum hi, in princip. & in §. vltimo. ff. de transactionibus. l. de alimentis. C. eodem, dum voluerunt illa iura, de alimentis transigi non posse absque Prætore, & expressè decidunt Prætore interueniente etiam super alimentis licere paciſci, & meritò: videbit enim Prætor, an alimenta ad vitę conseruationem sint necessaria, quod si fuerint non præstabit authoritatem, quasi tunc tale pactum ius publicum offendat: vnde fieri videtur regulariter alimenta remittere, nec iuri naturali, nec bono publico contradicere, ac personęs per pactũ benè posse remitti.

3 Accedit quod si praxim attendamus, cuius meminit Dominus Molina lib. 2. de Hispanorum primogenijs, capit. 15. num. 55. alimenta non solum dicuntur, quæ ad vitæ subsidium desiderantur, sed etiam quę ad decentiam, & dignitatem status spectant. l. sed & si. 19. §. sufficienter. ff. de vsufructu, ibi, *secundum dignitatem*, arque ita vsu obtinuisse, vt non solũ legitimis, sed etiam spurijs alimenta secundum dignitatem adiudicẽtur, testantur, & probant idem Molina, & Tellus Ferdinandus in l. 10. Tauri, numero 2. sed dubitari non potest, quin alimenta vltra necessariam vitę alimoniam non pertineant ad ius naturale, aut bonum publicum, conuentio igitur, qua renuntiantur non videtur improbanda quasi iuri naturali, & bono publico contraria,

Digitized by Google

ria, quin potius obseruari debebit, talis contractus à filio cum parentibus initus, saltim circa ea, quę pertinent ad dignitatem, & decentiam status.

4 Et facit mirificè pro eadem parte, quod inspecta natura omnes homines æquales sunt, vt eleganter, & latè more suo tradit Andręas Tiraquel. de legibus connubialibus, glo. 6. num. 4. & probat expressè text. in l. hos accusare. ff. de accusationibus, & facit cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium, quo fit, vt natura ipsa perinde nos inclinet ad alendos spurios, atque legitimos: spurijs autem alimenta fuisse denegata, constat ex text. in authentica ex complexu. C. de incestis nuptijs, ergo multò melius poterant ipsi filij per propriam pactionem talia alimẽta remittere.

5 Rursus quia facultas parentibus concessa filios ex aliquibus causis exhæredandi, & denegatio alimentorum pari passu currunt, & ita ex eisdem causis quibus parentibus permissum est liberos exhæredare licuit, & licebit eisdem denegare alimenta, de quibus in §. causas, Instit. de exhæredatione liberorum, & in authent. vt cum de appellatione cognoscitur. §. aliud quoque, collat. 8. vt voluit Domin. Couarru. de sponsalibus. 2. part. capit. 3. §. 6. num. 17. Domin. Molina lib. 4. de Hispanorum primogen. capit. 16. num. 1. Roxas in epitome succesion. capit. 22. num. 10. Palacios Rubios in repet. cap. notab. 3. §. 4. ad finem, post glossam receptam in l. si quis. §. idem, verbo, *detulerat*. ff. de liberis agnoscendis, & glossam in capit. Quintavallis, de iureiurãdo: igitur si in aliquibus casibus integrum est parentibus liberos exhæredare, eisdemque denegare alimenta, multò magis valebit pactum, quo filius, aut alius descendens cum parentibus paciscitur, ne ab eis alimenta percipiat.

6 Verum enim verò contrariam ex diametro sententiam amplexi sunt Baptista Pontanus in tractatu de alimentis, capit. 6. num. 3. & capit. 9. num. 10. Andręas Alciatus in capit. cum contingat, de iure iurando, numero 192. Roxas in epitome succession. capit. 21. num. 35. insignis Couarru. de sponsalibus. 2. part. capit. 8. §. 6. num. 3. post Guillelmum Benedictum in capit. Rainuntius, versic. *in eodem testamento*, in. 1. num. 222. Abbatem, & Felinum in capit. si diligenti, de foro competenti, num. 5. Andr. Siculum Barbatiam ibidem num. 13. Purpuratum in l. ius agnationis, num. 2. ff. de pactis, qui diuersa pariter, & efficacia fundamẽta adducunt, & in primis signum esse, non adumbratum, sed expressum aiunt, non valere conuentionem, qua filij, aut alij descendentes paciscuntur cum parentibus, ne ab eis alimẽta percipiant, quod super eisdem alimentis trantigi non liceat ex allegata. l. cum hi, in princip. §. vltim. l. de alimentis proximè citata, cum similibus.

7 Considerant prætereà per tale pactum ius diuinum violari, cum ille qui sic paciscitur contra charitatem faciat iure naturali sibi debitam, ac per consequens coacta naturali ratione dicendum sit, non valere contractum quo alimenta remittuntur.

8 Præsertim si cum iudicio expendamus illud esse ingenium ipsius naturæ, vt miro quodã ordine intendat semperq; intẽderit, prius quidẽ vniuersi cõseruationẽ, deinde cuiusliber speciei, postremo cuiusliber individui: perspexit enim natura hæc eis,

vt

(vt aiunt) oculis prædita, & quaſi diuino quoddam ſpiritu concitata, iſthæc omnia neceſſaria eſſe ad conſeruationem totius: vnde ego inferre ſolco, quod cum humana ſpecies non aliter conſeruetur, quam per indiuidua, planè affirmandum ſit ad bonum commune ipſius naturæ pertinere, ne aliqua ratione talis vniuerſi conſeruatio impediatur, ac perconſequens cum per abſtractionem alimentorum neceſſario perire debeant indiuidua, tale pactum, quo alimenta remittuntur neceſſario non valebit, vtpotè per quod non ſolum concluſiones iuris naturalis, eiuſdemque præcepta, ſed ipſamet principia naturæ prima ſanè, & per ſe nota violantur, nec non & ipſæ leges ciuiles à principijs, & præceptis naturæ deriuatæ, corruunt, atque deficium: in quo intellectu, publicè legendo iamdiu accipere conſueuimus vulgare illud legum dicterium, de quo in l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquiliam, cum ſimilibus: neminem dominum eſſe membrorum ſuorum, quibus abutendo violat, & infringit conſeruationem totius, non ſolum in vniuerſo, aut in ſpeciebus, ſed in ipſis etiam indiuiduis conſiſtentem, & inde eſt nemini liberum eſſe, ſua membra ſibi amputare; quis enim niſi diabolica perſuaſione commotus tale quid faciet, aut facere poterit.

9 Offēditur prætereà, vt vidiſti ius publicum ex præfatâ conuentione, quatenus ordinatur ad interitum illius cui denegantur alimenta, vulgata. l. necare. 4. ff. de liberis agnoſcendis: etenim, vt ſapienter docuit D. Thom. 2.2. quæſtione. 64. artic. 5. & poſt eum Dominicus de Soto de iuſtit. lib. 5. artic. 5. originaliter Ariſtot. Ethicorum lib. 5. capit. 13. ſolus Deus Optimus Maximus primo loco Dominus eſt abſolutus vitæ hominum, deinde, & Reſpublica, cuius vnusquiſque homo membrum eſt, improprium quoddam dominium habet, quatenus ſinguli homines ad bonum totius communitatis diriguntur, & ordinantur: nemo igitur habet propriæ vitæ dominiū, & ex conſequenti, nec pariſci poteſt, ne ſibi liceat alimenta petere, cum tale pactum tendat proculdubio in remittentis interitum, damnum Reipublicæ, & Dei omnipotentis (quod magis eſt) manifeſtā offenſionem.

10 Tandem cui obſecro iuri, aut rationi non aduerſatur, huiuſmodi conuentio, pugnat ſiquidem cum iure naturali, quo parentes liberos, & è conuerſò alere tenentur, planè ad id teſte eodem D. Thom. 2.2. quæſtione 122. artic. 1. natura omnes inclinat, capit. ius naturale. 1. diſtinctione. l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſtitia & iure: pactum autem iuri naturali contrarium non valere, manifeſti iuris eſt, capit. fin. de pactis. l. contractus. ff. de regulis iuris. l. conueniri. ff. de pactis dotalibus, cum alijs, ex quibus ſatis confirmata apparet opinio, quæ docet non valere pactum, quo filius, aut alius deſcendens cum parentibus paciſcitur, ne ab eis alimenta percipiat.

11 Quæ cum legiſſent Ferdinand. Menchacenſ. de ſucceſsionum creatione. §. 20. num. 300. & num. 310. Andręas Alciatus in l. penult. C. de pactis, num. 21. Deci. ibidem num. 26. non dubitarunt aduerſus omnes contendere, pactum hoc de quo loquimur ad remittenda alimenta interpoſitū, non improbari, ex eo quod iuri naturali, aut publico aduerſetur, quod ſi ab illis inquiras quo prætextu improbetur talis conuentio reſpondebunt, quia contra legē ciuilē, & bonos

Digitized by

& bonos mores ciniles, atque id adducti argumentis latè relatis per Ferdinandum Menchacenſem, d. loco, conueniunt ergo cum ſecunda ſententia proximè relata, in eò quod tale pactum omninò improbandũ ſit, differunt tamen in fundamento, & concluſionis ratione. Quorum profecto ſententia ſi ita indiſtinctè, vt à dictis Patribus proponitur accipiatur vera non eſt, & manifeſtè conuincitur ex ſuperioribus argumẽtis pro nuper adducta ſententia propoſitis.

12 Quare iam reliquum eſt, vt cõtrouerſiæ propoſitæ vnica reſolutione breuiter ſatisfaciamus, oportunè prælibantes nonnulla, quæ non leuiter cõducunt ad viam aperiendam ſuperiùs excitatis difficultatibus: ſciendũ igitur eſt, ius naturale bipartitò cerni: id eſt, aut pro inclinatione naturali, qua omnia animantia tam bruta, quàm ratibnalia naturaliter ad aliquid mouentur: aut pro lege & præcepto naturali, quæ verſantur in primis principijs per ſe notis, aut in concluſionibus immediatis: quatenus lex naturalis participatio, quædã eſt legis æternæ in creatura rationali, vt talis eſt: in priori acceptione accipitur à I.C. in dict. §. ius naturale, cum ſimilibus ſuperius adductis, in 2. à D. Thom. 1. 2. quæſt. 91. artic. 2. Et hæc præcepta naturalia ius gentium ab ipſis iuris conditoribus nuncupantur, vt videre eſt in l. 1. §. ius gentiũ. ff. de iuſt. & iure.

13 Deinde conſiderandum, pariter etiam duobus modis ſummi in iure noſtro aliméta de quibus diſſerimus, vel quatenus ad educationem, & vitam liberorum ſunt abſolutè neceſſaria, vel quatenus ad dignitatem, & decentiam ſtatus pertinent, de his alimentis omninò conducentibus ad vitam, & educationem liberorum ſermonem inſtituunt Iuriſconſulti in toto titulo. ff. de liber. agnoſcend. & in d. l. 1. §. ius naturale: de alimonia verò ad dignitatem, & decentiã ſtatus pertinente, verba faciunt, Iuriſconſultus in dict. l. ſed & ſi. §. ſufficienter, & celebris illa Decretalis, (ſi contra communem illam intelligamus) in d. cap. cũ haberet, de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

14 Ex quibus tanquam ex quoddam perenni fonte profluit, & deriuatur tertium notabile non minus vtilè, & neceſſarium: prioris conditionis alimenta neceſſaria ſcilicet, deberi à parentibus liberis ex lege, ſeu præcepto naturali efficatius ſanè: á liberis verò parentibus non ita efficaciter: ſi reuoces in memoriã poſtulare naturalem rationem, vt indiuidua educentur, & conſeruentur, propter conſeruationem ſpecierum, & memineris etiam, talem educationem, & conſeruationem, multò melius præſtaturos qui ſtrictiori naturæ vinculo fuerint obnoxij, hoc eſt, parentes erga liberos quorum pars ipſi liberi cenſentur, idemque iudicium ſuo modo faciendum eſt, de filijs erga parentes, igitur, & parentes liberos efficacius, & liberi parentes efficaciter alere tenentur ex aſſignata ratione, quia tanquam pars vniuerſi vnusquiſq; tenetur, & Reipublicæ cõſulere, & totam communitatem conſeruare.

15 Qua ratione, quę bruta animantia rationis expertia naturali tantũ appetitu faciunt, filios alere, ipſosq; educare, & conſeruare, homines ſola dictante ratione præſtant, quo pacto declarandus eſt text. in d. §. ius naturale, quatenus illud, quod natura omnia animalia docuit ius naturale ibi appellatur, quod in brutis animantibus nullum reperitur, illud tamen ipſum in hominibus rectè ius dicitur.

Inſuper

16 Inſuper etiam prænotandum eſt, humanas leges minimè ſilentio præterijſſe huiuſcemodi alimenta, quinimò larga, & liberali manu, tam legitimis, quàm ſpurijs illa conceſsiſſe, vt bono publico, & vtilitati Reipublicæ proſpicerent, ad cuius conſeruationem planum eſt, oportere, & oportuiſſe ſemper prolem procreare, & conſeruare: ex quo argumentũ ſic facilè conficitur, nec ipſa Reſpublica, nec bonum publicum conſeruari poſſunt, niſi proles procreetur, & conſeruetur, ſed ſic eſt, id commodè fieri non poſſe, niſi per parentes, igitur expedit Reipublicæ, vt parentes liberos alant, ſummaque cum ratione leges, & conſtitutiones ſancitę ſunt, quę alimenta concedunt, præcipientes, id quod publicum & commune bonum apertè reſpicit, tanquã legi naturali conſentaneum.

17 In quo ſenſu ego accipere, & interpretari ſoleo, elegantiſsima verba I.C. in l. ſi quis à liberis in princip. ff. de liber. agnoſcen. quæ ſic ſe habẽt, *cum ex æquitate hæc res deſcendat charitateque ſanguinis ſingulorum deſideria perpendere iudicem oportet*, id eſt, vt nos interpretamur ſingulorum naturalia vota, ſeu inclinationis, & ſanguinis neceſsitudinem, quæ magis vigent in his, qui propinquiores ſunt, & magis in maribus quam in fœminis, argumento text. in l. penult. ff. de eden do, ibi, *cum ea opera virilis ſit.*

18 Alimenta autem quæ neceſſariam educationem, & conſeruationẽ egre diũtur, nõ debẽtur præcepto naturali, quippè nulla ratio naturalis eſt, quę illa dari ſuadeat: id verò, ꝙ ex præcepto naturali incipit deberi ratione etiam naturali prius euinci debet; ꝙ ſi quædã iura ſunt, quæ iniungere præceptum videantur de alendis liberis à parentibus, & è conuerſo: interpretanda ſunt de neceſſarijs alimentis ad vitæ conſeruationem, ad quæ præſtanda peræquè natura ipſa homines rationis compotes, & bruta animantia mentis expertia allicit, & inclinat: qua ratione intelligitur rex. in d. §. ius naturale, nec quidquã aliud probat.

19 Sed mihi videre videor grauiſsimos, & doctiſsimos Hiſpaniæ noſtræ, & aliarum gẽtium præceptores, acriter inuehi aduerſus iſtam doctrinam, aſſerentes etiam ad hæc alimenta ad ſolam decentiam ſtatus pertinẽtia, & quæ omninò neceſſaria non ſunt pro vitæ ſubſidio, inclinari parẽtes à natura moueri, & exercitari, vt expreſſe probat text. in d. cap. ius naturale, ibi, *liberorum ſucceſsio*, qua ratione dicunt, tam ipſos Romanos Pontifices, quàm antiquos Iuriſconſultos ſæpiſsimè vſurpare conſueuerũt legitimam filiorum iure naturali ipſis deberi. c. ſi pater de teſtam. in 6. cap. Rainũtius, eodem tit. l. nam & ſi parentibus, cũ ſimilibus. ff. de inofficioſo teſtamento.

20 Huic tamen vulneri difficilè non erit remedium adhibere, ſi meminerimus cuiuſdam Bartoli doctrinæ in l. ſi quis à liberis. §. parẽs. ff. de liber. agnoſcend. vbi doctiſsimè more ſuo docuit nos, vt cauti ſimus, ne ex omnibus ad quæ natura inclinat, etiamſi bona ſint, præcepta ſtatim iuris naturalis colligamus: quaſi doceat Magiſter noſter Bart. ad quã plurima nos inclinari à natura, de quibus nobis non eſt iniunctum præceptum: quis enim obſecro dubitare poteſt, (vt hinc incipiam exempla proponere) homines, à natura inclinari ad conſeruationem propriæ vitæ: & nihilominus aliquando licere homini non ſe defendere: imò propriam defenſionem ommittere: & vitam ipſam ſupererogare pium, ac Catholicum dogma eſt. Inſuper natura nos mo-

uet,

Digitized by Google

uèt, & excitat ad referendam gratiam, his à quibus accepimus beneficia, teſte B. Thom. 2.2. quæſt. 66. art. 1. remuneratio enim opus iuſtitiæ eſt, & non charitatis, vt docuit idē B. Thom. 2.2. quæſt. 106. artic. 1. D. Antoninus, 4. par. tit. 5. c. 12. in princip. quæ magis debetur eis, à quibus maiora percipiuntur beneficia. Similiter dubitari nō debet, quin ad opera liberalitatis & charitatis â natura inclinemur, quinimò ad ordinem ipſum charitatis, & eius effectus ex mente omnium Theologorum, qui aiunt non ſemper ex eodem fundamento, ſed ſecundum diuerſas rationes diiudicandos eſſe charitatis gradus: ſed ſi aliquis alio coniunctior ſit, ei prius officia charitatis impendenda: in conſanguineis enim conſideranda eſt naturalis coniunctio, in ciuibus ciuilis, in militibus militaris, in ſpiritualibus, ſeu Eccleſiaſticis, illa coniunctio conſideratur, qua homines munere ſociantur, ita D. Thon. 1.2. quæſt. 31. artic. 3. Theologi omnes in 4. diſt. 29. Viguerius de inſtitut. cap. 12. §. 1. verſ. 5. ex quorum doctrina opera etiam liberalitatis naturali ratione dictante, potius exercenda ſunt, erga parentes, quā erga alios, quæ tamen omnia in præcepto non ſunt, etſi maximè ad illa â natura moueamur, & excitemur: igitur veriſsimè Bart. dixit, non omnia ad quæ natura inclinat, etiamſi bona ſint, præcepta iuris naturalis eſſe, facilèque diſoluitur præfata arguta conſideratio, ſi ingenuè fatea mur negari non poſſe, quin etiam ad hæc alimenta ad decentiam ſtatus inclinãte natura parentes moueantur, & vice verſa, non tamen inde ſequi, talia alimenta ſub naturali præcepto contineri.

21 Si autem ſcire deſideras quęnam regula ſumenda ſit ad ſtatuēdum, & diiudicandum, quæ naturalis inclinatio prȩceptū includat: illud perpetuo memoria retinebis, ad quæ omninò inclinauerit natura, prȩcepta eſſe iuris naturalis, item illa ad quæ rectè, & efficaciter inclinat: illa verò ad quæ leuiter mouet præcepta nō ſunt: ius enim naturale, latè ſumitur, & comprehendit etiam inclinationem illā naturæ, qua homines propenſiores ſunt, ad bona ſua liberis, ac parentibus potius relinquenda, quam extraneis.

22 Vndè intelligemus, qua ratione liberorum ſucceſsio, & legitima, dicantur iuris naturalis, accepti, ſcilicet, pro dicta inclinatione, & propenſione naturali, qua parentes magis ducuntur in liberos, quam in extraneos, ſicque ſi benè perpendas ciuiliaque, & canonica iura attētè perlegeris, nullam legem ciuilem, aut canonicam inuenies, quæ dicat legitimam filijs naturali præcepto, aut iure gentium debitam eſſe, ſed tantum iure naturali, quod (ſi aduertas) comprehendit propenſionem illam à natura inſitam, & omnium creatarum rerum ordinationem, multoque latius patet, quam ipſum ius gentium.

23 Sit igitur in principali noſtra controuerſia tenenda concluſio: pactū, quo alimenta remittuntur, quæ ad educationem prolis, & vitæ ſubſidium ſunt neceſſaria, non valet: probatur ex eo, quia talis conuentio repugnat bono publico, & naturali præcepto aduerſatur, in quo intellectu capienda, & intelligenda eſt, ſecunda illa ſententia ſuperius â nobis adducta, & confirmata, qua ex Abbate, Felino, Barbatia, Purpurato, Couarruu. Alciato, Philippo Decio, Baptiſta Pontano, Ioanne Roxas, & alijs, dicebamus non valere contractū, quo filiꝰ, aut aliꝰ deſcēdēs

Digitized by Google

cum parentibus paciſcitur, ne ab eis alimenta percipiat, loquuntur enim de alimentis neceſſarijs ad educatio nem prolis, & vitæ ſuſtentationem, & in hoc ſenſu veritatem habet dicta ſentẽtia ſecũdo loco ſupra relata.

24 Secunda concluſio penitus dirimens præcipuam noſtram cõtrouerſiam: conuentio, qua remittũtur cætera alimenta, quæ tantum pertinent ad decentiam ſtatus, dignitatemque perſonæ, recẽtè ſubſiſtit, & valet. Probatur ex eo, quia per illam, nec bonum publicum, nec ius naturæ offenditur, aut violatur, ſed ius ciuile priuatum, atque ideò nihil obſtat quominus valeat, niſi auctoritas legis ciuilis, de qua in dict.l.cum hi in prin. & in §.1.qui text. ſi attentè legatur, abſolutè nõ prohibuit pactiones de alimentis, ſed ne fiant ſine Prætore, qui diligenter inſpicere debet, vtrũ ſic tranſigẽtibus neceſſaria maneant alimenta, quibus ad tranſigẽdum ſuam præſtabit auctoritatem, & animaduertere, an per talem conuẽtionem neceſſaria alimenta tollantur, quo caſu denegare debebit trãſigendi facultatem.

25 Imò quantumcumque Prætor ſuã præſtiterit auctoritatem, ad tranſigendum ſuper alimentis, ſi per pactum remiſſa fuerint, quæ præſtari deberent, ſecundum vitæ neceſsitatem, & ex cauſa miſerationis, nullius momenti erit talis conuentio, quatenus aduerſabitur vitæ ſubſidio, ex dictis ad ſecundæ ſententiæ confirmationem, & non ſemel conſultus reſpondi, adhuc ſic tranſigentem, tranſactione non obſtante petere poſſe alimenta ſibi neceſſaria: quidquid filius ſuper alimentis, ſecundũ dignitatem, & qualitatem perſonę ſibi præſtandis paciſci poſsit, ſiuè legitimus, ſiuè ſpurius. Etenim vt initio dicebamus filij, etiã ſpurij, iuxta qualitatem, & dignitatem perſonarũ alẽdi ſunt, cum æquitati canonicæ, quæ parentes ad alendos filios ſpurios aſtringit ſatisfactum minimè videatur, ſi filio ſpurio illuſtri, ſeu nobili, vel in aliqua magna dignitate conſtituto, ſolum illud pro alimentis præſtaretur, quo natura contenta eſt.

26 Verſabitur tamen iudicis arbitrium teſtè D. Couarruu. de ſponſalibus, 2.par.cap.8.§.6.num.7. & pluribus relatis, atque ſequutis à Tello Ferdinando in l.10.Tauri num.2.circa conſiderandas dignitates, atque qualitates perſonarum, vt nõ ita ampla alimenta filio ſpurio vt legitimo, etiam eiuſdem qualitatis, atque dignitatis, præſtentur, aut relinquantur: ſemper tamen retenta ea veriſsima opinione, quę habet alendos eſſe filios, etiam ſpurios ſecundum qualitatem, aut dignitatem perſonarum: vtpote quia debitis alicui alimentis, ex cauſa miſerationis, manifeſti iuris eſt, illa eſſe præſtanda, ſecundum perſonæ dignitatem, l.ſed ſi quid, §. ſufficiẽter, ff.de vſufructu, gl.in l.nepos proculo, verb. *dignitate*, ff.de verbor.ſignificat. Alex.in l.ſi maritus, n. 5.ff.ſoluto matrimonio. Etſi nõ ignoremus plures contrariũ cenſuiſſe, & exiſtimaſſe, alimẽta, quę filio ſpurio à patre debentur, ſolũ ſecundũ vitę neceſsitatẽ eſſe præſtanda: ex doctr. Baldi in l ſi maritus, ff. ſoluto matrimonio, eleganter aſſerentis, 9 quãdo alimenta debentur miſerationis cauſa, non ſunt preſtanda, ſecundum dignitatẽ perſonę, ſed ſolũ ſecundũ neceſsitatẽ viuẽdi, cuius doctrinã ſequuti ſunt, Calaneus cõſ.89.n.55.Palacios Rubios in repet.c. notab.3. §. 34.n.3.tamẽ veri' eſt, ſpurios de quibus Palacios, & Caſan. loquũtur iuxta qualitatẽ, & dignitatẽ perſonarum alẽdos eſſe, ex proximè aſsignata ratione.

Su-

27 Super quibus alimentis, vt filum repetamus ad eam resolutionem, secunda conclusione assignatam: rectè pacisci, & transigere valebunt, ipsi met spurij, quia talia alimẽta, sibi nõ præstantur ex lege naturæ: nullaque lex est, per quã pactũ de alimẽtis prohibeatur absolutè, sed ne fiat sine Prętore, vt in d.l.cum hi.

28 Quæ lex non agit de quibuscumque alimentis, quomodocumque relictis, aut promissis, sed de illis tantũ, quæ in vltima voluntate relinquuntur, vt explicui: Ioan. Gutier. de iuramento, 3. par. c. 3. à num. 1. D. Anton. de Padilla in d.l. de alimentis, & declararunt post antiquiores, Curtius iunior, & Alex. ibidem: quæ si sumãtur vt spectant ad decentiam status, dignitatem & qualitatem personarũ, de his rectè sensisse dicemus Tellum Ferdinandum in l. 10. Tauri, n. 4. Ferdinandum Menchacen. Alciatum, & Decium vbi supra, eundem Alciatum de præsumptionib. reg. 1. præsumpt. 8. post Alex. idem probãtè in l. quod de bonis, §. 1. n. 3. ad l. falcidiã, & plures alios quos refert & sequitur D. Molina lib. 2. c. 1. n. 15. & 16. dum voluerunt alimenta non deberi iure naturali sed tãtũ iure ciuili, ex quodã tamẽ naturæ instinctu. Quorũ opinio, aut intelligenda est de alimẽtis, quæ non sunt necessaria ad educationẽ, & substentationẽ vitæ, vt rectè declararunt Ioan. Garcia de expẽsis, & melioration. c. 1. n. 10. Ludou. Molin. d. loco. n. 16. Ferdinand. Menchacens. vbi supra, aut si de omnibus intelligatur vera non est, vt dicti Patres optimè probant, & ita conciliarũt aditio ad Alciatum d. reg. & præsumpt. n. 6. aditio ad Decium in l. iura sanguinis, ff. de regul. iur. & fuit de mente ferè omnium scribentium, quos superius retulimus, sicque dicta concordia huiusmodi opiniones ad inuicẽ pugnantes conciliari posse, in specie voluerunt præter proximè citatos, Curtius iun. cons. 10. num. 7. Ioan. de Annania cons. 4. num. 1. vbi Bologninus in additione num. 5. Ioan. de Immola in l. Titio centum, §. Titio genero, col. 3. ff. de condit. & demonstra. pluresque alij relati, & sequuti ab insigni Couarruu. de sponsalib. 2. part. cap. 8. §. 6. num. 4. & 5. verisimaque est, & tenenda cõcordia, ne aliâs præfati doctissimi autores interse pugnent, atque dissideant, quorum repugnantiam quantũ fieri possit, semper vitare debemus.

29 Ex qua resolutione infertur, nõ videri iuri consonã Bartoli distinctionẽ in d.l. si quis à liberis, §. parens, asserentis alimenta deberi liberis naturali iure, parentibus verò iure tantũ ciuili, & quadã suasoria ratione, quæ nos docet, vt bene faciamus ijs à quibus bona accepimus, & vt parẽtibus pareamus, debitũque illis præstemus obsequiũ. Et cõuincitur talis distinctio, si aduertas cũ D. Thom. 2. 2. q. 26. art. 9. Martino Nauarro in manuali c. 14. num. 13. vers. 10. etiã includi sub 4. præcepto Decalogi præceptum naturale iubens alere parentes si indigeant: etenim licet negandum nõ sit euidentiore nos ratione naturali duci ad alendos liberos, per quos parentes ipsi quodammodo conseruantur, adhuc tamen fateri necesse est, naturale esse præceptum de alẽdis parentibus à liberis, ex supra traditis.

30 Infero prętereâ ad celebrẽ dubitationẽ, an legitima debeatur filijs iure ciuili, vel naturali, vt quatenus cõducit, ad quottã hæreditatis, seu portionem, quam ex legibus ciuilibus parentes filijs, & parentibus filij relinquere tenentur, mero iure ciuili debeatur, de qua legitima portione, seu quotta hæreditatis intelligenda

ſunt iura in d.§.aliud quoque,l.cum quæritur,C.de inofficioſo teſtamento, l.nam etſi parentibus, ff. eodem, quamuis in ea inueniri non deſinat quædam ſuaſsio, ſeu inclinatio naturalis , quæ parentes erga liberos , & liberos erga parentes mouet, & allicit, quæ naturale præceptum non facit, etſi talem inclinationem reperiamus , in quauis alia ſucceſsione parentum reſpectu liberorum, & liberorum reſpectu parentum: ſi verò legitimam filiorum inſpiciamus , quatenus dicit alimenta neceſſaria iure naturali , & requiſita ad vitæ ſubſidium,facit proculdubio præceptum naturale, in qua conſideratione exaudiendi ſunt Doctores aſſerentes deberi legitimam filijs iure naturali relati per Didacum Perez libr.5. ordinamenti titu.2.l.1. in princ.per Domin. Molinam, d.c. 1.n.6.

31 Vndè ſubinfertur ſumpta legitima , prout dicit quottam hæreditatis, ſeu portionem illam relinqui debitam,nullam legem naturalem eſſe, quæ impedimento ſit , ne ſuper illa paciſcamur , aut eidem omninò renuntiemus , dummodo debitum vitæ ſubſidium non adimatur , quo fundamento dum nobilis adoleſcens huius opidi Complutenſis, cum illuſtri matrona vidua , quondam vxore patris ſui naturalis conuentionem inijſſet , ſuper alimentis interueniente Prætore, iuramento, adhibitisque alijs fortiſsimis clauſulis,& conditionibus : nihilominus reſpondi inutile nulliusque momenti fuiſſe pactum, quo contentus erat quinquaginta numis aureis ſingulis annis : quatenus debitam vitæ ſuſtentationem , præfato adoleſcenti auferebat , circa quam nec paciſci, neque eidem renuntiare valuerat.

32 Sed dices etiam iure ciuili improbari pactionem circa legitimam, & ſucceſsionem futuram in cap. quamuis pactum de pactis in 6. l. ſi quando.31.§.1.C.de inofficioſo, l.pactũ, C.de collation.imò,& docuiſſe communem ſcholam dictis locis,quod ſi pater ſolutione præuenta filio daret æſtimationem legitimæ,valeret pactum,& renuntiatio , vt poſt alios reſoluit Ludouicus Romanus in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta,ff.de verbor.obligation.TellusFernandez in l.23.Tauri,num.16. Nicolaus Boer. communem dicens deciſ.62.cui obiectioni reſpondemus fatendo iure ciuili improbatam eſſe pactionẽ, circa legitimam,& ſucceſsionem futuram,tanquam bonis moribus contrariam,vt in dictis iuribus.

33 Verũ grandis hic cõtrouerſia eſt, inter antiquos, & noſtros vtriuſque iuris profeſſores,an ſi pater aſsignauerit integram legitimam filio,attenta quantitate,& qualitate præſentiũ facultatum,idemque filius ea contẽtus, polliceatur nullum deinceps ad bona patris regreſſum habiturũ , an creſcentibus bonis poſt parẽtis mortem poſsit petere ſupplementũ.Quã dubitationem periculoſam merito appellauit Tellus,vbi proximè.n.15. cum in ea interpretes omnes, hinc indè fluctuantes diuiſi ſint, nam Guilielmus Benedictus in repet.cap.Raynuntius de teſtam.verb.*duas habens filias*,num.242.Nicolaus Boer.loco citato,GeorgiusNatta in dict.cap.quãuis pactum, colum.2. Ludouic. Romanus vbi proximè poſt Anton. de Butrio in l. pactum, C. de collationib. tenent ſatis eſſe , ſi filius integram legitimam acceperit inſpecto eo tempore, quo ipſe conſenſit eam ſibi à patre traddi , nec petere poſſe portionis legitimæ additionem, ex bonis quæ pater mortis tempore

reli-

relíquerit, quibus aſsiſtere videtur communis præceptor. Bart. in l. pactum, C. de collation. verſ. *modo quæro*, vbi docuit, quod ſi filius â patre receperit aliquid eo pacto, vt in legitimâ imputet, & contra teſtamentũ venire nõ poſsit, excluditur filius nõ ex vi pacti de non ſuccedendo, quod reprobatum eſt, ſed ex vi perceptionis partis, quæ ſibi competebat: vndè ſi poſtea facultates patris aucte ſint, nõ poterit petere ſupplementum, quia iam recepit quod ſuum erat, & ex ſolutione eius, quod ſibi debebatur, non autem ex vi pacti de non ſuccedendo excluditur.

34 Comprobarique poteſt dictorum patruum ſententia, ſi conſideres, nullam eſſe legem naturalem diuinam, neque humanam, quæ impediat filio legitimam accipere ante mortem patris, attenta quantitate bonorum præſentium, aut patri eidem illam ſoluere, vt ſolutione eius quod debetur, tollatur omnis obligatio: quinimò talis conuentio eidem filio vtiliſsima eſſe poterit, cui etſi pater teneatur legitimam relinquere, ex bonis quæ mortis tempore habuerit, vt pungit Couarruu. in cap. quãuis pactum, 3. par. §. 1. verſic. *nec video*, interim tamen ad libitum de bonis diſponere poterit, etiam totam ſubſtantiam conſumendo, l. non vſque adeò, ff. ſi quis â parente fuerit manumiſſus, quo caſu multo melius erit legitimam accepiſſe attento priori ſtatu, quam ſecundum tempus mortis, quo filius fortaſſe nihil eſſet conſequuturus: ac proinde cõſultius faciet ipſe filius ſi collocet portionem ſuam in ſecuro, & ex nũc illius fructus conſequatur, dubio & futuro euentu non ſpectato.

35 Nec refert quod augeantur facultates patris, vel non, quam primũ enim ſoluit debitor eſſe deſijt præuenta ſolutione, ex l. cum quo, §. fin. ff. de peculio: dubium namque eſſe non poteſt, quin pater præuenire poſsit, & ſoluere, nec non quod reſpectu partis ſolutæ nulla actio filio remaneat, nec ſit habenda ratio exceſſus, qui contingere poteſt poſt ſolutionem, cũ & minui quoque poſſint facultates.

36 Mouereque in contrarium minimè poteſt, quod pactum de non ſuccedendo reprobatum ſit, hæc enim ſolum eſt receptio quædam, & anticipatio ſolutionis eius partis, quæ filio debetur tempore mortis, qui maluit illam antea recipere, propter anticipem conditionem dubij, & futuri euentus, & vtilitatem maximam medio tempore percipiendam, aliaque commoda quæ euenire poſſunt, ex præuentione ſolutionis.

37 Aduerſus quam quidquid contradicat Paul. Caſtrenſ. in l. in ratione, ff. ad l. falcidiam diminutis patris facultatibus alij fratres agere non poterunt, vt euincit Barbatia in capit. cum M. numero 165. de conſtitut. & notauit Boerius dict. deciſ. 62. quippè frater nihil accepit vltra legitimã ſi computaueris facultates, iuxta traditionis tempus.

38 Inſuper donatio ex cauſa dotis nihil aliud eſt, quam legitimę ſolutio. l. quoniam nouella, C. de inofficioſo teſtamento, authentica ex teſtamento, C. de collation. traddita autem dos nõ inofficioſa tempore traditionis, minimè reuocatur, etſi facultates minuãtur, igitur nec cæteri filij agere poterunt cõtra fratrẽ, qui â patre viuo debitã legitimã accepit: minorem ſcilicet quod talis dos non reuocetur, probant Gomez. in l. 29. Tauri. n. 35. poſt gl. in l. 1. C. de inofficioſis donation. vbi Alberic. Cinus Barto. & cæteri cõmuni ſuffragio ſequũtur, cõſequẽtia expedita eſt, quia

quemadmodum quãdo pater ſoluit id quod debet amplius repetere non poteſt, ex traditis per interpretes in l. ſi extraneus,ff. de condictione ob cauſam, ſic etiam à filio qui ſemel exegit cæteri repetere non valent, etiam ſi patris facultates ſint diminutę,ſolum enim percepit,quod ſibi debebatur,& nihil amplius.

39 Quam ſententiã præter ſuperius citatos, tenuit Bald. ſibi contrarius in l.fin.§.fi.C.de vſuris rei iudicatæ, num. 13. & 14. & in l. in ſucceſſione,C.de reuocandis his quæ in fraudem creditorum, etſi contrarium voluerit in dict. cap. cum M. num. 15. verſic. *& eſt argumentum*, vbi dixit in propoſita ſpecie, poſſe adhuc filium ſupplementum bonorum petere,argumento text. in allegato cap. cum M.vbi ſtatutum, vel iuramentum de non recipiendo aliquem in canonicum intelligitur conſiderato ſtatu præſenti, quia ſupereſcentibus reditibus Eccleſię, non ligat iuramentum,& alter canonicus creabitur,allegat etiam text. in l. in his honoribus,§. auctis,ff.de vacatione muner. ſequitur Paul. Caſtrenſ. in authent. res quæ, C. communia delegatis, colum.2.num.9. Alexand. reſipiſcẽs in l.pactum,C.de collat. colum. fin. num.9. vbi tandem concludit poſt plura hinc inde allegata, placere ſibi prædictam Bruticarij opinionẽ, quã etiam tenet Iaſ. in dict.cap.authenti ca res quæ,notab.6.num.17.C. communia de legatis,quamuis(vt tetigimus) Bald. Caſtrenſ. Alex. & Iaſon, prius opoſitum defendiſſent.

40 Sed ex his qui ob præfata fundamenta firmiter hanc ſententiam tutati ſunt, primus omniũ fuit Angel. in l.ſi proponas,§.ſi hæreditatem, ff.de inofficioſo teſtamento, vbi apertẽ docuit aſsignata ſemel à patre filio portione ſibi competente, ſecundũ quantitatem præſentis temporis,etſi augeantur bona patris,non poſſe filium ſupplementum petere, quia nõ excluditur pacto, ſed perceptione, communem dixerunt vltra ſupra relatos Curt.ſen. conſ.fin.verſic. *& ſic communis ſententia eſt*, Grammaticus deciſ.Neapolitana 37.n.34.cũ ſeqq. doctiſsimus Hiſpanus noſter Roderi cus Suarez in l. quoniam in prioribus limit.4.col.4. verſ. *ego dico, quod vbicumque*,Albertus Brunus in tract. de ſtatutis excludentibus fœminas, art.9.q.1.princ.col.fin.verſ. *contrarium tamen*,ex quorum relatione verioręm, & communiorem ſemper exiſtimani opinionem hanc,propter dictorũ Patruum auctoritatem, & proximè adducta fundamenta, nec nõ ex tex. in l.cum quo de peculio, §.fin. ff. ad l.falcidiam.

41 Quantumuis D.Couarru. non ita efficaci ductus ratione cõſtanter aduerſam opinionem defenderit, dicens ſe non videre,qua ratione præfata opinio contraria defendi poſsit cũ legitima filijs omnino debeatur ex bonis,quæ mortis tempore pater reliquit,l.cum quæritur, C. de inofficioſo,l.23.Tauri,l.7.titu.6.lib.5.recopilation. non animaduertens vir inſignis, quod etſi maximè pater debitor ſit,vſque ad tempus mortis,poteſt ſinedubiò tempus illud præuenire in ſolutione,ex dict.l.cum quo de peculio, §.fin. & vnanimi conſenſu Doctorum vtriuſque partis, ac per conſequens reſpectu portionis ſolutæ nulla actio filio remanebit, vt ſuperius argumentabamur.

42 Allegant præterea Couarr. & qui eum ſequuntur textum, quem fortem appellant in l. ſi quando, §.2.C. de inofficioſo teſtamento, vbi filius qui recepit bona aliqua pro legitima poteſt petere ſupplementũ poſt mortẽ patris,non obſtãte pacto quod an

tea

Digitized by Google

tea fecerat cuius auctoritate destrui prædictam opinionem quam nos se quimur testatur Iaſ.ibidem,qui in au thentica nouiſsima,C. de inofficio-ſo teſtamento,& in l.quod ſeruus,ff. de cõdictione cauſa data,vlteriusvo luit contrariam,quam ſequitur Co-uar.communem eſſe.

43 Verumtamen nec dicta l.ſi quando,§.1.Couarruuiç & ſequacib' opi tulatur,nec aliqua adducũt argumẽ-ta,quæ ex ſupra reſolutis dilui facilẽ non poſsint: etenim ideò in illo tex tu,potuit filius reſiduũ petere, quia integram legitimam non percepe-rat,nec præuenerat ſolutionem, vn-dè illi pactum de non petendo obeſ ſe non potuit, qui ex vi receptionis excludi non valuit,pactum autẽ ma-niſeſtum eſt reprobari.

44 Et præter ſupradicta ſuperiorem ſententiam veriorem, & communio rem non obſcurè probat diuinũ teſ-timonium Lucę 15.c. vbi cum pater filio ſuo maiori natu integrã portio-nẽ ſubſtantiæ ſibi contingentem de diſſet,eidemque poſtea reuerſo pa-ter vitulum occidiſſet, & cõquerere tur alter filius ætate minor, pater reſ pondit alloquens filium minorẽ om nia mea tua ſunt,nulla profecto alia de cauſa,quam quod alter filius par-tem ſubſtãtiæ ſuæ recepiſſet, & ex vi perceptionis maneret excluſus, nec petere poſſet ſupplementum auctis etiã patris facultatibus,ex quibus re-iecta Couarruuię ſententia verior,& ſecurior eſt,quã ſupra amplexi ſum' opinio.Eamque quẽadmodum reci piendã eſſe docuit Couarruu.vbi fi-lius recepta congrua portione legiti-ma ex bonis patris renuntiaret cum iuramento paternæ hæreditati, & pa-ctũ patri faceret,vt nullũ ad eius bo-na regreſſum haberet, quo caſu exiſ. timauit, etiãſi patrimoniũ patris creſ. ceret nõ poſſe filiũ aliquid ex bonis patris petere ex pluribus ab ipſo rela tis,ſic etiã & eã recipere debuit,vbi non interueniente iuramẽto,nec pa-cto,ſaltẽ conſtiterit integram portio nẽ fuiſſe â patre filio ea contento ſo lutam attenta quãtitate bonorum il-lius temporis,quo facta fuiſſet tradi-tio.

45 Denique vt filũ iterũ repetamus ex præcipua noſtra ſuperiori reſolu-tione,qua diximus ſuper alimentis neceſſarijs ad vitam paciſci non lice re,ſuper his verò quæ tantum condu cunt addecentiam ſtatus licitum eſ-ſe pactum : conſequens eſt præcep-tum naturale,ac ciuile alimentorum vigere adhuc, etſi parentes liberis ſe mel neceſſaria ad totam vitam dede rint,ſi iterum ſiuè caſu , ſiuè culpa in egeſtatem deuenerint:quamuis non ignoremus contrarium exiſtimaſſe Ferdinandum Menchacenſem con-trouerſ.illuſtr.cap.35.num.14. cuius cõtradictione non obſtante, verius eſt, liberos nihilominus alẽdos eſſe, vt ſatis euincunt ſuperius â nobis ad ducta rationes, & abundẽ probatur, ex traditis per gloſ. 1. in c. ſacrorũ 12.q.2.dominum Couarruuiam reſo lut.lib.2.cap.16.num.9.Palacium Ru bios in repet.Rubricæ,§.78.numero 30.& magis pia ſententia eſt, iterum & ſemper deberi alimenta â paren-tibus liberis quomodocumque , & ex quacumque cauſa in egeſtate cõ-ſtitutis, & è conuerſo à liberis paren tibus, vt communem dicens probat idem Palacios vbi proximè,§.27. nu mero 9.Dominus Molina lib.2.cap. 16. numero 24. & in ſpecie quod quamuis culpa ſua filij conſumpſe-rint quantitatem aſsignatam ſibi â patre pro alimentis , pater teneatur iterũ illis aliquã quãtitatẽ nimis mo deratã ex miſeratione,ne fame pere ant,pro alimẽtis aſsignare,tenuit Gaſ par Bacci' de nõ meliorãdis filiabus

Digitized by Google

cap.16.num.20. cum seqq. post Iasonem,Baldum,Hyppolitum,&alios quos refert & sequitur,id equum atque probabile dicens Dominus Molina dict. num. 24. qui num.25. cum seqq. eleganter retento eodem themate discurrit,circa dotem casu, vel culpa filiæ amissam,ad quem libenter eruditum lectorem remittimus.

46 Nec velim existimes super alimẽtis necessarijs ad vitam, ex eo pactũ non valere, quia sunt iuris naturalis, quippè discrimen constituẽdum nõ est circa pactiones priuatorum,inter ius humanum,& naturale datis paribus terminis,id est illa quæ sunt iuris naturalis, si ad priuatam cuiusque, & temporalem tantum vtilitatem pertinẽt renuntiari rectè possunt, si ad publicam nullo modo:idẽque iuditium est de legibus humanis, vt quæ ius publicum respiciunt renuntiari non valeant,quę verò priuatam dumtaxat continẽt vtilitatem renuntiabiles sint, quare cum dicta alimenta ad vitæ sublidium iuris priuati non sint, neque in potestate hominis illis omninò renuntiare, mirũ non est, si nec super illis paciſci valeat.

47 Atque ex ista elegãti doctrina de discrimine non constituendo circa pactiones priuatorum inter ius humanum,& naturale,datis paribus terminis modo explicato, iam infertur declaratio ad tex.in cap.non est nostrum 23.quæst.5. dum ait licitum esse vnicuique ex iusta causa naturali defensioni renuntiare,quæ tamen iuris naturalis est,iuxta tex.in l.vt vim, ff.de iustit.& iure,cap. olim *el primero*,de restit. spoliator. & tradita per Domin. Couarruu. de sponsalib. 2. par.cap.8.§.12.num.17. Soto libr.1. de iustit.quæst.1.art.9. post D. Tho. quem referunt,quamuis (quod magnopere dolẽdũ est!) nõ deficiat etiã in hac parte traditio communis,quæ sine fundamento voluerit contrarium, qui text.in dict.cap.non est nostrum,quatenus docet ex iusta causa licere renuntiari defensioni naturali,nullam aliam rationem habet, neque habere potest, quam quod aliquando ea quæ sunt iuris naturalis ad priuatam cuiusque, & temporalẽ tantum vtilitatem pertinere soleant, euenireque possit facillimo negotio, vt interſit hominis ex iusta causa, & in aliquo casu non se defendere,proprięque renuntiare defensioni,vt manifestum est,& plusquam liquido constat in martyribus,qui pro salute, & incolumitate animæ suæ sponte multis tormentorum generibus se se offerunt, & certior res est, quam vt vlla confirmatione indigeat.

48 Poteram etiam ex eadem traditione colligere,parũ aptè sensisse duos maximos vtriusque iuris præceptores Bartolum receptum in l. ius publicum,ff.de pactis,Abbatẽ in cap. si diligenti de foro competenti, num. 7.docentes indistinctè iura naturalia, quantumuis priuata sint renuntiari minimè posse,ex §. sed naturalia.Instituta de iure naturali, & ex l. ius agnationis, ff. de pactis. Verum ego qui non solum Bartolum,& Panormitanum doctissimorum Magistros,sed alios quoscumque priuatos homines,melius sentientes non solum colere,sed reuereri, & venerari consueui,vbi illorum dicta defendere possum,nũquã profecto conabor ab ipsis discedere, quinimò illorũ placita in bonum sensum interpretari contendam: ideoque prędictos patres dum docent, quæ sunt iuris naturalis,quantumuis priuata sint irrenuntiabilia esse, ita subaudiendos crederem,vt loquantur de illis, quæ ita sunt iuris naturalis,vt vel nõ possint

Digitized by Google

ſint abſque turpitudine violari, aut ſunt inſeparabilia ab ipſa perſona, prout eſt ius agnationis, ius ſanguinis de quo ſermo erat apud Abbatẽ, & Bartolum dictis locis.

49 Ex eodemque principio pariter deſcendit dictum Rolandi â Valle, lib.1.conſ.4.num.10. Alexandri cõſ. 8.lib.1.aſſerentium, poſt gloſ. vltim. ad fin.in cap.ſignificaſti de foro cõpetenti, fori priuilegium, etiam Epiſcopo conſentiente renuntiari non poſſe, quippè exploratum eſt per talem fori renuntiationem ius publicum offendi, ex vulgatiſsimis iuribus, nec Epiſcopi conſenſus alicuius erit momenti, cum non verſemur in materia iuris priuati, ſed publici.

Summaria ad Controuerſiam 21.

1 *Licitum eſt vnicuique, tam in publicis, quam in priuatis delictis ab accuſatione deſiſtere.*

2 *Valet pactum de non accuſanda vxore de adulterio, interdictum autem, vndè vi quatenus publicam cauſam attingit remitti non poteſt, illataſque nobis iniurias relaxare pium, et religioſum eſt.*

3 *Nihilominus iuſta ſunt leges pactiones prohibentes de futuris criminibus non accuſandis.*

4 *De iure communi cuilibet de populo accuſatio adulterij permittebatur, & prædicta pacta inuitant ad delinquẽdum in præiudicium iuris publici.*

5 *Prædictæ pactiones ordinantur ad tollendam correctionem, cum ſpeciali ſalutis æternæ detrimento, & intelligitur text.in l.ſi vnus, §. pacta, ff. de pactis.*

6 *Non valet conuentio ad futuram criminalem actionem tollendam, vel accuſationem, valebit tamen ad tollendã ciuilem.*

7 *Non eſt audiendus Iaſon aſſerens, quod iure canonico valet pactum contra ius publicum.*

8 *Nihil intereſt vtrũ ius publicum ad ſpiritualia, vel ad tẽporalia pertineat, legeve Eccleſiaſtica, aut ciuili deſitum ſit.*

9 *Obijcitur tex.in cap.quemadmodum, §. illud, verſ.quoniam, de iure iurando, dum ait pactum de non accuſanda vxore de adulterio, ſi iuramento fuerit firmatum, efficere ne maritus ad ſeparationem fori valeat accuſare.*

10 *Adducitur intellectus Guillelmi Benedicti ad dict. cap. quemadmodum aſſerentis ibi non fuiſſe iniunctũ præceptum, ſed conſilium datum.*

11 *Non tenemur de præcepto eligere tutius, ſed ſufficit ſi tutum eligamus.*

12 *Comprobatur iuribus, & authoritatibus Doctorum prædictus Guillelmi Benedicti intellectus.*

13 Explicatur verbum, tutius, *de quo in cap.commiſſum de ſponſ. & aſſeritur in his quæ ad ſalutem animæ ſpectant, multo verius eſſe indubijs teneri nos de præcepto tutius eligere.*

14 *De præcepto tenemur omne illud iuramentum obſeruare, in cuius implemento nullum reperitur peccatum.*

15 *Si aliud canonicum nõ obſtat, & in obſeruantia peccatum non reperitur, iam in tali iuramento non deficit vnus ex comitibus illius ſcilicet inſtitia.*

16 *Adducuntur iura, quæ docent quodcunque iuramentum, obligare iuramentum in cuius obſeruãtia nullum pec-*

Digitized by Google

catum cõmittit.

17 *Diſtinguitur vt maritus ex vi iuramẽti non poſsit vxorem ciuiliter accenſare ad ſuam priuatam vtilitatem criminaliter autem ſic ad vindictã publicam.*

18 *Cõuincitur prædicta diſtinctio, & probatur efficaciter, nullum diſcrimen conſtitui poſſe in propoſita ſpecie inter accuſationem ciuilem & criminalem.*

19 *Expenduntur verba exp. quemadmodum, de iure iurando, ad apertius cõuincendam præfatam diſtinctionem ſcholæ communis.*

20 *Proponitur altera diſtinctio inter generale iuramentum negationum de nõ accuſanda vxore, ſuper nullo crimine, & inter ſpeciale de illa non accuſanda ſuper adulterio.*

21 *Accuſatio vxoris eſt in præcepto, dummodo ſufficienter probari poſſit adulterium, & alius modus non ſit, quo æque bene Reipublicæ conſulatur, & non ſunt audiendi, qui aſſerunt accuſationem vxoris eſſe contra præceptum Diuinum.*

22 *Licita eſt, & omni iuri conſentanea cuiuscunque criminis delatio.*

23 *Exornantur laudationes ipſius accuſationis, tam ex authoribus bonæ notæ, quam ex ipſis legum Conditoribus.*

24 *Longè diuerſo modo Philoſophandum eſt, circa iuramentum ſpeciale de nõ accuſanda vxore ſuper adulterio, quod vtile, & validum erit.*

25 *Verius eſt maritum iurantem non accuſare vxorem de adulterio renunciaſſe, & ciuili, & criminali accuſationi, ſiué futuri, ſiué præteriti adulterij.*

26 *Licitum eſt vnicuique, tam in publicis, quam in priuatis criminibus ab accuſatione deſiſtere, & intelligitur ſtatutum, vt nemõ inuitus agere, vel accuſare cogatur.*

27 *Intelliguntur conſtitutiones prohibentes pactiones de futuris criminibus non accuſandis.*

28 *Referuntur diuerſi modi coercẽdi vxorem adulteram, ſecundum diuerſa tempora ad intelligentiam dict. cap. quemadmodum.*

29 *Proponitur controuerſia quæ crimina publica, & quæ priuata dicẽda ſint.*

30 *Referuntur Doctores præfatam controuerſiam diſcutientes.*

31 *Publica crimina illa ſunt, quorum accuſatio pertinet cuicunque de populo.*

32 *Priuata crimina illa dicuntur, quæ ille tantum qui offenſam paſſus eſt in iuditium deferre poteſt.*

33 *Quidam dicunt non valere hanc conſequentiam, publicum crimen eſt, ergo cuilibet de populo competit illius accuſatio, exemplum in adulterio.*

34 *Subijcitur aliud exemplum de crimine ſuppoſiti partus, quod publicum eſſe probatur.*

35 *Conuincitur diffinitio publici criminis, & oſtenditur non ſemper competere ſuo diffinito expenſo Iuſtiniani loco.*

36 *Quidam comminiſcuntur duo copulatiuè requiri, ad hoc quod crimina publica ſint, quod legibus publicorum iuditiorum comprehendantur, & vt ab vnoquoque de populo deferri poſſint, ſed vera non eſt illorum traditio.*

37 *Verior eſt Bartoli doctrina aſſerentis ea omnia, & ſola crimina publica eſſe, quæ lege aliqua, vel Senatuscon ſulto talia effecta ſunt.*

38 *Explicantur iura, quæ dicunt publica crimina illa eſſe, quorum accuſatio competit cuilibet de populo.*

39 *Caſu quo fieri poſſet pactio vniuerſalis negatiua de non accuſando actio ad intereſſe non conſeretur remiſſa, etiam ſi accepta pecunia remiſſio in iuria facta fuerit.*

40 *In-*

Digitized by Google

40 *Iniuriam alteri inferens, tenetur resarcire iniuriam passo, damna, & expẽsas ratione iniuriæ, & lesionis sibi contingentes, & quidem totum interesse, neglecta distinctione Ioannis Maioris.*

41 *Non apparet quo colore deffendi possit Ioannis Maioris distinctio inter percussum quiescentem, & ipsum iusta mercede laborantem.*

42 *Aliquid etiã præter damna, & impensas iniuriã passo tribuẽdũ est, imò eo mortuo aliquid in vtilitatẽ animæ illius expendi poterit, nec omninò hæredibus mortui iniuriam inferens tenebitur satisfacere.*

CONTROVERSIA 21.

An leges prohibentes pactiones de futuris criminibus non accusandis, licitæ sint, & procedant in criminali accusatione tantum, non tamen impediant ciuilem, quaque ratione & forma, & in quibus casibus intelligendæ praticandæque sint.

1 LIcitum esse vnicuique, tã in publicis, quam in priuatis criminibus ab accusatione desistere rectè docuisse videtur I. C. in l. si maritus, §. si negauerint, ff. de adulter. nemo enim agere, vel accusare compellitur, ideoque non apparent omninò iustę & legitimæ illę cõstitutiones Principũ, & iura quæ prohibent pactiones de futuris criminibus non accusandis. Accedit quod etiam si capitalia fuerint delicta integrum est reo cum accusatore pacisci vt redimat sanguinem suum, cui ignoscendum est, etiamsi in præiuditium iuris publici transegerit, vt explicarunt Curtius iunior in l. transigere, C. de transaction. n. 45. Purpuratus ibidem n. 128.

2 Rursus pactum de non accusanda vxore de adulterio valere docuit Põtifex Maximus in cap. quemadmodum, §. illud, vers. *quoniam*, de iure iurando, & faciunt iura vulgaria, quæ docent in re sua quemlibet esse arbitrum, & moderatorem, quo circa & ciuiles, & criminales actiones remittere poterit, & in l. si vnus, §. pacta, ff. de pact. palam deciditur remitti non posse interdictum vndè vi, quatenus publicam causam contingit, vbi manifestè significatur idem interdictũ esse remissibile quatenus priuatam vtilitatem respicit, vt ibidem declarauit cõsumatæ eruditionis vir Iacob. Cuiac. quidquid glos. & Doctores controuertant, igitur non ita facilè procedere posse videntur leges prædictæ, quæ prohibent pactiones de futuris criminibus non accusandis, eo maximè quod aduersari etiam Euangelicæ legi videantur, qua docemur illatas nobis iniurias relaxare ipsum, & religiosum esse: diligendosque fore inimicos, & benè faciendũ his qui oderunt nos.

3 His tamen non obstantibus, vera & tenenda conclusio est, iustas ac rationi consonas esse leges pactiones prohibentes de futuris criminibus non accusandis, cum in effectu nõvaleat quæcumque pactio de non accusando

ſando aliquem de quocumque crimine criminaliter,iuxta tex.& ibi tradita per Doctores in l.tranſigere, C. de tranſaction.vtpotè quia per tales conuentiones lęditur ius publicum, cuius intereſt delicta puniri,l.ita vulneratus,ff.ad l. Aquiliam, cap. vt famę.35.in princ.de ſent. excommunicationis, atque ideò valere non debeant,iuſtèque prohibeantur, per leges conſtitutionesque Principum.

4 Inuitant namque talia pacta ad delinquendum in pręiudicium iuris publici,& contra obſequium,& reuerẽtiam Deo Optimo Maximo debitam maximè cum oporteat delictorũ pœnas timeri,teſtè I.C.in l.ſi vnus, §.pacta,ff.de pactis,&accuſari vindicariq; crimina, vt ſatisfiat Reipublicæ, cuius tranquillitas offenditur, præſertim in his criminibus,in quibusprop ter delicti grauitatem cuilibet de Populo accuſatio permittitur, prout ante ius Regium de iure communi in adulterio contingit,ex l.2.§. ſi publĩ co, & l. ſi maritus 15.§. ſi negauerit, ff.ad l.Iuliam de adulter.

5 Inſuper quia prædictæ pactiones ordinantur ad tollendam correctionem cum ſpeciali ſalutis æternæ detrimento, vt in furto homicidio, & alijs criminibus,de quibus & criminaliter ad publicam vindictam,& ciuiliter ad priuatam ſatisfactionẽ agi poſſe apertiſsimi iuris eſt, vt ſignificat text.ſic intelligendus in d.§.pacta,dum ait Conſultus non valere pactum ne furti,aut iniuriarum agatur, quia expedit furti, & iniuriarum pœnam timeri,quibus verbis ad criminalem accuſationem propriè pertinẽtibus manifeſtè probatur, nedum iuſtas,ſed omni rationi cõſonas eſſe leges,quæ conuentiones prohibent de futuris criminibus non accuſandis,quaſi proſpicientes,ne ius publicum offendatur, ne vè delicta maneant impunita, aut aliquid admittatur contra legem Dei.

6 Vt autem propoſita concluſio penitus intelligatur diſtinguere expediet inter pactiones impedientes publicam accuſationem, & quæ referũtur ad priuatam,& ciuilem accuſationem, verbi gratia, ad ſeparationem tori in adulterio, & ad ſatisfactionẽ priuatam in alijs criminibus: etenim in prioribus,id eſt in priuatis delictis,ſicut & in publicis,per quæ pœna ſanguinis incurritur, licita non erit tranſactio ſi agatur criminaliter,quæ licebit ſi agatur ciuiliter, quippè in priori caſu ſimiles pactiones bonum publicum offendũt, in poſteriori priuatum,vt rectè conſiderarũt Domin. Anton.de Padilla, qui alios refert in dict.l.tranſigere,num.104.poſt Bart. ibidem,num.16.Alexandr. num. 15. Curtium iuniorem num.45.Purpuratum num. 128. Iaſonem n. 17. Nec pactiones priuatam vtilitatem reſpicientes ius publicum offendunt, aut delinquendi occaſionem præſtant, ideoque nihil eſt,quod impediat ipſas interponi:in ſumma igitur nõ valet conuentio ad criminalem actionem tollendam, vel accuſationem, quia ius publicum offendit,& improbatur ex ratione dict.l.tranſigere,C. de tranſaction. valebit tamen ad tollendam ciuilem,vbi nihil contra ius publicum committitur, imò rectè fieri poteſt, vt quis ab accuſatione remoueatur,quo iure vtimur.

7 Neque audiendus eſt Iaſ.in l.iuris gentiũ,§.ſi paciſcar.num.3.ff. de pactis aſſerẽs, quod licet iure ciuili nõ valeat pactum contra ius publicum, valet tamen iure canonico,cuius ſententia manifeſtè confunditur ex celebri cap.quamuis pactum in fine de pactis in 6.quo diffinitum eſt non valere iuramentum in tertij præiuditium,ac per conſequens multo minus

nus valere debet in præiuditium iuris publici.

8 Item aduertè nihil intereſſe in propoſito,vtrum ius publicum ad ſpiritualia,vel ad tẽporalia pertineat, legevè Eccleſiaſtica, aut ciuili definitum ſit, etenim quomodocumque contingat ius publicum offendi inutilis erit pactio publicam lædens vtilitatem,aut quæ manifeſtam præſtiterit delinquendi occaſionem, iuxta proximè tradita. Conſtat enim obſeruantiam alicuius actus eſſe peccaminoſam,ſi vel in ſe turpitudinẽ cõtineat,vel probabilem præſtet illius occaſionem,& ſiuè mala promiſſa intrinſecam malitiã contineãt,de quibus in c.etſi Chriſtus 26.§. quædam de iure iurando,D. Thom.2.2.q.33. art.2.Soto lib.3.de iuſtit.quæſt.6.art. 3.colu. 2. ſiuê intrinſecam malitiam non habeant,ſed ſolum ex cauſa prohibeantur,vt habemus exemplum in d.§.quędam,ſemper talium promiſſorum obſeruantia peccaminoſa eſt, argumento l.cõuenire.5. ff. de pact. dotalibus,& c.pen.de conſuetudine cum alijs,latè Fortunius de vlt. fine, illat.20.

9 Verum his grauiter obſtat perdifficilis text.in c.quemadmodum, §.illud,verſ.*quoniam*,de iure iurando, dũ ait pactum de non accuſanda vxore de adulterio,ſi iuramento fuerit cõfirmatum, efficere ne maritus ad ſeparationem tori valeat accuſare: ex quo iuramento planum eſt, præſtari probabilem delinquẽdi occaſionẽ, propter veniæ facilitatẽ, iuxta illud prouerbior.13. *qui parcit virgæ, &c.* cap.ſi verò 8. de iure iurando, capit. eſt iniuſta 23. quæſt. 4. conſequens igitur videtur nullam potuiſſe producere obligationem, maximè cum tale iuramentum bono publico aduerſetur, neque ſeruandum ſit, ex cap.ſi diligenti 12. de foro competenti, & latè traditis per Ferdinand. Menchacenſem de ſucceſsion.creation.§. 28. à numero 21. Marantam de ordine iudiciorum,4.par.diſt. 11. numero 2.D.Couarruuiam in capit. quamuis pactum,2.par.§.1.num.1.& quod iuris publici interſit delicta puniri d.c.vt famę.35.in prin.de ſentẽtia excommunicat. d. l. ita vulneratus,ff.ad l.Aquiliam, atque ideò nec pactum,nec iuramentum, de quo in d.c.quemadmodum, valere debuit, præcipuè cum manifeſtum ſit, non aculare vxorem adulteram, publicã directè offendere vtilitatem,cũ adulterium crimen publicum ſit,dict.l.2. §.ſi publico.l.4. verſ. *extraneis*, ff. de adulter.l.quamuis 30.C. illo tit. tradunt Iul.Clar.§. adulterium,num.4. Anton.Gomez in l.80.Tauri numero 49.

10 Quam difficultatem cum præſentiret Guillelmus Benedictus relatus à Panormitan.in dict.cap. quemadmodum, num. 14. ſuppoſuit tãquam certum,maritum non obſtante iuramẽto de quo ibi,accuſare poſſe vxorem adulteram,tam ciuiliter, quam criminaliter,ne aliâs præſtetur occaſio delinquendi, aut alia ſuboriantur inconuenientia, aut mala, quorum nuper meminimus, & ad dict. cap.quemadmodum, reſpondit Guillelmus,nullum illic iniunctum fuiſſe præceptum, aut exortam obligationem aliquam,non accuſandi vxorem adulteram, ſed dumtaxat conſilium datum ad melius eſſe, quaſi ſecurius ſit,&cõſultius ipſi marito,vxorem non accuſare, quod ſatis indicat verbum illud,*tutius*, de quo in d. cap.quemadmodum, cuius ſi proprietatem, & naturam attendamus præceptum non importat,ſed conſilium.

11 Patet ſi expendas numquam teneri nos de prȩcepto eligere tutius,ſed ſuf-

sufficere si tutum eligamus,iuxta do ctrinã Christi Domini Math.19. ibi, *serua mandata*,& ibi,*si vis perfectus esse vende omnia quæ habes*,*&c.* vbi iniungi tur præceptum de seruandis mandatis,de vendendis autem omnibus bonis,& Deo Optimo Maximo in totũ sequendo,hoc est,de dimittendo sęculo consilium datur.

12 Fauetque huic sensui text. celebr. in cap.commissum 16. de sponsalib. vbi verbum, *tutius*, ad consilium, & non ad præceptum referendum esse interpretes crediderunt,ex Theologis Soto in 2.4.dist.27.artic.5.col.2. Paludanus in 4.dist.28.q. 1. col. 10. Richardus ibidem dist.29.art.2. & 4. Siluester verb.*matrimonium*, 7.q. 5.n. 5.ex nostris insignis Nauarr.in c.nõ dicatis n.3.D.Couarr. de sponsal. 1. par.c.1.in prin.n.11. quibus comprobari viderur præfatus Benedicti intellectus ad d.c.quemadmodum.

13 Verum nullatenus defendi potest, & manifestè conuincitur, quia lõgè probabilius est, verbum, *tutius*, de quo in illo tex. necessario præceptũ inuoluere duplici fundamento. Primo quoniam in his rebus,quæ ad salutem animæ spectant, multo verius est in dubijs teneri nos de præcepto tutius eligere,argumento c.ad audiẽtiam 12.de homicidio, prout saltem in foro interiori voluit doctissimus Nauarr.communem dicens in cap.si quis autem.n.37.de pœniten.dist. 7. D.Couarr.in clem.si furiosus.1. par. in initio.n.3.vbi latè insistit circa intellectũ regulæ, quę docet,indubijs tutiorem partem eligendam esse,docent Panormit.& DD. communiter in d.c.ad audientiã:nõ est igitur cur verbum,*tutius*,de quo in d.c. quemadmodum cogamur ad cõsilium, nõ verò ad præceptum referre.

14 Tũ etiã secundo,quia de pręcepto tenemur omne illud iuramentũ obseruare,in cuius implemẽto nullum reperitur peccatũ,sed sic est, ꝙ vxorẽ adulterã non accusare, peccatũ nõ includit,igitur obseruãdũ est tale iuramentũ nõ ex cõsilio,sed ex prȩcepto:omne enim iuramentũ seruandũ est,nisi tale sit,ꝙ vergat in interitũ salutis æternæ,& dummodo sine peccato seruari possit, argumẽto tex.in l.nã ꝙ liquidę.4.§.vlt.ibi,*omnes*,ff.de penu legata,imò nec tutũ est, quẽlibet venire cõtra propriũ iuramẽtũ.

15 Namque si aliud canonicum non obstat, & in obseruantia peccatũ nõ reperitur,iã in tali iuramẽto nũ desit iustitia,quę est vnus ex cõmitibus de quibus in c.etsi Christus.26. vers. *Iacobus*,de iure iuran. quorum memi nit Nauar.in manuali.c.12.n.3.Couarruu.in capit.quamuis pactum, 1. part. §. 6. numero 6. vndè nihil est, quod possit impedire validitatẽ prædicti iuramenti de non acusanda vxore.

16 Confirmant expressa iura asserentia,quodcumque iuramentum obligare iurantem, in cuius obseruantia nullum peccatum cõmittit,dum modo aliud canonicum non obsistat, vt in d.c.quamuis pactum, ibi, *cum non vergat*,*&c.*& in c.cum contingat 28. de iure iuran.ibi, *neque obseruata vergunt*,*&c.*cum similibus strictè prędictã regulã concludentibus.Ergo prędicta Guillelmi Benedicti existimatio caret prorsus iuris fundamento, si differas probationem minoris propositionis superius assumptę,scilicet quod iuramentum de non acusanda vxore,de quo in d. c. quemadmodũ obseruari valeat, absque periculo animæ,ad tempus,in quo verum sensum dicto perdifficili Pontificio responso sumus assignaturi.

17 Interim tamen glo. verb. *crimine*, & DD.communiter in d.c.quemadmodũ aliter illũ text. interpretandũ,

sunt

sunt arbitrati, distinguentes inter ciuilẽ, & criminalẽ acusationem, vt videlicet quamuis maritus, ex vi iuramenti non possit vxorẽ ciuiliter acusare ad suam priuatã vtilitatem, possit tamen illo non obstante criminalem acusationem contra eandem instituere, ad publicam vindictam.

18 Sed neque ista declaratio (quæ communis est) etsi maximè placuerit Abbati in dict.cap.quemadmodũ num.14.& post longam disputationem Ioanni Immolensi, atque alijs ibidem, mihi vnquam omni ex parte satisfacere potuit, pariterque cõuincitur, ac præcedens, si iterum repetas, & expendas, vbicumque iuramentũ, sine peccato seruari potest, seruandum esse, ex eoque docere prædictos patres, per illud iuramentum impediri ciuilem acusationem de adulterio, quia maritus sic non acusando nullum peccatum committit, vndè manifestè colligitur retento eodem themate, & ex vi pacti iuramento firmati, nec criminaliter vxorem acusare posse: etenim desistendo ab acusatione criminali nullum quoque peccatum contrahet, cum reuera maritus licitè possit vxori vtramque acusationem remittere, vt apertè indicãt verba dict.cap. quemadmodum, ibi: *sed numquid vir non potest dimittere vxori peccãti, non solum septies, sed etiam vsque septuagies septies secundum Euangelicam veritatem?* perperam ergo constituitur discrimen in hac parte, inter ciuilem, & criminalem acusationẽ, neque aliquid est, aut excogitari potest, quod impediat iuramẽti vinculum, tam quo ad ciuilẽ, quã quod ad criminalem actionem.

19 Præterea non insubtiliter argumentor contra prædictam distinctionem communem, ex postremis verbis dict.cap.quemadmodum, ibi, *quæ quam denuntiare eam possit ad pœnitentiã peragendam*, si confideres contineri, his verbis exceptionem vnicam, & solam, ad præcedentia, vt voluerit Innocent.III. Conditor illius decretalis, quod quamuis maritus aliâs non possit adulterij crimen ad iudicem deferre, liberum tamen illi esset, vti Euangelica denuntiatione, vt vxor peragat pœnitentiam, sicque in vno solo casu peragendę pœnitentię marito permittitur Euangelica vti denuntiatione. Planè si maritus posset non obstante pacto iuramento firmato vxorem criminaliter acusare, iam doctrina Innocentij plures exceptiones admitteret, contra mentem eiusdem vnicam dumtaxat constituentis, & cum stante iuramento statutum fuerit, maritum sola vti posse Euangelica denuntiatione, iam illi permitteretur criminaliter acusare, quæ altera foret exceptio ad relatam ibi doctrinam, nulla profectò ratione admittẽda. Verius ergo est maritum de nõ acusanda vxore de adulterio iurantem, neque ciuiliter, neque criminaliter eam acusare posse, quidquid contrarium vellit communis scola, cui parum, aut nihil suffragatur verba dict.cap. quemadmodum, ibi, *acusare desistat ad diuortium celebrandum*, quibus probare contendunt interpretes, maritum in eo tex. non prohiberi simpliciter, & absolutè acusare, sed solum ciuiliter, ad diuortium celebrandum, cuius contrarium non obscurè colligitur ex dictis, & in effectu illa verba, *ad diuortium celebrandum*, non sunt restrictiua, quasi solum ciuiliter agere prohibeatur maritus, sed declaratiua, scilicet, vt neque ciuiliter ad diuortium celebrandum, neque criminaliter ad publicam, & priuatam vindictam, agere possit.

20 Quid igitur dicendum? opportebit profectò discrimen constituere

cum

cum doctiſsimo Innocentio III. in dict.cap. quemadmodum, quod latiſsimum quidem verſatur, inter generale iuramentum negatiuum, de non acuſanda vxore ſuper nullo crimine, & inter ſpeciale, de illa non acuſanda ſuper adulterio: tale ſanè iuramentum vniuerſale negatiuum nullo modo valet,nec valere poteſt, ex rationibus ibidē à Pōtifice Maximo præſcriptis: etenim contingere poterit,vt vxor cum marito habitare nollit,abſque cōtumelia Creatoris, imò intendat eundem ad infidelitatem pertrahere facta fortaſis vxore infideli,quo caſu manifeſtū eſt, ſi iuramentum adimpleretur peccatum committi, ac per conſeques vinculum erit iniquitatis,quod minimè admittendum eſt, & foueret illicitam vtriuſque coniugis cohabitationem, veriſsimum igitur eſt, generale iuramentum de vxore nō acuſanda ſuper nullo crimine,iniuſtum, & illicitū eſſe.

21 Et confirmatur, quia in dictis caſibus nefarię cohabitationis coniugum,cum creatoris contumelia,acuſatio,eſſet in præcepto,exiſtente crimine illo infidelitatis, quod vergeret in Reipublicæ detrimentum,tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, quo caſu rectè concludit D. Thom.2.2.quęſt.68.artic.1.in corpore,acuſationem eſſe in præcepto, dū modò ſufficienter probari poſsit, & alius modus non ſit,quo æque benè Reipublicæ conſulatur ac per acuſationē,vt probauit Nauar.in manual. c.25.n.32.Soto lib.5.de iuſtitia, q.5. art.1.in prieri concluſione,poſt Caietanum in ſcholijs ad D. Thomam, dict.quæſt.68.artic.1.in princ. quidquid contradicat Angelus,verb.*acuſatio*,num.2.in fine, perperam exiſtimans acuſationem eſſe contra præceptum diuinum, & verba illa, *ſicut nos dimittimus,&c.*nec benè citās prō ſua ſententia gloſ. verb. *in humanum*, in l.furti.6.§.pactus,ff.de his qui notantur infamia,ergo tale pactum vnī uerſale, etiam iuramento firmatum non valebit.

22 Accedit licitam eſſe,& omni iurī conſentaneam cuiuſcumque criminis delationem,id autem,quod ſecū dū leges fit iuſtum,& licitū videtur, vel ſaltim iuſtū iudicatur, c.qui peccat.23.q.4.l.iuſtè poſsidet, ff. de adquirend. poſſeſ.ac per conſequens acuſatio res licita eſt,& illicitū generaliter,quempiam polliceri nō acuſare vxorem ſuper nullo crimine.

23 Confirmatur iterum efficaci argumento,ſi expendas ex ſupra traditis, delictorum punitionem publicā vtilitatem continere,d.l.ita vulneratus d.c.vt famę,acuſationem autem medium eſſe ordinatum ad huiuſmodi finem aſſequendum. Quo fit vt coacta ratione ſit aſſerendum, hoc quod eſt crimina acuſare publicam continere vtilitatem,cum omnis actus denominetur, & ſortiatur ſpeciē à ſuo fine,teſte B.Thom.1.2.q.18.art.2. & infinitum eſſet recenſere,quę & quā ta æncomia ſcripta ſint, & laudationes celebratæ ipſius acuſationis,tam apud auctores bonæ notę,quā apud ipſos legū Conditores clariſsimosq; iuris interpretes:habemus enim quā plurima iura paſsim acuſationē laudātia tex.in l.ſi quis in hoc.10.ibi, *cū ſit laudabile*, C.de Epiſcop. & clericis, l.Prouintiarum 9. C. de ferijs. l. iuuemus.4.in fine,vbi gloſ.vltim.C. ad l. Iuliam repetundarum, capit.illud in fine 23.quæſt.5.quinimò Marcus Cicero egregius benedicendi artifex, atque Magiſter in oratione pro Sexto Roſcio,*acuſatores*(inquit) *multos eſſe in ciuitate vtile eſt,abſque prauo ſcandeſcentis animo*, & plura tradiderunt B.Thom.ſecunda ſecundę

quęſt.

quæſt.108.art.1.& 2. additio ad Rodericum Suarez littera. F. optimè Plaça de deliĉt.cap.1.num. 4. Dom. Couarr. qui plures refert lib. 2. variarum, cap.10.num. 7. & alij plures citati à Gomezio.3.tom.cap.1.num. 29.qui rectè concludunt inutile, & innane proculdubio futurum iuramentum,generaliter à marito interpoſitum de non accuſanda vxore ſuper nullo crimine.

2 Verum antequã difficultatem at- tingamus ſupponere expedit eccle ſiaſticam iuriſdictionem ſpecie eſſe omninò diſtinctam à ſæculari, mate- rialiter, & formaliter, & ratione finis, vt probat text. in cap. cum ad verum. 96. diſt. quo factum fuiſſe contendũt plures inferius citandi, vt non poſ- ſint laici eccleſiaſticam iuriſdictionẽ ad cauſas merè temporales extende re, quæ omni iure ad poteſtatem per tinent ſæcularem, iuxta cap. cauſam- que, *el ſegundo*, qui filij ſint legitimi.

3 Interim autem quia controuerſias ſcribimus, diuerſos eſſe, & diſsidere inter ſe, præceptores noſtros oſten- demus, ſi reuocemus in memoriam ſententiam glo. 1. in cap. ſi diligenti ad fin. de foro compet. quæ ante om nes aſſeruit poſſe ſe ſæculares ſubij- cere eccleſiaſtico iudici in cauſis tẽ- poralibus, cui mirum in modum opi tulatur reg. l. 1. & 2. ff. de iudicijs, & l. 1. C. de iuriſdictio. omn. iudic. quæ docet, vnicuique integrum eſſe alte- rius iudicis prorrogare iuriſdictio- nem.

4 Imò ſi eccleſiaſticæ hiſtoriæ mo- numenta repetamus, & in primos il- los naſcentis Eccleſiæ habitatores oculos conijciamus, reperiemus ſa- nè, illo tempore Chriſtianos omnes ſuas cauſas ad Epiſcopos deferre po tuiſſe

tuisse, vt obseruarunt Panormit. in c. qualiter. nu. 7. de iudic. Henricus in cap. verum. de foro compet. Alphonsus de Azeuedo ad ll. Regias lib. 11 tit. 3. l. 5. nu. 6. & probat text. optimus in cap. quicumque. 11. quæst. 1. elegãter Stephanus auferrius de potestate Ecclesiæ, num. 25. post Dominic. de Sancto Geminiano in cap. 2. de exceptionibus in 6. num. 11. & Lapum ibidem.

5 Vnde fluxerunt nonnulla iura laicis permittẽtia, in ciuilibus negotijs Episcopi iudiciũ subire, vt in l. Episcopale. C. de Episcop. audien. & in l. si quis ex consensu. eod. titu. quibus opitulati videntur tex. in cap. P. & G. de officio delegati, & in cap. significasti, de foro compet. ex quibus omnibus si expendantur non obscurè deducitur posse sæculares subijcere se ecclesiastico in causis temporalibus, vt docuerunt Abb. num. 14. & communiter interpretes in d. cap. significasti, vbi Socinus num. 40. Bart. & alij ad l. 1. §. & post operis. ff. de noui oper. nuntiatione, & ad l. 1. ff. de iudic. vbi Ias. num. 11. & præcipuè Alexan. num. 19.

6 Quam doctrinam fursus confirmabimus, si meminerimus naturã prorogationis propriè, & in rigore sumptæ consistere in eo, vt quædam extẽsio fit ordinariæ iurisdictionis ad causas, aut personas diuersas, non subditas, ex consensu partium facta, teste Nicolao Boerio decis. 294. num. 2. Iasone in l. si per errorem. ff. de iurisdict. omn. iudic. Felino in cap. cum olim, de officio Delegati, Roberto Maranta de ordine iudiciotũ. 4. par. dist. 11. â num. 1. colligiturque ex d. l. 2. & ex Bart. & alijs in d. l. 1. necnon ex adductis per scholam communẽ in d. c. significasti. Sed sic est, & extra omnem controuersiam, quod Episcopi, eorumque Vicarij ordinariam habent & exercent iurisdictionem, igitur poterũt laici in causis prophanis eorum iurisdictioni se subijcere.

7 Et confirmatur ex eo quod iudex ecclesiasticus laicum coram se falsum testimonium dicentem punire potest, vt resoluit Afflictis decisio. 219. Couarr. practic. 18. in fine, quemadmodum per contrarium si clericus in ferendo testimonio coram iudice sæculari deliquerit, ab eo poterit puniri, vt ex l. nullum. C. de testibus, de duxerit glo. ibidem, vers. *præscriptione*, vbi sequitur Cinus, & Bald. num. 2. probauit Hippolytus ad l. vlt. num. 152. ff. de iurisdict. omn. iudic. & in Regno Frantiæ ita obseruari testantur Guillelm. Benedictus in cap. Rainuntius, verbo, & *vxorem*, num. 444. de testam. Auferr. de potest. sæculari, reg. 1. num. 2. quamuis vellint, vt non ordinaria, vel corporali pœna, sed pecuniaria clericus afficiatur, iuxta sententiã Federici cons. 93. & plurium quos retulit Iul. Clar. in pract. crim. q. 38. num. 14. igitur sicuti delinquendo laicus ecclesiastico, & ecclesiasticus sæculari iudici se submittit, ita etiam paciscendo se subijcere poterit.

8 Maximè cum ecclesiastici de quauis causa temporali incidenter cognoscant, iuxta text. in cap. de prudentia. de donationib. inter vir. & vxor. & latissimè tradita per scribentes ad l. quoties. C. de iudic. & similiter sæcularis incidenter de causis temporalibus clericorum cognoscere, & falsum testificantes pœna pecuniaria mulctare valeat. Ex quo non cum difficultate deducitur, non pugnare, imò summopere cohærere cum iuris principijs, quod ipsimet laici in temporalibus, & prophanis ecclesiasticis iudicibus se subijcere possint.

9 Prætereâ si propter aliquam rationem laico liberum non est ecclesiasti-

tico ſe ſubmittere, maximè propter apparens præiudiciũ ſui proprij iudicis,ſed hoc non obſtat igitur &c. minor propoſitio in qua tota vis,& difficultas conſiſtit,id eſt conſiderabile non eſſe tale aſſertum præiudicium facilè probatur,ex eo quod ordinarij iudices ad plurimum in vtilitatem priuatorum creati ſunt, & diſtincta territoria,vt commodius vnicuique ius ſuum tribuatur, vndè potius infertur integrum futurum laicis fauori ſuo renuntiare, & proprium iudicem relinquere.l.penult. C. de pactis,cap.ſi diligẽti in princip. de foro competenti.

10 Accedit prorrogationem iuriſdictionis lege conſtitutam eſſe, vſuq; receptam in commodum ſubditorũ, qui dum mutua voluntate iudices eligunt,facilius ſuas cauſas ad exitum perducunt,& recuſare eoſdem iudices non poſſunt,iuxta text. in cap. ſi quis contra.de foro competen. ergo vtilius & commodius erit ipſismet laicis ſi alieno iudici,id eſt eccleſiaſtico ſe ſubijcere valeant,ad meliorem & faciliorem expeditionem cauſarum.

11 Quod ſi curioſius requiras, qua lege conſtituta fuerit dicta prorrogandi facultas, in promptu eſt manifeſta authoritas Vlpiani in d.l.2.§.1.de iudic.verbo,*lege Iulia*,quo in loco retulit I.C.verba,*leg.Iulia iudiciorum*,quæ hanc facultatem permiſit, ſpecialemque legis prouiſionem in hac parte agnouerunt Curt. Iun. in d.l. 1.num.4.ff.de iudic.Abb.in cap. ſignificaſti,num.7.de foro compet.præterquamquod eruditum lectorem latere non arbitror,ſæpènumerò Iuriſconſultos ex lege reſpondere cõſueuiſſe,& affirmaſſe quam plurima, in quibus ſpecialem legis prouiſionem agnoſcimus, quæ tamen non extat.

12 Neque ignoro fuiſſe nonnullos, qui ſubtiliter defendere conati ſint non fuiſſe neceſſariam ſpecialem legis conſtitutionem,ad hoc vt priuati alijs ſe iudicibus ſubijcere poſſint, (quod ſanè durum eſt,ac difficilè) in ipſorum tamen gratiam dici poteſt, id ex ratione ſupradicta procedere, quia ſcilicet iudices diuiſi,territoriaque diſtincta fuerint,non tàm in publicam,quàm in priuatam ſubditorũ vtilitatem, quibus licuit ſemperque licebit alterius ſe iuriſdictioni ſubijcere.

13 Quibus omnibus & ſingulis minimè refragantibus contraria, omninò ſententia vera eſt, & in praxi recepta,adeòque iuri, & rationi conſentanea,vt immeritò debuerit in diſcrimen vocari,id eſt fieri non poſſe, vt laici in cauſis temporalibus ſe valeant eccleſiaſtico iudici ſubijcere: probatur non vna,ſed pluribus validiſsimis iuris rationibus,ſi expendas prorrogationem induci, ex eo quod aliquis apud iudicem non ſuum ſciẽter litiget,iuxta text.in d.l.2. ff.de iudicijs,tunc ſuccedit tex. in cap.2. de exceptionib.in 6.vbi doctiſsimus Bonifacius expreſſè nos docuit,ad hoc, vt iudex ſæcularis admittat exceptionem rei iudicatæ per eccleſiaſticum, oportere,vt ad ipſum eccleſiaſticum pertineat cognitio de iure,vel de cõſuetudine.Planè ſi laici prorrogare potuiſſent eccleſiaſtici iuriſdictionem,fruſtra requireret Pont.vt de iure,aut conſuetudine ad eccleſiaſticũ ſpectaret cognitio,cum ſatis foret litigaſſe laicos coram eccleſiaſtico ad tribuendam illi iuriſdictionem.

14 Minimèque vim, & efficaciam huius argumenti effugies, ſi reſpõdeas præſupponendos eſſe terminos habiles, poſſeque text. illum intelligi, vt exceptio rei iudicatę coram eccleſiaſtico, tunc demum exceptionem pariat,

Digitized by Google

pariat, quo casu cognitio pertinebat ad eum, qui iudicauit, alias minimè: confunditur enim talis interpretatio si iterum expenderis tex. in d.c. 2. de exceptio. in 6. in priori illius parte, in qua vim facimus coacta iuris ratione intelligendum esse, de causis temporalibus simpliciter, aut mixti fori ab ecclesiastico iudicatis, nõ verò de causis ecclesiasticis: quis enim vnquam dixit, aut dicere posset exceptionem rei iudicatæ in causa ecclesiastica locum habituram coram iudice sæculari, præsertim si cognouerit illud esse ingenium exceptionis rei iudicatæ, vt apud eum iudicẽ dumtaxat proponi possit, & debeat, qui nõ proposita tali exceptione de causa cognoscere valeret. l. cũ quæritur, cum sequentibus. l. 3. ff. de exceptione rei iudicatæ, sanè iudex laicus de rebus ecclesiasticis iudicare non potest, ex cap. 2. de iudicijs, etiam si nemo id obiecerit: in causa igitur ecclesiastica frustra opponeretur, exceptio rei iudicatæ ab ecclesiastico coram iudice laico, ac perconsequẽs fatendum est, in d.c. 2. sermonẽ fuisse non de negotio ecclesiastico, sed de causa simpliciter temporali, aut mixti fori, & tamen Pontifex requisiuit ad hoc, vt sæcularis admitteret exceptionem rei iudicatæ per ecclesiasticum, vt ad ipsum ecclesiasticum pertineret cognitio de iure, vel ď cõsuetudine: signũ ergo est non adumbratum, sed expressum, manifestèq; conuincitur, laicum etiam in temporalibus, & prophanis ecclesiastici iurisdictionem prorrogare nullo modo posse, neque aliter ecclesiasticũ cognoscere valere, quam si per legẽ, vel consuetudinem ad ipsum pertineat cognitio.

11 Insuper priuatorum conuentiones quemadmodum, nec iuri publico, ita nec Principi, nec etiam tertio præiudicium afferre possunt, vt probat text. in cap. quamuis pactum, de pactis in 6. cap. veniens. de iure iurãdo, cap. si diligenti, de foro compet. sed laici alterius se imperio, & iurisdictioni subijcientes ecclesiasticæ, publicam sęcularem iurisdictionem, ipsiusque Principis potestatem offendunt: tales ergo pactiones minimè sunt admittendæ tanquam repugnãtes notissimis iuris principijs: discursus legitimus est, maior patet: minor autem in qua tota vis argumenti cõsistit, id est, & publicam iurisdictionẽ sæcularem, & Principum potestatem offendi ex his conuentionibus, probatur ex eo, quia quotiescumque sæcularis ecclesiastico se sũmittit, subijcit se (vt constat) personæ suo Principi sæculari non subditæ, & non habẽti iudicandi potestatem ab ipsomet Principe sæculari, vt patet, in quo perspicuũ etiã est ipsi Principi notabile præiudiciũ inferri, igitur fieri nõ potest, vt laici in causis tẽporalibus se valeant ecclesiastico iudici subijcere.

12 Quæ ratio fulcitur, & corroboratur magis ex vera, & recepta traditione Bartoli in d.l. 1. §. & post. ff. de noui oper. nuntiat. docentis non posse subditos Regum, Comitum, & Baronum supremam obtinentium sæcularem potestatem subijcere se alicui iudici, qui eorũ subditus non sit, nulla profecto alia de causa, quam quod per talem summissionem Regibus, Comitibus, & Baronibus supremam potestatem sęcularem obtinentibus, considerabile præiudicium infertur: cuius ratio rationis est, quia ecclesiastici non sunt subditi Regũ, maximè quo ad iurisdictionem quã exercent, ac perconsequens rectè constituimus, laicos ecclesiasticis se subijcere nõn posse in causis prophanis, sicut optimè hæc omnia, & alia quam pluri-

Digitized by Google

plurima in proposito considerarunt Paulus Castrens. in d.l.1.num.6. Maranta vbi supra num.26. Capicius de cis.9. num. 3. Albarotus, & Baldus, num.19 in cap.imperialem.§.præterea,*el seguendo*, de prohibita feudi alienatione per Federicum.

17 Vrget etiam illud pro hac parte, quod valet argumẽtum in hac materia de pactione ad prorrogationem, ita vt in qua specie licita sit pactio, valere quoque debeat prorrogatio, vt dè manifestè ostẽditur, penitus illici tam esse laicorum pactionem ecclesiastico se summittẽtium, quippè laici prorrogare nõ possunt iurisdictionẽ ecclesiasticam ad personas sæculares, igitur nec prædicta pactio valebit: consequentia legitima est, maior de se patet, minorem verò sic ostendo: prorrogatio nõ potest fieri ad diuersam speciem iurisdictionis, seu vt aptius loquamur iurisdictio non potest prorrogari ad causam, quæ diuersam speciẽ iurisdictionis postulet, vt tradiderunt Iul. Clar. in praxi. q. 42. num.2. Philip. Deci. cons.18.num.5. Sebastianus Bancius de nullitatib. tit. ex defectu iurisdictionis ordinariæ, num.5. Felin. in cap. ceterum, num.2. de iudicijs, post Baldum, & Abbatem, nu.30. in d. cap. si diligenti, Bartolũ, & proximè citatos, ergo &c.

18 Habet enim prorrogatio eam naturam, & conditionẽ essentialem, vt sit extẽsio eiusdem rei, iuxta tex. in l. sed & si. ff. de præcario, & tradita per Gabriclem lib. 2. cõmun. tit. de dilat. cõclus. 2. nu. 1. Tiraquelum de retractu lib. 2. §. 1. glo. 7. nu. 24. At verò iurisdictio ecclesiastica, vt initio præsentis controuersiæ diximus, omnino distincta est à sæculari materialiter, & formaliter, & ratione finis, non igitur poterũt laici ecclesiasticam iurisdictionẽ ad causas merè temporales extẽdere omni iure pertinentes ad sæcularem potestatem, & ex consequenti, nec interpositis pactionibus, se ecclesiastico subijcere, quibus efficaciter probata manet nostra conclusio.

19 Ex qua statim infertur, nec ciuilẽ iudicem ad causas criminales, nec criminalẽ ad ciuiles assumi posse Regiamq; constitutionem, quæ est tit. 1.6. in ordine, lib. 3 ordinam. & similes Regias leges grauissimis pœnis prohibentes, ne laici ecclesiasticis iudicibus se summittant, nihil noui attulisse, quinimò consonas esse iuri communi, & ex præfata nostra resolutione deductas, & si Didacus Perez, & Alphonsus de Azeuedo vbi supra, Ioann. Gutierrez in authent. sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem, à num.151. Fortunius Garcia de vltimo fine, illat.20. Dominus Couarr. in cap. quamuis pactum. 1.p. §. 3. num.8. Nuñez de Auendaño lib. 2. Prætor. c. 27. à num.4. Segura ad l. 1. §. si vir vxori, num.338. ff. de acquiren. possess. Arias Pinel. ad l. 2. C. de rescindenda. 3. part. cap. 1. à num.11. Anton. Gomez. 2. tom. cap. 14. á num. 22. de prædictarum Regiarum constitutionum interpretatione latè agentes, & disputantes, id minimè considerauerint: illud rectè docentes, vsque adeò praxim obseruasse, ne laici in merè prophanis se subijciant ecclesiasticis, vt etiam post tres sententias in foro ecclesiastico latas in causa prophana aduersus laicum, adhuc ipse laicus neglectis, & ommissis sententijs iudicum ecclesiasticorum, in iudicio sæculari audiri debeat, quo iure vtimur.

20 Reliquum igitur est, vt argumentis in principio à nobis adductis ad probandum posse sæculares iudicũ ecclesiasticorum prorrogare iurisdictionẽ, dilucidè satisfaciamus. Prius tamẽ uecesse erit prælibare nõnulla,

vt

Digitized by Google

vt facilius illa diluamus, & venit in mentem celebris Archidiaconi doctrina in c.conquæstus,num.499. q. 3.quem sequitur Bald. in l. si qui ex consensu.n. 8. verb. *est & alia*.C.de Episcopali audientia,afferentiũ quotics in iure reperitur priuatos posse alterius iudicis prorrogare iurisdictionem,intelligendũ id esse, in suũ præiudicium tantũ, in aliorũ nõ posse, vt multis relatis probat & sequitur Iul.Clar.vbi supra num.27.

21 Quibus valde consonat, id quod vulgò dici solet,priuatorum pactiones tertio non præiudicare, ex text. in l.vltim.ff. de pact. c. cum contingat de iure iurando, latè congestis per Andr. Tiraquellũ ad l.si vnquã. C. de reuocandis donationibus in præfatione,nu.70. Ioannẽ Gutierrez de iuramento. 1.par.cap.5.n.6.dicentibus prorrogationem,quæ solo partium consensu fit non valere, vbi alijs quam ipsis prorrogantibus considerabile attulerit præiudiciũ: tunc enim æquissimam iudicamus prorrogationem,quando solius prorroganti damnum continet, quo casu iure optimo permissum est,vt liberè possimus alium iudicem adire, ex reg. d.c.si diligenti.

22 Ea verò (& hoc erit secundum notabile) quę in fauorem iudicis,aut alterius tertij conceduntur priuatorũ pactionibus infringi nõ possunt, in qua specie erit profectò iniqua prorrogatio:quia tertio nõ consentienti afferret præiudiciũ contra l.id quod nostrũ.ff.de reg.iuris.& reg.alteri per alterum,eodem titu. lib.6.

23 Quæ rationes,seu cõsiderationes exvisceribus,& penetrabilibus Iuris prudentiæ depromptę tantũ habent momenti,vt verisimile nõ sit humanas leges cum tanto iudicis, aut tertij præiudicio hoc casu prorrogationem permisisse, & cogimur restringere prorrogandi facultatem litigantibus concessam ad eos termi nos, vbi ipsis solis afferat præiudicium.Etenim si attendamus ad rationem naturalem, & nonnulla iura in memoriam adducamus, reperiemus sanè omnes legum, aut canonũ dispositiones, ita necessariò accipiendas esse, vt minus præiudicium quã fieri possit afferant, & tertium non consentientem minimè lędant, aut offendant, cap.super eo, de officio Delegati, t. quamuis, de rescriptis in 6.l.quoties nihil.ff.de reg. iuris.l. rescripta,cum sequentibus.C.si contra ius.l.1.§.item.ff. de aqua pluuia. l.1.& ibi Paul.num.3. ff. si quis cautionibus, notarunt Didacus Perez in l.3.in princip.titu.11.lib. 1. ordinamen.Cephalus consil. 437. num. 72.& plura in hanc sententiam congesit Grammaticus consilio 34.numero 1.

24 Vndè ego nõ semel pro poste interrogatus respondi, in eis quæ pertinent ad Coronam,ad patrimoniũ, & iura Catholici Regis nostri ad fiscum,& similibus, ex eo non posse subditos alios adirè iudices, nisi illos qui à lege,& Rege ad eas causas dati sunt,quoniam non in vtilitatem priuatorum,sed in bonum publicũ, & ipsius Regis commodum tales iudices creati sunt, & prædictæ causæ abOrdinarijs iudicibus exemptę,eo fine vtilissimo ante oculos Principis proposito,vt de rebus ad eius patrimonium,& Coronam pertinentibus cautius agatur, quare nec partiũ,nec iudicis consensus proderit, nisi Rex expressè consentiat, & sic vsu receptum est.

25 Indeque deducitur non satis iuri consentaneam fuisse querellam cuiusdam illustris Archidiaconi Cathedralis Ecclesiæ huius Regni,aduersus quem cum retractum peterent

Digitized by Google

rent in Senatu Regio, quidam eiusdem Archidiaconi vassalli ipse iudicium supremi Senatus declinabat,& valdè conquerebatur, quod extraheretur à suo foro ecclesiastico, iniustè tamen iudicio meo, cum similes causæ retractus opidorum, vulgò (de tanteo) nũcupatæ priuatiuè spectent ad dominos Senatores supremos,exemptæque sint ab ordinaria iurisdictione,tam ecclesiastica, quã sæculari,ex præhabita verisima doctrina.

26 Infero etiam vlterius ex eadem animaduersione, sapienter respondisse,ex nostris Gregor.in l.15.titu. 1.partit.7.glos.2. ad fin. ex antiquis Paul.& Innocentium in dict.§. post operis,quos sequitur Menoch. consil.340.num.52.dum asseruerunt priuatas personas nequire, sub alieno imperio iudicium prorrogare, duplici ratione,quæ in idem recidit, & quia prorrogandi facultas legibus permissa vltra legis imperium extẽdi non debet,& quia redundaret in supremi Principis manifestum præiudicium. Quamuis enim præiudicium proprij iudicis facilè negligatur,non habita ratione honoris iudicandi,& emoluẽti,quod per prorrogationem aufertur, superioris tamen maximè supremi Principis præiudicium magnoperè expendendum est.

27 Colligitur præterea ex dictis nõ satis iure subsistere distinctionem Bartoli in d.l.1.§.& post. num.8. in princip. ff. de noui oper. quidquid eam receperint, & approbauerint Immol.num.26. Paulus num. 6. ibidem,Gregorius Lopez vbi proximè distinguentes, quo ad hunc articulum, inter supremos iudices, vel perpetuos,sicuti Reges,Duces, Comites,Barones, Domini feudorum, & inferiores, ac temporales iudices, quales sunt,reliqui ferè omnes Magistratus:vt priori casu minimè possimus iurisdictionem alterius iudicis prorrogare,inuito, vel ignorante proprio iudice,qui supremam,aut perpetuam iurisdictionem habeat, qua ratione interpretatur Bart. text. in cap.ex transmissa,de foro competen.& text.cum glossa, verbo, *duas*, in cap.vnico.§.vnico, de prohibita feudi alienatione per Federicum dum probant vassallos non posse in causa feudi alium iudicem assumere non consentiente Domino: Quando verò iudex temporalis est, & inferior, & qui solam habet administrationem temporalem,necessarium non esse eius consensum,sicque locum habeat decisio text. in dict. l. 2.§.1. ff. de iudicijs, docentis Prætoris consensum non esse necessarium.

28 Nec similiter defendi posse,eiusdem Bartoli distinctionem alteram, à dicta sententia recedentis in allegato loco,qui distinguebat inter iudices,quibus solum ratione iurisdictionis subiecti sumus, quales sunt omnes Magistratus, & inter illos, quibus subijcimur aliqua speciali ratione vltra iurisdictionem ordinariam:verbi gratia, homagij, tributi, feudi, vel alia simili specialitate, vt priori casu locum habeat prorrogatio,posteriori nullo modo:non in quam placent dictæ duæ Bartoli distinctiones:prima quidem,quia nullam reddit discriminis causam,& leges,quæ facultatẽ prorrogandi concedunt,generaliter,& indistinctè loquuntur: secunda, quia vt diximus superius,prorrogandi facultas litigãtibus concessa, ad eos terminos necessariò restringenda est,vbi ipsis solum afferat præiudicium: sicq; obseruandũ fore,& leges ipsæ constituũt, & ratio dictat naturalis.

Quibus

Digitized by Google

29 Quibus ita prælibatis, omnibus simul fundamentis pro contraria sententia (quæ dicebat laicos ecclesiasticis se summittere posse) initio huius controuersiæ propositis iam facilè respondetur: procedere quando prorrogatur iurisdictio eius, qui est sub Imperio, & iurisdictione eiusdē Principis, cuius subditus est is qui prorrogat, ab eoq; potestatē habet: tunc enim quia nullum infertur supremæ potestati præiudiciū, nec ab eius iurisdictione causa subtrahitur, paruiq; refert vtrum apud hunc, vel aliū eiusdem Principis subditū causa terminetur, prorrogatio permissa est, & negligitur Ordinarij iudicis inferioris præiudicium.

30 Multiplici de causa: primò, quia facilius negotia data facultate prorrogandi expediuntur: secundò, quia per illam cessant recusationes: tandem propter vtilitatem, & commodum subditorum ex prorrogatione proueniens.

31 Neque obstabit, si contra quis ingeniosè obijciat, adhuc impedimēto esse ipsi prorrogationi, generalem legem terminorum, vnicuiq; propriū territorium, propriosq; iudices definientem, & statuentem. Etenim tentari posse crederem, nunquam locum habiturā prorrogationem, seu prorrogandi potestatem, nisi à lege expressè concessa esset: quæ vt prædiximus nunquam permissa censebitur, cū alterius Principis subditus iudex prorrogatur, ex prędictis rationibus: minusq; locum habere debet prorrogatio, si fiat ad causam, quę diuersam exigit iurisdictionis speciē, prout est ecclesiastica ad causas prophanas, & è conuersò.

32 Quod si aliquando scriptū inueniatur, laicos corā ecclesiasticis iudicibus litigasse, id intelligendū est, pro eo tempore quo ex commissione, & licentia Imperatorum, Episcopi iurisdictionem temporalem in ciuilibus negotijs, tanquam tēporales ministri exercebant: sicut, & Præsides Prouintiarum, vt deducitur ex d.l. si qui ex consensu, cū seqq. C. de Episcopali Audientia, & ex authentica si quis litigantium. C. eodem titu. qua cauebatur vt ab Episcopo inter laicos de corū consensu iudicante, appellaretur ad iudicem loci, & inde ad Imperatorem.

33 Igitur iurisdictio cuius mentio fit in dictis iuribus, sæcularis erat, non ecclesiastica, præterquāquod tēpore dictarū legū nullū clerici priuilegiū habebant in causis tēporalibus, sed postea concessum fuit in authētico, vt clerici apud proprios Episcopos collat. 6. & auctū, & cōfirmatū in authēt. statuimus. C. de Episc. & cleric.

34 Vbi illud in proposito consideratione dignum videtur, iudices ecclesiasticos eo tempore ante concessionem priuilegij clericorū, nec de eorū causis tēporalibus potuisse ecclesiastica potestate iudicare, ac proinde, multò minus inter laicos ex eorū consensu, consultoq; prędictæ leges sermonē instituūt de Episcopis, qui ex cōcessione Imperatoris potestate tēporali â Deo data inter laicos iudicabant, in quibus terminis merito prorrogatio secundum iuris ciuilis regulas procedere poterat.

35 Hisce verò temporibus, & in hac nostra controuersia sermo est, an iurisdictio Ordinarij ecclesiastici quatenus ecclesiastica est, ad causas prophanas prorrogabilis sit, & vtrū laicus paciscēdo, subijcere se possit in ciuilibus iudici ecclesiastico, quod vt superius latè probauimus ipsa iuris ratio nō patitur. Ex qua differētia deducitur, etiā hodiè supradicta resolutione nō obstāte, prorrogari posse per laicos temporalē iurisdictionem Episco-

Episcoporũ,& aliorũ Prælatorũ,qui tanquã Domini tẽporales eã habent á Rege Catholico: exẽpli gratia pro culdubio laici ciuitatis de Guadalaxara,per cõuentionẽ se summittere potẽrũt Prætori huius Opidi Cõplutẽsis,vbi illustrissimi Archiepiscopi Toletani tẽporalẽ iurisdictionẽ exercẽt, Dominiq; sunt tẽporales, & sic de iurisdictione Episcopi Siguntini,Archiepiscopi Cõpostellani,& similiũ Episcoporum dominium habẽtium temporale,& sæcularem iurisdictionem obtinentium.

36 Et si sigillatim & in indiuiduo aliquibus iuribus expensis pro contraria opinione satisfacere vellis,planũ est,d.c.significasti intelligendũ esse, in laicis prorrogantibus alterius iudicis sęcularis iurisdictionẽ sub eodẽ Imperio,iuxta nuper à nobis traditã distinctionẽ, sicuti etiã manifestum est,nõ valere argumentũ à cõtrario ab aliquibus desumptũ,ex c.P.& G. de officio Delegati, quasi dũ Pont. voluit non potuisse laicos prorroga re iurisdictionẽ, quia delegata erat extendi non valens ad personas diuersas, existimauerit etiam, quod si fuisset ordinaria iurisdictio, vtique etiã per laicos prorrogabilis foret, quantumuis ecclesiastica:etenim cũ in d.c.P.& G.ea de re dubitatũ non fuerit,non licet argumentari sumpto argumento á contrario.

37 Denique ad c.quicũque. 11. q.1. facilè poteris respõdere, procedere in causis ecclesiasticis quas Christiani habebant,quatenus Christiani, & eo tẽpore quo ex permissione Imperatorũ tempotalem potestatẽ ecclesiastici in laicos exercebant: & si expendas vlterius illum text.singulaq; eius verba consideres, reperies ibi sermonem non institui de iurisdictione prorrogata ex voluntate partiũ, sed de ea, quæ etiam in inuitos exercebatur ex lege, aut consuetudine,quibus plenè nisallimur satisfactum manet omnibus,& singulis iurium, & rationum momentis, quibus in principio probare contendebamus integrum esse laicis ecclesiasticam prorrogare iurisdictionem.

38 Tandem ad finem præsentis disputationis ex perpetua doctrina,quam tradidimus in longo huius articuli discursu,docẽtes ea quę iuris publici sunt nõ posse renũtiari, quæ verò iuris priuati esse per partes remissibilia, consequitur verã nõ esse prętantissimi Baldi resolutionẽ in l. vnica, quãdo Imperator inter pupillos, vel viduas,num.3. versic. *quero numquid*, quem sequuti sunt Salicet. ibidem in fine, Felin.in cap. si diligenti, de foro compet.nu.16. Petr.Rebuffus, 1.tom.ad leges Galliæ, titu. de sententijs prouisionalibus,artic. 3. glo. vlt.ad finem. Alphonsus de Azeuedo in l.9.tit.3.lib.4. nouæ Compillation.num. 14. asserentis priuilegio indulto miserabilibus personis miserationis intuitu,non posse renuntiari: in quã sententiã Dñs Bald. & sequaces adducti sunt,primo ex authoritate glossæ,quam sibi opitulari existimant in d.l.vnica,verbo, *excedere*. Deinde quia dicunt talem renuntiationem pietati esse, & misericordiæ contrariam, ac perconsequens minimè valituram. Tum etiam inquit Rebuffus in loco allegato, quia facilè, & modico dato miserabiles personæ huic priuilegio renuntiarent,argumento text.in l.cum hi. ff. de transactionibus, & dictæ glossæ quam singularem appellat post Baldum,& Felinum vbi proximè, Barbatia consilio. 64. incipit *scribitur*, colum. 3. in 4. volumine: & repetit idem Rebuffus, quia talis renuntiatio misericordiam tolleret, & aduersa;

Digitized by Google

uersaretur bonis moribus, & Alex. consil.122.*viso*. n.14.in 4.vol.& consil. 126.*viso*,in fine eodem volum. & ex Barbatia d.consil.64.Felin. & supra citatis.

39 Colligitur inquã ex dictis veram nõ esse prædictã sententiã miserabilesque personas sæculares,qui priuilegiũ habent, vt aduersarios vocare possint ad Curiã,&iudicẽ eligere,de quo in d.l.vnica,& in l.1.tit.1. lib. 5. ordinamenti veteris, & in l.9. tit. 3. lib.4.cõpillationis, posse vtiq; quidquid prædicti Patres contra tradiderint huic priuilegio renuntiare, ex seqq.fundamentis.

40 Etenim manifesti iuris est,ea quæ sunt iuris priuati, nec bono publico annexa,atque cõiuncta,fore per partes remissibilia,si absque vi,aut fraude seruatis seruãdis fiat renuntiatio, sed sic est,q hoc priuilegiũ miserabilibus personis cõcessum,ad ius priuatũ spectat,cuius renũciatio nullũ bono publico prejudiciũ est allatura,firma ergo erit,& valebit:maior patet, minor de se etiã manifesta est,cũ cõstet ex natura & tenore dicti priuilegij personale esse, & priuatũ,procedit ergo consequẽtia, & locũ habet reg.d.l.pen.C.de pactis.

41 Et cõfirmatur si expendas finalia verba,d.l.vnicę,ibi:*quod si pupilli, vel viduæ alĩque fortunæ iniuria miserabiles, iudiciũ nostræ serenitatis orauerint, præsertim cũ alicuius potentiam perhorrescunt,cogantur eorũ aduersarij examini nostro sui copiã facere*, vbi si animaduertisti tunc demum,& non aliâs voluit Imperator Constantinus posse miserabiles personas aduersarios vocare ad Curiã,quando ipsæmet personæ miserabiles Regium iudicium orauerint,ponens in ipsarũ miserabiliũ personarum facultate, vsum, & exercitiũ priuati priuilegij,ergo apertè sensit Imperator liberum esse eisdẽ miserabilibus personis tali priuilegio renuntiare,minimèque duraturũ si miserabiles personæ consentiant in cõtrarium.

42 Neque obstãt,quę Baldus & alij adducebãt fundamẽta:& in primis illis nõ fauet,imò nobiscũ expressè sentit glo.quã maximè cõmendãt, in d. l.vnica,verb.*excedere*, quæ si legatur attentè,expressè docet posse miserabiles personas remittere dictum priuilegiũ,inquit enim glos.in hæc verba, *quod si personæ huiusmodi consenserint, respondet Ioannes, idem, & tunc*,& ibi,sũt duo pũctavnũ super altero,deindè inquit Acursi°,*hoc nõ pro argumento eius quod sequitur*,quasi relata Ioann.glosatoris antiqui opinione dicẽtis,non obstãte miserabilium cõsensu, adhuc durare priuilegium eã expressè reprobet Acursius dicẽs verã non esse,quia miserabiles personæ tali priuilegio,pro se introducto renũtiare possunt,cuiusvsus in sua facultate & potestate posit° est,ex quæ que renuntiatione nullũ bono publi co prejudiciũ afertur,ecce igitur glosam,quã prædicti pro se extollebant, quę mirè nostram sententiã confirmat.

43 Ratio verò illa de pietate, & misericordia, cui aduersari talem renuntiationem comminiscuntur, parum profecto vrget data in contrariũ voluntaria,& libera miserabilium personarum renuntiatione, quæ procul dubio pietatem & misericordiam,sibi â legibus factam, atque concessam remittere valent. Adde Baldi, & sequàtium opinionem praxim minimè admisisse, quinimò sententiam nostram vsu praxique receptam,aduersus quam nihil certè possunt aducte â Rebuffo,vbi supra considerationes, licet fortasis sufficere valerent ad inducendum Catholici Regis animum,vt in futurũ legę

Digitized by Google

lata ſtatuat,ne tales miſerabiles perſonæ dicto priuilegio renuntiare valeant,interim tamen in puncto iuris veriſimum eſt, integrũ illis eſſe,ipſum remittere,vt probabimus. Reliqua ad interpretationem dictarum conſtitutionum Regiarum,qui plura ſcitu,& cognitione digniſsima legere voluerit,conſulat Dominum Couarr.pract.c.6.per totũ, & Didacum Perez,in l.1.verb.*pobres*, tit.1.libr. 3. ordinam.

44 Licet iam diu rem altius cogitans dubia fuerit apud me, eiuſdem Couarruu. frequentiſsimè in praxi recepta ſententia dicta practica. 6.n. 1.negantis viduas, pupillos, & aliàs miſerabiles perſonas,quantũuis pauperes ſint,aut oppreſſæ,poſſe aduerſarios ſuos in cauſis temporalibus ad iudiciũ Eccleſiaſticũ vocare, cõuincitur enim manifeſtè,ex tex.in c. ſuper quibuſdam,§.vlt. de verborũ ſignificatione, & in c. ex parte. de for. compet.quæ iura pro regula conſtituũt cogẽdos eſſe laicos in iudicio Eccleſiaſtico reſpõdere,viduis,pupillis, &reliquis miſerabilib' perſonis. Nec euitabis vim argumenti,ſi illa intelligas procedere data negligentia ſæcularis,tũ quia generalia verba dictorũ iurium perſpicuè ſuadẽt cõtrarium:tũ etiam quia in d.c.ſuper quibuſdã.§.vlt.conſtituitur diſcrimẽ inter perſonas miſerabiles, & alias,q; ſi miſerabiles perſonæ, dũtaxat poſſent adducere aduerſarios ad forum Eccleſiaſticum data negligentia iudicis ſæcularis,& non aliàs,iam nulla foret differentia inter taleſ miſerabiles perſonas, & cœteras,manifeſta namque res eſt,data negligentia iudicis ſæcularis, poſſe quempiam etiam non miſerabilẽ ad Eccleſiaſticũ recurrere,cap.ex tenore. vbi omnes de for. comp. c. ſignificantibus. vbi gloſ. de officio deleg. notat Ioann. Lup.in cap.per veſtras.de donat. inter.notab.2.n.5. cum perſpicuum ſit eas perſonas, quoad protectionem pertinere etiam ad Eccleſiaſticũ iudicem c.1.& ſeqq.87.diſt.

45 Quæ doctrina,quia magni ponderis,& momẽti eſt,& præſeferre noui tatẽ,& Domini Couarru. totiusque praxis Hiſpanæ impugnationẽ videtur,altius examinanda, & inueſtiganda erit,&initio lector admonendus, Pontificẽ Maximum, in c. ex tenore.11.de foro compet. tunc demum voluiſſe viduarũ temporales cauſas pertinere ad iudicẽ Eccleſiaſticum, cum ſæcularis in miniſtranda iuſtitia negligens fuiſſet, vt ex illo text. deduxit gloſ.1.& poſt eam interpretes omnes,in princ.& in cap.licet. eodẽ tit.Franciſcus de Rippa in l.1. n. 48. ff.ſoluto matrimonio, Palacios Rubios in repet.c.§.47.n.4.Couar.practic.c.6.n.1.

46 Verũ ſi præfatæ viduæ,pupilli,vel aliæ perſonæ huiuſmodi, pauperes fuerint,aut oppreſſę,quæ frequẽter miſerabiles perſonæ habitu, & actu à Doctoribus appellari ſolent, tunc exiſtimauit cõmunis ſchola, etiã nulla data negligentia iudicis ſæcularis poſſe aduerſarios ſuos in foro Eccleſiaſtico conuenire, quam ſententiã communem mirificè confirmat tex. expreſſ.in dict.cap.ex parte.vbi cauſa viduæ Reginæ bonis ſuis ſpoliatæ in foro Eccleſiaſtico fuit agitata, ſequuntur Rolandus à Valle, & plures ab eo relati,conſ.20.à num.12.lib.2. Socin.n.4.Abb.n. 2. & DD. omnes per tex.ibi in c.ſignificãtibus.de officio delegati, cõmunẽ eſſe opinionẽ teſtantes, & ab omnibus approbatã, atque receptam.

47 Quibus nõ ſolũ cõtradixit D. Couar.loco citato,dicens prædictã ſententiam admittendam nõ eſſe,ex ratione tex.in c.nouit.de iudicijs, nec Pa-

Papam,nec iudicem aliquem Eccle siasticum debere,nec posse cognoscere inter laicos,neque aduersus laicum reum super re temporali, etiam ad petitionem miseri alicuius oppressi,& spoliati,nisi iudex sæcularis negligens fuerit in administratione iustitiæ : Romanumque Pontificem grauiter offensurum Principes sæcularis, si minimè negligentibus ipsis, eorum iurisdictionem occuparet, & intelligens text.quem dicit non vrgere quidquam in cõtrarium,in dict. cap. ex parte Beatricis,de quo intellectu inferius dicemus: verumetiam nõ dubitauit ingenuè (vt ipse dixit) profiteri hanc Canonistarum opinionem, apud Regia Hispaniarum, & Galliæ Prætoria risui fore,tantum abesse , vt ea in vsu , & praxi recepta fuerit,hactenus Dominus Didacus.

48 Cuius doctrinam(quia ipse cõmunem opinionem grauissimorum patruum perperã ridiculam appellauit) asserere nõ desinã falsam omninò esse, cõmunemque traditionẽ potius retinẽdam,quam apertè euincit tex. in d.c.ex parte,&apertius tex.in c.super quibusdam,§.vlt. de verborũ significatione,iunctis superius cõsiderationibus.Et præterea ratione suadetur,si aduertas sacros Canones statuisse olim,vt viduæ,& reliquę personæ miserabiles ad forũ Ecclesiasticũ suos vocarent aduersarios, vel quia frequentissimè â sæcularibus male vexabãtur,vel quod pia videbatur sẽper, earum causa:vndè summa cũ ratione iura canonica decreuerũt, vt causæ tẽporales viduarũ oppressarũ aliorumque miserabilium ad Ecclesiaticũ iudicem deferrentur, vt in c. significantibus de officio delegati, & in d.c.ex parte Beatricis d.c.super quibusdam,§.vltim.quibus nec plenè satisfacit Couarruu. nec quisquã poterit satisfacere , quin indistinctè probent,atque conuincant,etiã non data sæculariũ negligentia,posse personas oppressas habitu,& actu miserabiles trahere aduersarios suos ad forum Ecclesiasticum.

49 Nec eruditus lector statim cõturbetur existimans mentem nostrã esse, frequentissimam praxim Hispaniæ,& Galliæ aliarumque gentium, atque nationũ reijcere, aut improbare,quæ minimè permittit etiã ad petitionẽ miserabilium personarum in causis temporalibus,& prophanis aduersarios vocari ad iudicem Ecclesiasticum,nihil enim minus contendimus,sed animus est dumtaxat lectoribus persuadere,talem praxim solo vsu,& cõsuetudine niti , & cõtrariã esse iuri cõmuni Doctorũq;traditioni,quã immerito irridẽdam comminiscebatur Couar.vbi supra.

50 Non enim ignoramus hodiè dictum priuilegiũ fori Ecclesiastici miserabilibus personis, & oppressis cõpetens,abijsse in desuetudinem,nec passos Magistratus sæculares huiusmodi causas in foroEcclesiastico tractari , sed in sæculari, relicta solum electione iudicis,de qua in dict. l. vnica , C. quando Imperator, & iure quidem optimò cum iam in foro sæculari,non malè tractentur miserabiles personæ,quinimò benignis afficiantur fauoribus : quare libenter fatemur,tam in iudicando,quam in consulendo amplectendam fore praxim hodiernam , non tamen tanquam iuri consentaneam,vt perperam contendit Couarruu. dum satisfacere connatur authoritati dictorum iurium , sed tanquam vsu, & moribus solummodo approbatã.

51 De quarum miserabilium personarum priuilegijs vltra Doctores in d. c.significantibus,latè tractarunt Roland.à Valle,d.cons.20. n.13. libr.1.

Digitized by Google

Petrus Rebuf.1.tom.ad ll. Galiæ,tit. de ſententijs prouiſionalibus , art. 5.gloſ.vltim.â num.2.Robertus Maranta de ordine iudiciorum, 6. part. tit.de inquiſitione, Andr. Tiraquel. de pia cauſa,in præfatione,verſ. *item relicta*,Alexand.conſ. 121. libr. 1. ad fin. qui non ſatis tuto fundamento, (vt hoc etiam non omittamus)præ dictis in locis arbitrati ſunt priuilegium viduis,pupilis, & ſimilibus cõceſſum trahendi aduerſarios ad Curiam , ſolis viduis , pauperibus, pupilis, & infirmis indigentibus cõpetere: verior enim eſt,praxique recepta magni Innocentij ſententia , quẽ ſequuti ſunt Didacus Perez in l.1.titul.1.lib.3.ordinam.verb.*pobres*, numero 6. rem latè diſputans Dominus Couarruu.practicar.cap.6.num. 2. Alphonſus de Azeuedo in l.9. tit. 3.numero 9.lib. 4. recopilationis Palacios, & alij per eundem Couarruuiam relati, qui ſcilicet Innocentius in dict.cap.ex parte, num.4.rectè ſapienterque voluit,priuilegium illud omnibus indiſtinctè fuiſſe conceſſum,& ita praxi receptum,nec leges prædictas de illo loquentes talem diſtinctionem viduarum ſimpliciter,& viduarum pauperum,pati,aut recipere poſſe.

52 Quemadmodum etiam, etſi l. 5. tit.3.par.3.ibi: *contra algun poderoſo,de que no pudieſſe alcançar derecho*,ſignanter ſermonem inſtituerit de orphanis,& pauperibus litigantibus aduerſus Poteſtates,& de perhorreſcentibus alicuius potentiam,nihilominus praxis, idem admiſsit,ac recepit, vbi miſerabilis perſona agit contra eum qui non eſt, ex his qui potiores in iure dicuntur, etſi teſtè D. Couarruu. vbi ſupra Neapolitana Regia cõſtitutio lib.1.tit.37. exegerit in hoc caſu ab his miſeris perſonis iusiurãdum, quo aſſeuerent ſe timere aduerſarij potentiam.

Summaria ad Controuerſiam 23.

1 *Quæ oporteat de vi, & poteſtate litterarum Apoſtolicarum ad vtraſque cauſas,tam ſeculares, quam Eccleſiaſticas,vtiliter agere.*

2 *Refertur ſententia Hoſtienſis,& aliorũ aſſertiũ litteras ab Apoſtolica Sede datas circa negotia tẽporalia, et prophana,& inter laicos ipſo iure valere.*

3 *Probatur valere tales litteras,ſeculariũ in adminiſtratione iuſtitiæ deficientibus,et in quacũque parte iudicij Delegatos eis vti poſſe,et quãdo dictio,dũmodò,alicui rei faciẽdæ adiũgitur,nõ modũ,ſed cõditionẽ facit.*

4 Expẽdũtur rex,in c.licet,et in c.ex tenore de for.comp.pro ſententia Hoſtienſis,& aliorum, & aſſeritur proprium eſſe dictionis,dummodò,ac tibus fortunam præſtare.

5 *Cõfunditur dicta ſententia iuribus,et authoritatibus , præſertim ex defectu poteſtatis temporalis in Summo Pontifice,circa aliena Imperia.*

6 *Non videtur cũ ratione coniunctũ poteſtatem committendi cauſas ſeculares,Summis Pontificibus denegare.*

7 *Nõ eſt nouum in iure,vt habentes iuriſdictionem in habitu tantum, & non in exercitio,nihilominus cõmittere poſſint ſecularia negotia.*

8 *Tẽporalis iuriſdictio pertinet ad Eccleſiã in defectũ ſecularis poteſtatis, ex quo probatur q̃ litteræ Apoſtolicæ ad prophana negotia ipſo iure valent.*

9 *Adducitur cõſuetudo Sedis Apoſtolicæ cauſas inter laicos,& ad prophana negotia cõmittẽdi, et appellationes à ciuilibus iudicibus ad eam deferendas.*

Digitized by Google

Sedem Apostolicam interponendi.

10 *Refertur tertia sententia, quæ docet nõ valere rescripta Sedis Apostolicæ, quibus causæ temporales inter laicos, vel contra laicos iudicibus delegatis committuntur.*

11 *Romani Pontifices sæpè professi sunt, & profitentur se temporalem iurisdictionem in alienis Imperijs nõ habere.*

12 *Quando litteræ impetrantur probata causa negligentiæ iudicis sæcularis absolutè valent, ex text. sic intelligendo in cap. ex parte de for. compet.*

13 *Si litteræ impetrentur nulla expressa causa, ob quam Summus Pontifex posſit eo casu litteras ad prophana concedere, non valent tales litteræ, & intelliguntur iura in cap. per venerabilem, c. causamque. qui filij sint legitimi, c. si duobus, §. vlt. de appellat.*

14 *Tertius casus est, quando litteræ impetrantur ob defectum sæcularis potestatis, non tamen probata causa, quæ tamen ipso iure valent, & habent inhibitã conditionem, si detur iustitiæ sæcularis deffectus.*

15 *Obijcitur text. in capit. licet. de for. compet. vbi absque vlla casuum distinctione, respondit Pontifex irritas, & inanes esse litteras Apostolicas, ad causas prophanas.*

16 *Decisio text. in dict. cap. licet. quatenus agit de causis sæcularibus, solum procedit inter Berselenses Ecclesiæ subiectos, vel alios similes.*

17 *Grandior difficultas insurgit contradictum intellectum, vt dictum c. licet. non procedat solum inter Berselenses.*

18 *Quod antiqua consuetudine receptum erat, vacante scilicet Imperio suprema Imperij gubernationem ad Romanum Pontificem pertinere, hodiè iam diffinitum est, & potest Sũmus Pontifex data negligentia sæcularium de temporalibus causis cognoscere.*

19 *Efficacissimis rationibus non obstantibus semper insistit Author rescripta Pontificum ad sæcularia negotia irrita, & inania esse.*

20 *Litteræ ad sæcularia de quibus in d. cap. licet. non fuerunt irritæ ex defectu iurisdictionis, sed ex defectu intentionis.*

21 *Exorirentur magna inconuenientia, ex eo quod prophanæ causæ á foro sæculari ad iudices Ecclesiasticos delegatos transferrentur.*

22 *Etiam irritæ erunt, & inanes litteræ Apostolicæ ad negotia Ecclesiastica, non stante negligentia iudicis Ordinarii, quamuis rectè posſit Summus Pontifex auferre primam instantiam, á quocumque ordinario.*

23 *Explicatur illa verba d. c. licet,* precĩ puè quę forũ sæculare contingunt, *quæ non leuem continent difficultatem.*

24 *Assignatur maior inconueniens, quod sequitur si Pontifex auferat negotia á sæcularibus iudicibus, quam ab Ecclesiasticis.*

25 *Ordinarijs minimè deficientibus in administranda iustitia, non posſunt Principes etiam supremi se intromittere in negotio, ipsorumque litteræ ad talia negotia minimè valent.*

26 *Prius in causæ cognitione versabitur, an sæcularis defecerit in administranda iustitia, quam de viribus litterarum aliquid decernatur.*

27 *Iurisdictio committi non potest, ab his qui illam exercere nequeunt, licet in habitu obtineant sine vsu, & exercitio eius.*

28 *Intelligitur text. in cap. pastoralis, §. quoniam de rescriptis, vbi index datus sub forma, de qua ibi iurisdictio*

Digitized by Google

nem habuit, non ſolum habitu, ſed etiam actu.

29 *Conſuetudo Apoſtolicæ Sedis temporales cauſas committẽdi non fuit inducta per ſcientiam, & patientiam ſæcularium, nec potens ad tribuendam iuriſdictionem.*

30 *Intelligitur text. in c. ſi duobus. de appellationibus, dum dixit, quod licet de conſuetudine Sedis Apoſtolicæ valeat appellatio á ciuili iudice, de rigore tamen iuris non valet.*

31 *Si Apoſtolica Sedes, aut Ordinarius Eccleſiaſticus litteras dederint in negotio prophano, propter negligentiã iudicis ſæcularis, nihilominus re integra cauere poterit de iuſtitia miniſtranda, eritque ſuper ſedendũ litteris Eccleſiaſticis, et ſic intelligitur tex. in c. ex tenore. de for. comp.*

32 *Non ſufficit inferioris ſæcularis negligentia, ſed vlterius requiritur, quod neque ſuperior ſæcularis adminiſtrare vellit iuſtitiam.*

33 *Subſtineri non debet diſtinctio inter perſonas habitu, vel actu, aut neque habitu, nec actu miſerabiles, circa valẽ litterarum Apoſtolicarum.*

34 *Non placet prædicta traditio, & oſtẽditur carere omninò iuris fundamẽto, & conſtituitur differentia inter viduas, & alios laicos.*

35 *Si exprimatur deffectus iuſtitiæ valebunt ipſo iure litteræ Apoſtolicæ, ſub ea tamen conditione, ſi de defectu iuſtitiæ conſtiterit.*

36 *Ex dictis colligitur intellectus ad d. c. ex tenore, vt vidua, de qua ibi nõ potuerit obtinere iuſtitiam in foro ſæculari.*

37 *Infertur ex dictis elegans declaratio ad celebre reſponſum Pontificium in c. fin. de iudicijs.*

38 *Adducitur opinio aſſerẽtiũ limitãdũ eſſe priuilegiũ legis nulli. C. de iudicijs, quãdo partes diuerſi fori ſunt, putá alter clericus, et alter laicus.*

39 *Priuilegiũ præſcriptũ in lege vbi cẽptũ, ff. de iudicijs, obtinet etiam inter partes diuerſi fori, licet nitatur eadẽ æquitate, de qua in d. l. nulli.*

40 *Speciale priuilegiũ, de quo in d. l. nulli, ſine diſtinctione aliqua emanauit ab Imperatore, ſolum ob naturalem quam habent connexionẽ cauſæ poſſeſſionis, & proprietatis.*

41 *Dictum ſpeciale priuilegiũ, ne cauſa poſſeſſionis, & proprietatis diuidatur, nõ minus vtroq; iure efficax eſt, quam priuilegium reconuentionis.*

42 *Priuilegium ne diuidantur cauſæ poſſeſſionis, & proprietatis ſpeciale eſt, circa dictas cauſas, contra verò priuilegiũ fori generale eſt, & cauſæ feudales ſpeciali iuris priuilegio ad ſuos Dominos pertinent.*

43 *Dicta naturalis connexio procedit, ſito cauſa proprietatis, poſt finitam poſſeſſoriam mota fuerit, & partes fuerint diuerſi omninò fori.*

44 *Oſtẽditur, Poteſtatẽ Florentinũ, de qua in d. c. fin. negligenter ſe geſſiſſe circa iuſtitiam adminiſtrandam, & in quo ſteterit dicta negligentia.*

45 *Referũtur iura, & Doctores qui dicũt negligẽtib⁹ iudicibus ſæcularib⁹, libertũ fore Eccleſiaſticis in cauſa quoq; prophana, et inter laicos procedere.*

46 *Stãte negligentia Poteſtatis Florentinæ, rectè potuit Pontifex Maximus adiri in ſpecie dict. cap. vlt. de iudicijs, vt cauſam grauaminis, & totũ principale iudicibus Eccleſiaſticis committeret.*

47 *Impertinenter ab interpretibus opponitur textus in dict. c. fin. de iudicijs ad probandum continentiam cauſæ diuidi poſſe, qui potius oppoſitũ confirmat.*

48 *Probatur Honorium III. in dict. c. finali. nixum fuiſſe in negligentia, ſeu defectu iuſtitiæ ipſiusmet ſæcularis iudicis.*

49 *Ex contextu illius decretalis colligi-*

tur

Digitized by

tur propositum fuisse negligẽtiæ casum ipsimet Romano Pontifici.

50 *Omninò admittenda est Hostiensis sententia contra communem, quod nullo modo locus sit diuisioni continentiæ causæ, etiam inter partes diuersi fori.*

51 *Dictum priuilegiũ, quod continentiã causæ nõ diuidatur, perindé obtinet in ordinarijs, ac in delegatis iudicibus.*

CONTROVERSIA 23.

Vtrùm indistinctè valeant litteræ Sedis Apostolicæ, ad negotia sæcularia, in terris vbi nullo pacto Summus Pontifex temporalem iurisdictionem exercet, & quid de litteris Apostolicis ad negotia Ecclesiastica, quod præiuditium afferre possint iurisdictioni Ordinariorum.

1 QVM multipliciter accidere possit recursus ad Sedem Apostolicam, etiam in causis temporalibus, & prophanis, & ad negotia sæcularia, id est, vel nulla expressa causa, ob quam Summus Pontifex possit litteras concedere, scilicet (ex defectu secularis potestatis) vel ea causa expressa, non tamen probata, vel expressa, & probata iam causa, item cum in canonibus antiquis, & hodiè in Concilio Tridentino, sess. 24. de reformatione cap. 20. constitutum fuerit, irritas fore omnes litteras, per quas in prima instantia iudicibus delegatis causæ committuntur, tam Ecclesiasticę, quam sæculares nõ dato Ordinariorum defectu, & præcipuè irrita declarata sint rescripta Apostolicæ Sedis ad negotia sæcularia, propter maiorem repugnantiam, quam inferius explicabimus: meritò quidem de vi, & potestate litterarum Apostolicarum, ad vtrasque causas, tam sæculares, quam Ecclesiasticas vtiliter nobis agendum est, atque id inter laicos, & in illis locis, quæ nullo pacto pertinent ad temporalem iurisdictionem Ecclesiæ.

2 Quæ difficultas elegans quidem est, & in qua magni nominis præceptores diuersimodè arbitrati sunt, nam vt â veteribus incipiamus Henrichus Cardin. vulgo Hostiensis nũcupatus Ioann. Andr. Anton. Butrius, & alij relati ab Andr. Siculo, Barbat. in cap. licet. 10. in ordine de foro competent. numero 58. sequuti glossam ibidem: in ea fuerunt sentẽtia, & opinione, vt existimauerint tales litteras ab Apostolica Sede datas, circa negotia temporalia, & prophana, & inter laicos, ipso iure valere, ita tamen, vt earum effectus maneat suspensus, quousque causa in foro sæculari terminetur, quod si sæculares iudices negligentes fuerint, in quacumque parte iudicij, Delegatus iudex litteris suis vti valeat, si verò iustitiam ministrauerint, ipsimet sæculares, finita causa litteræ innanes fiant, sic glos. prædicta, quam probarunt Doctores nuper citati.

3 Qui vt suã sentẽtiã cõfirmẽt semel & iterum expendunt Innocẽtij III,

Pontificis Maximi doctrinam,qui tã in dict.cap.licet,quam in cap. ex tenore ſtatim ſequenti,tunc demũ declarauit litteras à Sede Apoſtolica emanatas,irritas,& innanes, ſi ſæculares iudices iuſtitiam partibus exhiberent,quaſi eiſdem ſæcularibus iudicibus, in iuſtitiæ adminiſtratione deficientibus litteræ valeãt,& in qua cumque parte iudicij delegati iudices eis vti poſsint, vt denotat dictio illa, *dummodò*, quam vtrobique vſurpauit Innocentius,quę licet aliquando modum ſignificet,placuit ſemperque placebit traditio Bartoli,in l.quibus diebus,§. Termilius num.6.ff.de condition. & demonſtrat. quem ſequitur Iacob.Menoch.conſ.60. â n. 47.& Aimon Crauetta conſ.10. à n. 14.aſſerentis , quod quando dictio, *dummodò*, alicui rei faciendæ adiungitur,proculdubio non modum, ſed conditionem facit , ergo (inquiunt præfati Doctores)litteræ à Sede Apoſtolica datæ ipſo iure valent,licet ſuſpendatur earum effectus, quouſque cauſa in foro ſæculari terminetur,& appareat,vtrum ſæculares iudices negligentes fuerint, an diligẽter iuſtitiam adminiſtrauerint â quo tota vis,totumque robur dictarum litterarum pendet,& deriuatur.

4 Accedit quod in dictis iuribus per illam clauſulã,*dummodó*, data fuit forma Epiſcopo Verlenſi , iuxta quam litteras irritas iudicare deberet, nec aliter ei permiſſum fuit circa vires litterarum ſtatuere,quã ſi prius cognoſceret,an Conſules præſto eſſent ad iuſtitiam miniſtrandam, id enim aperte indicat illa conditio , *dummodò*, cuius proprium eſt actibus formã præſtare,iuxta tradita per ſcribentes in l.2.ff.ſoluto matrimonio , Decius conſ.77.Rolandus à Valle conſ.182. num.5.lib.1.Felin.in cap. cum dilecta de reſcriptis,verſ. *ſecũdum ſignum*, igitur præfatę litterę Apoſtolicæ, de quibus loquimur,à principio ipſo iure valebunt,quidquid poſtea ſæcularibus iuſtitiam adminiſtrantibus innanes fiant.

5 Cõfunditur tamẽ his fundamẽtis non obſtantibus prædicta ſententia, ſi interim dum rem altius attingimus conſideraueris Summos Pontifices non habere poteſtatem temporalẽ, nec iuriſdictionem in alienis Imperijs, quo fit vt litteræ ab eiſdem datæ,ad negotia, quæ pertinent ad ſæculare forum ipſo iure non valeant: antecedens veriſsimum eſſe ipſi Põtifices Maximi,ſæpenumerò profitẽtur,ingenuè confitentes temporalẽ iuriſdictionẽ in alienis Imperijs non habere,vt ex iuribus expreſsis conſtat in cap.experientia.cum ſequentibus, 11.quæſt.1.c.quoniam. 10. diſt. c.cum ad verum.96.diſt.probant Magiſter Vitoria de poteſt. Eccleſ.1.p. num.8.Ferdinand.de Menchaca cõtrouerſiar.illuſtr.capit. 2. numero 2. Soto de iuſtit.lib.4. quæſt.4. artic.1. Gregor.Lopez in l.2.tit.1.par.2. Dominus Couarr.in reg.peccatum,2.p. §.9.num.7.Martinus Nauarr.(quem honoris cauſa nomino)in cap.nouit de iuditijs notab.3.à num.21.procedit ergo conſequens, ſcilicet ipſo iure non valere tales litteras Apoſtolicas.Præſertim cum Romanus Pontifex Innocent.III. eas irritas,& innanes declarauerit in dict. c. licet, ibi, *irritas,& innanes*, quæ verba ſatis cõuincunt dictorum Patruum,& gloſſę quam ſequebantur ſententiam.

6 Sed per contrarium, profecto nõ videtur cum ratione coniunctũ, aut copulatum, poteſtatem hanc committendi cauſas ſæculares Summis Pontificibus denegare,nec ſaltẽ ſtatuere ipſo iure irritas eſſe,quas dederint litteras,quippè cum in habitu iuriſdictionem habeant temporalem, licet

Digitized by Google

licet eius careant exercitio poterũt vtique cauſas prophanas alijs cõmittere, vt probat text. in cap. paſtoralis. 14. §. quoniam de reſcriptis, ad iuncta gloſ. vltim. ibidem ab omnibus recepta, maximè cũ eã retineãt, & ad actum reducere poſsint quoties opportuerit, vt in multis negotijs redactam fuiſſe videmus, in cap. ad Apoſtolicæ de re iudicata. libr. 6. in cap. grandi de ſupplenda negligẽtia. eodem libro, in cap. alius 15. q. 6. vt reſoluunt D. Antoninus, 3. part. tit. 20. cap. 14. §. 17. Ioann. de Turrecremata de poteſtate Eccleſiæ lib. 2. cap. 116. Martin. Nauar. qui plures refert in cap. nouit. de iuditijs num. 19. vbi ſcribentes omnes, poterũt ergo ipſimet Summi Pontifices temporales cauſas cõmittere, litterasque dare, etiam ad negotia ſæcularia, & prophana, & inter laicos, quæ non modo non erunt irritæ ipſo iure, ſed valebunt, atque ſubſiſtent.

7 Nec nouum eſt in iure, vt habentes iuriſdictionem in habitu tãtum, & non in actu, vel exercitio, ſicuti Papam habere temporalem, voluerunt omnes in cap. Paſtoralis, §. quoniam de reſcript. Mandoſ. in 2. forma commiſsionum, verb. *in executione*, Abb. & alij in dict. §. quoniam notab. 2. nihilominus committere poſsint ſæcularia negotia, licet non habeant temporalis iuriſdictionis exercitium, quinimò ita docuit expreſſè gloſ. vlt. in dict. §. quoniam, quam ſequũtur Doctores, vt per Abbatem num. 2. Dec. 3. & alios, tradit ſchola communis, teſte Felino num. 1. ibidem, ſic ampliãtes regulam, c. paſtoralis in princ. de officio delegati, & legẽ à iudice, C. de iudicijs, vt procedat etiam in iuriſdictione, quam Principis delegatus habet in habitu, licet adhuc illã nequeat exercere, & iuuat. c. vltim. verſ. vltimo, ne clerici, vel monachi, igitur conſequitur ex dicto principio rectè poſſe Pontificem Maximũ, quamuis careat exercitio tẽporali, propter iuriſdictionem, quam in habitu retinet, negotia ſæcularia, & prophana committere.

8 Rurſus ſaltem quod præfatæ litteræ Apoſtolicę ipſo iure valeant, probatur ex eo quod temporalis iuriſdictio pertinet ad Eccleſiam in defectum ſæcularis poteſtatis, vt proximè citati inferiusque referendi DD. volunt, & colligitur ex text. in cap. ex tenore de foro compet. igitur cum ſæpiſsimè poſsint ſæculares in adminiſtranda iuſtitia deficere, poterunt iudices ſic dati præfatis litteris vti, ſi iudices laici in aliqua iudicij parte, vſque ad extremum cauſæ defecerint, iuxta text. in dict. capit. ex tenore.

9 Præterea facit pro eadem parte cõ ſuetudo Sedis Apoſtolicæ huiuſmodi cauſas committendi, & appellationes â ciuilibus iudicibus ad eandem Sedem Apoſtolicam interponi conſueuiſſe, vt colligitur ex text. in cap. ſi duobus. 7. §. vltim. de appellation. & in cap. ſi clericus, iũcta gloſ. vltim. de foro compet. præſertim cum manifeſtum ſit conſuetudinem iuriſdictionem præſtare poſſe, ex cap. cum contingat. eodem tit. cap. conquæſtus. 9. q. 3. ergo de primo advltimum validæ apparere videntur, Sedis Apoſtolicæ litteræ, etiam inter laicos, & ad negotia temporalia.

10 Verum enimverò, neque iſta interpretandi ratio recipi poteſt, facilè que conuincitur ex infra â nobis amplectenda reſolutione, quam lector optimus tantiſper ſpectabit, dũ prius in medium profertur tertia ſentẽtia, ſeu modus dicendi in hac cõtrouerſia: non valere reſcripta Sedis Apoſtolicæ, quibus cauſæ temporales inter laicos, vel cõtra laicos iudicibus

Digitized by Google

delegatis committuntur, vt probat text.in cap.cauſamquę.7.qui filij ſint legitimi,& ſuadetur ratione fundamentali,ſi ab origine repetamus eũ demum iudices dare poſſe,qui iuriſdictionem habet,cap.fin.§.fin, de officio delegati, iuncto cap. paſtoralis eodem tit.l.more cum ſeqq.ff.de iuriſdictione omnium iudicum,ſed Roman.Pont.in populis ſibi non ſubiectis non habet iuriſdictionem temporalem,ergo nec committere poterit negotia prophana inter laicos, vel contra laicos.

11 Confirmatur naturali aut ciuili ratione,certum eſt enim, neminẽ plus iuris in alium transferre poſſe,quam ipſe habeat,reg.nemo plus. de regu. iur.in 6.l.nemo.54.ff. eodẽ.c.nuper, de donation.inter vir.& vxor.l.ſi vniuerſæ,C.de legat,cum ſimilibus. ſed Romani Põtifices ſępè profeſsi ſunt, & profitentur ſe temporalem iuriſdictionem in alienis Imperijs nõ habere,ſecundum iura, & DD.ſupra citatos,Vitoriam,Menchacam,Couarruu.Gregorium,Nauarrum,Soto,& alios,igitur non poterunt ipſimet Põtifices Maximi temporales cauſas ad forum ſæcularem pertinẽtes alijs demandare.

12 Quibus opinionibus ſeu modis dicendi ſic rudi,& craſa Minerua enumeratis,reſtat vt mentem noſtrã aperiamus, reſoluentes quid in hac parte,tam in iudicando,quam in conſulendo tenendum ſit:quod vt facilius & cõmodus adimplere poſsimus,tres caſus,ſeu facti ſpecies à nobis conſtituẽdæ,&diſtinguẽdę ſunt,& ſingulis ſingulæ concluſiones adaptãdæ.Primus caſus eſt quando tales litterę impetrantur expreſſa, & iã probata cauſa negligentiæ,verbi gratia, iudicis ſæcularis, quo caſu litterę abſolutè valent,ex text. ſic adamuſim intelligendo,in dict.cap. ex parte de foro compet.

13 Secundus caſus eſt ſuperiori ex diametro oppoſitus, quando impetrantur litteræ á Sede Apoſtolica ad negotia ſæcularia nulla expreſſa cauſa,ob quam Summus Pontifex poſſit eo caſu litteras concedere, & in hac ſecunda ſpecie indiſtinctè,ne dicam liberè aſſerendum eſt, non valere tales litteras,cum conſtet,nec peti,nec concedi potuiſſe,in quo ſenſu accipienda eſt,Innocentij ſententia, cuius nuper mentionem fecimus,ſicque procedunt relata iura in d. cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi,cap.cauſamquę. eodẽ tit.c.ſi duobus,§. vlt.de appellat.

14 Denique tertio caſu contingere poteſt impetratio litterarum Apoſtolicarũ ad negotia ſæcularia inter laicos, & in terris Apoſtolicæ Sedi in temporalibus non ſubiectis,ſcilicet, quando cauſa legitima expreſſa fuit, coram Pontifice, exempli gratia defectus ſæcularis poteſtatis,non tamẽ probata: in quo caſu tertia & vltima concluſio eſt,valere litteras ipſo iure ſub ea tamen conditione,ſi detur iuſtitiæ ſæcularis deffectus: etenim cum negligentia ſæcularis iudicis eſſentiale fundamentum ſit, propter quod litteræ dari poſſunt, & ſermo ſit de iuriſdictione delegata, oportet proculdubio,vt cõſtet de illo fundamento,ſicuti in ſpecie probat tex. in cap.ſignificantibus 38. de officio delegati, & tenet communis ſchola in dict.c.ſi duobus,& in l.2.ff. ſi quis in ius non ierit:iuxta quam ſpeciem defendi etiam poteſt præfata ſententia gloſ.1.& 2.in dict.cap.licet.circa litteras datas in alijs locis, qui nullo modo pertinent ad temporalem iuriſdictionem Eccleſiæ:quibus tribus concluſionibus ſatisfactum manet omninò præſenti controuerſiæ, & dubitationi à nobis propoſitæ, vtrũ indiſ-

Digitized by Google

indiſtinctè valeant litteræ SedisApoſtolicæ, ad negotia ſæcularia interris,vbi nullo pactoSūmus Pōtifex tē poralē iuriſdictionē exercet,cui reſpondebis adhibita ſemper dicta trimembri caſuum,ſeu modorū impetrandi litteras diſtinctione.

15 Adhucverò(vt proximius accedamus ad litteras Apoſtolicę Sedis circa negotia Eccleſiaſtica) grauiter obſtat totamque præcedentem reſolutionem ſubuertere videtur, Pontificia conſtitutio in dict. capit. licet , quam interpretes communiter,quatenus agit de reſcriptis Apoſtolicis ad cauſas prophanas , dicunt generaliter & indiſtinctè locū habere,in quibuſuis negotijs , & locis,qui nulla ratione temporali Eccleſiæ poteſtati ſubijciuntur,& tamē abſque vlla caſuum diſtinctione, reſpōdit Pontifex , irritas & innanes illes litteras,igitur prædicta noſtra reſolutio procedere non poteſt.

16 Cui difficultati facilè reſpondebis deciſionem illam, quatenus agit de cauſis ſæcularibus ſolum procedere inter Berſelenſes, vel alios ſimiles eodem modoEccleſię ſubiectos, in quibus(vt ſtatim dicemus) maior erat dubitandi ratio,quia tamen difficilè intellectu apparet, & durum videtur reſtringere conſtitutionem illā in priori parte, ad ſolos laicos Berſelenſes,ita vt non procedat reſpectu omnium ciuium illius Epiſcopatus,expendere oportebit,quod ſi generalis fuiſſet illa deciſio non alloqueretur PontifexBerſelenſes ciues dumtaxat,quin potius omnes ciuſdē Epiſcopatus ciues expreſsiſſet.

17 Inſurgit autem ex hoc grādior difficultas,&inſuperabile primo aſpectu argumentum: etenim ſi text.in d. cap.licet,in princ.vbi litteræ Apoſtolicæ ad prophana irritę decernūtur, procederet ſolum inter Berſelenſes, vel alios ſimiles eodem modoEccleſiæ ſubiectos,non ſolum,non potuiſſet Pontifex reſcripta irrita,& innania declarare,quinimò penitus valerent,atque ſubſiſterent,quia licet data ad cauſas prophanas vt ſupponitur , referebātur ad perſonas,in temporalibus Eccleſiæ ſubiectas.

18 Et augetur difficultas,ſi veterum ſcriptorum monumenta euoluens, inueniſti conſtare inter omnes tempore latæ conſtitutionis , de qua in dict.cap. licet,vacaſſe Imperium , vt ex illamět conſtitutione apertè deducitur,quo vacante quidquid olim dubitauerit Cardin. hodiè definitū eſt in extrauagante vnica , ne Sede vacante Ioan.21. ſupremam Imperij gubernationem ad Roman. Pontificem pertinere, præterquamquod ante dictam extrauagantem,antiqua cō ſuetudine, & conſenſu populorum, ita fuerat receptum,vt probant Doctores in cap. per venerabilem , per tex.ibi,de electione , & in d. c. licet: multo ergo magis valere debebant Apoſtolicæ litteræ,etiam ad ſæcularia negotia,tanquam inter Berſelenſes Eccleſiæ ſubiectos,& datæ vacante Imperio,præſertim ſi iterum expēdas,& perlegeris text.in dict. cap. licet,paulo inferius probantem, moribus Berſelenſium introductum fuiſſe,vt à ſæcularibus iudicibus ad Epiſcopum appellaretur in cauſis temporalibus: qua ratione conſequens neceſſarium videtur,non modo Epiſcopum ipſum, ſed multo magis Romanum Pontificem, tanquam ſuperiorem Ordinarium negligentiam inferiorum iudicū per ſe, vel per alios ſupplere poſſe,de temporalibus cauſis cognoſcendo ; data negligentia ſæcularium.iuxta cap.vlt.de ſupplenda negligentia Prælatorum, lib.6. & ſic perperam innanes , & irritas declaratas fuiſſe litteras Apoſtolicæ Sedis,

dis, quarum mentio fit in dict. capit. licet.cum ſummus Eccleſiæ Prælul, ad quem ſumma poteſtas Imperij, & iuriſdictio ſpectabat,litteras dare po tuiſſet, & negotia temporalia quibus vellet committere,iuxta d.extra uagantem vnicam.

19 Quibus tamen rationibus, etſi efficaciſsimis minimè refragantibus, quæ doctiſsimum Innocentium Tertium remorari poſſe videbantur, ne prefatas litteras irritas declarari iuueret,maximè tot ſpecialibus contumatijs concurrentibus ex parte Berſelẽſium,ſubditorum Eccleſię, & tempore vacantis Imperij,nihilominus prę fata reſcripta vacante imperio obtẽta,quæ Berſelenſes obtinuerãt ad negotia ſæcularia,irrita declarari iuſsit ea conditione, ſi Ordinarij iudices parati forent iuſtitiam miniſtrare.

20 Vbi acuta ſatis,& opportuna ſe ſe offert obſeruatio, quæ etiam deſeruiet ad redendam rationem, ob quã iſta ſtatuerit Innocent. ſcilicet illas litteras non fuiſſe iuſas irritas fieri, quia Pontifex Maximus illas dare non potuerit ex defectu iuriſdictionis,vt malè interpretes noſtri crediderunt:conſtat enim ex antea proximè dictis integrum fuiſſe Pontifici negotia illa,quantumuis prophana, & ſæcularia committere , ad quem ſumma poteſtas ſpectabat inter Berſalenſes imperioquevacante,nec nõ exiſtente conſuetudine à ſæcularibus in prophanis ad Epiſcopum appellandi,ſed ex defectu intentionis, quia ſcilicet Pontificiæ mentis non fuerat,tollere cauſas in prima inſtantia ab his iudicibus,ad quos iure pertinebant,iuxta c.1. de foro compet. c.1.cum ſeqq.11.q.1.

21 Quippè manifeſtum ordinariæ iuriſdictioni,& iuſtitiæ detrimẽtum inferretur,ſacrorum Canonum legitimus ordo interturbaretur, & facilè exoriri poſset, imò exoriretur ſcandalum in Republica,ex eo quod prophanæ cauſæ à foro ſæculari ad iudicesEccleſiaſticos delegatos transferrentur,cum tanto iuriſdictionis ordinariæ,& adminiſtrationis iuſtitiæ detrimento: ideòque credibile nõ eſt, per ſolam dationem litterarũ ad negotia prophana,& inter laicos voluiſſe Pontificem legitimum ordinem, interturbando auocare cauſas,à ſæculari foro ad iudices Eccleſiaſticos,niſi ipſi Ordinarij ſæculares,in iuſtitia miniſtranda negligentes fuiſſent:quam negligentiam legitimam cauſam eſſe,vt ab illis auferantur negotia,& olim ſacris Canonibus conſtitutumerat, & hodiè renouatum,& obſeruari iuſum,per Synodum Tridentinam ſeſ. 24. de reformat. c. 20. incipit, *cauſæ omnes.*

22 Ex qua eleganti obſeruatione ſubtiliter deindè pariter,& vtiliter infertur,deciſionem Pontificiam, de qua in dict.cap.licet.quatenus litteras Sedis Apoſtolicę ad cauſas prophanas, irritas,& innanes declarat,niſi ſæculares negligentes fuerint in iuſtitia adminiſtranda, procedere etiam locumque habituram in litteris datis ad negotia Eccleſiaſtica,ad quę non minus irritæ,& innanes erũt Apoſtolicæ litteræ, non ſtante negligentia iudicis Ordinarij,quandoquidẽ etiã Ordinario Eccleſiaſtico infertur prę iuditium,& Pontifices maximi patiẽter numquam tulerunt in Eccleſiaſticis ab Ordinarijs iudicibus primã inſtantiam auferri,niſi propter eorũ negligentiam,quam legitimam cauſam iudicauit Cõciliũ loco citato ad tollendam primam inſtãtiam: eſtoq; poſſet Summus Põtifex(ad id,& alia maiora,iuriſdictionem, & poteſtatẽ habens)auferre primam inſtantiam, à quocumque Ordinario iudice Eccleſiaſtico,ex defectu tamen intentionis,

tionis,& voluntatis minimè ſubſiſtent tales litteræ,ex nuper tradita cõſideratione, nunquam enim eã fuiſſe mentem Pontificis cenſendũ eſt, vt voluerit auferri primam inſtantiã Ordinario Eccleſiaſtico iuſtitiam miniſtrante.

23 Percontabitur tamen hic non intempeſtiuè,nec ſine ingenio lector eruditus,quid ſibi voluerit Innocẽt. in d.c.licet,in illisverbis,*præcipuè,quæ forum ſæculare cõtingunt*, vbi decreuit, omnes planè litteras irritas eſſe, per quas in prima inſtantia iudicibus Delegatis cauſæ cõmittuntur,tã Eccleſiaſticę,quã ſæculares,non dato Ordinariorũ defectu,præcipuè tamẽ irritas eſſe voluit reſcripta ad negotia ſæcularia, quaſi in illis maior ratio ſit, vt nõ valeant:quã maiorem rationẽ,nõ ita facilè cõſtitues ſi memineris,quæ ſuperius reſoluimus,aſſerentes Berſe ſenſes,ad quos illæ litteræ dirigebantur Eccleſiæ ſubiectos eſſe,atq;adeò potuiſſe Romanum Pontificem libere ab illis cauſam auocare, nedũ maiorem rationem eſſe, ob quam non debuerit â ſæcularibus præcipuè,cauſam auferre.

24 Talis autem maior ratio, *aduerte lector*, in eo conſiſtit,quod etſi verũ ſit in vtroque caſu, id eſt auferendo primã inſtantiam à ſæculari, & ab Eccleſiaſtico,vtriſque iudicibus præiudicium inferri,in quo par eſt vtriuſque ratio,nihilominus multo maius inconueniens ſequitur ſi Pontifex auferat negotia â ſecularibus iudicibus,quam ab Eccleſiaſticis: etenim per auocationem ſæcularium cauſarum, vltra præiudicium aſsignatum, miſcentur negocia,fori turbantur, dum ea quæ in ſæculari iudicio, per ſæculares tractanda ſunt Eccleſiaſticis committuntur, & ideò adieciſſe cenſendus eſt doctiſsimus Innocent.III. non ſine myſterio,verbum illud,*præcipuè*, hæcque vera literalis, & genuina interpretatio eſt Innocentianæ mentis in dict. capit. licet. etſi aliter DD.intelligant.

25 Ex quo germano intellectu ad d. cap.licet.ſubnotabit lector, ordinarijs minimè deficientibus in adminiſtranda iuſtitia in prima inſtantia, nõ poſſe Principes etiã ſupremos ſe intromittere in negocio,attento iure, vſque adeò, vt abſque Ordinariorũ defectu,litterę,quibus cauſæ,quãuis Eccleſiaſticæ, ad talia negocia alijs committuntur in prima inſtãtia,aullatenus valeant,ea efficaci ratione, quia Princeps litteras expediens,nõ habet animum, priori inſtantiæ derogandi,ideòque ex defectu intentionis concedentis,quam probat Cõcilium loco citato,litteræ non valẽt. Qui intentionis defectus in Principe cõcedente,efficit etiam vt in terris Imperij, eo vacante, vel alijs in quibus Roman. Pontif. ſupremam temporalem iuriſdictionem exercet non valeant litterę,quibus â foro, & miniſtris ſęcularibus, abſque eorum culpa negocia prophana alijs,tã Eccleſiaſticis,quã ſæcularibus in prima inſtantia delegãtur,ex eodẽ ſcilicet intẽtionis defectu:credibile enim nõ eſt,niſi Princeps exprimat ſuæ fuiſſe volũtatis,priori inſtãtię derogare,cũ tãto Ordinariorũ præiudicio, ne dicam dedecore, & ignominia.

26 Nec præfatis aſſertionibus,quę veriſsimę ſunt,obſtant argumenta initio controuerſię in contrariũ adducta,nõ primũ deſumptũ, ex c. licet. c. ex tenore de for.compet.fatemur enim indiſtinctè nõ valere litteras datas ad negotia prophana, niſi ſtante defectu iuſtitię ſęcularis,iuxta trium illorũ caſuũ diuiſionẽ, atque doctrinã à nobis ſuperi' propoſitã, priusq; in cauſæ cognitione verſabitur,an ſęcularis defecerit in adminiſtrãda iuſtitia,

titia, quã de viribus litterarũ aliquid decernatur: expeditũ namque eſt, vt prędiximus Sũmos Põtifices nõ habere poteſtatẽ tẽporalẽ, nec iuriſdictionẽ in alienis Imperijs, vt ipſimet Põtifices Maximi ſpõte profeſsi ſũt, & profitentur quotidiè.

27 Ad ſecũdũ autẽ argumentũ de iuriſdictione tẽporali, quã habẽt in habitu facilè reducibili ad actũ, reſpondetur eũ qui iuriſdictionẽ habet ſine vſu, & exercitio eius, non poſſe eam alijs cõmittere, vt ex multorũ ſententia, reſoluit Bartius de nullitatibus, titul. *ex defectu iuriſdictionis delegatæ* â n.25. dicens iuriſdictionem cõmitti non poſſe, ab his qui illã exercere nequeunt, licet in habitu obtineant: & ratione ſic efficaciter probatur ſi memineris delegare iuriſdictionẽ, nihil aliud eſſe quã vti iuriſdictione, & delegationẽ eſſe eiuſdẽ iuriſdictionis vſum, iuxta tex. in c. licet vndiq; de officio deleg. ſed ſic eſt, quod is qui iuriſdictionẽ habet in habitu tantũ, caret exercitio, vt ſupponimus, igitur eã cõmittere non poterit cũ Delegatio vſus ſit eiuſdẽ iuriſdictionis. Præterquamquod Nauarrus Vitoria, & Soto dictis locis non malè tradiderunt Summum Eccleſiæ Romanum Præſulẽ, neque actu, neque habitu habere iuriſdictionem, in terris alijs Principibus ſubiectis.

28 Ille namque Delegatus, de quo in dict. cap. paſtoralis, §. quoniã de reſcript. datus ſub forma, de qua ibi, procul dubio iuriſdictionẽ habebat, non ſolũ habitu, ſed etiã actu, qua ratione abſque vlla dubitatione, potuit circa omnia comprehenſa in ſuo reſcripto iuriſdictionem exercere, cauſamque cõmitere, & dubitatio, ac cõtrouerſia, ſeu ambiguitas, de qua ibi, emanauit ex incertitudine perſonarũ, & cauſarũ: vtrũ iuriſdictionis vſus ad ſingulas perſonas & cauſas in reſcripto cõtẽtas impediretur, quouſq; per declarationẽ reducerẽtur ad certitudinẽ. Sicque meis auditoribus iã diu interpretabar, text. iuncta gloſ. vlt. in d.c. paſtoralis de reſcript. manetque verum, habentem iuriſdictionem in habitu dũtaxat, illam nullatenus demandare poſſe, non obſtante dicti argumẽti priori cõfirmatione, qua ſubiũgebamus, nouũ nõ eſſe in iure, vt habẽtes iuriſdictionẽ in habitu tantũ, & nõ in actu, illã cõmittere poſsint, & fatemur id quod ſubſumpſimus in 2. præfati argumenti confirmatione, nempè tẽporalẽ iuriſdictionem pertinere ad Eccleſiam in defectum ſæcularis poteſtatis, vt expeditum eſt, & ſatis probat tex. in d. c. ex tenore, nec ob id ceſſant tres à nobis ſupra conſtitutæ propoſitiones, aut aliqua ipſarum.

29 Ad tertiũ argumentũ de conſuetudine Apoſtolicæ Sedis temporales cauſas cõmittendi, ſatisfit ſi dicas cõſuetudinẽ illã, non ita legitimè pręſcriptã fuiſſe, vt iuriſdictionẽ tribuere potuerit, in ſpecie de qua agimus quippè nõ fuerit inducta per ſcientiã & patientiã ſæculariũ, neque diu obſeruata, aut potens ad tribuẽdã iuriſdictionẽ, ex traditis per D. Couar. in reg. poſſeſſor, 2. par. §. 3. Alfonſũ de Azeuedo in l. 1. tit. 15. à n. 1. lib. 4. cõpillationis, Petrum Nuñez de Auendaño libr. 1. prætorum. c. 1. à num. 19. poſt ſcribentes in l. Imperium, ff. de iuriſdict. omn. iudic. quare ratio habenda non eſt, talis conſuetudinis, non legitimè pręſcriptæ, nec diu obſeruatæ, nec per ſcientiam, & patientiam ſæcularium inductæ, quidquid fateamur re vera fuiſſe in vſu.

30 Ad quã rationẽ, ſeu conſiderationẽ reſpexiſſe arbitror Põtificẽ Maximũ, in d.c. ſi duobus dũ dixit, q licet de conſuetudine Sedis Apoſtolicæ valeat appellatio â ciuili iudice de ri-

gore

gorè tamen iuris non valet, quaſi ve lit text. quod licet aliquando Sedes Apoſtolica tales appellationes admiſerit, nondũ tamen fuiſſe introductã legitimã cõſuetudinem ſæcularibus inſcijs, & non patientibus, ipſaq; diu non obſeruata, cũ tanto ſæcularium præiudicio, cui ſine ſcientia & patiẽtia renũtiare non videntur, & ex his iũctis ſupra traditis facilè tolluntur, quæcũque argumẽta, ſiuè cõſiderationes adductæ, vel quæ adduci poſſunt contra tres præfatas concluſiones à nobis propoſitas.

31 Vndè nõnulla vtilia pariter, & ſubtilia deducẽda ſũt, & in primis, quod ſi cõtingat Apoſtolicã Sedẽ, aut Ordinariũ Eccleſiaſticũ litteras dare in negotio prophano, propter negligẽtiã iudicis ſæcularis, nihilominus re integra cauere poterit de iuſtitia miniſtranda, eritque ſuperſedendũ litteris Eccleſiaſticis, iuxta formã tex. ſic interpretãdi in d.c. ex tenore: eo etenim caſu iã ceſſat ratio, ob quã iudiciũ Eccleſiaſticũ cõpetens ſit in cauſis prophanis, ac per cõſequens mirũ nõ eſt, ſi ceſſare ſimiliter debeat iuris diſpoſitio, Eccleſiaſticis in negotijs ſęcularibus iuriſdictionẽ tribuẽs, vbi adfuerit iuſtitiæ defectus.

32 Infero prętereà id limitandũ eſſe, quãdo apud ſuperiorẽ ſæcularẽ iuſtitia obtineri poſsit, vt reſoluunt Abb. & Socin. n. 9. in d.c. licet. quoniã aduertendum eſt inferioris iudicis ſęcularis negligentiã, aut defectum, non ſtatim ſufficere, vt Eccleſiaſticus adiri valeat, ſed vlterius requiri, quod neque ſuperior ſecularis adminiſtrare velit iuſtitiam, in quo caſu procul dubio locum habebit recurſus ad Eccleſiaſticum.

33 Tandem deducitur ex dictis, nulla tenus ſubſtineri debere concordiam traditã à glo. & ſcribẽtibus in d.c. ex tenore à Panorm. & Socin. ibidẽ. n. 5. & in c. licet. ille. n. 7. hic. n. 9. de for. compet. & in c. ſignificãtibus. n. 6. de officio Delegati, vbi Felin. n. 4. Rippa in l. 1. n. 48. ff. ſoluto matrim. aſſerentibus, quod ſi vidua, ſiuè alia miſerabilis perſona, reſcriptum obtineat à Sede Apoſtolica, ad cauſam tẽporalem, ſi miſerabilis ſit habitu, prout eſt vidua, pupillus, aut infirmus, non tamẽ actu, quia nõ ſunt pauperes, aut oppreſſæ, ſuſpẽdi quidẽ litterarũ executionem, prout ſuſpenſa fuit, in d.c. ex tenore. ſi verò ſunt actu miſerabiles, ſtatim litteras executioni forè mandandas, prout in capit. ex parte. eodem tit. de foro competen. ſin autem, nec habitu, nec actu miſerabiles fuerint, tunc litteræ non valeant, prout in dict. c. licet. qua ratione dicta iura ad concordiam reducenda exiſtimarunt.

34 Non inquã placet iſta communis traditio, quippè omninò iuris fundamẽto caret, ex qua ſequeretur in themate propoſito nullã eſſe conſtituẽdã differentiã in hac parte, inter viduas, & alios laicos, quã tamen DD. prædicti apertè conſtituunt, circa vires, & effectũ litterarũ: ſequella manifeſta eſt, ex eo quod ſupponitur viduã non cenſeri miſerabilem perſonã, nec adire poſſe Eccleſiaſticũ iudicẽ, niſi fuerit pauper, quo caſu omnes laici forũ Eccleſiaſticũ de iure cõmuni valẽt adire, nõ ergo aliquod cõſtituendũ eſſet diſcrimẽ inter viduas, & alios laicos, conſequens autẽ eſt falſum, quandoquidem præfati DD. illud conſtituunt, *ergo, &c.*

35 Qua propter melius ex ſuperiùs traditis reſoluendũ erit litteras impetratas à viduis, quæ pauperes non ſunt, nec oppreſſæ à laicis, nulla expreſſa cauſa paupertatis oppreſsionis, vel defectu iuſtitiæ ſæcularis nõ valere, ſin autẽ exprimatur defectus iuſtitię valebunt ipſo iure litteræ, ſub ea tamen

men conditione, si de defectu iustitiæ constiterit, quo dato Delegatus iudex procedet non dato verò, litteris non vtetur.

36 Ex quo colligitur intelle& ad tex. in d.c.ex tenore, vt vidua illa cui° ibi mētio fit ex eo litteras impetrauerit ad causam tēporalē, quia nō potuit obtinere iustitiam in foro sæculari: quod si inquiras vndè locus? facilè respondebo, id ex eo cōstare, quia comes, de quo in illo text. viduam accersiuit, pollicitusque ei fuit iustitiæ complementum in foro seculari: ergo propter præcedentem negligentiam iudicis sęcularis litteræ datæ fuerunt ad Ecclesiasticum, quod verissimum est sicque intelligendus tex. in d.c.ex tenore.

37 Vltimo ex superiori resolutione, qua diximus data negligentia iudicis sæcularis, rectè Ecclesiasticum in causa etiam prophana, & inter laicos adiri, infertur elegans declaratio ad celebre responsum Pontificū in c.fin.de iudicijs, vbi iudex possessoriæ causæ, post latam sententiam, minimè competens censetur, super proprietate, quamuis speciali iuris priuilegio, ob naturalē, quam habent connexionem causa possessionis, & proprietatis, nō ad diuersos iudices, sed ad eundem omninò deferri debeāt, cuius priuilegij autor fuit Imperator. in l. nulli. C. de iudicijs, meminit etiam Pontifex in c. 1. de causa possess. & proprietat. & licet maximè tale priuilegium obtineat, & obtinere debeat, esto post finitam possessionis causam, causa proprietatis moueatur, quo casu etiam solus iudex prioris causæ, in posteriori quoque competens efficitur iuxta d.c.1.

38 Nituntur interpretes d.c. vlt. nodū disoluere, & Capitius decis. 122. à n.4. Aretin. cons. 29. n. 25. Panormit. num. 15. Felin. n. 8. in d.cap. fin. glo. & Cardin. ibidem Albericus, Sālicetus, & Iacobin. n. 1 c. in d. l. nulli, C. de iudicijs, post glosam receptā, & cōmunē scholā, in d. c. 1. de causa possess. & propriet. in ea fuerunt sententia, vt existimauerint d.c. vlt. procedere quando partes diuersi fori sunt, putā alter clericus, & alter laic° tunc enim aiunt limitādum esse præfatum priuilegiū, de quo in d. l. nulli, vt scilicet iudex laicus causæ possessoriæ contra suum subditum minimè cōpetens contra clericum efficiatur, iuxta tex. in d.c. vlt.

39 Aduersus quam resolutionem, etsi receptissimam, nō vna, sed plures insurgunt difficultates, & validissima argumenta, quibus penitus reiicienda est: etenim difficile non erit illā conuincere per argumentum â simili, de priuilegio præscripto, in l. vbi ceptum, ff. de iudic. simile huic, de quo in dict. l. nulli, & in dict. cap. 1. de causa possess. vtrumque enim illi nititur æquitati, ne scilicet causæ continentia, apud diuersos iudices diuidatur, sed sic est, quod priuilegium præscriptum in dict. l. vbi ceptum, obtinet etiam inter partes diuersi fori, igitur, & priuilegium, de quo in dict. l. nulli debebit obtinere inter litigantes fori omninò diuersi, ac per consequens prædicta interpretandi ratio quod dict. capit. vltim. procedat quando partes diuersi fori sunt, nullatenus subsistineri valet: maior, scilicet similia esse hæc duo priuilegia, constat ex eo, quia eadem æquitate nituntur: minor scilicet quod priuilegium, l. vbi ceptum. procedat, & locum habeat inter partes fori diuersi, patet quia aliās clericus hæres laici quantumcumque in causa reus sit, cogitur litem cū defuncto ceptam, subire coram iudice sæculari, iuxtæ tradita per Couarruu. plures ad id referentem practicar. 8. numero 3. & de-

Digitized by Google

& deciſ.tex.in l.hęres abſens in prin cip.ibi,*nullo ſuo*.ff.de iudic.conſequẽ tia legitima eſt,ergo &c.

40 Obſtat deinde aduerſus eandem reſolutionem,generalitas text.in d. cap.1. & in d.l.nulli,iunẽta reg.l.de pretio.ff. de publiciana. quoniam vt diximus ſpeciale priuilegium emanauit ab Imperatore ob naturalem, quam habent connexionem hæ duę cauſæ poſſeſsionis, & proprietatis, vt diuidi non poſsint, abſque vlla diſtinctione, an partes eiuſdem eſſent,vel diuerſi fori, nec videtur ſine legitimo fundamento diſtinguendum.

41 Rurſus dictum ſpeciale priuilegium,ne cauſa poſſeſsionis, & proprietatis diuidatur,non minus vtroque iure efficax eſt,quam priuilegiũ reconuentionis, de quo in l.cum Papinianus.C.de ſententijs & interlocution.omn.iudic.& in c.diſpendia. §.reus quoque,de reſcript.in 6. & tamen priuilegiũ illud recõuentionis obtinet, eſto partes ſint aduerſi fori: qua ratione clericus aliàs in cauſa ciuili,corã iudice ſęculari recõuentus, cogitur reſpondere,vt tradunt Guillelm.Benedict.in c.Rainũtius,verb. *& vxorem*. n. 124. Iacobin.in l. 2. §. ſed ſi agat. n.4. ff. de iudic. Stephanus Auferrius de poteſt.ſæculari,regula.1.fallentia.3.nu.4. DD.& communis ſchola,quam refert, & ſequitur Math.de Affict.deciſ. 173. pariter ergo, & procedere debebit, d. c. vltim.quantumuis partes diuerſi fori exiſtant.

42 Deniq; priuilegiũ ne diuidantur cauſæ poſſeſsionis, & proprietatis, ſpeciale eſt circa has cauſas,cõtra verò priuilegiũ fori generale eſt, ex c. cum ſit generale,de foro cõpet.planè priuilegio generali, per ſpeciale derogari debet, reg. generi. lib. 6. qua etiam ratione,aliàs clericus non obſtante ſuo fori priuilegio cogitur ſuper cauſa feudali,coram Domino feudi quantumcumque laico reſpondere,vt docent Abb. & communis ſchola,vbi Dec.num.4.in cap. cæterum,de iudic.poſt Innocent.& alios in c. verum, de foro compet.igitur eſto litigantes ſint diuerſi fori, alter ſcilicet clericus,alter laicus, nihilominus continentia cauſę nullatenus diuidenda erit: cauſam verò feudalem, quod præciſſe tractare debeamus corã feudi Domino, eam rationem habet,quia ſpeciali iuris priuilegio,cauſę feudales ad ſuosDominos pertinẽt,iuxta.c.1.§.vlt.de prohibita feudi alienat.per Federicũ,idq; non obſtãte priuilegio fori generali, cui per priuilegium ſpeciale cauſarum feudalium derogatum cenſetur.

43 Quibus fundamẽtis nullatenus defendi poteſt præfatũ diſcrimen,inter partes eiuſdẽ,vel diuerſi fori ad effectũ ne continentia cauſæ diuideretur,& verius eſt procedere,dictã naturalẽ cõnexionẽ eſto cauſa proprietatis poſt finitã poſſeſſoriã mota fuerit,& partes fuerint diuerſi omninò fori,vt rectè expẽdit,& obſeruat cõtra cõmunẽ Hoſtienſ.in d. c. vlt. vbi Abb.n.14.nec refragatur Pontificiũ reſponſum in d.c. fin. cuius vera interpretatio ex ſuperius à nobis reſolutis ſumenda eſt.

44 Et pro illius vera intelligẽtia cõſiderandũ,PoteſtatẽFlorẽtinã,de qua ibi,admodũ negligẽtur ſe geſsiſſe circa iuſtitiã adminiſtrandã, dũ ſcilicet cõſtito ſibi per competentis iudicis ſentẽtias, de quaſipoſſeſsione Abbatis,& cõuentus,circa eligendũ cõmunitatis Rectorẽ: nihilominus eundẽ Abbatẽ,& conuentum per eandem communitatẽ ſua poſſeſsione ſpoliatos,nec dum reſtitutos, cogebat ſpoliatoribus ſuper proprietate in iudicio ſęculari reſpondere,cõtra reg.

Digitized by Google

cap.fi. de ordin. cognit.patet ex verbis text.ibi,*ſed poſtmodum &c.* & ibi, *ſi ita eſſet cogeretis &c.* iuncta reg. l. clam poſsidere.§.qui ad nundinas, ibi,*non admiſſerit*.ff.de adquiren.poſſeſsione.

45 Sanè ſi iudices ſæculares negligẽtes extiterint in adminiſtranda iuſtitia,iam diximus liberum fore eccleſiaſticis in cauſa quoque prophana, & inter laicos procedere, vt tenent Dom.Couarr.practic.6. prope. n. 2. Robertus Maranta.4.p.diſt.11.n.11. Petrus de Auendaño de exequen. mãdat.1.p.c. 3. n.6. Palacios Rubios in repet.c.notab.2.n.3.poſt glo. verbo,*vacante*,& tex.ibi in c.licet,de foro cõpet.& probant expreſſa iura in c.cæterũ,de iudic.c.ex tenore. 11.c. ex tranſmiſſa. 6. de foro compet. cũ pluribus alijs,interpretes,& ſcholam communem dictis in locis.

46 Quare ſtante tali negligentia poteſtatis Florentinę,rectè potuit Pontifex Maximus adiri in ſpecie.d.cap. vlt.vt ſcilicet cauſam grauaminis, & in eius cõſequentiã totũ negotium principale,putà cauſam proprietatis iudicibus eccleſiaſticis decidendam cõmitteret, vt rectè factũ fuiſſe videmus ab Honorio.III.Põtifice Maximo illius Decretalis Conditore, ibi, *Vnde vobis iniunximus,vt ſi ita eſſet cogeretis cõmunitatem eandem,electũ ab eiſdẽ Monachis in Rectorẽ admittere,auditis poſtea,quæ partes ſuper proprietate, vel quaſi dicti iuris ducerent proponenda*,quę deciſsio conſequentia fuit deriuata ex verbis antecedentibus eiuſdem text.ibi,*poſtmodum Abbatem,& conuentum prefatos ipſa Poteſtas coegit communitati predictæ ſuper proprietate, vel quaſi memorati iuris in ſæculari iudicio reſpondere*:vt ex eo quia Poteſtas Abbatem, & conuentũ coegerat antequã reſtituerentur,ſuper proprietate reſpondere,& ſic defecerat in adminiſtranda iuſtitia,rectè iniunxerit Honorius ipſis iudicibus Delegatis, vt electum à Monachis in Rectorem admitterent,& poſtea litigãtes quoque audirent,ſuper proprietate, vel quaſi dicti iuris : cuius negligentiæ, ſeu defectus iuſtitiæ Poteſtatis ſæcularis,in quo tota nititur illius Decretalis conſtitutio,quamuis ibidẽ meminerit Felinus num.6. animaduertere tamen debebit eruditus lector fuiſſe ad aliud propoſitum longè diuerſum.

47 Vt hinc intelligat iuuentus quam impertinenter ab interpretibus allegetur,ſeu opponatur Decretalis illa ad probandum continentiã cauſę diuidi poſſe,quandoquidẽ ſi benè expendamus,potius confirmat ſpeciale priuilegium,ſiue decretũ inuentũ ab Imperatore in d.l. nulli, vt ob naturalẽ quã habent connexionẽ vtraque cauſa poſſeſsionis,& proprietatis,nõ ad diuerſos iudices,ſed ad eũdẽ omninò deferri ẽbeat:quid enim aliud voluit Honorius dum cenſuit Delegatos Papę,de quibus in d.cap. fin.ceſſante prędicta negligentia minimè potuiſſe ẽ proprietate cognoſcere,quã docere,pariter cũ alijs iuribus,veriſimũ eſſe,atq; perpetuũ cõtinentiã cauſæ non fore diuidendã.

48 Quod autẽ Honorius dum voluit Delegatos de quibus ibi audire,quę partes ſuper proprietate vel quaſi,dicti iuris ducerẽt proponenda,nec fore recurrendũ ad Poteſtatem ſæcularem,quæ ſuper poſſeſsione,vel quaſi cognouerat,niteretur in negligentia,ſeu defectu iuſtitiæ ipſiusmet ſæcularis iudicis,conſtat ex verbis deciſsiuis illius Decretalis, ibi, *Vnde vobis iniunximus vt ſi ita eſſet cogeretis &c.* quæ verba eum habent ſenſum , vt ille verſiculus, *ſi ita eſſet*, in vim conditionis fuerit adiectus, quaſi diceret Pontifex, ſi ita eſſet quod

Digitized by Google

quod ſpoliati, nec dum reſtituti, cogebantur per Poteſtatē ſecularē ſuis ſpoliatoribus ſuper proprietate reſpondere, *ſi ita eſſet cogeretis &c.* relata ſcilicet tota deciſsione ad caſum negligentiæ, & defectus iuſtitię in iudice ſæcularj.

49 Sed obijciet quiſpiā, nec perperā, præfatū negligentiæ caſum minimè fuiſſe expreſſum Papę, ac perconſequēs nō potuiſſe negligētiæ, aut defectui iuſtitiæ in iudice ſęculari niti: verū facilis eſt reſponſio, ſi aduertas ex contextu illius Decretalis colligi cōtrariū, id eſt propoſitū fuiſſe, negligētię caſum ipſimet Rom. Pontifici, vt ſatis denotat verbū illud, *cogeretis &c.* quæ coactio niti ſolūmodo poterat in negligētia iudicis ſæcularis, citra quā nullatenus diuidi permitteretur cauſæ continentia.

50 Quare meritò cōcludimus omninò admittendā eſſe, Hoſtiē ſis ſententiā cōtra cōmunē, quod nullo modo locus ſit diuiſioni cōtinentiæ cauſæ, etiā inter partes diuerſi fori, quā ner uoſē tuetur, aduocatorum Magiſter Bald.ni authent. habita. C. ne filius pro patre. n. 37. & in l. vlt. C. de edicto. D. Adriani tollendo. q. 6.

51 Nec mirū cū etiā dictū priuilegiū nō diuidendę cōtinentiæ, procedat, & locū habeat, etiam ſi iudex cauſæ poſſeſſoriæ fuiſſet Delegatus, vt ſcilicet idē iudex cōtēpto ordinario ſu per proprietate ſit adeundus, ex verbis eiuſdē priuilegij, nēpè q vtraque cauſa ad eundē iudicē deferatur: inſuper, & ex ipſa ratione ne continentia cauſæ apud diuerſos iudices diuidatur, quę cum perinde obtineant in Ordinarijs, ac in Delegatis, conſequens eſt, perinde quoque, in vtriſque idem priuilegium obtineat, ex regula text. in l. non aliter. ff. de legat. 3.

Summaria ad Controuerſiam 24.

1 *Supremi Principes iudicare valent in cauſa propria, tam criminali, quā ciuili, nec poſſunt coram Pontifice Maximo à ſubditis conueniri.*

2 *Regula. l. 1. nequis in ſua cauſa limitatur in Imperatore, & Principe ſuperiorem non recognoſcente.*

3 *Obtinuit generalis omnium gentium conſuetudo, ſecundum quam non ſolent Principes ſupremi agere contra ſubditos, vel ab eiſdē cōueniri apud Pontificem Maximum, ſed in cauſis proprijs inter ſubditos frequentiſsimè iudicant.*

4 *Obijcitur gloſſa in c. 1. verb. Eccleſia, 16. q. 6. vbi dicitur, quod ſi Princeps cū aliquo cauſam habeat, non debet ipſe iudex eſſe, cui ſatisfit.*

5 *Regij Conſiliarij nuncupati, del Conſejo de Hazienda, & alij Senatores cognoſcunt de cauſis ad Regem pertinentibus.*

6 *Refertur ſententia aſſerentium diſtinguendū eſſe, an ſupremus Princeps actor ſit contra ſubditum, an verò conueniatur á ſubdito.*

7 *Dicta ſententia defendi nullopoteſt, & exploratum eſt, etiam vbi ſupremus Princeps à ſubdito conuenitur, poſſe eum de proprio negotio cognoſcere per ſe, vel per ſuos iudices ad id deputatos.*

8 *Limitatur in cauſis ſarduis magni momenti, & ponderis, in quibus Principes ſupremi apud Romanum Pontificem conueniendi ſunt, & nonnulla referuntur exempla.*

9 *Adducitur argumentum ad probandū indiſtinctè à quocumque ſupremo Principe non recognoſcente ſuperiorem ad Sedem Apoſtolicam conuolari poſſe.*

Digitized by Google

10 *Referuntur Authores qui nituntur dicto argumentum diluere.*

11 *Pluribus intellectib⁹ omniſsis aſsignatur verus intellectus ad dictum.c. 1.de probat.*

12 *Gregorius Nonus Pontifex Maximus ſuas conſtitutiones non primo, ſed vltimo loco poſt antiquiores Pontifices collocare conſueuit.*

13 *Semel & iterum ponderantur, & expenduntur ſingula verba dicta Decretalis, & originalis locus, vnde deſumpta fuit, ponderatur etiam & expenditur, & quædam verba pro alijs reponuntur.*

14 *Frequentius Pontifices in plurali numero loqui conſueuerunt, vt in iuribus & exemplis quæ referuntur.*

15 *Adducuntur nonnulla loquutiones, ex quibus litteræ Papales ſuſpectæ redduntur, ſecus in litteris Regijs.*

16 *Gregorius Magnus & ſanctus, non tanquam iudex, ſed tanquam mediator extra iudicium á Richaredo Rege fuit interpellatus.*

17 *Non refragantur dicto intellectui verba illa,* in medium afferre, *contenta in dicto cap.1.*

18 *Aſsignatur alter ſenſus, ex alijs Authoribus ad dicta verba,* in mediũ afferre.

19 *Si vaſsallus intendat ſupremũ Principem conuenire, tenebitur prius veniã obtinere, & generaliter eas perſonas, quibus reuerentia præſtanda eſt, ſine iuſſu Prætoris, in ius vocare non poſſumus, quarum nonnulla exẽpla ſubijciuntur.*

20 *Mirum eſt Baldum contrarium exiſtimaſſe, vaſſallum agere poſſe contra Principem, & ſubditum contra Rẽpublicam, vel Fiſcum, non petita venia, & intelligitur gloſſa, verbo, ſalua, in cap.1.de Milite vaſſallo.*

21 *Certa & explorata eſt traditio, quæ docet Imperatorem & ſupremos Principes non recognoſcentes ſuperiorẽ, minimè poſſe coram Pontifice Maximo á ſubditis conueniri.*

22 *Conſuetudo ſicut in prima inſtantia, ſic & in ſecunda inriſdictionem poteſt tribuere, & cum Superiorẽ conſtituere qui aliás non erat.*

23 *Non mediocrẽ controuerſiã habet, an ſtante cõſuetudine, vt à iudicibus ſecularibus ad Epiſcopũ interponatur appellatio: nihilominus omniſſo Epiſcopo ad Sedẽ Apoſtolicã appellari poſsit, & videtur negatiué reſpondendum.*

24 *Adducitur ex aduerſo textus in c.li cet, in 2. parte de for.compet. cuius quædam ponderantur verba.*

25 *Refertur ſentẽtia Panormitani & aliorũ antiquorũ aſſerentiũ ſtante cõſuetudine á ſæcularibus iudicibus ad Epiſcopũ tãtũ appellãdi, nõ poſſe appellari ad Põtificẽ, & d.c.licet, procedere quo tẽpore vacabat Imperiũ.*

26 *Si appellatio interponatur Imperij iure, gradatim, & non omniſſo medio ad Pontificem Maximum eſt appellandum.*

27 *Commiscetur Panormitani, & ſequatiũ ſentẽtia, & ponderãtur verba d.c. licet, de for.compet. ad probãdũ etiã Imperio non vacante potuiſſe, ex vi conſuetudinis ad Sedem Apoſtolicã appellari à ſæcularibus iudicibus.*

28 *Probatur rurſus efficacibus conſiderationibus præfatam deciſionem dicti cap.licet, de for.compet. adhuc procedere, non vacante Imperio, ex vi ſolum prædictæ conſuetudinis.*

29 *In dicto cap.licet interpoſita fuit appellatio ad Summum Pontificem tãquam talem, & vt Pontifex non tanquam ad Imperatorem, ſeu Gubernatorem Imperij, ex vi prefatæ cõſuetudinis dumtaxat.*

30 *Licet Abbas & cæteri contrariæ opinionis Sectatores cõtẽderint argumẽtis aduerſ⁹ ipſos adductis reſpõdere,*

nunquam tamen illis satisfacere poterunt.

31 *Ex vi consuetudinis á iudicibus secularibus ad Episcopum appellandi, ad Apostolicam Sedem, seu Romanum Pontificem appellari poterit etiam Imperio vacante.*

32 *Consuetudo appellãdi á iudicibus secularibus ad Episcopum, extendi non potest, nec potuit vnquam, vt appellari valeat, ad Sedem Apostolicam.*

33 *Dicta consuetudo á iudicibus secularibus ad Episcopum appellandi, non extendebatur ad Põtificẽ Maximũ, sed ex sua vi illum cõprehendebat.*

34 *Interpretantur illa verba dicti cap. licet,* (prẽsertim vacãte Imperio) *vt retento themate proposito vacante Imperio ad Summum Pontificem posset appellari, vt Gubernatorem temporalem, & vtrumque ius faueret appellationi ad Pontificem, id est Pontificatus, & Imperij.*

35 *Quod dicitur Imperio vacante, temporalem iurisdictionem ad Romanũ Pontificem pertinere, non procedit in alijs Regnis vacantibus, quorum suprema iurisdictio temporalis Rege sine successore apud Rempublicam manebit.*

36 *Nullo iure cautũ est alijs Regnis vacãtibus deuolui ad Sedem Apostolicã tẽporalẽ iurisdictionẽ, & iurisdictio in tali casu ex iuris Principijs penes Rempublicam mansura est.*

37 *Obijcitur quasi possessionem iurisdictionis minimé posse adquiri consuetudine, nisi scientia Principis accedat, & resoluitur in adquirenda tali quasi possessione iurisdictionis, scirutiam Principis alterius vé superioris non requiri.*

38 *Manifestum est iurisdictionem præscriptione adquiri posse, nec supremam recognitionem, quã satis perspicuum est, per subditum præscribi non posse.*

39 *Non probetur alicubi ad adquisitionem quasi possessionis iurium incorporalium requiri, vel patientiã, vel scientiã, vel saltem titulũ, & sæpissimè absq; titulo, & patientia procedit dictorum iurium præscriptio, quæ absque quasi possessione nullatenus procedere potest.*

40 *Generaliter possessio iuriũ in corporalium ab vsu illorũ, & sufficiẽti exercitio procedit eriã absq; scientia & patiẽtia illius in cuius præiudicium possidetur.*

CONTROVERSIA 24.

Vtrum à quocumque sæculari Principe non recognoscente superiorem, possit appellari ad Sedem Apostolicam, & an consuetudine obtineri valeat, vt â iudicibus sæcularibus ad Episcopum, vel Summum Pontificem appelletur: & an talis consuetudo apppellandi ad Episcopum ad Pontificem extendi possit.

1 CVm Rex noster Catholicus, & Christianissimus, & quicũque supremus Princeps iudicare valeat in causa propria, tã criminali, quã ciuili inter suos subditos, vt colligitur ex tex. in l. & hoc Tiberius 41. ff. d hęredib. instit. l. proxime. ff. d his quę in testamẽto dlẽtur, vbi Bart. & alij

& alij,glo.& omnes in c.cum veniſſent,de iudic. vbi Dec. & Felin.n.5. negatiuè priori parti præſentis controuerſiæ reſpondendum eſt, vt ſcilicet ſupremi Principes non poſsint coram Pontifice Maximo conueniri â ſubditis, quidquid contrarium voluerit Abb. notab.2. Anton. Immola,& alij, vt per Decium num.8. Beroium.35.in cap.1. de probation. idem Abb.num.15.in cap. nouit de iudic.

2 Etenim vt hanc priorem partem prius examinemus,ſtatim poſtea ſecũdam de appellatione â iudicibus ſæcularibus ad Epiſcopum,vel Summum Pontificem nõ iniucundè, aut inutiliter examinaturi, rectè docuit communis ſchola ex Nauarro in d. c.nouit,notab. 3. num. 47. regulam text.in l.1.nequis in ſua cauſa, & l. qui iuriſdictioni,ibi,*neque ſibi*,ff.d iuriſdict.omn.iudic.& c.1.4.q.4.limitandá eſſe in Imperatore, & Principe ſuperiorẽ nõ recognoſcẽte,vt in ſua cauſa,tam criminali,quã ciuili iudex eſſe poſsit,vt poſt alios voluerunt Marãta de ordine iudicior.6.p. c.de appellatione.n. 34. Iaſ. in l. eſt receptum,nu.5. ff.de iuriſdict. omn. iud.

3 Quibus mirũ in modum adſtipulatur generalis omniũ ferè gẽtium, atq; nationũ conſuetudo ſecundũ quã nõ ſolent Principes ſupremi agere contra ſubditos,vel ab eiſdẽ conueniri apud Pontificẽ Maximũ,(cui tamẽ ſõge alia maior reuerẽtia debetur:)quinimò ipſimet Principes ſæculares cognoſcunt,& iudicant frequenter in cauſis proprijs inter ſubditos,atq; id,vel per ſe ipſos ſi volũt, vt in d.l. & hoc Tiberius, & in d.l. proximè, vel (quod honeſtius eſt) per alios ab eiſdẽ ſpecialiter Delegatos,vel Ordinarios iudices ad id cõſtitutos,vt moris ſemper fuit Catholicis noſtris Principibus qui pro ſua ſapientia vitę religione,& ſanctitate nõ egrè ferunt ſi iuſtè, & legitimè à ſuis proprijs ſubditis in cauſis,& negotijs emergentibus cõdẽnentur,vt quotidiè fit. Habent enim Catholici Reges ſatis perſpectũ omnes qui cũ iuſtitia vixerint opus eſſe, vt Deo OptimoMaximo chari ſint,opibusq; diuinis augeantur,cõtra verò, qui iuſtitiã violant cũ â Deo valde diſsideant eſſe illi odioſos,& inuiſos, & ab eo acceruiſsimis ſcelerũ pœnis agitatos. Cognouitq; Rex noſter Maximus Philipus,q ſi omnib' qui beati eſſe volunt iuſtitia vnicè colẽda eſt, multò magis ſibi,cui hoc munus præcipuè impoſitũ eſt, vt nõ ſolũ ipſe iuſtus ſit,ſed vniuerſam Rẽpublicã iuſtitiæ ornamentis afficiat, & tanquã ſol in mundo æquitatis ſplẽdore lõgè latèq; diffundat: dignamq; vocẽ optimi Principis ſemper exiſtimauit ſe alligatum legibus profiteri, atque ideò non alienum â ratione erit,ſed moribus Hiſpaniæ, & aliarum gentium,atque nationum iuſtiſsimè receptum, vt ſæculares Principes cognoſcant, & iudicent frequenter,in cauſis proprijs inter ſubditos, argumento cap.1. verſic. *quia hæc allegatio &c.* vt eccleſiaſtica beneficia. c. noſti.2. quæſt. 7.l. ad fiſcum. C. vbi cauſæ fiſcales, gloſſa in dict. capit. cum veniſſent,glo.verb.*iuſsione*, per text.ibi, in l. benè à Zenone. C. de quadriennij præſcriptione, communis,vt per Decium, & Felinum vbi ſupra.

4 Quod ſi ſtatim in limine præſentis diſputationis opponat quis, ſententiam gloſſæ in c.1. verb. *Eccleſiæ*, 16.q.6. vbi dicitur, quod ſi Papa cũ aliquo cauſam habeat non debet ipſe iudex eſſe, & rem occupare, ſed arbitros eligere, argumen. text.in c. nos ſi.2.quæſt.7. alioquin caderà re,

vt

vt in auth. q mādat. Princip. collat. 3. §. vlt. & in rub. C. vt nemini liceat sine iudice. l. 1. C. vt nemo prius. l. 1. C. de his quæ pœnę nomine, secus in causa Ecclesiæ, in qua si voluerit Pontifex poterit esse iudex, vt voluit illa glossa: facilè respondebunt Antonius, Felinus, & alij in d. c. cum venisset, procedere quidem de honestate, non de iuris rigore, quo attento certum est de huiusmodi caussis ad supremos Principes pertinentibus ipsosmet valere cognoscere.

5 Atque ita apud nos Regnaque finitima, iudices vulgo nuncupati, *del Consejo de Hazienda*, cognoscunt de eiusmodi causis ad Regem pertinentibus, & nō vnquā etiam supremi Regij Senatores alijque Consiliarij ad quos spectauerit ipsius causæ cognitio pro negotiorum & rerum diuersitate.

6 Verum quia vt Philosophi aiunt æquiuoca prius sunt distinguenda, quam definienda, ne in confuso laboremus facienda est diuisio in hac parte, an supremus Princeps agat, & ita actor sit cōtra subditum, vel reus sit, & à subdito conueniatur: etenim Panormitan. num. 5. in d. c. 1. de probation. idem in cap. nouit, num. 15. & est de mente aliorum, existimauit, quæ proximè retulimus (asserentes Principem supremum, qui non recognoscit superiorem cognoscere posse de negotijs ad se pertinentibus inter subditos) procedere sanè, vbi supremus Princeps agit contra subditū, quia tūc iudicat ipse: secus verò si cōueniatur à subdito, in qua specie resoluit, cognitionē pertinere ad Romanum Pontificem, prout obseruauit etiam Alexandrin. in d. c. si duobus. n. 6.

7 Dicta tamē Abbatis sententia defendi nullo modo potest cū exploratū sit, etiā vbi Princeps à subdito cōuenitur posse cum de proprio negotio cognoscere per se, vel honestius per suos iudices ad id deputatos, vt passim fieri videmus à Catholico Rege nostro, qui quotidiè à subditis in Senatu cōuenitur, & paratos habet doctissimos aduocatos Regij patrimonij, cū quibus lites, causæq; fiscales sępènumerò imò semper agitātur, & probat. d. l. benè, iuncta glo. vers. *iussione*, prout expēdit Aretin⁹ in d. c. 1. de probatio. Beroius à nu. 42. & colligitur ex reg. non licet actori lib. 6. itaq; obseruarunt Auferrius de potest. ecclesiastica, casu 48. additio ad Bonacursium in practica, titu. *quibus modis examen ordinarij*. nu. 3. littera, B. col. 4. Dec. in d. c. si duobus, nu. 5. Felinus vbi supra. d. n. 5. vers. *limita secundo*, Augustin. Beroi. n. 44. Aretin. Felin. & Dec. n. 8. in d. c. 1. de probation. & verissimum quidem est.

8 Et si negare nō possimus præfatā doctrinā limitari debere, vbi causa super qua Princeps cōuenitur est maximè ardua, quo casu cognoscere nō valebit, eritq; recursus ad Sedē Apostolicā, argumēto. c. alius 15. q. 6. vbi Gregorius Papa testatur Zachariam Pontificē Maximū, Francorū Regē, nō tā pro suis iniquitatibus, quā pro eo quod tātę potestati erat inutilis à Regno deposuisse, & Pipinū Caroli Magni Imperatoris patrē, in eius locū substituisse, omnesq; Frācigenas à iuramēto fidelitatis, q illi fecerāt absoluisse: subiūxitq; Gregorius, etiā ex authoritate frequēti, id agere S. Ecclesiā, cū milites absoluit à vinculo iuramenti: & q factū est his Episcopis qui Apostolica authoritate à Pōtificali gradu deponūtur, apertè docēs Gregorius, Reges, & Principes superiorē nō recognoscētes, saltim in causis arduis cōueniendos esse apud summū Ecclesię Pręsulē sicuti etiā factū est, in c. ad Apostolicę, de re iud. lib. 6. cū simili-

ſimilibus,quibus habetur Papam Imperatorem deponere poſſe ex legitimis cauſis,quarum nonnullas elegãter retulit Innocent.IIII.in Concilio Lugdunen. illius Decretalis *ad Apoſtolice* Author : rectè igitur procedit limitatio prædicta, vt quæ dixi mus circa poteſtatem ſupremi Principis,cognoſcendi de negotijs proprijs inter ſubditos,non procedant, nec locum habeant, in cauſis arduis magni momenti,& ponderis,in quibus apud Romanum Pontificem cõueniendi ſunt, vt ſæpè factum fuiſſe legimus.

9 Sed præfatæ reſolutioni non leuiter obſtat text. in cap.1.de probatio.vbi lis mota,& iudicium inchoatum fuit coram Pontif. Maximo inter ſæculares Principes, & Gregorius IX.ſeu potius Gregorius. I.qui, & magnus & ſanctus iure optimo nũ cũpari ſolet,adijtus fuit à Rege Richaredo, ſeu vt alij legunt Necharedo Viſogothorum Rege,vt Imperatori ſcriberet,quatenus pacta in Carthophilatio requireret, quæ dudum inter Iuſtinianum Principem,& prędeceſſores ipſius Regis fuerant emiſſa &c.ac perconſequens indiſtinctè à quocumque Principe ſupremo nõ recognoſcente ſuperiorem ad ſedẽ Apoſtolicam conuolare poſſumus, videturque corruere initio à nobis adducta reſolutio,quod minimè detur appellatio â ſæcularibus Principibus ad ipſummet ſupremum Eccleſiæ Romanæ Paſtorem.

10 Nituntur argumentum diluere, nonnullos intellectus adducentes Auguſtinus Beroius nu. 41. Aretin. & Dec.d.num.8.ad fin.Felin.d.verſ. *limita ſecundo.*

11 Pluribus tamen ommiſsis verius eſt,& tenendum, in ſpecie d.c.1.nullam aduerſus Imperatorem litẽ motam,aut iudicium inchoatum fuiſſe, apud Pontificem:nec verba illa, *poſtulauit vt Imperatori ſcriberet*,iudicialia fuerunt, ſed potius extraiudiciũ prolata,vt apertius quam ſit opus cõſtat ex integra,& originali illius Decretalis, vbi memoriæ proditum eſt præfatum Regem per iuuenẽ quendam Neapolitanum petijſſe à Pontifice,vt Imperatori ſcriberet circa inſtrumenta,de quibus in d.c.1. mentio fit.

12 Quæ vt planius intelligantur præ notandum breuiter eſt, Decretalem illam non emanaſſe à Gregorio IX. Pontifice Maximo, quippè qui ſuas conſtitutiones non primo, ſed vltimo loco poſt antiquiores Pontifices collocare conſueuit, ſed à Gregorio.I.in epiſt.ad Richaredum, ſeu vt alij legunt Necharedum Viſogothorum Regem, vt conſtat ex Regiſtro Gregorij lib.7.c.126.

13 Deinde ſupraſcriptionem illius Decretalis,tam in Pontificis, quàm in Regis, & Regni nomine vitiaram eſſe,cum vt retulimus non â Gregorio.IX.ſed à Gregorio. I. emanauerit,& in originali exordiatur, *explere verbis*, dictum autèm cap.1.incipit, *ex epiſtolæ verbis & infra*, ſicque exordium illius viciatum apparet.Præterea in originali loco illorum verborum, *& prædeceſſores tuos*, leguntur hæc,*& iura Regni tui*, inſuper in d.c.1.nonnulla deficiunt, quæ in originali habentur, & loco rationis in d.c.1.relatę in verſ.*quia nulli dicendũ eſt*, habetur alia,quam Gregorius.I.illic præmiſsit,ſcilicet Iuſtiniani Imperatoris Carthophilatium igne fuiſſe ſuccenſum,ita vt ex illo tẽpore nulla penè charta remanſerit,& tandem in finalibus verbis prędicti, cap.1. ibi, *in mediumque proferre*, habetur in originali in hunc modum, *atque hæc pro me in medium proferre*. Vides ergo lector erudite quam viciata corruptaque

taquè ſit littera Decretalis ſupradictæ.

14 Circa quam rurſus te admonere non grauabimur, & ſi Gregorius de ſe ipſo in numero ſingulari fuerit loquutus, vt conſtat ex illis verbis, *tua Excellentia poſtulauit vt Imperatori ſcriberem*, quemadmodum etiam; & in cap. filius noſter, de teſtament. ibi, *valde mihi videtur iniuſtum &c.* Frequentius tamen in plurali numero conſueuiſſe Pontifices loqui de ſe ipſis per verbum, *nos*, ſeu, *nobis*, & ſimilia, vt in cap. ſi quando, de reſcriptis, ibi; *ſi quando aliqua tuæ fraternitati dirigimus, &c.* & in capit. 1. de cauſa poſſeſſ. & propriet. verſic. *nec nos*, & paſſim in Decretaliũ volumine, ſicq; moribus & ſtylo receptum eſſe, teſtatur Caſaneus in conſuetudinibus in proœmio verbo, *Seaboid*, poſt Polidorum, quem refert, & gloſſam in cap. quam graui de crimine falſi.

15 Et ad praxim aduertendum attento hodierno ſtylo, ſecundum quem ſolent Pontifices de ſe ipſis in numero plurali loqui, ſuſpectum, & falſum præſumi reſcriptum, in quo Pontifex de ſe loquitur in numero ſingulari, ſicuti falſæ etiam ſunt litteræ Papales, in quibus Epiſcopus vocatur filius, vel inferior, frater, vel vnj, ſcribitur in plurali, iuxta d.c. quam graui, & notata per DD. ibidem, & tradita per Pariſium conſ. 26. num. 6. lib. 4. Rebuffum in praxi, titu. *oppoſi quæ contrà Bullam poſſint*, num. 11. vbidixit, quod ſi Papa loquatur in plurali vni, videlicet verbis, *bonum, &c.* Bulla ſuſpecta erit d.c. quã graui, & quia contra ſtylum Curiæ, ideoque non valebit, quamuis ſecus ſit in litteris Regijs, in quibus nihil tale ſtatutum eſt, nec talis obtinuit ſtylus, ſed potius contrarium. l. Imperator. ff. de ſtatu hominum, Petrus Pariſ. conſilio. 20. incipit gratia in 4. volum. ſuorum conſiliorum, colum. 1.

16 Quibus ita prælibatis difficilè nõ erit intelligere reſponſum Pontificium in d.c. 1. vbi Gregorius Magnus & ſanctus non tanquam iudex, ſed (inquam) mediator extra iudiciũ à Richaredo Rege fuit interpellatus, vt ſatis innuunt verba text. ibi, *poſtulauit vt Imperatori ſcriberem*, & apertius conſtat ex integra, & originali ſupra relata, vbi habetur quod Rex per iuuenem quendam Neapolitanum petijt á Pontifice, vt Imperatori ſcriberet circa inſtrumenta &c. vt ex illis intelligeret Imperator quid ſeruare deberet.

17 Neque obſtabit ſi dicas huic intellectui refragari verba illa, *in medium afferre*, quæ denotare videntur iudicialem actum, & litem motam, & iudicium inchoatum apud Pontificẽ: etenim iuxta prædictum ſenſum verba illa, *in medium afferre*, intelligenda ſunt, cum Philippo Decio in d.c. 1. num. 9. iuxta communem loquendi modum pro *oſtendere, & coram pluribus proponere*, vt in capit. benè, verſ. *ſuncta*. 96. diſt.

18 Vel aliter, *in medium afferre*, id eſt *in iudicium non præſens*, *ſed futurum*, vt poſt Aretinum non malè intellexit Auguſtin. Beroius in d.cap. 1. num. 41. vt vel ſic ſemper in eo perſiſtamus intellectu, quod Summus Pontifex adijtus non fuerit á Rege tanquam iudex, ſed tanquam mediator & extra iudicium.

19 Circa quem intellectum illud iterum ad praxim obſeruatione dignũ videtur, quod ſi vaſſallus intendat ſuprem um Principem conuenire, tenebitur prius veniam obtinere, iuxta gloſſam d. verb. *inſiones*, quam vltra DD. ibi, probant Felinus in allegato c. 1. num. 6. Beroius num. 14. & Roman. vbi additio ſingul. 9. alijq; quã plurimi, quorum meminit Nicolaus

tum superiorem constituere, qui aliàs non erat: vt resoluunt Augustinus Beroius in cap. si duobus, de appellation. nu. 14. Auendañus senior lib. 1. Prætorum. c. 6. à num. 5. Auilesius eodem lib. cap. 1. à num. 7. post glo. receptam ad cap. 2. de consuetudine, & probat text. in cap. cum contingat, de foro competenti, manifestique iuris est, cum nihil vetare valeat, quominus consuetudo talem præstet iurisdictionem, & introducat, vt à sæcularibus ad Episcopum, vel Summum Pontificem appelletur: sicuti etiam communiter deduxerũt interpretes, ex doctrina Innocentij. III. Pontificis Maximi, in cap. licet ex suscepto, in 2. par. ibi, *ad vos sicut hactenus seruatum est &c.* & tradita per eos in d. cap. si duobus, præcipuè per Beroium, num. 14. Rochum de consuetudine sect. 4. num 9.

23 Cum non mediocrem habeat cõtrouersiam, vtrum stante consuetudine, vt à iudicibus sæcularibus ad Episcopũ interponatur appellatio: nihilominus omisso Episcopo ad Sedem Apostolicam appellari possit. In qua difficultate negatiuè videtur rẽspondendum, ex eo quod talis consuetudo, vt à sæculari iudice ad Episcopum appelletur, iuris regulis contraria sit, & tanquam contra leges, & canones introducta, ad diuersum casum, & locum extẽndi nõ debeat, ac peteonsequens omisso Episcopo, ex vi taliscõsuetudinis nõ possit ad Sedem Apostolicam appellari: maiorem propositionem scilicet, talem consuetudinem, contrariam esse iuri communi, probat text. in d. c. si duobus. §. 1. minorem verò, id est eandem extendi non valere ad diuersum casum & locum, confirmat text. in l. quod non ratione. ff. de legibus, & cum communi resoluit Zasius in l. de quibus, num. 14. ff. eodem, Rochus vbi supra à num. 7. procedit ergo consequentia.

24 Ex aduerso autem, videlicet cum consuetudo tantum obtinuerit, vt à iudicibus secularibus ad Episcopũ appelletur, adhuc ad Roman. Pontificem appellari posse, probat text. in d. c. licet, in 2. par. de foro compet. vbi Innocent. III. Vercellensi Episcopo scribens, ex vi consuetudinis ad Episcopum appellandi ad Sedẽ Apostolicam appellari posse existimauit, his verbis, *si se in aliquo senserint prægrauari ad tuam, sicut hactenus seruatum est, vel ad nostram si maluerint audientiam appellare &c.*

25 Quid igitur dicẽdum? Panorm. n. 12. Ioã. de Immol. n. 10. Petr. de Ancharra. n. 7. Socin. n. 16. in d. c. licet, quos sequuti sunt Rochus de Curte vbi supra, Felinus tutiorẽ dicens, n. 2. ibidẽ, in ea fuerũt sentẽtia, & opinione, vt crediderint in specie proposita stante consuetudine â sęculariibus iudicibus ad Episcopum tantum appellandi, non posse appellari ad Pontificem, & ex eo Innocentiũ admisisse, in specie. d. c. licet appellationem ad Sedem Apostolicam, quia vacabat Imperium, quo tempore manifestum est supremam iurisdictionem temporalem ad Pontificem pertinere, ideòq; ad ipsum iure Imperij rectè appellari potuisse.

26 Quorum sententia, licet negare non possimus, quin communis sit: nullatenus tamen sustineri valet, & conuincitur non leuibus argumentis, sed efficacissimis rationibus: etenim, si talis appellatio facienda intelligeretur Imperij iure, gradatim vtique, nõ autem omisso medio, ad Pontificem Maximum appellandũ fuisset: iuxta. l. Imperatores. 21. ff. de appellat. habemus, namque iuris regulam, eum qui in ius succedit alterius, eodem quo ipse iure vti debere,

Clem.

Digitized by Google

Clem.quia regulares de ſupplen.ne gligen. Prælator. reg. qui in ius, de reg.iuris lib.6.vnde cum ab inferioribus ad ipſum Imperatorẽ, ommiſſo medio, non eſſet appellandum, cum ratione coniunctum,& copulatum eſt,vt ad ipſam Sedem Apoſtolicam non immediatè, ſed gradatim in caſu propoſito appellaretur.

27 Præterea,quia prædictæ interpretationi dictorumPatruum perſpicuè refragãtur illa Pontificis verba, *præſertim vacante Imperio*,quibus ſignificatur etiam eo non vacante potuiſſe ad Sedem Apoſtolicam appellari à ſæcularibus iudicibus, & ex conſequenti præfata doctrina, ſtante conſuetudine ad Epiſcopum tantũ appellandi, appellari poſſe docens ad Pontificem Maximum, non procedit ratione Imperij vacantis, ſed ad naturam vim,& poteſtatem præfatæ conſuetudinis referenda eſt.

28 Nec ſatisfacies,aut effugies argumẽtum,ſi dixeris cũ præcitatis DD. dictionẽ illam,*præſertim*, pro dictione,*tantum*,fore accipiendam:vt ſenſus ſit in themate propoſito dumtaxat vacante Imperio,& non aliàs ad Sedem Apoſtolicam appellari poſſe:ſicut eademmet dictio,*præſertim*, pro,*tantum*, accipitur in capit. illud. 12.diſt.vbi glo.verbo,*præſertim*, nõnulla ſimilia congeſsit text.in cap.ſi quis Epiſcopus damnatus.11.q.3. & in cap.per ſingulas.16.quæſt.3. & in cap.ſi quis presbyter.7.quæſt.1.& in cap.multorum.27. quæſt.2. Etenim in vno ſolo caſu tam impropriam interprætationem ferri poſſe crederẽ, cum aliàs diſpoſitio ſtare nõ poſſet, iuxta mentem gloſſæ receptam in cap.ad abolẽdam,verbo,*maximé*, de filijs presbyterorum. Veroſimile tamen non eſt,Summum Pontificem Innocentium.III.in d.c.licet, adeò impropriè fuiſſe loquutum, vt pro dictione,*tantum*, ſubiũxerit verbum *præſertim*, quod proculdubio in ſua propria ſignificatione ſtat, nihilque aliud ſignificat quam id quod ſonat: ergo manifeſtè ſequitur etiam Imperio non vacante ex vi præfatæ conſuetudinis à ſæcularibus iudicibus adEpiſcopum tantũ appellandi,poſſe appellari ad ſummum Pontificẽ, iuxta deciſsionem expreſſam Innocentij in d.c.licet,& confirmatur apertiusque conuincitur relata Ancharrani,Immolæ, Abbatis, Socini, Felini,& Rochi communis ſentẽtia, quia ſi conſuetudine receptum erat, vt etiam non vacante Imperio appellaretur ad Epiſcopum,apertè deducitur Imperio vacãte,ommiſſoEpiſcopo appellari non poſſe ad Sedem Apoſtolicam:ſequellam probo,quia tunc temporis manifeſtum eſt ſtante tali conſuetudine appellãdi ad Epiſcopum non potuiſſe,ommiſſo Epiſcopo ad Imperatorem appellari: ergo,neque etiam vacãte Imperio ad Romanum Pontificem: Probatur cõſequentia, quia in tali caſu Pontifex Maximus vicem gerit Gubernatoris Imperij,& vt diximus qui in ius ſuccedit alterius eodem ipſe iure, quo alter vteretur vti debet.

29 Quæ ratio abſque dubio conuincere videtur prædictæ cõmunis ſententiæ falſitatem,quippè efficaciſsimè probat in ſpecie dicti cap. licet, interpoſitam fuiſſe appellationẽ ad Summum Pontificem tanquam talem,& vt Pontifex,ratione conſuetudinis, de qua ibi, non vero, tanquam ad Imperatorem, ſeu Gubernatorem Imperij,tunc temporis vacantis.

30 Nec me latet Abbatẽ,& alios cõtrariæ ſententiæ Sectatores totis viribus cõtendiſſe his argumentis reſpondere,quibus non ita benè ne dicam ineptè ſatisfaciũt, vt ex traditis

per

per eos, tam in d.cap. licet, de foro competenti, quàm in d.cap. ſi duobus, de appellationibus, non cũ difficulcate lector intelliget: habẽt enim tantam vim, & robur præfata argumenta, vt illorum authoritate, & efficacitate, penitus conuicta cenſeri debeat communis ſententia.

31 Quare vt duabus ſimul quæſtiunculis in titulo præſentis cõtrouerſię propoſitis vna reſolutione ſatisfaciamus, ſtatuenda concluſio eſt, reiectis pluribus diuerſimodè adductis per Hoſtienſem, & Socinum dictis locis, *Ex vi conſuetudinis á iudicibus ſæcularibus ad Epiſcopum appellandi: ad Apoſtolicam Sedem, ſeu Romanum Pontificem appellari poſſe, etiam Imperio non vacante.* Quam reſolutionẽ amplectimur cum Antonio de Butrio num. 4. & 17. Cardinali num. 1. Barbat. num. 3. & 4. vbi veriſsimam appellauit in d. cap. licèt, probabilemq; dixit Felinus loco ſupra citato. Et præter proximè dicta, (quæ nõ mediocriter ad noſtræ concluſionis comprobationem conducunt) probatur efficaciſſima ratione: etenim ſupponendum eſt, retento eodem themate, de conſuetudine ad Epiſcopum appellandi, per eam fuiſſe acquiſitam iuriſdictionem Epiſcopo, & Eccleſiæ: quo fit, vt coacta iuris ratione fatendum ſit ad Pontificem etiam poſſe appellari, ex vi talis conſuetudinis, cum ipſemet Roman. Pontifex ſit omnium Epiſcoporum omniumque locorum immediatus, & legitimus Prælatus, generalisque omnium rerum eccleſiaſticarum & perſonarum gubernator, ſecundum gloſſæ vltimę ſententiam, in cap. fœlicis, de pœnis in 6. & latè tradita per Alphonſum de Oxeda qui multis probat lib. 1. de incompatibilitate beneficiorũ. c. 1. á num. 9. & text. expreſſum in cap. cũcta per mundum. 9. q. 3.

32 Ex qua reſolutione profluit alia concluſio, qua altera deciditur à nobis in titulo quæſtionis propoſita dubitatio, *conſuetudinem appellandi á iudicibus ſæcularibus ad Epiſcopum extendi non poſſe, nec potuiſſe vnquam, vt appellari valeat ad Sedem Apoſtolicam*: probatur ex ratione, quam nuper tradidimus, dicentes, quod appelletur á ſæculari iudice ad Epiſcopũ, eſſe iuris regulis cõtrarium, ac percõſequens minimè extendendum ad diuerſum caſum, iuxta reſoluta per Zaſsium, & alios citatis locis.

33 Quod ſi dixeris nos iam talem extenſionẽ admiſsiſſe, dum reſoluimus, ex vi conſuetudinis præfatæ, appellari poſſe ad Pontificem Maximũ, etiã Imperio non vacante, non difficilè reſpondebimus, adhuc extenſionem minimè locum habuiſſe, cum reuera conſuetudo non extendatur, ſed ex ſua vi Romanũ Pontificẽ comprehẽdat, propterea quod ſit Epiſcoporũ omnium, & locorũ legitimus Pręlatus, & omnium Eccleſiarũ, rerumq; eccleſiaſticarũ gubernator, & adminiſtrator, quibus ceſſare perſpicies, argumenta Panormit. & aliorũ contendentiũ, iſtam conſuetudinẽ nulla tenus potuiſſe Sedem Apoſtilicam comprehendere, quinimò doctrinã Innocentij admittẽtis appellationẽ ad Pontificẽ in caſu propoſito, in eo niti, quod fuerit vacans Imperium, & temporalis iuriſdictio ad Sedem Apoſtolicam pertinuerit.

34 Atque ſi placet, vt concluſiones prædictæ magis, ac magis confirmẽtur, iterum poteris expendere, verba illa d.cap. licet, *præſertim vacante Imperio*, manifeſtè denotãtia Imperio nõ vacante nihilominus ex vi conſuetudinis ad Epiſcopum appellandi, liberum fore litigantibus ad Pontificem Romanum appellare, dictaque verba, *præſertim vacante Imperio*, ea ratione

ratione procedunt, eumque habent intellectum,vt cum ſuprema iuriſdictio temporalis,eo tempore ad Summum Pontificem pertineret Imperio ſcilicet vacante , multò magis potuerit ad eum appellari, quaſi tũc in Pontifice Maximo, vtroque iure Pontificatus ſcilicet, & Imperij,appellatio deberet ſubſtineri, quaſi Imperio non vacante , ex vi conſuetudinis ad Pontificem,vt talem appellari poſſet,vacante verò Imperio,ad ipſummet poſſet appellari,vt Gubernatorem temporalem,& ſic dum vacaret Imperium,vtrumque ius faueret appellationi ad Pontificem,id eſt Pontificatus,& Imperij.

35 Illud autem in propoſito admonitione non indignum videtur , quod diximus Imperio vacante iuriſdictionem temporalem ad Romanũ Pontificem ſpectare, non procedere in alijs Regnis vacantibus,quorum ſuprema iuriſdictio temporalis, Rege ſine ſucceſſore mortuo apud Rempublicam manebit,quæ nunquam à ſe ita potuit iuriſdictionem abdicare, vt cum ad ipſius conſeruationem opus fuerit,ea vti nõ valeret,vt multis relatis probauit Nauarrus in cap. nouit,de iudicijs,notab.3.num.120. poſt Baldum in cap.1.num.10.de allodeis in vſibus feudorum,& in c.1. de iudicijs. Vnde falſo deducebat Hoſtienſis ex d. c. licet , ꝙ quemadmodum vacante Imperio iuriſdictio ad Sedem Apoſtolicam ſpectat,eadem quoque eſſet ratio de iuriſdictione ſuprema aliorum Regnorum vacantium.

36 Necnon ſimiliter non verè exiſtimaſſe Panormitanum in c.1.n. 6. de probation.docentem â quocumque ſæculari Principe non recognoſcente ſuperiorem,poſſe appellari ad Sedem Apoſtolicã,quem perperam ſequuti ſunt,relati, & ſequuti â Felino ibidem num.8.Guido Papæ in tract. de appellatio. in princip. concluſ.7. quorũ exiſtimatio (præter ſupra tradita) ex eo manifeſtè conuincitur, quod nullo iure cautum ſit alijs Regnis vacantibus deuolui ad Sedem Apoſtolicam,temporalem iuriſdictionem, & ex alia parte iuris Principijs dictantibus,iuriſdictio in tali caſu penes Rempublicam manſura ſit: ac perconſequens citati Patres nimis fuerint ad audendum proiecti, dum abſque iuris fundamento conceſſerunt Pontificibus Maximis , etiam vacantium Regnorum ſupremam temporalem iuriſdictionem, quam aliàs Imperio vacante proculdubio nanciſcuntur,& exercent, vt ſæpenumerò exercuiſſe legimus.

37 Quod ſi adhuc obieceris , quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis adquiriri minimè poſſe conſuetudine, aut præſcriptione , niſi ſcientia Principis alteriusvè ſuperioris præcedat, ex communi interpretum traditione , quam refert & ſequitur Iaſ. in l. Imperium , num. 22. ff. de iuriſdict. omnium iudicum, ac perconſequẽs non poſſe conſuetudine introduci, vt à ſæcularibus ad Epiſcopum , vel Romanum Pontificem appelletur, non præcedente ſcientia, & patientia Catholici Regis, ad talem conſuetudinem , qui proculdubio eiuſque aduocati cauſarum fiſcalium, imò ipſimet Senatores Regij fortiter contradicerent,nunquãque , vel ferè nunquam talis conſuetudo introduceretur:in promptu erit ſolutio,ſi memineris, quod ipſe, iam antea in hoc tractatu admonuiſſe memini in adquirẽda tali quaſi poſſeſſione iuriſdictionis ſcientiam Principis alteriusvè ſuperioris non requiri,vt ſatis probat Romanus Pontifex in capit. licet cauſam , verſic. *ex premiſſis* , de probationibus , & iuuat

Digitized by Google

iuuat text. in cap. irrefragabili, verſ. *exceſſus*, ibi, *conſueuerunt*, de officio Ordinarij, capit. cum contingat, ibi, *conſuetudine*, de foro competen. cum alijs, & doctè more ſuo obſeruauit Dom. Couarr. in reg. poſſeſſor. 2. p. §. 3. num. 2.

38 Vbi id verum eſſe dixit, tametſi. l. 6. tit. 29. part. 3. expreſsim voluerit iuriſdictionem præſcriptione acquiri non poſſe, quam conſtitutionẽ non cum difficultate interpretaueris, ſi conſulas eundem Couarr. dicto loco, num. 3. & ſequentibus. Manifeſtũ namque eſt, vtcumque iuriſdictio merum, & mixtum Imperiũ ad Principem pertineant, ea præſcriptione acquiri poſſe (ſupremam recognitionem excipio) quam ſatis perſpicuum eſt, per ſubditum præſcribi non poſſe: ſolum enim ſermo eſt, de iuriſdictione ciuili & criminali, mero, ac mixto Imperio, & de alijs quæ Principis propria ſunt, & ad Principem pertinent, quæ ſine dubio præſcriptione acquiri poſſunt.

39 Cæterum id quod diximus minimè neceſſariã eſſe ſcientiã, aut pacientiã Principis, alteriusvè ſuperioris, eã rationẽ habet, quod alicubi nõ probetur, ad acquiſitionẽ quaſi poſſeſsionis iuriũ incorporaliũ, requiri, vel pacientiã, & ſcientiã, vel ſaltẽ titulum, cum & ſæpiſsimè abſq; titulo, & patientia procedat horũ iurium præſcriptio, quæ abſque quaſi poſſeſsione procedere nequit vllo caſu.

40 Proindeque aſſerendum eſt generaliter, poſſeſsionem iurium, incorporalium, ab vſu illorum, & ſufficienti exercitio procedere, etiam abſque ſcientia & pacientia illius, in cuius præiudicium poſsidetur, ſecundũ latè, & eruditè, tradita per Dom. Couarr. in reg. poſſeſſor. 2. p. in initio. n. 8. per totum, & §. 3. â nu. 2. cum ſequentibus, ad finem vſque, ad quem libenter lectorem remittimus.

Summaria ad Controuerſiam 25.

1 *Materia iucunditas in dicendo ſuſtentat, & quaſi de integrò ad diſerendũ ampliſsimum campum aperit.*

2 *Non placet Domini Couarruuiæ opinio, aſſerentis æquiſsimam eſſe illorũ ſententiam, qui dicunt priuilegio ne detrudantur in carcerem, nobiles renuntiare poſſe.*

3 *Iure naturali nobilibus reuerentia á plebeis, & maiores in Republica dignitates debentur, & ordo naturalis in hominibus debet eſſe, & hæc iuſtitia eſt, vt infirmior ratio ſeruiat fortiori, vt in exẽplis quæ hic ſubijciuntur.*

4 *Proponuntur argumenta ad probandum validam eſſe conuentionem, qua nobilis renuntiat priuilegio ne in carcerem detrudatur, quam partem nullibi ſatis fundatam vidit Author.*

5 *Paria ſunt in iure aliquem detinere inuitum, vel præciſè ad factum obligari.*

6 *Conuentionem qua Monachi pollicitiſunt ſe manſuros in obſtagio tenentur adimplere non ſolum ex vinculo præſtiti iuramẽti, ſed ex vi, quoque conuentionis.*

7 *Ob dicta fortaſsis fundamẽta* (quę nõ attulit Dñs Couarr.) *in Prætorio Granatenſi pronuntiatũ fuit validã fuiſſe renũtiationẽ illius beneficij ne Nobilis in carcerem detrudatur.*

8 *Opinionem contrariã probant nonnulla argumenta illaque procul dubio fortiſsima.*

Fæmi-

Digitized by Google

9 *Femina quæ priuilegium habet, ne ob æs alienum in carcerem mitti poſsit, nõ obſtantibus quibuslibet renuntiationibus, nihilominus priuilegiũ habet, ne in carcerem mittatur, & ne cõueniatur vltra quã facere poſsit.*

10 *Clericũ etiã cum iuramẽto renuntiare non poſſe priuilegio fori, & priuilegium nenobilis mittatur in carcerẽ pro ære alieno, data fuerunt nobilium ſtatui.*

11 *Iura ſanguinis nec renuntiatione, neq; vlla humana lege tolli poſsũt, & prærrogatiua non vulgaris eſt, nõ poſſe ob æs alienum in carcerem mitti.*

12 *Renuntiatio beneficij ceſsionis bonorum, quo debitor liberatur á carceribus nõ tener, quæ nihil aliud eſt, quã quodã beneficium né quis ob æs alienum in carceribus detineatur.*

13 *Renuntiatio priuilegij ne in carcerem detrudatur, facta á nobili plurimum humanæ libertati refregatur.*

14 *Homo liber minimè detineri poteſt pro ære alieno ſoluendo, etiã ex conuentione, & nõ obſtãte renũtiatione dicti priuilegij á nobilibus facta ſeruandũ illis erit ſuũ priuilegiũ, ne pro ære alieno in carcerem ducantur.*

15 *Iuri & priuilegio reuerentiæ cauſa inducto, renuntiare minimé poteſt quiſquam.*

16 *Iura nobilitatis ad ſanguinem pertinent.*

17 *Non eſt nouum in iure ob ſpeciales ſingularesque rationes, & cauſas, non poſſe quemquam iuri pro ſe introducto renuntiare.*

18 *Supereſt quid in hac quæſtione* (quę in praxi frequẽtiſsima eſſe ſolet) *tenendum ſit aperite.*

19 *Magis placet ſententia, quæ docet nõ valere pactionem qua nobilis conuenit, vt pro debito ciuili in carcerem detrudatur.*

20 *Cuiuſuis nobilis pactio qui ſe carceri, vel alicui ſordido muneri obligat, totum nobilitatis ordinem, & ſtatum offendit.*

21 *Illi qui inuiti detinentur in carcere, nihil differunt ab ſpecie ſeruientiũ.*

22 *Iure naturali nobilibus reuerentia à plebeis & maiores in Republica dignitates debentur.*

23 *Referuntur plures Doctores qui dictã ſententiam multis argumentis defendunt.*

24 *In ſpecie & priuilegio legis ad egregias. ff. de iure iurando, nobilibus & egregijs perſonis conceſſo, renuntiatio locum non habet, nec moniales renuntiare poſſunt priuilegio, ne rencãtur ad iudicem accedere cauſa dicẽdi teſtimonium.*

25 *Non placet diſtinctio in hac parte inter priuilegia, quæ tendunt ad reuerentiam & honorem nobilibus exhibendũ, & inter illa quæ cõceſſa ſunt, vt honos deferatur nobilitati.*

26 *Argumenta aduerſæ partis non habent locum, vbi renuntiatio non poteſt diuidi, aut ſeparari á bono publico.*

27 *Infertur ex dictis, priuilegijs militum & ſcholaſticorum, aliarumq; perſonarum, ne certa bona pro debito capiantur, renuntiari non poſſe.*

28 *Licet nobilis renũtiauerit priuilegio, text. in l. ſacrilegij. 6. ff. ad l. Iuliã peculatus, nihilominus ſacrilegij pœnã non debebit niſi pro qualitate perſonæ.*

29 *Pariter etiã ex dictis infertur nõ cadere ſub renũtiatione priuilegiũ nobilium, de quo in l. fin. ff. de ſepulchro violato, vt facti rei ſepulchrorũ violatorũ nõ afficiãtur ſũmo ſupplicio.*

30 *Nobilis hidalgus pactione ſe ſubijcere non valebit, pœnis impoſitis eis qui finium terminos propulerint, & non obſtante renuntiatione, ex conditione perſonæ, & mente factis magis ſtatui debebit.*

31 *Idẽ inditium eſt de multis alijs priuilegijs*

uilegijs nobilibus conceſsis, etſi ex renunciatione alicuius priuilegij derogaretur nobilitati in vniuerſum, tunc non foret renunciatio admittenda.

32 *Iuramentum, ſem pactio permanendi in obſtagio, ſatis inducit ſpeciem ſeruitutis, & nullam poteſt inducere obligationem.*

33 *Manifeſtum eſt iuramentum non inducere obligationem ad actum, per quem tam iurans, quam is cui iuratur excommunicationem incurrunt.*

34 *Iuramentum monachi de manendo in obſtagio offenderet profeſsionem ipſam.*

35 *Singulis concedendum non eſt, quod per Magiſtratum publicé poteſt fieri, & ex his conuentionibus, & obſtagijs, quamplurimi tumultus, & inconuenientia non lenia ſequerentur.*

36 *Refertur opinio aſſerentium, conuentionem obſtagij, per ſe ſolam nullius momenti eſſe, ex ſoloque iuramenti vinculo valere obſidum dationem.*

37 *Dicta communis ſententia petit principium, nec ſubſtineri poteſt.*

38 *Multipliciter cernuntur obſides, & quotnam ſint illorum genera, & vnde origem traxerint.*

39 *Pro bono publico, & pace conſeruanda, introducta eſt obſidum datio, ad inſtar bellorum, & captiuitatum.*

40 *Obſides alij libertatem amittunt, nec teſtamenti factionem habent, alij verò non amittunt libertatem.*

41 *Ex præfata obſidum diuiſione intelliguntur iura in l. obſides 11. ff. de teſtamentis, & in cap. expoſita de arbitris.*

42 *Obſides qui libertatem amittunt, nõ niſi ab Imperatore, vel Principe habente ius indicendi bellum dari poſſunt, & expenditur gloſ. 2. in l. 2. C. de patribus qui filios diſtraxerunt.*

43 *Obſides propriè qui libertatem amittunt, non pro pecunia alioue priuato commodo dari poſſunt, ſecus illi qui non ita inuiti detinentur, cuius differentiæ ratio aſsignatur.*

44 *Publicus carcer dicitur, qui authoritate habentis iurisdictionem legitimè deputatus eſt, priuatus qui ab homine nullam habente poteſtatem eſt deſtinatus, & multum interest an quis ex vi conuentionis inuitus detineatur in publico carcere, vel in priuato.*

45 *Aliquot in medium adductis concluſionibus propoſita dubitationi, quæ plures habet partes reſpondendum eſt.*

46 *Solus Princeps Rex, ſeu Imperator ſupremus, ius habens indicendi bellum dare poterit hominem liberum in obſidem, ita vt creditor in eum perum ius habeat, & intelliguntur iura in d. l. obſides, & in d. c. expoſita. & in l. diuus. ff. de iure fiſci.*

47 *Valet conuentio, qua liber homo in obſtagium datur, ita vt creditor nõ habeat ius in eum, ſed ſolam retentionem, ita tamen, vt detinendus non ſit propria authoritate ſed publica.*

48 *Expedit Reipublicæ, ne ſint carceres priuati, in quibus homines inuiti, etiam ex priuata cõuentione poſsint detineri.*

49 *Valida eſt conuentio inter partes inita, vt debitor detineatur à creditore, etiam in carcere priuato, & authoritate propria, ſi iuramento firmetur.*

50 *Monachi tenẽtur quoque ſuperioribus parere, in licitis, & honeſtis, quæ ad vtilitatẽ neceſsitatẽque Monaſterij ſublebandam expediunt.*

51 *Clerici ſæculares poſsunt etiam in ob-*

Digitized by Google

ſides dari à ſuis Epiſcopis, quibus de bent eſſe ſubiecti, ratione obedičtię, quam tempore promotionis illis iura runt.

52 *Quidquid poteſt Abbas circa proprios monachos illud ipſum ſimiliter Epiſcopi poſſunt legitimis concurrentibus requiſitis.*

53 *Refertur ſententia, quæ docet authoritatem ſummi Pontificis requiri, vt clerici in obſides dẽtur, & ſimul Eccleſiæ neceſsitatem, cui ſatisfit.*

54 *Aſſignatur intellectus ad textum difficilem in c. ex reſcripto. 9. de iure iurando.*

55 *Monachi obſides alios in ſuum locum ſubſtituere poſſunt, pro quo expenduntur quædam verba dicti. c. ex reſcripto.*

56 *Breviter & in ſumma diſſoluũtur argumenta in contrarium adducta.*

57 *Adducitur intellectus ad textum in c. contingit de ſententia excom, & illius oppoſitioni ſatisfit.*

58 Placet *ſententia gloſæ verbo*, abſcedente, *in §. 1. inſtit. de vſufructu, dum voluit poſſe hominem liberum etiam in perpetuum locare operas ſuas.*

59 *Intelligitur text. in d. §. Titio centum in cuius ſpecie materia, de qua agebatur talis conditionis erat, vt non admitteret præſtationẽ intereſſe, & verius eſt liberũ hominẽ in perpetuum locare poſſe operas ſuas.*

60 *Non eſt tuta diſtinctio inter conuẽtiones celebratas pro bono pacis, & cõcordia, & inter eas, quæ pro debito pecuniario geruntur.*

61 *Liber homo nõ poteſt in pignus dari, quẽ exploratum eſt in cõmertio non eſſe, nec valere conuentiones, ex quibus ius libertatis minuitur.*

62 *Intelliguntur iura in l. vlt. C. de captiuis. l. ab hoſtibus, C. eodem, l. Senatus 43. ad finem, ff. delegat. 1.*

63 *Cadauer detineri non poteſt per creditores, quominus ſepulturæ tradatur, & corpora mortuorum celerem exigunt expeditionem.*

64 *Procedit ſuperior doctrina etiamſi debitum liquidum ſit, & per inſtrumẽtum guarentigium, ſeu alio modo debeatur.*

65 *Intelligitur textus in authentico, vt defuncti. collatione quinta, cui duplex intellectus aſſignatur.*

66 *Vſqueadeò liber homo in pignus dari non poteſt, vt ſi creditor temerè accipiat, multiplici pœna puniatur, cadat à debito, & ſimiles alias pœnas ſubſtineat.*

67 *Dicta non procedunt, nec locum habent cum homo liber, maior viginti annis ad prætium participandum, ſe ſe venundari, ſeu in pignus dari pateretur.*

68 *Similiter non procedunt prædicta, quãdo propter extremam neceſsitatem ſeſe obtulerit occaſio hominem liberum vendendi, ſeu in pignus dandi.*

69 *Bonum vitæ multo præſtantius bono libertatis, & quandoque per pignorationem vitæ conſeruatur.*

70 *Pater qui poteſt ex cauſa neceſsitatis filium vendere, poteſt illum etiã pignorare.*

71 *Intelligitur gloſſa in l. 2. C. de patribus, qui filios diſtraxerunt.*

72 *Non apparet cur pater, cui lex ob extremam neceſsitatem poteſtatem dedit proprium filium vendendi, non poſsit eundẽ pignorare, & intelligitur tex. in l. 2. C. de patribus, qui filios diſtraxerunt.*

73 *Omnia ſupradicta, dumtaxat procedunt in patribus, qui filios habent in poteſtate, filius autem emancipatos, ob prædictam neceſsitatem extremam, nec vendere, nec pignorare poterunt.*

74 *Refertur Alciati ſententia aſſerentis integrum non eſſe patri etiam*

Prin-

Digitized by Google

Principi filium inuitum hosti dare, etiam vt se redimat.

75 *Adducitur locus Nehemiæ ad probandum non esse omninò alienum á paterna pietate filios vendere in casu extremæ necessitatis.*

76 *Pater vendere non potest filium constitutum in sacris, & refertur lex Numapõpilij, qui statuit vendi nõ posse filiũ, cui pater vxorẽ dedisset.*

CONTROVERSIA 25.

Vtrùm stantibus legibus Regni, scilicet legè Taurina 74. quarta, & quinta, tit. 2. lib. 4. ordinam. & in noua recopilatione, l. 4. tit. 1. lib. 6. concedentibus priuilegiũ nobilibus, ne detrudantur in carcerem, pro debito proueniente ex contractu, vel quasi: valeat nihilominus pactio, qua nobilis conuenit, vt pro ciuili debito in carcerẽ detrudatur de ficiẽtibus bonis, in quibus locus sit executioni.

1 NOn casu aliquo, aut fortuitò, sed felici quadã sorte hanc de nobilibus controuersiam in hunc locum reseruatam video, vt cum iã me vox, vires, atq; latera deficiãt, parũque oratione posim, materię incũditas me in dicendo substentaret, & quasi de integrò ad differendum amplissimum campum aperiret.

2 Neque animus est rẽ hanc ex professo disputare cum ab eruditissimis viris, & iuris vtriusque consultissimis, non semel, sed multoties cõtrouersa sit, præsertim per D. Couarr. diuini & humani iuris insigni disciplina percelebrẽ, qui libr. 2. variar. c. 1. & in c. quamuis pactũ. 2. p. in princ. á n. 5. nõ vulgari qua solet eruditione, & dexteritate, istam quæstionem agitauit, sed more nostro, id dũtaxat efficere, quod ab alijs in hac controuersia actum non sit, maximè cũ dissentiã semperque dissenserim á præfati Dñi Couarruuiæ opinione, in d. prin. n. 9. ad fin. asserentis æquissimã esse, illorũ sententiã, qui dicunt prædicto priuilegio nobiles renunciare posse, ne (inquit Couarru.) causa nobilitatis, luxui ludis, & cõmessationibus dediti, absq; vllo delectu res alienas, præsertim pecunias mutuo acceptas, temerè consumant. Et quia talis priuilegij renũciatio, nõ derogat nobilitati in vniuersum, nec per eam ignominosum aliquod suppliciũ ipsis nobilibus infertur, quæ fuerunt vltra regulam generalem, *iuri pro se introducto quemlibet renunciare posse*, quæ Dominum Couarruuiam ad sic existimandum adduxerunt fundamenta.

3 Videamus igitur ita ne verũ sit, an potius è cõtra tenẽdũ, pactionem nõ valere, qua nobilis conuenit, vt pro debito ciuili in carcerẽ detrudatur. Cõstat autẽ vt hinc incipiamus iure naturali nobilibus reuerentiã á plebeis, & maiores in Republica dignitates deberi: á quibus defenditur, regitur, & illustratur, teste B. Tom. 1. 2. q. 77. art. 4. & ante eũ tradiderat Aristot. lib. 7. Polit. cap. 14. & lib. 1. cap. 3.

Plato dialogo 3. de legibus, posteaque tradiderũt Couarr.in regul.peccatum.2.par.§.11.num.5. Andr. Tiraq.de legib. connubial.l.1.n.48. vt enim docet D.Augustin.super Genesim, ordo naturalis in hominibus debet esse, vt seruiãt fœminę viris,& filij parẽtibus, quia & illic hæc iustitia est, vt infirmior ratio seruiat fortiori, & prima dignitatũ recta ratio est, vt genitores vbique natis imperẽt. Secũda vt ignobilibus generosi. Tertia vt iunioribus seniores. Quarta vt domini seruis. Quinta vt potentioribus inuecilliores seruiãt. Sexta quidem, & omniũ maxima, qua secundũ naturã ignorãtes sequi iubẽtur: prudẽtes autẽ ducere, ac dominari. Colliguntur hęc ex Arist. Platoni in hac parte accedente lib.7. Politicor.c.14. Tandemque in dominationibus, & seruitutibus illa clara iustitia est, vt qui excellunt ratione, excellant dominatione, iuxta lõgo sermone enarrata per Tiraq.vbi proximè,& notata per Dominicum & Præpositum in c.ius gẽtiũ, 1. dist. Turrecrematam ibidem, artic.4.& in proœmio Gregor. col. 2. hisque fortasis auctoritatibus, & fundamẽtis nittũtur priuilegia nobilibus cõcessa,& hoc præcipue de quo sermo est, *ne pro ciuili debito in carcerem detrudantur*, priuilegium nãque, ne cõueniãtur insolidũ re vera nobiles non habent, vt cũ cõmuni rectè Couar.docuit d.lib.2.variar.c.1.n.4.

4 Verum hac contẽplatione,& cõsiderationib' ex morum Philosophia petitis, interim nõ obstãtibus, pro ea parte (quã nullibi satis fundatã vidi) quæ habet validã esse conuentionẽ, qua nobilis renunciat priuilegio, ne in carcerem detrudatur, sequẽtia faciũt argumẽta, quorũ primũ est, 9 si aliqua ratione inutilis esset talis conuẽtio, maximè, quia ipsorũ nobiliũ libertatẽ offẽdit, neq; enim ex alio capite impugnari posse videtur, sed sic est, quod per talẽ cõuentionẽ nõ infringitur libertas nobiliũ, argumẽto l.libertas.4.ff.de statu hominũ, ibi, *ni si si quid vi*, sanè per eiusmodi conuẽtionẽ, non dicitur aliquid ex vi fieri, sed ex libera,& absoluta partiũ volũtate, nihil igitur vetat quominus nobiles huic priuilegio (ne detrudãtur in carcerẽ) renunciare valeant.

5 Et cõfirmatur si expẽdas paria qui dẽ esse in iure nostro, aliquẽ detineri inuitũ, vel præcisse ad factũ obligari, neque enim dabilis est diuersa ratio in proposito, inter vtrũque casũ: planè per cõuẽtionẽ potest quis præcisse ad factũ obligari, l. si cũ exceptione 14.§.sed etsi quis.ad si.ff.quod metus causa, l.fideicõmissa.11.§. vlt. in fi.ff.de legatis.3.l.stipulatio.21.§. opus ad fin.ib.*si hoc peritiori placuerit*, ff.de noui oper.nũtiat. ergo rectè poterit nobilis per cõuẽtionẽ renũciare priuilegio, ne detrudatur in carcerem.

6 Præterea, quia difficilior certè cõuentio est, & rationi minus cõsona, qua monachi polliciti sunt, se mãsuros in obstagio, quã tenẽtur adimplere, nõ solũ ex vinculo præstiti iuramenti, sed ex vi quoque cõuẽtionis, iuxta tex.in c.ex rescripto.9.ibi, *conuentionẽ faciat adimpleri*, de iure iurando, ergo multo magis nobiles cogẽdi sunt stare cõuentioni, maximè stãte notissima iuris regula, quę docet, iuri pro se introducto, quẽuis liberè renũciare posse, l. si quis in conscribendo, C.de pactis cum similibus.

7 Ob quæ fortasis breuissima fundamenta, quamuis ea non attulerit Couar.in dicto initio secundæ partis, c. quamuis pactum, in Regio Prætorio Granatensi, pronunciatum fuit renunciationem à nobili hidalgo factam eius beneficij, quo nobiles non possunt pro ære alieno in carcerem

Digitized by Google

rẽ mitti validã fuiſſe hominemque liberum,etiã inuitum ex propria conuentione in carcere detineri poſſe, tuetur glo.verb.*obſides*,in c. expoſita 11.de arbitris.& ita de iure defendi poſſe,fatetur Felin.in.d.c. ex reſcripto.n.8.poſt Baldum, quem refert in l.2.C.de patribus qui filios.Rippa d. l.obligatione.n.9.

8 Per contrariũ autẽ ad probandũ nobilẽ,quẽ *hidalgũ* Hiſpanè dicimus qui iure ſaltẽ Regio ob debitã pecuniã,ſeu æs alienũ in carcerẽ mitti nõ poteſt,ob nobilitatis priuilegiũ, poſſe huic ſpeciali fauori renũciare, ita ſanè vt propter hãc renũciationẽ hidalgus in carcerẽ ratione æris alieni ducatur,deficientibus bonis, in quibus locus ſit executioni,probãt non nulla argumẽta,illaque proculdubio fortiſsima,quę & ex dictis aliorũ, & ex diuturna huiuſce rei à nobis habita cõſideratione referre nõ grauabimur.

9 Etenim ſi fœmina quæ priuilegiũ habet,ne ob ęs alienũ in carcerẽ mitti poſsit,ex l.10.tit.3.lib.5.recopilationis,Taurinaq; cõſtitutione.62.& antea ex authẽtica,ſed nouo iure,C. de cuſtodia reorũ, l.1.cũ authẽtico ibi poſito,C.de officio diuerſorũ iudicũ, appoſitis quibuslibet renũciationib°,nihilomin° priuilegiũ habet, ne in carcerẽ mittatur,&ne cõuenia tur vltra quã facere poſsit, diccndũ pariter videtur nõ obſtante renũciatione nobilẽ potiturum ſuo priuilegio,ne in carcerem mittatur: quod verò adhuc fœmina quæ renũciauit, priuilegiũ habeat, lõgè probauit D. Couar.lib.2. variar. reſolut. c.1.n.3. & antea docuerãt Ioan. â Monteſperelo in l.plerique,ff.de in ius vocando,Andręas Apomate in additionib. ad Bart.in authen, matri. & auiæ. C. quando mulier tutellę officio fungi poſsit, & ſatis colligitur ex ipſomet Bartolo in l.ſi quis ſub cõditione, ff. de teſtamẽtaria tutella.n.20.ex l.Patronus,ff.de re iudic.& in ſpecie adnotarũt Barbat.in c.2.n.4. de pignorib.Prępoſitus in c.ex parte.M.de appellation.LudouicusGomez.in c.2. de iudicijs in 6.& ſaltim hęc opinio, valde probabilis eſt, quã recepit Couar.in.d.c.1.igitur pari ratione, nec nobilis præfato priuilegio renũciare valebit.

10 Clericus etiã cũ iuramẽto renunciare non poteſt priuilegio fori, vt apud iudicẽ laicũ conueniatur, quia cẽſetur cõceſum dignitati ſtatus Eccleſiaſtici,igitur nec nobilis renũciare poterit nobilitatis priuilegio, ne mittatur in carcerem publicum pro ære alieno ſoluendo, quippè priuilegium hoc manifeſtum eſt datũ fuiſſe nobilium ſtatui.

11 Accedit iura ſanguinis nec renũciatione,nequevlla humana lege tolli poſſe,l.abdicatio,C.de patria potestate,l.iura ſanguinis,ff.de reg. iuris, l.i° agnationis,ff.de pactis,ergo nec iura nobilitatis renũciatione tolli poterũt,& multo minus priuilegiũ hoc de quo differimus,vt nobilis ſanguine,vel priuilegio ob ęs alienũ in carcerẽ mitti nõ poſsit,cũ prærrogatiua ſit,nõ vulgaris,ſed magni ponderis,atque momẽti,vt rectè cõſiderarũt plura in confirmationẽ adducentes Couar.d.lib.2.variar.c.1.ad interpretationẽ Regiarũ legũ, de quarum ſenſu,nũc agimus in d.l.79.Tauri, l. 4.5.& 6.tit.1.lib.6.recop.l.4. & 5.tit. 2.lib.4.ordinamẽti, & ante eũ Ioan. Baptiſta de S.Seuerino,in tractat.de debitore ſuſpecto, & fugitiuo, q. 5. prin.Bald. in l.1.ad fin. C. qui bonis cedere poſſunt,Guillel.de Cuneo in l.pen.ff.ex quibus cauſis maiores,Alex.in l.Cẽturio.n.25. ff. de vulgari, Iaſ.in l.miles,colum.2. ff. de re iudicata,per tex.optim.in ſimili,in l.me-

dicos, C.de profeſſorib. & medicis, lib.10.extẽdentes reſpõſum Iuriscõ ſulti in d. l.miles,à milite ad nobilẽ, expreſſèque reſoluentes nõ poſſe hi dalgum apud nos renũciare huic iu ri nobilitatis,&priuilegio,quo cautũ eſt, ne in carcerẽ ob æs alienũ mitta tur,ex quorũ dictis planè deducitur veriorem quidem eſſe hanc ſecun- dam ſententiã,quam modo nitimur confirmare,ſcilicet nobiles nõ poſſe tali ſpeciali fauori dictarũ legũRegia rũ expreſſè, nec tacitè renunciare.

12 Et facit etiam pro eadem parte,q̃ ſicut renunciatio beneficij ceſsionis bonorũ,quo debitor liberatur â car- ceribus,non tenet,ſimiliter nõ tene- bit renũciatio facta per nobilẽ eius beneficij,& priuilegij, quo liberatur ob æs alienũ â carcere: etenim inter vtrũque caſum aſsignabilis non eſt, congrua diſcriminis ratio,imò ſicuti nõ poteſt quis ſe per pactũ aſtringe- re ad præciſſam carceris incluſionẽ, nec poterit renũciare his beneficijs, quæ iure cõceſſa ſunt ad cfugiẽdos carceres,etiã publicos:renũciationẽ autẽ ceſsionis bonorũ minimè vale- re,in quo cõſiſtit tota huius argumẽ tivi:,ex eo probatur,quod cũ talis re nunciatio ceſsionis bonorum, nihil aliud ſit,quã beneficiũ quoddam,ne quis ob ęs alienũ in carceribus deti- neatur,parũ certè,aut nihil ei obeſſe poterit renũciãtis conſenſus, quo ſe obſtringit ad perpetuã detruſionẽ in carcerẽ,aut ſanè tẽporalẽ,donec ſol- uat,q̃ idẽ eſt,ac ſi perpetuæ captiuita ti ſe mãciparet. Similitudo verò in- ter vtrãque ſpeciem apertiſsima eſt, rectè igitur procedit nuper à nobis facta conſequentia.

13 Cõfirmabis mirũ in modũ ſi expẽ deris talẽ renũciationẽ priuilegij,ne in carcerẽ detrudatur,factã à nobis, pluri mũ quidẽ humanæ libertati re- fragar i, quippè per eã hidalgus,qua- ſi perpetuã quãdã obligationem ad carcerẽ publicũ cõtraheret,& prę cif ſam ſeruitutẽ incurreret, ad quãlibe rũ hominẽ ſe aſtringere nequire,ma nifeſti iuris eſt,& probat tex.in l. Ti- tius, §. Titia,ff.de cõdition.& demõſ trat.l.2.de libero homine exhibẽdo, adnotarũt Abb.& alij in c. Odoard de ſolution.Andr.Alciat.in c.cũ cõ- tingat.n.69.de iure iuran.D.Couar. lib.2.variar.c.1.n.7. Alex.conſ.17.n. 6.lib.2.Ioan.Faber.in §.vlt.Inſtit.de action.& in l.vlt.C.qui bonis cedere poſſunt,Bart.Immol.& Alberic. in l. alia.§.eleganter,ff. ſolut. matrimon. Dinus in d.§.eleganter,Salicet. n.9. Cinus.q.6.in l.1.C. qui bonis cede- re poſſunt,Alberic.in rubr.C.qui bo nis cedere poſſunt,col.vlt.poſt gloſ. & DD.in l.antiquitas,C.de vſufruc- tu,& in l.poſt certi.C.de liberali cau ſa,qui omnes affirmãt renũciationẽ ceſsionis bonorũ,inutilem, & inna- nem eſſe, quorum opinio commu- nis eſt,vt teſtantur Albericus,Alcia- tus,& Couarruu.dictis locis.

14 Corroboraturq; magis eadẽ argu- mentatio,quia ſi nobiles renũciarẽt priuilegiũ ſibi datũ, ne ob æs alienũ poſsint in carcerẽ mitti,in effectu ſe obligarẽt ad carcerẽ pro ære alieno ſoluẽdo,quæ obligatio inualida eſt, ac percõſequẽs nõ eſſet admittenda talis renũciatio à nobilib⁹ facta,imò ea nõ obſtãte ſeruãdũ nobilibus ſuũ priuilegiũ,ne pro ęre alieno in car- cerẽ ducãtur.Et cõducit magnope- re cõmunisinterpretũ ſchola,de qua in c. ex reſcripto. de iure iuran. quæ ſapiẽter nos docuit,minimè poſſe ho minẽ liberũ inuitũ detineri pro ære alieno ſoluẽdo,etiã ex cõuẽtione, ſi cuti voluerũt Irãcif.de Rippa,in d.l. obligatiõne.n.11.ff.de pignorib.Are tin.& Immol.in l. obſides. ff. de teſ- tam.Abb.& idẽ Immol.in d.c.ex reſ- cripto.gloſ.in cap.vt pridem.23.q.8.

Regia.

Digitized by Google

Regia.l.3.tit.13.par.5.vndè facilè de sumitur efficax argumentum, ad probandũ pariter etiã neque per cõuentionẽ nobilẽ suo priuilegio renũciaciaturũ, neque effectũ habiturã renũtionem, quidquid semel, & iterũ hidalgus renunciauerit.

15 Nec nõ, & illud nobilibus mirificè opitulatur, ꝙ notãt Alex. & Ias. in l. pen. C. de pactis, col. 5. Dec. in l. venia, col. vlt. C. de in ius vocando, Ludouic. Roman. sing. 480. probatque tex. optim° in l. vlt. C. de bonis libertorũ, id est iuri & priuilegio reuerentię causa indulto quẽquã renũciare non posse, ac proindè, nec nobiles huic priuilegio detrusionis in carcerẽ, quandoquidẽ planũ est, nobilitati maiores honores deferri, quam plebeis, c. de mulcta de præbẽdis, l. nobiliores, C. de cõmercijs, & mercator. latè Andr. Tiraq. de nobilitate, c. 20. Ias. per tex. ibi, in §. item seruiana. n. 26. Instit. de actionibus, constatq; inter omnes honorẽ reuerẽtiã præmittere ex præcepto Decalogi *honora patrem, & matrẽ*, Baldique doctrina in l. liberti, col. 4. C. de oper. libertorũ, & in c. licet. de probation. & probat tex. in l. honori, & in l. parens, ff. de operis libertorũ, igitur de primo ad vltimũ tali reuerẽtię nobilis renũciare nõ poterit, ac percõsequẽs, nec beneficio nõ vulgari dictarũ legum, ne proęre alieno in carcerẽ detrudãtur.

16 Præsertim cũ (vt prædiximus) & Iuuenalis ęcinit, dũ dixit; *ſtemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontifici lõgo ſanguine cenſeri?* iura nobilitatis ad sanguinẽ pertineant, quasi iura sint sanguinis, l. stemmata, ff. de gradibus, l. 2. §. quæ omnia, C. de veteri iure enucleãdo, l. 1, in prin. ff. de censibus, l. 1. C. de iure aureorũ annullorũ, quę & supradicta valdè nobilib° suffragãtur, vt quãtũuis huic priuilegio, ne pro ere alieno incarcerẽ ducãtur renũciauerint, possint nihilominus tali priuilegio potiri.

17 Nec nouũ est in iure nostro ob speciales singularesque rationes, & causas, nõ posse quẽquã iuri pro se introducto renũciare, vt probatur in d. l. alia, §. eleganter, ff. soluto matrimonio, vbi quis renũciare nõ valet priuilegio sibi à lege dato, ne cõueniatur, vltra quãfacere possit, ꝙ in effectu idẽ priuiiegiũ est, ac nostrũ, ne pro debito quis in carcerẽ mittatur: & ꝙ in illo definitũ est, in hoc statui debere nemo ambigere potest: eo maximè, ꝙ cõcessum fuit quibusdã ex causis à bonis moribus deductis, nempè ob reuerẽtiã, pietatẽ, aut naturalẽ dilectionẽ illis debitã, quibus ita fuit indultũ, quãuis milites, aut nobiles, ꝙ ex alia causa priuilegiũ habuerint diuerso iure in hac parte cẽsendi non sint, quin potius quemadmodũ, qui non tenentur vltra quam facere possunt, tali priuilegio renũciare non valẽt, similiter idem sit in nobilibus respectu beneficij, ne pro debito ciuili mittantur in carcerem. 18

18 Retulimus (nisi fallimur) quæ circa quęstionẽ hãc elegãtẽ vtrioque vulgo circũferũtur argumẽta, pro vnaq; & altera parte multa obstare, & suffragari alia, quę eius examẽ dubiũ, & anceps efficiũt perspexim° (supereſt, vt quid in hac re (quę in praxi frequẽtissima esse solet) tenẽdũ sit aperiamus.

19 Planè semper magis arrisit hęc posterior pars, quæ docet nõ valere pactionẽ, qua nobilis cõuenit, vt pro debito ciuili in carcerẽ detrudatur, etsi nõ me lateat multoties in Regijs Prętorijs renũciationẽ à nobili hidalgo factam eius beneficij, quo nobiles non possunt pro ære alieno in carcerem mitti, validam declaratam fuisse, vt locupletissimè testatur Dominus Couarruu. vbi supra, in d. initio, 2. par. ad c. quamuis pactum. num. 5.

cum ſeqq. vſque in finem initij. Adducor ad ita exiſtimandum ob proximè relata fundamenta, quæ quidquid eis ſatisfacere contenderit Couarruu. dict. loco, magnam profectò vim, & auctoritatem habent ad iſtam ſententiam, quam defendimus cõfirmandam.

20 Et vlterius quia cum in longo huiꝰ articuli diſcurſu tradiderimus, nõ valere priuatorũ pactiones, quæ ius publicum offendunt, quamuis illius vtilitas ad ſingulos pertineat, & cuiuſuis nobilis pactio, qui ſe carceri, vel alicui ſordido muneri obligat, totum nobilitatis ordinem, & ſtatum offendat, ſiquidem dum aliquis vilescit, & cõtemnitur, omnes quoddam modò iniuriã patiuntur, conſequẽs eſt eam pactionem, qua nobilis conuenit, vt pro ære alieno in carcerem ducatur nullatenus valituram.

21 Tum etiam quia vt ſuperius tetigimus, & poſt Bartol. & antiquiores, defendit Alex. multa expendens, in l. quia tale, §. eloganter, num. 6. ff. ſoluto matrimonio plures, vt per Couarruu. lib. 2. variar. cap. 1. num. 7. per tex. in l. 2. ff. de libero homine exhibendo, illi qui inuiti detinentur, nihil differunt ab ſpecie ſeruientium, & eorum ſequentur. valere non debet conuẽtio, per quam ſeruitus inducitur, pariterque inutilis eſt pactio, per quãquis inuitus detinetur: & iuuat maximè, ex tali renuntiatione iniuriam cæteris nobilibus, eorumque honori inferri, quæ admitti non valet, quin tendat in derogationem honoris, ſtatꝰ nobilium, cum in carcere, abſque dedecore ipſorum nobilium, detineri non poſſint, etſi Couarruu. ad fin. initij, dict. 2. p. è contra minimè fortè ductus fundamento cõminiſcatur.

22 Præterea priuilegia, quæ ob naturalem reuerentiam aliquibus conceduntur, nulla pactione remitti poſſunt, quoniã id bonos mores offendit, vt probat text. in l. vlt. C. de operis libertorum, l. Imperialis, §. 1. C. de nuptijs, dict. l. alia. 15. §. eleganter ff. ſoluto matrimonio, & traddunt Iacobus Menoch. conſ. 18. num. 5. poſt Alexandrum num. 7. Iaſſonem, & Decium, num. 13. in l. pen. C. de pactis, idem Philipp. Dec. in l. venia. num. 10. C. de in ius vocando, res autẽ eſt pluſquam manifeſta, vt initio huius controuerſiæ aſſerere cæpimus, iure naturali nobilibus reuerẽtiam â plebeis, & maiores in Republica dignitates deberi, cum eam defendant, regant, & illuſtrent, vt docet Ariſt. lib. 1. Politicor. cap. 3. & 4. & lib. 7. capit. 14. Plato, D. Thom. Tiraquel. & Couarruu. locis in prin. citatis, ergo minimè poterunt nobiles, tali reuerentiæ renuntiare, nec remittere priuilegium ſibi, vel potius nobilium ſtatui indultum, ne pro debito ciuili ducãtur in carcerem.

23 Quibus multisque alijs argumentis hanc ſententiam probarunt, latè diſputando Ioan. Gutierrez de iuramento confirmatorio, 1. par. cap. 16. à num. 47. vbi argumenta in contrarium dilut, Auiles in procemio Prætorum, gloſ. 1. num. 27. Ferdinand. Menchacen. de ſucceſſion. creatione, §. 22. à n. 75. Burgos de Paz conſ. 10. num. 17. Didacus Perez in l. 1. tit. 2. lib. 4. ordinamenti, & ex antiquioribus Cinus in l. in honorẽ, C. de Epiſcopis & clericis, & plures alij relati à Menchaca vbi proximè, tametſi Baeza de inope debitore, capit. 16. num. 37. Couar. poſt alios in d. princ. n. 9. contradicant.

24 Et meritò, in ſpecie enim, & priuilegio. l. ad egregias, ff. de iure iurando, nobilibus & egregijs perſonis tõceſſo, renunciationem locum nõ habere, probarunt Felin. in cap. ſi qui teſtium. de teſtibus, col. 1. Ludouic. Roman.

man.ſing.169.Cinus in l.nec honorem,C.de Epiſcopis,& clericis, Albericus, & Alex. in d.l. ad egregias, adducentes text.in cap. 2. ad fin. de iudicijs in 6.quo probatur nõ poſſe moniales renunciare priuilegio á iure ſibi conceſſo,ne teneantur ad iudicem accedere cauſa dicendi teſtimonium,quippè ex mente Doctorũ quos nunc citauimus,id priuilegium conceſſum fuit reuerẽtiæ cauſa:quẽ intellectũ ad dict.l.ad egregias, probauit Ludouicus Gomez. in dict.c. 2.num.45.quem text.valde commẽdabat Dominicus in cap.indemnitatibus,§.vt autem de elect.in 6.igitur cum hoc priuilegiũ, ne nobiles pro ære alieno detrudi poſsint in carcerem,eis datum ſit honoris, & reuerẽtiæ cauſa,conſtat ei per nobiles renũciari nõ poſſe,iuxta optim.text.in d. l.alia,§.eleganter.

25 Nec ſatisfacit Couarruuię ſolutio diſtinguentis inter priuilegia nobilibus conceſſa,quæ directè (inquit ipſe)tendunt ad reuerentiam, & honorem eis exhibendum,qualia ſunt, vt in honoribus præferantur plebeis,& inter illa,quæ conceſſa ſunt, vt honos deferatur nobilitati, non tamen tendunt immediatè,& directè ad exhibitionem reuerentiæ publicam, vt ſunt immunitas à publicis oneribus, quod in carcerem publicum ob æs alienum non mittantur nobiles, & his ſimilia,vt prioribus renũtiare nõ valeant, poſterioris autem generis priuilegijs,rectè renunciare poſsint: non inquam placet huiuſmodi ſolutio,nam præterquamquod nullo iuris fundamento fulcitur, certò certius eſt,priuilegium,ne nobiles ducãtur in carcerem pro debito ciuili,inter priuilegia directè tẽdentia ad reuerentiam, & honorem ipſismet nobilibus exhibendum annumerandũ forè: etenim quis inficiari valeat tale priuilegium fuiſſe nobilibus conceſſum,ne in carcerem detruſi,in luctu, in ſcalore,in lamentis ſordidata veſte iacerent,nevè carceris publici dedecus,& ignominiam paterentur. Quare nullatenus in hoc priuilegio renunciatio admittenda erit,nec Couarruuias, & aſſeclę negare poterũt, hanc eſſe vrgentem argumentationem,magisque ſpectare ad ius publicum:cum &alia nobilium priuilegia, tum,& hoc ſpecialiter,ne detrudantur in carcerem pro ære alieno: quãdoquidem illud exploratum eſt, nobiles,abſque offenſione iuris publici,huic priuilegio renunciare nõ valere.

26 Argumentis verò prioris ſententiæ contrariæ,facilè ſatisfit,ſi generaliter,& in vniuerſum conſideres,illa locum non habere, vbi renunciatio non poteſt diuidi, aut ſeparari à bono publico, id eſt vbi fieri non poteſt,quin ius publicum offendat,quãuis vtilitas priuilegij ad ſingulos pertineat, vt ſatis ſuperque non ſolum in hac controuerſia, ſed in toto ambitu huius longiſsimi articuli,à nobis explicatum eſt, dum diximus,priuatorum pactiones offendentes ius publicum,quamuis vtilitas ad ſingulos pertineret, innanes,nihilominꝰs & nullius prorſus momenti eſſe.

27 Quibus ſic reſolutis eodem themate retento, ſi placet,ex tradita doctrina deducere poteris, priuilegijs militum, & ſcholaſticorum, aliarumque perſonarum,ne certa bona pro debito capiantur,renunciari non poſſe, quoniam illorum priuilegiorum renunciationes,maximè ius publicum ledunt,& offendunt; ac per conſequens,nec milites,nec nobiles,aliæque perſonæ quibus talia priuilegia conceſſa ſunt, eis poterunt renunciare.

28 Quemadmodum etiam,nec priũ

legio, cuius meminit Vlpianus in l. ſacrilegij.6.ff.ad.l.Iul.peculatus, etenim quantumuis quis illi renunciauerit nihilominus ſacrilegij pœnam non debebit,niſi pro qualitate perſonæ,vt ſi nobilis fuerit moderãda pœna ſit, proque rei conditione,& temporis,& ætatis,& ſexus,vel ſeuerius, vel clementius ſtatuendum,non obſtante,quod nobilis pœnis de quibus ibi ſponte ſe ſubijciat.

29 Pariter etiã ſub renunciatione nõ cadit priuilegiũ nobilium,cuius mẽtionem fecit Paul.Iuris Conſultus in l.fin.ff.de ſepulchro violato, vbi rei ſepulchrorum violatorum,ſi corpora ipſa extraxerint, vel oſſa erucrint, humilioris quidem fortunę, ſummo ſuplicio afficiũtur,honeſtiores in Inſulam deportantur: aliàs autem relegantur, aut in metallum damnantur, cui fauori ratione conſonum eſt, ne poſsint nobiles ſuis renunciare pactionibus,quandoquidem ex tali renunciatione finedubio ius publicũ læditur & offenditur.

30 Tandem nobilis hidalgus pactione ſe ſubijcere nõ valebit, pœnis impoſitis,eis qui finium terminos cauſa poſitos propullerint, cuius criminis Caliſtratus meminit in l.a. ff. de termino moto,quin potius non obſtante tali renuntiatione illius priuilegij,pœna eorum,qui terminos propullerunt ex conditione perſonæ,& mente facientis magis ſtatui debebit.Nã ſi ſplendidiores perſonæ fuerint,quæ conuincũtur,quidquid priuilegio renunciauerint,non dubiè ſi occupandorum alienorum finiũ cauſa,id admiſerint,poterũt ad tempus, vt cuiusque patietur ætas relegari, id eſt ſi iunior in longius:ſi ſenior in recisius,ſi verò alij humilioris notæ, grauius quidem erunt puniendi.

31 Idemque iudicium faciẽdum eſt, de multis alijs priuilegijs prædictis ſimilibus,nobilibus conceſsis, quæ cõgeſit Andr.Tiraq.de pœnis temper. cauſa.31.num.1. ex quorum renunciatione iniuria fit cæteris nobilib⁹, eorumque honori derogatur,cũ cõtineant publicam,& priuatam vtilitatẽ,omninò inſeparabiles:quod poſt alios adnotauit Felin.in cap.ſi diligẽti.de for.compet.num.16. ab omnibusque receptum eſt, & fatetur ipſe etiam Couarruu. in dict. c. quamuis pactum.initio ſecundæ partis, num. 9.ad extremum:vbi libenter profeſſus eſt,quod ſi ex renunciatione alicuius priuilegij derogaretur nobilitati in vniuerſum,tunc non foret renuntiatio iſta admittenda:& ſubjicit exemplum Couarruu.nempè quando aliquod ignominioſum ſupplicium nobili inferendum eſſet, ſanè indubitatum eſt,ex detruſione nobilis in carcerem,illi dedecus,& infamiã irrogari: quinimò,& quod magis eſt, cæteris nobilibus ſuæque famæ, & æſtimationi detrimentum inuritur: igitur multo verius eſt inutiles,& nullius momenti eſſe tales renunciationes.

32 De obſidibus verò non intempeſtiuè pauca ſubiungemus,vtrum ſit licita conuentio iuramẽto firmata mãnẽdi in obſtagio,interim dum debitum non perſoluitur: planè tale iuramentum,ſeu pactio de manẽdo in obſtagio ſatis inducit ſpeciem ſeruitutis,cùm inuiti detinẽtur homines, dum prò miſſa non præſtãtur: ac per eõſequens talis actus nullam poteſt inducere obligationem, cum ſpeciẽ ſeruitutis conſtituat,vel quoquo modo libertatem infringat, in homine libero, authentico,vt nulli iudicum, §.quia verò,collatione 9.l.Titio cẽtum.70.§.Titio centum in 2.ff.de cõdition.& demonſtrat.l.1.& 2. ff. de libero homine exhibẽdo, quare merito D. Couarruu. variar. 2.c.1.n.1.

pro-

propefinem, post Franciſc. Ripparié. & alios, in l. obligatione. n. 9. ff. de pignoribus, hominem liberum, non poſſe pro debito ciuili in pignus dari, tradiderunt ex iuribus expreſsis, in l. qui filios. 6. C. quæ res pignori, & in cap. 2. de pignor.

33 Iuramentum prætereá, manifeſtũ eſt, non inducere obligationem ad actum, per quem tam iurans, quam is cui iuratur, excommunicationẽ incurrunt, ſed ſic eſt, quod iurantes de manendo in obſtagio, & illi quibus iuratur, excommunicationem incurrunt, igitur neque per conuentionẽ, neque per iuramentum obligari poſſunt ad actionẽ adimplendã: maior propoſitio perſpicua eſt, & probatur ex cap. quanto. 18. cap. ſi verò de iure iurando. quibus docemur iuramẽtum eſſe non poſſe vinculum iniquitatis, ſanè ſi ad talem actum obligaret, per quem incurrenda foret excommunicatio, iam iuramentũ vinculũ eſſet iniquitatis: minoris, verò prima pars, quod is qui iurat excommunicationem incurrat, probãt Martin. Nauarr. in manuali. c. 15. num. 11. Auferrius de poteſt. ſæculari, reg. 3. num. 10. de clerico ſeuiente in ſe ipſum, & tex. in capit. contingit. 37. de ſententia excommunicat: Secũdam autem minoris partem, ſcilicet eum etiam, cui iuratur excommunicationem incurrere, ſatis euincit text. in c. nuper. 29. in princ. verſ. *nos igitur*, eodem tit. de ſententia excommunication. procedit ergo conſequentia: quo argumento poſt Panormitan. n. 3. vſi ſunt interpretes communiter in dict. cap. ex reſcripto de iure iurãdo.

34 Dubitariq; non debet, quin magis ac magis dicta vrgeát, ſi monachi fuiſſent, qui tale iuramẽtũ interponerẽt, de manendo in obſtagio, interim dum debitum nõ perſolueretur: etenim tale iuramentum profeſsionem ipſam offenderet, cum in obſtagio manentes, extra clauſtrum monaſterij eſſent commoraturi, quæ commoratio aduerſaretur ſubſtantiæ profeſsionis, quam notiſsimum eſt conſiſtere in propriæ voluntatis, & ſæculi abrenunciatione, vt docuit B. Thom. 2. 2. quæſt. 88. artic. 7. in corpore, & repugnaret Pontificio reſpõlo in c. ex litteris. 13. de iure iuran.

35 Tum etiam abſurdum magnũ cõtingeret, ſi maius libertatis bonũ pro minori pecuniæ bono inordinatè profunderetur, contra tex. in l. libertas. 107. ff. de reg. iuris cum alijs adductis â Tiraq. de pœnis temperandis, cauſa. 41. num. 2. ſequerenturque ex his conuentionibus, & obſtagijs, quamplurimi tumultus, & inconuenientia non leuia, cum id quod per Magiſtratum publicum faciẽdum eſſet, *cui hoc munus præcipué impoſitũ eſt, vt ipſe ſolus carcerẽ conſtituat*, ſingulis concederetur aduerſus iuris regulã, quæ docet, *ſingulis non eſſe concedendũ, quod per Magiſtratum publicé poſsit fieri:* ne ocaſio ſit maioris tumultus faciẽdi, & infinita profecto æſtimatio eſt libertatis, vt vtrũque rectè dixit Paulus I. C. in l. non eſt. 137. ff. de regul. iuris, præterquamquod (ſicuti iam ſupra tetigiſſe memini) præciſſè liberi homines ad factum obligarentur, cõtra tex. in l. ſtipulatio, 21. §. opus ad finem, ibi, *ſi hoc petitori placuerit*, ff. de noui operis. & in l. fideicommiſſa. 11. §. vlt. in fin. ff. de legatis 3. cum multis alijs.

36 Propter quas difficultates diuerſi diuerſimodè propoſitæ quæſtioni, reſpondẽt: quibuſdam exiſtimantibus cum ſchola communi, cõuẽtionem obſtagij, per ſe ſolã nullius momenti eſſe, ex ſoloque iuramenti vinculo valere obſidum dationem, quaſi iuramento ſemoto, nemo poſsit

per

per conuentionem, ſe in obſtagium dare, ſic voluit D. Couar. loco ſuper citato, & iterum in cap. quamuis pactum, 1. par. § 4. num. 4. & 2. par. in initio. num. 6. poſt Franciſcum de Ripa in dict. l. obligatione, num. 12. Abbatem, Baldum, & Felinum, num. 4. in dict. cap. ex reſcripto. Guillelmum Benedictum in cap. Rainutius, verb. *teſtamentum*, 3. num. 26. ante quos tradiderat gloſ. vlt. in cap. expoſita, 11. de arbitris, gloſ. 1. in dict. cap. ex reſcripto, gloſ. 2. in cap. ſuppliciter. 23. quæſt. 8. eo ducti fundamento, quod monachi, de quibus in dict. c. ex reſcripto mentio fit, ſicut iurarunt, conuentionem illam adimplere coguntur, vbi videtur Alexand. III. Conditor illius Decretalis totam vim, & rationem, quare iubebat pactionē adimpleri, in iuramento, non in conuētione conſtituiſſe.

37 Verum ſententia communis, pro culdubio petit principium, nec ſubſtineri poteſt, id enim eſt quod quærimus, vtrum iuramentum valeat manendi in obſtagio, curque valuerit in ſpecie text. in dict. cap. ex reſcripto, præſertim cum vltra proximè adducta tale iuramentum bono publico aduerſetur, quod etiam conſiſtit in eo, ne liberi homines in priuatis cuſtodijs ex priuata partium conuētione detineātur, quo caſu explorati iuris eſt, iuramentum nullum viuculum producere poſſe, ex celebri doctrina Bartoli, in l. ſi quis pro eo. n. 7. ff. de fideiuſſorib⁹, & traditis per Ferdinandum Menchacenſem de ſucceſsionum creatione, §. 2. num. 21. & argumento tex. in c. ſi diligenti. ad finem de for. compet.

38 Quare vt in hac obſidum nō vulgari materia, quid tenendum ſit aperiamus, quia æquiuoca prius diſtinguenda, quam definienda ſunt, multipliciterque cernuntur obſides, breuiter dicendum eſt, quotnam ſint illorum genera, & vnde originem traxerint, de quibus nonnulla ſcripſerunt poſt Abbatem in dict. cap. ex reſcripto, num. 7. Felinum 6. & Alexandrum in l. quia tale, §. eleganter, ff. ſoluto matrimonio, Siluеſter in ſumma. verb. *obſides*, in prin. Anton. Gomecius in l. 3. Tauri, n. 11. & antea gloſ. verb. *obſides*, in l. obſides. 11. ff. de teſtam.

39 Sciendum igitur eſt, quod quemadmodum attēto iure gentium, pro bono publico introducta ſunt bella, & captiuitates, l. ex hoc iure 5. cum l. præcedenti, ff. de iuſtitia. ita ſimiliter pro eodem bono, & pace cōſeruāda introducta eſt obſidum datio, qui ſcilicet detineantur interim, & à certo loco recedere nequeant.

40 Sunt autem obſides præcipuè in duplici differentia, alij propriè, & in rigore tales, qui libertatem ammittunt, & ideò teſtamēti factionem nō habent, alij verò obſides impropriè dati, ſcilicet, vel â communitate, vel ab illuſtri aliquo, & nobili viro, vt detineantur certo loco, donec impleātur promiſſa, libertatem tamen non amittunt.

41 De obſidibus prioris generis intelligendus eſt tex. in dict. l. obſides, 11. ff. de teſtam. vbi dixit Vlpianus, obſides teſtari non poſſe, niſi eis permittatur, quippè qui iam libertatem ammiſſerunt: de ſecundo autem obſidum genere interpretor text. in d. cap. expoſita. de arbitr. ibi: *eundem ad reſtitutionem obſidum occaſione illius compromiſſi ſibi datorum, vt ipſius arbitrium ſeruaretur, per cenſuram Eccleſiaſticam compellentes:* etenim nullo modo Innocent. III. illius Decretalis auctor obſidum reſtitutionem faciendā eſſe decerneret, ſi de illis obſidibus loqueretur, qui libertatem ammiſiſſent, qui proculdubio ſermonem inſtituit

inſtituit de his, qui à partib⁹ obſides dati erant, vt fieret, quod inter illas conuenerat, & ita cum ſolutum fuerit arbitrium, de quo ibi, & reuocatum, optimo iure præcepit Innocen. obſides reſtitui, quia ſublato principali, & acceſſorium auferri debebat, dict. cap. ſi diligenti, de foro cõpetent. cap. inter dilectos. de fide inſtrument.

42 Eſt & alterum non triuiale diſcrimen inter obſides propriè, & impropriè, quod propriè obſides primi generis, qui libertatem ammittunt, & in conſequentiam teſtamenti factionem non habent, non niſi ab Imperatore, vel Principe habente ius indicendi bellum dari poſſunt, poſteriores verò, ſcilicet obſides impropriè ab inferioribus rectè dantur, vt plenius infra videbimus, ſi interim aduertas, quam rectè ſenſerit gloſ. 2. in l. 2. C. de patribus, qui filios diſtraxerunt, dum inferiorum conſuetudinem, perperam aliquando obſides conſtituentium retulit ad vſurpationem, non ad ius, ibi, *quare ergo*, (inquit dict. gloſ. 2.) *dantur pro obſidibus ex aliqua cauſa? reſponde vſurpatum eſt*, quaſi dicat quidquid propter nimiam paupertatem, egeſtatemque victus cauſa filium filiamvè patres diſtrahere poſsint, non tamen ideò eos pro obſidibus dari poſſe, ex aliqua cauſa: quidquid contrarium perperam fuerit vſurpatum: quam differentiæ rationem ſenſerunt, & tradiderunt Felinus, & Abbas, Syluester, & Anton. Gomez. Alex. & gloſ. locis nuper citatis.

43 Rurſus obſides propriè qui libertatem ammittunt, & teſtamenti factionem non habent, qui inuiti detinentur, & vellint nolint ab obſtagio exire nequeunt, neque alios in ſui locum ſubſtituere, non pro pecunia aliovè priuato commodò, ſed pro pace conſeruanda, aut alia ſimili cauſa, id eſt pro bono publico cõmunique vtilitate dari poſſunt: qui tamen non ita inuiti detinentur, qui nimò liberum manet, quoties recedere voluerint, efficereque, vt alij ſubſtituantur, ij ſanè è conuerſo rectè poterunt licitè pro pecunia detineri: quãdoquidem priores, vt ſupponimus libertatem perdunt, quorum bona cogenda ſunt in fiſcum, l. Diuus. 31. vbi gloſ. ff. de iure fiſci. Alij autem libertatem non ammittunt, neque inuiti detinentur, atque idcò non eſt inconueniens, quod pro debito pecuniario obſides conſtituantur. Tum præterea, perpetui obſides, & propriè tales, ex eo pro pecunia licitè detineri non poſſunt, quia libertas quam ammittunt res eſt nulla pecunia æſtimabilis, l. libertas 107. ff. de regul. iuris, §. vlt. Inſtituta, quibus ex cauſis manumittere non licet, & latè tradita per Andr. Tiraq. de pœn. temperand. cauſa. 41. n. 2.

44 Denique antequam ad reſolutionem accedamus admonendi ſumus, cum Viuio, 1. tomo. commun. opinione. 119. publicum carcerem dici, qui auctoritate Prætoris, vel alterius habentis iuriſdictionem legitimè deputatus eſt: priuatum qui ab homine nullam habente poteſtatem eſt deſtinatus: vt definit citatus Viuius dict. opinione 119. propeſinẽ, multumque intereſſe, an quis ex vi conuentionis inuitus detineatur in publico carcere, vel in priuato, ſunt enim vt inferius exponemus priuati carceres publicis legib⁹ vſqueadeò exoſsi, vt grauiſsimis pœnis illorum auctores coerceantur, l. vnica, C. de priuatis carceribus, l. ob æs, iuncta authentica imò. C. de actionibus, & obligation. quod meminiſſe iubabit ad intelligentiam illorum, quæ mox à no-

Digitized by Google

à nobis dicentur.

45 Aliquot igitur in medium adductis concluſionibus, reſpondendum erit propoſitæ dubitationi,quę ſimplex non eſt,ſed plures habens partes,pluraque ſub ſe dubia continẽs.

46 Prima concluſio, ſolus Princeps Rex,ſeu Imperator Supremus ius habens indicendi bellum dare poterit hominem liberum in obſidem,ita vt creditor in eum verum ius habeat, idque ob publicam dumtaxat vtilitatem,&datis terminis habilibus,id eſt non exiſtẽte periculo ſalutis æternæ, & quod aliter publico cõmodo proſpici non valeat. Quam concluſionẽ probant iura ſic intelligẽda in d l.obfides, ff.de teſtam. & in d.c. expoſita de arbitris,& in l.Diuus,ff.de iure fiſci,tenent Alex.Abb.Felin.Silueſter, & Gomez.ſupra citati:&ratione probatur,quia publicæ vtilitatis neceſsitate interueniente,ceſſant omnes & ſingulæ priuatæ rationes,quæ in oppoſitum adduci poſſent, & expendi pro libertate, & immunitate liberorum hominum.

47 Secunda concluſio,valet conuentio,qua liber homo in obſtagium datur, ita vt creditor non habeat ius in eum, ſed ſolam retentionem, ita tamen, vt detinendus non ſit propria auctoritate, ſed publica. Quã facilè confirmabis ſi attendas diſcrimen priuati, & publici carceris, cuius paulò prius meminimus : etenim priuati carceres, vt diximus penitus prohibiti ſunt, ex dict.l. vnica, C.de priuatis carceribus,cum ſimilibus,cũ abſonum ſit,vt omnia ea,quæ per publicos Magiſtratus expediri poſſunt per priuatas perſonas expediantur, nihil enim cenſetur iniurioſè factum,ſi publico magiſtratu auctore fiat, argumẽto l.3.§.1.ff.de eo quod metus cauſa, optime poſt D.Auguſtinum concludit B. Thom. ſecunda ſecundæ,quæſt.88.artic.4.ad 1. & cõſonat tex. in d.l.libertas.4.ibi, *naturalis*,id eſt ſecundum rectum dictamẽ rationis.

48 Dictat autem ratio,iuraque ſuadent,vt ſubditi publica poteſtate, & non priuata in carceribus publicis, & nullo modo in priuatis iuſta aliqua cauſa concurrente, etiam inuiti detineantur.Secundum optimè tradita per Franciſc.de Rippa in dict. l. obligatione.à num.28. Alexandrum in dict.§.eleganter.num.9.D.Couarruuiam in dict.cap.quamuis pactum. 2.par.in initio.n.6.propèfinem,quoniam expedit Reipublicæ,ne ſint carceres priuati,in quibus homines inuiti,etiam ex priuata conuentione poſsint detineri : cõtra dictam reg.l. non eſt ſingulis, vſque adeò vt grauiſsimæ pœnæ ſint ſtatutæ aduerſus illorum auctores, quidquid ſolummodò conſtituantur ad nudam detentationem ipſius obſidis, vt fiat q̃ inter partes conuentum eſt, ex eruditè traditis per Cardinalem, & Felinum,in dict.cap.ex reſcripto,num. 8.Baldum.in l.2. C. de patribus qui filios. Guillelmum,verb.*teſtamentum*, 3.num.26. nec per hoc dici poterit libertatem infringi,ſed ſolum debitorem cuſtodiri ad ſecuritatem debiti,iuxta glo.optimam,in l.1.C. qui bonis cedere poſſunt, & in l. vlt. C. de cuſtodia reorum,& in c.quamuis de pœnis in 6.

49 Tertia cõcluſio,valida etiã eſt cõuẽtio inter partes innita, vt debitor detineatur à creditore,etiam in carcere priuato,& auctoritate propria, cõtra l.1.C.de priuatis carceribus,& iura ſimilia, ſi iuramẽto firmetur: ratio in promptu eſt,quia ſi iuramentũ apponatur ratione ſui obligabit iurãtẽ iuxta tex.in d.c.ex reſcripto, & regulã.c.ſi verò de iure iurando, perpetuũ namque eſt, tantam eſſe vim, & auc-to-

Digitized by Google

auctoritatẽ iuramẽti,vt necvi,nec dolo,nec metu prẽſtitũ,vbicũque ſeruari potuerit,ſine interitu ſalutis æternæ,aut ſine tertij præiudicio omnino ſeruandũ ſit. Nec refert priuatos carceres,publicisle gibus,vſqueadeò exoſſos eſſe,vt grauiſsimis pœnis illorũ auctores coerceãtur, ſuperat enim iuramẽti religio,põd°, & auctoritas,priusq; ipſi° iuramẽti integritati deferẽdũ eſt, quã alijs quibuſcũq; rationibus â iure humano profectis.

50 Quarta &vltima concluſio,multo maiori cum ratione monachi,& ſimiles perſonæ,dari poſſunt in obſides, ſtante legitimi ſuperioris præcepto, quam laici,& ſimiles:probabis ſupponẽdo cum D. Thom.2.2.q.88.art.8. Caietan.ibidem.q.104.art.5.cũ Doctoribus noſtris in cap.ad neceſſaria de appellationibus, monachos per propriam profeſsionẽ, ita ſubijci ſuperioribus ſuis,in omnibusquẽ in regula cõtinẽtur,& ad cõmodiorẽ illi° obſeruãtiã omninò neceſſaria ſunt, vt teneantur quoque,eiſdẽ ſuperioribus parere in licitis,& honeſtis, quæ ad vtilitatẽ neceſsitatẽque Monaſterij ſubleuandã expediũt:adeò, vt abierit in vulgare dicterium,religioſos nõ habere, velle nec nolle, ſed arbitrio ſuperiorũ regi debere,c. fin. de teſtam.in 6.c.ſi religioſus.27.de electione.eod.lib.quo fit vt nullũ incõueniẽs ſequatur ſi monachi dẽtur in obſides,argumento tex.in d.§.Titio centum,ibi,*in defuncti libertis,&c.*

51 Propter vtilitatẽ Monaſterij, cui proſpicere tenentur,& parere legitimi ſuperioris præcepto,nec nõ quãtũ in illis fuerit curare,ſeu elaborare cõmunitatis incrementũ: idẽque iudiciũ eſt,de clericis ſæcularibus, qui à ſuisEpiſcopis in obſides dari poterũt,quippè ſicut Monachi in ordine ad Monaſterij vtilitatẽ,in obſides impropriè dari poſſunt,itavt creditores ius nõ habeant in eos,ſed ſolam retẽtionẽ quamdã, quia iuxta propriam profeſsionem ſuo Abbati ſubijciũtur,ita ſimiliter clerici ſęculares ratione obedientiæ,quam tẽpore promotionis ſuis Epiſcopis iurarunt, iuxta notata in c. nullus de iure iurando, illis debent eſſe ſubiecti, igitur, quæ in monachis reſoluimus circa modũ & cauſam,quibus in obſides impropriè dari poſſunt, pariter ſeruanda ſunt,& locum habitura in clericis ſæcularibus.

52 Et confirmatur,quia quidquid poteſt Abbas,quãuis inferior,circa proprios monachos, illud ipſum ſimiliter Epiſcopi poſſunt legitimis concurrentibus requiſitis,ita Abb.num. 9.Felin.10.& omnes in d.cap.ex reſcripto. licet benè verumſit, clericos ſæculares,nõ ita ſuis ſuperioribus aſtringi,vt inuiti detineri poſsint. Sed adhuc certũ eſt, poſſe ſæculares clericos â ſuoEpiſcopo in obſides dari, ſicut monachi ab Abbate: præſertim cum per talem obſidum dationẽ, vt ſępius â nobis repetitum eſt, neque ſpecies ſeruitutis inducatur, neque aliquatenus offendatur libertas.

53 Quod ſi obijcias,clericos, neque ex proprio conſenſu promittere poſſe,aut iurare aliquid contra clericalẽ honeſtatẽ in opprobtiũ ordinis clericalis,ex d. c. ſi diligenti ad fin. cap. contingit.de iure iurando,quo argumento neceſsitatem Eccleſiæ,& auctoritatem Summi Pontificis requiri,vt clerici in obſides dentur,voluit gloſ.verb.*obſides*,in c.ſuppliciter. 23. q.8.facilè reſpondebimus in aſsignatis terminis, ſuppoſito modo & cauſa,quibus clerici dãtur in obſides,neque iniuriam irrogari ipſimet ordini clericali,neque ipſius opprobriũ reſultare,ex tali clericorum in obſides datione.

54 Vndè deriuatur intellectus ad tex. diffi-

difficilé in d.c.ex reſcripto.9.in ordine de iure iur. vt ex eo monachi, de quibus ibi in obſides dari potuerint, iuramẽtumque valuerit, quia nõ ſimpliciter,& abſolutè dati fuerunt, ſed liberum manſit eiſdem recedere, dũ modò alij loco ipſorum ponerentur,idque ipſi monachi quantũ erat in ſe connarentur efficere.

55 Patet ſi illius tex. ſeriem,& formã iuramenti expendamus,ibi:*qui de obſeruanda conuentione iurauerunt, vt ſi ipſi deficerent alij monachi loco eorum in obſtagio ponerentur*, quibus verbis ſatis denotatur monachos obſides alios in ſuũ locũ ſubſtituere potuiſſe:maximè ſi deinceps conſideraueris iuramentum ſub ea forma conceptum, ſolum obligaſſe monachos, ne per eos ſtaret,quominus ſeruaretur conuentio, ac proindè ſinedubio illi integrè ſatisfacerent, ſi quantum foret in ſe,omninò curaſſent,& elaboraſſent, vt alij ſubſtituerentur: ſicuti videntur intellexiſſe Franciſcus de Rippa dict. num.12. & Couarruu.d. cap.1.num.1.in fine,Anton.Gamma deciſ.Luſitana.32.gloſ.vltim.in dict. cap.ex reſcripto,per tex. quem citat in l.ſtipulatio iſta.38.in prin.de verborum.vel de noui oper. gloſ.vltim. in cap. Eleuterius. 91. diſt. recepta communiter,vt per plures relatos,& ſequutos à D.Couarruu.dict. 2. par. §.5.num.1. in quibus terminis manifeſtum eſt in nihilo libertatem offendi.

56 Ex quibus ſic perſpicua Minerua explicatis facilè lector diſſoluet nodos initio propoſitos, & argumenta quæ adduximus,cum exploratum ſit ob præfatas concluſiones, nec hominum libertatem, nec monachorum profeſsionẽ offendi:nec ſequi obligari homines præciſſè ad factũ,quippè à Principe ſupremo habenti ius indicẽdi bellum ratione maioris boni,nempè vtilitatis publicæ,dũ aliud non obſtiterit,rectè obligari poſsũt: à partibus verò,ita obligantur vt vidiſti, quod iniuria nulla obſidibus infertur: quandoquidem vt gloſ. 1. in dict.cap.ex reſcripto,rectè intellexit in tali obſidum datione, nec pignus datur,nec ius reale conſtituitur, ſed ſola nuda detentatio, vt fiat quod inter partes conuentum eſt, ſecũdum tradita per Cardinalem,Felinum, & Baldum, ſuperius allegatos:præterquamquod, nec talis manſio in obſtagio, aliquatenus votum obedientiæ offendiſſe cenſenda eſt, cum facta fuerit de licentia Abbatis, iuxta notata in capit.vltim.qui clerici, vel vouentes, ſecundum verum illius intellectum: quam tamen licentiam non inuenies interueniſſe, in dict. capit. ſicut ex litteris, ideòque non impedit,quominus à nobis dicta procedant.

57 Solum ſupereſt ſigillatim ſatisfacere oppoſitioni text.in dict.cap. contingit,de ſentẽtia excommunicationis,cuius deciſio non obſtat: etenim in illius ſpecie manifeſta fiebat iniuria ordini clericali,& inſuper clerici, etiam voluntarij ſe percuſionibus ſubijciebant, qui neque in modo tõ ſuræ,nec in veſtimentorum forma, nec in qualitate negotiorum,de clerico quicquam oſtendebant, ſed ad pœnæ ſubterfugium dũtaxat, ſe clericos exibebant,clericalis fori priuilegium labijs allegantes, qui factis paulò ante negauerant clericatum: ideòque mirum non fuit,ſi cum priuilegium meruiſſent ammittere, qui permiſſa ſibi abutebantur poteſtate, fruſtra legis auxilium inuocauerint, qui commitebant in legem: rectè igitur decreuit Innocent. III. illius Decretalis conditor, vt tales,ſi tertio commoniti ſe ipſos emmendare contẽpſiſſent illius efficerẽtur immu-

immunitatis extorres, quæ pro clericorum tutella,& laicorum violentia coercenda dignoscebantur constituta: quæ sanè in proposito,& terminis de quibus loquimur nullatenus reperiuntur, neque respectu personarum, neque etiam status Monachalis, vt abundè (nisi fallimur) & perspicuè supra declarauimus.

58 Ex quarum rerum (vt suspicor) non contemnenda resolutione nõnulla cum ad theoricam, tum etiam ad praxim vtilia deducenda sunt, quæ ad causarum expeditionem, & multorum iurium intelligentiam cõducere videntur: & in primis semper mihi valdè placuit sentẽtia glossæ, verbo, *abscedente*, in §. 1. Instituta de vsufructu, dum voluit posse hominẽ liberum, etiam in perpetuum locare operas suas, cuius rationem ex dictis colliges: cum enim is inuitus non detineatur,& possit per aliũ inseruire, sicut in monachis diximus libertas non offenditur, neque locatio impediri debet, ita docuit communis schola, teste Viuio. 2. tom. cõmun. opinio. 162. & tradiderat glossa 3. in l. antiquitas. 14. C. de vsufructu: argumento. l. quisquis. 16. ibi, *quo minus erit subrogato*. l. ad similitudinem. 22. C. de Episcopis, & clericis, post alios Francisc. Ripariens. vbi supra, num. 10. Ioann. de Immola in c. 2. de pigno. esto Dinus,& Syluanus citati a Viuio vbi proximè,& ante eos glo. vlt. in l. post. 36. C. de liberali causa, contrarium voluerint, existimantes, & tuentes talem operarum locationem in perpetuum factam, inualidã esse, conuicti authoritate tex. in d. §. Titio centum in 2.

59 Pro cuius perfecta explicatione scire debes, materiam de qua fuit sermo in dict. §. Titio centum, eius naturæ, & conditionis extitisse, vt non admitteret præstationem interesse: electa enim fuit industria personæ,& propterea ibidem libertas infringi,& violari dicitur, quod longè secus contingit in operarum præstatione, quandoquidem is qui ad operas tenetur, præstando interesse liberatur. l. si quis ab alio. 13. §. vltim. ff. de re iudicata. l. in stipulationibus. 54. §. operarum. ff. de verborum, ibi, *si æstimationem &c.* sicuti contingit in obligationibus faciendi, in quibus non cogitur quis præcisse facere, sed præstando interesse deobligatur, ita Albarus Baez Lusitanus vir non minus ingenio, quã doctrina clarus, de iure emphyteutico. 2. parte, quæstione 14. num. 11. Domin. Couarru. de sponsalibus, 2. par. capit. 4 num. 1. Felin. in capit. 1. nu. 9. de pactis,& ante omnes glossa, verbo, *conducturum*, in l. in bonæ fidei. 8. vbi Doctores. ff. de eo quod certo loco: igitur multò verius est, superiusque a nobis traditis, valdè consentaneum, posse hominem liberum, etiam in perpetuum locare operas suas, absque timore infringendæ libertatis, cum possit per alium inseruire, & præstare omnia, quæ ipse præstaturus erat: etenim vltra proximè dicta ipse addere consueui, in prędictæ propositionis comprobationem, aptissimè contradictorem interrogari posse, cur non, nihil enim est, quod legitimè impediat, aut impedire possit talem locationem perpetuam operarum liberi hominis.

60 Infero præterea non esse tutam (ne dicã falsam) mediam illã viam, arreptam â glossa in vltima responsione in d. capit. ex rescripto, quam inhibi sequuti sunt Abb. & Immola, idem Immola, & Aretinus in d. l. obsides, Franciscus de Ripa in l. obligatione, num. 12. ff. de pignoribus, glossa ad idem insignis in cap.

vt pridem. 23. quæſt. 8. diſtinguentes inter conuentiones celebratas pro bono pacis,& concordiæ, & inter eas quæ pro debito pecuniario geruntur,vt ſcilicet primo caſu,poſſit quis licitè ex cõuentione inuitus detineri,non verò in ſecundo, ea adducti ratione,quia aliàs contingeret abſurdum,quod maius libertatis bonum pro minori pecuniæ bono inordinatè profunderetur.Etenim (vt vidiſti) ſiuè pro debito pecuniario, ſiuè pro bono pacis celebretur conuentio, vt quis authoritate publica detineri poſsit, vſque dum præſtetur debitum,valida eſt conuentio : ſi verò in carcere priuato neutram ob cauſam valere poteſt, iuxta ſuperius tradita.

61 Et quia quæſtiones ſunt longè diuerſæ,vtrum liber homo in obſidem dari poſsit,vel in pignus : & reſolutum eſt, quibus in caſibus,& qua ratiõne in obſtagio relinqui valeat: ſciendum eſt, aliud eſſe in pignoris conſtitutione,quandoquidem liberum hominem in pignus dari non poſſe,rectè reſpondiſſe Paulum,docet conſummatæ eruditionis vir, (teſtis locupletiſsimus) Iacobus Cuiacius obſeruation.lib.13.cap.9.Auendañus ſenior.8.reſponſo, Rodericus Suarez titulo *de los gouiernos*, à num. 8.Domin. Couarr. variar.2. capit. 1. num.1.& in capit. quamuis pactum, 2.part.in princip.num.6.Anton.Gomez.2.tomo,capit.11.num.56.multiplici de cauſa : quia ſuper pignore ius reale conſtituitur, quod diximus ſuper libero homine non valere cõſtitui,& ſicuti ea,quæ in commertio non ſunt,vendi non poſſunt, ita nec pignorationem recipiunt.l.1.§. eam rem.ff.quæ res pignori, & exploratum eſt,hominem liberum in commertio non eſſe, & nec vẽditionem recipere. l.ſi in emptione. §.omniũ, de contrahenda emptione.l.1.& per totum.ff.ad.l.Flauiam, de plagiarijs: ergo nec pignorari. Præſertim cum non valeant conuentiones, ex quibus ius libertatis minuitur, ex traditis per Scribentes in l.ſi quis ab alio. §.1.ff. de re iudicata. l.ſtipulationes 72. §. Celſus . de verborum. l.Titio centum.70.§.Titio centum.2. ff. de conditionibus & demonſtrationibus.l.conuentio, vbi etiam Doctores.ff.de liberali cauſa.l.1. & 2. ff. de libero homine exhibendo : planè quamuis in obſide oſtenderimus, (quia nuda dumtaxat inducitur detentatio)libertatem non infringi, in pignore tamen manifeſtum eſt, induci ſeruitutis ſpeciem, propter dictum ius reale, quod in illo conſtituitur.l.pignoris.ff.&. C. de pignoribus.

62 Cui reſolutioni non obſtant tex. in l.vltima. C. de captiuis. l. ab hoſtibus.C.eodem, ibi, *in cauſam pignoris*. l. Senatus. 43. ad finem.ff.de legatis primo : nam reiecta ſolutione conſtituentium diſcrimen inter ius Ciuile,& Canonicum,vt text.in capit.2.de pignoribus, quatenus dicit non poſſe hominem liberum in pignus dari, procedat iure Pontificio, dicta vero iura iure Cæſareo: qui intellectus manifeſtè conuincitur ex verbis Pontificis in dict.capit. 2. qui ſe fundat in lege ciuili, ibi, *lex habet*, ſcilicet text. in l. ob æs iam allegata, & in l. qui filios. ff. quæ res pignori, aduertitque gloſſa in dict. capit.2.verbo, *lex*, & ex regula cap. 1. de noui oper. & capit. vltim. de ſecundis nuptijs : dicendum eſt in dictis legibus, ita fuiſſe conſtitutum fauore libertatis, vt homines ſic, facilius à ſeruitute exirent,& redimerẽtur,qui fauor multoties in iure cõſideratur.l. libertas 144. ff.de reg. iur.l.ſi ita fuerit. ff.de manumiſ.teſta

mento.

ed by Google

mẽto.l.inter pares. ff.de re iudicata, & si attendas ex dictarum legum de cisionibus nõ minuitur aliquo modo hominis libertas, sed potius augetur, vt sapienter considerauit Franciscus de Ripa in d.l.obligatione, numero 19.ff.de pignoribus,& prius in effectu,tradiderat glo.1. in d. cap.2. eodem titulo.

63 Vsque adeòque verum est non posse hominem liberum in pignus dari,vt neque eius cadauer detineri valeat per creditores,quominus sepulturæ tradatur: quis enim non videt corpora mortuorum celerẽ expeditionem exigere,quæ nullo modo patitur dilationẽ propter horrendum odorem,ex quo aliàs pestis facilè generari posit, vndè magnum Reipublicæ prẽiudicium inferretur, nec cõsuleretur creditori,peste subsequuta:quo fit,vt prædictum cadauer non posit impediri, quominus tradatur sepulturæ:pro qua doctrina facit text.in l.ne corpora. ff. de religiosis, & sumptibus funerum. l. si quis sepulchrum eodem titulo, quã sequuntur Anton. Gomez dicens se ita practicasse.2.tom. capit.11.num. 56.Boer.decisione.287. Petrus Duenas,regul. 307. Hippolytus singulari. 149. Rodericus Suarez in l. post rem, ampliatione.6.Gregorius Lopez in l.13.titu.9.partita.7.glossa.1. Domin.Couarru. in cap. Rainaldus. §.3.num.3.& variar.2.capit.1. num. 10. & ante eos Guillelmus, verbo, *mortuo*, num.56. in cap. Rainuntius, Ripa in d.l.obligatione, nu.34. glo. in c.ex parte, *el primero*, de sepulturis,& probant iura expressa in l.cum sit iniustum. C. de sepulchro violato.ibi, *sepulturam eius impediunt*, & in authentico vt defuncti, collatione.5.

64 Nec refert quod debitum liquidum sit, & per instrumentum guarentigium, seu alio modo debeatur, vt rectè Couarru.Gomez, & reliqui proximè citati, quidquid Hippolytus in l.fin. num. 64. ff. de constitution. Segura in l. si ex legati causa, num.73.ff.de verborum, post glossam in cap.eius qui, verbo, *defuncti*, 2. quæstione. 6. contrarium tenuerint, frustra decepti authoritate Iustiniani Imperatoris in dicto authentico vt defuncti, ibi, *non seruato legali officio*, quem à contrario sensu inducere contendunt,quatenus significare videbatur, non licere quidem impedire cadauera propria authoritate:Secus tamen inquiunt si iudicis præceptum interueniat.

65 Cui argumento (licet illud extollat Angelus in dicto authentico vt defuncti,) dupliciter poterit responderi: solum illic fuisse constitutam differentiam interuenisset Decretum necne, ad singulas res quas ipse defunctus post mortem suam reliquit, non autem sermonem fuisse de cadauere pro debito detinendo: vel secundo Iustinianum, verba non facere de homine mortuo, sed de moribundo, in quo perspicuum est, rationem longè diuersam inueniri. Quod non impedit quominus excquatur decissum in capit. quamquam, de vsuris in 6.qua decisione, vsurarij manifesti, etiam si iusserint vsuras restitui, & criminis commissi pœnituerint non sunt traddendi ecclesiasticæ sepulturæ: imò & eorum testamenta sunt nulla ipso iure, nisi de vsuris ipsis fuerit iuxta eorum facultates, vel post obitum plenariè satisfactum: aut illis quibus facienda est restitutio, vel alijs eorum nomine, idoneè de restitutione facienda sit cautum, vt eleganter more solito resoluit Domin.Couarr.variar.3. cap. 3. num.3. in fine.

66 Ampliabis præterea præfatam reſolutionem de homine libero in pignus minimè dando, vſque adeò etiã procedere, vt ſi creditor temerè accipiat multiplici pœna puniatur, nam & libero homini ſic retento, vel parentibus tantundem dare tenetur,& cadit à debito,inſuper, & alia pœna punitur,ex tex.in l. vltim. ff. quæ res pignori,authentica imò.C.de actionibus.authentico, vt nulli iudicum, §.quia verò,collatione.9. ad quæ iura libenter lectorem remitto contentus in hac parte rem digito commonſtraſſe.

67 Verum præfata reſolutio nequaquam locum habet cum homo liber maior viginti annis ad pretium participandum ſeſe venundari, ſeu in pignus dari pateretur :iuxta formam text. in §. penult. Inſtituta de iure perſonarum,quo caſu in pœnam obligatus maneret,ſecundum ea,quæ doctè tradiderunt Franciſcus Conanus lib.2. commentariorum iuris ciuilis,cap.1.num. 6. Dominicus de Soto lib.4.de iuſtitia,quæſt.2. art. 2. Martinus Ledeſma in 2.4.quæſt.18. art.1.& iura expreſſa in l. & ſeruorũ. ff.de ſtatu hominum,iuncta. l. ſed & quod.ff.de pignoribus,& in l.rectiſſimè.ff.de liberali cauſa.

68 Quemadmodum etiam, nec procedere poteſt, aut locum habere, quando propter extremam neceſsitatem ſeſe obtulerit occaſsio hominem liberum vendendi, ſeu in pignus dandi,iuxta reg.d.l.ſed & quod. ff.de pignoribus, & expreſſam reſolutionem multorum, qui tradunt liberi hominis vẽditionẽ valere propter extremã neceſsitatẽ, ita acutiſsimi ingenij vir Emanuel Coſta in c. ſi pater,verb.*de vxore*.n. 24. Simãcas de Catholicis.c.29. num. 8. inſignis Prçceptor AriasPinelus in rubr.2.p. n.20.C.de bonis matern.Dom.Couarr.variar.3.c.14.n.4.Martinus Nauarr.in Manu.cap.23.num.95.Conanus lib.2.c.13.num.2. Soto.4.de iuſtitia.quçſt.2.art.2.Sylueſter, verbo. *homo*,,num.1.Octauianus in §.1.Inſtituta de patria poteſtate. Tiraq. 1. de retractu. §.26. num. 14. Et quod in caſu extremæ neceſsitatis homo liber poſsit etiam pignorari,in effectu voluit glo.verb.*vendiderit*,in c.2. de pignor.glo. in cap. ex reſcripto, vbi Abb.n.7.de iure iuran. glo. in l. non poſſunt.ff.de legibus, Baldus in l.in ſuis, vbi Iaſon num.28. ff.de liberis & poſthumis.Ripa in l. obligatione,num.13.ff.de pignoribus,Couarr.dict.num.4.Dom.Molina lib.4. de Hiſpanorum primogenijs, cap.5. à num.24.

69 Nec mirum,quia bonũ vitæ,multo præſtãtius eſt bono libertatis, vt voluerunt interpretes, ſic adnotantes, in capit. ius naturale.1.diſtinct. vndè cum per huiuſmodi pignorationem vita conſeruari dicatur meritò fieri poteſt, quantumcumque inducatur ſeruitus per quam homo liber libertatem amittat, quæ minus præſtantior eſt,quam vita quæ conſeruatur.

70 Accedit patrem,v.g. per talem filij pignorationẽ,& ſuæ, & ipſius filij neceſsitati ſuccurrere, cumque potuiſſet filium abdicare, de qua abdicatione ſermonem inſtituit Couarr. in cap. Rainutius, in princip.nu.22. Andr.Alciatus lib.2.diſpunctionum cap.28. Franciſc. Balduinus in princip. Inſtituta de exhæredatione liberorum, & text. in l. abdicatio. C. de patria poteſtate, iuncta interpretatione Alciati loco citato,nihil eſt, quod vetet patrem, eundem filium pignorare poſſe:maximè cum appellatione venditionis cæteri quoque contractus cõprehẽdantur.l. ſicut.§. vẽditionis. ff. quibus modis pignus,

vel

Digitized by Google

vel hypothecha. l. ſtatu liberi. 29. verſic. *quoniam*. ff. de ſtatuliberis, tradunt Domin. Anton. de Padilla in l. clari, num. 19. C. de fideicommiſſ. Ioann. Corraſius Miſcelanearum, cap. 23. num. 5. Alciatus lib. 3. Parergon. cap. 22. multi relati per Franciſcum de Caldas in l. ſi curatorem habens, verbo, *vendedidiſti*, num. 1. Rodericus Xuarez in l. quoniam, limitat. 5. ad ll. Regni, num. 13. Arias Pinelus ad l. 2. 2. part. capit. 1. num. 10. & 12. quare cum text. in l. 2. C. de patribus qui filios diſtraxerunt apertè definierit venditionem liberi hominis propter extremam neceſsitatem valere, procedere etiam debet in pignoratione, ſecundum expreſſam traditionem Baldi, Saliceti, & communiter ſcribentium, qui omnes præſupponunt ad d. l. 2. quod pater, qui poteſt ex cauſa neceſsitatis filium vendere poteſt, illum etiã pignorare. Quod verius eſſe profeſſi ſunt Hieronymus Cagnolus in l. non debet cui, num. 5. ff. de regulis iuris. Decius ibidem num. 2. Azo. in ſumma. C. eodem. Baldus in l. in ſuis. ff. de liberis & poſthumis, & expreſſè deciſum eſt per Dominum Alphonſum Regem ſeptem ſectionũ, ſeu partitarum Conditorem in l. 8. tit. 17. partita. 4. ibi, *puede vender, o empeñar ſus fijos.*

71 Neque obſtabit dictum gloſſæ in dict. l. 2. C. de patribus qui filios diſtraxerunt. Quod ſcilicet pater, qui poteſt filium vendere in caſu neceſſitatis, non poſsit illum pignorare: etenim gloſſa illa ſi benè conſideretur id non dixit, imò potius contrarium ſenſit, neque id ex ea gloſſa cõprehendi poteſt, ex eo quòd ſtatim ſubijciat verbum illud, *ſed quidam cõtra*, quia quando gloſſa refert duas opiniones, cẽſetur illam approbare, de qua vltimo loco meminit, quod intelligendum eſt, iuxta tradita per Dom. Molinam vbi ſupra.

72 Similiter non obſtat reſponſum Imperatorium, de quo in dict. l. 2. exceptionem quandam continere, legis præcedẽtis, atque ideò nõ debere extendi ad caſum pignorationis, contra regulam tex. in l. quod verò. l. quod libertis. ff. de legibus, & ea quæ in propoſito tradiderunt Andreas Tiraquel. verbo, *libertis*, num. 27. Petrus Dueñas regul. 286. Non enim concedimus extenſionem, ſed potius comprehẽſionem afferimus, vt in ſpecie de qua agimus ſub venditionis nomine comprehendatur pignus, quoniam iura quæ docent procedere venditionem, negare nõ videntur poſſe etiam fieri pignorationem, cum eadem ſit patria poteſtas, eadem neceſsitas extrema, ob quas pater filium in pignus dat, eundemque vendere intendit: neque apparet cur pater cui lex ob extremam neceſsitatem poteſtatem dedit proprium filium vendendi, non poſsit eundem pignorare. Dicta nãque l. 2. non tantum in venditione, ſed & in pignoris datione admittenda eſt: poterit enim pater famæ oppreſſus filios pignori ex ea cauſa dare etiam inuitos, Bald. in l. in ſuis. ff. de liberis & poſthumis. l. 3. & l. 7. tit. 13. partita. 5. l. 7. & 8. titu. 17. partita. 4. gloſſa communiter recepta in d. l. 2.

73 Et quis vel mediocriter eruditus facilè non perſpiciet omnia ſupradicta dumtaxat procedere in patribus, qui filios habent in poteſtate ratione cuius tam magnum beneficium conceditur illis, vt filios vendere pignorareque poſsint in caſu extremę neceſsitatis, modo explicato, atque ideò filios emancipatos, cum per emancipationem amittatur patria poteſtas â patribus diſtrahi, aut

aut pignorari minimè poſſe, vt duo inſignes Luſitani Pinelus, & Coſta Proximè citati doctè more ſuo conſiderarunt, & veriſimum eſt ex dicta ratione, quod patria poteſtas per emancipationem ſoluitur. §. emancipatione inſtituta, quibus modis ius patriæ poteſtatis. Et ea ceſſante ceſſare præfatum beneficium, vt reſoluit Ferardus libro. 2. explicationum, capit. 20. ac perconſequens rectè fit, patrem filios emancipatos ob prædictam neceſsitatem extremam, nec vendere, nec pignorare poſſe, quos in poteſtate conſtitutos, ob famis neceſsitatem, & pignori dare, & vendere licet.

74 Non tamen id patri licebit ob aliam, vtcumque ſimilem cauſam, teſte Alciato poſt alios lib. 2. de verborum ſignificatione, colum. 48. Dinus in regul. in argumentum, de regulis iuris in 6. Accurſius in d. l. 2. adeò, vt dicto loco non dubitauerit Alciatus aſſeuerare, integrum non eſſe patri, etiam Principi, filium inuitum hoſti dare, etiam vt ſe redimat: ſola ergo cauſa extremæ neceſsitatis cũ pater fame oppreſſus ſit, ſufficiẽs viſa eſt, ad ei indulgendum, vt proprium filium vendere, & pignorare valeat.

75 Neque id videri debet alicui omninò alienum eſſe à paterna pietate, quoniam præfata Cæſarum lex, præterquamquod multis comprobari poteſt, quæ eleganter ſimul, & doctè retulit Andr. Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 26. num. 14. valdè confirmatur ex Nehemiæ, cap. 5. vbi populus fame oppreſſus, inquit, *Filij noſtri, & filiæ noſtræ multæ ſunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & bibamus.*

76 Vtrum autem quæ hactenus diximus circa patruum poteſtatem ad vendendos, & pignorandos filios, ob famis neceſsitatem procedant in clerico conſtituto in ſacris poſſet hic oportunè dubitari: quia tamen de hac re longius quam par erat, ſermonem protraximus, breuiter dicendum eſt cũ Gerardo à Petraſancta in ſingul. vltimo, Hippolyto de Marſilijs, ſingul. 101. Ioanne Andrea, Hoſtienſi, & communi Doctorum in cap. indecorum, de ætate, & qualitate, patrem vendere non poſſe, nec pignorare filium conſtitutum in ſacris. Sicuti legimus apud Plutarchum, Numma Pompilium mitigata lege Romuli, qua licebat patri filium vendere, etiam ter ſi fortè à primo emptore, & ſecundo fuiſſet manumiſſus, ſtatuiſſe, filium cui pater vxorem dediſſet vendi non poſſe, vt hinc appareat quanti momenti fuerit apud veteres vis illa maxima patriæ poteſtatis, cuius fecit mentionem Iuriſconſultus in d. l. in ſuis, ff. de liberis & poſthumis, ſecundum quam lege Romuli poterat pater, etiam nulla inopia coactus filium (vt dicebam) ter vendere, ſi fortè à primo, & ſecundo emptore fuiſſet manumiſſus. Reliqua circa materiam hãc inueniet lector eruditus apud Pinelum, Couarruuiam, & ſupra citatos dictis locis.

Sum-

Digitized by Google

Summaria ad Controuersiam 26.

1 *Frequentissimè quæri solet, quàm vim habeãt gesta per iudices seculares aduersus clericos, seu aliàs exemptos, & an confessiones de lictorum emissæ coram iudicibus non competentibus, probent.*

2 *Peræquè procedit hæc controuersia, vbi lis agitata fuit apud iudicẽ ecclesiasticum non suum absque licentia sui Diœcesani.*

3 *Quandiu deficit Episcopi licentia ecclesiasticus omninò incompetens est, & prohibitus respectu clerici alieni.*

4 *Exequuntur ista duo, iudicem, in quem consentit clericus, esse secularem, vel esse ecclesiasticum, & non interuenisse licentiam proprij Episcopi.*

5 *Ratio textus in capit. at si clerici, in principio, versic. quia sicut, generaliter concludit in quocumque iudice, etiam ecclesiastico non suo.*

6 *Si clericus confiteatur coram seculari, etiam de consensu sui Episcopi, non valebit confessio, vel conuictio, quæ vim habebũt factæ apud Episcopum alienum, si interueniat Diœcesani consensus.*

7 *Episcopus non poterit per suum consensum efficere, vt secularis qualis, ex vi suæ potestatis cognoscere valeat de causa criminali clerici, & multò minus vt teneat eius confessio, vel conuictio.*

8 *Inquiritur differentiæ ratio, cur laici possint alterius iurisdictionem prorrogare, absque proprij iudicis licentia, clerici verò non ita; & concluditur nullam posse dari rationem per se concludentem.*

9 *Id quod dicitur in clericis, non posse alterius Episcopi iurisdictionem prorrogare, absque sui Diœcesani voluntate, an locum habeat in laicis, quo ad ea in quibus ecclesiastico iudicio subijciuntur.*

10 *Proponitur sententia quæ habet non posse Episcopum alterius Parochianum iudicare, nec circa ea quæ pertinent ad ordinem, aut voluntariam iurisdictionem, nec ad contentiosam.*

11 *Laici in causis spiritualibus, seu ecclesiasticis, prout hæresis, simoniæ, beneficij, decimarum, iuris Patronatus, matrimonij, & similes, non possunt alium iudicem prorrogare sine consensu proprij Episcopi.*

12 *Intelligitur textus in capit. significasti, de foro competen. quare distinxerit inter laicos, & clericos, quo ad causas temporales, & asseritur consensum proprij Episcopi expressum esse debere.*

13 *Adducitur locus Magni Augustini, vbi clerici in iuditio seculari confessi, puniti fuerunt grauissimis pœnis.*

14 *Vndecumque constiterint delicta punienda sunt per iudices competentes, & probatur ob confessionem factam coram seculari clericum puniri posse à suo Episcopo.*

15 *Clerici si reperiantur in iuditio secũlari egisse, vel respondisse rei, & adducti in iuditium, præsertim super criminalibus per sacros Canones, & iudices ecclesiasticos puniendi sunt.*

16 *Confessio etiam in iuditio, & processu incompetenti, & nullo, vsque adeó valet, vt ex ea condemnatio sequi possit in iuditio competenti.*

Digitized by Google

aut pignorari minimè poſſe, vt duo inſignes Luſitani Pinelus, & Coſta Proximè citati doctè more ſuo conſiderarunt, & veriſimum eſt ex dicta ratione, quod patria poteſtas per emancipationem ſoluitur. §. emancipatione inſtituta, quibus modis ius patriæ poteſtatis. Et ea ceſſante ceſſare præfatum beneficium, vt reſoluit Ferardus libro. 2. explicationum, capit. 20. ac perconſequens rectè fit, patrem filios emancipatos ob prædictam neceſsitatem extremam, nec vendere, nec pignorare poſſe, quos in poteſtate conſtitutos, ob famis neceſsitatem, & pignori dare, & vendere licet.

74 Non tamen id patri licebit ob aliam, vtcumque ſimilem cauſam, teſte Alciato poſt alios lib. 2. de verborum ſignificatione, colum. 48. Dinus in regul. in argumentum, de regulis iuris in 6. Accurſius in d. l. 2. adeò, vt dicto loco non dubitauerit Alciatus aſſeuerare, integrum non eſſe patri, etiam Principi, filium inuitum hoſti dare, etiam vt ſe redimat: ſola ergo cauſa extremæ neceſsitatis cũ pater fame oppreſſus ſit, ſufficiẽs viſa eſt, ad ei indulgendum, vt proprium filium vendere, & pignorare valeat.

75 Neque id videri debet alicui omninò alienum eſſe à paterna pietate, quoniam præfata Cæſarum lex, præterquamquod multis comprobari poteſt, quæ eleganter ſimul, & doctè retulit Andr. Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 26. num. 14. valdè confirmatur ex Nehemiæ, cap. 5. vbi populus fame oppreſſus, inquit, *Filij noſtri, & filiæ noſtræ multæ ſunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & bibamus.*

76 Vtrum autem quæ hactenus diximus circa patruum poteſtatem ad vendendos, & pignorandos filios, ob famis neceſsitatem procedant in clerico conſtituto in ſacris poſſet hic oportunè dubitari: quia tamen de hac re longius quam par erat, ſermonem protraximus, breuiter dicendum eſt cũ Gerardo à Petraſancta in ſingul. vltimo, Hippolyto de Marſilijs, ſingul. 101. Ioanne Andrea, Hoſtienſi, & communi Doctorum in cap. indecorum, de ætate, & qualitate, patrem vendere non poſſe, nec pignorare filium conſtitutum in ſacris. Sicuti legimus apud Plutarchum, Numma Pompilium mitigata lege Romuli, qua licebat patri filium vendere, etiam ter ſi fortè à primo emptore, & ſecundo fuiſſet manumiſſus, ſtatuiſſe, filium cui pater vxorem dediſſet vendi non poſſe, vt hinc appareat quanti momenti fuerit apud veteres vis illa maxima patriæ poteſtatis, cuius fecit mentionem Iuriſconſultus in d. l. in ſuis, ff. de liberis & poſthumis, ſecundum quam lege Romuli poterat pater, etiam nulla inopia coactus filium (vt dicebam) ter vendere, ſi fortè à primo, & ſecundo emptore fuiſſet manumiſſus. Reliqua circa materiam hãc inueniet lector eruditus apud Pinelum, Couarruuiam, & ſupra citatos dictis locis.

Sum-

Digitized by Google

Summaria ad Controuersiam 26.

1 *FRequentissimè quæri solet, quã vim habeãt gesta per iudices seculares aduersus clericos, seu aliàs exemptos, & an confessiones delictorum emissæ coram iudicibus non competentibus, prebent.*

2 *Peræquè procedit hæc controuersia, vbi lis agitata fuit apud iudicẽ ecclesiasticum non suum absque licentia sui Diœcesani.*

3 *Quandiu deficit Episcopi licentia ecclesiasticus omninò incompetens est, & prohibitus respectu clerici alieni.*

4 *Exequuntur ista duo, iudicem, in quem consentit clericus, esse secularem, vel esse ecclesiasticum, & non interuenisse licentiam proprij Episcopi.*

5 *Ratio textus in capit. at si clerici, in principio, versic. quia sicut, generaliter concludit in quocumque iudice, etiam ecclesiastico non suo.*

6 *Si clericus confiteatur coram seculari, etiam de consensu sui Episcopi, non valebit confessio, vel conuictio, quæ vim habebũt facta apud Episcopum alienum, si interueniat Diœcesani consensus.*

7 *Episcopus non poterit per suum consensum efficere, vt secularis qualis, ex vi suæ potestatis cognoscere valeat de causa criminali clerici, & multò minus vt teneat eius confessio, vel conuictio.*

8 *Inquiritur differentiæ ratio, cur laici possint alterius iurisdictionem prorrogare, absque proprij iudicis licentia, clerici verò non ita, & concluditur nullam posse dari rationem per se concludentem.*

9 *Id quod dicitur in clericis, non posse alterius Episcopi iurisdictionem prorrogare, absque sui Diœcesani voluntate, an locum habeat in laicis, quo ad ea in quibus ecclesiastico iudicio subijciuntur.*

10 *Proponitur sententia quæ habet non posse Episcopum alterius Parrochianum iudicare, nec circa ea quæ pertinent ad ordinem, aut voluntariam iurisdictionem, nec ad contentiosam.*

11 *Laici in causis spiritualibus, seu ecclesiasticis, prout hæresis, simoniæ, beneficij, decimarum, iuris Patronatus, matrimonij, & similes, non possunt alium iudicem prorrogare sine consensu proprij Episcopi.*

12 *Intelligitur textus in capit. significasti, de foro competen. quare distinxerit inter laicos, & clericos, quo ad causas temporales, & asseritur consensum proprij Episcopi expressum esse debere.*

13 *Adducitur locus Magni Augustini, vbi clerici in iuditio seculari confessi, puniti fuerunt grauissimis pœnis.*

14 *Vndecumque constiterint delicta punienda sunt per iudices competentes, & probatur ob confessionem facta coram seculari clericum puniri posse à suo Episcopo.*

15 *Clerici si reperiantur in iuditio secũlari egisse, vel respondisse rei, & adducti in iuditium, præsertim super criminalibus per sacros Canones, & iudices ecclesiasticos puniendi sunt.*

16 *Confessio etiam in iuditio, & processu incompetenti, & nullo, vsque adeó valet, vt ex ea condemnatio sequi possit in iuditio competenti.*

Digitized by Google

17 *Plerumque confeſsio facit ſuum, & competentem iudicem, illum qui aliás non erat, & confeſsus per confeſsionem ſubijcitur eidem.*

18 *Probatur efficaciter omnino tenendum, & ſequendum, clericum ſeu aliás exemptum, qui apud ſæcularem iudicem, vel eccleſiaſticum non ſuum ſine licentia Epiſcopi confeſſus eſt crimen, vel de eo conuictus, non eſſe propterea vllatenus puniendum per ſuum Epiſcopum, ſeu iudicem proprium.*

19 *Poſt confeſsionem, conuictionem, & ſententiam, adhuc iudices ſeculares manent non ſui, & incompetentes omninò reſpectu clericorum, imò ſemper non ſui, & in prorrogabiles manent.*

20 *Expenditur pro dicta ſententia textus in capit. at ſi clerici, verſiculo,* quia ſicut.

21 *Referuntur claſsici Doctores prefatæ concluſionem principalem tenentes.*

22 *Expenditur in idem textus in capit. olim 25. de reſcript. dum vltra confeſsionem, requiſiuit ille textus quod falſitas de qua illic aliter probaretur &c.*

23 *Aſsignatur verus intellectus ad dict. capit. olim, quod confeſsio non valuerit ob ſolum defectum, & abſentiam vnius ex tribus iudicibus Delegatis.*

24 *Nonnulli comminiſcuntur ſufficere, quod vnus ex iudicibus ſui abſentiam excuſauerit, vt alij Delegati iudices etiam ad diffinitiuam procedere poſsint, & præſupponendum eſſe datos fuiſse cũ clauſula,* quod ſi non omnes, *vel ſimili.*

25 *Quando iudices dantur ſimpliciter ſine clauſula,* quod ſi non omnes (*quæ non præſumitur in dubio*) *vt in dict. cap. olim, licet tertius ſe per litteras excuſet, excuſatio non prodeſt.*

26 *Ad validitatem confeſsionis, vel cuiuſuis alterius actus iudicialis, in quantum talis eſt, neceſsario exiſtere debet iudex competens, ſicut & forum competens, & ſufficiens in cauſa de qua agitur.*

27 *Clerici antequam per Imperatorum priuilegia, & Pontificum, ac Conciliorum conſtitutiones abſolutè eximerentur, & ſoli eccleſiaſticæ poteſtati ſubijcerentur, etiam in criminalibus ſubijciebantur iuriſdictioni ſeculari, & intelligitur text. in cap. 1. 23. q. 5.*

28 *Priuilegia & conſtitutiones quibus clerici cum effectu á ſæculari iuriſdictione ſunt exempti, cœperunt tempore Iuſtiniani Imperatoris.*

29 *Exemptio omnimoda clericorum, recté dici poteſt merum inuentum Iuſtiniani, & aliorum Imperatorum, poſt illum, ſicut & Romanorum Pontificum.*

30 *Refellitur gloſsa. 2. in dict. capit. 1. 23. quæſtione. 5. dum dixit, clericos de quibus illic fuiſſe hæreticos Donatiſtas, & per hæreſim amiſiſſe omne priuilegium clericale.*

31 *Oſtenditur ex hiſtorijs, & alijs, omnimodam exemptionem clericorum fuiſſe multó poſt Diuum Auguſtinum Authorem dict. capit. 1. ex quo iterum intelligitur ille textus.*

32 *Rurſus ex Chronicis conuincitur clericos de quibus in dict. capit. 1. nullatenus amiſsiſſe priuilegium propter hæreſim, & traditur quo tempore floruerit, & conuerſus fuerit Diuus Auguſtinus.*

33 *Axioma quod habet (delicta vndecumque clamauerint punienda fore) tantum procedit, vbi de crimine conſtat per modos legitimos, & ita apud iudicem ſuum, & competentem, & intelligitur textus in dicto.*

Digitized by Google

dicto capit. at si clerici, in principio.

34 Expenduntur textus in cap. cum olim 24. de verbor. signif. & in cap. fin. de cohabitatione.

35 Distinguitur delictum de quo clericus reus postulatus est coram seculari, ab eo quod committit, dum contra iuris prohibitionem in seculari iudicio respondet, & patitur se illic reum postulari, & intelligitur textus in capit. si diligenti, de foro compet.

36 Id quod dicitur clericum puniri posse á suo iudice, ex eo quod contra iuris prohibitionem in seculari iudicio respondit, intelligendum est facto processu per ecclesiasticum circa illud delictum, & iterum intelligitur textus in cap. at si clerici, in principio.

37 Reijcitur glossæ interpretatio in dict capit. at si clerici, in principio, dum arbitratur textum in dict. capit. si diligenti. sicut & eius pœnam procedere in clericis qui sponte, & volentes respondent in seculari iudicio.

38 Textus in capit. 1. de accusation. in 6. & in capit. vltim. de restitutione spoliatorum, quatenus docent valere confessionem, etiam in processu invalido, intelligendi sunt, si fuerit invalidus propter non seruatum iuris ordinem.

39 Defectus iurisdictionis æquè respicit, & annullat processum, ac confessionem ipsam, quæ apud iudicem incompetentem, nec iuditialis existit, nec vt talis valere potest.

40 Quod dici solet valere confessionem, etiam in processu, & iuditio invalido, procedit tantum in illis casibus in quibus processus corruit, ex aliquo defectu qui non annullat ipsam confessionem, & intelliguntur iura in capit. 1. de accusat. in 6. & in cap. vltim. de restit. spoliat. & similia.

41 Non valet confessio vbi litigans qui confessus est, non habet legitimam personam standi in iudicio, & intelligitur textus in l. si filius 20. ff. de interrogat. actionibus.

42 Quod dici solet, illum qui aliás non erat, fieri competentem per partis confessionem, intelligendum est, vbi index non proponitur omninò incompetens, & prohibitus.

43 Assignatur verus intellectus ad capit. multi, secunda quæstione. 1. & expenditur capit. vlt. de exceptionibus, in 6.

44 Interpretatur ex adducta consideratione in numero præcedenti, textus difficilis in d. cap. fin. de exceptionibus in 6.

45 Textus in dicto capit. multi. specialiter non agit de clerico confitente, vel convicto in iudicio seculari, aut ecclesiastico, sed generaliter prohibet quemquam à communione repelli, nisi in seculari, vel ecclesiastico iudicio confessus, aut convictus fuerit.

46 Dum index secularis, vel ecclesiasticus non suus, clericum, seu aliás exemptum delinquentem ad ecclesiasticum, vel iudicem proprium remittunt, processus, & acta quæ contra illum habita sunt, nullatenus valent, nec ecclesiasticus eadem admittere, aut illis stare debet.

47 Si clericus, seu aliàs exemptus, conuincatur, vel confiteatur in causa ciuili coram seculari, vel ecclesiastico non suo, ex tali conuictione, vel confessione neutiquam condemnari poterit.

48 Explicatur quæré in dict. capit. at si clerici expressè mentio facta fuerit de causis crimivalibus, & ostenditur in ipsis maiorem fuisse dubitandi rationem.

49 *Propter conuictionem, aut confeſſionem ſuper ſpiritualibus cauſis à laicis coram ſæcularibus factam, ipſi laici non poterunt puniri, aut vllatenus condemnari.*

50 *Efficax eſt argumentum in iure de perſonis ad res, vel cauſas, & acta circa cauſam eccleſiaſticam coram ſæculari nullius momenti ſunt.*

51 *Reijcitur opinio exiſtimantium poſſe ſæcularem iudicem in cauſa eccleſiaſtica, apud ipſum incidente partem interrogare, & ea confitente iudicare in ordine ad cauſam principalem.*

52 *Probatur, quæ ſuperius dicta ſunt locum habitura, non tantum in clericis in ſacris, verum etiam in minoribus, & prima tonſura, dummodò fori priuilegio gaudeant.*

53 *Limitantur prædicta ex conditionibus requiſitis à Tridentino, & legibus Regni, vt clerici in minoribus fori priuilegio gaudere poſſint, & vtrum procedant in clericis obtinentibus penſionem remiſſiuè.*

54 *Scholaſtici ſe reſiſtentes, & facientes impetum aduerſus Regios ſæculares iudices, non habent ſcholaſticum priuilegium, & referuntur alij caſus in quibus nec ipſi, nec clerici fori priuilegio gaudent.*

55 *Expenditur iterum textus in dict. capit. at ſi clerici, in principio, & oſtenditur totum contrarium dicendum eſſe, in illis caſibus in quibus ſæcularis non eſt incompetens, aut prohibitus, vt in relatis numero præcedenti: & ſupremo Principi integrum eſt iuſta exiſtente cauſa, priuilegia, quæ ſemel contulit auferre, ac fori immunitatem.*

CONTROVERSIA 26.

Vtrum confeſsiones iudiciales, ſiuè quæcumque alia acta iudicialia, coram iudice non competenti, probent, aut noceant poſtea coram competenti.

5 HAEPENVMERÒ quæri ſolet præſertim in hoc Tribunali Domini Rectoris Complutenſis, quam vim habeant geſta per iudices ſæculares aduerſus clericos, ſeu aliâs exemptos, & an confeſsiones delictorum à ſubditis eiuſdem Domini Rectoris emiſſæ coram iudicibus non competentibus, probent, aut nocere poſsint coram ſuo iudice competenti priuatiuo. Etenim frequentiſsimè vidimus pro parte ſubditorum cõtendi, talia acta, nedum probare contra ipſos, aut eis nocere: ſed neque fore admittenda, quinimò reijcienda omninò, ac ſi geſta non fuiſſent: nunquam

Digitized by Google

nunquam tamen super hoc articulo declaratum, transeuntibus Domini Rectoribus, eorumque Assessoribus ad vlteriora, iterumque recipientibus delinquentium nouas confessiones, & testes productos corã incompetenti, vt ratificentur in hoc iudicio, quare oportunè feciſſe videbimur, ſi adductis hinc inde traditis ab interpretibus, quid in hac re ſentiendum, & tenẽdum ſit dilucidè, & perſpicuè aperiamus.

2 Illud in primis aduertentes, non ſolum procedere quæſtionem hanc, vbi clericus, ſeu aliâs exemptus, conuincitur, vel confitetur coram iudice ſæculari, ſed etiam vbi lis agitata fuit apud iudicem eccleſiaſticũ non ſuum abſque licentia ſui Diœceſani: vtrorumque enim in hac parte idem erit iudicium, & quidquid fuerit reſolutum circa proceſſum contra clericum, ſeu aliâs exemptum, geſtum per ſæcularem iudicem, dictum cenſeri debebit de actis per iudicẽ eccleſiaſticum non ſuum abſque licentia ſui Diœceſani.

3 Si conſideres quãdiu deficit Epiſcopi licentia eccleſiaſticum omninò incompetentem, & prohibitum eſſe reſpectu clerici alieni: per quẽ prorogari non poteſt ad ſimilitudinem iudicis ſæcularis, neq; in eum quantumuis eccleſiaſticum vllo pacto cõſentire. c. ſignificaſti, de foro competenti, & in effectu voluit Barbatia in cap. at ſi clerici, de iudicijs, in princ. ſequutus & commendatus per Boſſium in practica, titu. de confeſſ. nu. 49. & neminem referens probauit Auguſt. Beroius in eodem cap. at ſi clerici, in prin. num. 42.

4 Et ſi expendiſti Rom. Pontifex in d. cap. ſignificaſti, verſic. *niſi forte*, exequare videtur, iſta duo ſcilicet, vel iudicẽ in quem clericus cõſentit nõ eſſe eccleſiaſticum, ſed ſæcularem: vel eſſe eccleſiaſticum, & non interuenire licentiam proprij Epiſcopi, quemadmodum ergo, vbi clericus conuincitur, vel confitetur apud ſæcularem, dicitur confeſſus, vel conuictus apud iudicem omninò incompetentem, & prohibitum, pari modo, quando apud eccleſiaſticum nõ ſuum ſine licentia Diœceſani.

5 Imò ſi attendamus ad rationem Pontificis in d. c. at ſi clerici, in prin. verſ. *quia ſicut*, inueniemus quidem ipſam generaliter cõcludere in quocumque iudice, etiam eccleſiaſtico non ſuo, vt inferius magis patebit: nec refert Pontificem Maximũ ſpeciatim loquutum fuiſſe de ſæculari iudice, dum voluit non nocere proceſſum ab illo factum contra clericum, ac proinde differentiam conſtituere viſum eſſe inter eundem, & eccleſiaſticum: etenim ſufficit, quod ratio à Pontifice reddita generaliter euincat in quocumque etiam eccleſiaſtico non ſuo.

6 Benè verum eſt, quod etſi in hac parte inter dictos iudices nulla ſit diſtinctio (quippè qui peræquè prohibiti ſunt de clericis, ſeu aliàs exemptis cognoſcere) conſtituenda tamen erit inter ipſos differentia, vltra traditam per Bernardum in practica. c. 125. num. 8. nempè quod ſi clericus confiteatur coram ſæculari, etiã interueniente ſui Epiſcopi conſenſu, non valebit confeſsio, vel cõuictio, quæ vim habebunt factæ apud Epiſcopum alienum, ſi interueniat Diœceſani conſenſus.

7 Quamuis enim Epiſcopus cauſam clerici poſsit committere iudici ſæculari, quo caſu tanquam eccleſiaſticus, & ex poteſtate cõmittentis cognoſcet. l. 1. §. qui mandatá. ff. de officio eius, non tamẽ poterit per ſuum cõſenſum efficere, vt ſæcularis qualis, & ex vi ſuæ poteſtatis cognoſcere

Digitized by Google

cere valeat de cauſa criminali clerici,& multo minus,vt teneat eius cõfeſsio,vel conuictio.

8 Sed quænam ſit diſcriminis ratio inter laicos,& clericos, vt laici poſſint, ſemperq; potuerint alterius iudicis iuriſdictionẽ prorrogare abſq; proprij iudicis licentia, clerici verò abſque voluntate Epiſcopi Diœceſani non poſsint ſe ſubijcere alij ordinario eccleſiaſtico,ex d.cap.ſignificaſti.c.1.in prin.de foro compet.in 6.& traditis per Doctores ibidem in §.contrahentes,valdè laborarunt interpretes vt aſſequantur. Et plures differentiæ rationes aſsignatũt glo. 2. in cap.inolita. 11.q.1.Bart. & Doctores in l.1.ff.de iudicijs. Abb. n.7. Felin.in prin.Marian. num.45. in d. cap.ſignificaſti, latè Burgos de Paz in repet.l.1.Tauri,ex num.5.vbi nouem retulit eius rei rationes,quæ licet per ſe abſque legis authoritate non cõcludant, ſufficiunt tamen ad iuſtificandã legem,ita vt ex illis omnibus,& aliquibus iuſtiſsima ſit lex, quæ prohibet clericos abſque Diœceſani voluntate, alterius Ordinarij eccleſiaſtici iuriſdictionem prorrogare. Tenendum igitur eſt, nullam dari in propoſito rationem concludentem ſcilicet per ſe, & abſque lege,ita vt totum id ad legis authoritatem ſit referendum.

9 Verumtamen iamdiù ſcire deſidero,vtrum id quod dicitur in clericis, non poſſe alterius Epiſcopi iuriſdictionem prorrogare abſq; ſui Diœceſani voluntate, locum habeat, & in laicis, quo ad ea in quibus eccleſiaſtico iudicio ſubijciũtur,ita vt abſque Diœceſani Epiſcopi conſenſu, non poſsint alterius Epiſcopi iuriſdictionẽ prorrogare,& inueni Ioannem Andream,Immolam, Barbatiã, & alios in cap.P.& G.de officio Delegati, diſtinguentes inter ſpiritualem iuriſdictionem,quæ in ſacramẽtis verſatur, vt in ea idẽ quod in clericis recipiendum ſit, ex cap. omnis, de pœnit.cum alijs,& inter eccleſiaſticam,quæ in contentione verſatur in qua diuerſum recipitur. Quorum ſententia mihi magis probatur cum illa generalis prohibitio legis, quod clerici inconſulto ſuo Epiſcopo, alterius Prælati iuriſdictionẽ prorrogare non valeant, non reperiatur in laicis,nec rationes quæ in clericis vigent in laicis procedant: poterunt ergo in his,quæ in contentione conſiſtunt, in quibus eccleſiaſtico foro ſubijciuntur,alterius Epiſcopi prorrogare iuriſdictionem, licet non ita in iuriſdictione ſpirituali,quæ in ſacramentis verſatur,quidquid Panormit.in d.cap.P. & G. indiſtinctè voluerit de clericis,& laicis, in hac parte idem ſenciẽdũ eſſe, vt ſicuti clerici indiſtinctè in qualibet ſpecie iuriſdictionis,non poſſunt ſe ſubijcere alieno Epiſcopo, ſic nec laici: dictã enim reſolutionem,laicos ſcilicet in ſpiritualibus,quæ pertinent ad poteſtatem ordinis,& iuriſdictionis volũtarię non poſſe prorrogare:in his verò quæ ſunt eccleſiaſticę iuriſdictionis contentioſæ poſſe, defendunt Barbatia in cap. ſignificaſti, de foro compet.num.25.Felin. num.1. aſſerentes eſſe communem,& alijs relatis Maranta de ordine iudicior. 4. p. diſt.12.num.24.

10 Verum poſtquam hæc ſcripſiſſem ſolicitus de veritate præfatæ doctrinæ,inueni tandẽ eam quamuis communi calculo Doctorum receptam, manifeſtis iuris Canonici authoritatibus repugnare,contrarium namq; probat text. in cap.1.9. quæſt.2. ibi, *Nullus Epiſcopus alterius Parrochianum iudicare, vel ordinare audeat*, quibus verbis laici comprehenduntur, tum quia Parrochiani ſunt, ex toto titu-

lo

Digitized by Google

lo de parrochijs: tum etiam, quia in eo textu eos prohibentur iudicare, quos non possunt ordinare: sed illi quos ordinare nō possunt laici sunt, qui nec minoribus ordinibus initiari possunt, sine consensu sui Episcopi, vt ille text. probat: igitur ex eo text. necessario colligitur non posse Episcopum alterius parrochianum iudicare, nec circa ea quæ pertinent ad ordinem, aut voluntariam iurisdictionem, nec ad contentiosam, cum verbum iudicare ad omnia referatur: similis est text. in cap. nullus, de parrochijs.

21 Quare indistinctè dicendum est (& cogor mutare sententiam) laicos in spiritualibus negotijs, seu ecclesiasticis, etiam contentiosæ iurisdictionis, si ad forum Ecclesiæ priuati nè pertineant, prout causa hæresis, simoniæ, beneficij, decimarum, iuris patronatus, matrimonij, & similes, non posse alium iudicem prorrogare, sine consensu proprij Episcopi, quoniam sacri Canones interdicunt Episcopis, ne alienos admittant, & ratio supra adducta etiam in laicis concludit, quo ad illas causas, quę solum pertinent ad forum Ecclesiæ.

22 Nec text. in d. cap. significasti, per locum ab speciali pro communi sententia facit, quoniam ibidem agebatur de causa temporali pecuniaria, in qua laicus potuisset alterius iurisdictionem prorrogare: clericus verò quia foro ecclesiastico priuatiuè subijcitur non potest: & ideò distinguit Pontifex inter laicos, & clericos, quo ad causas temporales: in spiritualibus verò, & ecclesiasticis in quibus laici sicut clerici foro Ecclesiæ subsunt, indistinctè verū est neutros posse alium iudicem adire absq; cōsensu sui Episcopi. Porrò cōsensus proprij Episcopi, expressus esse debet, nec tacitus sufficiet, ad inducendam prorrogationem, vt rectè obseruauit glosia in d. cap. significasti, verbo, *clerici*, in princip. pro qua facit. c. 1. eodem titulo de foro compet. ibi, *ex consilio eiusdem*, quæ verba tacitum consensum non patiuntur: in idem facit cap. 2. eiusdem titu. quæ sententia etiā in praxi recipienda est, quāuis Abb. in d. cap. significasti, perperam existimauerit tacitum consensum sufficere.

23 Quibus præsuppositis, & veluti quibusdā sublatis impedimētis, facilius quidem cætera pertractabimus: & in primis, vt nihil sit absque controuersia (quod muneris nostri est in præsenti tractatu) pro parte affirmatiua, quæ habet acta coram sæculari iudice contra clericum, probare aduersus ipsum, & nocere ei, corā suo proprio Episcopo, imò prodesse ad condemnationē, sequentia se se offerunt fundamenta. Primum ex capit. 1. 23. q. 5. vbi Circumcelliones clerici in iudicio sæculari confessi puniti fuerunt grauissimis pœnis, teste Augustino ad Marcellinum comitem de Donatistis captis epist. 139. per Gratianum relato in d. c. 1.

24 Tritum præterea est omnium sermone dicterium, vndecumque constiterint delicta, punienda fore, per iudices cōpetentes, vt testatur Prosperus lib. 2. de vita contemplatiua, cap. 7. transcriptus per Gratianum in cap. ecce. 24. quæst. 3. *Ecce* (inquit Prosper.) *crimina quorumlibet si ipsis crīminosis confiteri nolentibus vndecumque clarnerint, quæcumque non fuerint patientia leni medicamento sanata, veluti igne quodam piæ increpationis vrenda sunt, & curanda &c.* Sed si demus clericum, coram sæculari delictum confitentem, vel de eo conuictum, proculdubio iam constat, & apparet delictū, quod ex confessione, vel conuictione iudiciali efficitur notoriūm, cap. cum

cum olim. 24. in fine, de verborum ſignificat.cap.fin.etiam in fine de cohabitatione: ergo & ſi verum ſit, & exploratum,ſæcularem iudicem,tanquam incomperentem omninò, atque prohibitum, non poſſe delinquentem clericum condemnare, capit.2.de foro competenti: liberum tamen erit Epiſcopo, vel ſuperiori eccleſiaſtico competenti,ſic confeſſum,vel conuictum punire, & condemnare.

15 Quid quod Roman. Pontifex in cap.ſi diligenti, de foro competenti, verſic' *& tam Epiſcopi &c.* voluit puniendos eſſe clericos per ſacros Canones,& iudices eccleſiaſticos,ſi reperiantur in iudicio ſæculari egiſſe,vel reſpondiſſe rei, & adducti in iudicium; præſertim ſuper criminalibus,ſed vt ſupponimus in titulo cõ trouerſiæ, clerici de quibus inſtituitur ſermo,in ſęculari iudicio rei reſponderunt,& conuicti, vel confeſsi ſunt in eodem iudicio: igitur iuxta Canonum traditiones per ſuperiores eccleſiaſticos propterea puniendi erunt,ac perconſequens acta coram ſæculari aduerſus clericum, ſeu aliàs exemptum probabunt, & nocebunt,ad condemnationem à ſuo iudice faciendam.

16 Denique docemur ex cap.vlt.vbi Doctores de reſtitutione ſpoliatorum,cap.1.de accuſation.in 6. confeſsionem etiam in iudicio, & proceſſu incompetenti & nullo, vſque adeò valere, vt ex ea condemnatio ſequi poſsit in iudicio competenti, ſic colliges ex Bernardo vbi additio Doctoris de Salcedo,regu.123.poſt multos quos citant,& ex traditis per Maſcardum,concluſ.357.poſt Innocentium,& communem, teſte Philippo Decio in d.cap. at ſi clerici, in princip.num.3.Pro quibus ſolet expendi (vltra alia) text.in Clem.conſtitutionem in fine, ibi, *per confeſsionem &c.* de electione: ergo quantumuis acta per ſæcularem, nullatenus competentia ſint reſpectu clerici, adhuc tamen confeſsio in iudicio,& proceſſu iudicis ſæcularis facta,poterit,& debebit valere,vt à ſuo Epiſcopo puniatur.

17 Præſertim cum plerumque confeſsio ipſa faciat ſuum,& competentem iudicem illum qui aliàs nõ erat, & confeſſus per confeſsionem ſubijciatur eidem.l.1.& 2. in princip. ff. de iudicijs: quare multoties in eccleſiaſtico foro puniuntur eccleſiaſtici, qui in ſæculari, vel eccleſiaſtico iudicio confeſsi,vel conuicti ſunt, vt in cap. multi. 2. quæſt.1. tranſcripto ex Auguſtino in homil. de pœnit.q.50.c.12.vbi voluit clericum ſponte confeſſum,aut in aliquo, ſiue ſæculari,ſiue eccleſiaſtico iudicio nominatum, atque conuictum, puniendum eſſe: ex quibus omnibus de primo ad vltimum plana,& aperta relinqui videtur affirmatiua ſententia, clericos ſcilicet,vel aliâs exemptos,ex actis coram ſæcularibus ab eccleſiaſtico condemnari,& puniri poſſe.

18 Sed contraria (his non obſtantibus) ſententia,clericum ſcilicet, ſeu aliâs exemptum, qui apud ſæculare iudicem,vel eccleſiaſticum nõ ſuum ſine licentia Epiſcopi, confeſſus eſt crimen,vel de eo conuictus, nõ eſſe propterea vllatenus puniendum, & condemnandum,per ſuum Epiſcopum,ſeu iudicem proprium, omninò tenenda eſt, & ſequenda, ex veriſsimis,& efficaciſsimis fundamentis. Etenim tales iudices, id eſt ſæculares,vel eccleſiaſtici non ſui ſine licentia Epiſcopi,omninò, & abſolutè prohibiti ſunt contra clericos,ſeu aliâs exẽptos procedere, omninòq; & abſolutè ſunt,& dicuntur non ſui: patet ſi expendas,nec per clericorũ, ſeu

Digitized by Google

aliàs exemptorũ (quales sunt Complutenses scholastici) confessionem, nec per conuictionem, nec denique per sentẽtiã, dictos iudices suos, aut cõpetentes fieri posse, quinimò & si confiteantur, vel conuincantur, coram ipsis, & sententiam pronuntiẽt, super delicto, adhuc manere nõ suos & incompetentes, igitur nullatenus valere poterunt per illos gesta, nec vim aliquam habebunt, aduersus prę fatos delinquentes.

19 Quod autem isthæc omnia non sufficiãt, nec prosint vlla ratione, ad prorrogãdã sæcularis, siue ecclesiastici nõ sui iurisdictionẽ, facilè demõstratur à posteriori (vt dialectici loquuntur) ex eo quod si post confessionẽ, & conuictionẽ, & post sententiã, adhuc dicti iudices nõ manerẽt, vt revera manent non sui, & incompetentes omninò, vtiq; confessio, & sententia valeret, ex l.1.& 2. ff. de iudicijs. c. significasti, in princ. de foro compet. at manifestius est, quam vt vlla probatione indigeat, nõ valere talem cõfessionem, & sententiã, nec processum sic gestũ subsistere posse: manent ergo semper nõ sui, & incõpetentes prædicti iudices, quos optimo iure Doctores improrrogabiles appellant, in d.c.at si clerici, in prin. & alibi passim.

20 Accedit, sic gesta vtpotè apud iudicem omninò incõpetentẽ, & prohibitum, nec iudicialia esse, nec valere ad aliquã condemnationẽ, tanquam facta apud iudicẽ improrrogabilem, vt satis intendit ratio quã tex. reddit in d.c.at si clerici, vers. *quia sicut*, quæ si nõ referatur ad iudicẽ non suum, omninò, & absolutè, & sic penitus incõpetentẽ, nõ rectè stabit, nec attento iure procederet si singula verba illius rationis expendãtur, ibi, *quia sicut sententia à non suo iudice lata non tenet, ita nec facta cõfessio coram ipso*, quæ coactè referenda sunt ad iudicem improrrogabilem omninò.

21 Et sic præfatam conclusionem principalem, quod clericus, seu aliàs exemptus, crimen confessus, vel de eo conuictus, apud iudicẽ non suum omninò, non possit propterea puniri, vel condemnari per proprium iudicem, tenuerunt Franciscus de Ripa in c.2. de iudicijs, nu.16. Suarez in l. post rem. notab.3.nu.10. Decius & nouiores in l. Magistratus. ff. de iurisdictione, vbi Bart.& Ias. à num.4. Innocent.& cõmunis schola, in cap. per inquisitionẽ. de electione, post glo.2.in cap.1. 23. q. 5. & omnes in d.c.at si clerici. pluresq; alij à nobis inferius referendi. Pro quibus vltra prædicta facit text. in l. Diuus.6.ff. de custodia reorum, vbi Bart.& alij adnotarunt, confessionem delicti coram iudice non competenti nullatenus probare, aut nocere postea corã competenti.

22 In quam rem non sine ingenio expendi solet text. in c. olim.25. de rescript. vers. *cumque*, ibi, *confessus*, iuncto vers. sequenti, ibi, *si ita est &c.* dum vltra confessionem requisiuit ille tex. quod falsitas de qua illic aliter probaretur, & sic confessionem delicti factam coram duobus ex tribus, quĩ fuerant Delegati iudices, & ita corã incompetentibus non valere, vt confessus, ex illa postea per iudices cõpetentes condemnari, & puniri possit: non obstante, quod talis confessio in iudicio legitimè facta, videbatur sufficere debuisse, iuxta l.1. C. de cõfessis, & cap. nos in quẽquam, ibi, *vel confessum.* 2. q. 1. glo. & omnes in cap. vlt. de confessis.

Cui difficultati multis modis respõdere solẽt Doctores, vt per Abbatem â nu.6. vers. *extra glo.* & alios in d.c. olim, & Hippolytum singul. 309. sed quia vel diuinant, vel iuri aut litteræ

litteræ,d.c.olim,repugnant,semper mihi probalior visus est vltimus intellectus,de quo per Abbatem ibidē num,12.qui deseruiet ad maiorē cōfirmationem,& declarationem dictę verisimæ conclusionis, quā amplectimur:scilicet ex eo non valuisse cōfessionem coram duobus ex tribus iudicibus factam,quia non fuit iudicialis,nec valuit vt talis:cū enim (vt ex principio d.cap.olim constat)per rescriptum tres iudices simpliciter dati fuerint,sicut processus,aut sententia,per duos absque tertio nō valebat,cap.causam matrimonij,16.de officio Delegati,ita nec absque illo corā duobus confessio iudicialis fieri,aut valere potuit, glo. 2. per text. ibi,vbi Bald.notab.2. in d.c.causam, & post Abbatē, & alios in d.c. olim, oportunè obseruauit Hipolyt.dicto, sing.309.Vides ergo lector eruditè, quanā ratione corruerit, seu non valuerit confessio ob solum defectum & absentiam vnius ex tribus iudicibus Delegatis,tanquam duo incompetentes sint tertio absente: igitur multò magis inannis erit confessio, si fiat coram iudice omninò incompetente,seu prohibito.

24 Neque obstat, (vt d.c.olim, penitus intelligatur)quod tertius Delegatus iudex per litteras sui absentiā excusauerit,quæ excusatio,vt nōnulli cōminiscuntur sufficere debuit, vt alij Delegati iudices,etiā ad difiniti nam procedere possent, maximè cū supponendum sit eosdē datos fuisse cum clausula, *quod si non omnes*, vel simili,iuxta cap.suscitatus,de rescript. quo fundamento, & consideratione moti additio ad Abbatē.d.n.12.post Barbatiam,& Felin.in d.c.olim, recesserunt à verò intellectu illius textus proximè relato.

25 Facilè enim refellitur, si consideremus, quod licet tertius iudex se per litteras excusarit, excusatio tamen non profuit, quia Delegati iudices dati simpliciter fuerant,vt satis probat littera illius tex.in qua (quidquid præfati Patres arbitrentur) nullum est verbū,aut coniectura de huiusmodi clausula,*quod si non omnes*,aut simili, quæ in dubio nō præsumitur: vndè licet tertius iustè,& legitimè se excusasset reliqui absque illo procedere nō poterant, sicut nec possent eo mortuo.c.pen.de offic.Deleg.cū vulgaribus:ex quibus cōsequitur optimè in eandē nostrā sententiā expē sum fuisse respōsum Pontificiū, in d.c.olim,versiculis,prę fatis.

26 Et confirmatur vlterius præcipua superior sententia,si aduertas ad validitatem confessionis, vel cuiusuis alterius actus iudicialis, in quantum talis est necessariò existere debere iudicem competentem,sicut & forū competens, & sufficiens in causa de qua agitur, siquidem ab illo suam vim habet,& denominatur cōfessio, & actus iudicialis,ex toto titulo.C.si à non competente iudice, iuncta.l. 4.§.cōdemnatum. ff. de re iudicata. c.forus.de verborum significatione. d.cap.at si clerici.Planè eiusmodi iudex, & iudicium non aliter existit competens,& sufficiens,quam si,vel omninò competens fuerit, vel incōpetens non omninò,partium cōsensu prorrogetur, quod si omninò sit incōpetēs,& prohibitus, sicut iudex sæcularis, vel ecclesiasticus alienus respectu clerici,perinde habetur, ac si nō esset,& perinde totū corruit,& desinit esse iudiciale,ac si absq; iudice, & iudicio, & à priuato fieret,ex reg.ea quæ fiunt à iudice lib.6.l.3.ff. de officio Præsidis,ibi, *nam si excesserit priuatus est*,iuncta.l. non dubium, ibi,*nullum &c.* C. de legibus. Vndè meritò Pontifex Maximus,in d.cap. at si clerici, in princip. originaliter rela-

relatus in 2.tom.Conciliorum, pag. 896.inter acta Alexandri III. sub tit. de depositione clericorum, c. 4.apertè probauit clericũ, qui apud sęcularẽ iudicẽ, crimen cõfessus est, vel de eo cõuictus, non esse propterea vllatenus puniẽdũ, vel cõdemnãdũ per suũ Episcopũ, vtpotè quia acta apud sęcularẽ contra clericũ, tanquã apud iudicẽ omninò incõperentẽ, & prohibitum, atque improrrogabilẽ nullius momenti sunt, nullũque effectũ producere possunt.

27 Reliquum igitur est, vt argumentis in contrarium adductis suo ordine breuiter satisfaciamus: & ad priꝰ desumptum ex d.c.1.23.q.5.respondendum est tex.illum procedere iure antiquissimo inspecto, quatenus admittit, atq; supponit clericos Circuncelliones, de quibus ibi, potuisse puniri à iudicibus sæcularibus: secũdum quod ius antiquissimũ, clerici, etiã in criminalibus subijciebantur iurisdictioni, & potestati sæculari, an requã per Imperatorum priuilegia, & Pontificum, ac Conciliorum cõstitutiones ab eiusmodi potestate absolutè eximerentur, & soli Ecclesiasticæ subijcerentur.

28 Quæ priuilegia, & constitutiones huiusmodi, quibus clerici cum effectu à sęculari iurisdictione sunt exẽpti cœperunt tempore Iustiniani Imperatoris, in authentico, vt clerici apud proprios, & in authentico de sanctissimis Episcopis, §. si quis contra. authnetica clericus, C. de Episcopis, & clericis, c. si quis cũ clerico. 2.q.1. vbi in ciuilibus tantum clerici fuerunt exẽpti à iurisdictione sęculari, in criminalibus verò eidẽ sęculari iurisdictioni, adhuc subditi remanebãt, nisi crimina essent Ecclesiastica.

29 Postea verò emanarũt Pontificiæ cõstitutiones in d.c.2.de for. competẽti cũ alijs, & alia Federici, in authẽtica, statuimus, C. de Episcopis, & clericis, per quas indistinctè, & penitus clerici fuerũt exẽpti, itaque Iustinianus & alij Imperatores post illum, sicut & Põtifices nouè cõcesserunt, & & statuerunt clericorũ omnimodam exẽptionẽ, vt colligitur ex dictis authẽticis, & ex multis capitibus. 2.q.1. etenim licet antea Põtifices antiquissimi in c.1.2.q.1.cũ alijs eiusdẽ quęstionis, & Theodosius Imperator, vt habetur in l.vltim.tit.2.lib. 16. in C. Theodosiano, prohibuerint clericos accusari, apud iudices sæculares, & per eos iudicari, id tamẽ non fuit generaliter receptũ vsu, & approbatũ, ita vt talis exẽptio omnimoda clericorum, rectè dici possit merum inuẽtum Iustiniani, & aliorum Imperatorum post illum, sicut & Romanorũ Pontificum.

30 Vndè cauendũ erit à glos. 2. in d. cap. 1. 23.q.5. sequuta per alios ibi, & per Alciatũ in c.1.de officio ordinarij. n.64. qui dixerũt Circũcelliones clericos, de quibus agitur illic, fuisse hęreticos Donatistas, vt patet ex suprascriptione illius tex. & per hæresim amm̃isisse omne priuilegiũ clericale, c. ad abolẽdã. vers. *præsenti*, de hęreticis, ac subindè illo ammisso potuisse, apud iudicẽ sæcularem confiteri crimen, & ab illo condemnari, & puniri, refellitur enim ex multiplici consideratione: decisio namque Lucij III. Pontificis Maximi, in d. vers. *præsenti*. multo post emanauit quam tex. in d.c.1. qui multo antea conditorẽ habuerat D. Augũstinũ, cuius tẽpore clerici per hæresim nondũ ammittebant fori priuilegiũ, vt patet ex verbis d.c. ad abolendã. ibi: *præsenti constitutione sancimus*, apertè significãtibus, id nouè statutũ per Luciũ III. nullatenus ergo decisio d.cap.1. interpretari debet, aut potest per dict. vers. *præsenti*.

31 Deindè Iuſtinianus Imperator,qui penitus exemit clericos à iuriſdictione ſæculari,floruit ſub Ioanne 1. qui fuit Pontifex 51.à BeatoPetro ad annũ ſalutis 530. vt cõſtat ex hiſtorijs, & exEpiſt.inter claras cũ ſeqq.C.de ſumma Trinitate,&ita multo poſt B. Auguſtinũ,vndè nihil mirũ ſi Auguſtinus in d.c.1. ſupponat clericos de quibus agit,nondũ exẽptos à iudicio ſęculari,in eodem confeſſos,vel cõuictos,inſpecto illo tẽpore iudicari, & puniri potuiſſe, quod tamen nullatenus procedit,poſtquã omnes clericorũ cauſæ ad Eccleſiaſticum tantummodo ſpectant,& apud ſæcularẽ omninò prohibentur agitari.

32 Accedit non eſſe par credere Auguſtinũ in d.c.1. agere de hæreticis perſiſtẽtibus, & pro eis intercedere, ſed de recõciliatis,& priuilegiũ retinẽtibus, cõſequitur ergo nõ procedere Auguſtini teſtimoniũ ex eo, q̃ dicti Circũcelliones clerici fori priuilegiũ per hæreſim ammiſiſſẽt. Tũ præterea, quia vt cõſtat ex Chronicis,Platina,hiſtoriaPõtificali,&alijs, D.Auguſtin.auctor illius tex.cõuerſus eſt,& floruit ſub Põtifice Anaſtaſio.1.qui fuit 41.à Petro,&ſub Imperatoribus Archadio,& Honorio,circa annũ ſalutis.406. priuilegia verò, & conſtitutiones huiuſmodi,quibus clerici cũ effectu à ſęculari iuriſdictione exẽpti ſunt,ceperũt multò poſtea,tẽpore Iuſtiniani, vt iã diximus, ac per cõſequens planius dici poteſt text.illũ procedere iure ãtiquiſsimo inſpecto,quo clerici etiã in crimina lib' ſubijciebãtur iuriſdictioni,&Poteſtati ſęculari, vt nuper reſoluimus.

33 Non obſtat ſecundũ argumentũ, axioma enim illud deſumi ſolitũ ex d.c.ecce. delicta ſcilicet vndecũque claruerint puniẽda fore,tantũ procedit,vbi de crimine cõſtat per modos legitimos,& ita apud iudicẽ ſuum,& cõpetentẽ: etenim ſi apud omninò incõpetentẽ,& prohibitũ, proceſſus ſit geſt',quo ad iuris effect',ac ſubindè ad condemnationẽ,vel pœnã, re vera non conſtat de delicto, & ideò Rom.Pontifex ſapienter decreuit in d.c.at ſi clerici in princ. ob cõfeſſionẽ,& conuictionem habitã,apud ſæcularem,ſeu Eccleſiaſticum nõ ſuũ, ſine licentia Epiſcopi, clericum puniendum non eſſe à proprio ſuo iudice,quia non conſtabat de delicto, quantumuis crimen confeſſus fuiſſet coram ſęculari, vel Eccleſiaſtico alieno.

34 Qua ratione accipiendi interpretandique ſunt Pontifices Maximi,in c.cum olim.24.in fin. de verborum, & in c.fin.de cohabitatione,dũ probant notoriũ effici per confeſsionẽ, vel probationẽ in iudicio factam: vt intelligantur tantũ de confeſsione, & probatione,apud iudicem competentem,& ita valida,aliàs enim confeſsio,& probatio dici non poteſt,argumento d.§.condemnatũ cũ ſimilibus:quo fit,vt rectè deciſſum fuerit, atque receptum,quod clerici ex cõfeſsionibus, & probationibus factis coram incompetentibus,à ſuis proprijs Epiſcopis minimè puniantur.

35 Tertiũ argumentũ ex d.c.ſi diligẽti(ſi aduertas)minorẽ, aut nullã vim habet, imò iure adduci non debuit, contra prædictam reſolutionem: diſtinguendũ nãque eſt ex mente communi,inter condemnationẽ, & pœnã,non pro illo crimine,de quo reus poſtulat' fuit,ſed pro eo nouo quod cõmittit,cũ contra iuris prohibitionẽ,in ſæculari iudicio reſpondet, & patitur ſe illic reum poſtulari: & quãdo iura dicunt, & nos reſoluimus, clericum,ob crimen confeſſum coram ſæculari, non eſſe puniendum ab Eccleſiaſtico, intelligendum eſt de priori diſtinctionis membro,

ſci-

ſcilicet, vt puniri non debeat, propter crimẽ, de quo reus poſtulatus eſt: textus verò in d.c. ſi diligenti. intelligatur de poſteriori diſtinctionis mẽbro, vt decreuerit, clericos puniendos eſſe, propter nouũ crimẽ, quod committunt, dum contra iuris prohibitionem patiuntur ad iudicium adduci ſæculare.

36 Quæ reſolutio, & veriſsimus intellectus, ſatis conſtat, atque deducitur ex ſerie, & verbis dictorũ iuriũ in c. ſi diligenti. & in c. at ſi clerici. idq; ſenſiſſe videtur Pontifex in d.c. at ſi clerici. in princ. verſ. *non ſunt propter hoc, &c.* qui apertè innuit, atq; ſignificat, imò expreſſè dicit, clericos ſic cõfeſſos, vel conuictos, non eſſe propter hoc, id eſt propterea q apud ſæcularẽ decrimine cõuicti, vel cõfeſsi ſũt, á ſuo Epiſcopo condemnãdos, quaſi fateatur apertius, neq; interim neget Pontifex Maximus, ex alio capite, id eſt non propter confeſsionem, vel conuictionem, ſed quia in ſæculari iudicio reſponderunt, condemnari potuiſſe, ex d. c. ſi diligenti. quod ego intelligerem facto proceſſu per Eccleſiaſticum, circa delictum à clericis commiſſum, dum reſponderũt apud iudicem ſæcularem.

37 Vndè reiicienda eſt gloſſę interpretatio in d. c. at ſi clerici. in princ. verb. *teneri*, dũ arbitratur tex. in d.c. ſi diligenti, ſicut & eius pœnã procedere in clericis, qui ſponte, & volentes reſpõdẽt in ſæculari iudicio, tex. verò in d.c. at ſi clerici. agere de his, qui inuiti, & renitentes reſpõderũt, & propterea à dixiſſe Pontificẽ, pœnã nõ incurriſſe, neque ad eandẽ per Epiſcopũ cõdemnari: qui gloſſę intellectus cõmuniter reijcitur ex Abbate. n. 18. & alijs in d.c. at ſi clerici exiſtimantibus, in illius text. ſpecie non referre, an clerici inuiti, aut volentes confeſſi fuerint, vel conuicti, vtroque enim caſu, exactis apud ſæcularẽ minimè puniẽtur ab Eccleſiaſtico, quia ſicut ſententia à non ſuo iudice lata nõ tenet, ita nec cõfeſsio coram ipſo. Adde ex littera. d.c. at ſi clerici nõ conſtare, clericos de quibus ibi inuitos, & renitentes reſpondiſſe in iudicio ſæculari, nec potuiſſe per iuris remedia iudicium declinare, nec diuinare licet: quare magis amplectenda eſt prædicta diſtinctio, & interpretatio ad illa duo iura.

38 Ad quartũ petitũ ex d.c.1. de accuſationib. in 6. & d.c. vlt. de reſtitutione ſpoliat. facilius reſpõdetur ſentẽtiã vulgarẽ, quę habet valere cõfeſſionẽ, etiã in proceſſu, & in iudicio inualido, intelligẽdã eſſe, ſi fuerit inualidũ propter nõ ſeruatũ iuris ordinẽ, veluti quando corruit proceſſus ex deffectu alicuius ſolemnitatis, putà libelli, cõteſtationis, ſeu alteri° ex requiſitis neceſſarijs, dũ tamẽ iudex competens ſit, vel ſaltem incõpetẽs, ſed prorrogabilis, tũc enim valet cõfeſsio, ad cuius validitatem re vera, nõ requiritur proceſſus validus, imò nec aliquis proceſſus.

39 Diuerſum tamẽ eſt, vbi iudex eſt omninò incompetẽs, & prohibitus, apud quẽ nõ valet cõfeſsio, etiã iudicialis, defectus enim iuriſdictionis, ęquè reſpicit, & annullat proceſſum, ac cõfeſsionẽ ipſam, quæ apud iudicẽ ſic incõpetẽtẽ, nec iudicialis exiſtit, nec vt talis valere poteſt, quippè proceſſus, & iudiciũ non corruit, ex defectu ſolemnitatis, ſed ex defectu iuriſdictionis, ſeu iudicis, qui omninò incompetẽs, & prohibitus exiſtit, iuxta tex. in d.c. at ſi clerici, d. c. cum olim. d.l. Diuus, reſoluit Gomez. ſic intelligens dict. capit. at ſi clerici. de delictis, cap. 12. num. 8. Clarus in practica. §. vlt. q. 55. n. 13. Maſcard. poſt alios quos citat concluſ. 357. num. 9. Beroius â n. 2. & â num. 37. & alij in

Digitized by Google

d.c.at ſi clerici,Felin.in c.qualiter.§. licet.de accuſation.n.9.verſ.7. Abb. ex Innocent.Bart.& alijs.n.5.Dec.3. verſ.2.cum ſeqq.

40 Et inter multas alias limitationes de quibus per Deciũ,Felinũ,& Maſcardũ dictis locis,& relatos per Gratianũ reg.88.& additionẽ ad Bernardũ reg.124.ſic notabiliter declaranda eſt prędicta ſentẽtia vulgaris,quę docet valere cõfeſsionẽ,etiã in proceſſu,& iudicio inualido, vt procedat tantũ in illis caſibus,in quibus iuditiũ,& proceſſus corruit ex aliquo defectu,qui non reſpicit, neque annullat ipſam cõfeſsionẽ,qua ratione intelligẽda explicãdaque ſunt iura, in d.c.1.de accuſationib.in 6.&in d. cap.vlt. de reſtitut. ſpoliat. & ſimilibus.

41 Quæ vulgaris ſentẽtia pariter limitanda eſt,vt locũ non habeat,nec valeat cõfeſsio,vbi litigans,qui confeſſus eſt nõ habet legitimã perſonam ſtandi in iudicio, velut quia minor abſque curatore ſaltem in litẽ, iuxta reg.l.in vniuerſis. C. qui dare tutores,l.2.& 3.C.qui legitimã. Ratio in promptu eſt ex proximè dictis, quia ſicut proceſſus,ita & confeſsio, non valebit tunc,ex defectu perſonæ per eadẽ iura,vt voluerunt Menoch. de arbitrarijs caſu 268.â n. 2. Felin. vbi ſupra,limitat.9.Maſcard.n.8. Rolãd. àValle poſt plures alios conſ.31.à n. 8.lib.1.poſt communem ſcholam in l.certum,§.vlt.ff.de confeſsis, & iubat reg.l.ſi filius.20.ff. de interrogatorijs actionibus,quæ ſic intelligenda eſt:vbi Papinianus in effectu docuit,inter quos non valet iuditium, nec confeſsionem valere, qui intelligi debet de iudicio inualido, non ex defectu ſolemnitatis,ſed ex defectu iuriſdictionis,ſeu iudicis omnino incompetẽtis, vel ex defectu perſonæ litigantis.

42 Quod ſi adhuc obijcias, illum qui aliàs non erat,fieri competentẽ iudicẽ,per partis confeſsionẽ,non difficilè reſpondebo, id intelligendũ eſſe, vbi iudex nõ proponitur omninò incõpetens,& prohibitus,qninimò talis,quẽ confeſſus,& ſe ſubiiciens ſuũ poſsit iudicẽ conſtituere, iuxta d. c. ſignificaſti de foro cõpetenti, & d.l. 1.& 2.ff.de iudicijs, tunc enim ſufficit cõfeſsio,per quã confeſſus cõſentit,& prorrogat, vt rectè docuit Angel.in l.1.ff.de confeſsis,plures relati per Beroium.n.39.in dict.cap.at ſi clerici, reſoluit Philipp.Dec. d.n.3. verſ.*ſed aduertendum*, vbi verò iudex incompetẽs fuiſſet omninò, nec per partis confeſsionem, nec vlla ratione potuiſſet prorrogari, vt ſuperius abundè à nobis probatum eſt.

43 Denique nõ obſtat tacta ſuperius difficultas ex d.c.multi. 2. q. 1. dum generaliter aſſerit nõ eſſe quemquã prohibendum à communione, niſi in ſæculari,vel Eccleſiaſtico iudicio cõfeſſus,aut cõuictus fuerit: etenim ille text.non eſt ita accipiẽdus, quaſi nihil interſit,an quis in ſæculari, vel Eccleſiaſtico iudicio fuerit cõfeſſus, aut conuictus,vt puniri poſsit ex cõuictione,aut cõfeſsione, ſed reducẽdus ſit,ad terminos habiles,vt ita loquatur de cõfeſſo,vel cõuicto in iudicio ſæculari cõpetenti,& legitimo reſpectu cõfitentis,ſeu cõuicti in eodẽ:habemus enim vulgarem doctrinã gloſſæ receptę in l.1.C.de ſacroſ. Eccleſ.& in cap.1. de conſtitut. qua docemur iura,quæ dicunt unumquẽque ſublimioribusPoteſtatibus ſubijci debere, reducenda fore ad terminos habiles, vt Eccleſiaſticus iudici Eccleſiaſtico ſubijciatur,& ſęcularis ſęculari:in qua ſpecie ſicut ſentẽtia prolata â iudice ſæculari,vbi ad eum ſpectat cognitio, & ita competens eſt, parit exceptionem rei-

iudicatę,

iudicatæ, ſi opponatur apud Eccleſiaſticum, c. vlt. de exception. in 6. ita etiã confeſsio, probatio, & acta, apud ſæcularem competentem, vbi ad eũ cognitio pertinet fidẽ faciunt, apud Eccleſiaſticum, ita vt ex eiſdem ſi oportuerit, poſsit confeſſus, vel conuictus, à communione repelli, per eũdem Eccleſiaſticum, iuxta dict. cap. multi.

44 Ex qua non ineleganti conſideratione interpretabar meis auditorib⁹, & extendebã Bonifacij ſententiã, in d. c. fin. de except. in 6. verſ. *ſimiliter*, aientis Eccleſiaſticos iudices, ſi corã ipſis excipiatur de re per ſæcularẽ iudicẽ iudicata, exceptionẽ ipſam admittere debere, vt procedat etiam in confeſsione, & actis apud ſæcularem cõpetentẽ habitis, nõ obſtãte cõmuni ſententia, cuius ſuperius mentionẽ fecimus, quæ docet acta apud ſæcularem iudicem, non facere fidem, apud Eccleſiaſticũ: quæ vt ſæpè à nobis repetitũ eſt, dũtaxat locũ habet in illis caſibus, in quib⁹ ſæcularis omninò incõpetens, & prohibitus eſt, non verò vbi competens, vt in dict. cap. multi, & in ſpecie text. in d. cap. fin. de exception. lib. 6. ſic voluerunt in effectu, Auguſt. Beroius in d. c. at ſi clerici à n. 111. Philipp. Dec. n. 14. cum ſeqq. poſt Abbatẽ. n. 12. nec nõ & plures alij relati per Maſcardũ, cõclu. 33. n. 24.

45 In ſumma ergo d. c. multi. relictis alijs intellectibus, & ommiſsis pluribus, quæ ad illius materiã exornãdã, tradunt gloſ. verb. *ſæculari*, & Doctores illic Abb. à n. 11. in fin. & additio ad eundẽ n. 13. littera C. & poſt multos Dec. à n. 14. & Beroius vbi proximé, ſic accipiendum eſt, vt ſpeciatim non agat, de clerico cõfitente, vel cõuicto in iudicio ſæculari, aut Eccleſiaſtico, ſed generaliter prohibeat, quẽquam à cõmunione repelli, niſi in ſæculari, vel Eccleſiaſtico iudicio confeſſus, aut cõuictus fuerit, ſingula ſingulis referendo, iuxta interpretationẽ, quam nuper amplexi ſuimus.

46 Ex quibus ian manet libera ab omni (vt credimus) impugnatione doctrina, quã meritò ſuperius magis probauimus: clericum, ſeu aliàs exemptũ apud ſæcularẽ iudicem, vel Eccleſiaſticũ non ſuum confeſſum, vel cõuictũ, non eſſe ex tali cõfeſsione, vel cõuictione, vllatenus à ſuo iudice puniendũ. Vſqueadeò, vt dũ iudex ſæcularis, vel Eccleſiaſticus non ſuus, clericum, ſeu aliàs exemptum delinquentem ad Eccleſiaſticum, vel iudicem proprium remittunt, proceſſus, & acta, quę contra illum habita ſunt, nullatenus valeant, nec Eccleſiaſticus eadem admittere, aut illis ſtare debeat, iuxta communem interpretum traditionem in dict. cap. at ſi clerici. in princip. & adducta per Felinum, Decium, Angelum, Iuliũ Clarũ, & alios quorũ ſupra meminimus.

47 Quã doctrinã, & reſolutionẽ procedere tã in ciuilibus, quã in criminalibus cauſis manifeſti iuris eſt, ita vt etſi clericus, ſeu aliàs exẽptus, cõuincatur, vel confiteatur, in cauſa ciuili, corã ſæculari, vel Eccleſiaſtico non ſuo, ex tali cõuictione, vel confeſsione neutiquã condemnari poſſit, quippè etiã in ciuilibus ſæcularis omninò incõpetens eſt, & prohibitus reſpectu clerici, ſimiliterque Eccleſiaſticus non ſuus, vndè eadẽ ratio, quæ procedit in negotijs criminalibus, viget etiam extra cauſas criminales, vt liquidò conſtat ex ratione quam aſsignauit Pontifex in d. c. at ſi clerici.

48 Quod ſi lector ingenioſè obijciat, inferri ex hoc, perperam in allegato capite at ſi clerici. mentionem fieri expreſſe de cauſis criminalibus in principali deciſsione

Facilè reſpondebis, ita factum fuiſſe,quia in his maior aderat dubitandi ratio, & ita,dum Pontifex in criminalib° decreuit,voluit euincere,â fortiori idem fore dicendum, in ciuilibus.Maior autem dubitatio in eo conſiſtit, quod in delictorum coertione ius publicum verſatur, ex reg. cap.ecce.24.quæſt.3.cap.vt famę.de ſentent. excommunicat. cum vulgaribus: vndè videbatur quomodocumque, & vbicumque claruiſſent, vel conſtitiſſet de delictis, ipſa fore punienda, quam maiorem dubitandi rationem,ſubſtulit Pontifex in in d.cap.at ſi clerici,decidens in criminalibus, in quibus verſaretur diffi cultas,vt omnes intelligerent,multo magis in ciuilibus deciſsionem illã locũ habituram.

49 Nec non & multo maiori ratione præfata reſolutio procedet,etiam inter laicos, in ſpiritualibus cauſis,ad Eccleſiaſticos iudices, tantummodò pertinentibus , de quibus ſæculares cognoſcere non poſſunt, cap. 2. de iudicijs,cap.tuam, de ordine cognitionum,& ita propter conuictionẽ, aut cõfeſsionem ſuper ſpiritualibus cauſis,à laicis coram ſæcularibus factam,ipſi laici non poterunt puniri, aut vllatenus condemnari, vt intendit Felin.in cap.cum ſit generale, n. 1.verſ.*non obſtat*,cum ſequentibus,de foro competenti,Albertin.de agnoſcendis aſſertionibus Catholicis. q. 25.num.56. Philippus Dec.in dict.c. 2.de iudicijs,num.24.verſ.2.Boſsius poſt Ioann.Andr. in practica. tit. de confeſsione,num.50. Siculus,ad Baldum,in l.quoties, ff.de iudicijs, Petrus de Ancharrano in reg.ea quę in 4.q.verſ.*poſtremo dixi*,de regul.iur.in 6.qui omnes vnanimi conſenſu fatẽtur,procedere reſolutionẽ præfatã, etiã vbi ſæcularis apud ſeculare iudicem conuincitur,vel fatetur in cauſa ſpirituali,vel Eccleſiaſtica,ad Eccleſiaſticum iudicem tantummodò pertinente,de qua ſæcularis cognoſcere non poteſt,vt in ſpecie d.c.tuã, & d.c.decernimus.

50 Conſtat ſi memineris in iure noſtro efficax argumentum eſſe,de perſonis ad res,vel cauſas,l.ſi quis inquilinos, §. ſi ita legatum , de legatis 1. cum alijs,tradit Euerard.loco.84.ac ſubindè paria eſſe, iudicem ſæculare eſſe omninò incompetẽtem, quo ad perſonas clericorum , ac quo ad res, vel cauſas laicorum:quo fit, vt ſicuti iudex laicus omninò incõpetens eſt, & prohibitus cognoſcere de cauſis clericorum,& eorũ perſonis,ita etiã ad cognoſcendũ de cauſis ſpiritualibus,ſeu Eccleſiaſticis,inter laicos:ac ſubindè acta circa cauſam Eccleſiaſticã,coram ſæculari nullius momenti erunt,quãdoquidẽ meus,& ratio Põtificis,in d.c. at ſi clerici, non magis locũ habet,vbi clericus apud ſæcularẽ conuincitur,vel cõfitetur,quã vbi laicus in cauſa ad Eccleſiaſticũ iudicẽ pertinente,quia etiam in hac,ſæcularis eſt omninò incompetens,& prohibitus contra laicũ,& perindè ac in illa,verificantur verba,d.c.at ſi clerici,ibi,*ſicut ſententia à non ſuo iudice lata non tenet,&c.*

51 Vndè nõ ſemel in diſputãdo adijciebã,in ſpecie,d.c.tuã,& ſimiliũ iuriũ,iudicẽ ſæcularẽ in cauſa Eccleſiaſtica apud ipſum incidente,minimẽ poſſe interrogare partem , & multo minus ea cõfitente iudicare in ordine ad cauſam principalẽ,de qua ſæcularis cognoſcere poteſt,lapſosq; fuiſſe Mantuã dialog.42. Capitiũ deciſ. 7.n.4.Felin.& Dec.vbi ſupra cõmunẽ,ex Nauarro in c.cum cõtingat de reſcript.remed.1.verſ.*quinto facit*,Baldũ in d.l. quoties.num.4. Alexandr. numero 8.Vincentium 2. in l. Titia. ff.ſoluto matrimonio,qui Doctores,

Spe-

Speculatorem ſequuti tit. de recõuẽtione, §.2.n.2. exiſtimarunt poſſe vti que ſęcularẽ iudicẽ in cauſa Eccleſiaſtica apud ipſum incidẽte partẽ interrogare, & ea confitente iudicare in ordine ad cauſam principalẽ, quę doctrina quam falſa ſit clarius patebit ex ſupradictis, quam vt vlla confutatione indigeat.

52 Denique pro coronide, & cõplemẽto ſupradictorũ, admonere oportebit, omnia, & ſingula, quæ tradidimus locũ habitura nõ tantũ in clericis in ſacris, verũ etiã in minoribus, & prima tõſura, dũ modo fori priuilegio gaudeãt: apertũ nãque eſt etiam prima tõſura tantum initiatos, clericos eſſe, c. cũ non ab homine, ibi: *in quocumque ordine*, & ibi, *cuiuſcũque ordinis*, de iudicijs, text. vbi gloſ. verb. *clericos*, & cõmunis in c. 1. de clericis cõiugatis. lib. 6. c. 2. de for. cõpet. c. cleros. 21. diſt. tradunt Couar. pract. 31. & ſeqq. Albertus Trocius de vero & perfecto clerico. lib. 1. c. 5. n. 2. Petr⁹ Dueñas reg. 99. ampliat. 2. Clarus in praxi. §. vlt. q. 36. à n. 8. anteceſſor noſter Ignatius de Salcedo ad Bernardũ in practica. c. 62. à n. 9. Vndè conſequens eſt in illis caſibus, in quibus cognitio tantũ pertinet ad iudicẽ Eccleſiaſticũ, clericos etiã in minorib⁹, & prima tõſura, nõ poſſe cõueniri corã ſæculari, ac proindè, nec per confeſsionem, aut cõuictionem corã ſæculari eos condemnari poſſe.

53 Expediet tamẽ doctrinã hanc limitare, ex traditis per eundẽ Salcedo, vbi proximè, & ex Tridentini Decreto ſeſ. 23. de reformatione. cap. 6. nec nõ, & ex vulgata. l. Regia, quibus in locis nõnullæ conditiones requirũtur, vt clerici in minoribus fori priuilegio gaudere poſsint, & vtrũ penſionẽ, vel præſtimoniũ obtinẽtes ſtãte prædicto Tridentini Decreto, ac dictę l. Regiæ deciſ. fori priuilegio gaudeãt diſputat dictus Aditionator Bernardi in praxi (quã ſuã eſſe dixit) d. c. 62. à n. 9. cũ ſeqq. ad quem libenter lectorem remittimus.

54 Illud ad finem huius controuerſię admonentes, præfatam reſolutionẽ, & concluſionem, non ſic generaliter accipiendam, quin nonnumquã limitari debeat: etenim manifeſtum eſt, plures eſſe caſus in quibus clerici, item & ſcholaſtici, non habent clericale, ſeu ſcholaſticũ priuilegiũ, quo ad forũ, vt patet in ſcholaſticis ſe reſiſtentibus, & vi, atque armis impetũ facientibus aduerſus Regios ſæculares iudices, qui quidem ex peculiari Catholicæ Maieſtatis Decreto, ipſo facto fori priuilegium ammittunt, & per ſæcularem puniendi ſunt: nec non in clericis ſic tradiderunt Caſaneus in conſuetudinibus Burgundię Rubr. 1. §. 5. gloſ. pen. à num. 38. Auferrius de poteſtate ſæculari ſuper Eccleſiaſticos, reg. 1. à prin. Additionator Bernardi in pract. c. 55. Iulius Clarus, §. vlt. q. 36. à num. 9. & ſunt iura expreſſa in cap. 1. de homicidio. lib. 6. cap. 1. de clericis coniugatis eodem lib. cap. fin. de vita & honeſtate clericorum, cap. perpẽdimus de ſententia excommunication: ſecundũ aliquorum intellectũ, & in motu proprio Pij V. Pont. Max. contra committentes infandum crimẽ, & in pleriſque alijs latè congeſtis per Auſſerriũ loco proximè citato, vbi enumerauit caſus 21. in quibus clerici fori priuilegio non gaudent.

55 Sanè in his, & ſimilibus, coacta iuris ratione fatendum erit, ſæcularem iudicem, contra clericum delinquẽtem, competentem eſſe: quia ſicut in his poteſt ſæcularis clericũ condemnare, & ſententia, vtpotè á ſuo iudice lata contra clericum valet, ita etiã tenebit confeſsio, & cõuictio apud eũdem iudicem: vt ſatis probat ſæpę

Digitized by Google

citatus text.in dict.cap.at ſi clerici.in princip. qui dum egit dumtaxat de clerico confitente,& conuicto apud iudicem ſęcularem non ſuum,ſed incompetentem,& prohibitum omninò,à quo clericus condemnari non poteſt,prout regulare eſt,c.2. de foro competenti,cap.cum non ab homine,cap.clerici. ibi, *de omni crimine*, de iudicijs,manifeſtè oſtendit cõtrarium fore dicendum, in illis caſibus in quibus contra eiuſmodi regulam ſæcularis non eſt incompetens, aut prohibitus,ſed potius competens,& ſuus contra clericum, & ſcholaſticũ, prout contingit in enumeratis exemplis, & in alijs quæ quotidiè ſimiliter poſſunt emergere, quippè ſupremo Principi integrum eſt, iuſta exiſtente cauſa priuilegia, quæ ſemel contulit auferre, ac per conſequens fori immunitatem.

Summaria ad Controuerſiam 27.

1 *AN clericorum ſcholaſticorum, ſeu aliás exemptorum confeſſiones factæ apud incompetentes valeant, vt extraiudiciales.*

2 *Referuntur Doctores,qui aſſerunt confeſſionem factam,coram iudice incõpetenti,ſeu aliás prohibito valere eo modo quo poteſt, & ſic tanquam extraiudicialem.*

3 *Vbi contrarium lege cautum non reperitur, non minorem vim habere debet confeſsio clerici, apud ſeculares iudices, quam facta in foro, vel domo aliqua abſque iudicio.*

4 *Ad aliquem actum comprobandum ſufficiunt ea quæ neceſſaria ſunt, licet ea quæ neceſsaria non erant eſſent adhibita,& non compareant.*

5 *Ea quæ fiunt coram iudice deliberatè præſumuntur, & magis aliena ab omni metu fraude,& ſimilibus,quæ apud iudices ceſsare præſumuntur.*

6 *Sunt qui affirment confeſsionem clerici coram laico non habere vim extraiudicialis, & ex illa non poſſe inſurgere ſigna, aut indicia, ex quibus inſimul cum alijs plena apud Eccleſiaſticum efficiatur probatio.*

7 *Referuntur authores antiqui,& neoterici, qui præfatam ſententiam defendunt.*

8 *Diſcrimen eſt inter confeſsionem factam à quocumque laico, apud ſeculares omninò incompetentem,& prohibitum ex vna parte, & inter confeſsionem factam à clerico,apud ſæculares,& ab eodem apud Eccleſiaſticum nõ ſuum ſine proprij Dioceſani licentia.*

9 *Expenditur cap.at ſi clerici. in principio in confirmationem præfatæ diffferentiæ.*

10 *Confirmatur rurſus dicta ſententia, ex iuribus negantibus ob talem confeſsionem clericos aliqua ſententia condemnari poſſe, & iterum expenditur textus in c.at ſi clerici. in principio.*

11 *Omnem omninò condemnationem Romani Pontifices prædictæ confeſsioni denegarunt.*

12 *Verius eſt clerici, vel aliás exemptẽ confeſsionem valere,vt extraiudicialem, & quoſcumque confeſsionis extraiudicialis effectus operari.*

13 Pontifex in dict. cap. *at ſi clerici. in principio*, nihil ſpeciale conſtituit in odium iudicum ſæcularium,quinimó ſecũdum rigorem iuris decreuit.

14 Expenditur deindè ratio,quam reddit Pontifex ibidem,quæ manifeſtè pro-

bat

bat id ipſum, quod textus decidit eſſe iuris antiqui, & certiſsimi, & generaliter abſque vlla iudicum differentia procedere.

15 Expenditur & inducitur textus in dict. cap. at ſi clerici, verſ. propter hoc, ad probandum cõfeſsionem coram incompetenti factam ſortiri poſſe alios effectus, qui iudiciales nõ ſint.

16 Iterum atque iterum ponderãtur verba dict. cap. at ſi clerici, quorum germanus intellectus aſsignatur, vt dũ aſſeritur clericum ob confeſsionem factam coram laico, nullatenus condemnandum eſſe, id intelligendum ſit de diffinitiua ſententia, non de interloquutoria, nec quod excluſi remanſerint effectus extraindiciales ipſius confeſsionis.

17 Dum iudex per interloquutoriam delinquentem extraiudicialiter cõfeſſum queſtionibus ſubijcit, vel aliás tendit ad perfitiendam probationẽ, nullatenus nec aliqua ſententia delinquentem condemnat.

18 Sola dicta confeſsio coram incompetenti facta, non eſt cauſa, etiam remota, ob quam clerici poſsint, etiam inchoato nouo proceſſu, apud proprium Epiſcopum aliquatenus condemnari.

19 Confeſsio clerici coram laico facta, licet non totalis cauſa, poterit tamẽ eſſe partialis, & concauſa condemnationis.

20 Verum talis cõfeſsio eum vim habeat, vt clericus interrogatus poſtea à proprio Epiſcopo non poſsit variare.

21 Referuntur Doctores aſſerentes, clericum, apud ſecularem confeſſum variare non poſſe, aut negare, id quod apud ſecularem fuerat confeſſus, et niſi oſtendat errorem, vel aliam iuſtam cauſam cogi debere ratificare confeſsionem.

22 Limitatur regula quæ habet neminem audiri contra propriam confeſsionẽ, vt non procedat in titulo, C. de non numerata, nec ſi in confeſsione deficiat aliquid, ex his quæ ad illam neceſſaria ſunt.

23 Intelliguntur iura in l. generaliter in fine, C. de nonnumer. & in cap. pertuas de probat. & traditur confeſsionem iudicialem, vel extraiudicialem coram notario factam, nõ aliter vim habere, quam ſi á confitẽte ſubſcripta ſit, vel eo volente ſubſcribere ſolemnitas iuris intercueniat.

24 Non caret dubio, ſententia quæ docet clericum variare non poſſe, ſed tẽneri ratificare confeſsionem, coram ſeculari factam.

25 Dicta lex generaliter, & dict. c. pertuas. non euincunt clericum cogendum eſſe perſiſtere in confeſsione, aut eandem ratificare apud iudicem competentem.

26 Ratiocinatione oſtenditur nõ poſſe clericum cogi perſiſtere, & ratificare precedentem confeſsionem, coram incompetenti factam.

27 Conuincitur argumento demonſtratiuo, non poſſe clericum cogi perſiſtere in priori confeſsione, coram incõpetenti facta.

28 Eodem modo philoſophandum eſt de confeſsione, coram incompetenti facta, ac de extraiudiciali, libertumque eſt vnicuique confeſsionem extraiudicialem reuocare, & reuocata, nec faciet indirectũ ad torturam, nec ineptè faciet aduocatus ſi conſilium præſtiterit clientulo, vt reuocet talem confeſsionem, dummodo id, & prædicta omnia cum bona conſcientia fieri poſsint.

CONTROVERSIA 27.

An præcedens clerici confeſsio apud ſæcularem, poſsit eſſe partialis cauſa inſimul cum alijs poſtea interuenientibus, ex quibus apud proprium Epiſcopum condemnatio ſequatur,& an à ſuo proprio iudice interrogatus poſsit variare, aut negare, id quod apud ſæcularem fuerat confeſſus.

1 DIxi in ſuperiori controuerſia,clerici, ſeu aliàs exempti cõfeſsionẽ, coram incõpetenti factam, nullatenus habere vim, aut efectum aliquem iudicialis cõfeſsionis: reſtat inueſtigare, vtrum vſqueadeò non valeat talis confeſsio, vt nec etiam habere poſsit vim extraiudicialis, ita vt ex illa non poſsint inditia inſurgere,ex quibus apud Eccleſiaſticũ iudicem, plena in ſimul cũ alijs efficiatur probatio, aut clericus confeſſus quæſtionibus, ſeu tormentis ſubijciatur, aut canonicam purgationem ſubire cogatur:& eadem inueſtigatio erit de ſcholaſticis, vel aliâs exemptis: an confeſsiones eorum factæ apud incompetentes, valeant vt extraiudiciales,ita vt ſic cõfitentes non poſsint ſine cauſa, & temerè reuocare confeſsionem,quam ſemel fecerũt apud iudicẽ incõpetẽtẽ,imò cogẽdi ſint perſiſtere,aut eãdẽ ratificare apud competentem.

2 Planè generalis in hac parte,& probabilior traditio eſt,confeſsionẽ factam coram iudice incompetẽti, ſeu aliàs prohibito,valere eo modo quo poteſt, & ſic tanquam extraiudicialem,& quo ad eius effectus:vt tenuerunt plures relati per Maſcardũ, concluſ.355.n.1.Viuius lib.commun. in verb.*confeſsio facta*,Cardinal.Aretin. & alij,quos ſequitur,& refert cõmunem dicens,Philip.Dec.n.17.verſ.*item alia*,in d.c.at ſi clerici. in princ. & poſt Ioann.Oroſcium,& alios agnoſcit Gratian.reg.382.num.15.Boſsius in practica tit.55.& ſeqq.& poſt Boerium,Auferrium,& alios communẽ, & magis communem in praxique receptam,teſtatur IuliusClarus in practica,§.vltim.q.21.num.34. qui omnes apertè tradiderũt, quod clerici, ſeu aliàs exempti confeſsio, valeat vt extraiudicialis,& quoſcumque cõfeſsionis extraiudicialis operetur efectus.

3 Cuius rei elegans,& potiſsima ratio eſt,quod vbi cõtrariũ lege cautũ non reperitur,nõ minorẽ vim habere debet cõfeſsio clerici apud ſęculares iudices,& in iudicio ſęculari,quã facta apud quoſcũque alios ſæculares,nõ iudices,& in foro, vel domo aliqua abſque iudicio: igitur quẽadmodũ ſi quis cõfiteatur corã priuatis perſonis,dubiũ non eſt,quin eius cõfeſsio,quã plures producat effectus extraiudicialis cõfeſsionis, ſic facta coram iudice ſæculari,&c.

4 Etenim ſi ad extraiudicialem clerici cõfeſsionẽ, iudex aliquis nõ requiritur,ſi is interueniat vitioſ' incõpetens,

Digitized by Google

petens,& qualis esse non debuit,& ita sæcularis,confessio eiusmodi vitiari non debet,ex vulgata.reg.l.1.in princ.C. de rei vxoriæ actione cum similibus,quemadmodũ aliâs si quis maiorem numerum testium,quã qui requiritur in testamento adijciat,& postea nomen alicuius testis deleatur, proculdubio testamentum non vitiabitur,ex eleganti doctrina Iuliani I.C. in l.cum tabulę 7.ff.de bonorum possessione secundum tabulas, vbi docuit ad aliquem actum comprobandum sufficere ea quæ necessaria sunt: licet ea quæ necessaria nõ erant essent adhibita,& non compareant: quo fit vt nihil interfit, quod confessio facta fuerit, coram iudice incompetenti,& prohibito, quominus omnes & singulos, extraiudicialis effectus,debeat,& possit producere.

5 Præsertim si consideres maiorem quidem versari rationem,vt confessio clerici effectus omnes extraiudicialis debeat sortiri,quã si fieret coram priuatis personis, cum ea quæ fiunt coram iudice deliberata præsumantur,& magis aliena ab omni metu,fraude,& similibus,quæ apud iudices cessare præsumuntur,argumẽto.l.1.C.de prędijs decurionum,lib. 10.ibi, *ita enim fiet, vt nec immoderatus venditor,nec emptor cuiuscunque sit conditionis inueniatur iniustus.*

6 Verũ cũ in hoc nostro de legibus & constitutionibus Principũ tractatu(quẽ per controuersias scribimus) nihil statuendum sit sine lite & controuersia, non desunt etiam in proposito,grauissimi viri, qui constanter defendãt, vsqueadeò clerici, seu aliàs exempti confessionem factã coram incompetenti nõ valere, vt nec etiam habeat vim,aut effectus extraiuditialis confessionis:& ex illa non possint insurgere signa, aut inditia, ex quibus apud Ecclesiasticum iudicem,plena insimul cum alijs efficiatur probatio,aut clericus confessus, quæstionibus,seu tormentis subijciatur,aut cogatur canonicã purgationem subire.

7 Quam sententiam,superiori omninò contrariam defendunt plures practici,& nonnulli ex antiquis patribus relati per Iulium Clarũ in pract. §.vltim.quæst.21.num.34. Bernard. in pract.cap.125.num.7. in fin. Mascardus concl.355.num.5.post Iassonem in l.magistratus, ff. de iurisdict. omn.iudic.num.5. Abbatem in dict. cap.atsi clerici,num.14.Felinũ num. 5.Socinum num.74.ibidem,vbi etiã tenuit Augustin.Beroius num.38.in qua omnes conuenire,testatur Follerius vbi supra, & magis communẽ sententiam appellat Blancus,relatus per Iulium Clarũ loco citato,& pro ea multa adduxerunt Philip.Dec. in dict.cap.at si clerici.n. 17. & Socin. vbi proximè.

8 Præter quæ adducemus nos alia fundamenta non vulgaria, & considerabam,coacta iuris ratione fatendum esse,discrimen constituendum fore,inter confessionem factã à quocumque laico, apud sæcularem omninò incompetentem, & prohibitũ, ex vna parte: & inter confessionem factam â clerico apud sæcularem, & ab eodem apud Ecclesiasticum non suum sine proprij Diæcesani licentia,iuxta cap.significasti de foro cõpet.ex alia: quod attinet ad propositum:vt ita cum confessio laici, apud sæcularem omninò incompetentẽ, quæ iure prohibente iudicialis esse non potest,valeat tamen,vt extraiudicialis, cuius producit effectus, ex traditis per Decium vbi supra, post Aretinum,& alios,vtique dicendum sit, clerici seu aliàs exempti confessionem, coram seculari factã, nullas om-

Digitized by Google

ōminò effectus sortiri, nec iudicialis, nec extraiudicialis confessionis, vt aliqua differentia sit inter præfata duo confessionum genera.

9 Quod si contendas (priorē sequutus sententiam) in hoc non esse discrimen constituendum inter laici, & clerici confessionem, factam coram incompetenti: iterum considera, absque dubio videri aliquid speciale statutum â Pontifice Maximo, in dict. cap. at si clerici in princ. in odium sæcularium iudicum, qui frequenter, & temerè super clericos iurisdictionē vsurpare præsumunt, cum nullā omnino habeant, cap. fin. in princip. de rebus Ecclesiæ, cap. 2. de foro compet. cui præsumptioni, seu potius temeritati, oportunè occurrere voluit, denegans, his clericorum confessionib⁹ omnes illos effectus, quos aliàs attento iure, extraindicialiter, & factè absque præsumptione, & vsurpatione eiusmodi, essent habituræ, vt sic firma sit, & vera dicta differentia, quæ nulla foret, si clerici confessio, effectus extraiudiciali confessioni adæquatos produceret.

10 Rursus si talis confessio, omnes, aut aliquos extraiudicialis effectus producere posset, offenderentur iura, passim negantia, ob talem confessionem, clericos, aut aliàs exemptos, aliquatenus, vel aliqua sententia cōdemnari posse: quādoquidem si per illam, sententia diffinitiua super crimine, aut interloquutoria, super tortura, purgatione, aut similib⁹, per Ecclesiasticum proferri posset, iam aliqua sententia, vel aliquatenus, clericus, seu aliâs exemptus condemnaretur, quod ipsimet iurium conditores constanter negarunt: maximè Romanus Pontifex in dict. cap. at si clerici. in princ. ibi, *non sunt propter hoc, &c.* vel vt habet alia littera, *aliqua sententia condemnandi*, quæ verba rectè perpensa, quis non videt apertè significare, confessionē huiusmodi nullum omninò habere iuris effectum, ita vt ex illa, nec inditia, nec semiplena probatio insurgere valeat, quæ apud proprium Episcopum, vel Dominum Rectorem Complutensem, (verbi gracia) integrari, & plenā probationē efficere possit: igitur de primo ad vltimum videtur fore affirmādum, confessionem clerici, vel aliàs exempti, coram laico factam, nec iudicialis, nec extraiudicialis effectum aliquem sortiri posse.

11 Accedit quod si effectus aliquis subsequi posset ex tali confessione, aut clericus torqueretur, purgationemvè canonicā cogeretur subire, seu generaliter aliqua insurgeret probatio apud Ecclesiasticum integranda, & perficienda, iam talis confessio licet non proxima, saltem tamen, remota causa foret alicuius cōdemnationis, quæ ex tormentis, & ex defectu purgationis, aut ex integrata probatione resultaret, quod nullo modo fatendum est, cum omnem omninò condemnationem Romani Pontifices prædictę confessioni negauerint.

12 Vndè quid in hac controuersia tenendum sit, iam diffinire oportebit, & procliuior quidem sum in priorē partem, imò quod clerici, vel aliàs exempti confessio valeat, vt extraiudicialis, & quoscumque confessionis extraiudicialis operetur effectus, vt quæ pro illa adduximus argumenta satis confirmant, magisque, ac magis confirmabitur eiusdem sententiæ veritas, ex resolutione difficultatum, quas pro hac posteriori cōtraria proximè attulimus.

13 Et ad priorem illam considerationem specialis odij iudicum sæcularium, intrepidè negandum est, Pontificem Maximum illius Decretalis cō-

ditorem

ditorem in d.cap.at si clerici in prin. nouum aliquid, aut speciale constituisse in odium iudicum secularium, quinimò potius asserendum, secundum rigorem iuris, & iuxta regulas bene fundatę, & antiquę iurisprudẽtiæ ibidem decreuisse, vt patet ex decisione, in qua nullum est verbum significans aliquid eiusmodi nouũ, aut odiosum.

14 Et suadetur præterea apertius, si attendamus ad rationem quam reddit text.ibi, *quia sicut sententia á non iudice lata non tenet, ita nec confessio corã ipso*, quæ manifestè probat id ipsum, quod text.decidit, iuris esse antiqui, & certissimi, & generaliter absque vlla iudicum differentia procedere, in quauis confessione facta, apud quẽcumque non suum, id est incompetẽtem omninò, vel prohibitum iudicẽ, siuè Ecclesiasticus, siuè sæcularis sit, absque vllo respectu ódij, non ergo nouũ aliquid, aut speciale in hac parte à Romanis Pontificibus constitutum est, nec aliqua assignata differẽtia, quod attinet ad producendos effectus extraiudicialis confessionis, inter confessionem laici, & clerici, seu aliâs exempti coram incompetẽti factam.

15 Nec obstat secunda difficultas, cui facillimè respondetur, confessionẽ clerici, quatenus facta apud sæcularẽ iudicem, & sic quo ad vim, & effectus iudiciales nullã omninò habere vim, nec vllũ effectũ iudicialẽ habere posse, & hoc negasse Pontificem Maximum in dict.cap. at si clerici, si expendas verba illa, *propter hoc*, iunctis præcedentibus, quasi dicat quod propter hoc, scilicet, *quod coram sæculari iudice confessi sunt, &c.* nullatenus condemnari possint: vbi aduertè cõsequenter minimè negasse Pontificem huic confessioni, de qua loquimur vim, & effectus illos, quos non propter hoc, quod apud sæcularem fuerit facta, sed propter aliud, & absquevllo respectu iudicis sæcularis cõfessio alibi, & corã quibusuis sæcularibus non iudicibus habere potest.

16 Sed obijcies refragari, adhuc illa verba, quæ nuper expendimus, *non sunt aliquatenus, vel aliqua sententia condemnandi*, quæ potius si cum ingenio perpendantur, magis iubant, quã cõtradicunt, si aduertamus non negare absolutè omnem vim, & effectũ, sed omnem condemnationem, vel omnem sententiam condemnatoriã, & sic diffinitiuam, per quam solam cõdemnatur quis, vel absoluitur l. 1. in fin.ff.de re iudicata. Est igitur sensus germanus, & verus illorum verborũ, *non sunt propter hoc aliquatenus, vel sententia aliqua condemnandi*, id est non sunt propter hoc criminaliter, vel ciuiliter, grauiter, vel leuiter, & ad pœnam maiorem, vel minorem corporalem, vel pecuniariam condemnãdi, vt satis expressit Bonifacius Papa in cap.1.de clericis coniugatis, lib.6. vers.*præsenti*, dũ declarauit istiusmodi clericos coniugatos, pro commissis ab eis excessibus, vel delictis, trahi non posse criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium sęculare, nec ab ipsis sæcularibus iudicib' eos debere personaliter, vel etiam pecuniariter vlatenus condemnari: vbi satis denotauit Bonifacius denegata omni omninò cõdemnatione, ex confessione coram laico debere intelligi denegatam condemnationem criminalem, vel ciuilem grauem, vel leuem, & ad pœnam maiorem, vel minorẽ, corporalem, vel pecuniarum, nõ denegatos, aut interdictos effectus extraiudicialis confessionis: quod ipsũ pariter sensisse videtur Alex.III. in dict.cap.at si clerici.in princ. vers. *si verò*, dum statuit clericos corá Episcopo de criminibus in iure confessos,

ſos,ſeu legitima probatione conuictos,dũ modo ſint talia crimina propter quæ ſuſpendi debeant,vel deponi, non immerito â ſuis ordinibus, vel ab altaris miniſterio ſuſpendendos,aut perpetuo remouendos eſſe.

17 Planè dum iudex per interloquutoriam delinquentem extraiudicialiter confeſſum quæſtionibus ſubijcit,aut aliàs eidem purgationem indicit, vel ex indicijs, & ſemiplena probatione, ad eandem perficiendã tendit,nullatenus,nec aliqua ſententia delinquentẽ condemnat,ſed agit de veritate aſſequenda,& fide faciẽda,ac perconſequens ſemper erit verum,clericos nullatenus condemnari ex tali confeſsione,etſi maximè illa omnes & ſingulos confeſsionis extraiudicialis producat effectus.

18 Denique vltimum Abbatis, Felini,& aliorum grauiſsimorum patruũ argumentum, contra dictam priorẽ quam amplectimur ſententiam adductum,facilè diluitur , ex proximè dictis ſi rectè intelligãtur.Etenim iura manifeſtè docuerunt ſolam huiuſmodi confeſsionem, non eſſe cauſam,etiam remotam, ob quam clerici poſsint,etiam inchoato nouo iudicio & proceſſu,apud propriũ Epiſcopum aliquatenus condemnari, nũquam tamen negarunt, quod huiuſmodi confeſsiovim habeat,& effectus extraiudicialis confeſsionis.

19 Quod ſi dicas,vt inſtabamus in argumento,adhuc ex tali confeſsionẽ inſimul cum alijs poſteâ interueniẽtibus,apud propriũ Epiſcopum , vel iudicem competentem plenam effici probationem, & condemnationẽ ſequi,ita quod confeſsio prȩcedens, apud ſæcularem ſit concauſa talis cõdemnationis, facilè etiam reſpondebo, nihilominus non eſſe verum dicere,clericum, propter confeſsionẽ emiſſam coram laico ſimpliciter cõdemnari,quippè quæ, vt ſupponitur non fuit cauſa totalis,ſed partialis,& concauſa condemnationis:manet ergo iam firma,& libera ab omni impugnatione,noſtra ſententia,quę docet talem clerici confeſsionem valere,vt extraiudicialem,omnesque , & ſingulos cõfeſsionis extraiudicialis effectus,abſquedubiò operari.

20 Reſtat vt ſecundæ parti propoſitę initio controuerſiæ ſatisfaciamus,inquirentes,vtrum retẽto eodem themate,talis confeſsio in eo,etiam vim habeat,quod clericꝰ poſteâ ab Epiſcopo, vel alio iudice competente interrogatus,non poſsit variare,aut negare, id quod apud fæcularem fuerat confeſſus,& ita cogatur perſiſtere,& ratificare prȩcedentem confeſsionem.

21 In qua dubitatione ſtatim ſe ſe offert elegans deciſio text.in l. generaliter in fin.C.de nonnumerata pecunia,& in cap.per tuas,ibi,*cum nimis indignum,&c.* de probation. ex quibus iuribus paſsim Doctores deducere conſueuerunt,neminem audiri contra propriam confeſsionem,tradit Lanfrancus in tract. de confeſsionibus,Albarus Bacz cõſultat. 33. lib. 1.Emanuel Coſta excellentis ingenij vir,in l.ſi ex cautione , limitat. 54 & pag.mihi 89. & paſsim alibi, antequos Innocentius in cap.per Inquiſitionem.de electione,quem ſequuntur Doctores ibi,& poſt Angelũ, Rodericus Suarez in l. poſt rem,notab. 3.num.2.cõmunis,ex Viuio,& alijs, quos refert Maſcard. de probation. concluſ.33.num.2.Rolandus â Valle conſ.31.n.18.lib.3.qui omnes aperte fatentur, clericum apud fæcularẽ confeſſum variare non poſſe, aut negare id,quod apud fæcularem fuerat confeſſus,& ita niſi oſtendat errorẽ, aut iuſtam aliam cauſam cogi debere ratificare prȩcedentem confeſsionem

nem in eademque persistere, ex reg. d.l.generaliter.13.vers. *nimis*, C. de non numerata, & dict. cap. per tuas, ibi, *cum nimis indignum, &c.* de probationib.

22 Quam tamen regulam restringere non grauabor, vt non procedat in titulo, C.de non numerata, vt latè per Costam vbi supra, Gomecium de contractibus, cap.6.à num.3. nec similiter locum habeat regula prædicta, in tit.C.de dote cauta, de quo latè per eundem Gomecium in l.50. Tauri, num.52. Albarum Baez consultatione 5. & 6. nec non limitari debere eandem regulam, si probetur in confessione deficere aliquid ex his, quæ ad illam necessaria sunt, de quibus per glos.1.in c.vlt. de confessis, & latè Mascard. concl.7. á numero 14.

23 Quo casu potius profecto ego dicerem, non infirmari confessionem ex negatione, aut testimonio proprio illius, qui antea confessus fuerat, de quo sermonem instituerunt iura in dict.l.generaliter, & in dict. cap.per tuas.sed ex probatione, quæ contra confessionem concludit. Præsertim si addas confessionem iudicialem, vel extraiudicialem, coram notario factam, non aliter vim habere, quam si à confitente subscripta sit, vel eo nolente subscribere, solemnitas illic præscripta interueniat.

24 Verumtamen, vt liberè dicam quod sentio, semper mihi visum fuit, dubio non carere, sententiam præfatam, quę docet, clericum postea ab Episcopo, vel alio iudice competente interrogatum, non posse variare, aut negare id, quod apud sæcularem fuerat confessus, & ita cogendum esse persistere, & ratificare præcedentem confessionem, nisi errorem ostendat, aut iustam aliam causam: quidquid eam constanter, & vnanimi consensu tueantur Innocentius, & Doctores communiter vbi supra, & post Angelum, Rodericus Suarez, Viuius, Mascard. & Rolandus à Valle nuper citati.

25 Etenim si verum amamus, licet negari non debeat, regulam, dict. l. generaliter, & dict.cap. per tuas. re vera euincere, non posse confitentem sine causa, & temerè reuocare confessionem, quam semel fecit, apud iudicem incompetentem, non tamen euincit illum esse cogendum persistere, aut eãdem ratificare, apud competentem.

26 Probatur eleganti ratiocinatione si cum ingenio discurrendo animaduertas, non ob aliam causam, nimis indignum vtroque iure censeri, vt quod quis propria voce fuerat confessus, neget, aut contradicat, quam quia nequit per reuocationem voluntariam, tollere vim, quam talis cõfessio habuit, tanquam facta apud incompetentem, quo circa cum ratione coniunctum, & copulatum est, & æquitati maximè congruit, vt semel confessus apud iudicem incompetentem, non cogatur vim nouam addere suæ confessioni, ipsamque iudicialem efficere, ratificando, apud Ecclesiasticum, igitur cogi non debet persistere, & ratificare præcedentem confessionem, etsi verum sit non posse taliter confitentem temere, & sine causa reuocare confessionem, quam semel fecit coram iudice incompetente.

27 Confirmatur efficaci ratione, sequeretur enim ex oppositio, si cogendus esset persistere, & ratificare confessionem, apud incompetentem factam, quod omnis confessio extraiudicialis nõ probato errore, vel causa reuocandi eam, sufficeret ad condemnationem, probo sequellam, quia

Digitized by Google

quia ſic extraiudicialiter confeſſus ſemper cogeretur apud competentem iudicem perſiſtere, & ratificare, ac per conſequens omnis extraiudicialis confeſsio eam vim haberet, & in effectu, non probato errore, vel cauſa reuocandi, ſufficeret ad condemnationem, quo nihil abſurdius dici poſſe, pluſquam liquido conſtat.

28 Quo diſcurſu vero pariter, & ſubtili retento, Innocentij, & aliorum reſolutionem proximè relatam, eatenus ipſe probandam cenſerem, dum loquuntur de huiuſmodi confeſsione facta per clericum apud ſecularem, quatenus eam admitterem, atque probarem in quauis alia confeſsione extraiudiciali, vt ſicuti licet quis nequit temerè, & ſine cauſa reuocare extraiudicialem confeſsionem, non tamen cogitur perſiſtere, & eandem ratificare, pariter etiã cogendus non ſit ratificare confeſsionem factam, apud incompetentem, eodemque modo philoſophan dum ſit de confeſsione coram incõpetenti facta, ac de extraiudiciali, iuxta ea quæ tradit Bald. in l. clarum C. de auctoritate prçſtanda, Siculus, Angelus, & alij, quos ſequitur Rolandus dict. num. 18. & poſt Boerium tradit Iulius Clarus vbi ſupra, num. 33. qui tũc demum aiunt confeſſum coram iudice incompetenti, cogendum eſſe perſeuerare in tali confeſsione, quando de tali confeſsione orta eſt ſuſpitio, vel infamia, aliàs ſecus, & caſu, quo non reuocauiſſet, teſte namque Boerio deciſ. 90. num. 9. liberum eſt vnicuique confeſsionem extaaiudicialem reuocare, & aſſerere ſe illam numquam feciſſe, ſicque reuocata confeſsio, nec facit indicium ad torturam: nec ineptè faciet aduocatus, ſi conſilium præſtiterit clientulo, vt reuocet confeſsionem extraiudicialiter factam, iuxta tradita per eundem Boerium loco citato, cui ego addo ſi modo id cum bona concientia fieri poſsit.

Summaria ad Controuerſiam 28.

1 *AN ſecularis de crimine clerici in eũ finem cognoſcere poſsit, vt clericum à teſtimonio repellat, non vt procedat contra illum.*

2 *Referuntur Doctores aſſerentes laicũ iudicem, nec per viam exceptionis, nec ad effectum dumtaxat repellendi clericum, poſſe de crimine clerici cognoſcere.*

3 *Omnis cauſa in qua agitur de crimine clerici, Eccleſiaſtica eſt, quæ ad Eccleſiaſticum omninò, & nullatenus ad iudicem laicum pertinet.*

4 *Teſtificandi actus, legitimus, & honorificus eſt, & ex contrario ignominioſum à teſtimonio repelli, præſertim ob crimen: & clerici arcendi ab eſſent, per voteſtatem laicam à teſtimonio ferendo.*

5 *Quando tractatur de repellendo clericũ à teſtimonio negotium illud, non cõtra clericum teſtem, ſed contra producentem agitatur.*

6 *Negari non poteſt, quin repulſio à teſtimonio, licet non ordinariam extraordinariam tamen, & qualemcumque pœnam inducat.*

7 *Fundamenta, & rationes in contrarium adductæ ſolum euincit talẽ teſtẽ clericũ nõ puniri pœna ordinaria, non tamen negant extraordinaria,*

pœna

pœna repulsionis á testimonio plectendum.

8 *Ponderatur text. in c. at si clerici, in princip. vt dum laicis interdixit omnino cognitionem de criminibus clericorum, instituerit sermonem, de illo crimine tantum, pro quo clericus apud ecclesiasticum ad pœnam condignam poterat condemnari.*

9 *Non licet constituere differentiam in proposito, inter crimina ecclesiastica, & quæcunque alia, & non potest inueniri, neque excogitari delictũ aliquod, quod ratione ipsius clerici committentis non sit ecclesiasticum, & laici contra clericũ de crimine, etiã per viã exceptionis obiecto iudicare non possunt, sed debent ad ecclesiasticum remittere.*

10 *Apud omnes in confesso est, laicum, non posse punire clericum qui falsò apud illum testificatur, quod efficax præstat argumentum, ne possit procedere cõtra clericũ ad effectũ, ne ei credatur, repellatur vé à testimonio.*

11 *Referuntur authores, asserentes laicũ cognoscere posse de falso testimonio clerici, ad solum effectum repellendi eum á testificando.*

12 *Absque vlla difficultate est, laicum cognoscere posse, an clericus falsum dixerit testimonium necne, ad effectum repellendi eum à testimonio.*

13 *Iura quæ interdixerunt clericos per laicos iudicari, intelligenda sunt, vt condemnari non possint ad pœnam, nec procedi cõtra ipsos clericos per laicam Potestatem.*

14 *Iudex laicus etiam ob crimen potest repellere clericum à testimonio, nec dicetur cognouisse de crimine clerici.*

15 *Controuersia de repellendo á testimonio, non est contra ipsum clericum, sed magis inter litigatores discutitur, nec examen testium super crimine obiecto per viam exceptionis, actus iurisdictionalis est.*

16 *Vulgare Philosophorum, & Iurisperitorũ dicterium,* qui remouet genus, remouet speciem.

17 *Opinio quæ habet causam super clerici repulsa, remittendam esse ad ecclesiasticum, vix ad effectum & praxim reduci posset.*

18 *Remittere talem causam super crimine clerici per viam exceptionis obiecto ad iudicem ecclesiasticum, & se interim abstinere ab illa particula causæ principalis, plus esset, quam dividere causæ continentiam.*

CONTROVERSIA 28.

Vtrum si coram sæculari de causa cognoscẽte, opponatur exceptio criminis contra clericum, qui illic in testem producitur, possit iudex sæcularis, cognoscere, de eiusmodi crimine per viam exceptionis, & an valeat confessio, & conuictio clerici, ad effectum, vt is per sæcularem à testimonio repellatur.

1 EXpedita res est, & sæpè à nobis in hoc tractatu decantata doctrina, sæcularem iudicem, nec principaliter, nec incidenter, etiam per viam exceptionis cognoscere posse de causa ecclesiastica, quãuis super ea (iuxta naturã exceptionis incidentis) non pronuntiet, sed

Digitized by Google

quia ſic extraiudicialiter confeſſus ſemper cogeretur apud competentem iudicem perſiſtere, & ratificare, ac per conſequens omnis extraiudicialis confeſsio eam vim haberet, & in effectu, non probato errore, vel cauſa reuocandi, ſufficeret ad condemnationem, quo nihil abſurdius dici poſſe, pluſquam liquido conſtat.

28 Quo diſcurſu vero pariter, & ſubtili retento, Innocentij, & aliorum reſolutionem proximè relatam, eatenus ipſe probandam cenſerem, dum loquuntur de huiuſmodi confeſsione facta per clericum apud ſecularem, quatenus eam admitterem, atque probarem in quauis alia confeſsione extraiudiciali, vt ſicuti licet quis nequit temerè, & ſine cauſa reuocare extraiudicialem confeſsionem, non tamen cogitur perſiſtere, & eandem ratificare, pariter etiã cogendus non ſit ratificare confeſsionem factam, apud incompetentem, eodemque modo philoſophan dum ſit de confeſsione coram incõpetenti facta, ac de extraiudiciali, iuxta ea quæ tradit Bald. in l. clarum. C. de auctoritate prçſtanda, Siculus, Angelus, & alij, quos ſequitur Rolandus dict. num. 18. & poſt Boerium tradit Iulius Clarus vbi ſupra, num. 33. qui tũc demum aiunt confeſſum coram iudice incompetenti, cogendum eſſe perſeuerare in tali confeſsione, quando de tali confeſsione orta eſt ſuſpitio, vel infamia, aliás ſecus, & caſu, quo non reuocauiſſet, teſte namque Boerio deciſ. 90. num. 9. liberum eſt vnicuique confeſsionem extaaiudicialem reuocare, & aſſerere ſe illam numquam feciſſe, ſicque reuocata confeſsio, nec facit indicium ad torturam: nec ineptè faciet aduocatus, ſi conſilium præſtiterit clientulo, vt reuocet confeſsionem extraiudicialiter factam, iuxta tradita per eundem Boerium loco citato, cui ego addo ſi modo id cum bona concientia fieri poſsit.

Summaria ad Controuerſiam 28.

1 *AN ſecularis de crimine clerici in eũ finem cognoſcere poſsit, vt clericum à teſtimonio repellat, non vt procedat contra illum.*

2 *Referuntur Doctores aſſerentes laicũ iudicem, nec per viam exceptionis, nec ad effectum dumtaxat repellendi clericum, poſſe de crimine clerici cognoſcere.*

3 *Omnis cauſa in qua agitur de crimine clerici, Eccleſiaſtica eſt, quæ ad Eccleſiaſticum omninò, & nullatenus ad iudicem laicum pertinet.*

4 *Teſtificandi actus, legitimus, & honorificus eſt, & ex contrario ignominioſum à teſtimonio repelli; præſertim ob crimen: & clerici arcendi nõ ſunt, per Poteſtatem laicam à teſtimonio ferendo.*

5 *Quando tractatur de repellendo clericũ á teſtimonio negotium illud, non cõtra clericum teſtem, ſed contra producentem agitatur.*

6 *Negari non poteſt, quin repulſio à teſtimonio, licet non ordinariam extraordinariam tamen, & qualem qualem pœnam inducat.*

7 *Fundamenta, & rationes in contrarium adductæ ſolum euincit talẽ teſtẽ clericũ nõ puniri pœna ordinaria, non tamen negant extraordinaria,*

pœna

pœna repulsionis á testimonio plectendum.

8 Ponderatur tex. in c. *at si clerici, in princip. vt dum laicis interdixit omnino cognitionem de criminibus clericorum, instituerit sermonem, de illo crimine tantum, pro quo clericus apud ecclesiasticum ad pœnam condignam poterat condemnari.*

9 *Non licet constituere differentiam in proposito, inter crimina ecclesiastica, & quæcunque alia, & non potest inueniri, neque excogitari delictũ aliquod, quod ratione ipsius clerici committentis non sit ecclesiasticum, & laici contra clericũ de crimine, etiã per viã exceptionis obiecto iudicare non possunt, sed debent ad ecclesiasticum remittere.*

10 *Apud omnes in confesso est, laicum, non posse punire clericum qui falsò apud illum testificatur, quod efficax præstat argumentum, ne possit procedere cõtra clericũ ad effectũ, ne ei credatur, repellatur vé à testimonio.*

11 *Referuntur authores, asserentes laicũ cognoscere posse de falso testimonio clerici, ad solum effectum repellendi eum á testificando.*

12 *Absque vlla difficultate est, laicum cognoscere posse, an clericus falsum dixerit testimonium necne, ad effectum repellendi eum à testimonio.*

13 *Iura quæ interdixerunt clericos per laicos iudicari, intelligenda sunt, vt condemnari non possint ad pœnam, nec procedi cõtra ipsos clericos per laicam Potestatem.*

14 *Iudex laicus etiam ob crimen potest repellere clericum à testimonio, nec dicetur cognouisse de crimine clerici.*

15 *Controuersia de repellendo á testimonio, non est contra ipsum clericum, sed magis inter litigatores discutitur, nec examen testium super crimine obiecto per viam exceptionis, actus iurisdictionalis est.*

16 *Vulgare Philosophorum, & Iurisperitorũ dictorium,* qui remouet genus, remouet speciem.

17 *Opinio quæ habet causam super clerici repulsa, remittendam esse ad ecclesiasticum, vix ad effectum & praxim reduci posset.*

18 *Remittere talem causam super crimine clerici per viam exceptionis obiecto ad iudicem ecclesiasticum, & se interim abstinere ab illa particula causæ principalis, plus esset, quam diuidere causæ continentiam.*

CONTROVERSIA 28.

Vtrum si coram sæculari de causa cognoscẽte, opponatur exceptio criminis contra clericum, qui illic in testem producitur, possit iudex sæcularis, cognoscere, de eiusmodi crimine per viam exceptionis, & an valeat confessio, & conuictio clerici, ad effectum, vt is per sæcularem à testimonio repellatur.

1 EXpedita res est, & sæpè à nobis in hoc tractatu decantata doctrina, sæcularem iudicem, nec principaliter, nec incidenter, etiam per viam exceptionis cognoscere posse de causa ecclesiastica, quãuis super ea (iuxta naturã exceptionis incidentis) non pronuntiet, sed

Digitized by Google

quia sic extraiudicialiter confessus semper cogeretur apud competentem iudicem persistere, & ratificare, ac per consequens omnis extraiudicialis confessio eam vim haberet, & in effectu, non probato errore, vel causa reuocandi, sufficeret ad condemnationem, quo nihil absurdius dici posse, plusquam liquido constat.

28 Quo discursu vero pariter, & subtili retento, Innocentij, & aliorum resolutionem proximè relatam, catenus ipse probandam censerem, dum loquuntur de huiusmodi confessione facta per clericum apud secularem, quatenus eam admitterem, atque probarem in quauis alia confessione extraiudiciali, vt sicuti licet quis nequit temerè, & sine causa reuocare extraiudicialem confessionem, non tamen cogitur persistere, & eandem ratificare, pariter etiã cogendus non sit ratificare confessionem factam, apud incompetentem, eodemque modo philosophandum sit de confessione coram incõpetenti facta, ac de extraiudiciali iuxta ea quæ tradit Bald. in l. clarum. C. de auctoritate prẽstanda, Siculus, Angelus, & alij, quos sequitur Rolandus dict. num. 18. & post Boerium tradit Iulius Clarus vbi supra, num. 33. qui tũc demum aiunt confessum coram iudice incompetenti, cogendum esse perseuerare in tali confessione, quando de tali confessione orta est suspitio, vel infamia, aliás secus, & casu, quo non reuocauisset, teste namque Boerio decis. 90. num. 9. liberum est vnicuique confessionem extaaiudicialem reuocare, & asserere se illam numquam feciſſe, sicque reuocata confessio, nec facit indicium ad torturam: nec ineptè faciet aduocatus, si consilium præstiterit clientulo, vt reuocet confessionem extraiudicialiter factam, iuxta tradita per eundem Boerium loco citato, cui ego addo si modo id cum bona concientia fieri possit.

Summaria ad Controuersiam 28.

1 *AN secularis de crimine clericũ in eũ finem cognoscere possit, vt clericum à testimonio repellat, non vt procedat contra illum.*

2 *Referuntur Doctores asserentes laicũ iudicem, nec per viam exceptionis, nec ad effectum dumtaxat repellendi clericum, posse de crimine clerici cognoscere.*

3 *Omnis causa in qua agitur de crimine clerici, Ecclesiastica est, quæ ad Ecclesiasticum omninò, & nullatenus ad iudicem laicum pertinet.*

4 *Testificandi actus, legitimus, & honorificus est, & ex contrario ignominiosum à testimonio repelli, præsertim ob crimen: & clerici arcendi ob sunt, per potestatem laicam à testimonio ferendo.*

5 *Quando tractatur de repellendo clericũ à testimonio vegetinus illud, non cõtra clericum testem, sed contra producentem agitatur.*

6 *Negari non potest, quin repulsio à testimonio, licet non ordinariam extraordinariam tamen, & qualemcumque pœnam inducat.*

7 *Fundamenta, & rationes in contrarium adductæ solum euincit talẽ testẽ clericũ nõ puniri pœna ordinaria, non tamen negant extraordinaria,*

pœna

pœna repulsionis á testimonio plectendum.

8 Ponderatur tex. in. c. *at si clerici, in princip. vt dum laicis interdixit omnino cognitionem de criminibus clericorum, instituerit sermonem, de illo crimine tantum, pro quo clericus apud ecclesiasticum ad pœnam condignam poterat condemnari.*

9 *Non licet constituere differentiam in proposito, inter crimina ecclesiastica, & quæcunque alia, & non potest inueniri, neque excogitari delictũ aliquod, quod ratione ipsius clerici committentis non sit ecclesiasticum, & laici contra clericũ de crimine, etiã per viã exceptionis obiecto indicare non possunt, sed debent ad ecclesiasticum remittere.*

10 *Apud omnes in confesso est, laicum, non posse punire clericum qui falsò apud illum testificatur, quod efficax præstat argumentum, ne possit procedere cõtra clericũ ad effectũ, ne ei credatur, repellatur vé à testimonio.*

11 *Referuntur authores, asserentes laicũ cognoscere posse de falso testimonio clerici, ad solum effectum repellendi eum á testificando.*

12 *Absque vlla difficultate est, laicum cognoscere posse, an clericus falsum dixerit testimonium necne, ad effectum repellendi eum à testimonio.*

13 *Iura quæ interdixerunt clericos per laicos iudicari, intelligenda sunt, vt condemnari non possint ad pœnam, nec procedi cõtra ipsos clericos per laicam Potestatem.*

14 *Index laicus etiam ob crimen potest repellere clericum à testimonio, nec dicetur cognouisse de crimine clerici.*

15 *Controuersia de repellendo á testimonio, non est contra ipsum clericum, sed magis inter litigatores discutitur, nec examen testium super crimine obiecto per viam exceptionis, actus iurisdictionalis est.*

16 *Vulgare Philosophorum, & Iurisperitorũ dictorium,* qui remouet genus, remouet speciem.

17 *Opinio quæ habet causam super clerici repulsa, remittendam esse ad ecclesiasticum, vix ad effectum & praxim reduci posset.*

18 *Remittere talem causam super crimine clerici per viam exceptionis obiecto ad iudicem ecclesiasticum, & se interim abstinere ab illa particula causæ principalis, plus esset, quam dimidere causæ continentiam.*

CONTROVERSIA 28.

Vtrum si coram sæculari de causa cognoscẽte, opponatur exceptio criminis contra clericum, qui illic in testem producitur, possit iudex sæcularis, cognoscere, de eiusmodi crimine per viam exceptionis, & an valeat confessio, & conuictio clerici, ad effectum, vt is per sæcularem à testimonio repellatur.

1 EXpedita res est, & sæpè à nobis in hoc tractatu decantata doctrina, sæcularem iudicem, nec principaliter, nec incidenter, etiam per viam exceptionis cognoscere posse de causa ecclesiastica, quãuis super ea (iuxta naturã exceptionis incidentis) non pronuntiet, sed

Digitized by Google

quia sic extraiudicialiter confessus semper cogeretur apud competentem iudicem perstere, & ratificare, ac per consequens omnis extraiudicialis confessio eam vim haberet, & in effectu, non probato errore, vel causa reuocandi, sufficeret ad condemnationem, quo nihil absurdius dici posse, plusquam liquido constat.

28 Quo discursu vero pariter, & subtili retento, Innocentij, & aliorum resolutionem proximè relatam, eatenus ipse probandam censerem, dum loquuntur de huiusmodi confessione facta per clericum apud secularem, quatenus eam admitterem, atque probarem in quauis alia confessione extraiudiciali, vt sicuti licet quis nequit temerè, & sine causa reuocare extraiudicialem confessionem, non tamen cogitur persistere, & eandem ratificare, pariter etiã cogendus non sit ratificare confessionem factam, apud incompetentem, eodemque modo philosophandum sit de confessione coram incõpetenti facta, ac de extraiudiciali, iuxta ea quæ tradit Bald. in l. clarum. C. de auctoritate prẽstanda, Siculus, Angelus, & alij, quos sequitur Rolandus dict. num. 18. & post Boerium tradit Iulius Clarus vbi supra, num. 33. qui tũc demum aiunt confessum coram iudice incompetenti, cogendum esse perseuerare in tali confessione, quando de tali confessione orta est suspitio, vel infamia, aliàs secus, & casu, quo non reuocauisset, teste namque Boerio decis. 90. num. 9. liberum est vnicuique confessionem extraiudicialem reuocare, & asserere se illam numquam fecisse, sicque reuocata confessio, nec facit indicium ad torturam: nec ineptè faciet aduocatus, si consilium prẽstiterit clientulo, vt reuocet confessionem extraiudicialiter factam, iuxta tradita per eundem Boerium loco citato, cui ego addo si modo id cum bona concientia fieri possit.

Summaria ad Controuersiam 28.

1 *AN secularis de crimine clerici in eũ finem cognoscere possit, vt clericum à testimonio repellat, non vt procedat contra illum.*

2 *Referuntur Doctores asserentes laicũ iudicem, nec per viam exceptionis, nec ad effectum dumtaxat repellendi clericum, posse de crimine clerici cognoscere.*

3 *Omnis causa in qua agitur de crimine clerici, Ecclesiastica est, quæ ad Ecclesiasticum omninò, & nullatenus ad iudicem laicum pertinet.*

4 *Testificandi actus, legitimus, & honorificus est, & ex contrario ignominiosum à testimonio repelli; præsertim ob crimen: & clerici arcendi ab eo sunt, per Potestatem laicam à testimonio ferendo.*

5 *Quando tractatur de repellendo clericũ à testimonio negotium illud, non cõtra clericum testem, sed contra producentem agitatur.*

6 *Negari non potest, quin repulsio à testimonio, licet non ordinariam extraordinariam tamen, & qualemcumque pœnam inducat.*

7 *Fundamenta, & rationes in contrarium adductæ solum euincũt talẽ testẽ clericũ nõ puniri pœna ordinaria, non tamen negant extraordinariam pœnam*

Digitized by Google

pœna repulsionis á testimonio plectendum.

8 *Ponderatur tex. in c. at si clerici, in princip. vt dum laicis interdixit omnimò cognitionem de criminibus clericorum, instituerit sermonem, de illo crimine tantum, pro quo clericus apud ecclesiasticum ad pœnam condignam posset condemnari.*

9 *Non licet constituere differentiam in proposito, inter crimina ecclesiastica, & quæcunque alia, & non potest inueniri, neque excogitari delictũ aliquod, quod ratione ipsius clerici committentis non sit ecclesiasticum, & laici contra clericũ de crimine, etiã per viã exceptionis obiecto iudicare non possunt, sed debent ad ecclesiasticum remittere.*

10 *Apud omnes in confesso est, laicum, non posse punire clericum qui falsò apud illum testificatur, quod efficax præstat argumentum, ne possit procedere cõtra clericũ ad effectũ, ne ei credatur, repellatur vé à testimonio.*

11 *Referuntur authores, asserentes laicũ cognoscere posse de falso testimonio clerici, ad solum effectum repellendi eum á testificando.*

12 *Absque vlla difficultate est, laicum cognoscere posse, an clericus falsum dixerit testimonium necne, ad effectum repellendi eum à testimonio.*

13 *Iura quæ interdixerunt clericos per laicos iudicari, intelligenda sunt, vt condemnari non possint ad pœnam, nec procedi cõtra ipsos clericos per laicam Potestatem.*

14 *Iudex laicus etiam ob crimen potest repellere clericum à testimonio, nec dicetur cognouisse de crimine clerici.*

15 *Controuersia de repellendo á testimonio, non est contra ipsum clericum, sed magis inter litigatores discutitur, nec examen testium super crimine obiecto per viam exceptionis, actus iurisdictionalis est.*

16 *Vulgare Philosophorum, & Iurisperitorũ dictum,* qui remouet genus, remouet speciem.

17 *Opinio quæ habet causam super clerici repulsa, remittendam esse ad ecclesiasticum, vix ad effectum & praxim reduci posset.*

18 *Remittere talem causam super crimine clerici per viam exceptionis obiecto ad iudicem ecclesiasticum, & se interim abstinere ab illa particula causæ principalis, plus esset, quam diuidere causæ continentiam.*

CONTROVERSIA 28.

Vtrum si coram sæculari de causa cognoscẽte, opponatur exceptio criminis contra clericum, qui illic in testem producitur, possit iudex sæcularis, cognoscere, de eiusmodi crimine per viam exceptionis, & an valeat confessio, & conuictio clerici, ad effectum, vt is per sæcularem à testimonio repellatur.

1 EXpedita res est, & sæpè à nobis in hoc tractatu decantata doctrina, sæcularem iudicem, nec principaliter, nec incidenter, etiam per viam exceptionis cognoscere posse de causa ecclesiastica, quãuis super ea (iuxta naturã exceptionis incidentis) non pronuntiet, sed

pœna repulsionis á testimonio plectendum.

8 Ponderatur tex. in. c. *at si clerici, in princip. vt dum laicis interdixit omnino cognitionem de criminibus clericorum, instituerit sermonem, de illo crimine tantum, pro quo clericus apud ecclesiasticum ad pœnam condignam poterat condemnari.*

9 *Non licet constituere differentiam in proposito, inter crimina ecclesiastica, & quæcumque alia, & non potest inueniri, neque excogitari delictũ aliquod, quod ratione ipsius clerici committentis non sit ecclesiasticum, & laici contra clericũ de crimine, etiã per viã exceptionis obiecto iudicare non possunt, sed debent ad ecclesiasticum remittere.*

10 *Apud omnes in confesso est, laicum, non posse punire clericum qui falsò apud illum testificatur, quod efficax præstat argumentum, ne possit procedere cõtra clericũ ad effectũ, ne ei credatur, repellatur vé à testimonio.*

11 *Referuntur authores, asserentes laicũ cognoscere posse de falso testimonio clerici, ad solum effectum repellendi eum á testificando.*

12 *Absque vlla difficultate est, laicum cognoscere posse, an clericus falsum dixerit testimonium necne, ad effectum repellendi eum à testimonio.*

13 *Iura quæ interdixerunt clericos per laicos iudicari, intelligenda sunt, vt condemnari non possint ad pœnam, nec procedi cõtra ipsos clericos per laicam Potestatem.*

14 *Iudex laicus etiam ob crimen potest repellere clericum à testimonio, nec dicetur cognouisse de crimine clerici.*

15 *Controuersia de repellendo á testimonio, non est contra ipsum clericum, sed magis inter litigatores discutitur, nec examen testium super crimine obiecto per viam exceptionis, actus iurisdictionalis est.*

16 *Vulgare Philosophorum, & Iurisperitorũ dictum,* qui remouet genus, remouet speciem.

17 *Opinio quæ habet causam super clerici repulsa, remittendam esse ad ecclesiasticum, vix ad effectum & praxim reduci posset.*

18 *Remittere talem causam super crimine clerici per viam exceptionis obiecto ad iudicem ecclesiasticum, & se interim abstinere ab illa particula causæ principalis, plus esset, quam dividere causæ continentiam.*

CONTROVERSIA 28.

Vtrum si coram sæculari de causa cognoscẽte, opponatur exceptio criminis contra clericum, qui illic in testem producitur, possit iudex sæcularis, cognoscere, de eiusmodi crimine per viam exceptionis, & an valeat confessio, & conuictio clerici, ad effectum, vt is per sæcularem à testimonio repellatur.

1 EXpedita res est, & sæpè à nobis in hoc tractatu decantata doctrina, sæcularem iudicem, nec principaliter, nec incidenter, etiam per viam exceptionis cognoscere posse de causa ecclesiastica, quãuis super ea (iuxta naturã exceptionis incidentis) non pronuntiet, sed

Digitized by Google

ſuper alia ſæculari, de qua principaliter agitur.l.1. C.de ordine iudiciorum, ibi, *quoniam non de ea &c.*capit. tuam,de ordine cognitionum: Verum cum propoſita controuerſia non inquirat, an ſæcularis valeat cognoſcere de crimine clerici, per viam exceptionis oppoſito,generaliter,& abſolutè loquendo, ſed ad eũ effectum dumtaxat, vt talis clericus per ſæcularem, à teſtimonio repellatur,quo caſu clericus teſtis, non videtur ad pœnam condemnari, nec negotium exceptionis eiuſmodi, agi contra teſtem, ſed magis contra illum,qui teſtẽ produxit,adhuc profectò controuerſum eſt, & eſſe poteſt,& ſub iudice lis erit,poſsit ne ſæcularis,in eum finem,de crimine clerici cognoſcere,vt clericum à teſtimonio repellat,nõ vt procedat contra illum.

2 In qua dubitatione, dum iam diu poſt longam meditationem tentare cœpiſſem,ſæculares iudices, nec de crimine per viam exceptionis, contra clericum teſtem poſſe cognoſcere, ſed neceſſario ad eccleſiaſticum, remiſsionem fieri debere: inueni Cardinalem Henrrichum,vulgo Hoſtienſem nuncupatum, & Antonium in cap.verum, de foro competenti,Ioannem Andrçam, in cap. at ſi clerici,in princip.num.21. de iudicijs, apertè exiſtimantes, nec per viam exceptionis, vt dictum eſt, ad effectum repellendi clericum à teſtimonio,laicum iudicem cognoſcere valere de crimine clerici.

3 Quorum ſentẽtia equidem apud me nunquã fundamẽto caruit,quippè ſcio, ſemperquè exploratum habui, omnem cauſam, in qua agitur de crimine clerici eccleſiaſticam eſſe, ſicque ad eccleſiaſticum omninò,& nullatenus ad ſæcularem iudicem pertinere,ex c.2.de foro cõpet. c. cum non ab homine. c. clerici. d. c.at ſi clerici, in princip.de iudicijs: quo fit, vt ſi ea per viam exceptionis incidat apud ſæcularem,non poterit is,etiam incidenter, de illa cognoſcere,ad effectum repellendi:ſem per enim verum eſſet, iudicem laicum de cauſa clerici, & perconſequens de negotio eccleſiaſtico cognouiſſe:quod nullatenus admittendum eſt.

4 Maximè ſi meminerimus,teſtificandi actum legitimum,& honorificum eſſe,& ex contrario ignominioſum à teſtimonio repelli, præſertim ob crimen,qua ratione Alexan.IIII. per cenſuram eccleſiaſticam iuſsit compellendos ſæculares iudices,repellere excommunicatos, ab agendo,patrocinando, & teſtificando in ſuis Curijs & iudicijs, quam repulſam in ipſorummet excommunicatorum dedecus, & ignominiam redundare manifeſtum eſt, & probant iura inferius ſpeciatim expendenda,in capit.1.de exceptionibus, ibi, *ordinaria pœna*, & ibi, *ſufficit ergo*, & in capit. 2. verſic. *quemadmodum*, ibi, *pœna ordinaria*, & ibi, *ſed eius dumtaxat*, de ordine cognitionum. l. moris. 9. in principio. ff. de pœnis. A quo honore, ſeu actu legitimo, & honorifico ſic teſtificandi, ne clerici arceantur per Poteſtatem laicam iuri, & rationi conſonum videtur, cum talis repulſa ſine aliquali cognitione criminis, à clerico commiſſi, contingere non valeat, quam cognitionem iudicibus laicis interdictam eſſe vniuerſa iura proclamant.

5 Nec vim præfati diſcurſus euitabit qui dixerit (quod ſuperius tetigimus) nempè iudicem laicum ſuper tali crimine non pronuntiare, nec condemnari clericum ad pœnã, quando laicus de eius delicto per viam

Digitized by Google

viam exceptionis quodãmodo cognoscit, imò negotium illud non contra clericum testem, sed contra producentẽ agitari, cuius interest principaliter, clericum testem admitti, aut repulsam pati: quæ in summa sunt rationes, & fundamenta, quæ possunt adduci aduersus hanc partem, quam modo stabilire contendimus.

6 Etenim negari non potest, quin repulsio â testimonio, licet non ordinariam, extraordinariam tamen, & qualem qualem pœnam inducat, dũ propter culpam repellitur quis ab actu legitimo, & honorifico testificandi, vt non obscurè significarunt iura proximè citata, præcipuè text. in dict. capit. 2. de ordine cognitionum, versic. *quemadmodum*, vbi Innocentius. III. Pontifex Maximus perspicuè docuit, q; si in modum exceptionis aliquod crimen testi obijciatur, vt repellatur â testimonio, & si crimen contra eum ciuiliter probatum fuerit, non ideò sibi pœnam ordinariam infligendam esse, sed eius dumtaxat testimonio non credendum: Et subdit ea ratione contingere, quoniam in ipsum accusatio non procedit, innuens atque significans, & si non ordinariam delicti pœnam, saltem extraordinariam, scilicet quod eius testimonio non credatur, ipsimet testi imponi, quotiescumque à testificando, seu à testimonio repellitur: necnon & Celestinus. III. Summus Ecclesiæ Præsul, idem sensisse videtur, dum expressè voluit, quod si de criminibus ad solam exceptionem obiectis, testes conuicti fuerint, siuè confessi, pœna ordinaria mulctari nõ debẽt, cum accusatio in ipsos secundum iuris ordinem non procedat. Vbi argumentando subiungit, sufficere quidẽ si præfati testes eodem themate retento â peribendo testimonio repellãtur, & cętera quæ sequũtur ad extremũ text. in d.c.1.de exceptionib. cuius verba ad illius calcem relata oportunè suo loco explicabimus: pariter ergo innuit, atque significat Celestinus, eum qui repellitur à testimonio, saltẽ extraordinaria pœna mulctari, ac perconsequens neutiquam asserere licere videtur, quod iudex laicus de crimine per viam exceptionis, nec ad effectum dumtaxat repellendi cum, â testificando, cõtra clericum testem, cognoscere valeat, quinimò necessariò ad ecclesiasticum fieri debere remissionem, vt Ioanni Andreę, Hostiensi, & Antonio supra relatis videbatur.

7 Fundamenta enim, & rationes in contrarium adductæ, scilicet quod laicus in specie proposita, nec pronuntiat, nec ipsummet negotium cõtra clericum testem, sed contra producentem agitatur, nec clericus in effectu condemnatur ad pœnam: solum euincunt talem testem non puniri pœna ordinaria, non tamen negant iura allegata, imò potius comminiscuntur, atque contendunt, extraordinaria pœna, repulsionis a testimonio, plectendum fore, & quoties repellitur plecti: igitur de primo ad vltimum iudex sæcularis de crimine contra clericum per viam exceptionis obiecto, nec ad effectum dumtaxat repellendi eum, â testimonio cognoscere valebit.

8 Quod si dicas Pontificium respõnsum in dicto capit. at si clerici, in principio, dum laicis interdixit omninò, cognitionem de criminibus clericorum, instituisse sermonem, de crimine tantum pro quo clericus apud iudicem ecclesiasticum, ad pœnam condignam poterat condemnari, vt ex illius textus seriè constat, ac propterea,

Digitized by Google

ſignificare videri ſæcularem iudicẽ, cognoſcere poſſe contra clericum, de illo crimine pro quo clericus ab eccleſiaſtico condemnari non poſſet ad pœnam, & conſequenter de his criminibus per viã exceptionis obiectis, & ad effectũ dumtaxat repellẽdi clericum à teſtimonio: Reſpondebo verum quidem eſſe iuxta ſubiectam materiam Pontificem Maximum in d.cap.at ſi clerici, tantum fuiſſe loquutum, de crimine, pro quo iudex eccleſiaſticus pœnam condignam, clerico imponere valeret, non tamen ideò dixit Pontifex integrum eſſe ſæcularibus, de illis criminibus cognoſcere, pro quibus clerici, à ſuis iudicibus eccleſiaſticis condemnari non poſſent ad pœnam: Verũ enim verò inficiari nullus poteſt, hoc pluribus alijs iuribus, interdictum eſſe, nempè quod ſæculares de clericorum cauſis, nec principaliter, neque incidenter, nec per viam exceptionis vllatenus cognoſcere poſsint: ſicque præcedens conſideratio, ex d.c.at ſi clerici, quantũuis ſubtilis, & ingenioſa impedimento non eſt, quominus procedat ſuperior reſolutio.

9 Minimèque licebit conſtituere differentiam in hac parte inter crimina eccleſiaſtica, & quęcumque alia, quam perperam nonnulli cõminiſcuntur, dicentes quod ſi crimen contra clericum per viam exceptionis obiectũ, eccleſiaſticum ſit, non licebit iudici laico, de illo cognoſcerè, nec ad effectum dumtaxat repellendi clericum à teſtificando, è contra ſi non ſit eccleſiaſticum, quaſi inueniri delictum aliquod, aut excogitari poſſet, quod ratione ipſius clerici committentis, non ſit eccleſiaſticum, & ad eccleſiaſticum omninò, & nullatenus ad ſæcularem iudicem ſpectans, quidquid Innocentius relatus per Abbatem in d.c.verũ.n.21. Hoſtienſis, Felinus, & Cardinalis ſtatim infra referendi, prædictam differentiam (ad hoc non aduertentes) inter crimina eccleſiaſtica, & quæcumque alia, abſque legitimo fundamento fuerint amplexi: ideòque liberè iã procedere videtur ſuperior ſententia quæ docet, ſæculares iudices contra clericũ de crimine, etiam per viam exceptionis obiecto iudicare non poſſe, ſed debere remittere ad eccleſiaſticum.

10 Accedit non dubium eſſe quod iudex laicus, nequeat punire clericum qui falsò apud illum teſtificatur, vt non ſemel in hoc tractatu memini me dixiſſe, & apud omnes in confeſſo eſt, atque id ex omnimodo iuriſdictionis defectu, quem patitur ipſemet iudex laicus, & ſi aliàs omnes iudices in vniuerſum, ob perjurium coram illis perpetratum ſoleant, & debeant iuriſdictionẽ ſortiri. Quæ pluſquam certa reſolutio, efficax profectò præſtat argumentum, pariter nec contra clericum etiam de crimine per viam exceptionis obiecto, aut ad effectũ tantum quod ei non credatur, laicum iudicem procedere poſſe.

11 Contrariam tamen ſententiam, id eſt iudicem laicum rectè procedere contra clericum, qui apud ipſum & in Tribunali ſæculari, in teſtem producitur, & obijcitur illi crimen, per viam exceptionis, ſolum vt repellatur à teſtimonio, & quod valeat confeſsio, & conuictio clerici, ad dictum dumtaxat effectum repellendi clericum, à teſtificando docuit in ſpecie Innocent. in cap. verum. de foro competenti, vbi Panormit. nu. 18. & 20. cum ſequentibus. Cardinal. & Felin. num. 5. verſic. *declara*, idem Abbas in cap. teſtimonium, de teſtibus, numero 16. & eſt de mente multo-

Digitized by Google

multorũ in l.nullum. C. de testibus, tradiderunt Ioann. Gutierrez lib.1. practic.quæst.24.num.2.Iulius Clarus.§.vltim.quæst.38.num.14.Dom. Couarr.practic.18.in fine, vnanimi consensu resoluentes,quod licet sæcularis nequeat punire clericum,qui falso apud illum testificatur,(vt paulò ante dicebamus) nihilominus & absque dubio possit cognoscere de eiusmodi falso testimonio ad effectum repellendi.

12 Quod ipsemet Domin. Couarru. adeò verũ esse existimauit, vt appellauerit commune omnium Doctorũ placitum,& absque vlla difficultate crediderit, iudicem laicum ad effectum pronuntiandi sententiam iustam,in ipsa principali causa, & lite, planè cognoscere posse, an clericus falsum dixerit testimonium necne, & super exceptione criminis,opposita contra clericum testem,ad effectum repellendi eundem à testimonio iudicare.

13 Ea vnica & præstanti ratione nifallor,quod clerici si propter aliquã rationem iudicari non valent per iudices laicos,maximè, quia talis cognitio omninò illis interdicta est, vt in cap.2.de iudicijs,cap. at si clerici, in princip.eodem titulo (quod intel lige vt condemnari non possint ad pœnam, nec procedi contra ipsos clericos per laicam potestatem) vndè cessante tali interdictione, seu omnimoda prohibitione,quæ cessat non instituto iudicio,nec præhabita causæ cognitione contra clericum, vtpotè quia vbi contra testem opponitur crimen per viam exceptionis, quamuis probetur, & testis repellatur non propterea condemnatur is ad pœnam,vt constat ex d.cap.1.de exception.d.vers.*quemadmodum*,consequens est rectè posse,& debere repelli clericum testem iussu laicorũ, neque ideò asserendũ esse,laicos iudices de criminibus clericorũ per viã exceptionis obiectis cognoscere. Et confirmatur, quia talis repulsio, nec nomen causæ cognitionis, seu iudicij meretur,cum nec præcesserit accusatio,aut denuntiatio, seu modus alter iudicium instituẽdi,causa autem ipsa principalis contra testem nullatenus agitetur, sed magis contra illum qui testem producit, vt docet glossa penult.in d.c. testimonium,vbi DD.glossa 2.in cap. constituimus. 3.q.5.glo.1. in fine, in cap. nihilominus. 3. quæst. 9. & probat text.in l. Lutius.21. in fine, ibi, *cum non oporteat &c.* ff.de his qui notãtur infamia.

14 Aliàs enim si talis repulsio sententia esset,aut iudicium,testes proculdubio quorum testimonium reprobatum esset, quasi ex falso testimonio inter infames haberentur, ex arguto Pauli l.C. discursu in d.l. Lutius,vbi ex eo respondit nihil proponi cur præfati testes infamium loco haberi debeant, quia nõ oportet ex sententia, siuè iusta,siuè iniusta,pro alio habita aliũ prægrauari,& glossa ibidẽ,verbo,*prægrauari*, rectè subiunxit,intelligendum esse Pauli responsum de pleno præiudicio, neutiquam tamen negandum, quin quale quale præiudicium dictis testibus, quorum testimonium reprobatum est inferatur, argumento textus in l.â sententia. ff. de appellationibus: sensit ergo Paulus testium repulsam ob falsum testimonium, vel aliam causam,nec iudicium, nec sententiam esse,& ob id infamium loco ipsos minimè censeri: quare nihil obstat quominus laicus clericum testem,etiã ob crimen â testificando repellat,nec dicetur aduersus illũ iurisdictionẽ exercere,aut de crimine cognoscere,talisq; repulsa minimè

comprehenditur ſub generali interdicto. c. decernimus, de iudicijs, & ſimilium iurium, quibus laicis iudicibus interdicitur omnis tractatus negotiorum eccleſiaſticorum, per viam iuriſdictionis: planè ſi clericũ repellere à teſtimonio etiam ob crimen, foret de crimine cognoſcere, & teſtes haberentur inter infames, quaſi ex falſo teſtimonio, vel alio delicto, & coacto iure præcedere deberet accuſatio, & plena cognitio cauſæ, quæ nullatenus interuenit circa teſtium repulſam.

15 Iura autem interdicẽtia laicis, ne eccleſiaſtica negotia tractare præſumant, tantum procedunt, vbi apud ſæculares iudices agitur contra clericum de crimine, pro quo reus ad pœnam competentem condemnandus eſt, non verò ſi agatur de quali quali ipſiusmet clerici præiudicio, quod non venit in conſiderationẽ, nec examen, ſeu inquiſitio talis criminis, per viam exceptionis contra clericum teſtem obiecti, actus iuriſdictionalis cenſebitur: adhuc enim controuerſia illa peculiaris circa repellendum teſtem á teſtificando, vel vt illi non credatur, non contra ipſum teſtem, ſed magis inter litigatores principales diſcutitur.

16 Vnde ceſſat labor prioris ſententiæ, ex eo ſolum contendentis laicũ non poſſe cognoſcere de crimine clerici per viam exceptionis obiecti, quia ſæculares iudices de cauſis clericorum, nec principaliter, nec incidenter tractare præſumere debẽt: certè talis cognitio ſuper repulſa clerici á teſtimonio, vel vt fides eius minuatur, cum nullatenus aduerſus clericum inſtituatur, nec principaliter, nec incidenter contra illum agitari dicetur. Etenim qui remouet genus, remouet ſpeciem, ex vulgari Philoſophorum, & Iuriſperitorum axiomatè, de quo per DD. in l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectigalis.

17 Quare ſecunda ſententia omniũ (& ſi quæ adduximus pro priori, nec inſubtiliter, nec indoctè excogitata ſint) in iudicando & conſulendo potius recipienda eſt, præſertim cum ſi rem attentè conſideremus, vix, ac ne vix quidem prior opinio ad effectũ, & praxim reduci poſsit, nec potuerit vnquam.

18 Libenter namque interrogarem ego, ſi iudex laicus peculiarem illã, ſeu partialem diſceptationem ſuper repulſa clerici ob crimen illi obiectum, ad iudicem eccleſiaſticum teneretur remittere, & ſe interim abſtinere ab illa particula cauſæ principalis, non nè plus eſſet quam diuidere cauſę continentiam, quandoquidem ſpectare deberet iudex laicus, an eccleſiaſticus iudicaſſet clericum commiſsiſſe crimen, vel repellendum á teſtimonio foret necne, vt negotium principale decideret? (quo quid abſurdius, aut periculoſius admitti poſsit non video) profectò ſummè difficilè ne dicam impoſsibile mihi videtur, dictam priorem ſententiam ad forenſem vſum accommodari; & opinio ſecunda quam amplectimur, & ſi in puncto iuris, & ſecundum ſtrictam diſputandi rationem difficultatem inuoluat, (quod non inficior) vtilior tamen & praxi accommodatior eſt: atq; ideò cum omnibus amplectenda, & in iudicijs practicãda erit, quo iure vtimur.

Summa-

Digitized by Google

Summaria ad Controuersiam 29.

1 *CONtinuatur præsens controuersia ad præcedentem, & proponitur titulus quæstionis.*

2 *Referuntur Doctores qui dicunt solũ Romanum Pontificem iuris ordine prætermisso, posse punire confessum incidenter, solã rei veritatẽ sequutus propter criminis atrocitatem.*

3 *Quamuis Papa in sententijs quas profert iuris ordinẽ regulariter seruare teneatur, quandoq; tamen iusta subsistente causa iuris ordinem prætermittit.*

4 *Duobus modis tractari possunt crimina in iudicio, vel principaliter, vel incidenter, & quænam sit vna, & altera cognitio.*

5 *Criminosis, seu excommunicatis licitum est per simplicem exceptionem crimen obijcere, vt accusatorem & testem repellant, non tamẽ illos accusare, vel denuntiare.*

6 *Cuilibet accusato excommunicato & criminoso integrum erit accusationẽ suam denuntiare, & accusare, si legitimus accusator sit, aut suam, vel suorum prosequatur iniuriam.*

7 *Nihil proderit si talis criminosus accusationem insimul, cum exceptione proponat, qui nõ debebit admitti, ne frans legi fiat: voluntaria criminis exceptio illa est, quæ proposita fuerit ab inimico, vel aliter suspecto ad impediendum aliquem actum.*

8 *Is qui denuntiat terminos defensionis manifestè excedit, & denuntiatio ad defensionem denuntiantis minimè pertinet, sed potius ad correctionẽ denũtiati ordinatur, nec debet admitti, nisi cælo charitatis fiat, & precedente correctione fraterna.*

9 *Adducitur text. in cap. 2. de confessis, ad probandum confessum crimen incidenter, sine nouo processu puniri posse, & debere, pœna ordinaria.*

10 *Mirandam resolutionem deduxerunt scribentes, ex cap. 2. de confessis, cõfessum crimen incidenter, absque alio processu ordinaria pœna posse mulctari.*

11 *Instruitur opposita sententia confessũ crimen in iudicio incidenter, quando causa contra eum non agitur, nullo modo posse per iudicem ordinariũ pœna ordinaria puniri, nisi nouum inchoauerit processum.*

12 *Obijcientes crimen incidenter nullam condemnationem petunt, sed tantum vt quis ab accusatione testimonio, aut electione repellatur.*

13 *Spoliatione in modum exceptionis tantum probata non est per hoc restitutio facienda, sicut cum delictum per vim exceptionis opponitur, dũtaxat vt quis repellatur á testimonio.*

14 *Vbi crimen per viam exceptionis obijcitur ciuile iudicium est, & pœna ordinaria locum non habet.*

15 *Contra illum qui se non defendit, nulla sequi potest condẽnatio, & vbi quis crimen confitetur, adhuc locus, & dilatio ei statui debet, vt se defendat qui propriam confessionem legitimis poterit excusare modis.*

16 *Reus qui crimen confessus est non est, statim condemnandus post confessionem, contra quam quidquid velit poterit allegare.*

17 *Vitæ suæ nemo dominus est, & neque confitendo poterit se pœnis corporalibus subijcere.*

18 *Quando terminus constituitur ei qui sponte delictum fassus est, iam aduersus illum nouum iudicium instituitur.*

19 *In criminalibus causis nullo modo*

Digitized by Google

confeſſus in iure pro indicato habetur.

20 In ciuilibus confeſſus in iure pro indicato habetur qui confitendo ſe defendere non vult.

21 Scribentes & communis ſchola, tunc demum dicunt confeſſum crimen incidenter abſque nouo proceſſu pœna ordinaria poſſe mulctari, ſi crimen quod incidenter confitetur cauſam principalem de qua diſceptatur contingat.

22 Proponũtur fundamenta quibus addicti Doctores voluerunt crimen incidenter obiectum, & confeſſum, ſi negotium principale contingat ordinaria pœna ſine nouo proceſſu mulctandum eſſe.

23 Credibile non eſt, ſi vera eſſet dicta ſententia, caruiſſe eam expreſſa vtriuſq; iuris authoritate, quã oportebat lege aliqua Cæſarea, vel Pontificia definiri.

24 Peculiaris cõſideratio ad probandũ cõmentitiã eſſe, & non benè fundatam differentiã inter crimina incidenter obiecta & probata quæ cõtingũt, vel non contingunt cauſam principalẽ.

25 In cap.2.de cõfeſſis, quod refertur in c.cũ ſuper.de cauſa poſſeſſionis, actũ non fuit, neque inſinuatũ quod crimen incidenter confeſſum contingeret cauſam principalem, vel non.

26 Cum principalis cauſa ciuilis eſt, etiã ſi crimen incidenter probatum, contingat cauſam principalem, confitentes tale crimen non puniuntur pœna ordinaria.

27 Authores dictæ ſententiæ exiſtimant procedere eã ſecũdũ iuris antiqui regulas, quorũ opinio cõfunditur ponderato rextu in d.c.2.de confeſſis.

28 Quando per exceptionẽ crimen obijcitur, nulla ſequi poteſt condemnatio ad pœnam ordinariam, vel extraordinariam, ſed tantũ repellitur is cui obijcitur á teſtimonio, accuſatione, vel confirmatione quam petit.

29 Conſtituitur differẽtia inter hoc, quod eſt obijci crimẽ incidẽter per viã exceptionis, aut per viã accuſationis.

30 Illud eſt ingenium, atque natura accuſationis quouis modo propoſitæ, vt petatur ordinaria condemnatio.

31 Interpretantur iura in cap.2. de ord. cogn. & in c.1.de except. vt diſtinguendũ ſit inter quæſtionẽ in modũ exceptionis obiectam ad inrẽtionem aduerſarij repellendã, & in modum actionis propoſitam ad petẽdam reſtitutionem.

32 Intelliguntur Doctores omnes relati á Gratiano regula 113.num. 7.

33 Expoſita reſolutione communi, aſſeritur crimen quantumuis contingens cauſam principalem propter ſolam incidentem confeſsionem in eodem iudicio puniri non poſſe pœna ordinaria.

34 Excipiens non agit ad pœnam, ſed ſolum, vt accuſatorem, vel teſtem repellat, iudex verò vltra petita iudicare non poteſt.

35 Aduerſus propriam confeſsionẽ multa obijci poſſunt quibus aut omninò, aut magna ex parte confeſſus excuſetur á culpa, & iudicium inter alios actum alijs nocere non poteſt.

36 Expenduntur verba cap.1.de exceptio. præcipuè verbum, præſertim, de quo ibi ad expugnandam communem diſtinctionem de crimine, quod cõtingit cauſam principalẽ, vel non.

37 Nuſquã probatur dictionem, præſertim, pro tantum vſurpari, & authoritates quæ ad id citantur nihil minus probant.

38 Tunc demum tolerabilis eſt acceptio aliqua contra verbi proprietatem, quando lex diuina, aut humana, vel efficax ratio, aut concludens ſuaderet, non poſſe accipi in propria ſignificatione.

39 Subiungitur verus ſenſus ad c.2. de

cõ-

Digitized by Google

confeßis, vt aduerſus illum Canoni cum Bethlemitanum fuerit formatus nouus proceſſus.

40 *Referuntur Doctores aſſerentes depoſitionem ab officio & beneficio ordinariam pœnam eſſe criminis ſimoniæ.*

41 *Referuntur Doctores qui dicunt plures alias pœnas fuiſſe ſtatutas aduerſus deteſtabile ſimoniæ crimen.*

42 *Simoniacus deponi nõ poteſt, niſi quãdo aduerſus eum criminaliter agitur.*

43 *Explicatur, & expenditur mens Gregorij noni circa cap. 2. de cõfeſſis.*

44 *Continuatur intellectus dicti cap. 2. de confeßis, & aſſeritur cum gloſſa in effectu fuiſſe ibidem inſtitutum iudicium aduerſus confeſſum.*

45 *Negari nõ poteſt aliquod diſcrimẽ verſari inter crimen incidenter probatum, quod contingit cauſam principalẽ, & illud quod eam nõ attingit, & teſtis qui falſum dixit teſtimoniũ in eodem iudicio poteſt dãnari.*

46 *Qui de principali iudicat, acceſſoria, & incidentia definit, & crimẽ cauſam principalem contingens videtur inſimul cum illa virtualiter in iudicium deductum.*

47 *Negari non poteſt aliquam eſſe differentiam inter vtrumque crimen, ſcilicet contingens cauſam principalẽ, & non contingens, & intelliguntur iura in c. 1. de except. ad calcem, & in l. nullum. C. de teſtibus, & in c. ſi teſtes. §. item qui falſo. 3. q. 4.*

48 *Intelligitur tex. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adulterijs, vt mulier obijciens leucinium, maritum potius reaccuſet quam exci piat.*

49 *Intelligitur tex. in §. extraneus eiuſdem l. 2. & iterũ ponderatur tex. in d. § ſi publico, & ſtatuitur exceptionem ad defenſionem pertinere, quæ omnibus quantumuis criminoſis, vel etiam excommunicatis, in iudicio permittitur.*

50 *Aſſignatur ratio quare ſapienter docuerit Iuriſconſultus in d. §. extraneus, non poße ab extraneo obijci leucinium.*

51 *Textus in d. §. ſi publico, & in d. §. extraneus, potius communem ſententiam euertunt, quam confirment ſi attentè conſiderentur.*

52 *Mirũ eſt quod in c. 2. de confeſsis, Canonicus ille qui ſpõte crimẽ ſimoniæ cõfeſſus fuit, incidẽret depoſitus fuerit contra regulã, quæ docet ordinariã pœnã eſſe mitigandã, quãdo ſine accuſatore per inquiſitionem procedituꝛ.*

53 *Verior eſt ſentẽtia quæ aſſerit nõ teneri iudicẽ, qui per inquiſitionẽ procedit ſemper minuere pœnam ordinariam, & reſeruntur iura, quæ in particulari inquiſitione eandem omninõ pœnam imponunt.*

54 *In d. c. 2. de cõfeſsis, etiã non inſtituto iudicio accuſationis cõtra dictũ Canonicum, locus fuit pœnæ ordinariæ propter qualitatem exceſſus, & grauitatem criminis ſimoniæ.*

55 *Non eſt admittenda reſolutio communis ſcholæ diſtinguentis, vt ſi per inquiſitionem agatur nõ ordinaria pœna, ſed mitior ſit imponenda.*

56 *Ratione & authoritate conuincitur prædicta diſtinctio, & explorati iuris eſt ſponte fatentem mitius quidem puniri debere.*

57 *Non eſt perpetuõ reijcienda prædicta diſtinctio, ſed aliquando licet iudicibus, etiam lite inſtituta per viam inquiſitionis, ob delinquentis exceſſum, & grauitatem criminis, pœnã ordinariam imponere, vt in d. c. 2. de confeſsis, & in alijs iuribus quæ referuntur.*

Digitized by Google

CONTROVERSIA 29.

Vtrum confeſsi crimen incidenter,vbi cauſa principalis inter alios agitur, abſque alio proceſſu,ordinaria pœna poſſint mulctari.

1 COnſequenter, & ſecundum rectã doctrinæ rationem, poſtquam egimus de viribus confeſsionis à clerico coram fæculari emiſſæ, & an ob crimen illi incidenter obiectum repellẽdus ſit â teſtificãdo,tractandũ nobis eſt, de illa controuerſia eleganti pariter, & difficili,an ſi teſtis cui crimen obijci tur,vt repellatur à teſtimonio,ſtatim confiteatur ſe illud commiſsiſſe, ob talem confeſsionem incidenter factam, abſque nouo proceſſu, pœna ordinaria puniri valeat.

2 Quæ diſputatio tanti ponderis,& momenti eſt, vt nonnulli viri docti inferius adducendi, conſulti reſpon derint, ſolum Romanum Pontificẽ, qui nullis legibus ligatur humanis, iuxta cap.propoſuit de conceſsione præbendæ, officio ſuo, iuris ordine prętermiſſo,poſſe punire confeſſum incidenter, ſolam rei veritatẽ ſequu tus, propter criminis attrocitatẽ,iux ta cap.in cauſis de re iudicata; ita Fe linus in cap. licet Heli, de ſimonia, num.30.& in cap.inquiſitionis.§.vltimo, num. 14. de acculationibus, AEgidius Boſsius in titulo quomodo procedatur per exceptionem, à num. 10. poſt gloſſam in capit.2.de confeſsis,verb.*confeſſus*,in ſecũdo intellectu, quẽ latè proſequitur Abbas nu.9. & ſatis comprobatur ex adductis per Felinum loco citato.

3 Quamuis enim in cauſis quæ ſummi Pontificis iudicio decidũntur,& ordo iuris,& vigor æquitatis, ſubtiliter obſeruandus ſit, cum in ſimilibus caſibus cæteri teneantur ſimiliter iudicare: vt argumentabatur Innocentius.III.Pontifex Maximus in d.cap.in cauſis.19.de re iudicata:nihilominus tamen,ſi fortè ſe ſe obtulerit negotium aliquod, in quo ipſemet Romanus Pontifex cauſa neceſsitatis, & vtilitatis inſpecta, diſpenſatiuè duxerit ſtatuendum: vtique manifeſtum eſt,ipſum diſpenſare poſſe, quantumcumque Papa in ſentẽtijs quas profert,iuris ordinem regulariter ſeruet:vnde nemo mirari debet,ſi quandoque exiſtente cauſa,iuris ordinem prætermittat,& puniat,incidenter confeſſum, ſola rei veritate inſpecta, idque propter criminis attrocitatem, vel alia iuſta cauſa.

4 Verum ne circa præſentem controuerſiam,terminorum æquiuocatione laboremus,antequã eam agrediar, præmittere neceſſarium duxi, duobus modis tractari poſſe crimen in iudicio, vel principaliter, vel incidenter: principaliter, quando aduerſus

Digitized by Google

aduersus aliquem instituitur iudicium, vt puniatur, vel corrigatur, nulla præcedente causa circa idem, vel inter easdem personas: incidenter verò, vt in terminis præsentis controuersiæ, quando alia causa principaliter agitur, & occasione eius, incidenter, crimen, per accidens obijcitur, de cuius criminis confessione sic incidenter facta, an mereatur pœnã ordinariam, & absque nouo processu procedi valeat contra taliter confessum, præsens á nobis suscipitur disputatio, quam more nostro per viam controuersiæ libenter vtrinque discutiemus.

5 Si prius lectorem admonuerimus, hanc criminis exceptionem, vt quis ab accusatione, seu testimonio repellatur, adeò licitam esse (si modo simpliciter fiat) vt omnibus accusatis siuè criminaliter, siuè ciuiliter eã obijcere liberum sit: nec moueat in contrarium, non videri crimen obijci posse, ab his quorum nomen iam sit receptũ inter reos, vel aliter sint inimici accusatoris, aut testis, quem exceptione criminis repellunt. Etenim apertissimi iuris est exceptionem, ad defensionem duntaxat pertinere, nec non omnibus quantumuis criminosis, vel etiam excommunicatis, in iudicio permitti, se defendere, & excipere aduersus testes, & accusatores, secundum glossam celebrem in cap. super his, verbo, *accusatore*, de accusationibus, cap. dilecti, cap. cũ inter, de exceptionibus. Quo fit vt si contingat talem criminis exceptionem ad ipsius rei accusati defensionem non pertinere, aut simplicem non esse, id est, quod admixtã habeat accusationẽ, minimè admittenda sit, quandoquidem criminosis, seu excommunicatis licitum est, per simplicem exceptionem crimen obijcere, vt accusatorem, & testem repellant, non tamen illos accusare, vel denuntiare, ita vt voluntaria criminis exceptio proposita ab inimico, vel aliter suspecto, non admittatur, necessaria verò, & ad defensionem pertinens admittenda sit, teste Innocentio recepto in d. cap. super his, post glossam sic benè sentientẽ ibidẽ, vbi Felin. n. 6. Cardin. & Abb. num. 10. Annania num. 7.

6 Excipiendi sunt casus, quando suam, aut suorum prosequuntur iniuriam. l. neganda. C. qui accusare nõ possunt. l. is qui reus, cum glossa. 1. ff. de publicis iudicijs, tradit Iulius Clarus in pract. q. 14. num. 12. & antea Socinus in cap. 1. num. 67. de mutuis petitionibus, quibus casibus integrũ erit cuilibet accusato excommunicato, & criminoso, accusatorem suum denuntiare, & accusare, si legitimus accusator sit, aut suam vel suorum prosequatur iniuriam.

7 Parum autem, aut nihil proderit si accusationem insimul cum exceptione proponat, aut dicat, se eo animo facere, vt testem á testimonio repellat, quoniam si terminos excesserit defensionis, & quomodolibet accuset, aut accusare incipiat, vtique non debebit admitti, ne fraus legi fiat, vel accusatio quæ reis, seu criminosis, & excommunicatis, interdicitur, alia via permittatur, contra reg. cum quid vna via, lib. 6. Volũtariam autem criminis exceptionem (quod non parum meminisse iuabit) illam dicemus, quæ proposita fuerit ab inimico, vel aliter suspecto, ad impediendam (verbi gratia) confirmationem electi, nisi daremus sic inimicum, vel aliter suspectum, eius Ecclesiæ Dignitatis, aut Administrationis subditũ esse, à qua per talem criminis exceptionem, vult electum repellere: quo casu iam non dicetur voluntaria criminis exceptio, vt benè sensit glossa in

in d.cap.quod ſuper his,& poſt illam Innocent.receptus, Cardin. Abbas, Annania,& Felinus nuper citati.

8 Ex quo etiam fundamento, ſi benè diſcurſus intelligatur,facilè deducitur minimè licere criminoſis, excõmunicatis,& id genus alijs perſonis, quorum nomina inter reos recepta fuerint, ſuos accuſatores, aut teſtes aduerſæ partis denũtiare,& ſi denunciationẽ loco exceptionis obijciant, cum certum ſit eum qui denuntiat, terminos defenſionis manifeſtè excedere,cum talis denuntiatio ex deciſione text.in cap.qualiter,& quãdo,de accuſationibus, ad defenſionem denũtiantis minimè pertineat, ſed potius ad correctionem denuntiati ordinetur, nec debeat admitti, niſi cœlo charitatis fiat, & correctio fraterna præcedat.

9 Quibus ſic conſtitutis facilius limina diſputationis propoſitæ attingemus,ſtatim adducentes pro parte affirmatiua,argutum & difficilè Innocentij III.Pontificis Maximi reſponſum,relatum in cap.2. de cõfeſſis,vbi expreſſè deciſſum eſt, canonicum de quo ibi: vtpotè quia in iure confeſſus fuerat,quod pro præſtando alteri electioni cõſenſu, quingẽtorũ ſarracenorũ obligationẽ receperat, & mediator extiterat,ſimoniacæ prauitatis, per diffinitiuã ſentẽtiã ab omni beneficio, & officio eccleſiaſtico deponendum; & ſic quod ſi de crimine contra aliquem conſtiterit,per eius confeſsionem, incidenter factam,etiam ſi directè contra eũ non agatur,puniri poſsit, & debeat pœna ordinaria, & ſubiunxit Innocentius rationem,ibi, *quoniam vitium huiuſmodi perſequi volumus, vt debemus.*

10 Ex qua Pontificia deciſsione, & ex illis verbis,*fuit in iure confeſſus*, adiuncto illius text.principio,quo probatur principalem cauſam fuiſſe inter alios actam,atque ideò cõtra Canonicum non fuiſſe inchoatum nouum proceſſum,mirandam profectò reſolutionem deduxerunt gloſſa, & ſcribentes ibidem: ſcilicet cõfeſſum crimen incidenter, prout Canonicus ille,deteſtabile ſimoniæ delictũ confeſſus eſt, abſque alio proceſſu ordinaria pœna poſſe mulctari: & quod magis eſt eandem doctrinam tradiderunt interpretes vniuerſi, in l.2.§.ſi publico.ff. ad leg. Iuliam de adulterijs,& in cap.1. de exceptionibus, ex quorum reſolutione, & ex præfati text.authoritate, expedita vtique videbatur præſentis cõtrouerſiæ deciſio,niſi multa illaque nõ leuia,ſed validiſsima argumenta, vrgerent in contrarium.

11 Igitur oppoſita negatiua ſententia,id eſt confeſſum crimen in iudicio incidenter,quando cauſa contra eum non agitur, nullo modo poſſe per iudicem ordinarium pœna ordinaria puniri, niſi nouum inchoauerit proceſſum,apertè inſtruitur,& cõfirmatur ex ſequentibus,ex cap. vnic. co, vt eccleſiaſtica beneficia,cap. de manifeſta.2.q.1.c.1. de accuſationibus.l.3.C.qui accuſare non poſſunt. l.reſcripto.ff.de muneribus,& honoribus, iuncta doctrina, quam ex dictis iuribus colligunt Bart. in d. §.ſi publico,in princip. & alij relati per Iulium Clarum in praxi.q.3. num.3. AEgidium Boſsium in practica, titulo de accuſatione, nu.1. & titulo de inquiſitione,num.14. Abb. in capit. qualiter, *el ſegundo*, de accuſationibus,vnanimi conſenſu aſſerentes neminem abſque accuſatore legitimo damnari poſſe: vndè cum vbi confeſsio fit incidenter, niſi nouum contra confeſſum inſtituatur iudicium, nullus adſit accuſator, conſequens eſt, quod incidenter confeſſus ſtatuta

tuta pœna criminis affici non posfit, nec debeat.

12 Rursus vulgò dici solet in criminalibus, ferri debere sententiam iuxta formam petitionis. l. vlt. ff. de fideicommissarijs libertatibus. c. licet Heli, post principium, de simonia. c. qualiter, *el segundo*, de accusationibus, at obijcientes crimen incidenter, nullam certè condemnationem petunt, sed tantum vt quis ab accusatione, testimonio, aut electione repellatur: consequens ergo est confessum crimen incidenter, non posse taliter cõdemnari, nec puniri pœna ordinaria.

13 Maximè cum exploratum sit quotiescumque crimen in vim exceptionis obijcitur alicui, per eius confessionem, nulla pœna affici, sed à testimonio, vel accusatione repelli, vel ab eo cuius gratia excèptio criminis opponitur, vt probat text. celebris in hac materia, in d. cap. super his, de accusationibus, prosequuntur Iulius Clarus in praxi. q. 19. num. 2. & 4. Bossius in titulo quemadmodũ procedatur per exceptionem, à num. 2. Probant in specie manifesta iura, in l. Lucius. ff. de his qui notantur infamia. cap. 1. §. cęterum, de exceptionibus. c. 2. §. quemadmodum de ordine cognitionũ, & vbiq; glossa & scribentes, & in terminis quæstionis nostræ perspicuè constet, confitenti crimen incidenter, solum opponi delictum in vim exceptionis, & vt repellatur à testimonio non vt ordinaria pœna mulctetur, iuxta doctrinam Innocentij III. docentis in d. c. 2. de ordine cognitionum, spoliatione in modum exceptionis tantum probata, non esse per hoc restitutionem faciendam: sicuti si in modum exceptionis aliquod crimen testi obijciatur, vt repellatur à testimonio, & si crimen contra eum ciuiliter probatum fuerit, non ideò sibi pœna infligitur ordinaria, sed eius dumtaxat testimonio non creditur, ea sanè vnica ratione, quoniam in ipsum accusatio non procedit: igitur benè consequitur sic confitentem incidenter crimen, nullatenus pœna ordinaria posse damnari.

14 Si addas quod vbi crimen exceptionis obijcitur, vt quis à testimonio accusatione, vel administratione aliqua remoueatur, ciuile iudiciũ esse, vt apertè probat. d. c. super his, ad finem. c. per tuas, in fine, de simonia, & vbi ciuile iudiciũ de crimine instituitur, pœnam ordinariam locũ non habere, vt prędicta iura probant & fatentur scribentes in d. c. 2. de cõfessis, & in d. cap. 1. de exceptionibus, estque apud omnes indubitata conclusio.

15 Denique ex Clem. Pastoralis. §. cæterum, de re iudicata, ex cap. 1. de causa possessionis, & proprietatis, docemur, condemnationem nullã sequi posse, contra illum, qui se non defendit, aut cui defensionis locus non datur: quam doctrinam etiam obseruari debere, vbi quis crimen vltrò fatetur plusquam liquidò erudito lectori constabit, si cõsideret, adhuc ei locum, & dilationẽ statui debere, vt se defendat, quandoquidem propriam confessionem, legitimis posset excusare modis, vt ex omniũ sententia resoluit Salicetus in l. 2. n. 7. C. de custodia reorum, & post eũ Iulius Clarus in practica. q. 64. n. 44. & quæst. seq. num. 1. Bossius in titu. de confessione, num. 2. Anton. Gomez. 3. tom. c. 12. qui omnes affirmãt esse communem, & vsu receptam, & apertè probatur in l. 1. §. 9. & seq. ff. de quæstionibus.

16 Præsertim si addas reum confitẽtem, non esse statim condemnandũ post confessionem, sed adhuc illi præ-

Digitized by Google

præfigendum eſſe terminum intra quē ſe defendere,& quidquid vellit etiam contra confeſsionem allegare poſsit,vt intendit.l.ſi confeſſus.5. ff.de cuſtodia reorum, & ex communi teſtatus ſic vbique ſeruari, reſoluit Clarus quæſt.65.num.2. Gomez de delict.c.12.â num.3.in fine,& Additio ad Bernard.in practica. c. 127. in fine,contra Boſsium , quem citat, & notat Clarus.d.loco, num.1.

17 Ea viua & ſpiranti ratione, quia vitæ ſuæ nemo dominus eſt. c. contingit, de ſententia excommunication. l. liber homo. ff. ad leg. Aquiliam:& ideò,neque confitendo poteſt ſe pœnis corporalibus ſubijcere, aut legitimis defenſionibus priuare. Vndè cum is qui crimen incidenter fatetur, ſe de eo minimè defendat, nec aduerſus eum inſtituatur iudicium, cum termino ad ſe defendendum,fieri ſanè non poteſt, vt ordinariam pœnam criminis ſubeat.

18 Quod ſi dicas benè poſſe iudicem terminum conſtituere,ei qui ſponte delictum faſſus eſt,vt ſe defendat,negare non poteris , iam aduerſus illū nouum iudicium inſtitui, ac percon ſequens nulla ratione defendi poteſt,quod gloſſa & ſcribentes colligunt,ex d.cap.2.de confeſsis, confeſſum crimen incidenter,abſque alio proceſſu, ordinaria pœna poſſe mulctari,quod etiam voluerunt Doctores omnes interpretes vriuſque iuris in cap.1.de exceptionibus,& in l.2.§.ſi publico.ff.de adulterijs.

19 Quo factum eſt,vt in criminalibus cauſis nullo modo confeſſus in iure pro iudicato habeatur,quia locus & terminus dandus eſt confeſſo , vt ſe defendat,iuxta. l.1. §. Diuus Seuerus. ff.de quæſtionibus. l. ſi confeſſus,& ibi gloſſa, & Bart. ff. de cuſtodia reorum,& gloſſam, verbo , *nouerit*,in l.ſi quis in hoc. C.de Epiſcop. & clericis,gloſſam receptā in l. pro inde.§.vltim.verbo , *eſtimande*.ff.ad leg.Aquiliam,& ibi Bartolum, num. 2. teſtatur communem Rodericus Suarez ad.l.poſt rem iudicatam , limitatione 16. ff.de re iudicata,Auiles qui alios refert de Prætoribus.c. 10.verbo,*exequutio*,num.32.

20 Quamuis in cauſis ciuilibus,confeſſus in iure pro iudicato habeatur, ex cap.fin.de confeſsis.l.1.& 3.ff.de confeſsis.l. 1. C. eodem titu. quia ſi ipſe vltrò confitendo ſe defendere non vult,iuri ſuo benè poteſt renuntiare , cum in re propria quilibet ſit moderator & arbiter, & omnes cauſæ ciuiles,regulariter, & ferè in vniuerſum,ius contineant per partes remiſsibile , non ita criminales , quæ ſub hominum poteſtate non cadūt. Ideòque iudex in his criminalibus negotijs,tenebitur omnia indagare diligenter, vt veritatem confeſsionis (quidquid ſpontè facta ſit) penitus intelligat. Ex quibus rectè perpē ſis,& adamuſim conſideratis,iam vides eruditè lector, quanta cum ratione ſuſtinemus,atq; defendimus,cōtra communem ſcholam , confitentem crimen incidenter abſque alio proceſſu , neutiquam pœna ordinaria poſſe mulctari.

21 Nec prædictarum rationum maximum pondus euitabis, ſi dixeris cū ſcribentibus,& ſchola communi, illos quidem non ſic generaliter affirmaſſe, confeſſum crimen incidenter abſque nouo proceſſu pœna ordinaria poſſe mulctari , ſed tunc demum, & cum hac limitatione, ſi crimen,quod incidenter cōfitetur,cauſam principalem de qua diſceptatur, contingat,prout contigiſſe aiunt in d.c.2.de cōfeſsis,vbi ſimonia,quā canonicus ille,vltrò ſe cōmiſsiſſe confeſſ⁹ fuit,circa electionē de qua principaliter agebatur fuerat commiſſa.

Quo

22 Quò casu dicunt, virtualiter videri deductum in iudicium, crimen tãgens causam principalem, cum omnia deducta esse videantur, quæ ad factum principale spectant, vt in electione probat textus in cap. nihil, 44. de electione, dum ait teneri superiorem ex officio suo, de persona electi diligenti studio inquirere, vt obseruat glossa, verbo, *examinet*, in dict. cap. nihil, & glossa 1. in dict. capit. 2. de confessis, ad fin. Nec non ad ita existimandum adducti sunt interpretes communiter, ex capit. 1. (iuxta ordinarium intellectum) de exceptionibus, vbi cum Roman. Põtifex doctrinam generalem tradidisset, quod crimina per viam exceptionis obiecta, & probata, non essent vindicanda pœna ordinaria absque nouo processu, subiunxit, *præsertim vbi crimen quod eis obijcitur causam de qua agitur contingere non videtur*, quasi voluerit Summus Pontifex, quod crimen incidenter obiectum, & confessum, si negotium principale contingat, ordinaria pœna sine nouo processu mulctandum sit. Adducunt etiam vt suam sententiam confirmẽt, nonnulla alia iura in capit, si testes. §. item qui falsõ. 4. quæstione. 3. l. 2. §. si publico. superius allegatam. l. nullum. C. de testibus, quibus rationibus, & fundamentis præfatam suam doctrinam ab omnibus probari affirmauit Panormitan. in dict. capit. 2. num. 13. & in d. cap. 1. de exceptionibus, num. 4. Felin. num. 10. & ibidem Philipp. Deci. num. 4. & 7. communem dicentes.

23 Non inquam ex prædicta doctrina euitari valebit, vis maxima dictarum rationum, quandoquidẽ si rem veriori, & subtiliori mentis cogitatione perpendamus, inuenienus sanè, superiorem doctrinã, quãtumuis omnium consensu comprobatam, nullo modo defendi posse, & quia in se vera non est, vt inferius demõstrabitur, & quia nullo iure fulcitur, quinimò multis modis ex eisdemmet iuribus, ad id comprobandum ab interpretibus adductis, contrariũ colligitur: nec credibile est tanti ponderis, atq; momenti doctrinã (quod scilicet crimen causam principalẽ contingens, siue per confessionẽ, siue aliter incidenter probatum pœna ordinaria afficiendum sit) caruisse, expressa vtriusque iuris authoritate, vt oportebat rem tam grauẽ, & ad plura negotia vtilem, & necessariam, lege aliqua Cæsarea, vel Põtificia diffiniri.

24 Quod Gregor. IX. vtique nõ omisisset si in d. c. 2. de confessis statuere, & sancire voluisset, crimen cõtingens causam principalem, de quo incidenter constat, posse in eodem iudicio pœna ordinaria puniri, quicum ex integra decretali Epistola Innocentij. III. solum illam partem desumpserit, qua tantummodò decreuit confessum crimen simoniæ in iudicio, ab officio, & beneficio deponendum, & reliquas omnes illius Epistolæ partes, prætermisserit, efficax argumentum est, illud solum statuere voluisse: non verò commentitiam istam Doctorum traditionem, nec benè fundatam differentiam inter crimina incidenter obiecta, & probata, quæ cõtingunt, vel non contingunt causam principalem.

25 Quid? quod si expendisti ex initio dictæ decretalis, quod habetur in c. 2. de confessis, & refertur in c. cũ super de causa possessionis, plusquam liquido constat, post latam diffinitiuam sententiam, in principali causa electionis, fuisse actum de confessione Canonici: vnde deducitur, nihil

nihil ibidem retuliſſe, quod crimen in iudicio incidenter confeſſum, cõtingeret cauſam principalẽ vel non, quandoquidem diuerſi ſeparatique omninò fuerunt actus tãgentes principale negotiũ, & cauſam confeſsionis ipſius canonici.

26 Et præterea cõuincitur prædicta interpretum exiſtimatio, cum cõſtet ex d.c.cum ſuper, cauſam electionis de qua in d.decretali. 2. de confeſſis, fuiſſe ciuiliter in iudicium deductam, ac cum principalis cauſa ciuilis eſt, etiam ſi crimen incidenter probatum, contingat cauſam principalem, apud omnes in confeſſo ſit non puniri taliter confitentem pœna ordinaria, teſte Bernardo regul. 127. in fine, poſt Felinum num. 14. & 16. in dict. capit. 2. de confeſsis, & in dict. cap. 1. de exceptionibus, quibus in locis vnanimi cõſenſu defendunt interpretes, nulla ratione defendi poſſe communem intellectũ.

27 Rurſus in deſtructionem præfatæ communis ſententiæ conſiderabã, Doctores omnes pro comperto habere, iſtam ſuam doctrinam procedere ſecundum iuris antiqui regulas (quod ſcilicet crimen contingens cauſam principalem incidenter, confeſsione, vel aliter approbatum, ordinaria pœna poſsit afficí) per text. in d.§. ſi publico, quo fit vt nihil noui cenſeant ſtatutum, aut declaratum in d. decretali, circa puniendũ crimen incidenter confeſſum, quod antea ſtatutum, vel declaratum non fuerat, ſed ratio reddita à Pontifice (*quod vellet perſequi vt debebat ſimonia crimen*) præſupponit quidem aliquid noui in dict. cap. 2. ſtatui, aut declarari: communis igitur intellectus, nec verus eſt, nec vllo pacto ſuſtineri valet, ſemperque firma manet tradita reſolutio, quod crimen incidenter, etiam ſponte confeſſum, nullo modo puniri valeat pœna ordinaria.

28 Inter tres enim modos quibus crimen incidenter opponitur, ſcilicet accuſationem, denuntiationem, & exceptionem, quorum meminit tex. in cap. ſuper his, de accuſationibus, Boſsius loco proximè citato, num. 19. Clarus quæſt. 19. nu. 3. poſt Bart. & communem in dict. §. ſi publico, ea verſatur diſcriminis ratio, quod quando per exceptionem crimen obijcitur, nulla ſequi poteſt condemnatio, ad pœnam ordinariam, vel extraordinariam, ſed tantum repellitur is cui obijcitur, à teſtimonio accuſatione, vel confirmatione quam petit, vt ſatis probat tex. in d.cap. ſuper his ibi, *quia crimen hoc modo probatum impedit promouendum, ſed non deijcit iam promotum.*

29 Cuius ſanè doctrinæ ea reddi poteſt elegans ratio, quam ſuperius me tetigiſſe memini, quod quando per exceptionem crimen opponitur, illud ſolum agitur, vt quis ab accuſatione, & teſtimonio, aut re ſimili repellatur, & cum iuxta petitionem ſententia ferenda ſit, vt ſupra diximus, nõ poteſt alia fieri condẽnatio: quando verò per accuſationem incidenter obijcitur crimen, & ſi quis eo pacto intendat aliquem repellere, ſequi poteſt ordinaria pœna, quia tunc petitur vt accuſatus ſtatuta pœna afficiatur, & ex conſequenti probato crimine repellitur.

30 Quoniam illud eſt ingenium accuſationis quouis modo propoſitæ, vt petatur ordinaria condemnatio, vt benè quoque probat dict. capit. ſuper his, ibi, *Quoniam ad depoſitionem inſtituitur accuſatio*, ad differentiam criminis, quod incidenter per denuntiationem obijcitur, correctione præcedente, iuxta dict. capit. qualiter in fine, in quo cum denuntiatio

Digitized by Google

tiatio ad correctionem ordinetur ex d.c.ſuper his,numquã ordinaria pœna locum habet.

31 Et hoc eſt,quod voluerunt Summi Pontifices in capit. 2. de ordine cognitionum,& in dict.cap.1.de exceptionibus,qui ſic declarandi ſunt, vt Innocent.III. rectè diſtinxerit in dict.cap.2.inter quæſtionem ſpolij à nobilibus(quorum ibi mentio fit)in modum exceptionis obiectam,ad intentionem aduerſarij repellendam, & in modum actionis propoſitam,ad petendam reſtitutionem : & Celeſtinus III.in dict. cap.1. de exceptionibus ad prædicta reſpiciens, ſapienter docuerit, quod ſi de criminibus ad ſolam exceptionem obiectis teſtes conuicti fuerint,ſiuè cõfeſſi,pœna ordinaria mulctari non debeant, cum accuſatio in ipſos ſecundũ iuris ordinem non procedat,aptiſsimè que in diſputando per conſequentiã adiecerit,ſufficere, ſi in tali caſu teſtes à peribendo teſtimonio repellantur,vt ex ſuperius dictis ſatis deducitur, & tradunt relati per Boſsium, vbi ſupra n.9.& 10.

32 In hisque eiſdẽ terminis intelligendi ſunt Doctores omnes relati à Gracian.reg.113.n.1. dum indiſtinctè negant crimen incidẽter probatum confeſsione,vel aliter,puniri nõ poſſe ordinaria pœna, vt ſcilicet intelligantur,quando crimen ſolũ per exceptionem obijcitur, iuxta proximè traditam explicationem.

33 Reiecto igitur gloſſę intellectu,& exploſſa reſolutione communi,quę argumentis nuper propoſitis manifeſtè cõfunditur,aſſerendũ eſt crimen, quantũuis contingẽs cauſam principalẽ,propter ſolam incidentẽ cõfeſſionẽ in eodẽ iudicio puniri nõ poſſe pœna ordinaria,quę verisima ſententia(prçter ea quę dicta ſunt)ideò confirmatur,quia vtriuſque iuris regula habet,cõfeſſum crimen per exceptionẽ obiectũ,nulla pœna affici poſſe,d.c.2.de ordine cognition. d.c.1.de except.l.Lucius, ff. de his qui notãtur infamia,vbi Bald.n.4.

34 Cuius regulę præcipua ratio eſt, quam redit textus in d.c.1. quia excipiens,non agit ad pœnam, ſed ſolũ, vt accuſatorem, vel teſtem repellat, iudex vero vltra petita iudicare non poteſt,vt ſupra diximus, & ab hac regula non reperitur exceptum crimẽ contingens cauſam principalem,ergo contra regulam non licet aſſerere,crimen contingens cauſam principalem,ob ſolam incidentem confeſsionem poſſe ordinariè puniri in eodem iudicio.

35 Præſertim cum vt in diſcurſu præſentis controuerſiæ attingebam,quãdo teſti per exceptionẽ opponitur crimen, non cum ipſo teſte, vel ad eius præiudiciũ agatur,ſed cũ actore vel accuſatore principali,vt patet: iuditium autẽ inter alios actũ alijs nocere non poſsit,iuxta reg.l.1. C. res inter alios, probat in ſpecie.d.l.Lucius in fine: nemoque vnquã dubitauerit aduerſus propriã confeſsionẽ, multa obijci poſſe, quibus,aut omninò, aut magna ex parte cõfeſſus excuſetur à culpa, vt ex receptiſsimis traditionibus, ſcribit latè Clarus in pract.q.55.Boſsius in tit.de cõfeſsione á n.4.Roland.conſ.17.à n.25. lib. 3.ideoque docuit Salicetus ab ipſo citatus,nõ ſemper eſſe adhibendã fidẽ confeſsioni, ſed nõ poteſt iudex de veritate,aut perſeuerantia,aut de alijs cõfeſsionis defectibus iudicare,niſi aduerſus cõfeſſum iudiciũ inſtituat,ergo licet crimen cauſam principalem contingat, prædicto modo non poterit puniri.

36 Inſuper expugnat aperto marte cõmunẽ traditionẽ tex. apertus in d. cap. 1. de exceptionib. ibi, *præſertim*

vbi crimen, quod eis obijcitur causam, de qua agitur contingere non videtur, si expendamus verbum illud, *præsertim*, quod natura sua significat idem esse, vbi crimen contingit principalē causam, iuxta c.continebatur, de despon satione impuberum, c. ex litteris de homicidio, & vtrobique glossa verb. *præsertim*, & ex his quæ scribunt Decius, & Bernard. vbi supra, vt scilicet vtroque casu, siuè crimen contingat causam principalem, siuè non, cōfessum incidenter, existimauerit Celestinus Papa illius Decretalis cōditor, nullo modo fore ordinaria pœna afficiendum, vt supra contra communem resoluimus.

37 Nec valet quorūdā euasio, contē dentium illā dictionē, *præsertim*, accipi aliquando pro *tantum*, vt in c.illud 12.d. & in c.si quis Episcopus. 2. q.3. & in c.Petrus de homicidio, & alijs in locis citatis per Decium vbi supra. Respōdetur enim falsum esse, quod ex prædictis iuribus Doctores colligūt, nusquam enim probatur dictionem, *præsertim*, pro *tantum*, vsurpari: auctoritates verò quæ ad id citantur, nihil minus probant si cū iudicio expendantur.

38 Profectò tunc demū tollerabilis est acceptio aliqua contra verbi proprietatē, quādo lex diuina, aut humana, vel efficax ratio, aut concludens suaderet, nō posse accipi in propria significatione, vt iuxta communem intellectum colligitur, ex d. c.illud. in specie verò de qua nos agim⁹ nulla lex, aut ratio suadet, confessum crimen incidenter, etsi principalem causam contingat, posse puniri in eodem iudicio, vt ex dictis constat, ac per consequens text. in dict. cap. 1.vers. *præsertim*, nostram sententiam contra communem efficaciter probat: quam etiam suadet text.in l.2.§. extrane⁹, ff.de adulterijs, atque ideò indistinctè asserendum est, crimen, propter incidentem confessionē puniri nō posse, nisi aduersus cōfessum instituatur iudiciū, vt benè cōtra omnes intendit Decius vbi supra.

39 Verus autē sensus illius Innocentianæ constitutionis in d.c.2.de confessis, dum Canonicum Bethlemitanū in iure cōfessum, quòd pro præstādo alterius electioni cōsensu, quingentorū Sarracenorum obligationē receperat, & mediator extiterat simoniacæ prauitatis, per diffinitiuam sententiam duxit ab omni beneficio, & officio Ecclesiastico deponendum, in eo quidem consistit, vt intelligatur sic diffinitiuè pronuntiasse Pōtificem Maximum, instituto prius iudicio accusationis, aut inquisitionis, aduersus confessum, non autem, vt punire valuerit in eodem iudicio, in quo simoniæ crimen incidenter fuerat confessus.

40 Cuius Pontificij respōsi (cuius occasione tota hęc controuersia excitata est) verè eam mentem fuisse, & nihil aliud contendisse Innocentiū facile probabis, si memineris neminē ordinaria pœna criminis damnari posse, nisi contra eū instituatur iudicium, sed explorari iuris est depositionem ab officio, & beneficio, quā iniunxit Innocentius ad extremum prædictę Decretalis ordinariam pœnam esse simonię, vt probat tex.in c. de hoc de simonia, ibi: *ab altaris ministerio perpetuò sunt deponendi*, cap.per tuas in fine eodem tit.ibi: *non criminaliter, vt deponatur ab ordine*, glos.recepta in dict.cap. de hoc, Doctores in c. inquisitionis in principio de accusationibus, Bernard. in pract. cap. 38. Redoanus in tractat. de simonia. 4. part.capit.9. à num.28. Menochius, qui alios refert casu 401. numero 26. igitur absque nouo inchoato iudicio accusationis, aut inquisitionis

illę

ille qui sponte incidenter tamen, delictum simoniæ confessus est, ordinaria pœna tanti criminis puniri nõ potuit, nec debuit.

41 Non me fugit, aduersus Simoniacos varias esse statutas pœnas, de quibus prædicti agunt, & Siluester, verbo, *simonia*, q. 19. Soto de iustitia, lib. 10. q. 8. Nauarr. manuali. c. 23. â num. 110. ordinaria tamẽ pœna huius criminis, cum criminaliter agitur, est depositio, vt probat. c. dilectus el 2. de simonia, ac proindè coactà iuris ratione fateri oportet, in specie. d. c. 2. de cõfessis, fuisse institutum criminale iudicium aduersus confessum, vel certè si similis casus occurrat necessariò esse instituendum, vt depositioni sit locus.

42 Accedit, & adhuc pro eadem parte illud vrget, quod simoniacus deponi non potest, nisi quando aduersus eum criminaliter agitur, vt probat d. c. per tuas, & d. c. dilectus, sed criminaliter non agitur contra incidenter confessum, nisi instituatur iudicium ad eum puniẽdum, vt probatur in d. c. per tuas. & in c. super his de accusationibus, ergo nisi aduersus eum cõfessum accusatio instituatur, aut inquisitio, puniri non poterit hac pœna, & per cõsequens dicendũ, sic factum fuisse in sæpè citata Decretali, vel esse faciendum.

43 Adde Gregorium 9. Decretalium compillatorem, qui præfatum respõsum sub titulo de confessis collocauit, eum sensum habuisse, vt tũc demum sic incidenter confessus simoniæ crimen, ordinaria pœna puniendus sit, cũ propter incidentem cõfessionem nouum iudicium fuerit ceptum: cumque reliqua omnia consultò ommisserit, solum statuere voluisse, quod in illa Decretali scriptũ est, scilicet confessum in iure simoniam, esse deponendum, quo verò ordine, aut iudicio agendum sit, vt cõfessus puniatur iuris communis dispositioni relinquitur.

44 Ac re vera etsi fateamur cõfessionẽ illã, fuisse incidentem, nõ tamen constat in eodem iudicio confessum fuisse condemnatũ, nec Pontificem voluisse statuere, quod in eodem iudicio condemnari posset: & cũ iuris vtriusque statuta prohibeant condemnari aliquem pœna ordinaria, propter incidentem criminis confessionem, absque nouo iudicio, sanè diuinare minimè censebitur, sed necessario textum intelligere, qui cũ glossa ibidem primo intellectu, verb. *confessus*, affirmauerit, fuisse institutum iudicium aduersus confessum, semperque sic intelligendum esse, vt ordinariæ simoniæ pœnæ locus sit: maximè cum dictam glossam, asserentẽ fuisse institutum iudicium inquisitionis contra confessum, sequantur Doctores omnes, & declaret Abbas à num. 7. probetque Philipp. Decius in cap. 1. num. 4. & vltim. de exceptionibus.

45 Nisi vellis semper pro communi instare, asserendo negari non posse in proposito aliquod discrimẽ versari inter crimen incidenter probatũ, quod cõtingit causam principalẽ, & illud quod eam nõ attingit, cũ Innocentius III. in d. c. 1. de exceptionib. ibi, *præsertim*, talem differentiam expressè constituerit. Nec nouum esse quod sine accusatore damnatio fiat, cum testis qui falsum dixit testimonium in eodem iudicio possit damnari, c. si testes, §. item qui falso. 4. q. 3. c. super eo. c. per inquisitionem. de electione, l. nullum, C. de testibus, d. l. 2. §. si publico. ff. de adulterijs, ibi, *si ne accusatore damnatio est*.

46 Et addas pro dicta cõmuni sentẽtia, quod crimẽ causam principalem contingens, videtur in simul cum

Digitized by Google

illa virtualiter in iudicium deductũ, quia qui de principali iudicat, acceſſoria, & accidentia diffinit, c. de prudentia. de donationibus inter. l. quoties, C. de iudicijs, & in terminis diſputationis noſtræ, videtur probari, per c. nihil. de electione. his enim, & alijs, quæ pro cõmuni adduci ſolent, abundè in controuerſiæ diſcurſu ſatisfactũ eſt, & ſtatim plenius ſatisfaciemus, quidquid eã probet glo. vlt. in d. c. 1. de exception. & ibidẽ Innocent. receptus, vbi Felin. n. 10. id latè probat, & communem teſtatur ſentẽtiam, communemque etiam fatetur, Philip. Dec. ibidẽ in fine, & poſt alios declaret Abbas in d. c. 2. de confeſſis, num. 13. probaueritque Bart. receptus, in d. §. ſi publico. num. 20. Albericus. n. 3. ſitque adeò recepta ſententia, vt vno Decio excepto vbi ſupra, nullum habere videatur contradictorem, vt conſtat ex his quæ Berojus in c. qualiter. el 2. de accuſationibus, num. 60. Aretinus in c. cauſamque. n. 17. de teſtibus, Bernardus Clarus, & alij nouiores ſupra citati, addu cunt: quorum ſumma auctoritate interim neglecta, non leuibus, nec veriſimilibus argumentis, ſed proprijs rerum notis, & efficaciſsimis rationibus adducti contrarium defendimus, nec non confeſſum crimen incidẽter nullo modo, abſq; nouo iudicio puniri poſſe, libẽter affirmamus.

47 Reliquum dumtaxat eſt, vt pro cõpleméto eorũ quæ dicta ſunt, adhuc verba illa ad calcem. d. c. 1. de exceptionibus poſita, quæ nobis totum huius controuerſiæ negotium faceſſerunt, omninò intelligamus, omnẽ penitus ſcrupulum ſapienti lectori eximentes: & fateor libenter re vera ſignificare, aliquam eſſe differentiam, inter vtrumque crimen, ſcilicet contingens cauſam principalem, & non cõtingens, aliàs enim truſtrà à dijcerentur illa verba, *præſertim, &c.* vt iã ſupra expenſum eſt, non tamen illam, quam gloſſa, & communis ſchola ex illo textu colligunt, ſed eam tantum: quod ſi crimen cauſam principalem contingit, poteſt ab eodem iudice puniri, quamuis aliàs illius criminis, aut perſonæ iudex competens non eſſet, ſi verò non contingit, non poteſt de illo iudicare, nouũ inchoando iudicium, niſi aliàs circa perſonam, cui crimen excipiendo obijcitur, iuriſdictionẽ habeat, quo pacto etiam intelligitur text. in dict. l. nullum, C. de teſtibus, & in dict. c. ſi teſtes, §. item qui falſo. 3. quæſtione 4.

48 Minus etiam obſtat textus in dict. §. ſi publico, quoniam ibidem non agitur de crimine, per ſimplicem exceptionem obiecto, ſed per reacuſationem, mulierer enim obijciens lenocinium, maritum potius reaccuſat, quam excipit: quod duobus modis ex eodem text. colligitur, primo dum ait, *lenocinium maritum ipſum quidem onerat*, quod reaccuſationis proprium eſt, exceptio enim non onerat. Deindè in principio, dum ait, *allegationem lenocinij maritum ab accuſatione non repellere*, exceptio verò natura accuſatorem repellit, ac teſtes, iuxta dict. capit. 1. in fine, de exceptionibus, capite ſuper his de accuſationibus, quod ſi non repellit, exceptio non eſt, iuxta l. 1. in princ. ff. de exceptionibus.

49 Idem etiam colligitur ex §. extraneus, dict. l. 2. dum ait, *extraneum non poſſe lenocinium obijcere*, potuiſſet autẽ ſi exceptio foret, quandoquidem vt ſuperius tradidimus, omnibus accuſatis, ſiuè criminaliter, ſiuè ciuiliter licitum eſt, per ſimplicem obijcere exceptionem crimen, vt quis ab accuſatione, ſeu teſtimonio repellatur, quã uis excipientis nomẽ iã ſit receptum

inter reos, vel aliter inimicus sit accusatoris, aut testis, quem exceptione criminis repellit, quia exceptio ad defensionem pertinet, quæ omnibus quantumuis criminosis, vel etiam excommunicatis in iudicio permittitur: quia verò Iurisconsultus in dict. §. si publico, aduertit allegationem lenocinij, eo casu non posse obijci, quia ab accusatione maritũ non repellit, maximo cum ingenio respondit admittendum esse, vt maritum oneret, id est in vim accusationis, quia cum propriam prosequatur iniuriam reaccusare potest, ex dict. l. neganda, C. qui accusare non possunt.

50 Et ideò Iurisconsultus in dict. §. extraneus, sapienter docuit, non posse ab extraneo obijci lenocinium, quia non vt exceptio cum accusatorẽ non repellat, nec vt reaccusatio cum extraneus non prosequatur suã iniuriam, ac propterea reacusare nõ possit, iuxta l. is qui reus, ff. de publicis iudicijs, ergo lenocinium ab extraneo nullatenus obijci valet.

51 Quem intellectum Bartolo acceptum refero ibidem num. 1. cui cæteri non contradicunt, licet prædicti Doctores, præsertim Decius, & Boerius locis citatis aliter conentur explicare, sicque retenta Iurisconsulti mente, tam in dict. §. si publico, quam in dict. §. extraneus, dict. l. 2. si benè consideretur potius tex. ille cõmunẽ sententiã euertit, quã cõfirmat.

52 Sed quid iuris (vt ad responsum Pontificium in dict. cap. 2. de confessis, iterum sermonem conuertamus) quod Canonicus ille quia crimen simoniæ incidenter obiectum sponte confessus est, depositus fuerit, contra regulam, c. inquisitionis. in princip. de accusationibus, & communem omnium traditionem, quæ habet ordinariam pœnam esse mitigan-

dam, quando sine accusatore, per inquisitionem proceditur, vt latè probat Præpositus in cap. 1. num. 137. 2. quæst. 8. asserens esse communem, & latè Beroius in c. qualiter el 2. n. 52. de accusationib. Tiraq. de pœnis c. 53. Clarus in pract. q. 60. n. 33?

53 Cui difficultativarijs modis connati sunt interpretes respondere, mihi tamen semper verior visa est Panormit. doctrina in d. c. 2. n. 10. asserentis nõ teneri iudicem, qui per inquisitionẽ procedit, semper minuere pœnam ordinariam, sed cõsidera ta grauitate criminis, malitia, & qualitate delinquentis, posse nonnsiquã ordinariã pœnam imponere, vt colligitur ex Innocentij III. Pontificis Maximi decisione, in d. c. inquisitionis ad finem, ibi, *alioquin secundum personæ merita, & qualitatem excessus, pœnã poterit indicantis discretio moderari*, & probãt pleraq; iura, quæ in particulari inquisitione eandem omninò pœnam imponunt, quæ in accusatione fuerat infligẽda. l. 4. C. de sepulchro violato, ibi: *vel ad officium venerit*, l. a. C. de abolitionibus, ibi: *inquisitionẽ facta comperiens pœna ingeratur*, l. ordo. 8. ff. de publicis iudicijs, vbi cadẽ legum pœna durat, etiam quãdo ex ordine crimina probãtur, l. 2. §. si publico, ff. de adulterijs, quo loco ordinaria lenocinij pœna imponitur sine accusatore.

54 Et non leuiter cõfirmat tex. in d. c. inquisitionis. in princip. in vers. *in quo*, vbi saltem in crimine homicidij, & simoniæ aliud constitutũ videtur, atq; ideò non semper minuendã esse pœnã ordinariã, quando per inquisitionẽ proceditur, sicque explicandũ est præfatũ responsum Pontificium in d. c. 2. vt etiam non instituto iudicio accusationis contra dictum Canonicũ, locus fuerit pœnę ordinarię, propter qualitatẽ excessus & grauitatem

tatem criminis ſimoniæ.

55 Nec admittẽda eſt reſolutio communis ſcholæ diſtinguentis, quod ſi quis teſtibus, aut alijs probationibus conuincitur ſi per inquiſitionem agatur, ordinaria pœna affici non debeat,ſed mitiori,& ita procedat text.in dict.cap. Inquiſitionis. & dict.cap. qualiter. & in capit. tuæ de pœnis cum ſimilibus: ſi verò quis fatetur crimen pœna ordinaria locum habeat,& ita procedat text.in d. c.2. de confeſsis.

56 Etenim talis diſtinctio probabilis non eſt,ne cogamur fateri deterioris conditionis eſſe, cum qui crimen fatetur, quam qui conſtanter negat,& conuincitur, cum explorati iuris ſit,ſponte fatentem nullo probationis metu, aut aliqua neceſsitate compulſum,mitius quidem puniri debere, quam conuictum, vt agnoſcunt Simancas, & per ipſum relati de Catholicis,cap.55.numero 6. Clarus vbi ſupra, numero 34. per l. 1.C.de his qui ſe deferunt lib. 10. & ita tenendum eſt, quidquid diſtinctionem prædictam probauerit Innocentius receptus in dict. cap. qualiter, vbi declarauit Abbas num. 20. adducens pro eadem ſententia, cap. vltim.de celebratione Miſſarum. & communem etiam dixerit Auguſtin. Beroius dict.loco.num.58.Præpoſit. n.142.

57 Verum non ideò in totum reijcienda eſt illa cuius ſupra meminimus reſolutio, vulgo exiſtimantium iudicio particularis Inquiſitionis, longè mitiorem pœnam imponendam, quam in indicio accuſationis, in hoc enim ordinariam,in illo mitiorem arbitrio iudicis moderandam comminiſcuntur,iuxta text.optim.in cap.dilectus.30.vbi gloſ. verbo,*emoris*, de ſimonia, gloſ. verb.*ſi prætori*,in l.3.§.præterea,ff.de ſuſpectis tutoribus, tradiderunt plures, vt per Nauarr.in cap. inter verba, corolar.48.numero 582. Anton. Gomez,3.tom.cap.1.à num. 10. ante finem,Clarus lib.5.§. vltim. quæſt. 6. numero 33. Soto de ratione tegendi,membr.2.quæſt.6.colum.5.Tiraquel.& plures ab eo relati de pœnis, cauſa. 53. in princip. Hippolytus in practica criminali, §. conſtante, numero 38.poſt Aretinum in cap.qualiter. & quando el 2. numero 24. & 28.de accuſationibus, Annaniam in cap. in Archiepiſcopatu. numero 5. de raptoribus, Decium ad rubr. numero 7.de iudicijs,Felinum num.8. verſ.*nota tertio*,in dict.cap.Inquiſitionis.Abbatem num.1.ibidem, & in d. cap.2. de confeſsis, num.10. ſed aliquo modo temperanda dictorum interpretum traditio, vt non ſit perpetua, aut ſemper duratura, ſed quod aliquando liceat iudicibus, etiam lite inſtituta per viam Inquiſitionis ob delinquentis exceſſum, & grauitatem criminis, pœnam ordinariam imponere, ſecundum Innocẽtij mẽtem in hoc intellectu accipiendi,in dict.cap.2. de confeſsis,vbi canonicum,de quo illic, qui ſimoniæ crimen ſponte confeſſus eſt, aduerſus quem per viam inquiſitionis dumtaxat proceſſum fuit,ab officio,& beneficio priuauit,atque adeò ordinariam ſimoniæ pœnam duxit iniungẽdam,id ſanè ob criminis ſimonię grauitatem,& Canonici exceſſum.

Summa-

Digitized by Google

Summaria ad Controuersiam 30.

1 PRoponitur titulus cõtrouersiæ, & insinuatur difficultas, ex quibusdam Concilij Tridentini decretis.

2 Diuersa praxis diuersorum iudicum vẽ fertur circa præsentem controuersiam, & quod vtrique suas rationes, & iuris fundamenta adducunt.

3 Non procedit præsens controuersia ſtãte consuetudine in contrarium, quã obtinuit in aliquot Hispaniarũ Diœcesibus, quam noluit Carolus Cæsar abrogare, etiamsi sæpius ab eõ fuerit petita talis praxis, & vsus abrogatio.

4 Duæ sunt in hac controuersia inter se pugnantes opiniones, & prioris, quæ affirmat non esse recurrendum ad Magistratũ sæculares, authores referuntur.

5 Probatur dicta prior sententia ducto argumento, ex text. in cap. præterea de officio delegati, & similium.

6 Potest iudex punire excessus commissos contrà, & circa eius officium, & multa de Dominis Inquisitoribus vẽ misinè.

7 Episcopi procedere possunt contra Sortilegos, idolorum Cultores, Aruspices, & id genus alios.

8 Referuntur Doctores, qui affirmãt prædictam sententiam in foro, & praxi obseruari.

9 Ponderantur loci Tridentini ad probandum, non solum per excommunicationem, & alias censuras Ecclesiasticas, verum etiam realiter per captum, & districtionem laici, vel bonorũ eiusdem, posse Ecclesiasticos, per se, vel per suos Ministros suas exequi sententias, nec teneri ad sæculares magistratus recurrere.

10 Proponitur opposita sententia asserentium in exequutione sententiæ recurrendum esse per Ecclesiasticũ ad iudicem territorij, in quo sunt personæ, vel bona in quibus facienda est executio.

11 Cap. 1. de offic. ord. manifestè probat iudicem Ecclesiasticum, pro exequẽdis sententijs, posse, & debere recurrere ad auxilium brachij sæcularis.

12 Dictam secundam opinionem author amplecteretur, ne multoties confunderentur, Ecclesiastica, & ciuilis Potestas.

13 Ostenditur nec ex lege aliqua canonica, neque ex regula, cap. præterea, aut legis 2. probari dictam executionem Ecclesiasticis concedendã esse.

14 Eadem ratio est de quolibet iudice, qui speciali aliqua ratione de causa alieni subditi cognoscit, quæ est de iudice Ecclesiastico, dum de laico iudicat, ergo pari ratione non poterit Ecclesiasticus extra territorium suam sententiam executioni mãdare, nec contrà laicum propria authoritate procedere.

15 Subijcitur vndè dicatur territorium, & vndè deriuetur verbum, Diœcesis, ex Alciati etymologia, quã ad dictas duas voces addueit.

16 Plerisque placuit, Ecclesiasticos non habere territorium, & ostenditur Ecclesiasticos iudices non posse, absque inuocatione brachij sæcularis suas aduersus laicos sententias executioni mandare.

17 Sicut index laicus, dum iudicat de temporalibus clericorum, non potest per suos Ministros executionem facere, sic etiam in iudicibus Ecclesiasticis, idem dicendum est, & inuocare debebunt aduersus laicos auxiliũ brachij sæcularis.

Digitized by Google

18 *Negari non poteſt iuriſdictionẽ in perſonis,& bonis temporalibus, competere iudicibus Eccleſiaſticis contra regulas generales,& cum nulla lex ſit, quæ talem executionem concedat, non eſt indiſtinctè concedenda.*

19 *Extra caſus à iure expreſſos non poterit Eccleſiaſticus index propria authoritate laicos capere,& ſpeciali priuilegio factum eſt, quod Domini Inquiſitores propria authoritate, & per ſuos Miniſtros laicos capere poſsint, vel in eiſdem, aut in eorum bonis ſuas exequi ſententias.*

20 Cap.1.de officio ord.& iura ſimilia præciſſè non probant recurſum Eccleſiaſticorum ad ſeculares pro exequendis aduerſus laicos ſententijs.

21 *Negandum eſt, præciſſè requiri ad vſũ iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, quod propria authoritate per ſuos Miniſtros Eccleſiaſtici indices ſuas exequantur ſententias.*

22 *Nullum efficax argumentum deduci poteſt, ex cap.cum ſit generale de foro comp.ad probandum Eccleſiaſticos per ſe ipſos, aut ſuos Miniſtros ſuas ſententias in bonis, vel perſonis laicorum executioni mandare poſſe.*

23 *Nulla lex reperitur, qua executio in bonis,& perſonis temporalibus Eccleſiaſticis indicibus expreſſè permittatur, qua ratione intelligitur textus in cap. contra idolorum,& ſimiles numero præcedenti citati.*

24 *Intelliguntur Tridentini Decreta, et quomodo accipienda ſit realis illa clauſula, cuius meminit ſancta Synodus.*

25 *Iterum agitur de intellectu cap.3.Trident. & cautiſsimè aduertendum eſt, noluiſſe Concilium diffinire, per quos ea executio fieri debeat, quia res erat inter Doctores contro-*

uerſa.

26 *In hac materia conſuetudini ſtandum erit, cui non cenſentur derogaſſe Decreta Tridentini, neque illius meminiſſe,& attento iure per alienos Miniſtros erit facienda executio, ſtante verò legitima conſuetudine in cõtrarium, per ſuos fieri poterit.*

27 *Ad dictam conſuetudinem, de qua in numero precedenti, requiritur ſcientia,& pacientia Principis ſeculares.*

28 *Conſuetudine ceſſante ſecundum vigorem iuris dicta executio, ad ſeculares pertinet, á quibus Eccleſiaſticũ auxilium inuocare debeat, quod appellant brachium ſeculare.*

29 *Intelligitur locus Trid.in illis verbis,* per ſuos proprios, vel alienos Miniſtros,&c. *vt correſpondeant ſingula ſingulis, ſcilicet,* per ſuos, *reſpectu clericorum,* per alienos, *reſpectu laicorum.*

30 *Non eſt admittenda in hac parte diſtinctio illa inter carcerem datum ad pœnam,& ad cuſtodiam.*

31 *Non eſt admittenda concordia diſtinguentium inter perſonas,& alia bona temporalia laicorum, vt in perſonis poſsit fieri executio per indices Eccleſiaſticos, in alijs verò bonis tẽporalibus, faciẽda ſit neceſsario per ſeculares.*

32 *Regia lex 14.tit.1.lib.4.compilationis, nõ fuit iuris noui inductiua, ſed potius declaratoria antiqui,& perperam lex illa notabilis fuit appellata.*

33 *Coacta iuris ratione Eccleſiaſtici indices, vbi cenſuris iam fuerint vſi aduerſus laicos, nec potuerint earũ viribus ſententias exequi, requirunt pro earum exequutione indices ſeculares.*

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA 30.

An si executio facienda sit in bonis, vel personis laicorum, adhuc iudices Ecclesiastici, siuè ordinarij, siuè delegati, qui contra illos sententiam tulerunt, possint eandem exequi, non solum per censuras Ecclesiasticas, verum & realiter per capturam, & districtionem laici, vel bonorum eiusdem, ita vt non teneantur ad sæculares Magistratus, pro executione recurrere.

1 QVotidiana dubitatio est, nec ob negotiorũ emergentiũ, iudicantiumque diuersitatem, satis vnquã expedita, teneantur ne Ecclesiastici iudices, ad sæculares Magistratus, vel eorũ Ministros, pro suarum sententiarum, aduersus laicos executione recurrere, in casibus in quibus contra ipsos cõpetentes sunt: vel possint propria authoritate, per Ministros Ecclesiasticos, executionem, aut realem capturam expedire, maximè stantibus quibusdam Concilij Tridentini Decretis, quorum inferius nominatim mentionem faciemus, quibus diffinitum videtur, Ecclesiasticos iudices, per captionem pignorum personarumque districtionem, per suos proprios, aut alienos Ministros faciendam, posse vtique exequi sententias suas, quas in casibus ad forum Ecclesiasticum, etiã inter laicos spectantibus pronuntiarunt.

2 Vidimus enim nonnullos iudices Ecclesiasticos, doctos, & eruditos, executionem huiusmodi, per se ipsos facientes, vt commodius, & breuius (vt ipsi comminiscuntur) quam per sæculares, & litteras requisitorias, nẽgotia expediant, alios quidem etiam non indoctos, neque inexpertos, qui pro suarum sententiarum executione, vbi inter laicos competentes sunt, statim recurrunt ad sæculares Magistratus, vbi per excommunicationem, & alias censuras Ecclesiasticas, exequi non possunt, sed ad capturam, & districtionem laici, vel bonorum eius oportet transire, & vtrique sanè vna, & altera diuersa praxi vtentes, rationes iurisq; fundamenta non leuia, adducere cõsueuerunt.

3 Res certè dubia, & quæ Oldaldum consil. 86. qui breuem super hac controuersia disputationem præmisit, ancipitem tenuit, adeò, vt testè Domino Couarruu. practicar. 10. quid sibi iure verius visum fuerit, non satis explicauerit. Separando autem more nostro certa ab incertis, priusquam disputationem aggrediar, suppono, eam minimè versari stante consuetudine legitimè præscripta, quod iudex Ecclesiasticus alicuius causæ cognitionem habens aduersus laicos, possit eosdem capere, ac carceri tradere, certum enim est cõstatque inter omnes talẽ vsũ omninò seruãdũ esse: vt resoluit

Digitized by Google

Palacios Rubios in repetitione cap. §.ſed eſt pulchra dubitatio,num.26. poſtBaldum in cap.ſignificaſti.de officio delegati,quos retulit,& ſequutus eſt Dominus Præſes loco proximè citato,verſ. *primum*, vbi affirmat talem cõſuetudinem,in aliquot Hiſpaniarum Diæceſibus,iam diu obtinuiſſe, nec Carolum Cæſarem Regem inuictiſsimum, eam tollere legeque propria voluiſſe vſquam improbare: etiamſi ſæpius ab eo fuerit petita huius praxis, & vſus abrogatio,in publicis totius Regni conuentibus.

4 Quo ſuppoſito duas hac de re,ſeclusa conſuetudine,extremè pugnãtesinuenio opiniones,prior affirmat integrum eſſe iudicibus Eccleſiaſticis, in caſibus in quibus laicorum competẽtes ſunt,illos capere, & carceri ſi opus fuerit mancipare, ſine vllo recurſu ad Magiſtratus ſæculares, quos non tenentur adire.Huius ſententiæ auctores ſunt Felin.in capite cum ſit generale de foro competent.num.20. & in dict.cap. ſignificaſti.colum.vltim.Stephanus,Aufferrius, qui lato ſermone eam controuertit,in tract.de poteſtate Eccleſiæ ſuper laicos in princ. & in Clem. 1.de officio ordinarij, quæſt.5.Dominicus, & Francus in c. cum Epiſcopus de officio ordinarij in 6. Immola ad finem,Bellamera n. 8. Guido n.7.in dict.cap.ſignificaſti. directorium iudicumEccleſiaſticorum,2. par.c.13.n.24. noſter Salcedo, Bernardi additionator,reg.397.verſ.*ſed nouum*,Ferdinan.Menchacen.de ſucceſsion.creatione,§.22.n.18.

5 Pro quibus mirum in modum facit vulgaris regula,c.præterea de officio delegati,& ſimilium:etenim cũ data iuriſdictione ea omnia cõceſſa cenſeri debeant,quę ad talis iuriſdictionis commodiorem expeditionẽ neceſſaria ſunt, & negari non poſſit exequutionem aduerſus laicos, (de qua contendimus) breuius quidem,ac longè commodiùs per ipſoſmet delegatos Principum, qui cognouerunt,& definierunt, vel per ordinarios,& Eccleſiaſticos eorum miniſtros,quam per ſæculares, & litteras requiſitorias expediri:conſequẽs eſt attenta dicta regula, cap. præterea, & iurium ſimilium talem exequutionem propria Eccleſiaſticorũ auctoritate, abſque eo quod neceſſarium ſit adire Magiſtratus ſeculares, faciendam eſſe: quippè qui dat formam dat conſequentia ad formã l.2.de iuriſdiction.omni. iudic.

6 Sic voluit Clemens V.in clem.1. §.propter, de hæreticis, vbi ſtatuit Diœceſanos,&Inquiſitores(ac proindè iudicesEccleſiaſticos)poſſe arreſtare, ſiuè capere,quoſcumque etiam laicos,ac tutè eos cuſtodiæ mancipare,ponendo in compedibus, vel manicis ferreis ſi viſum fuerit,dict. cap. præterea.cap.ſignificaſti. capit. prudentiam.§.vltim. de officio delegati.gloſ.in cap.1.verb. *impedire*, eodẽ tit. & poteſt iudex punire exceſſus commiſſos contra, & circa eius officium, vt eruditè ſcribit vir, non minus ingenio quam doctrina, & nobilitate, Clarus, Ioſephus de Seſe in Regno Aragonum meritiſsimus Regius Conſiliarius in ſuo elegantiſsimo tractatu inhibitionum, & magiſtratus iuſtitiæ Aragonum, capite 30.§.1. numero 148. vbi per totum illud, capit.30.multa ſapienter docuit in gratiã iudicũ rerũ fidei, quos vulgo dominos Inquiſitores appellamus.

7 Adducique ſolent pro eadẽ ſentẽtia,tex.in c.cõtra idolorũ.26.q.5.vbi ex Gregorio lib.7.Epiſtol.66. ad Ianuarium Epiſcopum, refert Gratianus Sortilegos idolorum cultores,

Aruſ-

Aruſpices, & id genus alios, qui ſe emmendare à talibus, atque corrige re noluerint, poſſe per Epiſcopos non ſolum feruenti cęlo comprehẽdi, ſed etiam verberibus, crucialibus que, quibus ad emmendationẽ peruenire valeant caſtigari, vel incluſio ne digna, diſtrictaque in pœnitentiã redigi, *vt qui ſalubria*, (inquit Gregorius) *& à mortis periculo reuocantia audire verba contemnunt, corporis cruciatibus ad deſideratam mentis ſanitatem reducantur.*

8 Et cap. attendendum. 17. quæſt. 4. vbi vrbanus Epiſt. ad omnes Epiſcopos, cap. 2. pro comperto ſupponit, quoſcumque ſacrilegos, & inuaſſores rerum Eccleſiaſticarũ, poſſe per Epiſcopos perpetua damnari infamia, & carceri tradi, aut in exilium perpetuo deportari: quibus accedit, quod vſus & praxis, tam in crimine hęreſeos, quam in alijs caſibus ſic obſeruat, & conſuetudine Hiſpaniç, ita practicari teſtatur Roxas in ſpecialibus fidei, ſpeciali. 108. ante finem, & præter nuper citatos eandem probat Annania ad rubr. de ſortilegijs, & plures quos refert Palacios in repetitione cap. §. 48. à num. 21. adducẽtes textus in cap. idolorum. 26. quæſt. 5. & in cap. excommunicamus 2. de hęreticis, per quæ iura, & multa alia argumenta per eundem Palacium adducta, contendunt proximè laudati auctores, & cum illis Peruſinus in d. cap. cum Epiſcopus de officio ordinarij in 6. iudices Eccleſiaſticos, qui de criminibus laicorum Eccleſiaſticis, vel mixti fori cognoſcunt, poſſe, per ſe, vel per ſuos miniſtros, laicos capere, & in carcerẽ detrudere, ſuasque ſentẽtias in bonis temporalibus exequutioni mandare.

9 Et tandem Trident. ſeſ. 24. de reformatione matrimonij, cap. 8. ſtatuit, quod ſi aliqui in concubinatu, per annum cẽſuris neglectis permãſerint, contra eos ab ordinario ſeuerè pro qualitate criminis procedatur: & quod mulieres, ſiuè coniugatæ, ſiuè ſolutę, quæ cum adulteris, ſeu concubinarijs publicè viuunt, ſi ter admonitę non paruerint ab ordinarijs locorum, nullo etiam requirẽte, ex officio grauiter pro modo culpæ puniantur, & cætera quæ ſequuntur in illo capite, *vſque dum* (inquit Sãcta Sinodus) *extra opidum, vel Diœceſim, ſi id eiſdem ordinarijs videbitur eijciãtur*, & ſeſ. 25. de reformatione, cap. 3. ſimiliter ſanciuit, licere iudicibus Eccleſiaſticis (ſi expędire videbitur) in cauſis ciuilibus ad forum Eccleſiaſticum, quomodolibet pertinẽtibus, cõtra quoſcumque etiam laicos per mulctas pecuniarias, quæ locis pijs ibi exiſtentibus, eo ipſo quod exactæ fuerint aſsignentur, ſeu per captionem pignorum, perſonarumque diſtrictionem per ſuos proprios, aut alienos exequutores faciendam, ſiuè etiam per priuationem beneficiorũ, aliaque iuris remedia procedere, & cauſas definire: ex quibus decretis, & tenore verborum pluſquam liquido apparet, non ſolum per excommunicationem, & alias cenſuras Eccleſiaſticas, verumetiam realiter per capturam, & diſtrictionem laici, vel bonorum eiuſdem, poſſe Eccleſiaſticos, per ſe, vel per ſuos miniſtros, ſuas exequi ſententias, nec teneri ad ſæculares Magiſtratus, vel eorum Miniſtros pro exequutione contra laicos, eorumvè temporalia bona recurrere.

10 Quæ quanquam ita primo aſpectu ſe habere videantur, contrariã tamen opinionem probarunt Doctores communiter, vt per Immolam, Hoſtienſem, Cardinalem quæſt. 5. & alios in dict. cap. ſignificaſti, & nominatim ex antiquioribus eam defendunt

dunt Ioannes Andreas,& Ancharra nus,in reg. ea quæ. de regulis iuris, Auendañus lib. 1. Prætorum cap. 1. num.22.Auiles eodem lib.capit.10. verb. *vſurpan*, num.11.& ſeqq.Didacus Perez lib.8.titul.19.l.48.glo. vlt. Alphonſus de Aceuedo ad leges noſtras lib.4.titul.1.l.14.â num.3.Iulius Clarus practicar.quæſt.37.num.8. & plures, de quibus Couarr.ſupra,Boerius,& citati per Alphonſum de Aceuedo vbi proximè,Roxas dict.ſingu. 108.qui omnes affirmant vſu receptam,& apertè probatur dictis legib⁹ Regni,quarum expreſſè meminitCouarr.loco citato,& ſic practicari obſeruari, & iudicari communiter, teſtatur Clarus,§.vlt.quæſt.37.num. 8. Boerius deciſ.227.num.11.qui decidunt in exequutione ſententiæ recurrendum eſſe per Eccleſiaſticum ad iudicẽ territorij, in quo ſunt perſonæ,vel bona in quibus faciẽda eſt exequutio.

11 Addentes cap.1. de officio ordinarij cum ſimilibus,manifeſtè probare,iudicem Eccleſiaſticum, pro exequendis ſententijs, poſſe, & debere recurrere,ad auxilium brachij ſæcularis.

12 Sed ipſe profecto ſi ſe ſe offerret occaſio(quæ non ſemel ſed vis,& iterũ coram viris doctiſsimis,de hac re diſſerendi ſe obtulit) iſtam ſecundam opinionem ſuaderem, & amplecterer,ex natura, & differentia vtriuſque poteſtatis, Eccleſiaſticæ ſcilicet & ciuilis, quæ abſquedubiò multoties confunderentur ſi Eccleſiaſticus contra ſæculares,& eorum bona per ſe,& ſuosMiniſtros,cum præiudicio ſæcularium Magiſtratuum, ſuam poſſet exequi ſententiam:contra regul.cap.cum ad verum.96.diſt.capit. nouit in princ.de iudijs, iuncto cap. peruenit.11. quæſt. 1. dict.l. à Diuo Pio.§.1. c. poſtulaſti de foro compe-

tent. accedit text.per locum à contrario,in cap.cum Epiſcopus,ibi,*Eccleſiaſticas perſonas*,de officio Ordinarij in 6.l.Epiſcopalem,ibi,*præiudiciũ*, &c. C.de Epiſcopali audictia,& habemus leges Regias, quarum meminere Couarruu.Azeuedo, & Roxas vbi ſupra.

13 Sanè ſi Eccleſiaſtici potuiſſent talem exequutionem facere, aut eſſet ex auctoritate alicuius legis Canonicæ,aut ciuilis,aut ex reg.l.2.ff.de iuriſdictione omn.iudic.& cap.præterea de officio Delegati, ſed neutro modo id eis cõceditur,ergo &c.cõſequentia bona eſt, maior patet, minor,quo ad priorem partem probatur,quoniã lege ciuili manifeſtè conſtitutum eſt, vt ſententias à Prælatis latas inter laicos,ſæculares Magiſtratus exequantur, vt in dict. l. Epiſcopalem,leges verò Canonicæ eã facultatem non præſtãt, nec iura à Doctoribus adducta aliquid euincũt, vt infra conſtabit: poſterior verò pars minoris,probatur ex eo,quoniam regul.dict.l.2.& cap. præterea, tantum concludit in illis quæ ſunt præciſſè neceſſaria, ad per agendum id quod principaliter committitur,vt eius ratio ſuadet, & colligitur ex verb. *non poteſt*,docet gloſſa recepta in cap. ſolet.verb. *per ſuperiorem*, de ſententia excommunicationis in 6.teſtatur cõmunem Decius dict. cap. præterea, num.6.Cum ergo neceſſarium nõ ſit ad cognitionem cauſarum inter laicos Eccleſiaſticis conceſſam, vt ipſi per ſe in perſonis, & rebus temporalibus exequutionem faciant,quę per ſæculares rectè fit, imò commodius, quoniam armatos habent miniſtros, quos Eccleſiaſtici habere non debent,vt probant Abbas, & Felinus, in cap.ſignificaſti de officio Delegati, relinquitur dicendum,nulla ratione hanc exequutionem eſſe Eccle-

ſiaſticis

siasticis absolutè concedendam.

14 Præterea eadem ratio est, in quolibet iudice, qui speciali aliqua ratione de causa alieni subditi cognoscit, quæ est in iudice Ecclesiastico, dum de laico iudicat, sed iudex qui cognoscit de causa alieni subditi, nõ potest suam sententiã exequutioni mãdare, in persona, vel bonis in territorio alterius existentibus: igitur nec Ecclesiastic°: maior probatur ex eo, quia quemadmodum iudex illius territorij, de subdito alieno regulariter non iudicat, sed tantum speciali ratione delicti, contractus, vel rei sitæ, iuxta cap. vlt. de foro competent. ad iuncta l. vlt. ff. de iurisdictione omnium iudicum, ita neque Ecclesiasticus de causis laicorum, nisi specialis ratio id suadeat: maximè cum sicuti persona & bona alieni subditi, sunt extra territorium, sic laici, & eorum res quatenus sunt temporales.

15 Dicitur enim territorium, quatenus iudex ius terrendi habet, pariterque Diæcesis dicitur, quatenus Episcopus ius administrandi sacra habet, quoniam vox græca Diæcesis administrationem significat, quæ in iure pro prouintia assumitur, l. 1. C. de priuatis carceribus, quamquam in patruum decretis ad Episcoporum munus deflecti cõsueuerit, vtpotè quia in primitiua Ecclesia Episcopi non exercebãt iudicia, sed sacra administrabant, curabãtque, vt qua solet eruditione, & elegãtia tradit excelentis ingenij vir Andreas Alciatus in l. pupillus 239. §. territorium, ff. de verborum significat.

16 Etsi minimè ignorauerim, plerisque placuisse, Ecclesiasticos non habere territorium, prout est Cinus, & Baldus in dict. l. Episcopalem, num. 2. C. de Episcopali audientia, Guillelmus Benedictus in cap. Rainuntius, verb. *& vxorem*, num. 424. Casaneus Rubr. 1. §. 6. num. 90. Azeuedo l. 14. tit. 1. lib. 4. à num. 3. Augustin. Berous in consuetudinibus Bituricensibus, tit. de iurisdictione omn. iudic. §. 15. probarique potest ex his quæ scribit Alciatus vbi proximè: insuper, & iudicẽ, qui cognoscit de causa alieni subditi, non posse suam sententiam exequutioni mãdare, in persona, vel bonis in territorio alterius existentibus, probatur ex l. à Diuo Pio. §. sententiam, ff. de re iudicata, ex cap. postulasti de foro compet. ex cap. 1. §. contrahentes eod. tit. lib. 6. igitur consequẽtia bona est, rectèq; consequitur ex dictis, Ecclesiasticos iudices, non posse absque inuocatione brachij sæcularis, suas aduersus laicos sententias exequutioni mandare.

17 Vt vel sic paritas sit in hoc, inter iudicem laicum, & Ecclesiasticum, vt sicut iudex laicus in illis casib° in quibus de causis temporalibus clericorum iudicat, vel laicorum, quoties executio faciẽda est, in re clerici, quã tumuis prophana, vel in re Ecclesiastica, prout est detrusio in monasterium, non potest per se, & suos Ministros temporales, exequutionem facere, sed ab Ecclesiasticis petenda est, vt volunt Doctores per tex. ibi, in authentica, sed hodiè. C. de adulterijs, Zasius in dict. §. sententiam, num. 14. & cum communi Alciatus in cap. 1. de officio ordinarij, num. 24. Palacios Rubios in repetitione cap. §. 48. á num. 2. Couarr. practicar. 10. num. 1. sic etiam in iudicibus Ecclesiasticis, idem dicendum sit, vt inter vtrosque seruetur æqualitas. Nec dissentiunt, imò hanc eandem partem euincunt, leges Canonicæ, quibus probatur inuocandum esse auxilium sæculare, ad exequutionem faciẽdã, quoties opus fuerit, vt in c. 1. c. quoniam de officio ordinarij.

Deni-

18 Denique quia negari nulla ratione potest, iurisdictionē in personis, & bonis temporalibus, iudicibus Ecclesiasticis competere contra regulas generales, de quibus in cap. nouit.de iudicijs,& in cap. causamque. qui filij sint legitimi,& colligitur manifestè ex c.cum sit generale. de foro competenti,atque ideò non concedenda,nisi quatenus legibus diuinis,aut humanis reperitur eis manifestè concessa,sed nulla lex est diuina, vel humana,quæ Ecclesiasticis iudicibus indistinctè permittat, vt suas sententias in personis,& bonis temporalibus laicorum,per se ipsos exequantur,imò multæ sunt in contrarium(vt vidisti)ergo nō est talis exequutio indistinctè concedenda.

19 Ex quibus semota præscriptione, vel consuetudine,hanc posteriorem sententiam, tanquam magis probabilem amplector, vt scilicet nō possit Ecclesiasticus iudex,propria auctoritate,& per suos Ministros capere laicos,vel in eisdem, aut eorum bonis suam exequi sentētiam,extra casus speciatim iure expressos, in quibus de criminibus grauissimis criminaliter agitur,in quibus intelligi solet,dict.cap.contra idolorum.& d. c. attendendum.& dict.clem.1.§.1. cū similibus, ibi, *stare,sinè capere,&c.* de hæreticis. Etenim in fidei fauorem, (sicut & alia multa) speciali priuilegio factum est,quod Domini Inquisitores,etsi iudices Ecclesiastici sint, propria auctoritate,& per suos Ministros,laicos capere possint,vel in eisdem, aut in eorum bonis suas exequi sententias.

20 Quam opinionem,atque doctrinā veriorem quidem, & vsu forensi receptam,secundum quā periti, & prudentes iudices Ecclesiastici,semper pro his, & similibus exequēdis,ad iudicium sæculare recurrunt, interim admoneo non satis probari, ex dict. cap.1.de officio ordinarij.cum similibus,dum probant iudicem Ecclesiasticum,pro exequendis sententijs posse,& debere recurrere ad auxiliū brachij sæcularis,quātumuis nos ist hæc iura supra proximè, pro hac eadem parte citauerimus, quippè quæ agunt de auxilio,seu brachio sæculari implorando, non tantum contra laicos,verumetiam cōtra clericos,& Ecclesiasticas personas, in quas iudex Ecclesiasticus, licet iurisdictionem habeat,& suam sententiam per suos Ministros realiter exequi valeat dict.cap. cum Episcopus. vbi communis,fatentur receptum contra plures,quos referunt Couar.supra vers. 4.Azeuedo supra num.5. aliquando tamen,quiaEcclesiastica potestas cū mansuetudine per suos Ministros exercetur,& gladium habet tantum modo spiritualem, qui nō sufficit ad eiusmodi realem exequutionē, etiā contra clericos recurritur ad sæcularem,quæ potētior,& magis timetur, dum cum armis,& manu militari expeditur. Quare dict.c.1.& iura similia præcisse non probant præfatum recursum Ecclesiasticorum, ad sæculares,pro exequendis aduersus laicos sententijs,sed cum tot nobis supecierint,argumenta illaque nō leuia,sed efficaciſsima,pro hac secunda veriori,& frequentiori opinione, minimè necesse erit inducere d.c.1. nec iura similia de auxilio implorando,non tantū contra laicos,verūetiā contra clericos agentia.

21 Cōfirmabitur igitur, magis,ac magis hæc nostra sententia, quam cum grauissimis auctoribus supra pro excitatis constanter defendimus, & in praxi recipiendam iudicamus, si argumenta singula, pro contraria parte, initio præsentis controuersiæ adducta,nuncupatim diluerimus.

Ad

Ad primum ex dict.cap.præterea. cũ concordantibus, iam dictum est loqui de necessitate precissa, negamus autem præcisse requiri ad vsum iurisdictionis Ecclesiasticæ, quod propria auctoritate per suos Ministros Ecclesiastici iudices suas exequantur sententias, quinimò commodius & vtilius erit recurrere ad auxilium brachij sęcularis, vt abundè superius demonstratum est.

22 Ad aliud verò, quod frequenter à Doctoribus, qui contrariam sententiam sequuntur adduci solet, ex l. placet.cap.nouit.cap. causamquę. cap. cum sit generale, c. cõtra idolorum, cap. excommunicamus. cap. attendé dũ cum similibus iam citatis, facilè suo ordine respõdetur, vt pœna carceris, & exilij, de qua in dict. l. placet, mandetur exequutioni per eosdem, ad quos de iure pertinet. Etenim si attendisti, Summus Pontifex, in dict.cap.cum sit generale. exequutionem clericis nõ commisit, quin potius neque de clericis, neque de laicis vllum verbum, sed tantum diffiniuit, qualiter sint sacrilegi puniendi, per quos autem puniri, vel in carcerem conijci debeant, ex iuris regulis petendum reliquit, atque ideò ex illo text. nullum profecto efficax argumẽtum deduci potest, nec potuit vnquam, ad probandum Ecclesiasticos per se ipsos, aut suos Ministros suas sententias in bonis, vel personis laicorum exequutioni mandare posse.

23 Quo pacto etiam procedit text. in dict.cap.contra idolorum, & similes qui pro contraria parte citantur, nulla enim lex reperitur (nifallimur) qua exequutio in personis, & bonis temporalibus Ecclesiasticis iudicibus, expressè permittatur, vt videre licet ex his quæ referuntur à Palacio vbi supra, vndè non oportet confugere ad casus speciales, vt Doctores volunt, quos arguit Couarruu. dict. loco.

24 Neque obstant Tridentini Decreta, & eorum verba, initio à nobis, pro præfata opposita sententia multipliciter expensa, nam prius ex dict.cap. 8. intelligi potest de electione ab ordinarijs facienda per sententiam, & insuper per censuras Ecclesiasticas, attento iure, sed tamen captura, & realis eiectio fiat per iudicem, & Ministros sæculares, quorum auxilium si opus fuerit ea in re implorandum est, vt idemmet Tridẽtinum expressit ibidem: & dum sæculares eo modo auxilium præstantes, sententiam Ecclesiastici exequuntur, satis dicitur per illos Ecclesiasticus eijcere, ex reg. qui per alium in 6.cap. mulieres. §. illi. de sent. excommunication. quo etiam pacto nonnulli putant intelligi posse. d.c. contra idolorũ. & d. c. attendendum.

25 Posterius verò Decretum Tridentini, dict.cap.3. quo maximè nitũtur directorium iudicum Ecclesiasticorum, 2.par.cap.13.num.24. & alij, noniores, dum dicit captionem pignorum, & personarum districtionem, etiam contra laicos, per Ecclesiasticos iudices faciendam, mediantibus proprijs, vel alienis Ministris, satis intelligitur, si aduertas decretum illud hoc solum agere, vt quatenus fieri possit Ecclesiasticis pareatur censuris, ad quas euitandas, personas, potius & bona temporalia capi iubet: quod verò adducit, *per suos, aut alienos Ministros*, cautissimè dictum est, quoniam diffinire noluit, per quos ea exequutio fieri debeat, cũ ea res, vt ex superioribus apparet inter Doctores sit controuersa: neque oportuit id diffinire, & ideò secũdum ius, & legitimas cõsuetudines, per suos, vel alienos facienda est exequutio.

Po-

26 Poterit namque Ecclesiasticus iudex prædictam exequutionem facere, si legitima fuerit cõsuetudine munitus, quoniam consuetudine iurisdictio adquiritur, vt habet cap. cum contingat. de foro competenti, cap. 2. de exceptionibus in 6. ibi, *de iure, aut consuetudine*, quod fatentur omnes supra citati, vt testatur D. Couarruu. dict. cap. 10. num. 2. Iulius Clarus vbi supra, num. 8. atque ideò licet prædicta decreta, speciatim disponerent Ecclesiasticum iudicẽ posse per se ipsum, & suos Ministros laicum capere, & cõtra illum, & in eius bonis suam exequi sententiam, adhuc non reuocant, neque abrogant consuetudinem contrariam, cuius non meminere, ex reg. cap. 1. de cõstitutionibus in 6. quare dum sacrosancta Synodus, personas, & bona tẽporalia capi iubet, per suos, aut alienos Ministros, sic accipienda est, vt attento iure per alienos Ministros facienda sit exequutio, stante vero legitima consuetudine in contrariũ, per suos fieri possit, vbi viguerit talis cõsuetudo, vt iam antea principio huius controuersiæ me dixisse memor sum.

27 Aduertendum tamen est ad eiusmodi consuetudinem requiri scientiam & pacientiam Principis sæcularis, aut saltim officialium ipsius, vt cũ communi resoluit Franciscus Balbus de præscriptionibus, 2. part. 5. partis principalis, quæst. 4. num. 4. Burgos de Paz in l. 1. Tauri, num. 233. Padilla in l. actiones. n. 56. C. de seruitutib°, Palacios vbi supra. n. 39. item & tempus immemoriale, iuxta c. 1. de præscription. in 6.

28 Consuetudine verò cessante secũdum rigorem iuris hæc exequutio, (vt abundè probatum est) ad sæculares pertinet, à quibus Ecclesiastici auxilium inuocare debẽt, quod appellant brachium sæculare, de quo in c. 1. de statu monachorum. lib. 6. cap. inquisitionis. de hæreticis eod. lib. cap. verum. 96. dist. cap. Principes cum sequentibus. 23. q. 5. Tridentinum. d. cap. 8. de reformatione, Sess. 24. & vltra ordinarios dictis locis, Mantua lib. 10. obseruationum, cap. 92. Rebuffus. 3. tom. tit. de contumatia, art. 13. Nauarr. in cap. cum contingat. de rescriptis, remedio 2. Roland. cons. 37. à num. 5. lib. 1. Couarr. & Auiles, vbi supra, latissimè Azeuedo in l. 15. tit. 1. libr. 4. Menoch. qui alios refert de arbitrarijs casu. 452.

29 Vel si magis (vt ad dict. cap. 3. Tridentini redeamus) facilè illud intelliges, si aduertas Concilium in eo cap. ad vitandas censuras, quæ frequenter proferebantur ab Ecclesiasticis, pro suorum mandatorum, & sententiarũ exequutione, statuere, vt iudices Ecclesiastici, tam cõtra clericos, quam contra laicos procedant, per mulctas, & pœnas pecuniarias, seu per captionem pignorum, & personarum districtionem, per suos proprios, aut alienos exequutores faciẽdam, & ita alternatiua illa, *per suos, vel alienos*, aptè intelligitur referendo singula singulis, scilicet, *per suos proprios*, respectu clericorũ, *per alienos verò*, respectu laicorum, cum de omnibus agat, vt benè aduertit Azeuedo ad dict. l. 14. num. 2. qui decretum illud pro communi sentẽtia expendit.

30 Neque admittenda est alia distinctio, quam probat idem Alphonsus de Azeuedo, dict. l. 14. num. 11. distinguens inter carcerem datum ad pœnam, & ad custodiam, vt priori casu liceat Ecclesiasticis laicos in carcerem conijcere, & sic intelligatur tex. in dict. cap. cum sit generale. d. cap. contra idolorum. & cap. fraternitatis 33. dist. cum similibus: posteriori

casu

caſu non liceat capere laicos, & ſic procedat communis ſententia: etenim nec ſecundum verba Doctorũ, nec ſecundum rationes ſupra à nobis adductas hæc diſtinctio admittenda eſt, & ideò meritò eam improbarunt Roman. & alij relati per Ioann. Horoſcium in l. Imperium. ff. de iuriſdictione omnium iudicũ, num. 584.

31 Nec etiam ipſe admitterem in hac controuerſia concordiam, quàm ex alijs probat Domin. Couarr. dict. loco, diſtinguendo inter perſonas, & alia bona temporalia laicorum, vt in perſonis poſsit fieri exequutio per iudices Eccleſiaſticos, iuxta ſententiam Dominici, & ſequatium, in alijs verò bonis temporalibus faciẽda ſit neceſſariò per ſæculares, iuxta text. in d. l. Epiſcopalem, & in his terminis procedat communis ſententia: etenim nulla ratio diſcriminis ſecundum iuris principia inter vtrumque caſum reddi poteſt, & ſi audiuerim conſuetudine apud Luſitanos, iuxta hanc diſtinctionem à Couarr. relatam, & receptam, exequutionem Eccleſiaſticis iudicibus permitti. Cætera denique argumenta, quæ contra communem noſtram ſententiam conficiuntur, latè recitat, & refutat, Palacios Rubios vbi ſupra, ad quem libenter lectorem remittimus.

32 Nec ſi attentè legantur præfatæ reſolutioni obſtabunt adducta per Alphonſum de Azeuedo. d. l. 14. tit. 1. lib. 4. compilationis, quæ Regia lex, cum valdè conſonet his, quæ ſuperius tradidimus, reſoluentes, ex vtriuſque iuris præceptis, Doctorumque traditionibus, iudices Eccleſiaſticos, omninò, & in omnibus cauſis (extra caſus ſpeciales) recurrere debere ad auxilium brachij ſæcularis, proculdubio in illis verbis, *y pidan y demanden auxilio del braço Real a las dichas nueſtras juſticias ſeglares*, non fuit iuris noui inductiua, ſed potius declaratoria antiqui, quandoquidem idemmet iure Canonico cautum erat in cap. poſtulaſti, de homicidio, cap. poſtulaſti, de iudęis, cap. 1. de officio Ordinarij, allegatis per Didacum Perez. l. 48. in finali additione, lib. 8. ordinamenti, pag. 396. col. 1. per Rojas de hæreticis, in ſpecialibus fidei, ſingulari. 108. vt perperam ſanè Regiam illam legem notabilem ad hoc appellauerit Azeuedo in d. l. 14. num. 2.

33 Coacta namque iuris ratione Eccleſiaſtici iudices, vbi cenſuris iam fuerint vſi aduerſus laicos, nec potuerint earum viribus ſententias exequi, requirunt pro earum exequutione, iudices ſęculares, vt ij captis rebus, & perſonis ipſorum laicorum condemnatorum, Eccleſiaſticorum iudicum ſententias exequantur, ex ſuperius adductis, & latè traditis per Matheum de Afflictis in proœmio conſtitution. Neapolitanarum, num. 54. optimaque deciſione Pontificia, in cap. dilecto, de ſentent. excommunic. in 6. cuius meminit Domin. Couarr. d. c. 10. num. 1.

Summaria ad Controuerſiam 31.

1 *AVxilium brachij ſecularis, nec peti, nec concedi debet, niſi poſtquam Eccleſiaſticus iudex omnia fecerit quæ poteſt.*

2 *Ad iuſpicienda ea quæ præcedere debent ante exhibitionem auxilij, demonſtrandus, & exhibendus eſt proceſſus ex ſententia Legiſtarum.*

Digitized by Google

3 *Oppoſita ſententia Canoniſtarum aſſerentium, iudicem ſecularem teneri ſtatim impertiri brachium ſuum, etiam ſi proceſſus ſibi non oſtendatur, cuius copiam petere non poteſt, neque differre executionem brachij petiti: & ita practicari teſtantur Doctores qui referuntur, nec dicta praxis reſtringenda eſt ad cauſas eccleſiaſticas.*

4 *Nuſquam in iure Canonico expreſſum reperitur, quod ſeculares iudices, poſſint, aut debeant, proceſſum requirere.*

5 *Refertur conciliatio dictarum duarum opinionum, vt vna procedat in caſibus mixti fori, ſiue criminalibus, ſiue ciuilibus, alia Innocentij procedat in omnibus cauſis mere Eccleſiaſticis.*

6 *Ratio differentiæ inter cauſas Eccleſiaſticas & mixtas, quia in Eccleſiaſticis iudex ſecularis, vocatur tanquam merus executor, in cauſis verò mixti fori, non eſt merus executor.*

7 *Non eſt requirendus à iudice ſecularis proceſſus, ſed ſufficit ſolam exhiberi ſententiam cum requiſitione auxilij, ſiue in cauſis eccleſiaſticis, ſiue mixti fori, & non invenitur lege aliqua expreſſum, quod ſeculares proceſſum requirant.*

8 Conficitur *efficax argumentum, ex §. prohibemus, per locum á fortiori, quatenus probat, ſeculares iudices, nulla adhibita cognitione, Inquiſitorum ſententias, & mandata ſtatim exequi debere.*

9 *Arguitur pro opinione Innocentij, quam ſine diſtinctione amplectitur Author, & ponderantur cap. vt inquiſitionis, & cap. cum ſecundum, de hæreticis in 6.*

10 *Laici à quibus petitur auxilium ad executionem ſententiæ, re vera non ſunt iudices, ſed meri executores, qui non poſſunt de cauſa cognoſcere, nec proceſſum poterunt requirere.*

11 *Ordinarius tenetur obſequi Delegato, cuius Miniſter conſtituitur, vt ſententiam, quæ in rem iudicatam tranſiit ad effectum & executionem perducat.*

12 *Miniſter publicus quatenus talis eſt, tenetur ſequi publicam ſcientiam, & Superiori Eccleſiaſtico parere, ad eiusque præceptum illam neceſſariò exequi, licet ex priuata ſcientia iniuſtam eſſe ſciat, qui ſolis precibus apud ſuperiorem contendere poterit, vt ipſum non compellat ad executionem.*

13 *Obedientia generaliter ſumpta omnes comprehendit virtutum omnium actus, quæ ſpecialiter ſumpta ſpecialem denotat virtutem, quæ inclinat ad faciendum id quod iubetur, eo principaliter fine, quia iubetur, conſiſtitq; eius maxima laus ex præcepto expreſſo, vel tacito Superioris circa quod verſatur.*

14 *Triplex eſt obedientia, ſufficiens perfecta, & indiſcreta, & ſi præceptũ ſit iuſtum, nulla eſt dubitatio, Superioribus eſſe obediendum, in his, quæ ad ipſorum officium ſpectant.*

15 *Si conſtet notorié de iniuſtitia præcepti, parendum non eſt Superiori, & Sanctorum martyrum carnifices grauiſsimé peccauerunt, refertur que opinio aſſertrix, indici præcipienti notoriè iniuſtum violenter eſſe reſiſtendum.*

16 *Præceptum iniuſtum non notorié, directum in ſubditum, tanquam in Miniſtrum publicum, adimplendum erit, etiam ſi ſubditus ex priuata ſcientia certó ſciat iniuſtum eſſe, non ita ſi dirigatur in ſubditum, tanquam in priuatam perſonam, ſi verò præceptum non ſit ex ſe malum, tale quod ſubditus ſine*

Digitized by Google

ſine peccato præſtare poteſt adimplevi debebit.

17 *Chriſtiani remigantes in Galleis, ſeu triremibus Turcarum, rectè excuſantur à peccato, ad quorum ſimilitudinem ſeculares Miniſtri, abſque eo quod illis exhibeatur proceſſus, ſuperioribus Eccleſiaſticis parere tenentur.*

18 *Secularis requiſitus per Dominos Inquiſitores, quamuis videat, aut primatim certò ſciat ſibi præcipi notoriè iniuſtum, nihilominus parere tenebitur, & omninò exequi mandata.*

19 *Qui auxilium Dominis Inquiſitoribus deſinit impartiri, debet priuari ſua iuriſdictione, nec ſe poterit intromittere in inquirendo, an mandatum Inquiſitionis iniuſtum ſit nec ne.*

20 *Inter alia in fidei fauorem poterit annumerari, priuilegium hoc, quod Inquiſitoribus omninò, & abſque vllo genere cognitionis cauſæ, ſine cunctatione parere debeamus.*

21 *In materia fidei æqualiter puniuntur omnes, abſque vlla hominum differentia, quæ in reliquis criminibus obſeruatur circa pœnas corporales inter nobiles & ignobiles.*

22 *Refertur praxis ſecundum quam Domini Inquiſitores, hæreticos tradunt iudici ſeculari, rogantes eum ne morte, aut membri mutilatione eos afficiat, & quid in propoſito exiſtimauerit faciendum Dominus Conarruuias.*

23 *Non eſt neceſſaria proteſtatio, nec mẽtio illius inuenitur in iure ad irregularitatem euitandam.*

24 *Non ſequitur, relinquitur aliquis Curiæ ſeculari, ergo ad pœnam mortis, imò ad illam relinquitur, quæ crimini condigna eſt, per ſeculares infligenda.*

25 Poteſt etiam reſponderi, *iudices Eccleſiaſticos ſic relaxantes, ex neceſſitate, & authoritate legis Canonicæ, excuſari á crimine & irregularitate, & intelligitur text. in c. 2. de homic. in 6.*

26 *Laici non traduntur actualiter ſeculari Poteſtati, ſed per ſententiam declarati relinquuntur: clerici verò re ipſa, & cum effectu traduntur Curiæ ſeculari, quaſi communicetur ſecularibus poteſtas in tales clericos hæreticos.*

27 *Intellectus ad iura in cap. nouimus, de verb. c. at ſi clerici, in fin. de iudic. c. ſi quis ſacerdotum. 2. q. 3. Tridentinum ſeſſ. 13. de reformat. c. 4.*

28 *Subijcitur cauſa ob quam clerici, dum traduntur Curiæ ſeculari per iudicẽ Eccleſiaſticum ſit deprecatio, nẽ illis imponatur pœna mortis.*

29 *Vera eſt & penitus ſequenda, tam in iudicando, quàm in conſulendo, Innocentij, & Canoniſtarum traditio, indiſtinctè aſſerentium, non teneri iudices Eccleſiaſticos in cauſis Eccleſiaſticis, aut mixti fori, proceſſus ſecularibus exhibere, á quibus auxilium poſtulant.*

30 *Auxilium ſeculare non ſolum poteſt peti cum præciſſè fuerit neceſſarium, ſed & quando commodius per ſeculares executio fieri poteſt.*

31 *Si concubinarij in concubinatu per annum cenſuris neglectis permanſerint, contra eos ab Ordinario procedatur, & mulieres, ſiuè coniugatæ, ſiuè ſolutæ, quæ cum concubinarijs publicè viuunt, ſi ter admonitæ non paruerint, nullo etiam requirente ex officio graniter puniantur.*

32 *Intelligitur text. in c. cum non ab homine, de iudicijs, dum ait, tunc quidem recurrendum ad auxilium ſeculare cum Eccleſia, non habeat vltra quid faciat.*

Digitized by Google

33 Et ſi verum foret indiſtinctè & abſolutè auxilium ſæculare non poſſe peti, niſi poſtquam nihil aliud ſupereſt faciendum, non inde ſequitur proceſſum exhibendum eſſe.

34 Bartoli & communis mens fuit, fore proceſſum exhibendum, in quibus cauſis laici cognitionem aliquã eſſẽt habituri, aliás non, in quo caſu vera eſt Bartoli ſententia, á qua ſolum excipitur cauſa hæreſis.

35 Si aliquis iam iudicatus & condemnatus tradatur Curiæ ſæculari ad executionem tantum, nullo modo proceſſus exhibendus erit, & ita componi poterunt Legiſtæ, & Canoniſtæ.

36 In negotijs natura ſua merè ſæcularibus, rectè ſæculares iudices, vbi & in caſibus in quibus fuerint requiſiti, proceſſum ſibi exhiberi poſtulabunt, prout in praxi quotidiè obſervatur.

37 An Domini Inquiſitores procedere poſſint contra iudices laicos, ſi remiſsius agant cum hæreticis ſibi reiectis, & an ipſimet ſæculares iudices ſic remiſsius agentes, incurrant excõmunicationem á iure præſcriptam, contra non exequentes mandata Inquiſitorum.

38 Referuntur Doctores vtrique membro controverſiæ affirmatiné reſpondentes.

39 Subijcitur oppoſita ſententia Alphonſi de Caſtro, & forte pro ea adducitur argumentũ, & explicatur quibus in caſibus procedat excommunicatio contra non exequentes mandata Inquiſitorum.

40 Conficitur alterum non minus forte argumentum contra Felinum, cuius ſententia nullatenus defendi poteſt.

41 Sæculares indices non poſſunt immutare pœnas contra hæreticos relaxatos á iure præſcriptas, & ſi faciant ſuperiores legitimi in eos animadvertere poterunt.

42 Indices Eccleſiaſtici poſtquam ſemel hæreticos, verbi gratia, Curiæ ſeculari tradiderunt, non poſſunt amplius ſe ingerere, ſed omninó debent eos relinquere, vt ſuo arbitrio animadverſione debita adverſus dimiſſos & relaxatos procedant.

43 Explicantur verba dicti capituli ad abolendam, ibi, recipiant animadverſione debita puniendos, ex quibus verbis rectè intellectis conuincitur multó magis ſententia Felini.

44 Obijcitur, clericos non eſſe relaxandos, niſi incorregibiles exiſtant, & ſpeciale eſt in crimine hæreſeos, & in nonnullis alijs, vt pro priori lapſu fiat relaxatio abſque alia incorregibilitate.

45 Clerici ſunt incorregibiles non ſolum per delicti iterationem, ſed per perſeuerantiam, & impœnitentiam in eodem, & in propoſito ſeruo eſt de clericis qui dimittuntur ob impœnitentiam.

46 Nonẽ inducitur fuit in cap. 1. de hæret. in 6. quod degradatio clericorum, qui relinquuntur, fieri poſſit ab Epiſcopo, vocatis alijs de quibus ibi.

47 De forma & ſolemnitatibus degradationis, & alijs ad propoſitum remiſsiuè.

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA 31.

An teneãtur ecclesiastici iudices in causis ecclesiasticis, aut mixti fori, processus sæcularibus exhibere, à quibus auxilium postulant.

1 CVM auxiliũ brachij sæcularis de quo in præcedẽti cõtrouersia sermonẽ instituim⁹, nec peti, nec concedi debeat, nisi postquã ecclesiasticus iudex omnia fecerit quæ potest, ita vt nihil aliud ab Ecclesia faciendũ super sit, vt colligitur ex verbis.c.1. de officio Ordinarij, ibi, *Cum opus fuerit publicum innocent auxiliũ*.c.quoniã, eod.tit.ibi, *si necesse fuerit*.c.cũ non ab homine, de iudicijs, ibi, *Cum Ecclesia non habeat vltra quid faciat*, quo in loco Pontifex Maximus formã præscripsit eorum quæ præcedere debent, vt incorregibilis priuilegiũ clericale quo ad forum amisisse dicatur, scilicet vt primo depositus, deinde excõmunicatus, & deniq; anathematizatus in profundũ malotũ veniisse talis incorregibilis proponatur: iure, quidem optimo in controuersiam accedit, an sæculares iudices petere possint, & debeãt ab ecclesiasticis sibi processus exhiberi, vt videant ritè nè & rectè processum fuerit, an verò statim teneantur impertiri brahium suum.

2 Quæ difficultas appendix quidẽ est præcedentis quæstionis, & in ea duo iuris ciuilis lumina, Baldus in l. in criminali. C. de iurisdictione, Bartol. in l. Magistratibus. ff. eodem, & in l. Diuus. ff. de custodia reorum, asserunt exhibendum esse processum, quorum sententiã apud Cæsarei iuris interpretes, receptam affirmant Rolandus à Valle consil. 37. â num. 5. lib. 1. & num. 7. Immola in d. cap. 1. de officio Ordinarij, num. 16. Calcaneus consil. 119. & alij plures per Rolandum relati, & fuisse opinionẽ omnium Legislatarum, dixit Azeuedo in l. 15 titulo. 1. lib. 4. num. 4. qui per citata iura, & alia similia tenuerunt, auxilium sæculare peti nõ posse, nisi cum præcisse opus fuerit omnibus ritè à iudice ecclesiastico peractis, vt resoluit Roland. dict. loco, num. 5. Maranta disputatione. 1. nu. 26. Rebuffus. 3. tomo, titulo de contumatia, artic. 4. num. 40. post Abbatem in d. capit. quoniam, num. 12. Et cũ sæculari iudici constare non possit, vtrũ ecclesiasticus eius indigeat auxilio, & omnia fecerit, quæ ecclesiastica potestate potuit expedire, ni videat processum, hinc comminiscuntur præfati Doctores illi necessariò exhibendum esse, & interim denegandum auxilium, cum præsupponamus illud, non esse impertiendum, nisi omnibus ritè, & rectè per ecclesiasticũ seruatis, & deficientibus remedijs canonicis, quare (inquiũt) ad hæc inspiciẽda, demõstrandus, & exhibendus est processus: sicq; facturos cautos sęculares iudices

ex conſilio, & ſententia multorum quorum meminit Azeuedo vbi proximè.

3 Iuris verò Pontificij profeſſores oppoſitam ex diametro ſententiam indiſtinctè probarunt, id eſt ſæcularem iudicem requiſitum per Ordinarium, vel Delegatum eccleſiaſticũ (nam in hoc nõ differunt ſecundum Couarru.vbi ſupra) petere non poſſe, ſe inſtrui velle exactis coram tali eccleſiaſtico requirente factis, num ritè & rectè proceſſum fuerit, ſed ſtatim teneri impertiri brachiũ ſuum, etiam ſi proceſſus ſibi non oſtendatur, cuius copiam petere non poteſt, neque differre exequutionem brachij petiti, nec directè, neque indirectè ſe intromittere, vtpotè ad quem nuda, & pura dumtaxat, ſpectat exequutiõ, quæ originaliter fuit Innocentij doctrina in d. capit.1.de officio Ordinarij, vt conſtat ex Abbate ibidem num. 12. teſtatur communem Canoniſtarum Alciatus eodem loco, num.100. Vldericus Zaſius in l.Magiſtratibus, nu. 20. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, refert plures Auiles de Prætoribus, capit.20. num.20.communem teſtatur Billalobos in ſuo Erario mille communium opinionum littera.I. num.159. & Nauarr. in repetitione capit. cum contingat, in 16.cauſa, remedio.2.de reſcript. examinat latè vtramquè opinionem Robertus Maranta in diſputatione.1. num.26. aſſerentes quotidiè practicari ſic indiſtinctè, quidquid Alphonſus de Azeuedo nuper citatus de dicta praxi teſtificetur, reſtringens eam ad cauſas eccleſiaſticas, & excludens illas, quæ ſunt mixti fori, quo caſu dicit fieri debere iudicibus ſæcularibus copiam proceſſus, ex Alciato vbi ſupra, num. 119. quem citat.

4 Quorum vnicum fundamentum eſt, ſi attentè illorum ſcripta perlegamus, capit.vt inquiſitionis.§.prohibemus, de hæreticis, lib.6. quod quamuis agat de crimine hæreſis in alijs etiam eccleſiaſticis cauſis locum habere debet, quia eadem ratio viget. Adderem tamen ego in gratiam profeſſorum iuris Pontificij, nuſquam in iure noſtro expreſſum reperiri, quod ſæculares iudices poſsint, aut debeant proceſſum requirere, vt videre licet in l. Epiſcopalem. C. de Epiſcopali audientia, cap.1.capit.quoniam, de officio Ordinarij, & iuribus ſimilibus: quinimò vtroque iure iuberi ſæculares Magiſtratus auxilium ſuum eccleſiaſticis præſtare, cum primum fuerint requiſiti, ad ipſumque præſtandum cenſuris eccleſiaſticis compellendos eſſe, abſque vlla mentione requiſitionis proceſſus per ſæcularem, aut exhibitionis eiuſdem, per eccleſiaſticum faciendæ: clarum profectò argumentum, quod minimè exhibendus ſit proceſſus, ſed ſtatim iudices ſæculares, nulla adhibita cognitione, eccleſiaſticorum ſententias, & mandata ſint exequuturi.

5 Verum Antonius, & Abbas in d. capit. quoniam, & eis non citatis Azeuedo dict.l.15. numero. 9. prædictas opiniones diſtinctione conciliant, vt ſcilicet ſententia Innocentij procedat in omnibus cauſis merè eccleſiaſticis, contraria verò ſententia Bartoli locum habeat in cauſis mixti fori: quam diſtinctionem probauit etiam Alciatus dict. cap.1.n.119.& poſt illum Couarr.& Azeuedo dictis locis, conſtituentes regulam, quod in caſibus mixtis, ſiuè criminalibus, ſiuè ciuilibus, poſſit ſæcularis requiſitus non impertiri officium ſuum eccleſiaſtico requi-

Digitized by Google

rèquirènti, nisi prius appareat omnia ritè & rectè acta fuisse, sicque intelligentes opinionem Legislatarum, & iura dicentia non indistinctè, sed iuris ordine seruato esse impertiendum brachium hoc, ex dictis per Abbatem in dicto capit. quoniam, de officio Ordinarij, in finalibus verbis, & traditis per Matheum de Afflictis vbi supra, numero.47.

6 A quibus si perquiras discriminis rationem inter causas ecclesiasticas, & mixtas, illam esse volunt, quia in criminibus ecclesiasticis iudex sæcularis vocatur, tanquam merus equutor, qui nullo pacto potest de exceptionibus in illis causis obiectis cognoscere, iuxta capit. tuam, de ordine cognitionum: At verò in causis mixti fori, non est merus exequutor, quia cognoscere potest de exceptionibus, & inter suos subditos iurisdictionem habet, atque ideò necesse est, vt processus ei exhibeatur.

7 Sed cum rem hanc iam diu confi derassem, tam in publicis commentationibus, ad cap. cum non ab homine, de iudicijs, & ad cap. Pastoralis. §. quia verò, de officio Delegati, nec non ad cap. 1. de officio Ordinarij, & alibi sæpè, quam in iudicando & consulendo: semper indistinctè retinendam censui sententiam Innocentij, & Canonistarum: vt scilicet non sit requirendus à iudice sæculari processus, sed sufficiat solam exhiberi sententiam, cum requisitione auxilij: siuè in causis ecclesiasticis, siuè mixti fori. Adductus sum ad sic existimandum, quia (vt prædixi) nõ inueni, neque inuenire potui lege aliqua expressum, quod sæculares, processum requirant: imò eos simpliciter auxilium suum ecclesiasticis præstaturos, cum primum fuerint requisiti: de requisitione verò processus, nec verbum vllum, *nisi fallor*, in toto ambitu iuris vtriusque: credibile autem non est id ommissuros Iurisconsultos, Imperatores, & Pontifices Maximos, si iudices ecclesiastici, in causis ecclesiasticis, aut mixti fori, processus sæcularibus, à quibus auxilium postulant, exhibere tenerentur.

8 Moueor deinde forti, & efficaci meo iudicio argumento, ex d. §. prohibemus per locum à fortiori: quatenus text. ille probat, sæculares iudices, nulla adhibita cognitione, inquisitorum sententias, & mandata statim exequi debere, in quo nulla dubitatio est. Etenim in crimine hæresis omnes vnanimi consensu agnoscunt, teneri omninò sæcularem requisitum, brachium impertiri, etiã si processus non ostendatur: quinimò Doctores addunt, vel appellatũ sit, & non delatum appellationi, vel iustè, vel iniustè procedatur, ex text. quem formalem ad id appellant in d. §. prohibemus, vbi dicitur, quod de crimine hæresis, *quia mere ecclesiasticum est*, iudex sæcularis, nec directè, nec indirectè potest vllo modo cognoscere: sed nudam & purã exequutionem dumtaxat ad ipsum iudicem requisitum spectare: ita Panormitanus, Siculus, Ancharran. & Immola in c. 1. de officio Ordinarij, idẽ Abbas in c. fin. de statu regularium, & plures alij relati & sequuti, per Afflictis in procœmio constitutionũ Siciliæ in prin. num. 46.

9 Vnde iam sic arguitur, pro opinione Innocentij, quam sine distinctione veram esse existimamus: cum hæreticus Curiæ sæculari traditur, non condemnatur ab Ecclesia pœna aliqua temporali, sed tantum declaratur hæreticus, & incurrisse pœnas ipso iure, in eum statutas, deinde

Digitized by Google

traditur Poteſtati ſeculari, ſecũdum leges ciuiles,condemnandus,vt pro bat text.in d.c.vt inquiſitionis, & in cap.cum ſecundum, de hæreticis in 6.quem Domini Inquiſitores, neqs ad mortem condemnant, neque ad illam relinquunt, ſed dimittũt â ſuo foro, vt ſæcularis ex vi ſuæ poteſtatis animaduerſione debita inſpectis ſuis legibus puniat: & ita procedunt text. in d. c. vt inquiſitionis & ſimiles,qui in hunc ſenſum dicunt hæreticos relinquendos arbitrio ſæcularis Poteſtatis,animaduerſione debita indilatè puniendos: quod etiam contingit in quouis alio, qui tanquã incorregibilis, aut propter criminis attrocitatem, traditur Curiæ, iuxta d.c.cũ nõ ab homine: & tunc demũ ab eccleſia hæretici & ſimiles,pœnis temporalibus afficiuntur, quando tradendi non ſunt, ſicque ſæcularis iudex cum aliquis ei traditur, verè de illo iudicat, & illi pœnam imponit,propter ipſum crimen hæreſeos, quæ crimini condigna fuerit. d.c.cũ non ab homine,in fine, de iudicijs, & tamen ſæcularis iudex proceſſum petere non poteſt, ex d.§.prohibemus,ſecũdum communem ſententiam vbi ſupra: igitur multò minus poterit proceſſum petere, in alijs cauſis,merè eccleſiaſticis,aut mixtis, in quibus reus ab eccleſia iam condemnatus,& iudicatus eſt,per ſentẽtiam quæ tranſiuit in rem iudicatã, & ſola petitur exequutio.

10 Confirmatur argumentum ex eo, quia laici â quibus petitur auxilium ad exequutionem ſententiæ,revera non ſunt iudices, ſed meri exequutores,qui non poſſunt de cauſa cognoſcere,iuxta d.c.Paſtoralis. §. quia verò,de officio Delegati, vbi deciſum eſt,Ordinarium, cui Delegatus Apoſtolicus ſententiam â ſe prolatam exequendam committit, teneri eandem exequi,quamuis certò ſciat iniuſtam eſſe, & ita adnotarunt omnes ibi,& in cap.ſi quando, illo titu. de officio Delegati, & in l. illicitas. §.veritas. ff. de officio Præſidis, vbi Ioannes Horoſcius, poſt alios Couarr.1.reſolution.cap.1.num.4.verſ. 4.& num.10.Maranta diſput.1.num. 4.qui latè de re agit à princip.Caiet. 2.2.quæſt.67.art.2.ad fin.Nauarr. in cap.cum contingat, remedio.2.verſic.*nec obſtat*,cum ſequentibus: ergo cum præfati iudices ſæculares ſic requiſiti tanquam meri exequutores, nullam habeãt cauſę cognitionem, nec proceſſum poterunt requirere, nec ſi requirant,ab eccleſiaſtico exhibendus erit.

11 Cuius rationis vim ac poteſtatem ſatis expreſsit, iuris vtriuſque Conſultiſsimus Innocentius. III. Pontifex Maximus in dict.§.quia verò, in cauſa quam aſsignat ſuę deciſsionis. ibi, *Attendentes itaque quod non cognitio,ſed exequutio tantum demandatur eidem,reſpondemus,quod cum ordinarius teneatur obſequi Delegato,& ſi ſciat ſententiam illam iniuſtam,exequi nihilominus teneatur eandem.* Etenim ordinarius cui ſola exequutio, & non cognitio, vt text.habet à Delegato(cui tanquam ſuperiori parere tenetur) publicus certè miniſter conſtituitur,vt ſententiam,quæ in rem iudicatam tranſiuit ad effectum, & exequutionem perducat.l.exequutorem. C.de exequutione rei iudicatæ.

12 Sanè miniſter publicus quatenus talis eſt,tenetur ſequi publicam ſciẽtiam,& ſuperiori eccleſiaſtico parere,ad eiuſque præceptum illam neceſſariò exequi:licet ipſemet ſæcularis ex priuata ſcientia,(quæ in publicis miniſtris non attenditur)iniuſtã eſſe ſciat, quibus omnibus apertè ſuadetur, quam longè diſtet â benè fundata iuriſprudentia legislatarum commu-

communis opinio, indistinctè asserẽtium exhibendũ esse processum, contra expressam mentem Pontificis in d.§. quia verò, ad finem, ibi, *Nisi apud eum efficere possit, vt ab hoc onere ipsum absoluat*, vbi satis ostẽdit iudicem requisitum solis precibus apud Superiorem posse contendere, vt ipsum non compellat ad exequutionẽ sententiæ Superioris, etiam iniustæ, qui si adhuc exequutionem præcipiat illi penitus obsequendum existimat: tantum abest, vt iudex requisitus processum valeat requirere, aut tãtisper exequutionem differre.

13 Maximè si expẽdamus, & ex doctrina Theologorum reuocemus in memoriã, quod licet obedientia generaliter sumpta omnes comprehendat virtutum omnium actus, specialiter tamen sumpta, specialem denotat, virtutem, quæ inclinat ad faciẽdum id quod iubetur, eo principaliter fine, quia iubetur: consistitque huius virtutis maxima laus ex speciali obiecto circa quod versatur, hoc est præceptum expressum, vel tacitum Superioris: ad cuius obseruantiam si iustum sit, vel aliud non impediat, iure diuino subditos teneri constat ex authoritate 1. Reg. cap. 15. Pauli ad Hebræos vltim. cap. 2. de maioritate & obedient. cap. omnis anima de censibus. c. qui resistit, in prin. 11. quæst. 3. tũ & ex rationibus quas explicant D. Thom. 2. 2. quæst. 104. art. 1. & sequentibus. D. Antoninus. 4. part. tit. 5. c. 11. à principio. Vitoria in relectione à num. 15. Nauarr. in manu. c. 23. à num. 35. eleganter pater Molina de iustitiã, tract. 2. disput. 27. Quo fit, vt cum iudices requisiti, authoritate legis sic præcipientis, pro exequutione requirantur, omninò illis obtemperandum sit, nec requirendus processus, sed omnimoda fides ipsis adhibenda, quandoquidem eam scæ cognitionem non sunt habituri.

14 Nec præfatas cõsiderationes perdoctus lector infringere valebit, si eruditè obijciat ex eiusdem D. Thomæ doctrina loco citato, art. 5. ad 3. triplicem esse obedientiam, sufficiẽtem, id est in necessarijs, vel perfectam id est in licitis, nõ tamen necessarijs, vel tandem indiscretam id est in illicitis: & addat quod si præceptum sit iustum nulla est dubitatio Superioribus esse obediendum, in his, quæ ad ipsorum officiũ spectant, iuxta prædictas authoritates, si autem in iustum sit, illi parendum non est, iuxta reg. c. non semper, cum similibus, 11. q. 3. & facit reg. text. in cap. inter cæteras, de re iudicata, comprobant Menoch. de arbitrar. q. 38. num. 21. Couarr. variarum. 1. c. 1. num. 10. Nauarr. in manu. cap. 25. nũm. 15. post D. Thomam. 2. 2. quæst. 64. artic. 6. ad 3. quia respondeo adhibita distinctione, & sub distinctione quadam.

15 Aut enim id quod præcipitur ita iniustum est, vt de eius iniustitia notoriè constet, quo casu parendũ non est Superiori, ex d. c. non semper. c. qui resistit, cum alijs. 11. q. 3. c. inquisitioni, de sententia excommunicationis, text. optim. in cap. ita ne, ibi, *potius quælibet mala pati &c.* 3. q. 5. cõprobat D. Thom. 2. 2. q. 104. artic. 5. adducit similia Nauarr. in c. ita quorundam, notab. 11. nu. 16. de iudẽis. rectèque inferebat idem B. Thom. d. 2. 2. q. 64. art. 6. ad 3. Inde à peccato excusari non posse Sanctorũ Martyrum carnifices, imò illos grauissimè peccasse non quidem (vt ego interpretor) quia exequebantur sententias iure validas, quas ipsi iniustas esse sciebant, sed quia eas sententias exequuti sunt, quæ nullius erant momenti, notoriam iniustitiam, & intolerabilem errorem continentes, in qua specie non tenebantur, imò nec

Digitized by Google

poterant exequi, vt aduertit in ſpecie poſt D.Tho. Adrianus quodlib. 2.in 3.puncto,ante litteram.A. & iudici præcipienti notoriè iniuſtũ violenter eſſe reſiſtendum (quod magis eſt)probat gloſſa,verbo,*reſiſtentibus*,in l.prohibitum. C. de iure fiſci, lib.10.recepta vt per Menochium, remedio.8.recuperand. num.8.& 9. Plaça de delictis.c.28.num.9.faciũt, quæ Couarr.variar. 1. cap.2. â num. 1â.& cõprobant alij de quibus Gratia.reg.406.num.5.

16 Aut præceptum iniuſtum eſt,non tamen notoriè,& tunc ſub diſtinguẽdum erit,vel enim dirigitur in ſubditum tanquam in miniſtrum publicum,quo caſu licet ex priuata ſcientia iniuſtum eſſe certò ſciat, parere tamen tenetur,ex reg.text.in d. cap. Paſtoralis.d.§.quia verò, de officio Delegati, & quæ Caietan.2.2. q.67. art.1.in fine,Maranta diſp.1. â prin. & omninò, num.4. Couarr.d.num. 10. Soto lib.5.de iuſtitia, art.2. Vel etiam dirigitur in ſubditum tanquã priuatum,quo caſu ſi id quod præcipitur ex ſe malum eſt,ita vt ſine peccato præſtare non poſsit is cui præcipitur,minimè parere debet, iuxta regul.d.c.inquiſitioni,iuncto cap. qui reſiſtit, & rationibus de quibus D. Thom. & alij poſt eum citati, & ſic procedit reg.d.c.ita ne:ſi autem non ſit ex ſe malum,ſedvel per accidens, veluti ſi iniuſtè quis condemnetur ad ſoluẽdum decem,vel quid aliud, quod ſubditus ſine peccato præſtare poteſt obediendũ eſt,iuxta reg.c. in memoria,ibi, *vix ferendum iugum.* 19.diſt.vel & ſi malum ſit ex ſola præcipientis intentione.

17 Inquam ſententiam adduci ſolet tex.in cap.quid culpatur,in fine,ibi, *reum faciat ſegẽ iniquitas imperãdi &c.* 23.q.1.iunctis reſolutis per Menchacam Illuſtrium, cap.9.num.16.& eſt optimum exemplum de remigantibus in Galleis,ſeu trirremibus Turcarum contra Chriſtianos, quamuis enim impetere armis Chriſtianos iuſſu Turcarum,nullo caſu Chriſtianis captiuis abſque peccato licitum eſſe poſsit,vtpotè quia malum ſit, rectè tamen Chriſtiani ſic remigantes â peccato excuſantur,vt comprobat eleganter pater Molina d. tractat.2. diſput.115. contra Nauarrum.d.nu. 11.á num.10. Ex quibus ad noſtrum propoſitum infertur per conſequentiam neceſſariam, quod cum Superiores eccleſiaſtici,ſæculares requirentes,pro exequutione ſuarum ſententiarum,non præcipiant iniuſtum, ſaltem notoriè,ſed vel id quod iuſtum eſt,vel ad minus, & ſi iniuſtum, non tamen notorium,ipſimet ſæculares tanquam publici miniſtri omninò parere tenentur, nec fore neceſſè,quod ipſismet ſæcularibus miniſtris proceſſus exhibeantur, cum neque tale quid iure reperiatur cautum,nec de cauſa vllatione cognituri ſint,ſed ſolum exequuturi, quæ iam iudicata pronuntiataque ſunt, per eccleſiaſticos.

18 Verum excipiamus à Superiori doctrina(& erit in hac diſputatione 2.concluſio) cauſam hæreſis, in qua ſæcularis requiſitus quantumuis videat, aut priuatim certò ſciat, ſibi præcipi notoriè iniuſtum (quod nũquam eueniet) nihilominus parere tenebitur,& omninò exequi mandata Dominorum Inquiſitorum exiſtimans ſe decipi,ipſos verò ritè & ſanctè præcipere, vt ſolent, ita ſentit Alphonſus de Azeuedo.d.l.15.num.8. vbi cum cõſtituiſſet regulam, quod iudex ſæcularis tenetur abſque aliqua cognitione impertiri officium ſuũ,requiſitus in omni caſu, de quo non poteſt cognoſcere: limitauit illam niſi euidenter appareat de iniuſtitia,

Digitized by Google

ſtitia, vel nullitate proceſſus eccleſiaſtici requirentis, idque in omnibus alijs cauſis, præterquam in cauſa hæreſis, apertè ſentiens, iudicem laicum à Dominis Inquiſitoribus requiſitum, ſine aliqua cognitione, aut cūctatione, ſtatim facta requiſitione pariturum, & conceſſurum auxilium, quidquid conſtaret ſibi aliunde, proceſſum Dominorum Inquiſitorum eſſe nullum, aut notoriè iniuſtum: debet enim iudex laicus qui credit mandatum eſſe nullū, ſiuè notoriè iniuſtum, ſuam opinionem deponere, & mādatis illius ſacroſancti Inquiſitionis Senatus in totum acquieſcere.

19 Atque id ſumma profectò cum ratione quoniam vbi Eccleſia Catholica oppreſſa eſt per laicos ratione hæreſis, debet iudex ſęcularis ſine aliqua, vt dicebamus cauſæ cognitione, quam primum facta fuerit requiſitio, iubare Eccleſiam, & impartiri auxiliū. c. de liguribus. c. Principes, 23. q. 5. & qui tale officium neglexerit impartiri, debet priuari ſua iuriſdictione cum parum ab hæreſi diſtet. c. ad abolendam, de hæreticis. d. cap. vt inquiſitionis. §. prohibemus. Nec ſe poterit iudex laicus immiſcere, aut intromittere, in inquirendo vlla ratione, an ſententia, ſeu mandatum Inquiſitionis iuſtum ſit necne, cap. 2. de exceptionib. lib. 6. quia pro eis præſumitur. c. in pręſentia, de officio Ordinarij. l. Hęrennius. §. Caia. ff. de euictionibus Speculator, in princip. §. tractandum, folio mihi. 31. eaque fuit Bonifacij Octaui præcipua mēs in d. §. prohibemus, dum diſtrictius interdixit Poteſtatibus, Dominis tēporalibus, & Rectoribus, eorundemque officialibus, ne ipſi de crimine hæreſis, quoquomodo cognoſcerent, vel iudicarent: Aut exequutionem ſibi pro huiuſmodi crimine ab Inquiſitoribus iniunctam facere, ſeu adimplere detrectarent: ſeu Inquiſitorum iudicium ſententiam, ſeu proceſſum, directè, vel indirectè impedire præſumerēt. Damnans parirer prout damnauit Bonifaçius excommunicationis ſententia, omnes eos qui officio Inquiſitionis ſe opponere, vel ipſum aliquatenus impedire auſi fuerint, necnon & illos qui ſcienter in prædictis dederint auxilium, conſilium, vel fauorem: in qua excommunicatione, ſi per annum animo pertinaci permanſiſſent, ex tunc velut hæretici condemnantur.

20 Quibus quid amplius ſtatuere potuerit doctiſsimus Bonifacius Papa in gratiam tanti Senatus, & vt oſtenderet quanta celeritate, & promptitudine, illius præceptis ſine dilatione, aut contradictione aliqua obediendum ſit, ipſe certè non videò. Poterit tamen deinceps inter alia multa in fidei fauorem inducta, priuilegiū hoc (quod Inquiſitoribus omninò, & abſque vllo genere cognitionis cauſæ, ſine cūctatione, aut difficultate aliqua, promptè, & ſtatim abſque vlla oppoſitione nullitatis, vel iniuſtitiæ quantūuis notoriæ parere debeamus) annumerari. Crediderunt enim Romani Pontifices, & Catholici Reges noſtri, eos qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide, & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia, ac luce Dignitatis ſuæ, quam ipſimet Pontifices Romani, Reges, & Princīpes noſtri forent iudicaturi.

21 Grauiſsimis quidē pœnis qui contra fecerint iuſtè puniendi, abſq; vlla hominū differentia, quantucumquè nobiles ſint, & in maxima dignitate conſtituti, quia ſicut omnes in fide æquales ſunt, ita contra illā per hęreſim

Digitized by Google

ſim delinquentes æquali pœna puniuntur,ſcilicet ignis : Archidiaconus in c.qui contra.24.quæſt.1. Carrerius ſub titu.de hæreticis,nu.132. in fine.Simãcas de Catholicis.c.46. num.68. Id quod in clericis & religioſis,probat text. in d.c.ad abolendam,verſ.*præſenti*.c.accuſatus , in fine,de hæreticis. c.1. eodem tit.in 6. Et ita ceſſat in propoſito celebris illa, & plus debito vſitata differentia, quæ in reliquis criminibus obſeruatur,circa pœnas corporales inter nobiles,& ignobiles.l.mortis.§.ſed nõ. ff.de pœnis.c.vltim.de pœnis in 6.d. c.qui contra,latè Tiraq.de nobilitate,cap.20.à num.108. Simancas vbi proximè,num.67.

22 Neque abs re erit inquirere, quid ſi hæretici ab Eccleſia condemnati, & relicti, pœna mortis afficiantur, non ne iudices eccleſiaſtici condemnantes,& relinquentes, brachium ſęculare inuocando , delinquunt , & irregularitatem incurrunt,proferendo ſententiam mortis, vel ad mortem deſtinatam,cap.clericis, c.ſentẽtiã,verſ.nec, el. 1. ne clerici,vel monachi? Cui difficultati variè reſpondent Doctores, quorum meminit Dom.Couarr.in Clementina.2.par. §.5.num.6.vbi retulit praxim illam, qua hæreticæ prauitatis Inquiſitores (vti ipſe affirmat) cum poſt condemnationem hæreticorum eos tradunt iudici ſæculari eũ rogantes ne morte,aut membri mutilatione eos afficiat,tutiusque fore exiſtimat , quod Inquiſitores non traderent ſic damnatos,iudici ſæculari : ſed eos condemnarent coram iudice laico , atque ita damnatos à propria iuriſdictione dimitterent,vt ſtatim iudex ſæcularis eos morti,& igni traderet, & tandem concludit,quod licet iudex aliquem iuſtiſsimé morti tradẽs,proprio iudicio,& ſententia dubio procul irregularis ſit. d. cap. ſententiam ſanguinis,tamẽ iudex qui delinquẽtem ſecundum iuris Pontificij conſtitutiones tradit iudici ſæculari:proteſtans ne eum morti tradat,aut mutilatione membrorum puniat , irregularis non eſt , ſic Domin. Couarr. loco citato.

23 Cuius reſolutio non probatur iure:quia neq; in d.c.vt inquiſitionis, neque in d.verſ.*præſenti*, neque in c. excommunicamus,el.1. §. damnati, de hæreticis,ſit mentio talis proteſtationis,vel deprecationis, neceſſariò præmittendæ,ad irregularitatem euitandam : & ita ſatis oſtenditur illam non eſſe neceſſariam,vt voluit Simãcas de Catholicis. c. 34. in fine:Nauarr.ad manu.ſuper cap.27. nu. 208. qui eleganter reſpondet.c.2. de homicidio,in 6.

24 Et ex eiuſdem mente reſoluitur difficultas,quia condemnatio,& relaxatio hæc,per ſe non ordinatur ad pœnam mortis , quæ quidem poſtea ſequitur ex accidenti, propter ordinationem,& diſpoſitionẽ iuris , quo præſcribitur huiuſmodi pœna , vt in ſimili probat.c.vlt.ne clerici, vel monachi,in 6. Eccleſiaſticus ergo , neque ad mortem condemnat , neque ad illam relinquit , ſed dimittit á ſuo foro:vt ſæcularis ex vi ſuæ poteſtatis,animaduerſione debita, inſpectis ſuis legibus puniat; & ita procedunt rex.in d.c.vt inquiſitionis,& ſimiles, qui in hunc ſenſum dicunt , hæreticos relinquendos arbitrio ſæcularis Poteſtatis , animaduerſione debita puniendos: quæ quidem imponitur propter ipſum crimen hęreſcos , & ita non ſequitur relinquitur aliquis Curię ſæculari,ergo ad pœnam mortis,imò ad illam relinquitur,quæ crimini condigna eſt, per ſæculares infligenda.c. cum non ab homine , in fine,de iudicijs,

Vel

Digitized by Google

25 Vel si magis lectori placuerit, planè respõderi potest, iudices ecclesiasticos in hac specie, & similibus, ex necessitate, & authoritate legis Canonicæ, excusari a crimine, & irregularitate, argumẽto. c. qui peccat. 23. q. 4. iuncta reg. l. ad rem, cum vulgaris. ff. de procuratorib. & ita intẽdunt Simancas d. n. vlt. Neque his obstat, d. c. 2. de homicidio lib. 6. procedit enim vbi clericus agit apud sæcularẽ, â quo ius & penã petit, nõ verò in proposito, quia Domini Inquisitores nõ petũt pœnã, sed relinquũt.

26 Facienda tamen est distinctio in hac parte, vt prædicta exactius intelligãtur, inter clericos & laicos hæreticos: ij enim id est laici ꝺ quibus hactenus fuit sermo, nõ tradũtur actualiter sæculari Potestati, sed per sentẽtiam declarati relinquuntur, vt ita sęculares suos recipiant, & iure proprio vtantur, vt probat text. in d. c. vt inquisitionis, & in d. §. damnati. c. super eos, de hæreticis, & similes: aduertunt Henrrichus in d. c. ad abolẽdam, Archidiaconus in d. c. qui contra. 24. q. 1. in fine, Simancas de Catholicis. c. 46. n. 70. Dom. Couarr. d. n. 6. clerici verò re ipsa, & cum effectu traduntur Curiæ sæculari, qui cũ ad Ecclesiæ iurisdictionẽ pertineãt, à sęculari omninò exẽpti. c. 2. de foro compet. meritò dum per Ecclesiã dimittuntur â suo foro, vt subijciantur sæcularibus, *tradi*, dicuntur, quasi in effectu cõmunicetur sęcularibus, potestas, in tales clericos, hæreticos, quã stante iure in illos exercere nõ poterãt, quod sęcus, vt dixi cõtingit in laicis, vt rectè adnotauit glo. verbo, *laicus*, in d. c. ad abolendam.

27 Quo respectu ego intelligere soleo nonnulla iura aliâs in proposito difficilima, quæ promiscuè vtũtur in hac parte, verb. *tradere*, quasi omnes hęretici, tam clerici, quàm laici, reę ra, & cũ effectu tradendi sint Curiæ sæculari, vt patet in cap. nouimus, de verborũ. c. at si clerici. in fine, de iudicijs. c. si quis Sacerdotum, vbi glo. 2. q. 3. Trident. sess. 13. de reformat. c. 4. siquidẽ si illa Decreta inspicias, agunt tantum de clericis relaxandis, & ideò merito vtuntur prædicto verbo, *tradere*, quandoquidem si nõ traderentur cum effectu, sæculares iudices nullo modo possent, in clericos iurisdictionem exercere, ideò oportet, eos non solum *dimitti*, sed etiam *tradi*.

28 Infero etiã ex eodẽ respectu, atq; principio, causam ob quam dum clerici traduntur Curiæ sæculari, per iudicẽ Ecclesiasticum, fit deprecatio, *ne illis imponatur pœna mortis*, d. c. nouimus, Couarr. supra, scilicet ne videatur Ecclesia, *tradere*, & ita subijcere ad mortem suos clericos. Quæ tamen deprecatio dum laici relinquũtur, non reperitur ita præscripta, & licet ad ostendendam Ecclesiæ man suetudinẽ, semper fieri debeat, omnissio tamen irregularitatem non inducet ex supra dictis.

29 Vera igitur est, & penitus sequenda, tã in iudicãdo, quã in cõsulendo magni Innocentij, & Canonistarum cõmunis traditio, indistinctè asserentiũ, non teneri iudices Ecclesiasticos in causis Ecclesiasticis, aut mixti fori, processus sæcularibus exhibere, à quibus auxiliũ postulant. Cui nõ obstant rationes pro Bart. & Legistis cõtrariũ aientibus, à nobis initio adductæ, quibus in summa expendebamus iura, quæ asserunt nõ semper auxilium brachij sæcularis peti, nec cõcedi debere, nisi cum præcisſè opus fuerit, omnibus ritè ab Ecclesiastico peractis, & postquam Ecclesiasticus omnia fecerit, quę potest, ita vt nihil aliud ab Ecclesia faciendum super sit, & cætera quæ in eandem considera-

Digitized by Google

derationem ibidem expendimus.

30 Omnibus enim vnica conſideratione ſatisfacio,ſi aduertasauxilium ſæculare non ſolum poſſe peti cum præciſſè fuerit neceſſarium, ſed & quando commodius per ſæculares exequutio fieri poteſt: quoniam in iure,non ſolum dicitur neceſſarium, quod eſt abſolutè tale,ſed etiã id ſine quo res cõmodè fieri non poteſt, ex l.nepos Proculo.ff.de verbor. ſignif. & ex his quæ ſcribit Alciatus in l.2.nu.3.ff. de iuriſdictione,& ita interpretanda ſunt verba.d.c.1.de officio Ordinarij,cſi ſimilibus,dũ habẽt, *ſi opus fuerit*,& *ſi neceſſe fuerit*.

31 Vt colligo ex Trident. ſeſſ.24. de reformat.c.8.adiuncto.c.3. ſeſsionis 25. vbi Concilium præcipuè. d.c.8. poſtquam ſtatuit,quod ſi concubinarij in cõcubinatu per annũ cenſuris neglectis permanſerint, contra eos ab Ordinario ſeverè pro qualitate criminis procedatur, & quod mulieres,ſivè coniugatæ,ſiuè ſolutę, quæ cum adulteris,ſeu concubinarijs publicè viuunt,ſi ter admonitæ non paruerint,ab Ordinarijs locorum,nullo etiam requirente, ex officio grauiter pro modo culpę puniantur:(ſubdit ſancta Synodus) eaſdem perſonas extra opidũ, vel Diœceſim,ſi id eiſdẽ Ordinarijs videbitur,inuocato,ſi opus fuerit brachio ſæculari eijciendas eſſe, ſignificans brachij ſæcularis poſtulationẽ,tũc demũ ab Eccleſiaſtico faciendã,quando eidẽ videbitur expedire,eodẽ vè auxilio opus eſſe,nõ ſolũ ad præciſſè faciendũ, id quod oportet, ſed etiã vt cõmodius per ſæculares exequutio fiat,ita vt ſęculare auxiliũ, non ſolũ per Eccleſiaſticũ valeat requiri,cum præciſſè, & omninò neceſſarium fuerit, ſed & quando commodius per ſæcularem exequutio faciendа, ipſimet Eccleſiaſtico videbitur.

32 Id verò quod expẽdunt Legiſtæ, vt ſuam fulciant ſententiam, ex d.c. cum nõ ab homine,de iudicijs, dum ait,tunc quidem recurrendum ad auxilium ſæculare,cum Eccleſia non habeat,vltra quid faciat:profectò de illis intelligitur,qui traduntur ſæculari Curiæ iudicandi, nos verò agimus de inuocatione brachij ſæcularis ad exequendam ſententiam ab Eccleſia latam, quo caſu ſi rectè conſideres,laici non iudicant, ſed vt Miniſtri exequuntur dumtaxat, laici autem vbi requiruntur,cauſæ cognitionem habituri,mirum non eſt, ſi proceſſum ſibi exhiberi expoſtulent.

33 Vel reſpondeo planius, quod & ſi verum foret indiſtinctè, & abſolutè,in quibuscumque negotijs auxilium ſæculare non poſſe peti, niſi poſtquam nihil aliud ſupereſt faciendum, non inde ſequitur,proceſſum exhibendum eſſe,quoniam cum laici tanquam exequutores inuocentur,cognoſcere non poſſunt, vtrum ſententia ritè lata fuerit, vt ſuperius probauimus ex d.c. quia verò. ſufficere ſententiam, & inſtrumentum Eccleſiaſtici iudicis, quo affirmet omnia eſſe peracta.

34 Practicarem tamen Bartoli,& Legiſtarum doctrinam, in omnibus & ſingulis caſibus, in quibus clerici, aut laici,traderentur ſæculari Curiæ iudicandi,peractis illis de quibus in capit. 2. de pœnis in 6. vbi Bonifacius Papa ſatis oſtendit, quibus aſſiſtentibus fieri debeat degradatio, de quibus veſtibus, ornamentis,libris, & inſtrumentis in degradatione fiat expoliatio, & quibus verbis vtendum ſit,ad degradationem faciendã. Tunc enim, quia ſæcularis iudicare non poteſt, niſi cognoſcat, ex l.de qua re.ff.de iudicijs,planè neceſſarium erit, vt vel exhibeatur proceſſus, vel iterum de crimine cognoſcat,

noscat, quæ sanè fuit Bartoli mens, & communis Legistarum scholæ (nunquam satis intellecta) qui tunc demum voluerunt fore processum exhibendum, in quibus causis laici cognitionem aliquam essent habituri, aliàs non, in quo sensu minimè discedimus ab eorum sententia, á qua solum excipimus causam hæresis, cuius processus in nullo casu exhibendus est iudici laico, siuè cogniturus sit, siuè nullam cognitionem habiturus.

35 Sinautem aliquis iam iudicatus, & condemnatus, traddatur Curiæ sæculari, ad execuutionem tantum, nullo modo processus exhibendus erit, iuxta sententiam Innocentij, & Canonistarum, quæ in his terminis planè, & sine vlla prorsus difficultate procedit, & ex dicta consideratione reduci possent ad concordiam, prætatæ duæ opiniones Canonistarum, & Legistarum, quæ superius, vt extremè pugnantes relatæ â nobis, explicatęque sunt.

36 Verum ne deceptio contingat, lectorem admoneo, supra dictam resolutionem (de processu minimè exhibendo laico per Ecclesiasticum) accipiendam esse dumtaxat, in causis Ecclesiasticis, vel mixti fori, de quibus fuit disputatio nostra, & vbi laico non cognitio, sed execuutio tantum demandatur, nam in negotijs natura sua merè sæcularibus, rectè sæculares iudices, vbi & in casibus in quibus fuerint requisiti, processum sibi exhiberi postulaturos existimamus, prout in praxi quotidiè obseruatur.

37 Sed inquiret fortasse quispiam, non indoctè, pro complemento præsentis controuersiæ, eodem themate retento, de execuutione per sæculares facienda, ad iudicum Ecclesiasticorum requisitionem: vtrum Inquisitores hæretici prauitatis procedere possint contra iudices laicos, si remissius agant cum hæreticis sibi relictis, & pœnam mortis per ignem non imponāt; & insuper an ipsimet sæculares iudices, sic remissius agentes cum dictis hæreticis, sibi relictis, incurrant excommunicationem, de qua in dict. cap. ad abolendam, versic. *porrò*, & in d. cap. vt inquisitionis, vers. *vltimo*, aduersus sæculares, non exequentes, mandata, & sententias Inquisitorum, præscriptam.

38 In qua subtili, & eleganti dubitatione, inueni Felinum in allegato capit. ad abolendam, in fine, relatum â Carrerio sub titulo de hæreticis, numero 131. in fine, vtrique membro controuersiæ affirmatiuè respondisse: quippè existimauit Dominos Inquisitores, posse procedere contra sæculares, si remissius agant cum hæreticis sibi relictis, & pœnam mortis per ignem non imponant: & insuper eosdem incurrere præfatam excommunicationem, contra sæculares, non exequentes sententias Inquisitorum, seu illorum mandata, à iure statutam.

39 Tamen Frater Alphonsus â Castro lib. 2. de iusta hæreticorum punitione, capit. 13. pagina parua 198. meritò certè, totum contrarium securè probauit: pro cuius sententia aduersus Felinum, vnum præter alia, conficere soleo fortè argumentum: nullo iure probatur, Inquisitores se posse ingerere, ad puniendos prædictos iudices laicos, sic remissius agentes, cum hæreticis sibi relictis, vel ipsos sæculares iudices excommunicationem incurrere: igitur talis potestas, vel excommunicatio

catio,voluntariè, nec debent, nec poſſunt introduci: antecedens patet,conſequentia eſt neceſſaria, procedit igitur argumentum. Præſertim ſi addas,iura quæ dicunt, & ſtatuunt, excommunicationem incurri,inſuper & Inquiſitores poſſe procedere contra ſæculares, non obſequentes ipſorum mandatis: tantum habere locum, vbi non exequuntur mandata,vel ſententias Inquiſitorum, in his quæ ipſi præcipiunt, circa capturam, vel condemnationem hæreticorum, & pœnas, quas inferunt: in his namque, ſæcularis, eſt exequutor, iuxta capit. vergentis, ibi, *ad exequendum*, de hæreticis, & text. in dict. capit. vt inquiſitionis, in verſic. præcedenti, & verſic. *prohibemus*, ibi, *exequutionem*. At verò circa pœnam mortis, quam Inquiſitores non imponunt, ſæcularis eſt iudex, ad illam condemnans, iure ſuo,vt ex Barbatia adnotauit Palacios Rubios in repetitione capit. notab.2.§.1.num. 22. quare conſequens eſt, ex ſuperiori docendi ratione nuper â nobis tradita, quod vbi ſæculares, exequutores dumtaxat ſunt: ſi non exequantur, prædictam excommunicationem incurrant, & Inquiſitores aduerſus illos procedere poſsint: vbi verò cauſæ cognitionem habuerint,nec ſint excommunicati,nec Inquiſitores procedere valeant,ex proximè adducta conſideratione.

40 Aliàs enim ſequeretur, vbi ſæculares cognitionem habent, illorum arbitrio non committi,quęnam ſit debita animaduerſio, in ipſos hęreticos, ſic relictos, ac dimiſſos, Curię ſęculari, vt debitis pœnis, afficiantur: patet ſequella, quia contraria Felini ſententia, ſupponit, ſęculares,compellendos eſſe, per Inquiſitores, vt hac vel illa pœna hæreticos puniant, quę ſuppoſitio omne tollit poteſtatis ſęcularis arbitrium, etiam eo caſu de quo loquimur, ſcilicet quando, non exequutio tantum,ſed cognitio,ſęculari demandatur: conſequens autem eſt falſum,& contra iura expreſſa in d. capit.vt inquiſitionis,dict.§.damnati,d.cap.ad abolendam, quę dicunt hęreticos relinquendos eſſe arbitrio ſęcularis Poteſtatis,animaduerſione debita puniendos: ſic ſignificantes Pontifices Maximi, illarum Decretalium Conditores, arbitrio ſęcularium commmitti, quęnam ſit debita animaduerſio, in hęreticos ſic relictos, ergo & illud ex quo ſequitur: nullatenusque defendi poteſt, Felini exiſtimatio,Inquiſitores procedere poſſe, & ſęculares excommunicationem incurrere, aſſerentis.

41 Quamquam enim verum ſit inferiores iudices ſęculares, non poſſe immutare prędictas pœnas, contra ſic relaxatos hęreticos â iure pręſcriptas: maximè ſtante conſuetudine,vt eſt communiter receptum, ex Boſsio ſub titulo de hęreticis. n.35. Iulio Claro. §. vlt. q. 91. ad fin. & ſi faciant,poſſe ſuperiorem legitimum in eos animaduertere, qui ita pœnas immutauerint:tamen cum (vt diximus) nullo iure probetur, vel Inquiſitores ſe poſſe ingerere, vt puniãt, vel excõmunicationẽ incurri, quę duo tantum habent locum, vbi ſęcularis ſolum eſt exequutor, & non exequitur mandata circa capturam, & ſimilia:non verò vbi cognitionem habet, & pœnam mortis, ſeu aliam debitam non imponit,meritò quidem cum Caſtro, cõtra Felinũ reſoluimus,nec Inquiſitores,procedere poſſe contra iudices laicos, remiſsius

Digitized by Google

remiſsius ſe habentes, nec ipſos iudices laicos excommunicationem incurrere.

42 Et præterea quia proculdubio ſi Inquiſitores procedere poſſent aduerſus fæculares, remiſsius ſe habentes, cũ hæreticis ſibi relictis: nonnulla ſequerentur abſurda, & timeri poſſet irregularitas, ideòque ſapienter docuit Innocent. III. in c. nouimus de verbor. ſignific. iam citato, vt quãdo clericus, qui propter aliquod graue flagitiũ, non ſolũ damnabile, ſed damnoſum, fuerit degradatus, tãquã exutus priuilegio clericali, ſeculari foro per conſequẽtiã applicetur, cũ ab Eccleſiaſtico foro fuerit proiectus, ac pronũtiandũ ab Eccleſiaſtico fæculari, vt in ſuũ forum recipiat degradatũ, & nihil amplius facturũ Eccleſiaſticũ: etenim vt rectè ſubdit Innocẽt. ibidem, illud eſt, clericum tradi Curiæ fæculari, & tantum abeſt, quod procedere poſsit Eccleſiaſtic⁹ aduerſus laicũ, non imponentẽ pœnã mortis, vt pro ita relicto, atque dimiſſo debeat ipſe Eccleſiaſticus efficaciter intercedere, vt citra mortis periculũ circa eũ ſententia moderetur, vbi gloſ. in d. c. nouimus, verb. *intercedere*, intellexit, *precibus, non per excommunicationem*, vt doceret iudices Eccleſiaſticos, poſtquã ſemel hæreticos, v. g. Curiæ fæculari tradiderunt, nõ poſſe amplius ſe ingerere, vt hac vel illa pœna puniãtur, ſed omninò debere eos relinquere, vt fæculares iudices, ſuo arbitrio animaduerſione debita aduerſus dimiſſos, & relaxatos procedant.

43 Aduerto tamẽ nihilominus verba d. c. ad abolendam, & ſimilium, ibi, *recipiant animaduerſione debita puniendos*, non eſſe verba Inquiſitorum ſub ea forma relinquentium, ſed potius legis declarantis, id quod ineſt, ſcilicet effectum, ad quem hæretici relinquuntur, vt patet ex cõtextu eorumdem iurium, ex quo cõuincitur multo magis ſententia Felini: quandoquidem non ſolum Inquiſitores, nec poſſunt, nec volunt procedere contra fæculares, ſi remiſſus agant cũ hæreticis, & pœnã mortis nõ imponãt, ſed (quod eſt conſideratione dignũ) nec ſub ea forma relinquunt hæreticos, vt animaduerſione debita puniantur, ſed dumtaxat pronuntiant, vt ſeculares, tales hereticos, vel aliás clericos, ſuo iam priuilegio exutos, in ſuum forum recipiant, mentionem non facientes de pœna, vel punitione aliqua: vt cautè non ſolum irregularitatem, ſed vmbram illius ſubterfugiant, & iuſtè, & ſanctè in omnibus, & per omnia ad eorum ſacroſanctum munus ſpectantia, vt conſueuerunt, ſegerant.

44 Quod ſi obijcias aduerſus id quod dicebamus de clericorum degradatione, & relaxatione: clericos etiam pro grauiſsimis criminibus, non aliter relaxandos Curiæ, quam ſi incorregibiles exiſtant, c. nouimus de verborum, c. cum non ab homine de iudicijs, vbi Doctores, tradunt Bernardus in pract. c. 131. Clarus §. vlt. q. 36. à n. 33. facilè duobus modis reſpondebimus: primo ſpeciale quidẽ eſſe in crimine hæreſeos, & in nonnullis alijs caſibus, vt pro priori lapſu fiat relaxatio, abſque alia incorrigibilitate, per iura proximè relata, & tradita per gloſſam verb. *prærrogatiua*, dict. verſ. *præſenti*, gloſſam verb. *tradatur*, in dict. cap. nouimus, gloſſam vltimam, in dict. cap. cum non ab homine, & in cap. ſi quis. 2. quæſt. 1. & communem ſcholam eiſdem locis, idque in fidei fauorem, ſecundum quem clerici pro crimine hæreſeos, ſolum pro priori lapſu relinquuntur Curiæ fæculari, dummodo prius ab ordinibus degradentur,

vel vt alij volũt, *regradẽtur*, iuxta text. in c.1.de hæreticis in 6.ibi, *eũ pro crimine*, & in d.c.ad abolendam, verſic. *præſenti*, c.excommunicamus el 1. §. damnati, c. pen. in fine principij de hæreticis in antiquis.

45 Vel ſecundo, & aliter reſponderi poteſt, clericum in propoſito non relinqui, niſi vbi impenitens eſt, neque vult ad Eccleſiam redire, d.verſ. *præſenti*, cum ſimilibus, in qua ſpecie incorregibilis eſt, non quidem per delicti iterationem, ſed per perſeuerantiã, & impœnitentiã in eodem: vt intendunt Abbas, Anton. & antiquiores in d.c.ad abolendam, vbi Henrichus.n.8.Abbas n.37.in c.at ſi clerici de iudicijs, Carrerius ſub tit.de hęreticis.n.133.

46 Illud autem vltimo loco animaduertendum cenſui, ſpecialiter cõceſſum eſſe, à Gregorio IX. Pontifice Maximo, cui° deciſsio refertur in d. c.1.de hæreticis in 6.quod degradatio clericorum in propoſito, dũ relinquuntur Curię, fieri poſsit ab Epiſcopo vocatis alijs, de quibus in illo tex. in defectũ Epiſcoporũ, contra regulas canonum, de quibus per gloſſam ibidem, vbi adnotarũt omnes. Marãta.4.p.d.2.n.45. Simancas de Catholicis.c.46.n.69. Sarmiento.1.ſelectarũ.c.14. quamuis hodiè Tridentinũ ſeſ.13.de reformat.c.4. id ipſum admiſerit, in omnib° alijs cauſis (præter negotia fidei) vbi clerici degradãtur.

47 Circa formã verò, & ſolemnitatẽ degradationis, & alia in propoſito vltra tex.& DD.in c.degradatio.de pœnis in 6.& in d.c.nouimus, præcipuè legendi ſunt; Bernard. vbi ſupra.n.1. c.132. Clarus vbi ſupra.q.74. Bertachin.de Epiſcopo lib.2.pag.8.â prin. Sarmiento, & Simancas ſupra n.70.

Summaria ad Controuerſiam 32.

1 *REfertur Domini Præſidis ſententia, aſſerentis quod in criminibus mixti fori, ſi reus fuerit in foro Eccleſiaſtico abſolutus, poſsit nihilominus apud iudicẽ ſæcularem iterum accuſari.*

2 *Adiecit Couarru. adeò verum eſſe eius ſententiã, vt ſi à iudice Eccleſiaſtico reus ob crimen mixti fori punitus fuerit, iudex ſæcularis adhuc inſtè poterit, idem crimen examinare, & eius auctorem punire.*

3 *Adducitur pro dicta ſententia. c.2.de maledicis, in cuius ſpecie ſæcularis Poteſtas, iterũ reaſumſit cauſam per Eccleſiaſticam diffinitam.*

4 *Per crimẽ mixti fori vtraq; Reſpublica oſẽditur, & vtriq; ſatisfieri oportet.*

5 *Doctiſsimus Bonifacius poſt quã in c.fœlicis. §. per hoc de pœnis in 6. ſtatuerat pœnas cõtra perſonas de quibus ibi, ſubiunxit per hoc ſe velle adimere ſæcularibus Poteſtatibus facultatem vtendi legibus contra tales.*

6 *Facit argumentum pro eadem ſententia deſumptũ ex l.2.C.de ſportulis, vbi vnum idemque delictum punitur, à diuerſis iudicibus.*

7 *Oppoſitam ex diametro ſententiam, quã vt certiorem, & magis rationi æquitatique conſonam amplexatus eſt author, defendunt plures qui referũtur.*

8 *Accuſatus in foro delicti non poteſt reaccuſari in foro domicilij, quãuis diuerſa ſit pœna.*

9 *Cum per delictũ offendatur territoriũ illud in quo commiſſum fuit, oportet, vt fiat ſatisfactio, ita vt quos quis malo exẽplo ad peccandum fuaſit debita pœna in officio contineat.*

10 *Commodius crimina iudicãtur in loco delicti,*

Digitized by Google

delicti propter paratas probationes.

11 Multi contendunt forum domicilij nõ esse ita generale, & perpetuum, vt cum alijs concurrat, sed solum alijs simile.

12 Quamuis forum domicilij generale sit ad omnes causas, & negotia vbicũque gesta, nihilominus si semel quis accusetur coràm Ecclesiastico reaccusari coram laico non valebit.

13 Demonstratur minimè dubitandum esse, quin in loco domicilij sortiatur vnusquisque forũ generale, ad omnes causas, & negotia vbicumque gesta.

14 Quotiescumque in lege, vel aliqua dispositione exprimitur proprius index proprius Episcopus, proprius superior, proprius Parrochus, vel propriũ forum, intelligere debemus, domicilij, & intelliguntur iura in c. 1. de for. comp. c. 1. de raptorib. c. vltim. de Parrochijs, & similia.

15 Sapiẽter iudicatũ fuit in supremo Prætorio Rotæ, Parrochiũ ruralem, apud quẽ quis in vere habitat ad colligendos fructus, propriũ Parrochum non esse, & non valere matrimoniũ eo præsente contractũ, & ratione domicilij sortitur quis forũ, vt ibidem de omnibus conueniatur.

16 Regulam habemus, vt de his criminibus de quibus absolutus est accusatus non possit accusatio replicari.

17 Mirificè confirmat dictã sentẽtiã textus apertus in c. 2. de exceptionib. in sexto.

18 Dictum c. 2. de except. in 6. de solis causis mixtis interpretari debet, & efficaciter probat accusatũ in foro Ecclesiastico, sinè condemnatus sit, sinè absolutus non posse in seculari iterum accusari.

19 Non satisfacit Felinus dum ait d. c. 2. non esse intelligendum de causis criminalibus, sed ciuilibus.

20 Parere exceptioni rei iudicatæ frequens est, ne lites quasi in infinitum trescant, nec non quamplurima damna manifestè sequantur.

21 Referuntur aliorũ intellectus ad c. 2. de maledicis, & reo absoluto in foro exteriori impediri debet altera accusatio, non ita si in foro conscientiæ absoluatur, restat enim Reipublicæ satisfactio, ad publicam vindictam necessaria.

22 Dict. cap. 2. de maledicis, non probat quod laicus accusatus de crimine mixti fori in iudicio Ecclesiastico possit iterum accusari in foro seculari.

23 Intelligitur text. in §. præterea. d. c. 2. de maledicis diuersimodè põderatis verbis eiusdẽ, & aliter, atque aliter explicata Pontificis maximi mente.

24 Reipublicæ planè satisfit si in alterutro foro, quis aut condemnetur, aut absoluatur, & necessario alterum forum alterius sententia debet esse cõtentum.

25 Falsa est sententia esserentium, sentẽtiam latam à iudice Ecclesiastico, non parere exceptionem rei iudicatæ in foro seculari.

26 Ostenditur cap. felicis, §. per hoc de pœnis in 6. per locum ab speciali, potius probare accusatum in foro Ecclesiastico, non posse iterum puniri in seculari.

27 Iudices dati in l. 2. C. de spontulis, nõ poterant crimen punire, & iudici cõpetenti puniendum traditum fuit.

28 Plura alia argumenta pro oposita sententia ab interpretibus adduci consueuerunt, quæ dilluuntur remissiuè.

29 Assignantur plures casus, in quibus locum erit habituræ Couarruuiæ sententia, & absolutus in foro Ecclesiastico, poterit, nihilominus apud iudicem secularem iterum accusari.

30 Reijcitur sententia, quod si index lai-

Digitized by Google

laicus reum ſæcularem abſoluiſſet, vel condemnaſſet mitiori pœna, quã quæ lege præſcripta foret, poſsit Ecclesiasticus, ſi crimen ſit mixti fori, iterum contra delinquentem procedere.

CONTROVERSIA 32.

Vtrùm laici apud vtrumque iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem conueniri possint de crimine mixti fori, an è contrà, semel in iudicio Ecclesiastico accusati, non possint iterum in sæculari conueniri, etiam ad excessum pœnæ.

(1.)

1 DVas etiam reperio in hac re inter se pugnantes grauissimorum Patruũ sententias, & vt à Domino Præsidе incipiam, is variarum. 2. cap. 10. num. 6. existimauit, quod si crimen fuerit mixti fori, quale est sacrilegiũ, sortilegium, diuinatio, & similia, quorum meminit Abbas in cap. cum sit generale de foro competent. licet reus fuerit in foro Ecclesiastico absolutus, possit nihilominus apud iudicem sæcularem iterum accusari, crimenque ipsum examinari, & puniri.

2 Tradiderant antea Panormitan. in dict. cap. cum sit generale. num. 11. Barbatia num. 39. vsque ad num. 58. Felinus num. 21. idem Abbas in capit. tuę. de procuratoribus. & in cap. 2. de maledicis, quibus locis testatur, hanc esse communem sentẽtiam canonistarum, quam probarunt Petrus de Ancharrano, Abbas, & Aretinus in cap. de his de accusationibus, Andręas Alciatus in capit. 1. de officio ordinar. num. 134. Iulius Clarus in practic. q. 57. num. 11. & omnium consensu receptam, dixit Domin. Couarr. loco proximè citato, vbi adiecit, adeò veram esse, vt si à iudice Ecclesiastico, reus ob crimen mixti fori punitus fuerit, iudex sæcularis, adhuc iuste poterit, idem crimen examinare, & eius auctorem punire, iuxta text. quem citat in cap. sæ licis. §. per hoc, de pœnis in 6. cuius decisionem ad idem, prius adnotauerant, vti singularem, plerique Doctores ibidem à Couarruu. laudati, qui ad calcem dicti numeri sexti, ex aliorum sentẽtia prędictam communem temperauit, casu quo pœna à iudice Ecclesiastico inflicta, fuerit satis sufficiens, ad criminis punitionem, & culpæ mensurata, secundum Ioannem Andręam, Dominicum, Abbatem, & Aretinum in d. c. tuę. & in d. c. de his qui censent eo casu nõ posse iterum crimen hoc, apud sæcularem iudicem tractari.

3 Et quod laicus accusat' de crimine mixti fori in iudicio Ecclesiastico, possit iterũ accusari in foro sęculari, probant ex Decreto Greg. IX. in c. 2. de ma-

maledicis, vbi blasfemantes Deum Optimum Maximum, vel aliquem Sanctum, præcipue B. Virginem, poſtquam ſemel per Eccleſiaſticum quibuſdam pœnis, de quibus in illo text. afficiuntur, per temporalẽ præcere aPoteſtatem, iterum mulctari iubentur, ſine miſericordia, vbi rurſus præcipitur, quod decretum illud, etiá inter alia communitatum ſtatuta ponatur.

4 Deindè conſiderant per crimen mixti fori, vtramque Rempublicam offendi, & per conſequens vtrique ſatisfieri oportere, per proprias pœnas, & tandem aiunt diuerſas quidẽ eſſe Poteſtates, ſæcularem, & Eccleſiaſticã, & ideò ſententiá latã à iudice Eccleſiaſtico, nequaquà poſſe producere exceptionem rei iudicatæ in foro ſæculari: & per conſequens laicum accuſatum de crimine mixti fori, apud iudicem Eccleſiaſticum, poſſe iterum accuſari apud ſæcularem.

5 Pro qua ſententia adduci etiã ſolet text. in d. c. fœlicis, §. per hoc de pœnis in 6. vbi poſtquam Bonifacius VIII. grauiſsimas pœnas ſtatuerat, contra ſacrilegos inſequẽtes, percutientes, aut capiẽtes Cardinales, & tanti criminis ſocios, ſubiũxit per hoc ſe nolle adimere ſęcularibus Poteſtatibus, facultatẽ vtẽdi legibus cõtra tales, quas aduerſus ſacrilegos Catholici Principes ediderunt.

6 Et facit text. in l. 2. C. de ſportulis, vbi vnũ idẽque delictũ punitur à diuerſis iudicibus, & rurſus Imperatores Valentinian. & Theodoſius ibidẽ, licentiã concedunt iudicibus, maiores pœnas, & corporales maculas exequutoribus imponẽdi, ſi malè fuerint circa lites verſati, vt ita ſi ille iudex, qui habuit primã iuriſdictionẽ in puniendo, non puniuit ſufficienter delictum, eius defectus ſuppleri poſsit, & debeat per alium.

7 Verũtamen oppoſitam ex diametro ſententiã, quã nos vt certiorẽ, & magis rationi æquitatique conſonã, libẽter amplexuri ſumus: tenuit gloſ ſa verb. *adimimus*, in d. c. fœlicis, §. per hoc quoque de pœnis in 6. adducẽs text. in l. placet. C. de ſacroſanct. Eccleſ. quam ibidem ſequuntur Dominicus, & Perũſinus, n. 3. Hoſtienſis, & Ioan. Andr. in c. 1. ad finẽ de officio ordinar. Anton. in c. tuæ. num. 18. de procuraror. Immola, & Annania. n. 6. latè Bocrius à n. 23. in d. c. de his. de accuſation. Bart. receptus in l. Senatus 14. num. 3. ff. eodem, fatetur eſſe communem legiſtarũ Abb. d. c. tuæ. n. 5. probant Cardinalis, & alij antiqui in d. c. 2. de maledicis, vbi Abbas n. 4. ſponte agnoſcit Doctores frequentius ita ſentire.

8 Probant multis rationibus, & argumentis, dicentes ſimilẽ rationem eſſe in iudice Eccleſiaſtico, circa causas mixti fori, quæ datur in quolibet iudice, qui ſpeciali ratione iudicat, de ſubdito alterius territorij, ſed accuſatus in foro delicti nõ poteſt reaccuſari in foro domicilij, quãuis diuerſa ſit pœna, vt manifeſtũ eſt, & probat tex. in d. l. Senatus, pari igitur ratione laicus ſemel accuſatus de crimine mixti fori, in iudicio Eccleſiaſtico, non poterit iterũ accuſari in foro ſæculari. Quamuis enim domicilium præcipuum forum faciat, multis etiam modis diuerſus, forum ſortimur: imò multipliciter domicilium ipſum comparamus, vt in loco beneficij, quod iure, aut conſuetudine, perſonalem reſidentiam requirit, iuxta text. in cap. poſtulaſti, ibi, *& reſidens in eadem*, de foro compet. facit cap. dilectus 29. de reſcriptis, cap. penult. de temporibus ordinat. libr. 6. per quæ iura ita probat Innocentius receptus in cap. exore de priuilegijs, Abbas in dict. cap. poſtulaſti, num. 4.

latè Felinus in d.c.dilectus.n.2.Bart. in l.hæres abſens,§.perindè. n. 5. ff. de iudicijs,& in l.1.n.13.ff.ad municipalem, quo loco docet,Abbatem, & Rectorem cuiuſque Eccleſiæ ibidem ciuem effici,& domicilium cõtrahere, ex alijs Rebuff.3.tom. ad ll. Galliæ, tit. de domicilij electione, gloſ.vnica å n.11.

9 Nec non ratione delicti, iuxta d. c.poſtulaſti.c.1.de raptoribus.c.1.de priuilegijs in 6. Clement. Paſtoralis de re iudicata,Trident. Seſ.7. de reformat.c.14.l.ſi cui.§. vltim. & l. vlt. ff.de accuſationibus,l.1.authent.qua in prouintia. C. vbi de crimine agi oportet, duabus potiſsimum rationibus,quia cum per delictum offendatur territorium illud, in quo commiſſum fuit, oportet vt fiat ſatisfactio,itavt quos quis malo exemplo ad peccandum ſuaſit,debita pœna in officio contineat, vt ex alijs obſeruat Hippolytus ad l.vlt.num.53.ff.de iuriſdictio.omn.iudic. Alciat.ad capit. .1. notab. 130. de officio ordinarij, Riminald.conſil.32.num.20. Clarus quæſt.39.num.4.Perez in l.1.tit. 17. lib.8.

10 Et quia cũ Reipublicæ interſit crimina puniri,iuxta l.itavulneratus,ff. ad l.Aquiliam.c.vt famæ de ſent.excommunicat.& in loco delicti commodius crimina iudicari,& puniriva leant, propter paratas probationes, meritò ita conſtitutum eſt,vt colligitur ex authent. vt omnes obediant iudici in princ.collat. 1. obſeruat ex alijs Perez d.loco.

11 Item ratione contractus, vt tradũt Doctores ad Clement. Paſtoralis de re iudicata,rei ſitæ,iuxta text.in c.ſanè de for.compet.c.experientiæ. 11. q.1.l.vlt. C. vbi in rem actio, l. prædium.C.de prædijs minorum,in quibus caſibus,&ſimilibus,proculdubio laici ſemel accuſati, aut iudicati, de crimine,ſeu Eccleſiaſtici (in hoc enim nõ differũt)ab hisiudicibus,qui dictis ſpecialibus rationibus iudicarũt,de ſubditis alteri" territorij, nõ poterũt iterum accuſari apud iudicem domicilij,quandoquidem forũ domicilij (vt multi cõtendunt) non eſt,ita generale, & perpetuũ,vt cum alijs concurrat, ſed ſolum alijs ſimile, ſi conſideres,domicilij forum, in cap. fin. de foro competent. ſub eadem determinatione alijs comparari: pariterque dicendum eſt in noſtro propoſito de iudice Eccleſiaſtico,circa cauſas mixti fori, quas ſi ſemel iudicauerit,aut ſuſceperit,minimè tales accuſati,aut iudicati iterum accuſari,aut iudicari poterunt, corã iudice laico.

12 Imò ſi fateremur forum domicilij generale eſſe,ibique de negotijs, & rebus alibi geſtis,ſubditos conueniri poſſe,vt probat c.dilecti de foro cõpet.l.2.C.vbi de crimine agi oportet,ita vt in loco domicilij, ſortiatur vnuſquiſque forum generale,ad omnes cauſas,& negotia vbicũque geſta (de quo minimè dubitam") vt benè poſt alios obſeruat Abb.in c.fi.de foro cõpet.n.33.Socin.n.3. & 45.Felin.n.23.DD.in d.c.dilecti. & c.1. & c.cum cõtingat.de for.comp. adhuc verũ eſt,ſemel accuſatũ, aut cõdemnatum in loco delicti, contractus, vel rei ſitæ, non poſſe iterum accuſari, vel conueniri in loco domicilij:quantumuis forum domicilij generale ſit,ad omnes cauſas, & negotia vbicumque geſta, pariterque ſemel conuentum, aut iudicatum, coram Eccleſiaſtico,nõ poſſe reaccuſari, aut cõueniri corã iudice laico, vt efficaciter cõcludit dictũ argumentũ à ſimili ratione,quæ verſatur in iudice Eccleſiaſtico circa cauſas mixti fori,& in quolibet iudice, qui ſpeciali ratione,id eſt delicti, cõtractus,

vel

Digitized by Google

vel rei sitę de subdito alterius territorij iudicat: secundum quam rationẽ similitudinis, sicut accusatus in foro delicti, non potest reacusari in foro domicilij, quamuis diuersa sit pœna, ex d. l. Senat⁹ pari modo, si semel accusetur coram Ecclesiastico reaccusari coram laico non valebit.

13 Ne autem quis curiosè dubitet, an verũ sit quod proximè assumpsim⁹, scilicet minimè dubitandũ esse, quin in loco domicilij sortiatur vnusquisque forum generale, ad omnes causas, & negotia vbicumque gesta, vltra prædicta sic facilè demonstratur, quia nisi forus domicilij cũ alijs concurreret, esset planè otiosus, siquidẽ ratione delicti, & ratione contractus cõuenitur quis, in loco vbi deliquit, vel contrahit, vt ipsè tex. in d. c. fi. de foro compet. manifestè probat, ergo si in loco domicilij non posset cõueniri de negotijs, aut delictis alibi gestis, iã in loco domicilij non conueniretur propter domiciliũ, sed propter contractũ, vel delictũ, & per consequens nullus foret specialis forus domicilij, nulliusque esset effectus, quod est absurdũ: igitur nullatenus dubitandũ est, quin vt prędiximus in loco domicilij sortiatur vnusquisq; forũ generale ad omnes causas, & negotia vbicumque gesta.

14 Ex qua resolutione, & verissima doctrina (si id nũc ageremus) multa quidẽ vtiliter inferri possent, & interim colligo indè nasci, vt quotiescũque in lege, vel aliqua dispositione, exprimitur proprius iudex, proprius Episcopus, proprius superior, proprius Parrochus, vel proprium forum, intelligere debeamus iudicem, Episcopum, superiorem, Parrochũ, & forũ domicilij, quoniã isti tãtũ simpliciter, & absolutè tales sũt, reliqui secundũ quid: sicque colligitur ex c. 1. de foro compet. cap. 1. de raptoribus, vbi suus Episcopus appellatur simpliciter, qui domicilio prę-est, ex c. vlt. de Parrochijs, vbi Diœcesanus, Episcopus domicilij nominatur, & generaliter docet glossa recepta, verb. *subditos*, in clem. vnica de foro cõpet. glos. c. nuper. verb. *tuam*, de sent. excommunicat. refert plura Ias. in l. cunctos populos. 2. lectur. n. 23. C. de summa Trinitate, Tiraq. de retract. lib. 1. glos. 9. §. 11. n. 21. Bursatus cons. 16. n. 1. lib. 1.

15 Ex quib⁹ in supremo Prætorio Rotæ sapiẽter iudicatũ fuit, Parrochum ruralẽ, apud quẽ quis in vere habitat ad colligẽdos fructus, propriũ Parrochũ nõ esse, atque ideò matrimoniũ eo præsente cõtractũ, absque licẽtia Parrochi domicilij non valere, iuxta Decretũ Tridentini Sess. 24. de reformatione, c. 1. 9 præsentiã Parrochi requirit, & intelligitur de Parrocho domicilij, prout Nauarr. Cephal. & alij consuluerũt inter cõsilia Menochij, cons. 398. lib. 4. faciũt quę in eodem casu scribit Speculũ cõiugiorũ in appendice, dub. 1. concl. 7. Ioann. Segura in directoriũ iudicũ Ecclesiasticorũ, 2. p. c. 15. n. 47. iuxta ea quæ dicuntur, quod ratione domicilij sortitur, quis forũ, vt ibidẽ de omnibus cõueniatur, & vt ad eũ locũ à quocumque alio citari valeat, vt ex dictis patet, itẽ ad honores, & onera publica, iuxta totũ titulũ, ff. ad municipalem, & C. de in locis libr. 10. ad decimas oblationes, & iura Parrochialia persoluenda, iuxta cap. peruenit. cum sequentibus de decimis, cap. vltim. de Parrochijs, ad percipiẽda sacramẽta, iuxta d. c. vlt. & cap. omnis vtriusque de pœnitentijs, & remissionibus.

16 Vndè si rectè, & cũ iudicio, quę dicta sunt expendantur apertè deducitur veritas hui⁹ secũdæ sentẽtiæ, quę docet apud vtrũque iudicẽ non posse laicum cõueniri de crimine mixti

fori,ſicque ſemel in iudicio Eccleſiaſtico accuſatum non poſſe iterum in ſæculari conueniri, neque ad excceſſum pœnæ, vt colligitur ex reg. cap.de his de accuſationibus, ex l.ſenatus 14.ff.eodem. l. quod ſenatus, §.vltim.l.Prætor.§.ſi dicat,ff.de iniu rijs,l.licet.§.fin. ff. nautæ caupones, â qua regula cum nulla lege caſus iſte,de quo diſſerimus,eximatur, planè ſecundum regulam definiri debet,quæ habet,vt de his criminibus, de quibusabſolutus eſt accuſatus,nõ poſsit accuſatio replicari.

17 Quam ſententiam mirificè confirmat tex.apertus in cap.2.de exceptione.*in 6.* quatenus ait admittẽdam eſſe in foro ad quem pertinet cognitio:ſed exceptio rei iudicatæ impedit,ne de eadem cauſa iterum iudicetur.l.3.ff.de exceptione rei iudicatæ,cap.vnico de litis conteſtatione in *6.* igitur ſi Eccleſiaſticus de crimine mixti fori laicum accuſatũ iudicauerit,non poterit in ſęculari obſtante exceptione reaccuſari.

18 Maximè ſi conſideres tex. illum à quo ſumimus præfatum efficax fundamẽtum,nec de cauſis merè Eccleſiaſticis,nec de merè ſęcularibus poſſe intelligi, ſed coacta iuris ratione accipiendum eſſe de cauſis mixtis ſolummodo : quippè exceptio rei iudicatæ,de qua agit,tunc ſanè locum habet cum ea non propoſita iudiciũ ſubſiſtit ipſo iure,iuxta l. iudex.28.l. Iulianus.60.ff.de condictione indebiti.§. item ſi in iudicio, inſtituta de exceptionibus: in cauſis autem Eccleſiaſticis,laicorum iudicium,incõpetens eſt ipſo iure: & in temporalibus ſententia Eccleſiaſtici, quaſi ab incompetente iudice lata non valet, nec parit exceptionem rei iudicatæ, iuxta l.1.C.ſi à non competente iudice, cap. licet de foro compet. igitur dict.cap.2. de ſolis cauſis mixtis interpretari debet,ac per conſequẽs probat efficaciter,accuſatum in foro Eccleſiaſtico, ſiuè condemnatus ſit, ſiuè abſolutus,non poſſe in ſæculari, iterum accuſari.

19 Nec argumento ſatisfacit Felinus dict.cap.de his.num.13. dum ait d.c. 2.non eſſe intelligendum de cauſis criminalibus,ſed ciuilibus,quoniam verba & ratio illius text. ſi diligẽter perpendãtur,vtraſque profecto cõprehendunt.

20 Denique hanc ſententiam, quam cum tot viris doctiſsimis defendimꝰ adamuſim confirmat ellegans Pauli I.C. diſcurſus in l.ſingulis.6.ff. de exceptione rei iudicatę,vbi ſingulis cõtrouerſijs ſingulas actiones, vnũque iudicati finem ſufficere probabili ratione docuit, ne aliter modus litium multiplicatus,ſummam, atque inexplicabilem faciat difficultatem,maximè ſi diuerſa pronuntiarentur:vndè dixit parere exceptioni rei iudicatæ frequens eſſe, ne ſcilicet lites, quaſi in infinitum creſcant: quod incõueniens,nec non, & alia quamplurima damna,manifeſtè ſequerentur, ſi laicus accuſatus de crimine mixti fori in iudicio Eccleſiaſtico, poſſet iterũ accuſari in foro ſæculari.

21 Confirmabiturque magis,ac magis eadẽ doctrina,ſi diluerimus,quæ pro contraria parte retulimus fundamenta,& ad primum ex cap.2.de maledicis,dicendum eſt, text.illum plures habere ſenſus:alij aiunt caſum illum eſſe ſpecialem, & ad alios trahi non poſſe,ita Cardinalis ibidem oppoſitione 2.teſtatur communẽ, Ancharranus num.6.Abbas num. 4. alij verò putant textum procedere,quãdo laicus,Eccleſię non vult obedire, & propterea inuocat brachium ſæculare, prout intelligit gloſſa ibidem, verb.*poteſtatem*, & ſentiunt Doctores omnes in cap.1. de officio ordinarij.

Digitized by Google

narij: Tertio modo Doctores omnes ibidem arbitrantur, text. planè procedere cum agitur ad pœnitentiam, de qua ibi, prout colligitur exillis verbis, *noluerit pœnitere*, quo caſu non impeditur accuſatio eiuſdē criminis, vt reſoluunt omnes in dict. cap. de his. & Couarruu. lib. 2. variar. cap. 10. n. 3. aſſerens non eſſe conſtituendam differentiam quo ad hoc, inter publicam pœnitentiam, de qua ibidē tex. agit. cap. ſi propter de furtis, & pœnitentiam ſecretam: etenim vbi reus à crimine abſolutus eſt, per iudicē exteriorem in iudiciali foro, impediri debet altera accuſatio: ſi verò abſolutus fuerit in foro interiori conſciētię (quod aiunt) non impeditur accuſatio corā exteriori iudice, cū prior criminis examinatio, fiat ad pœnitētiam, & ſatisfactionem diuinæ offenſæ: Poſterior autem neceſſaria ſit ad publicam vindictam, & ad reipublicæ ſatisfactionem, iuxta gloſſam cōmuniter receptam in d. cap. de his. & doctè more ſuo, tradita per Couarr. loco citato.

21 Secundum quas interpretationes tex. ille pro communi noſtrorū nihil facit, nec vllatenus probat, quod laicus accuſatus de crimine mixti fori in iudicio Eccleſiaſtico, poſsit iterū accuſari in foro ſæculari, vt aiebat cō traria ſententia communis, Abbatis, Felini, Barbatiæ, Ancharrani, Alciati, & aliorum quorum ſupra meminimus.

23 Poſſet ergo non ineptè tentari, §. pręterea. dict. cap. 2. de maledicis, nō eſſe referendum ad immediata verba præcedentia, vt ſignificat vltra illam pœnitentiam, aut pœná, eſſe iterum in foro ſæculari pœna pecuniaria mulctandum, ſed referatur ad verbum, *ſtatuimus*, de quo in princ. text. vt ſit ſenſus propterea ſtatuimus, vt maledici in foro ſæculari cōuicti ea pœna afficiantur. Voluit enim Pontifex, vt crimen illud in vtroque foro vindicaretur, in Eccleſiaſtico per illam publicam pœnitentiam, quam ſi laicus recipere noluerit, per interdictum ingreſſus Eccleſiæ, & per priuationem ſepulturæ, per aliasq; pœnas compellendus erit: in ſæculari verò per pœnam pecuniariam, non quidem, vt de eodem crimine bis puniretur, ſed ab eo qui prius cognoſceret, vt probari videtur ex vltimis verbis text. dum iubet decretum illud, in §. pręterea inter ſtatuta ciuitatis ſcribi, quod neceſſarium non erat ſi ſæcularis iudex in defectum inuocaretur ad cognitionem illius criminis.

24 Reipublicæ verò (quod erat ſecūdum fundamentum oppoſitæ ſentētiæ) planè ſatisfit, ſi in alterutro foro, quis, aut condemnetur, aut abſoluatur, cum primum enim conſtitutum eſt, vt in vtroque foro crimē aliquod iudicetur, data actori electione, & præuentione admiſſa, neceſſario cōcedendum eſt, alterum forum alterius ſententia debere eſſe contentū, ſicut cum alij plures iudices diuerſi territorij poſſunt de crimine cognoſcere, cuiuslibet eorum ſententia alijs ſatisfit: ex cōtrario enim ſequeretur, aliquando in vno foro cōdem natū, in alio poſſe abſolui, quod eſt abſurdum.

25 Pariterque non obſtat tertium argumentum, quo communis ſententia cōtraria comminiſcebatur, diuerſas eſſe Poteſtates, & ideò ſentētiam latam à iudice Eccleſiaſtico, non parere exceptionem rei indicatæ in foro ſæculari. Reſpōdetur namque negando conſequentiam, quoniam falſa eſt, & contra text. in dict. cap. 2. de exception. in 6. quem ſuperius expēdimus.

26 Multoque minus obſtat, c. fœlicis.

§.per hoc de pœnis in 6.pro commu ni cõtraria adductum, quoniam per locum ab ſpeciali, potius probat cõ- trarium,nam ſi ſecundum iuris regu las accuſatus in foro Eccleſiaſtico, poterat iterum puniri in ſæculari,ne ceſſarium non erat, vt Summus Pon tifex ibidem proteſtaretur,ſe propte rea non adimere pœnas fori ſæcula ris.Cum igitur neceſſarium eſſe du- xerit illud exprimere, apertè ſentie ſecundum iuris regulas contrarium fuiſſe iudicandum.

27 Tandem præfatæ veriſimę reſo- lutioni gloſſæ, Dominici, Peruſini, Hoſtienſis, Ioannis Andreæ, Anto- nij,Immolæ,Annaniæ,Boerij, Barto li,& aliorum aſſerentium, apud vtrũ que non poſſe laicum conueniri de crimine mixti fori: ſicque ſemel in iudicio Eccleſiaſtico accuſatum nõ poſſe iterum in ſæculari conueniri, etiam ad exceſſum pœnæ: minimè contradicit reſponſum Imperato- rium in dict. l.2. C. de ſportulis, cui communis nitebatur, quoniam ibi iudices dati, non poterant crimen punire, & propterea iudici compe- tenti puniendum traditur, vt benè aduertit Bald.ibidem num.6.Salice- tus numero 2.Nos verò agimus præ ſensque controuerſia procedit, cum vterque iudex competens eſt ad pu niendum.

28 Nec me latet plura alia argumèn- ta pro opoſita communi,ab interpræ tibus aduci ſolere,quæ conſultò om miſsi,vt eruditum lectorem remitte- rem adNicolaum Boerium,qui in d. c.de his de accuſationibus,à n.23.ea diligenter refutat.

29 Ne autem videamur dictæ ſen- tentiæ, quam tenuit Couarruu. lib. 2.variar.dict.cap.10.num.6. omnem penitus pręcluſiſſe viã: crederem vtĩ que eam locum habituram,cum ſine accuſatione pœna aliqua Eccleſiaſtĩ ca incurritur ipſo iure,vt in l.placet, C.de ſacroſanct.Eccleſijs, vel cum principaliter agitur in foro Eccleſiaſ tico, ad correctionem per denuntia tionem, aut inquiſitionem, vt cum communi reſoluit Couarruu.loco cĩ tato numero 3.hiſenim caſibus licet reus à crimine abſolutus ſit in foro Eccleſiaſtico: poterit nihilominus, apud iudicem ſæcularem, iterum ac cuſari,crimenque ipſum examinari, & puniri: quemadmodum ſi abſolu- tus fuerit in foro interiori conſcien tiæ, non impeditur accuſatio coram exteriori iudice, vt ſupra tetigimus.

30 Nec audiendam eſſe crederem in hac parte ingentem illamDoctorum cateruam, quorum meminit erudi- tus Caſtillo de Bobadilla lib.2. cap. 17.caſu 54.num.94.littera D.afferen tium(vt ipſe refert)quod ſi iudex lai cus reum ſæcularem abſoluiſſet, vel condemnaſſet mitiori pœna, quam quæ lege præſcripta foret, poſsit Ec cleſiaſticus, ſi crimen ſit mixti fori, iterum contra delinquentem proce dere,identidemque facere poſſe ſæ- cularem iudicem deficiente Eccle- ſiaſtico,ſeu abſoluente, vel mitiore imponente pœnam: etenim vt ex ſu perius dictis,pluſquam liquidò doc- to,& ingenioſo lectori cõſtabit, mul to verius eſt, ſemper& vbique obſta turam exceptionẽ rei iudicatę,á quo cumque ex dictis iudicibus,ſiuè Ec- cleſiaſtico, ſiuè ſæculari ob prædic- tas rationes,& fundamẽta,& ne mul to maiora ſequantur inconuenien- tia,quam quæ timeri poſſunt, ſi vnũ, aut alterum delictum mixti fori non ſatis vindicetur.

Summa-

Digitized by Google

Summaria ad Controuersiam 33.

1 *Adducitur praxis, secundum quam Vicarij Complutenses, et alij iudices Ecclesiastici, sine difficultate respõdere consueuerũt, coram Rectoribus illius Academiæ.*

2 *Cum inter duos iudices dubiũ est de iurisdictione, si æquales fuerint, simul iudicaturi sunt, si verò eorum alter sit maior, ille iudicabit.*

3 *Excitata iurisdictionis contentione, Ecclesiasticus iudex cognoscet, & ab eius sententia laici ad superiorem Ecclesiasticum appellabunt, nec poterunt per viam querellæ seculares Magistratus adire, & Ordinarij respondere debent coram delegatis, & allegare causas, ob quas negotium ad ipsos pertineat, non ad delegatos, quo iure vtimur.*

4 *Dicitur non obstare Tridentini Decretum, Sess. 14. c. 5. de reform. & in cõtentione iurisdictionis inter Conseruatorem ad aliquam causam electũ, & Ordinarium Ecclesiasticum, neuter ipsorum cognoscere posset, cuius nam esset iurisdictio, sed ad arbitros recurrendum foret.*

5 *Conseruatores Vniuersitatum habentes tribunal erectum, non comprehenduntur sub dicto Tridentini Decreto, qui tanquam digniores iurisdictionis controuersia cum Ordinario existente iudicabunt cuinam sit iurisdictio.*

6 *In dictis casibus arbitri non sunt eligẽdi, sed nominatis procuratoribus Ecclesiastici coram cõseruatoribus Vniuersitatum respondebunt.*

7 *Subijciuntur causæ, & effectus, ob quos præsentem controuersiam examinare expediat, & vtile sit.*

8 *Referuntur Doctores tenentes Ordinarium maiorem quidẽ, & digniorẽ iudicẽ esse Delegato Summi Põtificis.*

9 *Ordinarius qua talis est gerit vices Principis, seu Pontificis, á quo iurisdictionem habet, & illum repræsentat generaliter, & in multo pluribus, quam Delegatus.*

10 *Multoties Ordinarij iubẽt in suis Diœcesibus, non obseruari censuras, per Delegatũ Apostolicum nulliter, vel contra iustitiam notorié prolatas.*

11 *Ordinarius propriam, & multo latiorem, firmiorem, & magis fauorabilẽ iurisdictionem habet, quam Delegatus etiam Principis.*

12 *Delegatus vltra causam sibi cõmissam in reliquis omnibus inferior est Ordinario, cui subijcitur, & Ordinarius punire potest Delegatũ Principis delinquẽtẽ in processu causæ, & abutẽtem iurisdictione.*

13 *Cõtrariã sententiã, id est Delegatum Summi Põtificis, vel Principis secularis esse maiorẽ, & superiorẽ quocũque ordinario passim colligere solẽt canonistæ ex c. sanè 11. de of. deleg.*

14 *Dicta sentẽtia verior, et receptior est, & ampleclẽda, & plura sunt iura, in quibus Delegatus Summi Põtificis, tã quã maior, et superior mãdat, et præcipit aliquid Ordinario, quæ referũtur.*

15 *Delegatus Summi Põtificis in causa sibi cõmissa repræsentat ipsum Pontificẽ, cuius vices gerit, & gesta per Delegatum per ipsummet Põtificẽ delegantem gesta censentur.*

16 *Assignatur causa, ob quam statutum est, ne causæ ab Apostolica Sede cõmittantur, nisi in Dignitate constitutis, aut Canonicis.*

17 *Adducitur cõcordia Augustini Beroij ad dictas sentẽtias inter se disidẽtes.*

18 *Intellectus Augustini Beroij ad c. se-*

Digitized by Google

né de offic. deleg. dum dicit, delegatum eſſe maiorẽ, & ſuperiorem illis quorũ cauſam ſuſcipit terminandam.

19 *Non refert neque attendi debet, an cauſa committatur, ei qui aliàs ordinariam, vel priuato, qui nullam antea iuriſdictionem habebat.*

20 *Cauſa illa de qua in c. ſanè de officio delegati commiſſa fuit inter Epiſcopum, & laicum, ſeu clericum, & ponderantur verba, & mens Alexandri Tertij ibidem.*

21 *Intellectus ad verba d.c. ſanè, ibi,* quorum cauſam ſuſcepit terminãdam, *& Delegatus poteſt iuriſdictionem exercere in tertios eandem impedientes, etiam de quibus in reſcripto nulla mentio habetur.*

22 Expendũtur *verba, & ratio cap. 1. de officio* Delegati, *& iterũ atque iterũ ponderãtur ad probandũ Delegatũ iuriſdictionẽ habere, in impedientes etiã nõ contentos in reſcripto.*

23 *Obijcitur Delegati iuriſdictionẽ odioſam eſſe, & in prorrogabilem ad eas perſonas, quæ in reſcripto non continentur.*

24 *C. P. & G. de officio Delegati loquitur de prorrogatione hominis, per quam delegata iuriſdictio, non extenditur ſecus in prorrogatione legis, quæ in impedientes extẽdit iuriſdictionem.*

25 *Nullibi in iure reperitur talis prorrogatio, facta per legẽ in impedientes, nec Delegati iuriſdictio, poſt cõmiſſionem extenditur, ad id quod commiſſum non fuit, ſed magis ex vi commiſſionis contra impedientes procedit.*

26 *Delegatus Pontificis Maximi Poteſtatem, ſubdelegandi recipit à lege, & non á delegante, poteſtatem verò coercendi impedientes ab ipſomet delegante recipit.*

27 *Licet impedientes in verbis, & contextu reſcripti, non continentur, nihilominus ex mente delegantis, & ſecundum iuris cenſuram in reſcripto continentur.*

28 *Delegans qui vult conſequens, vult & antecedens, & media ad illud neceſſaria, & hanc committit, ne cõmiſſio cauſæ principalis eludatur.*

29 *Adamuſim explicatur in quo cõſiſtat ſimilitudo illa, de qua in c. 1. de offic. deleg. inter agentes, & conſentientes ex vna parte, & eos qui ad cauſam trahuntur, & impedientes exercitium iuriſdictionis ex alia.*

30 *Ex dictis conſtat dictã Auguſtini Beroÿ cõciliationẽ ad præfatas duas opiniones, non ſatis defendi poſſe.*

31 *Iuriſdictio quam habent inferiores ordinarij ſanorabilis latior, & firmior eſt, quam Delegata á Pontifice Maximo, vel quouis alio Principe.*

32 *Iuriſdictio delegata in Delegato, cui committitur, non eſt diuerſa, imò eadem cum illa quæ eſt in Delegante, cuius nomine & authoritate exercetur.*

33 *Reclé deducitur Delegatum maiorẽ, & ſuperiorem eſſe Ordinario, ex eo quia vices ipſius Põtificis repræſentat.*

34 *Concluſio quæ docet Delegatũ à Principe, maiorem, & ſuperiorem eſſe, quocumque ordinario non probatur in illis verbis capituli, ſanè de officio delegat.* ſuperior eſt, & maior.

35 *Delegatus Principis ſuperior eſt, quocunque ordinario, non ſolum comparatiné reſpectu cauſæ ſibi commiſſa, verum etiã comparatiné ad alias cauſas pertinentes ad ordinariam iuriſdictionem.*

36 *Ordinarius nullã omninò habet iuriſdictionẽ in ea cauſa alteri ſpecialiter cõmiſſa, & intelliguntur iura in c. 2. de offic. Leg. & in c. paſtoralis. §. præterea, de officio delegati.*

37 Dele-

Digitized by Google

37 *Delegatus eandem penitus exercet iu riſdictionem, quæ in ipſo Delegante eſt immediatè nullo medio officij interpoſito: Ordinarius verò in cauſis ordinarijs, in quibus ſuam iuriſdictionem exercet, non ita, ſed medio officio, aut Dignitate Principem delegantem repreſentat.*

38 *Ponderatur textus in dict. c. ſanè de officio delegati in illis verbis*, in cauſa illa ſuperior, & maior, &c. *aperté denotantibus abſolutè, et ſimpliciter Delegatum Principis ad certam cauſam, non eſſe maiorem, & ſuperiorem quocumque Ordinario, ſed ſolũ in illa cauſa.*

39 *Præexcelentia Delegati nititur in eõ quod Delegatus repreſentat Principem delegantem.*

40 *Sicut Officium Dignitas, & Poteſtas Principis, lõgè differt ab Officio, & Dignitate inferioris, ſic iuriſdictio Principis longé differt ab ordinaria inferiorum.*

41 *Officium, vel Magiſtratus immediatè habetur à Principe, iuriſdictio tamen non habetur, neque emanat immediatè, & principaliter á Summo Pontifice, vel Principe, nec ab illo denominatur, ſed ab Officio, vel Magiſtratu, contra verò in delegata iuriſdictione.*

42 *Licet iudex Delegatus habeat officium, ratione cuius competit ei iuriſdictio, ea tamen non efficit illum Ordinarium, & in Delegatis commiſſio iuriſdictionis, in Ordinarijs verò officium principaliter attenditur.*

43 *Multoties in cauſa Delegato cõmiſſa per Summos Pontifices Ordinarius ſupplet negligentiam, & malitiam illius, & intelligitur textus in c. ſignificauit de offic. ordin.*

44 *Ob negligentiam, vel malitiam Delegati, etiamſi de ea conſtet, non poterit Ordinarius in negotio principali ad diffinitiuam procedere.*

45 *Ad effectum extirpandi peccata ſubditorum, ſi Delegatus Apoſtolicus per malitiam, aut negligentiam non occurrat, liberũ erit Ordinario ſe intromittere circa negotium illi commiſſum, & intelligitur text. in d. c. ſignificauit.*

46 *Ioann. Andr. & ſequatium tradditio aſſerentium licere ordinario inhibere Delegato, ne procedat, & præcipere, ne eius cenſuræ obſeruentur, procedit vbi Delegatus patenter excedit limites ſuæ poteſtatis.*

47 *Quando manifeſtum eſt temporalem iuriſdictionem vſurpari, & alijs circunſtantijs concurrentibus, integrũ erit laicis iudicibus defendere ſuã iuriſdictionem, & turbantes, impedientes, etiam clericos, debitis modis cohibere.*

48 *Non eſt diffitendum, ordinariam iuriſdictionem, firmiorem, latiorem, & magis fauorabilem eſſe, quam ordinaria, ſed non indè ſequitur eſſe dignioren, aut ſuperiorem.*

49 *Non inconuenit, aliquem ſecundum vnum reſpectum, eſſe ſuperiorem, & ſecundum omnes alios inferiorẽ, & ita ſe habeat Delegatus, & Ordinarius.*

50 *Rector Complutenſis Apoſtolicam, ſimul, & ordinariam iuriſdictionẽ exercet, & ſingulæ perſonæ ſcriptæ in matricula illius Vniuerſitatis gaudent vniuerſali, & plena exemptione, & ſpecifica, aduerſus illuſtriſſimum Dominum Archiepiſcopum Toletanum.*

51 *Rector Complutenſis, maior, & ſuperior eſt quocumque Ordinario, & coram eo reſpondere debẽt Ordinarij.*

52 *Ordinarij contendunt quod cauſæ matrimoniales priuilegiatæ ſunt, & minimè cõprehenſæ, in litteris exemptionis ſcholaſticorum Vniuerſitatis complutenſis.*

53 Ora

53 *Ordinarij ab omnibus,& ſingulis ſcholaſticorum in ipſismet litteris non exceptuatis,debent abſtinere.*

54 *Indubitati iuris eſt tales exemptiones exemiſſe, & libereſſe in totum taliter exemptos, á quorumcumque ordinariorum poteſtate, & iuriſdictione, & exemptio locum habet in omnibus præter in expreſſè exceptuatis.*

55 *Exemptio ſcholaſticorum Complutenſium, non fuit indefinitè conceſſa, ſed generaliter, & plenè,quæ inducta fuit per dictiones vniverſales,quibus denotantur,etiã ea quæ ſunt ſpeciali nota digna,& æquipollent clauſulæ,*pleno iure.

56 *Expẽditur,dictam exemptionem Vniverſitatis eſſe, cõceſſã perſonis, vniverſalem,pleniſſimã, quam alia quæcumque,quæ in corpore iuris, aut extranagans reperiatur.*

57 *Geminatio,& repetitio verborum nõ ponitur ſuperfluè, & ſine miniſterio operandi, & dictiones vniverſales,& geminatæ aptæ ſunt inducere vniverſalem,& pleniſſimã exẽptionem.*

58 *Sufficeret quod Pontifices ſimpliciter libereſſent dictas perſonas, & dictam Vniverſitatem cõplutenſem, & ſub dictis verbis vniverſalibus venit omnis iuriſdictio actiuè et paſſiuè.*

59 *Peculiare eſt exemptionis cõceſſæ perſonis, vt in totum eximat, nec relinquat eas reſpectu aliquo ſubiectas.*

60 *Multi Doctores tenuerunt diſpoſitionem,cap. 1.de priuileg.in 6.non habere locum in exemptione conceſſa perſonis, ſed in ſpeciali reſtricta ad locum,& in exemptione ſcholaſticorum veniunt omnes cauſæ,etiam matrimoniales.*

61 *Sumè fauorabilis eſt talis ſcholaſticorum exemptio,pro quo expẽduntur nonnulla verba litterarũ exemptionis,quæ latiſsimè interpretanda eſt, quia ad preces ordinarij, & ſic de eius conſenſu.*

62 Expenditur,Põtificem *Maximum in dictis litteris conceſſiſſe prius exẽptionem perſonis diſtributiuè,deindè in quãdã conſequentiã Collegio, & Vniverſitati,ad denotandũ præfatã exẽptionẽ præcipuè perſonarũ eſſe.*

63 Pro *omnimoda in omnibus cauſis etiam matrimonialibus ſcholaſticorum exemptione, iterum ponderantur quædam dictiones litterarum Apoſtolicarum.*

64 *Dictio* omninò, *& reliquæ quibus vtuntur* Pontifices *Maximi in dictis litteris exemptionis adeò fortem & generalem inducunt exemptionem,quod venire faciunt etiam caſus exceptuatos á iure.*

65 *Dictio,* prorſus, *denotat extinctionẽ ordinariæ iuriſdictionis, & liberationem ab ea,circa exemptos,& dictio,*penitus,*habet præciſam naturam,& exponitur id eſt* ex toto.

66 *Præfatæ dictiones comprehẽdunt etiã caſus ſpeciales,maximè in exẽptione vniverſali,quæ latiſsimè venit interpretãda,prohibitio,per verba negatiua,facit vt prohibiti magis cõprehẽdãtur:& etiamſi cauſæ matrimoniales forẽt exceptuatæ(quod nullatenus admittendũ eſt)nihilominus ſub tam pingui,& vniverſali exemptione comprehenderentur.*

67 *Reſervãtur loci,& verba formalia Tridentini,quæ ſunt, aut ferè totũ fundamentum ordinariorum,contendentium cauſas matrimoniales contra ſcholaſticos ad ſe pertinere.*

68 *Non attendunt Ordinarij, Tridentini Decretum intelligendum eſſe, inter non exemptos, & ordinario ſubiectos,inter quos cauſas matrimoniales & criminales iure optimo ſolius Epiſcopi examini reſervauit ſancta Sinodus.*

69 *Præfatam veritatem ſatis exprimunt ip-*

Digitized by Google

ipsius sacrosancti Cõcilij, verba quæ in id ipsum iterum atque iterũ ponderantur.

70 Perspicuum est inter exemptos Ordinarium cognoscere non posse, nisi tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, & in casibus in quibus ius, & Concilij concedunt, ex quibus nõ est casus causarum matrimonialium.

71 Etiamsi causæ matrimoniales essẽt exceptuatæ, & priuilegiatæ tale priuilegium foret sublatũ per litteras Papæ Clementis VIII. cuius dispositio fuit post Concilium quod specialẽ derogationem non requirit.

72 Ostenditur non obstare versiculum, legati quoque, &c. dicti Decreti Cõciliaris, & eius mens subijcitur.

73 Tantum abest, vt Sinodus Tridentina exemptionibus Cõplutensiũ derogauerit, vt præseruauerit eas, & de nouo cõcesserit, sess. 25. c. 6. ex quo regulatur. c. 4. sess. 6. eiusdẽ Tridentini, & vtrinsque verba referuntur, & ponderantur.

74 Efficitur prafata declaratio, plusquã manifesta ex attestatione Secretarij Concilij testificantis eam fuisse Concilij mentem, quæ attestatio cum sit Secretarij actuarij probat.

75 Secretarius Tridẽtini attestatur exẽptionẽ, de qua in eodẽ Concilio mẽtio fit, factam fuisse in individuo causa eximendi Sanctorum Martirum Iusti, & Pastoris Ecclesiam sanctam.

76 Probatur voluisse tollere antiquam illam dispensationem circa beneficiũ, an exempti subijciendi essẽt occasione beneficij.

77 Multi ex Patribus erant valdè informati de exemptione Ecclesiæ Sanctorum Iusti, & Pastoris, & á notissima illius insignis Vniuersitatis exẽptione deribatur Ecclesiæ exemptio, & vnũ quasi corpus ex Ecclesia, & Vniuersitate constituitur.

78 Necessé non fuit in litteris exemptionum nominatim exprimere causas matrimoniales, tum in exemptione circa contractus satis comprehendantur.

79 Sumitur argumentum à beneficialibus ad matrimoniales causas, vt sicuti beneficiales, sic matrimoniales causæ exprimi debuerint.

80 Ostenditur expressionẽ beneficij prorsus necessariam non fuisse, quinimò ex abundanti casum beneficij specificè, & nominatim fuisse comprehensum, & in totum, & in omnibus partibus sublatam dispositionem c. 1. de priuileg. in 6. & §. in eos.

81 Ex abundanti etiã (nõ quod necessariũ esset) per dictas litteras Clem. VIII. fuit derogatũ regulæ de vna, & Cõcilũ generalis, de duabus dictis, et ostẽditur eã esse naturam vniuersalis exemptionis, vt restrictionem dictarum nullatenus admittat.

82 Non solum in Domini Rectoris, sed in Conseruatoria iurisdictione, coacta iuris ratione fatendum est, exẽptiones, aut priuilegia nullatenus fore, nec fuisse vnquam ad certas dictas restricta.

83 Delegatus Summi Pontificis, vel alterius Principis honorandus est, tanquam gerens vices Pontificis, vel Principis, & nõ sicut ipse Princeps Delegans honorandus esset.

84 Delegatus gerit vicem Delegantis, quoad causam sibi commissam, & sic quoad iurisdictionem, & qualitatem illius, non verò quoad personam, & qualitates coherentes eidem.

85 In sessionibus, & omnibus alijs actibus, in quibus vt Delegatus existit præferendus est, omnibus, & singulis iudicibus Ordinarijs, & sedere debet in eminentiori loco, quam Ordinarius, & Toletanus in omnibus, & per omnia semper cessit Domino Rectori, quinimò Archiepiscopi, & Cardinales Toletani manũ dexteram

ram dicto Domino Rectore libentiſsimè porrigunt.

36 *Vbi Delegatus,& Ordinarius poſſunt ſeparatim de aliqua cauſa cognoſcere, prout in crimine hæreſeos de iure communi, reus eodem tempore vocatus, ab vtroque, tenetur prius coram Delegato comparere.*

37 *Epiſcopo & Delegato concurrentibus, appellatio, querela, vel recurſus haberi debet, non ad Archiepiſcopum, ſed ad Summum Pontificem habito reſpectu ad ipſius Delegatum.*

CONTROVERSIA 33.

Vtrum Delegatus Summi Pōtificis, vel etiā Principis ſæcularis, maior ſit, & ſuperior quocumque ordinario.

1 COntrouerſiā hāc etſi ſcitu, & cognitione digniſſimam, ſubtilem, pariter, & practicabilē, minimè profecto hoc loco excitarem, niſi dominus Vicarius huius Curiæ Archiepiſcopalis Complutenſis, mecum hiſce diebus acriter contendiſſet, integrum ſibi forè, pœnis, & cenſuris clariſsimo Domino Rectori, huius inclitæ Vniuerſitatis inhibere, ne amplius procederet in cauſa matrimoniali, contra quendam ſcholaſticum, coram ipſomet Domino Rectore agitata, & iam concluſa. Aduerſus frequentiſsimam praxim, & vſum quotidianum in hoc Tribunali ſcholaſtico receptum, quo dicti Vicarij Complutenſes, alijque iudices Eccleſiaſtici ſine difficultate, aut cunctatione aliqua reſpondere conſueuerunt, coram Dominis Rectoribus, cauſas, ad ſe non ad Rectores pertinere contēdentes, quod non ſemel, ſed millies vidi, dum munus aſſeſſoris Rectorum ſubſtinerem, & publicè litigantibus ius dicerem.

2 Atque id notiſsimo (niſallor) iuris fundamento, etenim cum inter duos iudices dubium eſt, de iuriſdictione, ſi ęquales fuerint, ſimul iudicaturi ſunt, iuxta cap. paſtoralis. de reſcript. ſi verò eorum alter ſit maior ille iudicabit, iuxta c. ſi duob⁹. 7. de appellationibus; & l. contra pupillum, §. vlt. ff. de re iudicata, reſoluit Innocent. Immol. & Decius. n. 2. in d. cap. paſtoralis. Antonius in cap. cęterum. nnm. 9. de iudicijs, Roman. cōſ. 160. vndè cum Dominus Rector, vtpotè Summi Pontificis Delegatus, Apoſtolicamque, & Regiam ſimul Poteſtatem exercens, maior ſit, & ſuperior quocūque ordinario, ex text. in cap. ſanè. 11. de officio delegati, vbi notant ferè omnes Canoniſtæ, poſt iuris Cæſarei interpretes in rubr. de officio eius, vbi Iaſſon. num. 1. Iacobus de Nigris num. 24. Riminaldus, & nouiores, Maranta diſputat. 1. num. 40. & receptori ſententia, teſtè Ioanne Corraſio. 3. miſcelanearum. capit. 19. & patebit latius ex his, quæ inferius à nobis adducentur, conſequens eſt neutiquam poſſe

Digitized by Google

posse Vicarios, aliosvè iudices Ordinarios, Rectoribus inhibere, ne in negotijs (orta inter ipsos de iurisdictione controuersia) amplius procedant, sed coacta iuris ratione coram ipsismet Rectoribus responsuros, & allegaturos, prout hucusque facere consueuerunt, ad Rectoresque cognitionem spectare, cuiusnam sit iurisdictio.

3 Sicuti, excitata cõtẽtione, an crimen aliquot sit Ecclesiasticum, tẽporale, vel mixtum, siuè per actionem, siuè per exceptionẽ moueatur, Ecclesiasticus iudex cognoscet, & ab eius sentẽtia laici ad superiorẽ Ecclesiasticum appellabunt, nec poterunt per viam quærellæ sęculares Magistratus adire ex præmissa ratione: quia iudex Ecclesiasticus maior est, iuxta c. solitæ, de maioritate, & obedient. quo fit, vt de omni dubio iurisdictionis, an sit tẽporalis, vel Ecclesiastica cogniturus sit, nã. si tẽporales Magistratus potuissẽt in eo dubio iudicare, iam de Ecclesiasticis & spiritualibus cognoscerẽt contra. c. tuam, de ordine cognitionũ. c. 2. de iudicijs. Vndè fluxit Concilij Tridẽtini Decretum sess. 25. de reformat. cap. 3. ad fin. vbi nefas esse duxerunt Sancti Patres sæculari cuilibet. Magistratui, prohibere Ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet, aut mãdare, vt latam excommunicationem reuocet, sub prætextu, quod contenta in illo Decreto nõ sint obseruata, & subdit rationẽ Concilium, *cum non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat*. Tantundẽq; probare, videtur tex. multò antea in lucẽ editus in c. 2. de exceptiõn. in 6. ad fin. ibi, *per suos superiores*, & resoluit in specie Innocent. in c. super litteris, de rescript. Anton. & Decius vbi supra, Zasius in l. 2. n. 19. ff. si quis in ius vocatus nõ ierit, vbi cõmunẽ testantur & ita praxis obseruat: necnon iure nostro Regio, iudicibus sæcularibus stricte præcipitur, vt coram Ecclesiasticis cõpareant, allegaturi an sua sit iurisdictio necne: vel vtrum delinquentem Ecclesię debeant restituere, vt gaudeat immunitate, vel super alijs articulis, vbicũq; lis super iurisdictione inter ecclesiasticũ & sęcularẽ fuerit excitata. Qua etiã ratione eodemq; arguẽto, iudices Ordinarij ecclesiastici simili cõtẽtione mota corã Summi Pontificis Delegatis, tanquam maioribus, debent respondere, & allegare causas, ob quas negotium ad ipsos pertineat, nõ ad Delegatos, quo iure vtimur.

4 Nec refragatur Tridentini Decretum sęsione 14. cap. 5. de reformatione. Etenim dum mota competentia iurisdictionis inter Conseruatores Apostolicos, & Ordinarium arbitros adhiberi iubet sancta Synodus, expressè loquitur de Conseruatoribus electis à partibus ad vnam, vel alteram causam: non habentibus neque valentibus habere Tribunal erectum: inter quos, & iudices Ordinarios, ecclesiasticos, controuersia excitata, rectè quidem arbitros eligendos esse præcepit. Quo circa si esset contentio iurisdictionis inter iudicem Conseruatorem Apostolicum, ad aliquam causam electum, & nominatum ex vna parte, & inter Ordinarium Ecclesiasticum ex alia, neuter ipsorum cognoscere posset, cuius nam esset iurisdictio, sed ad arbitros recurrendum foret, iuxta Decretum Concilij.

5 Conseruatores autem Vniuersitatum veluti Salmantinus, & Complutensis habentes Tribunal erectum, & iurisdictionem ad Vniuersitatem causarum, ad hoc, vel illud negotium minimè sanè eliguntur, sed perpetuò singulis diebus de

Digitized by Google

omnibus & ſingulis cauſis in ſuo Tribunali cognoſcũt, habentes ſuos miniſtros ad iudicandum, qui profecto non ſolum non comprehenduntur in Decreto Concilij, ſed ad calcem illius expreſsim,& ſpecificè excipiuntur.Necnon & hi Vniuerſitatum Conſeruatores, cum prõculdubio digniores ſint quocumque Ordinario,non ſolum reſpectu cauſarum ad dictos Conſeruatores pertinẽtiũ(in his enim,abſonũ eſſet aſſerere,digniores eſſe Ordinario,cũ Ordinarius reſpectu taliũ cauſarũ nõ ſit iudex, & ex cõſequenti,neq; maior, neque minor) ſed abſolutè, & ſimpliciter,in hoc ſenſu,vt noſtri Conſeruatores circa ſuas cauſas digniores,& excellentiores ſint, quam iudices Ordinarij circa iuriſdictionem,quam exercent, & ita ad dictos noſtros Conſeruatores, tanquam digniores ſpectãt, præfata controuerſia exiſtente,iudicare, cuiusnam ſit iuriſdictio.

6 Nec in tali caſu arbitri ſunt eſigendi, quo iure vtimur, & ſemper vſi ſumus in hac Vniuerſitate Complutenſi, ſecundum quod Vicarij generales huius Curiæ Toletanæ, & alij iudices Ordinarij Hiſpaniæ, ſponte reſponderunt,& reſpondent quotidiè nominatis Procuratoribus in hoc Tribunali. Et ita facere debere iudices Ordinarios Eccleſiaſticos agnoſcunt doctus Ioſephus de Seſe Regius Conſiliarius in Regno Aragonum, de inhibitionibus, capit. 8. §. 3. numero. 56. & 57. & Hieronymus de Zeuallos Toletanus Iuriſconſultus,tom. 4. quæſtione.1.numero. 726. & numero. 742. cum ſequentibus : quem vltimum authorem perperam allegant nonnulli,pro ſua opinione contendentes, & malè, etiam inter Conſeruatores Vniuerſitatum, & iudices Ordinarios nominandos eſſe arbitros.

7 Quam doctrinam, & quæ ſummatim dicta ſunt,vt penitus intelligantur, & vis atque poteſtas, natura, & eſſentia vtriusque iuriſdictionis delegatę, & ordinarię facilius deinceps percipiatur : & quænam alteri ſuperior,& maior ſit cognoſcamus: operæpretium erit propoſitam controuerſiam ab origine repetere, & examinare:an Delegatus Summi Põtificis,vel etiam Principis ſæcularis, maior ſit, & ſuperior quocumque Ordinario.

8 In qua difficultate(cum muneris noſtri ſit,nihil ſine controuerſia ſtatuere) non deſunt magni nominis viri, aſſerentes,Ordinarium maiorem quidem,& digniorem iudicem eſſe, Delegato Summi Pontificis, vel Principis ſæcularis,vt voluerunt Iacobus de Nigris in rubr. de officio Delegati,num.13.Barbatia, nu. 8.Felin.1.Andreas Alciatus in rubr. de officio eius, à num.31. Ioannes Corraſius loco citato.

9 Pro quibus vltra quã plurima, eaq; nõ leuia fundamenta,adducta per Alex.Riminal.&alios in rubr.de officio eius, Corraſium,& Beroiũ ſupra à n.35.facit nõ inelegãs ratio,ſi cõſideres,quod ſicut omnis ordinaria iuriſdictio inter ſeculares,emanat à Rege,apud quẽ eſt fons & origo totius poteſtatis ſæcularis.l.1. ff.de conſtitutionibus Princip. ibi, *ei, & in eum* &c.ita tota iuriſdictio ordinaria inter eccleſiaſticos emanat à Pontifice Maximo,tanquam à capite in membra.c.ita Dominus 19.d. c.mandatas ibi, *partiamur*, de præſumptionib.ac ſubindè cũ Ordinarius, qua talis eſt, gerat vices Principis, ſeu Põtificis à quo iuriſdictionẽ habet,& illã repreſẽtet generaliter,& in multò pluribꝰ quã Delegatꝰ,qui particulariter ipſũ Prin-

Digitized by Google

Principē Delegantem, & eius vices repræsentat, tantùmmodò in causis sibi cōmissis, vtiq; Ordinarius propter latiorē repræsentationem maior & superior Delegato censeri debet.

10 Maximè cum in ipsamet causa Delegato commissa per Summos Pontifices, Ordinarius suppleat negligē tiam, & malitiam illius, cap. significauit, de officio Ordinarij, & constat ex doctrina Ioannis Andreæ in cap. statutum, de rescript. §. vltim. vbi Franchus, & alij, Ancharran. ibidem, §. penult. in fine, Nauarr. in cap. cum contingat, remedio. 5. post principium, secundum quam multoties Ordinarij iubent in suis Diœcesibus non obseruari censuras per Delegatum Apostolicum, nulliter, vel cōtra iustitiam notoriè prolatas, iubat. c. solicitudinem. 54. vers. *si verò*, de appellationibus.

11 Accedit quod Ordinarius propriā & multo latiorem, firmiorem, & magis fauorabilem iurisdictionem habet, quam Delegatus etiam Principis, quippè qui non propriam, sed alienam, strictiorem, minus firmam, & odiosam exercet. l. 1. §. qui mandatam, de officio eius, cap. cum Episcopus, de officio Ordinar. in 6. l. more. l. & quia. ff. de iurisdictione. c. P. & G. de officio Delegati, iuncta glossa, verbo, *processus*, ad finem, in cap. 1. de rescript. in 6. passim recepta. Vndè cum in Ordinario vltra dictā generalem repræsentationem, concurrat proprietas, firmitas, & fauor iurisdictionis, quæ in Delegato etiam Principis non reperitur: consequēs est, ipsum maiorem quidē, & dignio rem esse Delegato Summi Pontificis, vel Principis fæcularis.

12 Deniq; (si dicta nō vrgent,) probatur eadem pars ex eo, quia generaliter Delegatus in reliquis omnibus inferior est Ordinario cui subijcitur, & à quo secūdū iuris cōmunis regulas de quibus in c. vlt. de foro cōpet. cū similibus, tā ciuiliter, quām criminaliter iudicari & puniri potest, iuxta glo. vlt. ad mediū, ibi, *poterunt isti iudices conuenire*, in c. vlt. de rescript. quam probant illic Abbas num. 17. additio ad eundem littera. D. & alij, Nauarr. in d. c. cum contingat, remedio. 5. vers. *ergo facit*; Iaf. in l. 2. nu. 2. ff. de in ius vocando, Platea, & alij, quos refert & sequitur Franciscus Ailesius Prætorum, cap. 1. verbo, *mandato*, num. vlt. vbi post alios intelligit, glo. 4. ibi, *Ordinarius enim*, in cap. prudentiam. §. adijcimus, de officio Delegati. procedere, vbi Delegatus delinquit in causa sibi cōmissa, & Montaluus in l. 4. tit. 7. fori legum lib. 1. in glossa fin. in fine, indistinctè tenuit Ordinarium punire posse Delegatum Principis, delinquentem in processu causæ, & abutentē iurisdictione: vt in authentico vt iudices sine quoquo suffragio. §. volumus, collat. 2. & videtur est singulariter Ioannes de Platea in l. siue ex Prętoriano. C. de exequutoribus, & exactoribus, lib. 12. vbi expressè tenet, quod si Delegatus à Principe delinquit in Prouintia, præses contra eū, cognoscit, licet alias Delegatus maior Præside reputetur. Plane absurdum videtur eundē Delegatum, qui in reliquis omnibus subiacet, & inferior est Ordinario, in causa sibi cōmissa maiorē & superiorē esse, cō tra vulgarem regulā, quæ prohibet vnam, & eandem rem diuerso iure censeri. c. cum in tua. 30. vers. *& non debeat*, de decimis.

13 Contrariū verò, id est Delegatum Sūmi Pontificis, vel Principis sęcularis, esse maiorē & superiorē quocūq; Ordinario, passim colligere solēt interpretes nostri extex. celebri in c. sanè. 11. de offic. Deleg. vbi Alex. III.

Carnotensi Episcopo referibens, ex eo quod iudex Delegatus à Papa, vices illius repræsentat sapienter deduxit, ipsum Delegatum superiorem & maiorem esse Ordinario, sicuti adnotarunt ferè omnes in d.c. sanè, & in rubr.de officio eius, Iason, Iacobus de Nigris, Riminald. & nouiores, Maranta, & cõmunis, receptique sententia, teste Corrasio, quos supra citauimus.

14 Et pro ipsis dictaque veriori receptioriq; sententia, quam inferius amplexuri sumus, vltra d.c.sanè.c.significasti.c.Pastoralis.§.quia verò, de officio Delegati, cum alijs illius tituli, in quibus Delegatus Summi Pontificis, tanquã maior, & superior, mãdat, & præcipit aliquid Ordinario, tã quam inferiori, allegatur.c.2.de officio Legati, & cap.Pastoralis.§. præterea, de Officio Ordinarij.

15 Et vrget mirum in modum, ratio cui innititur Alexand. Pontifex in d.cap.sanè, scilicet quod Delegatus Summi Pontificis, in causa sibi commissa, repræsentat ipsum Pontificẽ, cuius vices gerit, & illius iurisdictionem exercet.l.1.§.qui mandatam. ff.de officio eius, adeò vt gesta per Delegatum, per ipsummet Pontificem Delegantem gesta censeantur, ex glossa 2.ad fin. in cap. litteris 39. de rescript. cap. si cui. 12. ad finem, de præbend. in 6.

16 Et iubat ratio cõmunis, quam adducere solent Doctores in c.statutũ, in prin. de rescrip.in 6.post glossam, verbo, *sedes*, & alios ibi, & alibi, resoluentes, propterea in eo textu statui, ne causæ ab Apostolica Sede committantur, nisi in Dignitate constitutis, aut Canonicis, quia indecorum, & absurdũ videtur Summi Põtificis vices, & Apostolicam iurisdictioné repræsentari per alios inferiores clericos, qui in causis sibi cõmissis per Summum Pontificem, vtique constituuntur superiores, quocũq; Ordinario, Episcopo, vel Archiepiscopo.

17 Vndè cũ Augustinus Beroius in d.rubr.de officio eius, à nu.40. animaduerteret, dictas sententias inter se disidentes, existimauit vtramque conciliari posse, vt prior Barbatiæ, Alciati, Iacobi de Nigris, Corrasij, & aliorum, qui contendunt Ordinariũ maiorem, & digniorem esse Delegato Summi Pontificis, vel Principis sæcularis: procedat vbi causa à Pontifice Maximo, vel quouis alio Principe delegatur priuato, nullam aliàs iurisdictionem habenti : posterior communis contraria, procedat vbi causa per Pontificem, vel Principem alium, delegatur Ordinario, ad quẽ aliàs cognitio, & diffinitio pertinebat: is enim propter duplicem qualitatem, & repræsentationem, dignior est, & superior quouis alio Ordinario, ad quẽ causa pertinere potuisset, argumento.c.1.de tregua & pace.

18 Ex quo idemmet Augustinus Beroius interpretatur textum in d.cap. sanè, dum dicit, Delegatum esse maiorem, & superiorem, illis quorũ causam suscipit terminandã, id est Episcopis, vel alijs Ordinarijs ad quorum iurisdictionem causa spectat, ita quod verba illa, *quorum causam suscepit terminandam*, non intelligantur de causa propria, quo ad emolumentũ actionis, vel litis, sed quo ad iurisdictionem & decisionem.

19 Sed profectò dicta Beroij conciliatio mihi nunquam placere potuit, qui didicerim, non referre, neque attendi debere in proposito, an causa committatur ei, qui aliâs ordinariã, vel priuato, qui nullam antea iurisdictionem habebat. Etenim Alexand. III.in d.cap.sanè, vt patet ibi, *quod iudex à nobis Delegatus vices nostras gerit*, & alia iura de quibus supra, solam expen-

expendunt commissionem, per quã Delegatus vices Principis Delegantis repræsentat, & eius exercet iurisdictionem, ex qua repræsentatione, & commissione tantũ, absq; aliquo alio adminiculo inferunt, quasi per necessariã consequentiã, ipsum Delegatum digniorem, & superiorem esse quocumque Ordinario.

20 Tum etiã, quia quidquid dicat Beroius verissimũ est, & fatẽtur glo. 3. Abbas, & omnes in d.c. sanè, imò & ipsemet Beroius in d.rubr.n.39.vers. 2.id, quod apertè constat ex verbis tex. & apertius ex originali relato. 2. tom. Cõciliorũ inter acta Alexandri III. sub tit. de officio Delegati. c. 10. pag. 860. causam scilicet in proposito, cõmissam fuisse inter Episcopum & laicum, seu clericũ, & cũ Episcopus esset vnus ex litigantibus dubitatũ fuit, an Delegatus posset eundẽ cõpellere ad aliquid dandum, vel faciendũ: Et respondit litteratissimus Alexander. III. posse: & adiecit non solum eundem Episcopum verum, & quemcumque alium reuellem, & contumacem à Delegato coerceri posse, vt constat ex verbis, text. ibi, *Idcòque si Episcopus, vel alia persona, quæ non sit de iurisdictione illius, in causa quã ei delegamus reuellis, aut contumax fuerit secundum qualitatem facti poterit, vel interdicti, vel suspensionis sententia à iudice Delegato compelli*, hactenus Alexander Papa. Ad quam responsionem, vt vidisti præmisit in principio dict. cap. sanè, rationem generalem, scilicet, quod talis Delegatus vices Pontifices gerit eumque repræsentat à qua prædictam subsequentem fecit illationem, quod superior, & dignior sit, valeatque compellere quemcumque Ordinarium.

21 Sic sanè verba illa, *quorum causam suscepit terminandam*, necessariò intelliguntur de causa propria, quoad emolumentum, seu damnum actionis, & litis motæ, non verò quo ad iurisdictionem, & diffinitionem: quia licet iurisdictio sit iudicis: causa tamen quæ per illam deciditur, nec est, nec dici potest causa iudicis, sed litigantium. Sic etiam, & illa verba Pontificis, *quæ non sit de iurisdictione illius*, nihil faciunt pro Beroio, quia intelligenda sunt, cum glossa 4. & vltima, in cap. significasti, de officio Delegati, verbo, *resistentibus*, & verbo, *restiterint*, vbi dicitur Delegatũ posse iurisdictionem exercere in tertios eandẽ impediẽtes, ego addo etiã de quibus in rescripto nulla mẽtio habetur, iuxta tex. in c. 1. de officio Delegati, ibi, *poteris*, & notata per glossam vlt. & DD. ibidẽ, glo. verbo, *persona*, vbi schola cõmunis in cap. sanè, el. 2. glo. 2. in c. Pastoralis. 28. §. vlt. eod. tit. tradunt Abbas & alij post Innocen. ibi in c. dilectus, de pœnis, Zanchinus de hæreticis. c. 31. Repertoriũ Inquisitorũ, verbo, *impediens*, lucerna Inquisitorũ eodẽ verbo. §. 2. Menoch. casu 438. â nu. 3. consonat. d.c. sanè. c. tã litteris. 33. ibi, *excommunicantes solemniter*, de testibus. c. vt officiũ, verb. *cõpescendi*, de hæretic. in 6.

22 Colligiturq; ex generali reg. l. 1. in princip. ff. si quis ius dicenti, & l. 1. ff. ne quis eũ. Nec non & efficaci ratione suadetur, cui nititur text. in d.c. 1. de officio Delegat. quoniam cui ad aliquam causam cõmittitur iurisdictio eidem super omnibus quæ ad illius expeditionẽ necessaria sunt, & spectãt licet in cõmissione nõ exprimantur iurisdictio Delegatur. l. 2. ff. de iurisdictione. c. præterea, ibi, *si litera*, iũcto fine, ibi, *quæad causã ipsã spectare*, de officio Delegati. Ergo quotiescũq; ad exhibendã iustitiã, & negotij expeditionẽ necessariũ fuerit exercere iurisdictionẽ in tertias personas, poterit vtiq; Delegatus in illas

ius dicere,ne iustitiæ impedimentũ inferatur,aut delegatam iurisdictionem eludi cõtingat,vt intendit tex. in d.cap.1.ibi,*iustitiam impedire*, iuncto principio,ibi,*iustitiam exhiberi*,& ibi.*mandatum nostrum eluditur*, parum igitur imò nihil intererat in proposito,siué esset,siuè non esset de iurisdictione,quandoquidẽ delegata iurisdictio in impedientes quoq; exerceri valet,& si minimè exprimantur in delegatione.

23 Nec obstat si Beroius obijciat, ꝙ Delegati iurisdictio, cũ odiosa sit,& restringenda,glos.verb. *processus*, in cap.1.de rescript.in 6.cõmuniter recepta,cũ similibus, quas adducit Ludouic.Gomez ibi.n.66.Marãta. 4.p. dist.5.n.29. nõ potest extẽdi & prorrogari ad eas personas, quæ in rescripto nõ cõtinentur,iuxta reg. c.P. & G.d.tit.de offic.Delegat. ac subindè in huiusmodi impedictes non cõtentos in rescripto extendi nequit.

24 Facilè enim respondetur reg.d.c. P.& G.solũ agere de prorrogatione hominis,& sic priuati, per quã delegata iurisdictio non extenditur: nos verò agimus de prorrogatione legis,quæ in impedictes extẽdit iurisdictionẽ delegatã,ad iustitiã cõquærentibus exhibendam, vt intendunt post Anton.& Immolam, Barbat.n. 46.Decius.n.5. in d.c.1.

25 Quãquam nunquã (si liberè loqui licet) dictorũ Patruũ respõsio ad præfatã obiectionẽ mihi dũ. d. c.1. meis auditoribus Cathedrã principalem Vesperorũ obtinens interpretarer, satisfacere vlla ratione potuit, tum quia nullibi in iure reperitur talis prorrogatio,facta per legẽ,& textus quidẽ in allegato.c.1. & similes planũ est respõdisse cõsultationi, iuxta iuris regulas.Tũ etiam, quia d.l.2.& d.c.præterea, cũ alijs,in quibus fundantur iura, quæ dicunt Delegatum posse exercere iurisdictionẽ suam in impediẽtes,nõ procedunt ex vi prorrogationis per quã Delegati iurisdictio extẽditur post cõmissionẽ, ad id quod comissum nõ fuit,sed magis ex vi cõmissionis,quia statim à principio in ipsa cõmissione causæ recipitDelegatus iurisdictionẽ super omnibus ad causam necessarijs,quæ sanè cõmittũtur ei,licet in rescripto ex pressa non sint, vt satis probat d.l.2. ibi,*ea quoque concessa*.d.c.prętereà,ibi, *ex eo*,& ibi,*recipit potestatẽ*, l. ad legatum.62.ibi,*quasi & hoc mandatũ ei non esset &c.*ff.de procuratoribus.

26 Ac subindè licet Delegatus Pontificis potestatẽ subdelegandi recipiat á lege,& non á Delegãte. d.c.Pastoralis,in princip.ibi,*á lege*: tamen huiusmodi potestatem coercẽdi impedientes,de qua loquimur, nõ â lege, sed ab ipso delegãte,& sic ex vi cõmissionis recipit.

27 Vndè dum in quodã priuato examine viri nõ indocti,sermo esset de potestate iudicum Delegatorum in impedientes,dicebam,per talẽ coertionem nullatenus offendi regulam d.c.P.& G.nec Delegati iurisdictionem extendi vltra personas in rescripto contentas,quia licet istiusmodi impedientes in verbis,& contextu rescripti non contineantur, nihilominus tamen ex mente Delegantis,& secundum iuris censurã in rescripto continentur,& sub eodem comprehenduntur.

28 Quod si inquiras vndè talis mens aut censura colligatur,respondebo ex eo deduci,quia delegans qui vult consequens,& finẽ,scilicet (causam decidi,& iustitiam exhiberi) vult & antecedens,& media ad illud necessaria, ac subindè,& hæc committit ex regu.l.ad rem. 56. ff.de procuratoribus,dict.l.ad Legatum,dict. cap. prætereà, cum similibus. Insuper, quia

quia alias maxima ex parte eluderetur reſcriptum, & commiſsio cauſæ principalis.

29 Quò pertinet (ſi expendiſti) ratio, & ſimilitudo, quam adducit Pontifex in d.c.1.de officio Deleg. ex teſtimonio ſacræ Scripturæ, quaſi ſenſus ſit, quod ſicut per illud teſtimonium exequantur agentes, & cõſentientes, & in vtriſque eadẽ eſt ratio, ita & eadẽ debeat eſſe iuriſdictio de his qui ad cauſam trahuntur, & de aliis impedientibus Delegati iuriſdictionẽ: & ita quod quemadmodũ Delegatus poteſt ex vi reſcripti coercere illos qui ad cauſam trahuntur, ſi iuriſdictionem, & iuſtitiã impediãt, ſic & ex eadem vi reſcripti, poſsit punire quoſcumque alios impediẽtes in quos eandẽ quam in illos iuriſdictionem recipit Delegatus. Idque ſignificauit text. in ſæpe citato, cap.1. ibi, *tam eos &c.* iuncto verbo, *poteris*, ex quo apertè colligitur, quod ſicut litigantes, ita & alios impedientes poteſt Delegatus coercere, & ita vtroſque per eandem poteſtatem delegatam, vt ſic verbum, *poteris*, ad vtroſque relatum, vtroſque pariformiter determinet, ex reg. l. iam hoc iure. ff. de vulgari.

30 Igitur cum ex doctrina dictarum gloſſarum in d.c. ſignificaſti (quam longiori, quam par erat diſcurſu me exornaſſe nõ diffiteor) & ex ſuperioribus planè conſtiterit, prædictã Auguſtini Beroij conciliationẽ ad præfatas duas opiniones, nõ ſatis defendi poſſe, reſtat iam vt quid in hac cõtrouerſia tenẽdum ſit, aliquot in medium adductis concluſionibus aperiamus.

31 Prima concluſio, iuriſdictio, quã habent inferiores Ordinarij fauorabilis, latior & fiamior eſt, quam delegata à Pontifice Maximo, vel quouis alio Principe. Tenent Alexand. Ioann. Horoſcius, & nouiores in rubric. ff. de officio eius, Ioann. Corraſius vbi ſupra. n.1. & fatentur abſque dubio procedere, Archidiacon. in c. ſi quis Epiſcopus. 2. quæſt. 6. & Doctores communiter ibidem, & in rubric. de officio Delegati, conſtatque ex ſupradictis, & ex natura vtriuſque poteſtatis, quam nõ ſemel in hoc tractatu expendimus, ſcilicet quod iuriſdictio ordinaria, iuxta ordinarias iuris communis regulas, generaliter intra certũ territoriũ abſq; alicuius præiudicio cõpetit iure proprio: ex quo perſpicuè deducitur fauorabilẽ eſſe latiorem & firmiorem, quam iuriſdictio delegata à Romano Pontifice, vel quouis alio Principe, etiam non recognoſcente ſuperiorem.

32 Secunda concluſio, delegata iuriſdictio ſuperior eſt, & dignior illa quæ per quoſcumque ordinarios inferioriores exercetur: probatur euidenti ratione, ſi conſideres quod iuriſdictio delegata in Delegato, cui committitur nõ eſt diuerſa, imò eadem cum illa, quæ eſt in Delegante, cuius nomine & authoritate exercetur, vndè ſicut planum eſt, iuriſdictionem Pontificis Maximi, vel alterius Principis digniorem, & ſuperiorem eſſe, quam ordinaria inferiorum, ita & perſpicuum eſſe debet ab illis delegatam digniorem, & ſuperiorem cenſeri debere.

33 Præſertim ſi repetas celebrem illam rationem, quam reddit Summus Pontifex in d.cap. ſanè, in principio, ibi, *vices noſtras*, vbi ex eo, vt prædiximus deducebat, Delegatum maiorem, & ſuperiorem eſſe Ordinario: quia vices ipſiusmet Pontificis repræſentat, & (vt ego addo, & interpretor) ipſammet eandem iuriſdictionẽ Pontificis Delegantis exercet, quo fit, vt coacta iuris ratione

Digitized by Google

fateri debeamus delegatam iuriſdictionem ſuperiorem quidem, & dignio-
rem eſſe illa quę per quoſcumq; Ordinarios inferiores exercetur.

34 Vnde iam profluit concluſio tertia Delegatum â Principe maiorem eſſe,& ſuperiorem,quocumque Ordinario,ſecundum communem cuius proximè meminimus,quam non poſſum non admonere eruditum lectorem,minimè probari ex deciſsione,aut verbis text.in d.cap.ſanè, ibi, *ſuperior eſt & maior*, quippè vt ſupra admonui,agit de Ordinarijs litigantibus apud Delegatum,qui autdubiè inferiores erant ipſo Delegato,ſatis tamen ſimul cum præcedenti aſſertione ex dictis ſuadetur, & licet non ex deciſsione ſaltē ex ratione illius text.in princip.in illis verbis,*vices nostras*,quam ſatis nuper expendimus.

35 Quarta concluſio Delegatus Sūmi Pontificis,alterius vè Principis ſęcularis,ſuperior eſt in cauſa ſibi commiſſa,quouis Ordinario, non ſolum comparatiuè reſpectu eiuſdem cauſæ, verum etiām cōparatiuè ad alias cauſas pertinentes ad Ordinariorū iuriſdictionem.Ad cuius concluſionis probationem(quia difficilis appa ret) antequam deueniam, præmitto ſenſum illius eſſe, quod Delegatus Principis in cauſa ſibi commiſſa maior,dignior,& ſuperior eſt, quam ſit Ordinarius inferior in cauſis pertinē tibus ad ſuā ordinariā iuriſdictionē, & in quibus illā exercere poteſt,idq; euincunt argumenta non leuia.

36 Etenim certiſsimum eſſe, & extra omnem arbitror controuerſiam, talem Delegatum reſpectu eiuſdē cauſæ ſibi commiſſæ, ſuperiorem eſſe quocumque Ordinario : cum Ordinarius nullam omninò habeat iuriſdictionem in ea cauſa alteri ſpecialiter commiſſa: & probatur non ſine ingenio ex text. in cap.2. de officio Legati,& in cap.Paſtoralis.§.præterea,de officio Delegati,quibus iuribus(ſic intelligēdis) probatur Delegatum Pontificis Maximi maiorem, & ſuperiorem eſſe in cauſa ſibi commiſſa, quam ſit Legatus Prouintiæ, vel Regni in eadem cauſa: cum talis Legatus nullam omninò iuriſdictionem habeat in illa, quæ ſpecialiter Delegato fuerat demandata : ergo eadem ratione comparatiuè reſpectu eiuſdem cauſæ indubitatum eſt Delegatum maiorem,& ſuperiorem eſſe Ordinario.

37 Tota igitur difficultas conſiſtit in probatione ſecūdę partis dictę quartæ concluſionis:ſcilicet quod Delegatus Summi Pontificis, vel alterius Principis,maior, & ſuperior ſit quocumque Ordinario, etiam comparatiuè ad alias cauſas pertinentes ad Ordinariorum iuriſdictionem,ita vt in cauſa ſibi ſpecialiter cōmiſſa,maior,dignior,& ſuperior ſit, quam ſit Ordinarius inferior in cauſis pertinentibus ad ſuam ordinariam iuriſdictionem, Cuius rei euidens profectò(iudicio meo) ratio eſt,quæ ex ſuperioribus deducitur, ſcilicet, quia Delegatus in cauſa ſibi commiſſa vices delegantis repræſentat,& eandē penitus exercet iuriſdictionem,quæ in ipſo delegāte eſt,immediatè,nullo medio,muneris,officij,ſeu Dignitatis,interpoſito:Ordinarius verò in cauſis ordinarijs in quibus ſuam iuriſdictionem exercet, non ita : quoniam quantumuis etiam repręſentet vices ſuperioris,non immediatè,niſi medio officio,ſeu Dignitate, aut munere ſibi conceſsis : neque eandem omuinò ſuperioris iuriſdictionem exercet, ſed quaſi aliam ab illo medio officio communicatam : fit ergo neceſſarium conſequens Delegatū ſuperiorem, & maiorem eſſe, quocumqne Ordinario,non ſolum comparatiuè

Digitized by Google

patatiuè reſpectu eiuſdē cauſę (quod certiſsimum eſt, & extra omnem cō trouerſiam) verum etiam comparatiuè ad alias cauſas, ſpectantes ad Ordinariorum iuriſdictionem, ex dicta non inefficaci conſideratione.

38 Quod ſi hæc ſunt quæ voluit aſſerere Philippus Decius in rubrica de officio & poteſtate iudicis Delegati, num. 5. verſ. *vlterius tamen aduertendum eſt*, libenter profectò eius doctrinam ſuſtinerem, ſinautē illius mens fuit (vt verba ibidem d. verſ. *vlterius*, cum ſequentibus, ab ipſo relata ſonant) affirmare huiuſmodi iudicem Delegatum, de quo loquimur ſuperiorem eſſe Ordinario, non tantum in cauſa ſibi commiſſa, verum etiam ſimpliciter, & abſolutè, nequaquam id recipiendum eſt, & manifeſtè cōuincitur, ex verbis text. in d. cap. ſanè, ibi, *in cauſa illa ſuperior eſt, & maior &c.* apertè denotantibus abſolutè, & ſimpliciter, niſi ad modum proximè explicatum Delegatum, Principis ad certam cauſam, non eſſe maiorem, & ſuperiorem quocumque Ordinario, ſed ſolum in illa cauſa.

39 Tum præterea, quia tota præexcellentia ipſius Delegati à Pontifice Maximo, ſeu alio Principe ſæculari, ſuperiorem non recognoſcente: nititur atque fundatur in eo, quod Delegatus repræſentat Delegantem: talis verò repræſentatio non habetur, niſi tantummodò quo ad cauſam ſibi commiſſam, vt cōſtat ex ſuperius traditis, igitur extra talē cauſam ceſſat præexcellentia illa, & Delegatus priuata perſona cenſeri debet, & (quod magis eſt) in reliquis omnibus ipſomet Ordinario inferior.

40 Quæ quatuor concluſiones licet certiſsimæ ſint, & ex confirmationibus ipſarum abundè probatæ maneant: fortius tamen, & efficatius cō firmabuntur, ex reſolutione argumē torum, quæ adduximus pro opinione aſſerentium, iudices Ordinarios maiores, & ſuperiores eſſe Delegatis. Ad quorum primum fatemur iuriſdictionem, tam delegatam, quām ordinariam â Pontifice Maximo, vel quouis alio Principe emanare, longè tamen aliter, & ita longè aliter Principem repræſentari per Delegatum, cui ab eodem cauſa ſpecialiter committitur, quam per Ordinarium: etenim Delegatus Principem repręſentat immediatè, quia ab ipſo Principe principaliter, & immediatè iuriſdictionem habet: at verò Ordinarius nō ita, ſed (vt nuper dicebamus) mediante Officio, Dignitate, vel Magiſtratu, cui iuriſdictio cohęret: & ſicut Officium, Dignitas, & Poteſtas Principis longè differt ab Officio, & Dignitate inferioris, ſic iuriſdictio Principis, quę eſt eadem cum illa quam delegauit, longè differt ab ordinaria inferiorum, & conſequenter ſuperior eſt.

41 Si conſideres, quod licet Officiū, Dignitas, ſeu Magiſtratus à Pontifice, vel Principe immediatè habeatur, iuriſdictio tamē illi Officio, Dignitati, vel Magiſtratui cohęrens, & acceſſoria, non habetur neque emanat immediatè, & principaliter â Sūmo Pontifice, vel Principe, nec ab illo denominatur, ſed ab ipſa Dignitate, Officio, vel Magiſtratu, contra verò in delegata iuriſdictione per Principem, ex ſupradictis.

42 Et quia ordinaria iuriſdictio non habetur immediatè ex commiſsione ſpeciali, ex qua immediatè competit iuriſdictio ipſis Delegatis, ſed iure Officij, Dignitatis, vel Beneficij proprij, hoc eſt mediante Officio, Dignitate, vel Beneficio proprio, cui iuriſdictio ineſt. Et licet iudex Delegatus habere ſoleat Officium ratione, cuius competit ei iuriſdictio ea tamen

Digitized by Google

men non efficit illum Ordinarium quoniam regulariter iudices Delegati non habent officium propriũ, & per ſe exiſtens cui iuriſdictio cohæreat,ſed dicuntur habere officiũ in conſequentiam delegationis, & iuriſdictionis commiſſæ:Ac ſubindè Delegati non iuriſdictionem ratione Officij, ſed Officiũ ratione iuriſdictionis delegatæ obtinent: Ordinarij verò per contrarium iuriſdictionem ratione Officij obtinere dicuntur, & in Delegatis commiſsio iuriſdictionis:in Ordinarijs verò Officium principaliter attenditur. Inſuper Delegati non iure proprio ſui Officij, ſed immediatè ex cõmiſsione:Ordinarij verò non ex commiſſione, ſed iure proprio ſui Officij Dignitatis,vel Beneficij, & ita mediante vno ex his iuriſdictionem habent. Dixi *regulariter Delegatos ex eo quod habeant Officium ratione cuius illis competat iuriſdictio non conferi Ordinarios* propter noſtrum Dominum Rectorem Complutenſem,qui iuriſdictionem delegatam & ordinariã ſimul exercet, vtramque, ratione ſuæ dignitatis Rectoratus, ſibi competentem,ſecundum quam iudex Apoſtolicus Ordinarius per Apoſtolicã, & Regiam authoritatem,ſemper, & vbique,in omnibus & ſingulis actibus iuriſdictionalibus cognominatur.

43 Minus obſtat ſecundum,ex d. c. ſignificauit,de officio Ordinarij, citato ad probãdum multoties in cauſa Delegato commiſſa per ſummos Pontifices Ordinarium ſupplere negligentiam,& malitiam illius, quoniam ille text. ſpecialiter procedit in ſuis terminis, in quibus quatenus opus eſt,ad effectum extirpandi peccata ſubditorum,ſi Delegatus Apoſtolicus per malitiam,aut negligentiam non occurat,poteſt Ordinarius ſe intromittere circa negotium illi commiſſum,prout obſeruant Doctores communiter illic. glo.3. in fine, vbi Archidiacon.Alexandrin. & alij in cap.indutiæ, verſ.*ei autem.* 3.q.3. gloſſa.1.in cap.penul.vt lite pendente Cardinal,Sicul.& alij,in d. cap. 2. de officio Legati, ſic limitantes regulam eiuſdem.c.2.& d.§. præterea, & gloſſam.4.in d.§.adijcimus,intendit Nauarr.d.remed.5.verſ.9.

44 Aduertendum tamẽ eſt quidquid vellit Hoſtienſis in d. cap. ſignificauit,ob talem malitiam, ſeu negligentiam Delegati, etiam ſi de ea cõſtet, non poſſe Ordinarium in negotio principali ad diffinitiuam procedere,ex gloſſa vltim.& alijs in d. capit. ſignificauit, communique Doctorum traditione,teſte Abbate ibidem num.5.

45 Pro quibus adſunt verba text. in d.cap.ſignificauit,ibi,*donec cauſa &c.* Et præterea nõ inefficaciter probatur,ſi aduertas â reg.d.cap. 2. & d. §. præterea,quæ habet Ordinarium nõ poſſe ſe intromittere,imò nec Legatum Principis in negotijs ſpecialiter alicui commiſsis,eatenus quidem recedi in d.c.ſignificauit, & Ordinariũ ſe intromittere, quatenus opus eſt ad euitanda peccata, de quibus illic agitur. Quo fit,vt cum ad peccata vitanda nullatenus opus ſit, quod Ordinarius in negotio principali ipſimet Delegato commiſſo ad diffinitiuam procedat, minimè ſanè valeat in negotio principali procedere ad diffinitiuam,& ſi ad effectum (vt dicebam) extirpandi peccata ſubditorum, ſi Delegatus Apoſtolicus per malitiam,aut negligentiam non occurrat,liberum ſit, Ordinario ſe intromittere circa negotium illi commiſſum.

46 Quod ſi adhuc inſtaueris ex doctrina Ioannis Andreę, & aliorũ aſſe-

rentium

Digitized by Google

rentium licere Ordinario inhibere Delegato, ne procedat, & præcipere ne eius censuræ, (vtpotè iniustæ, aut damnosæ) obseruentur, nõ obstabit, quoniam Ioannis Andreæ, & sequatium traditio, (quæ verissima certè est) procedit tãtum, & restrictim, vbi Delegatus Apostolicus patenter excedens limites suæ potestatis, aliquẽ grauat, per sententiam, aut censurã nullam, vel iniustam notoriè: tunc enim quia non vt Delegatus, sed vt priuatus facit, potest Ordinarius ex facti notorietate informatus nõ obedire, quinimò edicere Delegato, & præcipere, ne eiusmodi sententia, aut cẽsura in Diœcesi obseruetur, iuxta notata per Doctores in d.c. Pastoralis. §. quia verò, de officio Delegati, & in hac specie procedit text. sic intelligendus in d.cap. solicitudinem, versic. *si verò*.

47 Qua etiam ratione licitũ erit laicis suam iurisdictionem defendere, & turbantes, & impedientes, quamuis clerici sint, debitis modis cohibere, argumento cap. 1. de officio Delegat. cap. ex parte de verborum. c. dilecto, de sentent. excommunicat. in 6. l. 1. ff. si quis ius dicenti, & ita voluit Innocent. in cap. verum, num. 2. de foro compet. Paul. in l. adictos. n. 2. C. de Episcop. Audien. Auferrius de potest. sæculari, reg. 1. fallen. 5. n. 23. Bernard. Laurent. in tract. de casibus in quibus sæculares contra clericos possunt procedere, â num. 13. quo loco ait, ita quotidiè practicari. Auiles de prætoribus, cap. 3. verbo, *iurisdicion*, num. 3. & cap. 20. verbo, *vsurpan*, num. 9. Etenim cum superiores ecclesiastici deficiunt in cohibendis inferioribus, vel saltem quando manifestum est temporalem iurisdictionem vsurpari, ita vt necessarium non sit cognoscere, vtrum causa sit ecclesiastica, vel temporalis, integrũ erit laicis iudicibus defendere suam iurisdictionem, & turbantes, & impedientes etiam clericos debitis modis cohibere.

48 Nec magis præfatis conclusionibus poterit negõtium facessere tertium argumẽtum adductum ad probandum Ordinarium maiorem esse Delegato, ex maiori firmitate latiori ambitu, maioribusque fauoribus, quibus ordinaria iurisdictio fulcitur: solum enim concludit ordinariam iurisdictionem firmiorem esse, latiorẽ, & magis fauorabilem, quod nos nõ diffitemur, imò id libenter agnoscimus, & insuper quod ordinaria iurisdictio nonnullos habet effectus, fauori, latitudini, & firmitati eiusmodi respondentes: sed si verum amamus non inde sequitur esse digniorem, & superiorem ea, quæ á Principe committitur, & eadem est in ipso, & in Delegato, qui Delegantis vices gerit, & ipsius nomine, & authoritate facit. Quemadmodum in naturalibus videmus, quod ferrum, & metalla quædam inferiora, quamuis duriora, & firmiora, & magis abundẽt, & communia sint, & in multò maiori quantitate, aut pondere proponãtur, non propterea digniora, & superiora esse, argento, vel auro, imò per contrarium hæc illis multum præstare.

49 Deniq; illud quod assumebamus in vltimo argumento pro contraria sententia, dicentes generaliter Delegatum inferiorem esse Ordinario, difficultatem non habet, quandoquidem absurdũ, aut inconueniens non est, quod Delegatus Principis in causa sibi commissa maior, & superior sit Ordinario, in reliquis autem inferior illo, â quo iudicari, & puniri possit: quia non inconuenit aliquem secundum vnum respectum esse superiorem, & secundum omnes alios inferio-

ſeriorem,vt colligitur ex l.ille â quo 13.§.vlt.cum l.ſeq.ff.ad Trebell. c.à collatione,vbi glo. verbo, *Prælatus*, de appellation.lib.6.reſoluit Abbas, Decius, & communis hic,poſt alios Tiraquel.multis exemplis rem illuſtrans de nobilit.c.28.á num.8.& 15. cum ſeqq.vbi à num. 12. poſt multos intelligit regulam.d.cap. cum in tua,verſ.*& non debeat*,cum ſimilibus, in contrarium allegatis, procedere ſecundum vnum, & eundem reſpectum, non verò ſecundum diuerſos.

50 Quæ omnia & ſingula,quæ dicta ſunt pro Delegatis Sedis Apoſtolicæ,& de eorum excellentia,& maioritate,reſpectu quorumcumque Ordinariorum: maximè procedunt in Domino Rectore huius inclitæ Vniuerſitatis Complutenſis,quippè qui non ſolum eſt Summi Pontificis Delegatus ſed Apoſtolicam,ſimul & ordinariam Regiamque iuriſdictionẽ exercet priuatiuè,in omnibus, & ſingulis ſtudioſorum cauſis ciuilibus, & criminalibus,& erga omnes,& ſingulas perſonas ſcriptas in matricula huius ſtudij generalis, cuiuscũque conditionis,& qualitatis ſint:& alias eiuſdem Domini Rectoris perſona, & ſinguli ſtudioſi, generaliter gaudent vniuerſali, & plena exemptione aduerſus quoscumq; ordinarios, imò,& ſpecifica contra Illuſtriſsimũ Dominum Archiepiſcopum Toletanum eiusque Vicarios generales, de qua in litteris Iulij.II. & Iulij.III. renouatis & ampliatis per bonæ memoriæ Pontificem Maximum Clementem Octauum, cum exemptione indiuidua,in caſibus de quibus in cap.1.de priuileg.lib.6.& derogatione illius cõſtitutionis,& ſpeciali inhibitione cõtra Dominũ Archiepiſcopũ Toletanum,quarũ litterarũ latius inferius mentionem faciemus.

51 Quo fit vt Rector maior, & ſuperior ſit,quocumque Ordinario ex ſupra relatis, & expreſſa deciſsione text.in d.c.ſanè, de officio Delegati,ac perconſequens exorta inter ipſos controuerſia ſuper cognitione alicuius cauſæ, ad quem iuriſdictio pertineat,nequaquam liceat Domino Vicario generali cenſuras cõtra Rectorem decernere, ſed coacta iuris ratione ipſum Vicarium, (vt initio huius controuerſiæ dicebamus) reſponſurum, & litigaturum coram Rectore,ad quem tanquam ad maiorem ſpectat,diffinire an ſua ſit iuriſdictio necne. Etenim ſi Rector cogniturus eſt,ad quemnam ipſorũ, pertineat de negotio cognoſcere, vt ſatis iure diffinitum eſt,fateri cogimur Ordinarium iudicem, tanquam inferiorem, & vt priuata perſona litigaturum, vt fæpènumerò imò ſemper Vicarij Complutẽſes doctiſsimi coram Rectoribus ſuper iuriſdictione litigarunt, conſtituentes ſuos procuratores in hoc Tribunali ſcholaſtico.

52 Perperã ergo comminiſcebatur Complutẽſis Vicarius integrum ſibi fore præfato Dom.Rectori inhibere cenſuris, & alijs pœnis, ne in dicta cauſa matrimoniali,quę apud ipſum Rectorem agitata, & iam concluſa fuerat,amplius procederet,ſub prætextu,quod cauſę matrimoniales priuilegiatæ ſint, & minimè comprehẽſæ in litteris exemptionis ſcholaſticorum,vt nonnullos iudices Ordinarios eccleſiaſticos,iam diu contẽdere vidimus,& audiuimus.

53 Qui profectò ſi qua pollent eruditione, & doctrina, dictas litteras legiſſent, & vidiſſent, ad vnguemque, & penitus dictam exemptionem examinaſſent,nullo modo tales excitarent lites,quin potius mãdatis Apoſtolicis omninò,vt par eſt obſequen

tes

tes ab omnibus & singulis scholasticorum causis, in ipsismet litteris nõ exceptuatis abstinerent.

54 Etenim indubitati iuris est, dictas exemptiones in totum exemisse, & liberasse taliter exemptos, à quorũcumque Ordinariorum potestate, & iurisdictione, quia hoc est naturale, & proprium exemptionis. l. sed eximendi. ff. ne quis eum, qui in ius vocatus vi eximat, Albericus in dictionario in verbo, *eximere est generalius*, & ideò exemptio etiam indefinitè, & simpliciter concessa, eximit in totum cap. frater. 16. q. 1. glossa ibi in verbo, *aliquid*, Archidiacon. in cap. seruatis, num. 2. 15. q. 2. ibi, *quo ad omnia fit præiudicium*, & assignat rationẽ, quia apparet Papam voluisse præiudicare, ideò (subdit) exẽptio locum habet in omnibus præter in expressè exceptuatis. Cum igitur matrimoniales causæ in præfatis litteris non reperiantur exceptuatæ vtique comprehensæ censeri debent, ne sequatur absurdum, quod vna persona diuersis respectibus maneat exempta, & subiecta.

55 Accedit, quod talis exẽptio scholasticorum, non fuit indefinitè concessa, sed generaliter & plenè, quæ inducta fuit per dictiones vniuersales, quales sunt, *ab omni iurisdictione, prorsus, omninò, dicta sedi duntaxat*, & similes, quibus denotãtur etiam ea, quæ sunt speciali nota digna, (vt est visitatio) etiamsi in litteris expressa non sint: exemptio namque per dictiones vniuersales æquipollet clausulæ, *pleno iure*, Decius satis ad propositum, ponens minora verba, quam quæ reperiuntur in his exemptionibus cons. 113. num. 2. vers. *sed tamen his non obstantibus*. Vndè fit vt omnes omninò causas, matrimoniales etiã ibidem non exceptuatas, talis exẽptio comprehendat.

56 Maximè cum sit exemptio vniuersitatis, cõcessa personis, vniuersalis, & plenissima, quam alia quęcũque, quæ in corpore iuris, aut extrauagãs reperiatur, vt denotant illa verba Iulij. II. & Iulij. III. *prorsus eximimus, & totaliter liberamus*: apta quidẽ ad eximendos in totũ Rectorẽ & subditos, omnesq; in vniuersum eorũ causas, tam ciuiles, quàm criminales, iuxta text. in cap. si Papa, de priuileg. in 6. & tradita per Achillem decis. 14. & 15. de priuileg. Antonium de Butrio cons. 19. num. 3. 4. & 5.

57 Præcipuè cum per dictiones vniuersales, & geminatas, & sic aptas inducere vniuersalem, & plenissimam exemptionem, emanauerint, iuxta glossam in cap. nos consuetudinem. 12. distinctione. Namque cum geminatio & repetitio verborum, non ponatur superfluè, & sine ministerio operandi, Parisius cons. 4. num. 21. lib. 2. Butrius cons. 19. & Decius cons. 113. allegati per Boerium de his dictionibus loquens decis. 23. nu. 23. & 24. quòd censentur appositæ cum effectu aliquid operandi, dicendum est vniuersalẽ, & plenissimam exẽptionem fuisse inductã, & consequenter circa omnes & singulas causas, etiam matrimoniales.

58 Quia vbi exemptio loquitur per verba vniuersalia, ea sunt præcipuè attendenda, cum inducant plenam exemptionem, Decius cons. 151. per totum, incipiendo à vers. *sed predictis non obstantibus*, Hostiensis de priuilegijs & excess. priui. nu. 12. §. *sed & dici potest*, versic. *quando quæritur*. Quinimò sufficeret, quod Romani Pontifices in dictis concessionibus simpliciter liberassent dictas personas, & totam nostram Vniuersitatem, á Toletani, & aliorum iurisdictione, ac eas posuissent sub sua, & Sedis Apostolicæ protectione, quandoquidem

Digitized by Google

quidē per talia verba inducitur plena exemptio,& venit omnis iuridictio actiuè,& paſsiuè,Bald.in l.vnica, num.8.C.ſi quacumque prędictus poteſtate,Butrius in cap.cum olim,nu. 8.de priuileg.

59 Deinde vt doctè more ſuo,& magno cum ingenio conſiderabat Domin.Garſias de Anguiano Sedano, Decanus Eccleſiæ Numantinæ vir ſanè conſummatæ eruditionis,Romæ olim, nunc in Curia Catholici Regis noſtri per celebris aduocatus, qui hæc ſicut & alia multa nos docuit in ſua perdocta allegatione Toletana exemptionis iuris,pro Collegiata Eccleſia Sāctorum Martyrum Iuſti,& Paſtoris,ſuper lite,an eſſet viſitanda per Archiepiſcopum Toletanum. §. *verum ſi exemptio*, quotieſcumque tales exemptiones in diſpoſitione ſua, & principaliter perſonis cōcedūtur,vt in caſu noſtro, indubitatū quidem eſt eas in totum eximere,cum peculiare ſit exemptionis cōceſſæ perſonis, vt in totum eximat, nec relinquat eas reſpectu aliquo ſubiectas,ex recōdita doctrina Bartholomei Socini in cap. recipimus, num.70.& in cap. cum Capella.n.8. de priuileg.

60 Quod vſque adeò verum eſt, vt (præfato Domino Decano locupletiſsimo teſte) multi Doctores tenuerint,diſpoſitionē.d.c. 1. de priuileg. in 6.non habere locum in exemptione conceſſa perſonis, ſed in ſpeciali reſtricta ad locum, iuxta terminos textus in cap.cum Capella, cū concordantibus: de quorum authorum numerò fuerūt Anton. de Butrio in cap.fin.nu.7.de foro compet.Abbas in cap. tuarum, num. 8. de priuileg. quorum & eos ſequentium opinio defendi poſsit, per ea quæ dicit Mantuanus in cap. fin. num. 19. de foro compet.allegans ad hoc ſatis ad propoſitum deciſionem 207. aliás 113 de præben.in nouis,gloſſam,in verbo, *videatur*, in authentico vt ordina.præfect.vrban.§.1.quia in exemptis perſonaliter ad vnguem ſeruanda eſt diſpoſitio tex.in l. Magiſterię. C.de iuriſdict.omn.iudic.quod præciſsè, & priuatiuè conueniendi ſint coram ſuo Rectore ſine diſtinctione gloſſa ibi,quæ cauſam dedit Doctorū diſceptationibus, & diſpoſitioni text.in d.c.1.de priuileg.Quare cum hęc noſtra exemptio(vt diximus)cōceſſa fuerit perſonis pleniſsimè, & vniuerſaliter,conſequens eſt,vt omnes & ſingulas vniuerſitatis perſonas in totū, & vniuerſaliter exemerit,in omnibus& ſingulis cauſis,atq; negotijs ciuilibus, & criminalibus, ſeu matrimonialibus,& cuiuſcumq; qualitatis, & conditionis illa ſint, ſi modo non fuiſſent in ipſismet litteris exemptionis exceptuata, nec reliquerit eas,reſpectu aliquo ſubiectas, ſecundum præfatam Bartholomei Socini doctrinam.

61 Præſertim cum ex eo fauorabilis ſit talis exemptio,quia fuit conceſſa Doctoribus, Magiſtris, & Scholaribus,vt in litteris Iulij.II. ibi, *nos igitur qui litterarum ſtudio inſiſtēribus &c.* & ibi,*Rectorem Collegas &c.* & clarius in illis Iulij.III.qui ſæpè,& ſæpius repetit,nedum eximere Collegium,& Vniuerſitatem, ſed etiam eximere perſonas,quæ de iure debent habere certum iudicem. d. l. Magiſterię, authen.habita.C.ne filius pro patre, Syluanus conſ.4.num.1. & latiſsimè interpretanda,quia ad preces Ordinarij, & ſic de eius conſenſu, quod notauit gloſſa in cap.quia circa,verbo, *ſecundum Canonicas ſanctiones*, de priuileg.

62 Vbi expendere non grauabimur cum eodem Dom.Decano doctiſsimo,non ſine magno myſterio Romanos

Digitized by Google

manos Pōtifices in dictis litteris cōceſsiſſe prius exemptionē perſonis diſtributiuè, deinde in quandam cō ſequētiam, in verſ. *& inſuper*, ſub nomine collectiuo, Collegio, & Vniuerſitati, vt denotarent talem exēptionem præcipuè perſonarum eſſe, quæ quamuis realis ſit in exercitio, & in duratione perpetua, vſu tamen & conceſsione perſonalis eſt, Miles in verbo, *priuilegiorum tres ſunt ſpecies*, nūm. 39. Hoſtienſ. in ſumma de priuileg. & exceſsib. priuileg. nu. 3. verſ. *quot ſint ſpecies priuilegiorum*, & tali exemptione quilibet de Vniuerſitate gaudet, & ea vti poteſt, vt patet in priuilegijs & exemptionibus conceſsis minoribus, familiaribus, & Capellanis Papæ, & alijs exēptis, quos ponit Hoſtienſ. vbi ſupra, & declarant moderni Romani de priuileg. ad inſtar glo. 7. n. 38. & per totam illam gloſſam, ex quibus etiam cōuincitur omnimoda, in omnibus, & per omnia ſine diſtinctione, (præterquā in caſibus expreſſè in litteris exceptuatis) perſonarū exēptio: & cū matrimonialis cauſa, neutiquā fuerit exceptuata, quinimò in generali exēptione comprehenſa, planè fit, nequa quā Ordinariū in matrimonialibus ſe poſſe aduerſus ſcholares intromittere.

63 Denique pro omnimoda in omnibus cauſis, etiam matrimonialibus ſcholaſticorū exemptione, iterū pōderari debēt præfatæ dictiones litterarum Apoſtolicarū, ibi, *ab omni &c. prorſus, & omninò, dictæ Sedi donata*, & ſimilēs, quibus vtūtur Romani Potifices Iulius. II. Iulius. III. & Clemens. VIII. quia quælibet ex his dictionibus eā habet naturā, vt omnē excludat diſtinctionē, aut limitationem. c. ſunt nonnulli. 1. q. 1. gloſſa in cap. Paſtoralis, in verbo, *temporaliter*, de donationib. Iaſon in l. quod te, num. 28. ff. ſi certum petatur.

64 Præcipuè illa dictio, *omninò*, quæ importat vt indiſtinctè, & omni caſu ſcholaſtici remaneāt exēpti, Grattus reſpon. 1. n. 33. lib. 1. Ripa de reſcrip. lib. 2. reſpon. 2. n. 5. in fin. & 6. ex cuius doctrina colligi poteſt, quod tales dictiones adeò fortē & generalem inducunt exemptionem, quod venire faciūt etiā caſus exceptuatos à iure, Bertrād. conſ. 389. n. 2. par. 2.

65 Facitq; mirū in modū illa dictio, *prorſus*, quæ denotat totalē extinctionem Ordinarię iuriſdictionis, & liberationē ab ea, circa exēptos, vt conſiderabat Pariſius conſ. 45. n. 18. lib. 4. Decius d. conſ. 113. nu. 5. Et hinc eſt quod Iulius. III. referens conceſsionem Iulij. II. quaſi eam declarās, ſubdit quod Iulius. II. *penitus*, & *totaliter liberauerat*: quia & illa dictio, *penitus*, habet præciſſam naturā. c. fin. de pœn. Decius conſ. 137. nu. 1. poſt mediū, & conſ. 401. nu. 3. Et, *penitus*, exponitur, id eſt *ex toto*, Cœpola conſ. ciuili. 67. n. 27. Gozadin. conſiderans etiam geminationem conſ. 39. n. 20. verſ. *ſecundo pondero*.

66 Et tandē tales dictiones cōprehēdunt etiam caſus ſpeciales, idē Gozadin. conſ. 71. n. 4. maximè in exēptione vniuerſali, de qua ſermo eſt, quæ latiſsimè venit interpretāda, vt dicūt plures ex iam citatis, & ex text. in c. quamuis, ibi, *vberiorem*, de præbend. lib. 6. Eo magis, quia ſi expēdiſti poſt omnia præmiſſa Iuli^o. II. poſuit prohibitionē contra Toletanū, & alios Ordinarios, ne ſe intromitterēt, per verba negatiua, quo caſu, magis cōprehēditur, Probus ad Monacū in c. cū perſonæ. n. 14. & 15. de priuileg. lib. 6. & ſucceſsiuè Iuli^o. III. cōceſsit viſitationē Nuntio Hiſpaniæ, ſimul, & ſine eo cui Iulius. II. cōceſſerat quæ ſanè cōceſsio fecit gratiā vberioré, teſte Butrio allegato conſ. 19. n. 5.

n.5. Ex quibus profectò efficaciter deducitur, quod etiã ſi cauſæ matrimoniales forent exceptuatæ, aut ex caſibus ſpecialibus(quod nullatenus admittendum eſt,vt ſtatim dicemus) nihilominus ſub tã pingui,& vniuerſali exemptione cõprehenderentur.

67 Sed iam iamOrdinarius quaſi Clipeo quodã aduerſus omnia ſuperius dicta armatus deſcendit,teſtimonio Cõcilij Tridentini ſeſſ.24.de reformat,verſ.*ad hæc*, cuius verba formalia trãſcribere licebit: quia totũ, aut ferè totũ fundamentũ Ordinariorũ, cauſas matrimoniales cõtra Scholaſticos ad ſe pertinere cõtendẽtiũ in illis cõſiſtit. *Ad hæc*(inquit Cõciliũ) *cauſæ matrimoniales,& criminales nõ Decani Archidiaconi,aut aliorũ inferiorũ iudicio,etiam viſitando: ſed Epiſcopi tantũ examini,vel iuriſdictioni relinquãtur, etiã ſi in præſenti inter Epiſcopũ,& Decanũ,ſeu Archidiaconũ, aut alios inferiores ſuper cauſarũ iſtarũ cognitione lis aliqua in quacũq; inſtantia pendeat.* Et ſubiungit inferius. *Legati quoq; etiã de Latere Nuntij,Gubernatores Eccleſiaſtici,aut alij quantũcunq; facultatũ vigore, non ſolũ Epiſcopos in prædictis cauſis impedire,aut aliquo modo eorũ iuriſdictionẽ ijs præripere,aut turbare nõ præſumãt, ſed nec etiam cõtra clericos,alias vẽ perſonas eccleſiaſticas,niſi Epiſcopo prius requiſito, reque negligẽte procedat: aliás eorũ proceſſus, ordinationes vẽ,nullius momẽti ſint,atque ad dãni ſatisfactionẽ partibus illati teneãtur.* Hæc ſancta Synodus. Ex quibus colligũt,aut colligere cõtenduũt Ordinarij eccleſiaſtici,cauſas matrimoniales exceptuatas,& priuilegiatas eſſe, nec dicta exemptione cõprehendi.

68 Nõ attẽdentes Tridẽtini Decretũ intelligẽdũ eſſe inter nõ exẽptos, & ordinario ſubiectos: etenim cũ ante Cõciliũ nõnulli Archidiaconi,ſeu inferiores eccleſiaſtici, matrimonalia negotia,inſuper, & criminalia tractaſsẽt,ex quorũ iudicio nõnulla,imò quã plurima ſuborta fuiſſe inconueniẽtia animaduerterẽt ſancti Cõcilij Patres,iure optimo eas cauſas matrimoniales,& criminales inter ſubditos Ordinariorũ ſolius Epiſcopi examini reſeruarũt, nõ magis exẽptorũ recordati,quã ſi nullę vnquã exẽptiones â Sede Apoſtolica emanaſſent.

69 Quã veritatẽ adeò exprimũt ipſamet Cõcilij verba ibi, & *criminales*: aliâs enim etiã cõtendere poſſet Ordinarius ſe in criminalibus cõtra clericos ſcholares proceſſurũ,q eſt abſurdũ,& â nemine vnquã dictum: & ibi,*nõ Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorũ iudicio*: exploratum enim eſt Decanũ,Archidiaconũ,aut alios inferiores,minimè vnquã cognouiſſe, aut cognoſcere cõtẽdiſſe inter exẽptos,vt nulla certè cõprobatione opꝰ ſit,imò ex eiſdẽmet verbis Cõcilij, pluſquã liquidò cõſtet, ibi nõ egiſſe de cognitione cauſarũ matrimonialiũ,& criminaliũ inter exemptos,ſed inter ſubditos Epiſcoporum.

70 Quare cũ perſpicuũ ſit,inter exẽptos,Ordinariũ cognoſcere nõ poſſe, niſi tanquã Sedis Apoſtolicę Delegatus,& in caſibus in quibus ius & Cõciliũ cõcedũt; & caſus hic cauſarum matrimonialiũ nõ ſit ex his, manifeſtè conſequitur neutiquã Ordinariũ poſſe iudicare de matrimonialibus cauſis inter exemptos, quales ſumus omnes ſcholares.

71 Imò & ſi vt perperã, & abſq; legitimo fundamẽto cõtendebãt Ordinarij,caſus hic matrimonij eſſet exceptuatus in iure,& ſpecialẽ rationẽ haberet, ſublatũ iã erat tale priuilegiũ ex litteris Clementis.VIII. Põtificis Maximi, cuius diſpoſitio fuit poſt Concilium. Cuius decreta derogationẽ ſpecialẽ nõ requirũt,quin potius derogata cõſtitutione Cõcilij Lugdunẽſis, de qua in d.c.1.de priuileg. lib.6. ſi exẽptio fuerit poſterior ipſo Cõcilio Tridẽtino virtutę clauſulę,

Digitized by Google

non obstãtibus quibuscũque, manerent sublatæ quæcũque Tridẽtini dispositiones contrariæ, quãto ergo magis dicta scholasticorũ exẽptio cõprehẽdet causas matrimoniales, cũ nullũ ius, nulla lex, nulla canonica dispositio reperiatur, quæ ipsas faciat priuilegiatas, neq; ipsimet Ordinarij habeãt, coloratũ aliquod fundamentũ, nisi illud quod desumere volũt, ex dicto Tridentini Decreto, d.§. *ad hæc*, quod loquitur inter non exẽptos, & de causis matrimonialibus, quæ agitãdæ sunt inter subditos Ordinariorũ, vt ex tenore verborũ ipsius Concilij manifestè perspicitur.

72 Nõ obstante vers. eiusdem Decreti Cõciliaris, ibi, *Legati quoq; etiã de latere Nuntij Gubernatores Ecclesiastici, aut alij quarũcũque facultatũ vigore, non solũ Episcopos in prædictis causis impedire, aut aliquo modo eorũ iurisdictionẽ ijs præripere, aut turbare nõ præsumãt, &c.* quæ verba magnoperè videtur reseruatoria causarum matrimonialiũ, vt Episcopi dumtaxat examini præseruẽtur, & nulli alij iudices de eisdẽ valeãt cognoscere. Etenim & disponit Cõciliũ in d. vers. *Legati*, quod nullus iudex possit impedire Episcopos in prædictis causis, & cætera quæ sequũtur, & habẽtur in illo Decreto, circa taliũ matrimonialiũ reseruationẽ, coacta ratione referẽda sunt ad causas matrimonij, non inter exẽptos, sed inter subditos, de quibus voluit Conciliũ, vt non Decani Archidiaconi, aut alij inferiores, sed soli Episcopi iudicarent.

73 Et tantũ abest, vt Synodus Tridẽtina, nostris exẽptionibus derogauerit, vt præseruauerit eas, & de nouo cõcesserit, ex decreto, & iudicio patruũ eiusdẽ Cõcilij in c.6. sessionis 25. ibi, *saluis tamẽ omnibus priuilegijs, quæ Vniuersitatibus studiorũ generaliũ, seu earum personis sunt concessa*, vbi animaduerto ex d.c.6. limitationẽ, quę excipit omnia priuilegia Vniuersitatũ, regulari atq; restrictiori Cõcilij Decretum. c.4. sess. 6. vbi habetur, *quod Capitula Cathedraliũ, & aliarũ maiorũ Ecclesiarũ, illorũque personæ, nullis exẽptionibus, se possint tueri, quominus à suis Episcopis, & alijs maioribus Prælatis, toties quoties opus fuerit, visitari corrigi, et emẽdari etiã auctoritate Apostolica possint & valeant*, vt d.c.4. derogare noluerit exẽptionibus Vniuersitatũ, sed declarandũ sit per d. c.6. vt ita præfatũ. c.6. in eo quod decidit in d. vers. *saluis tamen, &c.* limitatiuè venerit, & declaratiuè ad d.c.4. sicuti fuit resolutũ 14. Februarij 1562. corã bonæ memoriæ de Rubeis in Gadicẽsi adiunctorũ, & censuit etiam sacra congregatio.

74 Et iure quidẽ, quia clarũ est, quod omnia præseruata in d.c.6. vti posteriori, cẽsentur præseruata in anterioribus, & efficitur res plusquã manifesta ex attestatione Secretarij Concilij ferè sub eadẽ data, sub qua fuit factũ dictũ Decretũ testificãtis eam fuisse Cõcilij mentẽ: quę attestatio cũ sit Secretarij actuarij probat, Rota de fide instrument. decis. 1. in nouis, Verallus de cis. 244. p. 2. Doctores omnes in authẽtic. si quis in aliquo, C. de ędendo.

75 Et cũ loquatur Cõciliũ de exemptione cõcessa Vniuersitatibus, aut personis, ac cõsequẽter Secretarius attestetur, hoc factum fuisse in indiuiduo, causa eximẽdi Iusti & Pastoris Ecclesiã sanctã, sanctis dicatã, á sanctis protectã, sapientibus illustratã, nulla profecto cadere potest dubitatio, quin verè Cõciliũ voluerit in d. vers. *saluis tamen*, in exẽptionibus cõcessis personis Vniuersitatũ tollere illam disputationem, de qua inferius dicam, si essent subijciendę occasione beneficij.

76 Si expendas Cõciliũ tractare de Ecclesia, & præsupponere exẽptionẽ cõcessã personis, aut Vniuersitati, & sic vt præseruatio quã facit, sit de regula, coacta ratione fatẽdũ est, voluisse tollere prędictã disputationẽ circa beneficiũ, exẽptio nãque, & præseruatio Ecclesiæ, & personarũ Ecclesiasticarum,

nihil aliud magis reſpicit, quã q; exẽptę ſint perſonę, etiã ocaſione benefitij.

77 Quæ conſideratio in d. Eccleſia Sãctorũ Martyrũ, multo magis, & ſine aliqua difficultate procedit, cũ cõſtet de ea in indiuiduo actum fuiſſe, de cuius exẽptionibus multi, ex Patribus erant valdè informati, nec non, & in noſtra Vniuerſitate, à cuius notiſsima exẽptione continuatur, & deriuatur Eccleſiæ exemptio, & vnũ quaſi corpus ex Eccleſia, & Vniuerſitate conſtituitur, nullatenus ergo Concilĩ, neq; in minimo derogauit ſcholaſticorũ exemptionibus, ne dũ in matrimonialibus.

78 Accedit, ſinedubio cauſas matrimoniales ſub nomine cõtractus cõprehẽdi, ideoque quẽadmodũ in cæteris negotijs, & conuentionibus, nõ poſſunt Ordinarij cognoſcere inter exẽptos, (quod planũ eſt) ſic & in matrimonio. Adeò vt neceſſè non fuerit in litteris exẽptionũ nominatim exprimere cauſas matrimoniales, cũ in exẽptione circa cõtractus ſatis cõprehendantur, & nullibi vt diximus ſint exceptuatæ.

79 Verũ audio nobis obijci ab Ordinario, etiã cauſas beneficiorũ Eccleſiaſticorũ cõprehẽdi in cauſis domicilij, & nihilomin⁹ cauſas beneficiales ſpecificè, & peculiariter fuiſſe nominatas in litteris Clementis VIII. Pontificis Maximi, ibi, *etiã ratione beneficij*, qua ratione (inquit) pariter matrimoniales cauſæ exprimi debuerũt, aliàs cenſeri non debent in exẽptione cõprehẽſæ.

80 Cui obiectioni reſpõdeo, ex eo cauſarũ beneficialiũ in litteris exẽptionis ſpecificam factam fuiſſe mentionem, quia aliqui tenuerũt caſum beneficij priuilegiatũ, & reſeruatũ eſſe, non ſolũ ex diſpoſitione tex. in d. c. 1. in prin. de priuileg. in 6. vbi loquitur de domicilio, verũctiã ex §. in eos eiuſdẽ text. c. cũ capella. eodẽm tit. in antiquis, & quãuis prędictus eruditiſsimus Decan⁹ Numãtinus, ſemper tenuiſſet, caſũ beneficij, non cõtinere priuilegiũ ſpeciale, ſed quod derogata deciſsione tex. in d. c. volẽtes in prin. & ſublatis trib⁹ caſibus priuilegiatis, de quibus ibi, totũ erat ſublatũ, ſuper quo magna fuit altercatio, & obtinuit caſum beneficij non eſſe priuilegiatũ, nihilominus ne deinceps exoriretur dubitatio, ex abũdãti caſus beneficij ſpecificè, & nominatim fuit cõprehẽſus, & in totum, & in omnibus partib⁹ ſublata diſpoſitio, d. c. volentes. tã in d. princ. quã in d. §. in eos. non verò quod dicta expreſsio beneficij, fuerit preciſſè neceſſaria, quæ nullatenus requirebatur.

81 Quẽadmodũ etiã ex abundanti (nõ quod neceſſariũ eſſet) per dictas litteras Clemẽtis Papę VIII. fuit derogatũ regulæ de vna, & Cõcilij generalis de duabus dictis, ibi, *ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dictis aliiſque cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis*, & cętera quæ habẽtur ad extremũ dictarũ litterarũ fœlicis recordationis Clementis Papę VIII. ſi adducamus in memoriã, eã eſſe naturam vniuerſalis exẽptionis (qualis eſt hęc huic noſtrę Vniuerſitati, & eiuſdem perſonis conceſſa) vt reſtrictionẽ dictarum nullatenus admittat, nec admittere valeat, hæc enim duo *vniuerſalis exemptio, & reſtrictio ad certas dietas*, mutuo ſe perimunt, ſequeretur enim, quod ſi ſcholares, Collegiales, Regẽtes, Rectores, Magiſtri, Licenciati, Bachalaurei, Capellani, Seruitores, officiales, aut aliæ perſonæ, ſeu eorũ alter huius inſignis Collegij ſancti Illephonſi, & inclitæ Vniuerſitatis Cõplutẽſis, quandoq; vltra præfinitas dietas ab ſchola abeſſent, Rector nõ poſſet aduerſus illos ſibi priuatiuè ſubditos, & ab omni, & quacũque alia Poteſtate exẽptos, & liberatos (vt in dictis litteris exẽptionis) procedere, aut ſuã iuriſdictionem exercere, quod nõ leue inconueniens eſt, & manifeſta cõtradictio in adiecto, nãque, iã talis exẽptio nõ eſſet vniuerſalis

ſalis firma,nec perpetua,ſed debilis,& manca,quandoquidem contenti intra dietas,ſubditi extarẽt,D.Rectori,extra illas autẽ exiſtẽtes,liberi, & immunes ab eius iuriſdictione,ꝙ videtur abſurdũ,& cõtra mẽtẽ dictarũ literarũ,& Iulij II. Iulij III. & Clemẽtis Octaui Romanorũ Põtificũ,qui prędictos ſcholares,& perſonas proximè nominatas, vbicũq;& quomodocũque exiſterẽt, vniuerſaliter, & ſingulariter,in omnibus,&quibuſcũque cauſis,cuiuſcũque qualitatis,& cõditionis,prorſus,penitus,& omninò exemerũt,& liberarũt, & ſoli Rectori ſubiecerũt, ac ſub B.Petri, & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſceperunt, & Romanis Põtificibus Canonicè intrãtibus,nec nõ dictę Sedi dumtaxat,in omnibus,& per omnia ſubiectos eſſe voluerũt, vt præfatas literas exẽptionis intucti, pluſquã liquidò cõſtabit,cũ ſæpenumerò in eis reperiatur ineulcata repetitio tantæ exemptionis.

82 Idẽque iudiciũ eſt de iuriſdictione, quã pro nũc exercet pater Cõſeruator noſtræ Vniuerſitatis,quæ deſineret eſſe vniuerſalis, ſi dictis foret circũſcripta, & ſcholaſtici ſuos debitores intra dietas exiſtẽtes,corã ipſo cõuenire valerẽt,ab illisq; alimẽta repetere: vltra dietas autẽ cõmorãtes, minimè citare poſſent, neq; ab illis alimẽta exigere: & priuilegiũ quod habent extrahendi laicos à ſuo foro,quibuſdã ſcholaribus prodeſſet,alijs ex lõginquo ad Academiã veniẽtibus, omninò eſſet inutile: quod nullomodo videtur admitẽdũ: coacta igitur ratione fatẽdũ eſt, prędictas exẽptiones,aut priuilegia, nullatenus fore,nec fuiſſe vnquam ad certas dietas reſtricta,& cõſequenter nõ fuiſſe neceſſariã dictarũ derogationẽ,ſed ex abundãti factã,vt nullus locus dubitationi relinqueretur:quam conſiderationem,vtpotè non vulgarem hic interſerere placuit.

83 Quibus ſic cõſtitutis,vt ex tã lõga(licet nõ inutili)digreſſione ad prędictã noſtrã cõtrouerſiã inter Delegatum,& Ordinarium redeamus,rurſus infertur ex dictis,nõ obſtante ea concluſione, qua ſtatuimus in eo differre inter alia, Delegatũ ab Ordinario,quod Delegatus gerit vices Principis,eãdẽque quã ille iuriſdictionẽ exercet,ſibi immediatè cõmunicatã, Ordinarius verò nõ ita, ſed iuriſdictionem medio officio, ſeu Magiſtratu illi traditã,adhuc Delegatũ Sũmi Pontificis,vel alterius Principis honorãdũ,tanquã gerentẽ vices Põtificis,vel Principis,iuxta d.c.ſanè. non verò tanquã Põtificẽ,vel Principẽ ipſum,vt obſeruat Decius ibidẽ. n. 2. & in l.ſolent.ff.de iuriſdict.Iaſ.in l. ſed ſi hac,§.vlt.ff.de in ius vocãdo, tradunt Matiẽço dialogo.106.& paſsim alij,& ita intelligitur c.vlt.93.d.ibi,*ſicut illius locũ tenens honorabitur*, quẽ text. notant gloſſa,& alij in d.c.ſane,quidquid per illũ Roman.ſingulari.367.& plures alij de quibus per additionẽ ibi,Rebuffus in praxi tit.de Vicarijs Epiſcoporũ.n. 7.Azeuedo ad tract. de Curia Piſana, lib.2.c.2.n.19.& Gãma deciſ.1.n. 48. & 49. exiſtimẽt Delegatum Principis honorandum eſſe,ſicut ipſe delegans Princeps honorandus eſt.

84 Quorũ ſententia praxi nõ recipitur, & repugnat verbis d.c.vlt. prout expẽdunt Decius,& prędicti,& inſuper aduerſatur verbis Romani Põtificis in d. c.ſanè.qui(ſi cõſideraſti)tãtũ dixit,Delegatum repræſentare,& gerere vices Delegãtis, quo ad cauſam ſibi cõmiſſam,& ſic quo ad iuriſdictionẽ,& qualitatẽ illius, nõ verò quo ad perſonã, & qualitates coharentes eidẽ,cui honor maximus, & ſumma illa reuerẽtia debetur.Idque prędicit glo.1.in fin. in d.c.vlt.Alciat.n.25.in rubr.de officio Ordinar. verſ. *pro reſolutione*, & ex cõmuni obſeruat Gãma.d.n.49.& 50, additio ad Roman.vbi ſupra in fin.

85 Etſi verum ſit quod in ſeſsionibus, & in omnibus alijs actibus,in quibus,

Digitized by Google

Vt Delegatus exiſtit, præferẽdus ſit omnib⁹, & ſingulis iudicib⁹ Ordinarijs, & debeat eſſe, & ſedere in eminẽtiori loco, quã Ordinarius, quia Principis perſonam repreſentat, & exiſtit in maiori iuriſdictione, & ſic in ſeſſione præferẽdus eſt, teſtè Panormit. conſ. 21. libr. 1. ex tex. in c. ſtatuimus. §. fi. & c. ſeq. 17. diſt. & conſtat ex traditis per Albericũ in Rubr. C. de officio Vicarij, & Franciſcũ Marcũ in deciſione Delphinatus. 619. n. 3. quo iure vtimur: præſertim in hac Vniuerſitate Complutenſi, vbi ex ſupra traditis iuris principijs, Ordinarius Toletanus, abſque vlla penitus dubitatione in omnibus, & ſingulis cedit, prout ſemper ceſſit, & cedere debet Domino Rectori. Quinimò (quod magnifaciendũ eſt, & perpetuæ recordationi cõmẽdãdũ) Illuſtriſsimi Domini Archiepiſcopi, & Cardinales Toletani, pro ſua ſingulari humanitate, & vt alijs inferioribus Rectorẽ honorandi magnũ perhibeãt exẽplũ, præfatis Doctorũ traditionibus aquieſcentes, ipſũ Rectorẽ in ſeſſionibus, ingreſſu, & progreſſu, cæterisque actibus anteponũt, manũque dexterã Rectori libẽter porrigunt, & ſpõte cõcedũt, nec aliter fieri patiuntur, quidquid Rectores (prout par eſt) multoties tanto honore affici recuſſent, quod nõ ſemel, ſed ſæpenumerò accidiſſe vidimus Dominis Illuſtriſsimis cũ Rectoribus ad actiones publicas Scholæ concurrentibus.

36 Colligitur rurſus ex dicta principali reſolutione noſtra, quod vbi Delegatus Principis, & Ordinari⁹, poſſunt de aliqua cauſa ſeparatim cognoſcere, prout in crimine hæreſeos de iure cõmuni, poteſt Epiſcopus, & Inquiſitor Apoſtolicus. c. per hoc. de hæreticis in 6. reus vel quiuis alius ſuper ea cauſa eodẽ tempore vocatus ab vtroque, tenetur prius corã Delegato, tanquã corã maiori, & ſuperiori iudice cõparere, argumento l. cõtra pupillũ, verſ. *qui ad maiores*, ff. de re iudicata, & ita reſoluũt Archidiacon. Ioan. Andr. & alij in d. c. per hoc, & eſt cõmunis teſte Roxas in ſingular. fidei ſing. 44. in fi. poſt alios Peña ad Directorium. 3. p. q. 5. Cõment. 54. contra Roxas. d. loco, qui in terminis d. c. per hoc. non ſine fundamento contradicit.

37 Qua etiã ratione (& erit vltimũ corollariũ in hac cõtrouerſia) cũ â duobus diuerſis iudicibus, appellatio quærella, vel recurſus, haberi debeat ad ſuperiorem, illius qui maior & dignior eſt, ex Bart. per tex. ibi, in l. præcipimus, §. eodem. C. de appellation. recepto ex Maranta. 6. p. c. de appellation. â. n. 381. tradit Iaſ. à n. 6. in l. ſi emancipati, C. de collationib. Felin. n. 6. in c. 1. de præſcriptionib. ſi Epiſcopus, & Delegatus Põtificis Maximi ad proceſſum, vel cauſam aliquã diffiniendã concurrãt, vt in ſpecie Clementinæ 1. §. 1. de hæreticis, appellatio profectò querella, vel recurſus, haberi debet, nõ ad Archiepiſcopũ, habito reſpectu ad Epiſcopũ, ſed ad Sũmũ Pontificem, habito reſpectu ad ipſius Delegatum, qui maior, & dignior eſt, ex Bart. in l. ſi duo. ff. de re iudicata, vbi Iaſſ. & alij, Abb. in c. ſuper queſtionũ, §. ſi verò. n. 5. de officio Delegati, Paz in praxi. 1. tom. p. 5. c. 3. §. 3. n. 14. & alij, de quibus per Iaſſonẽ, & Felinũ, vbi proximè, pro quibus vltra alia expendi poteſt, d. c. per hoc ibi, *ad Sedẽ Apoſtolicã remittatur.*

Libri tertij finis.

LAVS DEO.

Digitized by Google

CHRISTOPHORI AB ANGVIANO Sedano.

PRIMARII OLIM, ET DECANI IVRIS Pontificij, in Academia Complutenſi, nũc Præfecti nobilitatis in Granatenſi Prætorio.

TRACTATVS DE LEGIBVS, ET CONSTITVTIONIBVS Principum, ipſorumque, & aliorum iudicum Ordinariorum, & Delegatorum poteſtate iuriſdictione, et imperio.

LIBER QVARTVS.

Summaria ad Controuerſiam 1.

1 *REddit author rationem quare proſequatur materiam de promulgatione legis.*

2 *Lex de ſuſcipiendo baptiſmo, non ſtatim, ſed poſt Chriſti Domini paſſionem obligauit.*

3 *Leges tunc confirmari dicuntur, quando moribus ꝓtentium comprobantur, neque antea ꝓim ſuſcipiunt obligandi, & Chriſtus Dominus in Crucis patibulo legem promulgauit de ceſſatione legali.*

Digitized by Google

4 *Iure authenticorum conſtitutum eſt leges non obligare, niſi poſt duos menſes á tempore promulgationis.*

5 *Non deſunt fundamenta ad probandũ, leges tunc demum cum promulgantur inſtitui, & ignorantis non eſt cõſenſus, neque diſenſus.*

6 *Vnica promulgatione nequit lex, ſtatim omnibus innoteſcere, & magnũ inconueniens eſt, quod euenire poſſit leges ipſas obligare probabiliter ignorantes.*

7 *Proponitur triplex ignorantiæ genus, & prius agitur de ignorantia affectata.*

8 *Ignorãtia craſſa, ſeu ſupina, quæ à Theologis negligens appellatur, eſt quando quis ignorat illud quod debuit, et per mediocrẽ diligẽtiã ſcire potuit.*

9 *Ignorantia inuincibilis, quæ probabilis nuncupatur, eſt quando nulla culpa potuit ignorãti imputari, quominus legẽ ſciret.*

10 *Affectata ignorantia non minuit, quin potius auget culpam: negligens craſſa, ſeu ſupina, minuit culpã, ſed non omninó tollit, probabilis omnem excludit culpam.*

11 *Quælibet lex, quam primum lata fuerit imponit ſubditis neceſſitatem gerendi ſuos actus, iuxta normam illius.*

12 *Labuntur nonnulli etiam viri eruditi exiſtimantes, obligationem effectum eſſe ipſius legis, & aſsignabilis eſt, lex perfecta in actu ſine obligatione in actu.*

13 *Legis effectus proprié, & in rigore non conſiſtit in obligatione, quã multoties non producit, ſed dumtaxat, & præciſſé in poteſtate, & vi quadam obligandi, quam habent leges, quam primum rogantur, & conſtituuntur in ſuo eſſe perfecto, & intelligitur tex. in §. ſequens Inſtit. de obligat.*

14 *Omnes leges ſtatim poſt ſufficientem promulgationem ſuam habent vim obligandi.*

15 *Minimé ſufficit ad eſſentiam legis priuata promulgatio, ſed exigitur ſolemnis, & publica per quã leges venire poſſint in communem omnium notitiam.*

16 *Poteſtas obligandi coherens legi, niſi aliàs ſit impedita ſuum actum producit.*

17 *Principum Legislatorum verba diligenter examinanda ſunt, & ad unguem obſeruanda, quibus liberum eſt conſtituere, vt leges, vel ſtatim ac promulgatæ ſunt, vel poſt, nõ vſque incertũ tempus ſubditos obligent.*

18 *Illi tenentur ad legum obſeruantiam, qui nouerint eas ſolemniter editas, aut publicé promulgatas.*

19 *Credendum non eſt quemquam ignorare Concilium penes illum in ſua regione actum, & celebratum.*

20 *Referuntur elegantiſsima verba Stephani Papæ contra non obſeruantes Sardicenſe Concilium, quibus ſatis euincitur ſufficere promulgationem legum generalem, neque priuatam requiri.*

21 *Lex promulgata in loco publico Curiæ Principis, ſtatim ſuam habet vim obligandi, & nullatenus audiẽdi ſunt illius ignorantiam allegantes.*

22 *Obijcitur contra ſupradicta Imperatoria conſtitutio, quæ in oppoſitum urgere videtur in authentico, vt facta nouæ cõſtitutiones, §. ſancimus, collat. 5.*

23 *Exploratum eſt iure Pontificio vnicam tantum legis promulgationem ſufficere ad effectũ, vt vim habeat ſubditos omnes obligandi.*

24 *Refertur opinio aſſerentium ſupradicta minimè procedere in Imperatore,*

Digitized by Google

ve, & aliorum dicentium necessariã esse promulgationem in Prouintijs ad ligandos subditos.

25 Speciali ratione fuit indultum in legibus pro testamentis, vt tot promulgationes forent necessariæ, scilicet in Ciuitatibus Metropolitanis, & post duos menses à promulgationis tẽpore, qua ratione intelligitur tex. in d. §. sancimus.

26 Subijciuntur nonnullæ considerationes pro opinione Ioannis Andreæ constituentis differentiam inter Imperatorias, & aliorum Principum constitutiones, quoad dictam promulgationem, & vim obligandi ob Prouintiarum, imó Regnorum diuersitatem.

27 Fortiter obijcitur Tridentini Decretum, Sessione vigesima quarta, cap. 1. de reformatione matrimonij ad finem, quo manifestè probari videtur, vlterius quamplures requiri promulgationes.

28 Agitur de ratione speciali, ob quam sancitum fuit in illo Decreto Tridentini, vt tot, & tam speciales fierent illius nouæ constitutionis promulgationes in singulis Diœcesibus, & Parrochialibus Ecclesijs.

29 Ostenditur lapsos fuisse nonnullos viros doctos existimantes leges reuocatorias priuilegiorum, seu gratiarum, statim post promulgationem in Curia suam vim non obtinere, & iterum expenditur dictum Tridentini Decretum.

30 Christus Dominus summus Legislator suspendit obligationem suæ legis Euangelicæ, vsque ad passionem, & interim baptismus viguit sub consilio, non sub præcepto.

31 Adducuntur rationes, quare fuerint obseruata legalia post Christi passionem.

32 Proponuntur tria genera Præceptorum veteris testamenti, & vnum quodque declaratur, & interpretatur locus Pauli, ad Romanos capite 7.

33 Hæreticum est existimare legem veterem seruandam esse, simul cum lege noua, & adducitur locus Pauli ad Galatas, cap. 4. ad probandum iudiciales, & cerimoniales leges Euangelicâ lege lata omninó cessasse, & amisisse suam vim.

34 Assignatur ratio cur moralia veteris legis præcepta, adhuc vim habeãt, & perpetuo sint habitura, & verum pariter cerimonialia veteris testamenti possint, lege lata á Principibus Christianis, iterum instituí remissiué.

35 Distinguitur inter firmitatem authoritatis, & firmitatem stabilitatis, seu permanentiæ legum, & intelligitur textus in capite in istis. quarta distinctione.

36 Proponitur dicta diuisionis specialitatis ratio, & qua ratione expediẽs sit, vt leges quæ non recipiuntur abrogentur.

CONTROVERSIA 1.

Vtrûm omnes leges statim obligent, post promulgationem.

1 IN primo libro huius tractatus cõtrouersia nona, dũ sermo esset de particula ipsius definitionis legis, ibi, *promulgata*, me tetigisse memini nonnulla, de promulgatione legis, quia tamen integrum articulum requirit, & initio huius operis pollicitus sum, quarto loco differere, vtrũ lex obliget statim post promulgationem: operepretium erit præsentem materiam de promulgatione legis, clarè, & dilucidè prosequamur, ex cuius cognitione eruditus lector (vt sæpè augurari consueuimus) vtilitatem, & iucũditatem simul percipiet.

2 Planè (vt optimum sumamus initium) Christus Dominus Redẽptor noster, Ioann. cap. 3. promulgauit legem de suscipiẽdo baptismo, *nisi quis renatus fuerit, ex aqua & Spiritu Sancto, non habebit vitam æternam*, & tamen testè Augustino Epist. 19. lex illa non statim, sed post Christi passionẽ obligauit, iuxta definitionẽ Concilij Florentini sub Eugenio IIII.

3 Rursus leges tunc quidem confirmari dicuntur, quando moribus vtẽtium cõprobantur, neque antea vim suscipiunt obligãdi, & (quod magis est) scimus Christum Dominum in Crucis patibulo pendentem, legem promulgasse, de cessatione legali, iuxta illud Ioann. 19. *consumatum est*, & tamen post passionem eiusdẽ Christi Domini, eadem legalia, tanquam obligatoria obseruabantur, quando quidem D. Paulus Timotheum circumcidit, actuum Apostol. cap. 16. & iterum Iudæorum more purificatus est, actuum 21. cap. signum igitur est, imò argumentum euidẽs, ad probãdum, minimè leges statim post promulgationem obligare: etenim promulgata lege de legalium cessatione eorundem actuum Apostolorum 15. c. dictum est, *abstinearis vos ab immolatione, &c.*

4 Quin etiam, & in authẽtico, vt factæ nouæ constitutiones collatio. 5. apertè decisum est, leges non obligare, nisi post duos menses à tempore promulgationis, nõ ergo statim post promulgationem obligabunt.

5 Verumtamen è conuerso, fundamenta non desunt, ad probandũ, leges, tunc demum cum promulgantur institui, cap. in istis. 4. dist. & videtur rationi consonum, vt absque promulgatione non obligent, cum ignorantis consensus non sit, neque dissensus, qui neque habet velle, nec nolle, circa res ignoratas: proindèq; culpa legem ignoranti, imputari nõ debeat, cap. Apostolicę. de clerico excommunicato, cum similibus, ex quo videtur promulgationem omninò fore necessariam, in eoque solum controuersiam versari, an vnica sufficiat promulgatio, vel plures requirantur.

6 Etenim vnica promulgatione, ne-

quit

quit lex statim omnibus subditis innotescere,& magnum inconueniēs est,imò malum nullatenus admittendum,quod euenire possit,leges ipsas obligare probabiliter ignorantes,cōtra cap.2.de constitutionibus, ibi: *rē quæ culpa caret in damnum vocari nō conuenit*,& ibi, *ne detrimentum ante prohibitionem possint ignorantes incurrere*,& aduersus reg.text.in l. leges sacratissimę,C.de legibus,&vulgare dicteriū, quo docemur,non habenti culpam, non posse pœnam imponi regulariter dict. cap. 2. de institutionibus. c. 2.de his quę fiunt á maiore parte Capituli,l.fancim⁹ 22.C.de pœnis,reg. nō debet.22.in 6.ex quibus præsens quæstio anceps,&dubia manet vtrinque,& vt nōnulla præmittam⁹ ad sui resolutionem expostulat.

7 Igitur ante omnia,illud se se ofert in hac parte obseruatione dignum, quod circa triplicem ignorantiæ speciem traddit B.Tho.1.2.q.96. art. 2. 3.& 4.& post cū Andr. Tiraq.de pœnis tēperād.causa.12.& 13.Frater Alphonsus de Castro lib.2.de lege pœnali,cap.19.tripliciter cōtingere posse leges ignorari. Primo modo per ignorantiam affectatam, quando homines consultò data opera, & ex malitia nollumus leges scire,vt liberius nostras actiones exerceamus,de qua ignorantia sermonem instituit Pontifex Maximus in cap.eos.de temporibus ordination.lib.6.& ignorantia malitiæ appellatur, quam habet ille, qui cum posset,& deberet, noluit tamen scire, vt liberius peccaret iuxta illud Psalmi 35. *noluit intelligere, vt bene ageret*, refertur in cap.pen.38.dist. talisque ignorantia, non solum culpam continet, sed & grauiorem quā scientia simplex, vt sapienter obseruabit glos.verb.*scienter*,in cap.vlt.de Officio Deleg.in 6.& in clem.1.eodem verb.*de consanguinitate, & affinitate*,D.Thom.1.2.quæst.6.art.8.& q. 76.art.4.Nauarrus in cap. cum contingat.pag.mihi,136. Couarr.in cap. alma mater.1.par.§.10.num.17.Castro lib.2.de lege pen.cap.14.fol.mihi 305. Simancas de Catholicis cap. 26.à num.3.plures relati à Tiraq. de pœn.temperand.c.13.n.22.& retractus tit.1.§.35.glos,4.n.28.

8 Secunda dicitur ignorantia crasa, seu supina,& à Theologis negligēs, quando scilicet ob nō habitam sufficientem diligentiam ignorantia nō vincitur,cuius mentio fit in l.ne supina,& in l.plurimum, ff.de iuris & facti ignorātia:illi enim qui supini sūt, & iacent ociosè,negligenter, & sine cura operari videntur, ideò â re ipsa sumpto vocabulo ociosi negligētes, & supini appellantur: ac proindè eadem ratione supina dicitur illa ignorantia,quæ ex otio,& negligētia procedit,quę â iuris peritis crasa,supina, vel improbabilis,â Theologis vincibilis,& aliquando disoluta nuncupatur, proueniens ex negligentia,quā do quis ignorat illud quod debuit, & per mediocrem diligentiam scire potuit.

9 Tertia denique species ignorantiæ legum,quam Theologi inuincibilem appellant,& á nostris probabilis nuncupatur, ea est,quando nulla culpa potuit ignoranti imputari,quominus legem sciret,quippè nulla præcedente malitia,nec negligētia, imò potius adhibita necessaria diligentia consequi non potuit scientiam illius rei,quam ignorauit,de qua agit tex. in cap.2. de constitution.in 6.ibi: *vt animarum periculis obietur,sententijs,per statuta quorumcumque Ordinariorum prælatis ligari nolumus ignorantes, &c.* quo fit vt minimè sit necessaria suprema, & nimis curiosa diligentia ad sciendū, quin potius mediocris sufficiat, vt quis dicatur probabilem habere

ignorantiam, iuxta eruditè traddita per Alphonsum de Castro dict. loco fol. mihi 286. & istius trinæ speciei ignorantiæ, adamusim meminit Pontifex in allegato cap. Appolicæ. de clerico excommunicato, nosque lõgiorem mentionem faciemus infra in huius articuli discursu, dum eam excitabimus controuersiam, an fieri possit, quod leges ligent, etiam ignorantes.

10 Inter quas ignorantiæ species difficile non est assignare discrimẽ, nõ parum conducens ad ipsarum maiorem intelligentiam. Affectata nãque ignorantia non minuit, quin potius culpam auget cunctam in causa, cũ per se fuerit volita ex doctrina D. Thomæ, & Alphonsi de Castro, & aliorum, quos refert & sequitur Tiraquel. dictis locis. Secunda verò ignorantiæ species, quæ negligens, crassa, seu supina nũcupatur, minuit quidem culpam, sed nõ omninò tollit: ratio in prõptu est, etenim licet per se volita non sit, negare non possumus aliquid habere voluntarij, cum volita fuerit in causa, dũ scilicet sic ignorãs ignorantia supina, crassa, siuè negligenti, noluit debitam diligentiã adhibere, l. si putator. ff. ad l. Aquiliam, cap. inebriari. 15. quæst. 1. quo circa semper aliquid imputandum erit, ita ignorantibus. Tandem tertia & vltima ignorantia, in eo differt ab alijs duabus speciebus, quod omnẽ excludat culpam, ea nempè ratione, quia nec per se neque in sua causa fuit volita, & sine voluntate manifestum est, nullam posse contrahi culpam, cap. non etiam. 15. quæst. 1. cap. meritò, cap. illa cauenda. eadem causa, & quæstione.

11 Oportet deindè lectorem admoneri, vt melius percipiat, quæ in hac controuersia dicenda sunt, quamlibet legem, quam primum lata fuerit imponere subditis necessitatem gerẽdi suos actus, iuxta normam illius, quid enim aliud lex est, vt in primo articulo huius tractatus resoluimus, quam præceptum quoddam Principis, cum accutissimi ingenij vir, Papinianus diffinitionum lib. 1. diffinierit legem præceptum esse commune, in l. 1. ff. de legibus, taleque Regis præceptum dictam parendi necessitatem inducat, cap. vlt. vers. *quod præcipitur*, vel *item præcipit*, 13. quæst. 1. ac per consequens tali necessitate, tanquam quoddam iurisvinculo subditi astringantur, eaque ratione obligatio nuncupatur ab Imperatore in princ. instit. de obligationib. vbi dixit obligationem esse iuris vinculũ, quo necessitate adstringimur alicuius rei soluendæ, secundum nostrę ciuitatis iura.

12 Audio tamen labi nonnullos etiã eruditos viros, exlstimantes obligationem effectum esse ipsius legis, qui (eorum pace dixerim) non satis cõsiderarunt illud esse ingenium, atque naturam cuiusuis effectus, quod ita conueniat suæ causæ, vt causa in actu producat effectum in actu, iuxta Philosophorum sententiã, teste Aristotele illorum Principe lib. 2. phisicorum, cap. 3. & Romani Pontificis doctrinam, rectè intellectam, & expensam in cap. cum cessante de appellationibus, vnde cũ assignabilis sit lex perfecta in actu, sine obligatione in actu, coacta iuris ratione, & ex principijs Philosophię cogimur asserere, obligationem non esse effectum legis, cuius breuissimi discursus minor propositio, in qua tota vis argumenti consistit probatur data instantia, quæ sufficiet ad tollendam contrariam consequẽtiam (vt dialectici dicunt) in lege perfectè lata, & rogata cuius obligatio in tempus differtur, sicuti legimus in authentico, vt factę

nouæ constitutiones collat.5.proce dit ergo consequentia.

13 Verius igitur est,& tenendum, legis effectum propriè, & in rigore nõ consistere in obligatione, quã multoties nõ producit,sed dumtaxat, & præcisè in potestate, & vi quadam obligandi,quam habent leges,quam primum rogantur, & constituuntur in suo esse perfecto, quam veritatẽ cum præsensisset Imperator,in §.sequens.Instit.de obligation.non sine mysterio,quinimò consultò, & data opera,dum enumerauit obligationũ species,easq;nõ quomodocũq;neq; ex quocũq;capite,sed per differẽtias suarũ causarũ cõstituisset in hęc verba,*sequẽs diuisio in quatuor species diuiditur,aut enim ex contractu sunt, aut quasi ex contractu,aut ex maleficio,aut quasi ex maleficio*, iure optimo prætermisit membrum illud obligationis, quam effectum esse legis nonnulli grauissimi Doctores comminiscuntur,quasi habuerit(vt re vera habuit)pro cõstanti Iustinianus Imperator, quod cum lex non sit causa in actu alicuius obligationis,quemadmodũ causæ illæ quarũ in d.§.sequẽs.mẽtio fit, scilicet cõtractus, quasi cõtract°,delictũ, quasi delictũ, & ipse per differẽtias suarum causarum aucuparetur obligationum numerum,nullo modo posse inter obligationũ species annumerari obligationem ex lege, quæ nullius obligationis est causa in actu,sed solum in potentia,iuxta proximè dicta:qui verissimus pariter, & subtilissimus erit intellectus, nec nõ elegans in posterum declaratio ad d.§.sequens.

14 Quibus sic præsupositis,tribus prę cipuè cõclusionibus respõdẽdũ erit dubitationi propositæ.Prima cõclusio est,facta sufficienti promulgatione,omnes leges,statim actu obligãt, nisi contrariuin appareat de mente Legislatoris: probatur sequentibus considerationibus. Primo quia omnes leges, statim post sufficientem promulgationem,suam habent vim obligandi, nec dabilis est lex,quæ tali vi, & potestate careat, sed sic est, quod omnes leges cum primũ sufficienter promulgatæ sunt,verę sunt leges,ergo statim vim obligandi sortiuntur,quod veræ sint leges, patet ex eo,quod habent omnia sua essentialia,de quibus latè diximus ad art. 1.huius tractatus,& probat text.in d. c.in istis,ibi,*dum promulgantur*.

15 Si tamen scire cupis,quid sibi vellint illa verba dictæ conclusionis, *post sufficientem promulgationem*?respõdebo,vsurpari ad denotandum minimè sufficere ad essentiam legis priuatam promulgationem,putâ ad aurem vnius,sed exigi solemnem,&publicam,per quam leges venire possint in cõmunẽ omnium notitiã.c.1. de postulatione Prælator. d.l. leges sacratissimæ.C.de legibus.

16 Ideò autẽ statim actu obligãt,post sufficientem promulgationem,quia potestas obligãdi cohærens legi,nisi aliàs sit impedita suum actum producit,frustra enim(vt habet vulgare prouerbium)potentia est,quæ nõ reducitur ad actum.

17 Denique ex eo adiecimus exceptionẽ illã,*nisi cõtrarium appareat de mẽte Principis,seu Legislatoris*, quia actus agentiũ non operãtur vltra eorũ intentionẽ,l.non omnis.ff.si certũ petat.l.in cõditionibus,ff.de conditionibus,& demonstr. perspicuum autẽ est,legẽ ipsam actũ esse Legislatoris, igitur in eo exercendo,nec possunt, nec debẽt leges,&statuta operari aliquid vltra eorũ intẽtionẽ, imò Principũ Legislatorũ verba diligẽter examinãda sũt,&ad ũguẽ obseruãda,quibus liberũ est cõstituere,vt leges,vel statim,ac promulgatę sũt,vel post nõ

vs-

Digitized by Google

vſq; in certũ tẽpus ſubditos obligẽt.

18 Ita tamen, vt quando conſtitutiones ſolemniter eduntur, aut publicè promulgantur, neceſſarium nõ ſit ipſarum notitiam ſingulorum auribus per ſpeciale mãdatum, vel litteras inculcare: ſed id ſolum ſufficiat, vt ad eius obſeruantiam teneatur, qui nouerit eas ſolemniter editas, aut publicè promulgatas.

19 Qua ratione legimus, & Eccleſiæ monumenta teſtãtur, cõtra quoſdã, qui Sardicenſe Cõciliũ nõ ſeruabãt, eo prętextu, ꝙ illud nõ habuiſſẽt, aut percepiſſent, Canonica auctoritate fuiſſe proceſſum, ꝙ eis nõ facilè foret credẽdũ, cũ idẽ Conciliũ penes illos in ſuis regionibus actum fuerit, & receptum, nec eſſet veriſimile ad illorum, non perueniſſe notitiam.

20 Quorũ petulantiã elegantiſsimis verbis reprehendit Stephanus Papa clero ſcribens Cõſtantinopolitano, quę ſic ſe habent, & referũtur á Gratiano in cap. quod dicitis. vlt. 16. diſt. *quod dicitis* (inquit Stephanus Papa) *neque Sardicenſe Conciliũ, neque Decreta alia vos habere Sãctorũ Põtificũ, non facilè nobis facultas credendi tribuitur, maximè cũ Sardicẽſe Cõciliũ, quod penes vos in veſtris regionibus actũ eſt, & omnis Eccleſia recipit, qua ratione cõuenerit, vt hoc sãcta Conſtantinopolitana Eccleſia abijceret, & vt dignũ eſt, non retineret?* hactenus Stephanus Põtifex Maximus, quibus diſſertiſsimis verbis ſatis euincitur, ſufficere promulgationẽ legũ generalẽ, neque priuatã requiri, ad ſingulorũ aures: tũ etiã, & manifeſtã inducì coniecturã exactæ notitiæ conſtitutionũ, ex eo, quod in noſtris regionibus editæ ſint, & publicatæ, atque receptæ, præſertim ſi à multis publicè cæperint obſeruari: & in ſpecie Sardicenſe Conciliũ auctoritate Nicolai Papę fuiſſe receptũ, ex quo etiam argumẽtũ deſumitur ad probandum iure optimo Stephanum Papã audire noluiſſe, eos qui dictum Concilium, (vt dignum erat) non ſolũ non retinebant, ſed abijcere illius Decreta contenderunt.

21 Tertia concluſio, lex promulgata in loco publico Curiæ Principis, ſtatim ſuam habet vim obligandi: probatur ex dictis ad primã cõcluſionẽ, dum reſoluimus, omnem legem ſtatim poſt ſufficientem promulgationẽ, ſuam habere vim obligãdi, at promulgatio facta in Curia Principis ſufficiens eſt, igitur ſtatim lex ipſa poſt promulgationẽ in Curia vim ſortietur obligãdi: quod autẽ ſufficiat talis promulgatio, patet ex eo, quia alibi facta, non rederet legẽ ipſam ſubditis notam, ac in tali loco: ſolẽt enim in ſolemni loco Curiæ ſubditi conuenire, ad ſciendã ſui Legislatoris voluntatem, ad eum ſcilicet locum, in quo negotiatio exercetur, nõ ad locum remotum, ſed euidentem, vt ſi dixerint, ſe ignoraſſe litteras, ſeu leges, vel non obſeruaſſe quod propoſitum erat, id eſt publica voce præconis intimatum, cum multi legerẽt, cũ que palam eſſet propoſitum, nullatenus audiendi ſint, vt aliàs in non diſſimili ſpecie Vlpianus dicebat in l. ſed etſi pupillus. §. de quo palam. ff. de inſtitoria actione, conſequens ergo ſit, veram eſſe tertiã hanc aſſertionẽ, qua dicimus, legẽ promulgatã in loco publico Curię Principis, ſtatim ſuã habere vim obligãdi, quã placidè recipiũt Dominicus de Soto vnicũ ſacrarũ litterarum columen lib. 1. de iuſtit. q. 1. art. 9. Ludouicus Gomez. in proœmio regularum. q. 2. pag. 29. ex antiquioribus Ioann. Andr. ſuper data Sexti Decretalium, gloſ. vltim. Panormit. in cap. nouerit. ad finem de ſententia excommunicat. Cardinal. in proœmio Clementinarum, §. Vniuerſitati. n. 5.

Reli-

Digitized by Google

32 Reliquum ergo eſt, vt argumenta initio propoſita diluamus, non tamẽ eo ordine, quo à nobis recitata ſunt, ne dictæ tertiæ,& vltimę cõcluſioni obſtet Imperatoria conſtitutio, quæ in oppoſitũ vrgere videtur, in authẽ tico, vt factæ nouæ conſtitutiones d. §.ſancimus, collat. 5. quatenus decre uit Imperator, non valere, niſi poſtquam per Ciuitates Metropolitanas fuerint promulgatę: difficilis profecto tex. qui penit° euertere,& labefa ctare videtur ſupradictã cõcluſionẽ.

33 Claſici ferè omnes poſt Ioan. An dr. & reliquos nuper citatos, dicunt. d.§. ſancimus, nõ obtinere in legib° Papæ, cum exploratum (inquiunt) ſit iure Pontificio, vnicã tantũ legis promulgationem ſufficere, ad effectum, vt vim habeat ſubditos omnes obligandi, c. 1. ibi, ſed id ſolum ſufficit de poſtulatione Prælator.

34 Alij aſſerunt cõcluſionẽ noſtrã in Imperatore minimè procedere, alij eã funditus euertũt, cõtendẽtes. d.§. ſancimus in quibuſcumque legibus procedere etiã ſi Pontificiæ ſint, dicẽtes neceſſariã eſſe promulgationẽ in Prouintijs ad ligandos ſubditos, Beroius in c. 2. n. 52. de cõſtitut. Immola col. 3. Abbas ſibi contrarius. n. 7. Dec. 2. le&. Felin. n. 9.

35 Vera tamẽ reſolutio eſt. d.§. ſancimus, ſpecialiter procedere, in legib° circa teſtamẽta,& vltimas volũtates rogatis, in quib° ſpecialis adeſt ratio multiplicandi promulgationes per Prouintias, vt exprimũt illa verba, *ſãcimus igitur ex illo noſtras cõſtitutiones, quæ pro teſtamẽtis ſunt valere, ex quo in cõmune factæ ſunt manifeſtæ: in Prouintijs autẽ ex quo diſcretæ per Metropolitas palã factæ ſunt, vel poſtea factæ fuerint*, iũctis verbis ſtatim ſeqq. ibi, *in quibus ineſt ſpecialis ratio circa teſtamẽta, ne legũ ignorantia, ſecundum quod dudum tenuit teſtamenta homines facientes videantur prænaricari legẽ*, & rurſus, ibi, *vt autem apertius cauſa declaretur, &c.* & ibi, *ſic nulli omnino erit declinatio, vt noſtrã conſtitutionem legẽ*, & tandẽ, ibi, *nõ enim volumus deficientiũ infringi volũtates, omnibus ſiquidẽ ſtudemus modis ratas eas cõſtituere*, quæ omnia & ſingula verba apertè denotãt, ſpeciali ratione fuiſſe indultũ, in legibus pro teſtamentis, vt tot promulgationes forent neceſſariæ, ſcilicet in Ciuitatibus Metropolitanis,& poſt duos menſes à promulgationis tẽpore,&c. quæ in d. authent. §.ſancimus continentur.

36 Quod ſi quis Ioannis Andręe,& aliorũ cupiat ſentẽtiã defendere, aſſignantiũ limitationẽ in legibus Imperialibus, vt ex eo in d.§.ſancimus, tot promulgationes fuerint requiſitæ, quia ſermo erat de Imperatorijs cõſtitutionibus, quaſi ſecus in cæteris legibus, non abs re ad ſuã ſententiã ſtabiliẽdã cõſiderauerit, quã multi Populi Imperatori ſubſint, atq; indè multæ Reſpublicæ inter ſe diuerſæ, l. cũctos populos, C. de Sũma Trinitate, quã ob rẽ dubiũ non eſt, quin ſingulari iniuria Populi afficerẽtur, ſi alibi quã in ſuis Prouintijs promulgarentur leges: & ad ſpecialitatis rationes proximè cõſideratas,& expẽſas, ob quas Imperator in d.§. ſancimus, ſpeciatim de legibus teſtamẽtorũ loquutus fuit, facilè poterit reſpõderi in omnibus quidẽ legibus, nedũ in cõſtitutionibus teſtamentorũ, locũ habuiſſe deciſionẽ d.§. Sancimus, propter dictam etiã rationẽ ſpecialem, quæ in legibus Imperatoris verſatur, ob prouintiarum, imò Regnorum diuerſitatem.

37 Verum adhuc prædictæ tertiæ cõcluſioni, qua ſtatuimus, legem promulgatam in loco publico Curiæ Principis, ſtatim ſuam habere vim obligandi grauiſsimè contradicere videntur ſacroſancti Concilij Tridentini ſpecialiſsima verba, ſeſſione 24. cap. 1. de reformatione matrimonij

ad

Digitized by Google

ad finem, vbi ordinarijs præcepit ſancta Synodus, vt quam primum poſſent curarent, Decretum illud Populo publicari, ac explicari, in ſingulis ſuarũ Diæceſum Parrochialibus Eccleſijs, idque in primo anno, quam ſæpiſsimè fieret: deindè verò quoties expedire viderint: & decreuit inſuper Cõcilium, vt præfatum Decretum in vnaquaque Parrochia ſuum robur, poſt triginta dies habere inciperet, à die primæ publicationis, in eadem Parrochia factæ numerandos. Ecce lector eruditè text. per difficilem, quo manifeſtè probari videtur, non ſufficere leges Eccleſiaſticas in Curia Principis publicari, ſed vlterius quam plures requiri promulgationes, ſicuti præcepit Concilium in ſingulis Parrochialibus Eccleſijs, & quam ſæpiſsimè, & quoties Epiſcopis expedire viſum fuerit, & quod non obligabunt, niſi poſt triginta dies, â die primæ publicationis, quo argumento nullũ euidẽtius, aut fortius inueniri, aut excogitari poſſe, ipſamet profecto verborum cõtextura Concilij ſatis demonſtrat.

28 Nouiter tamen (vt dici ſolet) illato vulneri nouum par eſt adhibere remedium, ſi cõſideres, tantum abeſſe, vt locus ille nobiſcũ pugnet, quinimò per argumentũ ab ſpeciali noſtrã potius ſentẽtiã, & concluſionẽ cõfirmet, ſi rurſus expẽdas, ratione ſpeciali præceptũ fuiſſe in illo Decreto, vt tot, & tã ſpeciales fierẽt illius deciſionis, ſeu nouæ conſtitutionis, promulgationes, in ſingulis Diæceſibus, & Parrochialibus Eccleſijs, quippè nouũ erat, & percelebre Cõcilij Decretũ circa irritationẽ clãdeſtinorũ, & intimari Populo ſtatim, & ſæpiſsimè neceſſè fuit, non in Regnis, aut Prouintijs dũtaxat, ſed etiã in priuatis, & peculiaribus Parrochijs, vt illicò omnibus innoteſceret, nec quiſpiã in re tãti momẽti vti poſſet ignorationis illi° percelebris Decreti excuſatione, nec tã ſalubria præcepta, quẽquã laterẽr, ſicque præfatę ſpeciales promulgationes, & peculiares cauſæ, ob quas ſancta Synodus vehemẽter optauit, ſic promulgari Decretũ illud, manifeſtè oſtendũt, ſtare regulã in contrariũ, vt ſufficiat cæteras leges, & Principum cõſtitutiones in Curia publicari, etiã ſi reuocatorię fuerint aliarũ legũ, & cõſtitutionũ.

29 Vt hinc intelligat iuuentus, quam inſigni errore lapſi fuerint nõnulli viri docti, qui exiſtimarunt, leges reuocatorias priuilegiorum, ſeu gratiarũ, quales paſsim eduntur â Romanis Pontificibus, ad reſtringẽdum indulgentiarũ exceſſum, ſtatim poſt promulgationem in Curia, ſuam vim nõ obtinere, quo ad omnes, nec ligare ſubditos extra Curiam exiſtentes, quamdiu in ſuis Diœceſibus leges illæ non fuerint promulgatæ. Etenim eorũ opinio, nullo ſanè iuris fundamento fulcitur: imò cum ad tollendam conſequentiam ſufficiat dare inſtantiam, ſunt nonnulli caſus in quib° reuocatoriæ leges, ſtatim poſt promulgationem in Curia, proculdubio ſuam vim habent obligandi, quo ad omnes: exempli gratia, reuocatoriæ ſpectatiuarum, quarum mentio fit in cap. vltim. §. 1. ibi: *quæ editionis tempore*, de conceſsione præbendæ, lib. 6. nec non, & in ſpecie. l. pen. C. de Decurionibus, lib. 10. vbi text. optimus agẽs de lege reuocatoria, quorũdã priuilegiorũ, quæ nihilominus ex die quo promulgata eſt, ſuã vim habuit obligãdi, vt indicãt illius text. verba Imperatoris Anaſtaſij, ibi, *videlicet conſtitutione diuinæ memoriæ Cænonis, ex die quo promulgata eſt ſuas vires obtinente*, &c. & denique ex dicto Tridentini Decreto, qui (vt dicebam) cum ſpecialiter procedat circa irri-

Digitized by Google

irritationē clandestinorū, firmat sine dubio regulā in contrariū in reuocatorijs etiam constitutionibus, qualis fuit illa Cōciliaris constitutio, quę antiqua Decreta reuocauit, & veteres Canones substulit, & futuris temporibus nouam formam, & modum matrimonijs imposuit.

30 Ad illud autem (vt ad solutionem argumētorum reuertamur) quod in priori argumēto attingere cœpimus, circa obligationem baptismi, nō erit difficilè respōdere, Christū Dominū Sūmū Legislatorē suspēdisse obligationē suę legis Euangelicæ, vsque ad passionē, vt patet ex illo verbo, *consummatum est*, ac proinde interim baptismū sub consilio viguisse, nō sub præcepto, secūdum tradita per Soto lib. 2. de iustit. q. 5. art. 4.

31 Argumentū verò de obseruantia legalium, post Christi passionē, tollere tur etiam non cum difficultate, si asseras legalia, tunc temporis obseruata fuisse, non tanquā obligatoria, sed ob ocurrentes circunstantias, temporis, loci, & personæ, vt patet ex auctoritatibus in argumēto citatis, idq; sanè pro illo tēpore licitū fuit, ne cęremoniæ, quæ paulò ante, hoc est ante Christi passionē erant sanctę, subitò in abominationē cōuerterētur, nec nō, & in honorē sepulturæ Synagogæ, ne cū ignominia sepeliretur, ita Soto vbi supra, cū cōmuni Theologorū, post D. Thom. 1. 2. q. 103. art. 4. & anteà tradiderat Magnus Pater Augustinus. d. Epist. 19.

32 Postmodū tamen, Euangelio iam sufficiēter promulgato, nequaquā licita fuit legaliū, hoc est cæremonialiū obseruātia, iuxta resoluta á prædictis Patribus: ad cuius exactiorē cognitionē breuiter prænotabis. Præceptorū veteris testamēti, quædā esse iudicialia, quædā moralia, quędā etiam cæremonialia: iudicialia quidē pertinent ad iustitiā hominibus exhibendam, iusque vnicuique tribuendum: moralia ad dictamen legis naturalis spectant: cæremonialia verò de his agebāt, quæ ad cultū diuinum, ad reuerentiam, honorem, & obsequium Deo exhibendum statuebantur: ex iudicialibus leges veteris testamenti cēsentur, quas obseruare iudicibus ipsis incūbebat, vt proximo rędderetur, quod suū esse constaret, paxq; & cōcordia absque vllius iniuria tutissimè custodiretur: ex moralibus descēdere iudicandū est, quoddā quasi innatū præceptū, vt virtutes ipsas exerceamus, nihilque agamus, aut patiamur fieri ab ipso naturali iure alienū. Deniq; ex cęremonialibus fluxisse censeri debet, quod scribit B. Paulus ad Rom. c. 7. ibi: *itaque lex quidē sancta, & mandatū sanctum, & iustum, & bonū.* Etenim vt sapiēter interpretatur. S. Thom. á cæteris Theologis, passim receptus. 1. 2. q. 99. art. 4. quo in loco dicta præcepta cōmemorauit, prædictis verbis Paulus Apostolus, per mādatū sanctum, intellexit cæremonialia: per iustū iudicialia, & tādem per bonum, moralia: quidquid glos. in c. vlt. 6. dist. & in c. 1. de decimis in 6. citata per Iassonem in l. 1. n. 35. ff. si certum petatur, Felinum in c. translato. de constitutionibus, alia vtatur distinctione, imperfecta sanè, & minimè admittenda, testè Florentin. 1. part. titul. 14. capit. 5. Cardinal. sancti Sixti, vulgo Turrecremata nuncupato, in dict. cap. vltim. & communi Doctorum in d. cap. 1. de decimis in 6. & tradita per D. Thom. dict. quæstio. 99.

33 Leges ergo iudiciales, & cęremoniales, Euangelica lege lata omninò cessauerunt, & ammisserunt vim, & potestatē Prędceptorū, quādoquidē trāslato sacerdocio necesse fuit legis quoque trāslationē fieri, vt idem

B. Pau-

B.Paulus dicebat ab Hebræos cap.7. Quod vſq; adeò verũ eſt,lege, ſcilicet á Chriſto Domino noſtro lata vetere legẽ antiquatã fuiſſe, vt hæreticũ ſit planè,exiſtimare legẽ veterem ſeruandam eſſe, ſimul cum lege noua, ſicuti apparet actuum Apoſtolor. cap.15. ac diligenter explicuit Alphonſus de Caſtro de hæreſibus,dictione *lex*, poſt Auguſtin. in libr. de hæreſibus.Vndè D. Paulus manifeſtiſsimè teſtatus eſt , eijciendam eſſe legem veterem, quæ tanquam ancilla fuit legis Euangelicæ,qui ad Gallatas ſcribens cap.4.allegauit ad propoſitum celebre ſacræ ſcripturæ teſtimonium:*eijce ancillam,& filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ : itaque fratres non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ,qua libertate Chriſtus nos liberauit*,& prius cap.3.eiuſdem Epiſtolæ ad Gallatas,ſic ſcripſit Apoſtolus, *prius autem quã veniret fides ſub lege cuſtodiebamur,cõcluſi in eam fidem,quæ erat reuelanda : itaque lex pedagogus noſter fuit in Chriſto,vt ex fide iuſtificemur : at vbi venit fides iam non ſumus ſub pedagogo*, quibus diſertiſsimis verbis mirificè oſtendit Paulus,omninò poſt Euãgelicam legem ceſſaſſe præcepta iudicialia,& cæremonialia.

34 Quod ſi inquiras cur moralia veteris legis præcepta,adhuc vim habeãt, & perpetuo ſint habitura : reſponde tur ex traditis , & ſapienter explicatis per Dominicum Soto, lib.2.de iuſtitia & iure,quæſt.5.artic.4.concluſ. 2.id non euenire ex auctoritate veteris legis , ſed quia Chriſtus Ieſus Redemptor noſter,ipſamet moralia præcepit in lege Euangelica ob eandem rationem, qua in lege naturali præcepta erant,quare nihil inconuenit, imò neceſſarium eſt,vt obſeruentur. Vtrum autem pariter cæremonialia veteris teſtamenti poſsint lege lata à Principibus Chriſtianis iterum inſtituí,reſoluit D.Thom. prima ſecundæ,quæſt.104. artic.3. & 2.2. quæſt. 87.artic.1. in ſolutione quæſtion. ad quem veluti ad fontem aquæ viuæ, & totius doctrinę,& veritatis exemplar, libentiſsimè lectorem remittimus,cum modo non vacet ea de re diſputare.

35 Denique ad aliud argumentum, quamquam turbato ordine, vt reſpõdeamus,quod formauimus initio huius articuli , & controuerſiæ , ſtatim poſt obiectionẽ promulgationis legis de ſuſcipiendo Baptiſmo, quo dicebamus leges,tũc quidẽ confirmari,quando moribus vtentium comprobantur, & non antea , oportebit diſtinguere inter firmitatem auctoritatis,& firmitatem ſtabilitatis,ſeu permanẽtiæ.Dupliciter enim firmantur leges auctoritatiuè ſcilicet, & permanenter,vt ita loquamur : ſanè firmitate auctoritatis , ſatis firmantur leges per promulgationem,vt dicebam ad priorem concluſionem:firmitate vero permanentię non ita,ſed poſtquã moribus vtẽtium comprobatę ſunt: in quo intellectu ſæpenumerò publicè legendo,interpretatus ſum , text. non ſic vulgo intellectum in d. cap. in iſtis.4.d.ibi: *tamen cum fuerint inſtitutæ,& firmatæ,non licebit iudici de ipſis iudicare,ſed ſecundũ ipſas*, vbi illud verbum,*firmatæ*, accipiendum eſt de firmitate , & ſtabilitate permanentiæ, quando moribus vtentium leges cõprobatæ ſunt.

36 Cuius diuiſionis, ſpecialitatis ratio ellegans quidem eſt, nam cũ lex debeat eſſe poſsibilis,vtilis, & moribus ſubditorum conueniens , capit. erit autem lex.eadem diſt. 4. conſequens eſt,vt ſi à ſubditis non recipiatur,eo ipſo,tanquam iniuſta, vel per ipſum legislatorem , vel per populi

non

Digitized by Google

non vsum abrrogetur, vt communiter tradunt interpretes in d. cap. in istis, & ibi Cardinalis Sancti Sixti, ex quibus solutæ manent difficultates propositæ in principio, & cõtrouersia finitur.

Summaria ad Controuersiam 2.

1 *Si ignorantes legibus non ligarentur frustra daretur eis venia circa pœnas præscriptas per tales leges.*

2 *Obligatio legis omnes illos astringit, in quos præceptum dirigitur, nulla facta distinctione scientium, seu ignorantium.*

3 *Constans est omnium ferè Doctorum sententia, leges, seu Principum constitutiones, ligare etiam ignorantes, quando habent clausulam decreti irritantis: ex quo principio efficax conficitur argumentum ad probandum legibus ligari ignorantes.*

4 *Ob præfatum argumentum grauissimi viri negauerunt leges etiam, cũ clausula decreti irritantis ignorantes ligare, & si contrarium cum communi tenendum sit.*

5 *Assignatur discrimen inter facta contra legem ordinantem, vel præcipientem dumtaxat, & contra legem prohibentem, cum clausula irritanti, vel formam actus respiciente: & regulare est, vt omnia ea quæ fiunt contra legem directè prohibentem ipso iure non valeant, nisi aliud colligatur ex verbis, seu mente Legislatoris, aut alijs coniecturis.*

6 *Mens Principis ipsiusque voluntas regit statuta, constitutiones, & leges, primumque locum tenet, vsque adeò, vt quantumcumque lex simpliciter, & directè aliquid prohibeat, nihilominus valitura sint, quæ in cõtrarium geruntur, vbi ex verbis, mẽte, aut aliũde colligatur, voluisse Legislatorem actum sũbstineri: & clausula decreti irritantis, nihil operatur magis, quam, si non apponeretur, ad cõprehendẽdos ignorantes, si ipsa aliás exnatura legis non comprehẽdantur.*

7 *Adducuntur elegãtissima verba Innocentij in cap. 1. de cõsuet. prob. & quibus perspicuè deducitur leges semel latas, & promulgatas subditos ligare, siue sciverint, siue ignorauerint ipsarum legum tenorem, imò promulgationem, & promulgationem.*

8 *Multa iura apertè constituunt, ignorãtes, quantumcumque probabilem ignorantiam habuerint, adhuc legibus astringi.*

9 *Referuntur qui expressè dixerunt per promulgationem legis in Curia Principis factam, ignorantes, minimè ligari, & illorum additur fundamentum.*

10 *Proponuntur diuersæ acceptiones huius verbi,* ignorantia, *& cuiusque acceptionis adducitur diffinitio: & quod aliquãdo verbum,* ignorantia, *errorem importet, qui dicit iudicium falsum contra veritatem.*

11 *Semota malitia, vel negligentia, ignorantia ex se non importat aliquam culpam peccati, & manifestum est voluntatem, ignorantem habere non posse, & intelliguntur iura in cap. proposuisti. 82. distinct. & in cap. turbatur, in principio. 1. quæst. 4.*

12 *Vbi malitia, vel negligẽtia præcessit saltẽ per accidẽs, & indirectè datur*

Digitized by Google

voluntas in ignorante.

13 *Diſtinguitur inter ignorantiam vanſalem,& concommittantem, & intelligitur textus in cap. excellentiſsimus.11.quæſt. 3.& in l.1.ff. de legibus,vt ram ſponte, quàm ignorantia commiſſa delicta voluntaria ſint,vt hic explicatur.*

14 *Propter precedentem malitiam, vel negligentiam imputatur peccatum, & datur voluntas in ſit ignorante, intelligiturq; text.in cap.1.§.neque obſtaret,de conceſſione præbenda.*

15 *Leges pœnales quo ad ſuas pœnas non obligant ignorantes nõ pœnales verò ſic.*

16 *Opinio quæ habet leges poſt promulgationem ligare ignorantes,intelligenda eſt, quo ad cætera per leges diſpoſita ſecluſis pœnis:altera quæ contendit minimé ligari ignorantes,procedit quo ad pœnas legibus præſcriptas,quo ad quas ignorantes non obligantur.*

17 *Lapſus duorum menſium ad legis obligationem, non requiritur,reiecta ſententia, gloſſæ in c.2.de conſtitut. verbo,* ante prohibitionem.

18 *Decretum irritans in lege adiectum, non ligat ignorantes, quando habet rationem pœnæ: leges autem, ac Principum conſtitutiones,priuilegia conſtituentes,& ſi tale decretum irritans non habeant, ligabunt ignorantes, & habens priuilegium, ne excommunicetur, non ligabitur excommunicatione ſui Epiſcopi ignorantis tale priuilegiũ,& concedẽtis alicui facultate conferendi, Epiſcopo penitus interdicta videtur.*

19 *Leges,conſtitutiones,ſeu mandata Regum, aut Romanorum Pontificum, nullos aſtringunt, niſi poſtquam ad notitiam peruenerint eorundem,aut niſi poſt tempus infra quod ignorare minimé deberent, ſecus in priuilegijs, ſeu conceſſionibus ſpecialibus,in quibus ſufficit, quod ad illorum quibus conceduntur notitiã perueniant.*

CONTROVERSIA 2.

An leges,ſeu conſtitutiones Principum, ſtatim poſt legitimam promulgationem, ligent ignorantes.

1 DVbium hoc valdè cõtrouerſum eſt,neq; ſatis expeditum apud interpretes, ligentur ne ſtatim ignorantes,facta legũ promulgatione legitima: in qua difficultate duas inuenio præcipuas inter ſe pugnantes opiniones,quarũ quælibet fundaméta habet,nõ modo nõ contẽnenda,ſed fortia illa quidẽ, & quæ ſuã partẽ conuincere videntur.Si enim ignorãtes,legibus nõ ligarẽtur,fruſtra daretur eis venia circa pœnas præſcriptas,cum abſolutio vinculũ ſupponat,vulgato. c. ad diſſoluendũ,de deſpõſatione impuberũ,& tamẽ vidimus, multotiẽs multipliciterq; cõſueuiſſe iura ignorantibus

Digitized by Google

bus veniã indulgeret.c. propoſuiſti, ibi, *his ignorãtib⁹*.82.diſt. & alibi ſæpè.

2 Deinde obligatio legis omnes illos aſtringit,in quos præceptum dirigitur.c.vlt.verſ. *quod præcipitur*. 14. q.1.Sed ſic eſt,quod præceptum legis,dirigitur in omnes ſubditos,nulla facta diſtinctione ſcientiũ, ſeu ignorantiũ,vt argutè intẽdit Vlpianus in l.1.ff.de legibus,ibi,*cõmune præceptum* (interpretor ego,id eſt tã ignorantiũ,quàm ſcientiũ)& in c.vlt. ibi, *omnes aſtringit*,de conſtitution.igitur omnes ligantur legitima promulgatione facta,modo eam ſcierint, modo ignorauerint.

3 Prætereâ quia cõſtans eſt, omniũ ferè Doctorũ ſentẽtia,leges,ſeu Principũ cõſtitutiones,ligare etiã ignorãtes, quando habent clauſulã decreti irritãtis,ergo cõcedere tenẽtur abſolutè,&ſimpliciter,abſq; tali clauſula, pariter ignorantes legibus obligari: antecedẽs fuit de mẽte Panormitani in proœmio Clemẽtinar.& plurium, quos retulit Felin.in c.2.de conſtitutionib.limit.4.Nauarr.in man. c. 23. n.43. cõſequentiã probabo,ſimul & clauſulã decreti irritantis nihil afferre,quo magis ligare poſsit lex,eam ignorantes,quàm ligarẽtur, ſi talem clauſulam non haberet : aliàs enim ſequeretur,decretũ irritans ſufficiẽs eſſe ad ampliandã legẽ ad perſonas ſub ea nõ cõprehenſas,putà ignorantes,conſequẽs autẽ falſum eſt, quandoquidẽ ſemper,& vbique talis clauſula acceſſoria eſt,& violaretur regula *acceſſorium*, de regulis iuris in 6. necnon deciſsio text.in Clem.1.ibi, *ad quam non augendam*, de præbendis: fatendum ergo eſt , omninò legem, etiam ſine illa clauſula decreti irritãtis ligare ignorantes.

4 Quod argumentũ,tantũ potuit apud Ioannẽ Crotũ in l.omnes populi.n.123.ff.de iuſtit.& iure,Andream ab Exea in d.c.2.de conſtit.nu.51.& quoſdam alios per Felinum relatos ibidẽ,limit.4.vt receſſerint ab Schola cõmuni,negantes ,leges etiam cũ prædicta clauſula decreti irritãtis ignorantes ligare.Et ſi cõtrarium cum cõmuni ſentẽtia tenẽdum ſit,cũ non minorẽ virtutẽ habeat lex,ad ligandos ignorãtes , quã ſententia.c.1.de re iudicata,&ſentẽtia ipſos ignorantes liget,iuxta tex.in c.1.§.adijcieba tur,de conceſsione præbendæ lib.6.

5 Illud enim diſcrimen aſsignari ſolet,inter facta cõtra legem ordinantem,vel præcipientem dumtaxat, & cõtra legẽ prohibentẽ cum clauſula irritanti,vel formã actus reſpicien te,vbi mens Legislatoris ex coniecturis collecta,talis fuit, vt contra facti, nullitatem voluerit inducere: quod aduerſus legẽ prohibentẽ,cũ clauſula decreti irritantis , quidquid factum fuerit irritum eſt , & innanè. Secus ſi fiat contra legem ordinantẽ , vel præcipientem , valebit mero iure.l.2.& 3.C.de ſententijs,ex breuiloco recitandis , vbi Bald. & Salicetus,Alexand.conſ.24.col.2.lib.4. Iaſ.num.18.in l.non dubium. C. de legibus,& in l.1.num.10. ff.de liberis & poſthum.Dec.num.8.in c.2.de teſtibus , Crotus in l. qui Romæ. §. duo fratres, à num.5. ff.de verborũ, Menchaca de ſucceſsion.creatione, §.4.num.17.verſ.*contrariam*,& regulare eſt,vt omnia ea , quæ fiunt contra legem, ſimpliciter , & directè aliquid prohibentem, ipſo iure non valeant,niſi aliud colligatur ex verbis, ſeu mente Legislatoris,aut alijs coniecturis,quod ſatis expreſſum eſt , in d.l.nõ dubiũ,ibi , *contrahere prohibentem*,& ibi,*prohibuiſſe ſufficiat*,& paſsim in ſequentibus: ſub quo decreto planũ eſt,cõprehendi omnes leges,quę directè aliquid negant , & per verba negatiua cõcipiuntur,annumerãdæ,

Digitized by Google

in his quæ Princeps prohibens fieri nõ vult, iuxta cap. vlt. ibi, *vetat &c.* 3.diſt.glo.in l.legis virtus.7. verſ. *ſed non eſt*.ff.de legibus.

6 Leges verò aliquid ordinãtes, vel prçcipiẽtes,per verba affirmatiua,licet in cõſequentiã prohibeant. l. cũ ita legatũſit. 62.verſ.*quæ enim Titio nubere iubetur,cæteris omnibus nubere prohibetur*.ff. de cõditionib. & demõſtrat. tamen quia directè non prohibẽt, leges prohibẽtes, minimè nũcupãtur, imò ab eis diſtinguũtur. d.l.legis virtus.d.c.vlt.ac ſubindè geſta in cõtrariũ mero iure valent,niſi ex clauſula irritãte,verbis,aut mente, aliud colligatur.Mens enim Principis ipſiusq; voluntas regit ſtatuta, cõſtitutiones, & leges,primumq; locũ tenet, vt de volũtate teſtatoris aiebat Conſultus in l. in conditionibus primum locũ. ff.de conditionib. & demõſtrat. vſq; adeò,vt quantũcũq; lex ſimpliciter, & directè aliquid prohibeat, nihilominus valitura ſint,quæ in contrariũ gerũtur,vbi ex verbis mẽte,aut aliũdè colligatur voluiſſe Regẽ Legislatorẽ actum ſuſtineri. Ex quibus ſi benè perpendantur,planum, & apertũ relinquitur, veriſimũ eſſe aſſumptũ in argumento,ſcilicet leges habẽtes clauſulam decreti irritantis, etiam ignorantes ligare,& cum probaueri mus ẽconuerſò, dictam clauſulam nihil operari magis,quam ſi non apponeretur ad cõprehẽdẽdos ignorãtes,ſi ipſi aliás ex natura legis nõ cõprehenduntur,ex vtraque parte difficultatẽ,& ambiguitatẽ habere videtur argumentũ, & ſi(vt diximus) veriſimum ſit,tantum poſſe decretum irritans legibus adiectum,vt faciat leges ignorantes etiam ligare.

7 Quã doctrinã vlterius probat, atq; confirmat Innocentius. IIII. in d.c. 1.de cõceſſ.Præben.§.adijciebatur, cuius verba referre libuit,quia mirificè exprimunt ignorantes etiam, tã legibus,quâm ſententijs ligari, *Adijciebatur inſuper* (inquit Innocẽtius) *quod cum ſententia ſtatim arctet etiam ignorantem: quoniam ſi contra* Prælatum *aliquem abſentem depoſitionis ſententia proferatur,contractus quos init ignoranter, poſtea vt Prælatus,nullum robur obtinent firmitatis: & in ſupradictis litteris irritum decernimus, & inanè, quidquid ſuper huiuſmodi* Prebenda, *vel Dignitate, contra noſtrum contigerit attentari mandatum:Collatio, quam idem Epiſcopus poſt tale noſtrum decretum (ſiuè illud ignorauerit, ſiuè non) de præfata Præpoſitura per ſe, vel per alium fecerat, non valebat.* Hactenus Innocentius. IIII. ex cuius diſſertiſsimis verbis perſpicuè deducitur, leges ſemel latas, & promulgatas, ſubditos ligare, ſiuè ſcierint, ſiuè ignorauerint ipſarum legum tenorem, imò pronuntiationem & promulgationem.

8 Rurſus eadem pars confirmatur, ex multis iuribus apertè conſtituentibus,ignorantes, quantumcumque probabilem ignorantiam habuerint,adhuc legibus aſtringi, text. in authent. vt factæ nouæ conſtitutiones. §. ſancimus, collatione. 5. ibi, *nec legis ignorantia*, & ibi, *cur enim inculpabimus eos,qui poſitas noſtras ignorauerint conſtitutiones &c.*text. quem ibi ad id notat Bart.in l.penult.ibi,*ex die quo promulgata eſt*.C.de Decurionib', lib.10.c.2.ibi, *quod eos poſt modum*, de cõſtitutionibus,text.per locũ ab ſpeciali in cap. 2.ibi, *probabiliter ignorantes*,eodem titu.lib.6.cap. vlt. ibi, *qui editionis tempore*,de conceſsione Præben.eodem lib.igitur etiam ignorãtes ligantur legibus, ac conſtitutionibus Principum.

9 In cõtrariũ tamẽ eſt cõmunis ſchola,quę partẽ negatiuã prçcedentibus omninò oppoſitã cõſtãter tuetur,gl. enim in c.2.de rebus Eccleſiæ, lib.6.

ad

Digitized by Google

ad verbum, *hactenus*, Abbas in c.1.n. 11.de postulatione Prælatorũ, Soto lib.1.de iustit.q.1.art.4. plures relati á Felino in d.c.2.de constit.n.7. Mẽchaca lib.1.controuers.c.44. Gaetanus.1.2.q.90.art.4. iterum Abbas in d.c.2.nu. 2. cum pluribus relatis per Andream ab Ex ea ibidem,nu.44.ex presse dixerunt per promulgationẽ legis in Curia Principis factam, ignorãtes minimè ligari statim,sed adhuc fore necessariũ temporis spatiũ,quo peruenire potuerit ad subditorũ notitiam,quibus nõ parum suffragatur, c.1.ibi,*sed id solum sufficit*,de postulatione Prælator.cui consonat text. in c.1.vers. *nec obstare*,ibi, *nisi postquam*, de conces.Præben.lib.6. vbi vt lex, seu cõstitutio obliget,requiritur, vt ad notitiam peruenerit subditorum, aut quod tantum tẽpus transierit infra quod ignorare minimè debuissent, tex. optim. in l.vlt.ibi, *aduersus scientes*.ff.de decretis ab ordine faciẽ dis. Et generaliter nos docuit Gregorius in registro relatus in c. 2. de constitut. *rem, quæ culpa caret in damnum vocari non conuenire*,& cõsequenter ignorãtes,nulla lege,vel cõstitutione statim post promulgationẽ ligari posse:nihil enim imputandũ est illi per quẽ nõ stat,quominus aliquid ad q̃ tenebatur faceret, vt per hoc pœnã aliquã legalẽ,seu cõuentionalẽ patiatur,aut afficiatur aliquo damno,seu incommodò,vt deducitur ex c.2.d̃ eo qui mittitur in possessionẽ, l.Titia.35.§.si ea.l.Lucius Titius.90. §.quisquis.ff.de legat.2.l.quibus diebus.40. in prin. ff. de condit. & demonstr. Quinimò tritũ est, omnium sermone prouerbiũ,nõ habẽti culpã, nõ posse pœnã imponi regulariter: igitur cũ ignorãtes statim post legis promulgationẽ, ad quorũ notitiam, nõ peruenit, omninò culpa careant necesse est,vt nõ afficiantur damno, ob quæ vtrinq; pro vna,& altera parte adductã fundamẽta,nõ videtur cõmunis sentẽtia proximè relata sic indistinctè admittẽda, sicuti illã admisserunt proximè laudati Patres.

10 Ad cuius resolutionẽ antequã accedamus,nõnulla morè nostro, non cõtemnẽda prælibabimus, quæ ad faciliorẽ cognitionẽ,nõ parum spectare videntur,& in primis libenter præmittimus verbũ, *ignorantia*,dupliciter accipiendũ esse,& cõsiderandũ: aliquando enim sumitur propriè, & in stricta significatione, aliquãdo in lata significatione accipitur:priori modo importat nescientiã,vel ignorationẽ,nõ quidẽ simpliciter, sed illius rei ad quã sciendã datur potentia in ignorante,& aptitudo requiritur, vt aduertit Syluester,verbo, *ignorantia*, in prin.de qua intelligendũ est,illud Sapiẽtiæ.c.5. *ambulauimus vias difficiles, viã autem Domini ignorauimus*& hãc ignorantiã sic acceptã diffinire poteris,ex mẽte D.Thomæ.1.2.q.76. art. 2.vt sit priuatio scientiæ, quam quis potuit adipisci. Quãdo verò sumitur in lata significatione importat, nescientiã, vel ignorationẽ, quæ dicit negationẽ simplicẽ cuiuscumq; scientiæ,quæ in lapidè & similibus reperitur,in quibus aptitudo sciendi, nequaquam ponitur: de qua ignorãtia intelligẽdum est illud Hieremiæ.c. 5.Ecce *ego adducam super vos gentem de longinquo,cuius linguã ignorabitis*. Sicut etiam verbum ignorantia errorem importat, qui dicit iudicium falsum contra veritatem,vt colligitur ex capit.quamuis. 38. distinctione, tradit in specie glossa in l.detestatio. ff. de testament.& in rubric. ff. de iuris & facti ignorantia,Alphonsus de Castro lib.2.de lege pœnali, cap. 14. in principio.

12 Prænotabis vlteriº semota malitia, vel negligẽtia ignorantiã, ex se non impor-

importare aliquam culpam peccati, iuxta text. ſic intelligendum in cap. propoſuiſti,ibi,*his ignorantibus*.82.diſtinct.textus melior in cap.turbatur, in prin.ibi, *ſed turbatio hec,non eſt peccati coinquinatio*.1.q.4.Cuius rei ratio eſt,quia peccatũ tantummodò in voluntate cõſiſtit,vt probat text. in prin. 15.q.1.& in c.cũ voluntate, in prin. de ſentẽtia excommunicationis,aduertũt Dom.Couarr. in reg. poſſeſſor.2.p.§.7.n.17. & in c.alma mater. 1.p.§.10.n.11.Alphonſus de Caſtro lib.2.de lege pœn.d. c.14. in princ. poſt D.Thom.vbi ſupra, quam quidem voluntatem manifeſtũ eſt,ignorantẽ habere non poſſe, reſpectu rei ignoratę, iuxta reg. text. in l. nihil 117.in fine.ff.de reg.iuris, text.melior in l.qui vas.§.vetare.ff.de furtis, facit lex,non fatetur.ff.de confeſsis, & in ſpecie aduertit Paulus Caſtrenſ.in l.mater,num.2. ff. de inofficioſo teſtamento.

12 Secus tamen, ſi malitia vel negligencia interueniat,tunc enim ignorantia peccatũ importabit:ratio præmanibus eſt, ſi cõlideres,vbi malitia, vel negligentia præceſsit,ſaltem per accidens,& indirectè dari voluntatẽ in ignorante:ac ſubindè Couarr.vbi ſupra.d.n.17. & proximè citati,rectè tradiderunt peccatum importare.

13 Vndè B.Thom:1.2.q.6.artic.8. & quæſt.76.art.1.Caſtro de lege pœn. lib.2.c.14. dixerunt, quod ſi demus ignorantiam nõ cauſalẽ,ſed cõmittãtem delictum,quod etiã data ſcięntia faciendũ erat, proculdubio peccatũ cõtinebit, quandoquidem cũ ignorantia nõ fuiſſet cauſa delicti,nõ deficit voluntariũ in delinquẽte.Sic procedit Nicolai Papæ doctrina relata in c.excellentiſsimus.11.q.3.ibi,*ſi tamen ipſa eorum ignorantia, vel neceſsitas vera,& non ſimulata, vel non ex voluntate proceſſerit &c.*Quo in loco ſermonem inſtituit Nicolaus Papa de voluntario per accidens, & indirectè, quando ignorantiam pręceſſerat malitia, vel negligentia.Ex eodemque principio,atque doctrina interpretãdum erit Papiniani reſpõſum in l.1. ff.de legibus,ibi, *ſponte vel ignorantia contrahuntur*, vt pariter voluerit,volũtaria eſſe delicta, quæ contrahuntur ignorantia,ac quæ cõtrahũtur ſpõte, nõ tamen eodem modo: dum enim vocat delicta ſponte cõtracta,loquitur de directè, & ſimpliciter voluntarijs,dũ verò appellat delicta ignorantia cõtracta,ſermonẽ inſtituit de delictis,etiam volũtarijs,ſed nõ ſimpliciter, ſed per accidẽs,& indirectè, vt quãdo malitia, vel negligentia ignorantiã pręceſſerũt. Sicq; coacta iuris ratione intelligẽdus eſt Papinianus, cũ enim loquutus fuerit de delictorũ punitione,tam ſpõte, quàm ignorantia perpetratorum, ſuppoſuit pro culdubio,vtroq; modo ſcilicet, tam ſponte, quàm ignorantia commiſſa delicta,eſſe voluntaria.

14 Eademq; ratione erit interpretãdus Innocent.IIII.in d.c.1.§. neque obſtaret,de cõceſsione Præben. ibi, *aut niſi poſt tẽpus infra quod ignorare minimè debuiſſent*, vt ſermonẽ fecerit de eo,qui debitã non adhibuit diligentiã,ad ſciendã legẽ,vel malicioſè illã ignorauit,quippè qui dicetur actum poſtea ſubſequutũ velle,delictumq; imputabitur ei,& ſi maximè legẽ ignorauerit,quia licet talis actus ob legis ignorantiã, ſimpliciter,& directè volũtarius nõ ſit,dicendum tamẽ eſt ſaltẽ per accidens, & indirectè dari voluntatẽ in ſic ignorãte,ac ſubindè peccatũ imputari propter præcedentem malitiam,vel negligentiam.

15 Secundò principaliter lectorẽ admonitũ eſſe volumus, diſtinguendũ fore inter leges pœnales, & non pœnales,priores quidẽ quo ad ſuas pœnas

zed by Google

nas nõ obligant ignorãtes, poſteriores, autem ſic, ita in effectu M. Soto, 1. de iuſt. q. 1. art. 4. Alphonſ. de Caſtro lib. 2. de lege pœn. c. 14. n. 4. verſ. *prima, & principalis*, poſt Antonium, & Abbatẽ in d. c. 2. de cõſtit. & antea tradiderat glo. verſ. *ex nunc*, in Clem. ad noſtram, de hæreticis.

16 Et ita conciliandæ ſunt duæ opiniones extremæ, quas initio retulimus, vt prior, quę aiebat leges ſtatim poſt promulgationẽ ligare ignorantes, intelligẽda ſit, quo ad cætera per leges diſpoſita ſeclusis pœnis, poſterior, quæ cõtendebat ignorantes minimè ligari, procedat quo ad pœnas legibus præſcriptas, quo ad quas ignorãtes nõ obligãtur. Sub qua diſtinctione facillimũ erit argumentis pro vna & altera opinione, ſuperius adductis, plenè reſpõdere, ſicq; Doctores proximè citati, cõponũt prędictas ſentẽtias, quæ aliâs ex diametro ſecũ pugnantes, & diſsidentes apparent.

17 Ex qua reſolutione, & notabilibus cõſequitur, nõ eſſe admittẽdam regulã, quã in hac materia conſtituit gloſ. in c. 2. de cõſtit. verbo, *ante prohibitionem*, nempè legẽ quãtumcumq; ſolẽniter promulgatã, non obligare ſubditos ante duos menſes à tẽpore promulgationis. Quæ cõuincitur ex eo, quia vt diximus, omnis lex ſtatim poſt promulgationẽ obligat, niſi cõtrariũ ex verbis, aut mente Legislatoris colligatur: at caſus exceptus regulã firmat in contrarium. l. nã quod liquidè. §. vlt. ff. de pœn. legata: igitur cũ lapſus duorũ mẽſium generaliter ad legis obligationẽ nõ requiratur, ſed aliquãdo ſpeciali ratione, ſecundũ ea, quę tradidimus ad d. §. ſancimus, abſq; dubio regula debet in cõtrariũ præſcribi, quod leges ſolẽniter promulgatę, ſtatim ſubditos obligent, neq; ſint ſpectandi duo mẽſes, â tẽpore promulgationis, quo fundamento propulſarunt prædictã gloſſę ſententiã Abb. per tex. ibi in c. 1. nu. 11. de poſtulatione Prælator. & in d. c. 2. n. 9. Soto lib. 1. de iuſtit. q. 1. art. 4. poſt gloſſam ad verbum, *hactenus*, in c. 2. de rebus Eccleſiæ in 6. & ſequuntur plures relati à Felino in d. c. 2. de conſtit. n. 9. aſſerentes lapſum duorum mẽſium ad legis obligationem non requiri, quidquid contrarium cum præcitata gloſſa defendat Anton. in d. c. 2. de conſtit. n. 19. gloſſa plenior, in data ſexti Decretalium, ad verſ. *anno*, ſimilis gloſſa in c. cum ſingula. ad verb. *peruenerit*, de prębẽd. in 6. quibus vt iam vidiſti, nullatenus applaudet text. quo maximè nituntur in d. auth. vt factæ nouæ cõſtitutiones, verſ. *vt autem*, collat. 5. dũ ad legum validitatem prædictũ duorum menſium terminum exegit: prætermiſſa enim ſolutione Felini vbi ſupra, quam optimè confutauit Philippus Decius in d. c. 2. lect. 1. nu. 16. iam ſæpenumerò reſpondimus, text. illum ſpeciatim agere de legibus editis, circa vltimas voluntates, in quibus ſpecialis viget ratio conſtituendi prædictum terminum, vt ſatis exprimunt Iuſtiniani Imperatoris verba ibidem.

18 Infertur etiã ex dictis decretũ irritans in lege adiectũ non ligare ignorantes, quãdo habet rationẽ pœnæ, vt quia in odium fuit adiectum, Felinus poſt alios, d. limit. 4. in fine. Similiter & leges, ac Principum conſtitutiones priuilegia conſtituentes, & ſi tale decretũ irritans nõ habeãt, ligabunt ignorãtes. Exẽpli gratia, ſi alicui à Sede Apoſtolica cõcederetur, quod excõmunicari nõ poſsit, vt in c. volẽtes, de priuileg. licet id forſam ſuus ignoraſſet Epiſcopus, nõ tamẽ propter hoc eius ligaretur ſentẽtia, ſi quã proferret in eũdẽ. Similiter ſi alicui cõferendi Prębendã aliquam

Digitized by Google

tribuatur à Sede Apoſtolica poteſtas: ex hoc ipſo videtur, quod ſit Epiſcopo conferendi tunc penitus interdicta facultas.

39 Quod ſi quis obijciat de lege, cõſtitutione, ſeu mãdato Regis, aut Põtificis Maximi, quæ nullos aſtringũt, niſi poſtquã ad notitiã peruenerint eorundem, aut niſi poſt tẽpus infra quod ignorare minimè debuiſſent, nõ cũ difficultate reſpõdebimus, ſecus exiſtere in priuilegijs, indulgentijs, ſeu cõceſsionibus ſpecialibus, in quibus ſufficit quod ad illorũ quibus cõceduntur notitiã perueniant, vt patet in adductis exẽplis, in quibus, & ſine clauſula decreti irritantis, & abſq; eo quod ad Epiſcopi, vel alterius Prælati, ſeu iudicis notitiã perueniat talis cõſtitutio citra vllã dubitationẽ, etiã ignorantes obligabit. Vbi illud ad extremũ addere iubat, quod in nõullis Regnis, atq; Prouintijs generaliter ſtatutũ eſt, vt leges non obligẽt actu, niſi poſt tres mẽſes, vel aliud certũ tẽporis ſpatium à die promulgationis, vt habetur in ordinatione Luſitaniæ lib. 1. tit. 1. §. 9. poſt cui' præfiniti termini trãſcurſum, ignorãtes etiã ligabũtur, cũ credibile nõ ſit legem promulgatã poſt tres vel quatuor menſes trãſactos, ad eorum notitiam non peruenijſſe, de quo pũcto alibi plenius Deo dante diſſeremus.

Summaria ad Controuerſiam 3.

1 *Probabilis ignorãtia totalis ignorãtia eſt, & ſemper excuſat, craſſa verò, vel affectata nunquam excuſat.*

2 *Omnes tenentur ſcire regulas quibus viuere debent, quales ſunt leges, ac Regum conſtitutiones.*

3 *Ignorantia facti reperitur circa omne illud, in quo actus in ſe conſiſtit, vel ita importat ignorantiã alicuius actus, quatenus nihil habet commune cum deciſsione iuris: ignorantia verò iuris reperitur in illa re, quæ in legum authoritate, & deciſsione cõſiſtit.*

4 *Ea quæ ſunt facti regulariter incerta ſunt, & varietatem patiuntur, quorum in dubio ignorantia præſumitur ſimplex, & probabilis, in eis verò, quæ in iure conſiſtunt potius præſumitur ſcientia.*

5 *Cõſuetudines facta abſolutè, & ſimpliciter nõ ſunt, ſed re vera quid iuris, & cõſtituunt ius non ſcriptũ, & cũ factis ipſis in varietate, & incertitudine, quodammodo conueniunt.*

6 *Leges in quibus ignorantia reperitur, & quæ ad vitas & actiones dirigẽdas ordinantur, aliæ neceſsariæ ſunt generaliter & abſolutè, aliæ ſunt neceſsariæ reſpectu cuiuſq; particularis*

7 *Differentia inter præfata duo legum genera, vt in legibus neceſsarijs generaliter, quæ in voluminibus iuris reperiuntur, nequaquam ſcientia præſumenda ſit.*

8 *Secus in illis quæ ad ſtatum, vel officium alicuius primati, & ad actum quæ celebratur ritè & rectè peragẽdum conſtituuntur, in quibus attẽto iure ſcientia præſumitur, & intelligitur text. in l. leges ſacratiſsimæ. C. de legibus.*

9 *Legum ad officium vniuscuiusque pertinentium, non præſumitur ſcientia de ſe, ſed ſuppoſitâ mediocri diligentia, quã adhibere tenentur ſubditi perritiores conſulendo, vt perueniant in notitiam ſtatuti, aut conſtitutionis ad ipſorũ officium, ſeu ſtatum ſpectantis.*

10 *Leges priuatum vniuscuiusq; ſtatum reſpi-*

Digitized by Google

reſpicientes, per ſufficientẽ promulgationem notæ fiunt.

11 *Appellatione iuris non tantum naturale, diuinum, & commune, verum etiam ſtatuta quæcumque comprehenduntur, & aliquando ſub nomine iuris in materia ignorãtiæ conſuetudines legitimas intelligimus, & nõ ſolum apud alias Nationes, ſed apud Hiſpanos etiam, appellatione iuris ſimpliciter facta ſolummodò continetur ius ciuile.*

12 *Diſtinguendum eſt in materia ignorãtiæ, inter eas pœnas quæ tendunt ad vindictam culpæ, & inter illas quæ nõ ad culpæ vindictã, ſed potius in fauorem ſingulorum, vel aliás in commune bonum ordinantur.*

13 *Licet ignorantia probabilis excuſet á pœna vera, & formali, non tamẽ excuſat á pœna impropria, & materiali, & an iuſta legis ignorantia excuſet à nullitate actus remiſsiuè.*

14 *Ignorantes legem ignorantia probabili, immunes ſunt ab omni culpa, & liberi ab omni pœna.*

15 *Decretum irritans ipſis legibus adiectum, non apponitur in vindictã culpæ tranſgredientium, tanquam vera & formalis pœna, ſed vel in fauorem ſingulorum, vel in communem vtilitatem, & ignorantia probabilis, non excuſat á pœna impropria & materiali.*

16 *Adhuc iniuſtum videtur quod ſine culpa, id eſt cum probabili legum ignorantia, prædictæ pœnæ impropriæ & materiales incurrantur.*

17 *Non valet hæc conſequentia, probabilis ignorantia iuris non nocet ad damnum, ergo excuſat à damno, & detegitur fallatia talis conſequentiæ.*

18 *Cauendum eſt in hac materia ignorãtia á Doctoribus, & Schola communi incautè & promiſcuè vtentibus. verbo,* excuſare, *pro verbo,* non nocere, *& reſpondetur ad argumentum in forma.*

19 *Ignorantia legis quantumuis iuſta, & probabilis, non excuſat à nullitate actus, ſi nullitas inducta ſit non in perſonæ, ſed potius in eiuſdem actus odium.*

20 *Quando actus improbatur á lege, non tanquam per ſe nocuus Reipublicæ, ſed potius ad vindictã culpæ, iuſta legis ignorantia excuſat à nullitate actus.*

21 *Intelligitur text. in c. ſi religioſus ad finem, de electione lib. 6. & in l. Senatus. 52. ff. de contrahenda emptione.*

22 *Ignorantia probabilis ſaltem probari debet proprio iuramento, & valdè controuerſum eſt, inter interpretes vtrũ ſemper ſufficiat probatio per iuramentum.*

23 *Quando tractatur de ignorantia probanda, contra quem ſcientia præſumitur, non dato magno præiudicio, ſufficit iuramentum.*

24 *Omninò neceſſariũ eſt aliquando admitti probationem ignorantiæ, quæ regulariter fieri non poteſt, niſi per iuramentum.*

25 *Ad tollendam præſumptionem ſcientiæ, inductam per lapſum temporis, poſt promulgationem, requiritur plena probatio, circa aliquam inſtam cauſam ignorantiæ, ſi autem non ſit lapſum congruum tempus ſufficit iuramentum.*

26 *Dari poteſt vera & legitima cauſa, ob quam lex poſt congruum tempus, poſt promulgationem, adhuc licitè poſsit ignorari.*

27 *Satis eſt ad pœnã legis quæcumq; illa ſit, quod actus alioqui iure diuino, vel humano, quod quis ſcire teneretur prohibitus ſit, neq; erit neceſsarium, quod ipſe delinquens, aut agẽs cõtra legem ſciat hanc, vel illam pœnam pro eo actu conſtitutam eſſe.*

Digitized by Google

28 *Committens actũ lege municipali prohibitum, inſcius tamen pœnæ, nihilominus tenebitur pœnæ ſtatuti, ſeu legis municipalis, cuius ignorantia difficilius excuſat, aut præſumitur, quam iuris communis contra Dñm Couarruuiam, & in eodem intellectu capiũtur locus Serui Sulpicij, & vulgaris regula ignorantia.*

29 *Ex concluſionibus, & notabilibus, ac præmiſſis ſupra poſitis, facilimo negotio dilui poſſũt argumẽta cõtraria.*

CONTROVERSIA 3.

Vtrum probabilis ignorantia in totũ à pœna legis excuſet, an verò alliqualiter puniẽdi ſint, facientes contra legem, ex ignorantia tamen probabili.

1 VM probabilis ignorãtia præferat excuſationẽ ab omni culpa, neceſſè quoq; videtur debere excuſare in totum á pœna, ſecũdũ illud Deuteron. 25. *iuxta menſuram delicti &c.* relatum in cap. non afferamus. 24.q.1. probat tex. in c. propoſuiſti, ibi, *his ignorantibus.* 82. diſt. & in l. vlt. ff. de decretis ab otdine faciẽdis, & ratione cõuincitur ex diſcrimine, in præcedẽti controuerſia ſignato, inter ignorãtiã probabilẽ, quã dicunt ſemper excuſare, & craſſam, vel affectatã, quę nunquã excuſat: eo quod in illa nulla, in hac verò culpa & malitia præſumitur: quo fit, vt videatur dicendũ, probabilẽ ignorantiã in totũ â pœna legis excuſare, quãdoquidẽ ignorãtes prõ modo ſuę ignorãtiæ, â pœnis legũ excuſari debẽt, at probabilis ignorãtia totalis ignorantia eſt, totaliterque culpa caret, ergo totaliter debet excuſare â pœna.

2 Sed refragatur regula ignorãtia, in 6. vbi ignorantia facti, nõ iuris excuſat, qua regula attenta, ex iuris præſumptione, omnis legum ignorantia craſſa reputatur, & non probabilis, quippè, cũ leges per ſufficientẽ promulgationẽ fiant notę in cõmuni, authen. vt factę nouę conſtitutiones. §. ſancim⁹, collat. 5. & vti tales nequeãt abſq; negligẽtiæ culpa â ſingulis ignorari. l. ſed & ſi pupillus. §. de quo palã. ff. de inſtit. actio. intẽdit B. Tho. 1.2.q.90.ar.4.ad 1. eo maximè q eodẽ B. Thoma teſte, 1.2.q.76.art.2. tenẽtur omnes ſcire regulas quibus viuere debẽt, quales ſũt leges, ac Regũ cõſtitutiones. c. regula. 3. diſt. l. leges ſacratiſimę. C. de legib. l. cõſtitutiones. C. đ iuris & facti ignorãtia, cõſequẽs eſt, quantumcũq; probabilẽ ignorantiã legum, aut ſtatutorum, ſubditos minimè excuſare â pœna.

3 Pro cuius difficultatis cognitione præmittendũ eſt, ignorantiã reſpectu rei ignoratę in duplici eſſe differentia, alia namque eſt ignorantia facti, alia verò iuris ignorantia appellatur: prior reperitur circa omne illud in quo actus in ſe conſiſtit, vel ita importat ignorantiam alicuius actus, quatenus nihil habet cõmune cum deci-

deciſsione iuris: Poſterior verò cernitur in illa re, quæ in legum authoritate, & deciſsione conſiſtit, & ſic dicit ignorantiam illorum quæ lex decidit, ſic docuit I.C. in l.1.ff. de iuris & facti ignorantia, & meminere huius diuiſionis Pontif. Maxim. in cap. turbatur. §. notandum. 1. q. 4. necnõ, & ipſimet Iuriſconſulti, in toto titulo. ff. de iuris & facti ignorantia.

4 Illa autem differentia eſt, inter vtramque ſpeciem ignorantiæ, quod in dubio, ignorantia facti probabilis, & ſimplex præſumitur, minimè verò ignorantia iuris, niſi fortè in vtraque ex circunſtantijs negotij, & perſonarum aliud colligatur, ex l. verius. ff. de probationibus, reg. præſumitur, lib. 6. Quod ſi rationem requiras, aduerte, ea quæ ſunt facti regulariter incerta eſſe, & varietatem pati, ita vt multoties adhibita diligentia ſciri nequeãt. l. 2. ff. de iuris & facti ignorantia, quo fit, vt cum tali diligentia ſciri non poſsint, in dubio ignorantia præſumatur ſimplex, & probabilis, ſecus in eis, quæ in iure cõſiſtũt, in quibus potius præſumitur ſcientia, ex d.l. leges ſacratiſsimæ. d.l. conſtitutiones, vbi Dominus Anton. de Padilla. C. de iuris & facti ignorãtia.

5 Verum obſtat & nõ leuiter, quod particulares deciſsiones, & authoritates legum, in conſuetudinibus ſpecialibus valdè conſiderantur. §. ex non ſcripto, Inſtit. de iure naturali. c. conſuetudo. 1. diſt. & facti dicuntur in cap. 2. de conſtit. in 6. eaq; de cauſa à Pontifice ibi dicuntur ignorari. Reſpondetur tamen conſuetudines nihilominus re vera, quid facti non eſſe, abſolutè & ſimpliciter, prout factum diſtinguitur contra ius, ſed in ea tantum conſideratione, quod ius contentum in ſtatutis, vel conſuetudinibus variabile eſt, quatenus non ſcriptum, ac conſequenter, tanquam tale, minus notum, quam ſit ius commune, quod quidem certum eſt, & notum, iuxta l. 2. ff. de iuris & facti ignorantia: ac proinde, quemadmodũ illa quæ in facto cõſiſtunt, minus nota dicuntur incertaque ſunt, ita quoque conſuetudines in hoc ſenſu dicuntur in facto conſiſtere, in eum finem, & ad effectum dumtaxat, vt tãquam ita incerta & minus nota à Põtifice probabiliter ignorẽtur: nullatenus tamen ex eo, quod conſuetudines, facta, abſolutè & ſimpliciter poſſint appellari, quæ re vera quid iuris ſunt, & conſtituunt ius non ſcriptũ, ſed quia cum factis ipſis in varietate, & incertitudine quodammodo conueniunt.

6 Secundò præmittimus, leges in quibus ignorantia reperitur, & quæ ad vitas, & actiones dirigendas ordinantur diuerſimodam neceſsitatem continere, vt enim voluit Alphonſus de Caſtro lib. 2. de lege pœnali, cap. 14. fol. mihi. 290. aliæ neceſſariæ ſunt generaliter, & abſolutè: veluti, quę paſsim in legum voluminibus reperiuntur, quæ quidem regulariter in bonum ſubditorum ordinantur: aliæ verò neceſſariæ ſunt reſpectu cuiusque particularis, quæ ad ſtatum, vel officium alicuius priuati, & ad actum qui celebratur ritè & rectè peragendum conſtituuntur.

7 Inter quas legum ſpecies in prõptu profectò eſt diſcriminis ratio: etenim illas, quæ generaliter & abſolutè neceſſariæ ſunt, nullus vir exiſtet etiam doctiſsimus, qui ſciat, vel ſcire potuerit: quis enim erit, qui vniuerſam legum multitudinem percipere poſsit, atque ideò in illis nequaquã ſcientia præſumenda eſt, vt voluerunt Dom. Couarr. in reg. poſſeſſor. 2. par. §. 7. Arias Pinelus in l. 2. C. de reſcindenda. 1. part. cap. 2. num. 31. Alphonſus de Caſtro lib. 2. de lege

pœn.

pœn.c.14.Syluester,verbo, *ignorantia*,num.7.poſt D.Thom.1.2.q.76. art.2.

8 Secus verò in alijs conſtitutionibus ſpecialibus, quæ(vt diximus)ad ſtatum,vel officium alicuius particularis conſtituuntur,in quibus attento iure ſcientia præſumitur, ex Bartoli traditione in l. ſed & ſi. §. ſcire, num. 3. ff. de petitione hęreditatis, Alphonſi de Caſtro vbi ſupra, & aliorum, quos nuper citauimus,tradunt communiter interpretes in d.l. conſtitutiones. C.de iuris & facti ignorantia,& probat text. ſic intelligẽdus in d. l. leges ſacratiſsimæ. C. de legibus,ibi, *Leges ſacratiſsimæ quæ conſtringunt hominum vitas,intelligi ab omnibus debent, vt vniuerſi præſcripto earum manifeſtius cognito, vel inhibita declinẽt, vel permiſſa ſectentur*, qui text.ita accipiendus eſt, vt loquatur de legibus edictis,aut conſtitutionibus Principum, quæ neceſſariæ ſunt reſpectu cuiusque particularis ad actus qui celebrantur ritè & rectè peragendos.

9 Et ſi inquiras, quã ob cauſam harum poſteriorum conſtitutionũ attẽto iure præſumatur ſcientia? intrepidè reſpondebo,non præſumi ſcientiam de ſe,ſed ſuppoſita mediocri diligentia,quam adhibere tenẽtur ſubditi,peritiores conſulendo,vt perueniant in notitiam ſtatuti, aut conſtitutionis,ad ipſorum officium,ſeu ſtatum ſpectantis, iuxta modum cuius meminit Frater Alphonſus de Caſtro loco citato,fol.mihi.292. quo caſu dubium non eſt,quin probabiliter ſubditi ſcire poſsint,& debeant,ipſas leges,iuxtà text.in l.ſi habeam.C.de ingen.& in l.in bonorum. ff. de bonorum poſſeſsion. in quibus terminis manifeſtum etiam eſt,ignorantiã regulariter probabilem nõ eſſe, imò latam culpam includere,& continere,cum verſetur circa illa, quæ alij communiter,vel ſciũt,vel ſcire poſſunt,vt in ſpecie ſapienter adnotauit gloſſa,verbo, *non iuris*,in l. liberos.§. 1.ff.de his qui notantur infamia, docuit communis,vt teſtatur Padilla in d.l.conſtitutiones,num. 13. & iubat doctrina B.Thomę. 1.2. q.7. artic.2. probatq; text.in l.latę.223.ff. de verbor.ſignificat.

10 Etenim leges huiuſmodi, priuatũ vniuscuiusque ſtatũ reſpicientes,per ſufficientem promulgationem notæ fiunt,& cõſequẽter tenebitur vnuſquiſq; illa ſine quibus opus ad quod obligatur fieri nõ poteſt, ſcire & obſeruare, ſecundum tradita per Sylueſtrum,verbo, *ignorantia*, nu.6.quo fit,vt cum homines abſque negligẽtiæ culpa, tales leges ignorare minimè poſsimus, rectè iura præſumant, nos habuiſſe, & habere notitiam, & ſcientiam earundem.

11 Perſpicuum autem eſſe debet, & quaſi ſuppoſitũ in hac materia,quod quemadmodum facti appellatione intelligimus quemcumque actum, ſiuè ab homine,ſiuè à natura proueniat, ſic quoque appellatione iuris, non tantum naturale, diuinum,& cõmune,verum etiam ſtatuta quęcumque comprehendantur, teſte Andr. Tiraq.Lemort.in præfatione,n.5.declaratione.7.Quinimò aliquãdo ſub nomine iuris in hac materia cõſuetudines legitimas intelligim', á quibus ius conſuetudinarium appellatur,ex traditis per DD.in rubr. de conſuetudine,per Abbatem, & communẽ, per text.ibi,in cap.cum veniſſent,de eo qui mittitur in poſſeſsionẽ, quãuis non ſolum apud alias nationes, ſed apud Hiſpanos etiam, & vbique gentiũ appellatione iuris ſimpliciter facta,ſolũmodò cõtineatur ius ciuile Romanorũ,teſte Iuſtiniano Imperatore, in §.ſed ius quidẽ, Inſtit. de iure naturali gentium & ciuili.

Denique

Digitized by Google

12 Deniq; tertio loco proximius accedendo ad decisionẽ præsentis cõtrouersię, non inutiliter distinguendum erit, cum glo. in Clem. nolẽtes, de hæretic. verbo, *ex nunc*, inter eas pœnas veras, & formales, quales sunt illæ, quæ tendunt ad vindictam culpæ, iuxta tradita per Alphonsum de Castro lib. 1. de lege pœnali. c. 3. vbi facientes contra leges obligati sunt ad culpam: & inter illas pœnas, quæ impropriè sunt, & materialiter tales, quę scilicet non ad culpæ vindictam, sed potius in fauorem singulorum, vel aliás in commune bonum ordinantur, exempli gratia in his cõstitutionibus, in quibus adiectum est decretum irritans, vt contra facta non valeant.

13 Etenim ignorãtia probabilis, licet excuset à pœna vera, & formali, quæ tendit ad vindictã culpæ, non tamen excusat à pœna impropria, & materiali, quæ nõ ad vindictam culpę, sed potius in fauorem singulorũ, vel in bonum cõmune ordinata fuit, sicuti in effectu rectè docuit prędicta glossa, quo prætextu non immeritò dubitare solent interpretes nostri in c. 2. de constit. an iusta legis ignorantia excuset à nullitate actus, de quo nos etiam ad calcem huius controuersiæ dicemus nonnulla.

14 Prius tamen necesse erit, vt quatuor cõclusionibus in mediũ adductis, totá hãc disputationem absolua mus. Prima conclusio est, probabilis ignorãtia in totũ à pœna legis excusat, quippè ignorãtes legẽ ignorãtia probabili, immunes sunt ab omni culpa, & cõsequẽter mirũ nõ est, imò necessariũ, vt immunes etiã sint, & liberi ab omni pœna, cum correlatiua sint, pœna, & culpa, inuicemque sibi correspondeant, vt superius explicatum est, & de se constat.

15 Secunda cõclusio, quáuis ignorãtia probabilis, iuxta dictã conclusionẽ excusęt à pœna vera & formali, qualis est illa, quæ tendit ad vindictã culpæ, in quo sensu præcedens assertio accipienda est, non tamẽ excusat à pœna impropria & materiali, quæ nõ ad culpæ vindictam, sed potius in fauorẽ singulorũ, vel in bonũ cõmune ordinatur. Probatur, & explicatur cõclusio, vltra ea, quæ nuper tetigimus in vltimo notabili: ex eo, quia cũ ignorantes nõ alia de causa à pœna legis excusentur, quam propter defectũ culpæ, secundum priorem assertionem: & text. expressum in c. 2. de constitutionibus, rectè fit, vt à pœna quæ culpæ non respondet ignorantia non excusęt: planè regulariter decretum irritans ipsis legibus adiectum, non apponitur in vindictam culpæ transgredientium, tanquam vera, & formalis pœna, sed vel in fauorem singulorum, vel in communem Reipublicæ vtilitatem, quod decretum, si pœnæ nomen merebitur impropriè erit, & materialiter, non formaliter, & proprię, procedit ergo consequentia.

16 Sed obijciet non in subtiliter quispiam, procedere non posse conclusionem, ex eo quod quantumuis pœnæ, quæ non tendunt ad vindictam culpæ impropriè, & materialiter tales sint, & comparatæ cum vera pœna, & formali, nec pœnæ nomen mereantur, nihilominus, vt consideratunt Soto, & Alphonsus de Castro vbi supra, & probat text. in dict. capit. turbatur, versic. *item*, & in l. error. ff. de iuris, & facti ignorantia, negari non potest, quod damnum, seu detrimentũ nobis afferant talia decreta irritãtia, seu pœnæ, quãtumcũq; improprię, & materiales, ac perconsequens iniustũ videri, quod sine culpa, id est cum probabili legũ ignorantia incurrantur.

Cui

17 Cui reſpondebis,non valere hanc conſequentiam, probabilis ignoran tia iuris non nocet ad damnum ex prima concluſione, ergo excuſat à damno, nec fore difficilè detegere fallatiã talis conſequentiæ: etenim ad hoc,vt non noceat talis ignoran-tia, ſatis eſt quod ipſemet ignorans, nullum detrimentum ab ignorantia patiatur: hoc eſt quod nihil minus habeat, quam habiturus eſſet,ſciens ipſam legem,neque illam infringẽs. Contra verò ad hoc, vt ignorantia excuſet tranſgredientem, requiri-tur,quod ipſe ignorans ex ſua igno-rantia,veniam facti conſequatur, & ſic non ſufficit euitare illud dam-num,ſed neceſſarium eſt, quod lu-crum aliquod adquirat, ſcilicet re-miſsionem culpæ, quam ſciens,non eſſet habiturus: aſſerimus igitur ig-norantiam iuris,ſi aliàs ſit probabilis nemini nocere ad damnum,iuxta le ges ſic interpretandas in d.l.error,& in d.l.iuris ignorantia, non tamen ſequitur (vt minus benè contende-bat obiectio)talem ignorantiam ex-cuſare á damno, quod aliquando ha bet rationem pœnæ.

18 Vndè cauendum erit à DD. & cõ-muni Schola,incautè, & promiſcuè in hac materia vrentibus,verbo,*excu ſare*,pro verbo,*non nocere*, vt per Tira quel.& alios ab eo citatos, tit. 1. re-tractuum.§.35.gloſſa.9.num.29.quę duo verba quam diuerſa ſint,diſpa-remq; habeant ſenſum, quiuis, vel mediocritér eruditus ex dictis non cum difficultate percipiet. Et ad ar-gumentum in forma reſpondemus, dictas pœnas improprias, & mate-riales, ex quo ignorantes â damno non excuſant, minimè inferri illas detrimentum aliquod tranſgredien tibus afferre,& ſic verè & propriè,& formaliter loquendo pœnas non eſ-ſe,nec culpã præſupponere, ideòq; probabilem ignorantiam ab eis non excuſare,vt dixi.

19 Tertia concluſio,quæ ex ſuperio re deſcendit:legis ignorantia,quan-tumuis iuſta,& probabilis,non excu ſat â nullitate actus,ſi nullitas induc-ta ſit non in perſonæ, ſed potius in eiuſdem actus odium,nempè ſi actus tanquam Reipublicę nociuus impro betur,quod quidẽ regulare eſt in le-gibus,ac Principum cõſtitutionibus, vulgata.l.nõ dubium. C. de legibus. Ratio eſt, quam ſuperius tetigimus: etenim cum nullitas nõ reſpondeat culpæ,nõ habet rationem pœnæ,at-que ſubindè quidquid ignorantia iu ſta ſit; & probabilis,ab illa nullitate, non excuſabit,in quo ſenſu accipien da eſt,gloſſæ ſentẽtia in d.Clem.no-lentes,& Doctorum aſſerentium,iu-ſtam legis ignorantiam,non excuſa-re â nullitate actus.

20 Quarta concluſio,quę non minus ex præcedentibus dimanat: iuſta le-gis ignorãtia excuſat â nullitate ac-tus,ſi nullitas inducta ſit in odiũ per-ſonæ,vt quia improbatur actus â le-ge,non tanquã perſe nociuus Reipu blicæ, ſed potius ad vindictam cul-pæ. Probatur apertè præſens aſſer-tio,ſi expendas,in eius ſpecie, nulli-tatem inductam in odium perſonæ, habere rationem pœnæ, in quibus terminis,neceſſe eſt,probabiliter ig-norantes qui culpa carent, immunes etiã futuros ab omni pœna. Qua ra-tione rectè dixerunt Felinus in c.2. limit.4. ad fin. de conſtitut. & antea Ioann.Andr. in cap. hi qui, de præ-bend.in 6.decretum irritans adiectũ in odium perſonæ,ignorantes nõ li-gare.Ex eodemque principio ad cõ cordiam reduci debent interpretes noſtri,qui modo aiunt nullitatẽ ac-tus eſſe pœnam,modo negãt, quid-quid aliter eos conciliauerit Philip. Decius vbi ſupra,lectione.2.

Dedu-

Digitized by Google

21 Deducitur etiam ex dictis elegans declaratio ad iura, quæ aduersus cõclusionem hanc, non parum vrgere videbantur in cap. si religiosus, ad fin. de elect. lib. 6. ibi, *consensus sic præstitus non teneat, & in pœnam præsumptionis illius, electio eadem, ipsofacto viribus vacuetur omninò*, & in l. Senatus 52. ibi, *in eum verò, qui vẽdidisset, vt irrita fieret venditio.* ff. de contrahenda emptione, per quæ iura Nostri communiter arbitrãtur, nullitatem actus habere rationem pœnæ, vt per Felinum in capit. 2. num. 9. de testibus, & in d. capit. 2. de constitut. num. 3. Boerium decisione. 2. num. 26. vt intelligantur in nullitate actus inducta ad vindictam culpæ, quo casu habet rationem pœnæ, nec reprobatur actus à lege, tanquam per se nociuus Reipublicæ, quando prædicta iura nullitatem actus pœnã appellarunt: non verò sermonẽ instituant de nullitate actus inducta in cõmunẽ Reipublicę vtilitatẽ, seu bonũ priuatorũ.

22 Necnon ex præfata resolutione rursus infertur, quod si aliquis prætextu dictę ignorantię probabilis, velit excusari á pœna legis, probare saltem debeat proprio iuramento eam ignorantiam, vt docet glossa in reg. præsumitur lib. 6. & in c. proposuisti, ad verb. *non probatur*. 82. dist. Illud autem valdè controuersum est inter interpretes, vtrum semper sufficiat probatio per iuramentum, de quo disputarunt Felin. in cap. 2. de constit. nu. 19. Abb. ibidem num. 9.

23 Et frequenter sic solet in proposito distingui, vt quãdo tractatur de ignorantia probanda, cõtra quẽ sciẽtia præsumitur. nõ dato magno præiudicio, sufficiat iuramẽtum, probat c. si verò, *el segundo*, de sent. excommunicat. & cap. vlt. qui matrimonium accusare possunt, & cap. proposuisti, iã citatum, distinctione. 82.

24 Rationeque probatur, si expendas, omninò necessarium esse, aliquã do admitti probationem ignorãtiæ, quæ regulariter fieri non potest, nisi pẽr iuramentum, eo quod de animo testificatur, tradit glo. in §. aliæ, Instituta, de action. & in cap. significasti, *el primero*, de homicidio: quo fit, vt ad probandam ignorantiam coacta iuris ratione admittendum sit iuramentum, ita voluit glo. 1. vbi Abb. Felin. num. 5. in cap. quosdam, de prę sumption. resoluit Abb. num. 6. vbi Decius in 1. lectur. num. 18. & in 2. lectur. à num. 8. in d. cap. 2. de constit. post glossam in cap. eos, de temporib. ordination. lib. 6. & glossam in reg. præsumitur, de reg. iur. in 6. & verb. *proprium*, in capit. statutum, de rescriptis, eodem lib. & verbo, *per securitatem*, in cap. inlectum 34. q. 2. tradit Castro lib. 2. de lege pœn. c. 14. folio. 304. vbi dixit, maximè hoc procedere, si detur verosimilis coniectura, quæ possit vtrumq; iuramentum adiuuare.

25 Verum enim verò certior, & securior in hac parte resolutio mihi semper visa est, quæ opportunè distinguit, sit ne lapsum tẽpus cõgruũ post promulgationem, necne, vt priori casu scientia legis præsumatur, ad tollendamque hanc præsumptionem requiratur plena probatio circa aliquam iustam causam ignorantiæ, contra verò in posteriori nõ ita, sed sufficiat iuramentum, vt intendũt glo. in d. reg. præsumitur, & in d. cap. proposuisti, ad verb. *non probatur*, Cosmas in pragmatica tit. de concubinis, ad verb. *duos menses constituant*, propter Imperatoriã decisionẽ in d. authen. vt factæ nouæ constitutiones. quẽ tex. iam diximus in casu speciali loqui, non ad inducendã scientiæ præsumptionem, sed ad differendam obligationem.

Sed

Digitized by Google

26 Sed inquires vlterius & profectò non absre dari ne poſsit aliqua iuſta cauſa, ob quam lex poſt cõgruum tempus adhuc licitè poſsit ignorari? Reſpõdeo dari quidem poſſe talem veram & legitimã cauſam, quando ſcilicet ius obſcurũ eſſet, & adhibita ſufficiens diligentia fuiſſet in cõſulẽdis peritioribus, ex Antonio per tex. ibi in c. cũ dilectus, de cõſuetudine, reſoluit Dom. Couarr. in cap. alma mater. 1. p. §. 10. num. 9. Tiraq. de pœnis temperan. cauſa 11. num. 9. poſt Felinum in cap. de quarta, num. 29. de preſcript.

27 Nec quiſquam erit tam ab omni doctrina, & eruditione alienus, qui nos hucuſque de ignorantibus promulgationem legum, fuiſſe loquutos, non intellexerit, nec verba feciſſe de ignorantia circa pœnas legibus ſtatutas pro criminibus, quorum authores, etiam inſcios, & ignaros pœnarum legum, aut ſtatutorũ eiſdem pœnis puniendos eſſe, manifeſtius quidem eſt, quam quod â quoquam negari valeat: etenim qui adulterium inceſtum, aut furtum cõmiſſerit, ſciens ſe id ſcelus agere, inſcius tamen probabili ignorantia pœnæ ſtatutæ: (quia ruſticus aut fœmina,) proculdubiò pœnam integram, nihilominus ſuſtinebit, quantumcũque, non teneatur legis pœnalis ſciẽtiam habere, neque ad talis criminis commiſsionem peritiores conſulere: ſatis enim eſt ad pœnam legis, quæcumque illa ſit, quod actus alioqui iũre diuino, vel humano, quod quis ſcire tenetur (loquimur enim de ſciente legem pœnam tamen ignorante) prohibitus ſit: neque erit neceſſarium quod ipſe delinquens, aut agens contra legem, ſciat hanc, vel illam pœnam pro eo actu conſtitutam eſſe.

28 Idemque eſt, ſi quis cõmiſſerit actum aliquem ſola lege municipali prohibitum, ſciens tali lege municipali vetitum eſſe, inſcius tamen pœnæ aduerſus tranſgredientes ſtatutę: adhuc enim puniendus erit pœna ſtatuti, ſeu legis municipalis, vt hæc & alia quam plurima ad propoſitum eruditè ſubtiliter, & eleganter morè ſuo adduxit Domin. Couarr. loco ſuperius nuper citato. Cuius dictum quatenus aſſeruit, *facilius excuſare, aut præſumi ignorantiam iuris municipalis, quam iuris communis & generalis*, aut ego non ſatis percipio, aut ſummè difficilè ne dicam falſum mihi videtur, quandoquidem facilius quis ignorare poterit ius commune ad Pandectas aliaque volumina redactum, quam ius municipale, & proprium, quod præmanibus quotidiè, (& ſi ruſticus & fœmina,) vel habet, vel habere debet. De quo municipali iure intelligerem ipſe celebre illud Serui Sulpicij veriloquium dicentis, *turpe eſſe Patricio, & nobili viro ius in quo verſatur ignorare*, id eſt ſtatuta municipalia, ordinationes, aut conſtitutiones, ad proprium eius officium, & munus rectè gerendum, & adminiſtrandum ſpectantes: & accipere etiam ſoleo vulgarem regulam *ignorantia*, quæ docet ignorantiam iuris minimè excuſare, vt ſermonem inſtituat de iure municipali, peculiari, & ſtatutario, in quo homines frequenter circa propria ſua munera, & officia, propriamque vniuscuiuſque profeſsionem verſari ſolent, & debent: aliàs enim quis non excuſabitur probabili ignorantia infinitæ propè multitudinis legum, iuris communis, vtriuſque, Pontificij, & Cæſarei, necnon Regij, negari profectò non poſſe videtur, quin difficilius ignorantes excuſemur, ob ignorantiam iuris municipalis, quam

iuris

Digitized by Google

iuris cõmunis,& generalis quidquid non ita cautè contrarium voluerit, D.Couarr.vbi ſupra.

29 Argumenta verò pro vna,& altera parte in limine præſentis controuerſiæ propoſita, qui ea quæ dicta ſunt penitus perceperit,facillimo negocio diſſoluet perſiſtens in his quatuor concluſionibus ſigillatim à nobis propoſitis, & explicatis, & in notabilibus,& præmiſsis ante reſolutionẽ iactis: ideoque opus non erit rurſus præfata argumenta manibus euoluere,vt tranſeamus ad aliam nõ minus difficilem, & vtilem controuerſiam.

Summaria ad Controuerſiam 4.

1 *IGnorãtia proprij facti craſſa eſt, & in totum à pœna nõ excuſat,niſi in aliquibus caſibus.*

2 *Pœna iure optimo culpæ cõmenſuratio, appellatur,& ignorãtia volantatem tollit, & non videtur adduci poſſe in quæſtionem, an excuſet ignorantia facti probabilis.*

3 *Fortiter obijcitur celebre teſtimonium Concilij Triburienſis relatum in c. in lectum 34.q.2. cuius ſpecies diuerſimodé expenditur ad probandũ ignorantiam probabilem facti proprij non excuſare.*

4 *Referuntur aſſeuentes ignorantiam facti probabilem excuſaſſe maritum, de quo in d.c.in lectum, penitentiãque illi impoſitam fuiſſe ad maiorẽ cautelam, non quod ſimpliciter neceſſaria fuerit.*

5 *In dicto loco Concilij Triburienſis actũ fuit de foro interiori,in quo manifeſtũ eſt,non agi de pœnitẽtia ad cautelã,quo attento tantũmodo conſidera re debemus,illud quod in rei veritate exiſtit.*

6 *In toto tenore verborũ Concilij Triburienſis nõ inuenitur verbum aliquod ex quo deduci poſsit pœnitentiam, de qua illic ad cautelam impoſitam fuiſſe.*

7 *Refertur Domini Couarrunia intellectus ad tex.in dict.c.in lectum dicentis,ignorantiã mariti fuiſſe craſſam, & culpabilem, quod probet à poſteriori,ſed non licet argumentari, ex eodem textu in eo in quo difficultatem implicat.*

8 *Stante iuramento,per quod conſtitit de ignorantia probabili neceſſariò præſumenda eſt probabilis ignorantia, & inducitur textus in c.ſi verò el ſegũdo,de ſent. excom.*

9 *Conuincitur præterea Domini Couar.interpretatio ad dictũ locũ Triburienſis Concilij,& ignorantia facti dum aliud cõtrariũ nõ oſtẽditur regulariter probabilis præſumenda eſt.*

10 *Expendũtur, & explicantur verba Concilij Triburienſis,ibi,* probauerit quod inſcius fecerit, *contra Dom.Couar.*

11 *Subijcitur verus intellectus ad dictũ difficilem locum Concilij Triburienſis,& aſſeritur maritum ibidem excuſatum in effectu fuiſſe ab incæſtu propter ignorantiam,quæ crimẽ perpetratum eſt.*

12 *Adducitur,& ponderatur Geneſis loc.c.29.vbi Iacob ex more ad Rachelẽ fuit ingreſſus, & facto manè vidit Liam,& ignorans Iacob nouã quam pœnam meruit.*

13 *Si quis cognouiſſet aliquã conſanguineã,aut affinem ignorans probabiliter illam eſſe talem, quamuis peccet peccato fornicationis, non tamen peccato incæſtus, & intelligũtur iura in cap.ſuper eo.cap.trãſmiſſa. cap. veniens. & quaſi totus*

Digitized by Google

titulus de eo qui cognouit cõſang.

14 *Ignorantia facti alieni excuſat à pœnis legum,& ſtatutorum.*

15 *Ignorantia proprij facti,ſi probabilis ſit,in totum excuſat à pœna.*

16 *Ignorãtia craſſa,ſeu ſupina á pœna legis in totum excuſare non poteſt,excuſabit tamen pro parte,& intelligitur tex.in l.1.ff.de legibus.*

17 *Ignorãtia craſſa excuſat á dolo,& qui per falſã ignorantiã delinquunt,offẽdi nõ ſũt pœna ordinaria præſcripta aduerſus per dolum facientes.*

18 *Pœnæ per leges ſtatutæ aduerſus poſitiné ſcientes,& dolo facientes, obtinere non debent, contra ignorantes per ignorantiam craſſam.*

19 *Quod dici ſolet ignorãtiã craſſã, propter latã culpã dolo equiparari,procedit in cõtractibus,& reſpectu intereſſe partis læſæ,nõ ſic reſpectu pœnarũ,quæ in delictis imponuntur,cuius ratio differentiæ aſſignatur, & intelligũtur iura in l.magna,ff.de verbor.ſignif.& in l.quæſitũ,ff.de precario,& in l.1.ff. ſi menſor falſum modum dixerit, & in l.1.verſ.nõ aliâs,ff.ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit.*

20 *Intelligitur Clement.vnica, verbo, ſcienter,de conſanguin.& affinit. vt pœna excommunicationis ibi ſtatuta non comprehendat ignorantes, etiam ex lata culpa.*

21 *Delinquentes per ignorantiã craſſam, & ſupinam,illas pœnas aduerſus iudicio experiri volentes extra Collegium,præſcriptas,nullatenus incurrũt,& intelligitur tex.in l.ſi. ff.de decret.ab ord.faciend.*

22 *Nullus ignorare præſumitur, nec poteſt veroſimiliter,ſibi illicitum eſſe manu propria in teſtamento ſcribere legatum ſibi poſteá adquirendũ, & qui prætendunt ignorantiam, circa alicuius edicti ſeueritatem, verè ſcientes ſunt,& intelligitur tex. in l. diuus. 15. ff. ad legem Corneliam in principio.*

23 *Si pœna impoſita ſit tẽporis tranſcurſui, ſucceſſores non ſolũ particulares, verũetiam vniuerſales eã nullo modo incurrunt,quinimó à pœna legali ipſo iure excuſantur,à conuentionali per viam reſtitutionis, quæ ipſo iure ante reſtitutionem incurritur etiam per ignorantiam.*

24 *Si quis alienaſſet emphiteuſim irrequiſito domino,ignorans tamen,quia ſucceſſor,ſeu particularis, ſeu vniuerſalis,preculdubio non caderet in commiſſum.*

25 *Emphiteutæ ſucceſſor ſi canonem nõ ſoluat intra legitimum tempus implorata in integrum reſtitutione, ex capite iſtæ ignorantiæ á pœna commiſſi excuſabitur.*

26 *In his quæ conſiſtunt in facto,propter veritatẽ, quæ attendi debet,alia eſt perſona hæredis alia perſona defuncti,nec locũ habet repreſẽtatio illa, ſeu idẽtitas perſonarũ, quã ius conſiderat,hæredis,& defuncti, per ſimilitudinem,& fictionem.*

27 *Sicuti ſcientia à pœna legis non excuſat,ita ignorantia affectata, in qua grauior culpa cernitur,& augmentum voluntatis reperitur.*

28 *Malã quod quis dãs operã illicitæ actioni ex craſſa,aut ſupina ignorãtia facit,nullã excuſationẽ habet,qui apertè voluit rẽ illã illicitã,cui operã dabat,& volens illã,cenſetur eo ipſo velle,id quod per ſe,& neceſſariò ſequitur ex illa,ex quibus nõnulla inferuntur ad praxim.*

29 *Conciliãtur duæ opiniones,altera quæ habet,facientes actum alias lege diuina,vel naturali damnatum, pœnã etiam probabiliter ignorantes,ab illa non excuſari: cum alia quæ docet pœnale ſtatutum in ſpecie propoſitæ ignorantes non afficere.*

30 *Quãdo ſtatutũ nihil addit actus habet per-*

Digitized by Google

perfectam malitiam, & ignorantia solius pœnæ non debet excusare, secus quando statutum humanum, addit aliquid, quo casu respectu eius qualitatis, vel malitiæ quæ ignoratur, deficit voluntas delinquẽdi, et explicatur text. in c. à nobis. 21. de sent. excom.

31 *Explicatur locus acutissimi Papiniani in l. si adulterij cũ incestu 38. §. 1. ff. ad legẽ Iul. de adulterijs, ex quo deducitur, quod mulier ignorare cẽsetur observationes iuris communis subtilioris, præsertim abscondi, & ancipitis.*

32 *Probabilis ignorantia aufert voluntatẽ faciẽdi rẽ, & nullus audebit affirmare, probabilem ignorantiam in actu illicito amittere suam naturam.*

33 *Referuntur Doctores qui asserunt dã tẽ operã rei illicitæ nõ excusari per ignorantiam etiam probabilẽ, propter annexam culpam, quæ in actu illicito, & reprobato reperitur.*

34 *Quando datur qualitas in actu illicito, mutãs speciẽ, vel augẽs notabiliter, quæ tamẽ ignorata fuit probabiliter nõ datur sufficiẽs voluntas in delinquẽte respectu illius qualitatis, vel circũstantiæ ignoratæ, et qui percussit clericum ignorãs probabiliter eũ clericum, excommunicatus non est.*

35 *Reducuntur ad concordiam duæ sententiæ contrariæ adhibita distinctione qualitatum mutantium, vel non mutantium speciem.*

36 *Voluntas requiritur ad culpã & malitiã constituendã, & intelligitur textus in c. suscepimus de homicidio.*

37 *Si volens aliás percutere Petrum clericum, per ignorantiam probabilem Ioannem clericum percutiat, á sacri legio, & á pœna excommunicationis non excusabitur.*

38 *Interficiens Ioannẽ per ignorantiã cũ volet Petrum interficere, tenebitur pœna ordinaria, nec excusabitur per ignorantiam qualitatis illius individualis, Petri & Ioannis.*

39 *Quando præter substantialem malitiã additur actui illicito qualitas aliqua mutans speciem, seu notabiliter augens, ignorantia probabilis respectu illius qualitatis ignoratæ, sine dubio delinquẽtẽ excusabit, & intelligitur difficilis locus Cõcilij Triburiẽsis relatus in c. si quis cũ duabus. 34. q. 1.*

40 *Si quis in clericum nutrientem comã manus iniecerit violentas, propter hoc, non debet excommunicatione notari, dummodó ipsum esse clericũ ignorauerit. & iterum intelligitur textus in cap. si verò. 4. de sentent. excommun.*

CONTROVERSIA 4.

Vtrum probabilis ignorantia facti, delinquẽtes excusare valeat, à pœnis legum, seu statutorum.

1 VErsabitur præsens disputatio præcipuè circa ignorantiam proprij facti, quã satis exploratum esse videtur, in totum â pœna non excusare, si expendas talẽ ignorantiã facti proprij, crassam quidẽ esse, testè Bartholomeo Socino in regu. 219. Ias. in §. si quis agens. n. 6. Inst tit. de action. post alios ab eo relatos, & glos. 2. in c. turbatur. 1. q. 4. &

Digitized by Google

iura manifeſta in c.ab excommunicato.in fine de reſcript.& in l.fin.ff.pro ſuo,ac ſubindè in totum non excuſare,illis caſibus exceptis,in quibus ex circunſtantijs negotij & perſonarũ etiã in proprijs factis, admittitur probabilis excuſatio, vt proſequitur Domin° Padilla in l.error. n.51.C.de iuris & facti ignorantia, poſt Alex.in l. peregrè.in princip.ff.de acquirenda poſſeſsione.

2 Sed obſtat regula, ignorãtia.lib.6. vbi Bonifacius indiſtinctè docet,ignorantiam facti excuſare ignorantem, atque ideò ſuccedit regula.l.de prætio, ff.de publiciana: maximè cũ conſtet,data tali ignorantia facti culpã nõ interuenire,& pœnæ nõ aliter imponantur, quam mediante culpa ex d.c.2.de conſtitut. & traditis per Doctores in rubr.de pœnis,aſſerentes pœnã iure optimo appellari culpæ commenſurationem,& quod regulariter,ignorantia voluntatem tollit,ſine qua culpa non cõmittitur,ex reg.cap.cum voluntate. in princ. de ſent.excommunic.& ex altera regula,qua docemur,deficiente cauſa ceſſare illius effectum,de qua in cap.cũ ceſſante.de appellation. ex quibus perſpicuè apparet, ignorantiam facti probabilem, excuſare â pœna legis, ſeu ſtatuti, adeò vt minimè videretur adduci poſſe rẽ hanc in quæſtionem,aut controuerſiam.

3 Verum Concilium Triburienſe relatum in cap.in lectum, 34. quæſt. 2.(ad cuius verum ſenſum aſſequendum præſentem controuerſiam,primo aſpectu parum ancipitem, excitare placuit) apertè diffiniuit totum contrarium,aſſerens ignorantiam facti probabilem, nullatenus excuſare tranſgredientem,ſub elleganti ſpecie cuiuſdam ſororis vxoris propriæ, qua abſente in lectum iuit mariti, & ille vxorem putans ſuam eſſe,dormiuit cum ea: & cum valdè controuerſum fuiſſet, vtrum marito in dicenda foret pœnitentia ob perpetratum crimen, & an legitimum ſuum cõiugium habiturus eſſet deinceps. Reſpondit Concilium, *quod ſi maritus per ſecuritatem veram probaſſet, quod inſcius commiſſerit tale ſcelus, pœnitentiam quidem quæ ſibi in dicta fuerit, agat, & legitimum ſuum coniugium habere permittatur*, planè quatenus pœnitentiam agere cõpellitur maritus ibidẽ,ſatis Triburiẽſe Conciliũ demonſtrauit ignorantiam facti non excuſare,quidquid regula iuris grauiter obſtet,atque reſiſtat.Docet enim(vt vidiſti)Conciliũ ſcelus commitẽtem per ignorantiã facti,nihilominus acturum indictam pœnitentiam,cũ aliàs qui cognoſcit cõiugatã ignorãter, nullatenus adulteriũ cõmittat,argumẽto c.ſi verò aliquis,de ſententia excõmunicat.ſicut enim dixit I.C.in l.ſi ignorans,ff.locati, *non contemnit diſciplinam qui militem ignorauit*, etſi locaui militi, tanquã pagano,ignorãs, abſque dubio, poſſũ mercedẽ recipere: ob quas difficultates difficilis profecto reputatur locus ille Concilij Triburienſis, & diſputationem hanc,dubiam ancipitemque reddit:aduerſus vulgatiſſimam iuris regulam, cuius proximè meminimus.

4 Sed inſurgit gloſ.vlt.in d.c. *in lectum*,verb.*pœnitentiam*, in effectu fatẽdo,ignorantiã facti vti probabilẽ,de qua ibi,in totũ excuſaſſe maritũ,pœnitẽtiamque impoſitam illi fuiſſe,ad maiorem cautelam,non quod ſimpliciter neceſſaria fuerit:quã gloſſę ſententiã ſequuti ſunt Petrus Dueñas,regula 139. limitat.6. & Philipp. Dec. in dict.cap.2.de conſtitut.num.3. 2. lectura, fatentes etiam ex ignorantia probabili,maritum re vera in totum excuſari, ſicut ab omni culpa,

ita

ita etiam ab omni pœna, & ſupli-
cio.

5 Obſtat tamen dictæ interpretatio
ni ſi attendas, Concilium Triburien
ſe dicto loco egiſſe de foro interiori
non de exteriori, vt ex contextu illi⁹
pluſquã liquido conſtat, ibi, *pœniten-
tiã quidẽ, quæ ſibi in dicta fuerit agat, & le
gitimum ſuum coniugium habere permitta
tur, &c.* in interiori autem foro mani
feſtũ eſt, non agi de pœnitentia ad
cautelã: quo attento tantũmodo cõ-
ſiderare debemus, illud quod in rei
veritate exiſtit, iuxta text. in c. â no-
bis *el ſegundo*, de ſententia excõmuni
cationis, ibi, *nos igitur cõſultationi tuæ
breuiter reſpondemus, quod iudicium Dei,
veritati, quæ non fallit, nec fallitur ſemper
innititur: iudicium autem* Eccleſiæ *non-
nunquam opinionem ſequitur, &c.*

6 Præterquamquod explicatio præ
dicta gloſſæ, & ſequacium manifeſ-
tam continet diuinationem, cum in
toto tenore verborum Concilij Tri
burienſis, verbum aliquod non inue
niatur, ex quo deduci poſsit pœni-
tentiam, de qua illic, ad cautelam im
poſitam fuiſſe, placere ergo non po-
teſt præfata interpretatio, nec debet
ſubſtineri.

7 Quare inſignis Couarru. in 1. par.
relection. cap. alma mater. §. 10. n. 17.
poſt longam digreſsionem, in verſ.
hinc infertur, aperte docuit excuſari
quidem maritum à peccato incęſtus
in cuius lectũ ſoror iuit vxoris, quã
quidem putans ſuam eſſe vxorẽ cog
nouit, tamen pœnitentiam illi fuiſſe
iniunctam, ex eo quia mariti ignorã
tia craſſa fuit, & culpabilis, quod pro
bat doctiſsimus vir à poſteriori hoc
modo: in allegato capite in lectum
iniungitur pœnitentia marito, de-
ducitur ergo ignorantiam illam cul-
pam aliquam habuiſſe, ac per conſe-
quens fuiſſe craſſam, aut culpabi-
lem: quod argumentum petit pro-
culdubio principium (ſi in reſpõſio-
ne peti poteſt) hoc enim eſt, quod in
quiritur, vtrum maritus, qui putans
ſuam eſſe vxorem, ſororem vxoris
cognouit, culpam aliquam commiſ-
ſerit: prædictumque teſtimoniũ Con
cilij Triburicenſis ex eo ſummè diffi
cile reputatur, quod culpam aliquã
in marito videatur præſupponere, &
planum eſt non licere argumentari,
ex eodem tex. in eo in quo difficul-
tatem implicat.

8 Nec nõ vrgentius cõuincitur Di
Couarruuiæ explicatio quidquid ſi-
militer ſenſerit Alphõſus de Caſtro
lib. 2. de lege pœnali, cap. 14. fol. mi-
hi 305. quia licet in ſpecie dict. cap.
in lectum non præſumeretur proba
bilis ignorantia ex ſola allegatione
partis, eo quod ignorans in effectu
dabat operam rei illicitæ, nihilomi-
nus tamen ſtante iuramento, per
quod conſtitit de ignorantia proba-
bili, vt patet ex illis verbis, *per ſecuri-
tatem veram hoc probauerit, &c.* neceſ-
ſario præſumenda eſt probabilis ig-
norantia, vt in ſimili ſpecie ingenuè
faſus eſt idem Alphonſus de Caſtro
fol. 286. vbi ſupra, & probat text. elle
gans in cap. ſi verò *el ſegundo*, de ſen-
tentia excommunicat. vbi Alex. III.
Pontifex Maximus pro eodem re-
putauit, quem ignoraſſe alterũ fuiſ-
ſe clericum, vel propria manu dum-
taxat præſtitiſſe iuramentum, quod
eum eſſe clericum ignoraſſet, igitur
poſtquam maritus iuramento firma-
uit, quod inſcius feciſſet illud ſce-
lus, nullo pacto dici poteſt illius ig-
norantia culpabilis, imò probabilis,
& legitima: etenim Concilium per
ſecuritatem veram, ius iurandum
intellexit, iuxta textum in cap. ex-
traordinaria 35. quæſtio. 3. teſtes e-
nim haberi non poſſunt de huiuſ-
modi inſcitia, & ſic regulare eſt,
quod per iuramentum probetur

Digitized by Google

ignorantia, ex doctrina Alexandri III.in dict.cap. ſi verò, ac de primo ad vltimum relinquitur planum, & apertũ,falsò exiſtimaſſe Couarruuiã maritum fuiſſe in culpa, neq; inſciũ dormiuiſſe cũ ſorore vxoris, vel ſaltim non adhibuiſſe debitam diligentiam,ne ſcelus committeret.

9 Præterea conuincitur eiuſdẽ Domini Couarruu.interpretatio , quia planum eſt Concilium egiſſe de ignorantia facti, quæ dum aliud contrarium non oſtenditur regulariter probabilis præſumenda eſt, iuxta ea quæ in diſputatione præcedenti reſoluimus, nec Couarruu.& Caſtro nuper citati negãt, neutiquam ergo affirmandum eſt, aut imputandũ marito abſque fundamẽto,quod habuerit craſſam, & culpabilem ignorantiam.

10 Rurſus ſubſtineri non poteſt, imò manifeſtè impugnari,ex verbis Concilij, ibi,*probauerit quod inſcius fecerit*, quæ verba perſpicuè denotant commixtionem illam cum ſorore vxoris,habitam eſſe per ignorantiã probabilem,quandoquidẽ proprio mariti iuramento relinquitur, an *inſcius* fecerit,nec ne,nullatenusque relinqueretur iuramento viri, niſi ſtãte ignorantia probabili circa rem meri facti,& nõn iuris.

11 Quid igitur dicendum? planè profecto interpretandus erit difficilis ille Concilij Triburienſis locus, qui nullatenus probat, in ſpecie de qua loquitur pœnitentiam imponẽdam eſſe, ſed ſolummodo maritum excuſari ab incęſtu, propter ignorãtiam, qua crimen perpetratum eſt,ex quo magis,ac magis Couarruuiæ intellectus conuincitur:etenim ſi actus geſtus non fuiſſet cum ignorantia probabili,&non craſſa,proculdubio Cõcilium nõ aſſeruiſſet,maritum excuſari ab incæſtu propter ignorãtiam, id autem expreſſè docuit, quatenus dixit quod marito permitteretur legitimum ſuum habere coniugiũ, vnde manifeſtè deducitur,voluiſſe Cõcilium,maritum de quo ibi, excuſari â crimine incęſt°,propter quod aliàs in pœnã,ſeparatio facienda erat, iuxta tex.in c.1.&paſsim per DD.ibi,de eo qui cognouit conſanguineã vxoris ſuæ.At verò (inquit Cõcilium) ſi pœnitentia fuerit impoſita illam eſſe peragendam, vt exprimũt illa uerba, *pœnitentiam quidẽ quæ ſibi in dicta fuerit agat*, nullo modo aſſerens, quod eſſet imponenda pœnitentia, nec de ea differẽs quæſtione,vt perperam Couarr.& communiter interpretes crediderunt, ergo,&c.

12 Accedit quod in præcitato teſtimonio Triburiẽſ.Cõcilij eadẽ ſpecies proponitur,quæ Geneſ.c.29. reperitur,vbi Patriarchę Iacob ignorãti,pro Rachele,quę venuſto aſpectu, & decora facie erat,nocte nuptiarũ ſuppoſita eſt Lia,quæ lippis erat oculis,& tamẽ â pœna excuſatus fuit, vt adnotarũt frater Alphõſus de Caſtro lib.2.de lege pœnali.c. 14. fol. 304. Silueſter verb.*ignorantia*,n.11.ſcitiſsimaq; eſt hiſtoria S.ſcripturæ,quæ habet Iacob pro Rachel ſeptẽ annis ſeruiuiſſe,cui pauci videbãtur dies præamoris magnitudine,& nihilominus Labã vocatis multis amicorũ turbis, ad conuiuiũ,feciſſe nuptias,& veſpere Liã filiã ſuã introduxiſſe ad Iacob, ad quã cũ ex more Iacob fuiſſet ingreſſus,facto manè vidit Liã,& cętera quæ referuntur Geneſ.d.c.29.adhucq;Iacob ignorãs,neutiquã pœnã meruit,ſicuti neq;maritus,de quo in citato loco Triburiẽſ.Cõcilij.

13 Ex qua veriſsima(vt arbitror)explicatione ad Triburiẽſe Cõciliũ, conſequens fit , quod ſi quis cognouiſſet aliquam conſanguineam, aut affinem ignorans probabiliter illam eſſe

eſſe talẽ, quãuis peccet peccato fornicationis, nõ tamẽ peccare peccato inceſtus: vndè ſubinfertur aliàs ſine vlla diſpenſatione poſſe ſi voluerit matrimoniũ contrahere, nõ tamẽ cũ eadẽ, ſed cũ alia. Qua ratione publicè legẽdo interpretari cõſueuimus, text. in c. ſuper eo. c. tranſmiſſæ. c. veniens, & quaſi totũ titulũ de eo qui cognouit conſanguineã vxoris ſuæ, vel ſponſæ: vt deciſiones illorũ iurium, nequaquã locum habeant, quãdo cognoſcentes conſanguineã, aut affinẽ, probabiliter ignorarunt illam eſſe talem: quamuis enim vt diximus peccatum fornicationis commiſſerint, inceſtum perpetraſſe minimè cẽſendi ſunt.

14 Ergo his præſuppoſitis, reliquum iã eſt, vt aliquot cõcluſionibus in medio adductis, propoſitam controuerſiam diluamus. Prima concluſio, ignorantia facti alieni excuſat à pœnis legũ, & ſtatutorum, quæ ſatis probatur in regula ignorãtia, & iuribus ſimilibus, & traditis ſuperius, tã in hac quam in præcedenti controuerſia.

15 Secunda concluſio, ignorãtia proprij facti ſi probabilis ſit in totũ excuſat à pœna. Probatur ex his quę dicta ſunt ad celebrẽ locũ Cõcilij Triburienſis relatũ in d. c. in lectũ, & faciunt ea quæ circa excuſandos ignorantes ſupra tradidimus.

16 Tertia cõcluſio, ignorãtia craſſa, ſeu ſupina á pœna legis in totum excuſare non poteſt. Probo euidenti ratione, etenim cum pœna legis ſimpliciter prolata, reſpiciat omnes illos, qui in culpa exiſtere dicuntur, & tranſgreſſores legis per talem ignorantiam in culpa non deſinant exiſtere (ratione enim præcedẽtis negligentiæ delictũ volitum reputatur) tẽdè fit, vt talis ignorãtia in totũ á pœna legis non excuſet, excuſabit tamẽ huiuſmodi ignorantia pro partę, quã doquidẽ voluntariũ minuit, ac ſubin dè rationi conſonũ eſt, vt à pœna legis pro parte excuſare debeat, vt in ſpecie admonuit Frater Alphõſus de Caſtro d. c. 14. fol. 306. in quo ſenſu, & de tali ignorantia explicabis text. in l. 1. ff. de legib.

17 Parirerque talis ignorantia, quantũuis craſſa, ſeu ſupina excuſat quidẽ à dolo, & inde fit, vt qui per falſã ignorantiã deliquerint, afficiẽdi nõ ſint pœna ordinaria, prę ſcripta aduerſus per dolum facientes, iuxta tradita per Tiraq. de pœn. temperan. cap. 11. n. 3. & Couarr. de ſponſalib. 2. p. cap. 6. §. 8. n. 21. qui teſtatur communem eſſe, ante quos tradiderat gloſ. vlt. in l. 1. ff. de abigeis, & iura expreſſa in l. 3. §. ſi quis ignorans. ff. ad Silanianum, & in l. ſed etſi, §. ſcire, ff. de petit. hæredit. l. ſi quis id quod, verſ. *deli*, ff. de iuriſdict.

18 Vnde cabebis à multis per Tiraq. relatis dict. tractat. de pœn. temper. cauſa. 13. num. 22. qui poſt gloſſam in cap. fin. de offic. delegati in 6. verbo, *ſcientes*, inaduertenter tradiderunt, pœnas contra ſcientes præſcriptas, obtinere quoquè contra ignorãtes, per ignorantiam craſſam, quorum ſententia conuincitur ex dictis ſi aduertas longè diuerſum eſſe, poſitiuè aliquid ſcire, & dolo facere, ab hoc quod eſt ignorare, etſi per ignorantiã craſſam: etenim adhuc tales ignorantes craſſè & ſupinè, nequaquã cẽſentur affectatè ignorare, nec ſcire dici poſſunt, nec dolo facere, igitur pœnæ per leges ſtatutæ aduerſus poſitiuè ſcientes, & dolo facientes, obtinere non debent contra tales ignorantes, vbi enim dolus expreſſè ad pœnam requiritur, lata culpa non ſufficit, l. igitur, §. & generaliter, ff. de liberali cauſa, notat Bart. in l. 1. §. 1. ff. ſi quis teſtamẽto liber eſſe juſſ' fuerit, Ange. per tex. ibi in d. l.

Digitized by Google

ſi quis,id quod,§.doli. ff. de iuriſdictio.omn.iudic. tex. optimus in cap. ſi verò cl ſegundo. de ſententia excommunic.iuncto cap.ſi quis ſuadẽte.17.quæſt.4.notant Abb. & Felin. colum.2.in cap.2.de conſtit.idẽ Felin.in dict. cap. ſi verò. dicens illum text. ad hoc eſſe ſingularem, notat gloſa ibi,recepta communiter, teſtè Iaſ.n.23.in l.in actionibus,ff.de in litem iurando,facit lex in lege Cornelia.ff.de ſicarijs,notat Bart.in l.quod nerua,col.7.ff. depoſiti.

19 Neque obſtabit ſi obijcias craſſam ignorantiam,propter latam culpam, quam importat dolo æquiparari, ex reg.text.in allegata.l.quod nerua:debes enim animaduertere,talem æquiparationem procedere in contractibus,& reſpectu intereſſe partis læſæ,ad cuius damnum reparandum,verum eſt, nihil referre,dolo, vel lata culpa damnum fuiſſe datum. Sic explicabis text.in l.magna,ff. de verborum ſignificatione,& in l.quæſitum, ff.de præcario, & in l.1. ff. ſi menſor falſum modum dixerit, & in l.1.verſic.*non aliàs*,ff.ſi quis teſtaméto liber eſſe iuſſus fuerit: non ſic dicendum reſpectu pœnarum, quæ in delictis imponuntur:ratio differẽtiæ in prõptu eſt,ſi conſideres pœnas ad vindictam delictorum proferri,iuxta text. in l.ſancimus.C.de pœnis, & ſic neceſſarium eſſe,vt diuerſo modo dolo ſi,hoc eſt ſcientes, & diuerſo modo ignorantes,etiam per latam culpam pœnas ſuſtineant.Quam differẽtiam eleganter conſtituerunt Albarus Baez conſult.26.num.4.Iul.Clarus,§.vlt.quæſt.60.num.28. Iacobus Menoch.de arbitrar.caſu.324.à princip. Petrus Plaza de delictis cap. 10. num.5.poſt Iaſſonem in l. in action. vbi gloſ.verb. *non etiam*,ff.de in litem iurando,& veriſsima certè differentia eſt, quidquid aliter rem hãc inuoluerint plures, quos retulit Andr.Tiraquel.de pœn. temperãd. cauſa 14. Hippolyt.in l.in lege,ff.ad l. Corneliam,de ſicarijs.

20 Ex quibus intelligi debet, clem. vnica,verb.*ſcienter*,de conſanguinit. & affinitate, vt pœna excommunicat.ibi ſtatuta,non cõprehẽdat ignorantes,etiam ex lata culpa, quod adnotarunt ibidem Immola, & Bonifacius col.2.quibus patrocinãtur, quæ Ioann. Crottus adducit in cap. 2. in princ.de conſtitution.in 6.colum.3. & cauendum erit à gloſ. in d. clem. vnica,dict.verſ.*ſcienter*,quæ contrarium adnotauit, adducta autem per Philippum Decium in dict.cap.2.de conſtitut.per Zaſium libr.2. ſingularium intellectuũ, cap.2.quæ prædictis quoddam modo aduerſari videntur,intelligenda ſunt, quãdo lata culpa verſutiam præſefert, & ita dolum admixtum habet, vt conſtat ex adductis per eundem Zaſium loco citato.

21 Interpretor etiam locum Scæuolæ I.C. in l.fin. ff. de decret.ab ordine faciend. *municipali lege ita cautum erat*, inquit Scæuola: *vt ſi quis extra Collegium iudicio experiri voluerit, ipſo Collegio prohibeatur,& ſoluat Drachmas mille:quæſitum eſt,quam pœnam ſuſtinere debeat, qui ignorans aduerſus decretum fecit,reſpondit,& huiuſmodi pœnas aduerſus ſcientes paratas eſſe*,vt procedat textus ille etiam in ignorantia craſſa, & ſupina, ita vt delinquentes per ignorantiam craſſam,& ſupinam illas pœnas aduerſus iudicio experiri volentes,extra Collegium pręſcriptas, nullatenus incurrant, quandoquidem pœna,de qua ibi,doloſo, & ſciẽti impoſita fuit, vt patet ex vltimis dict.l. verbis,ibi,*aduerſus ſcientes paratas eſſe*,ac per conſequens ſecũdũ proximè adductam doctrinam, ignorãtes per ignorantiam craſſam minimè poſ

ſint

sint comprehendi, cui non parũ opitulari videntur, tradita per Bart. in l. in lege, ff. ad l. Corneliam de sicarijs.

22 Quod si opponas Calistrati I. C. sentẽtiam in l. Diuus. 15. ff. illo titulo ad legẽ Corneliam in princ. ibi, *& ne vel eis venia detur, qui se ignorasse edicti seueritatem prætendant*, quatenus I. C. voluit pœnam legis Corneliæ, cuius ibidem mentio fit, etiam per ignorãtes incurri, non erit in difficili respõsio, quod text. ille licet loquatur in ignorantia, nihilominus tamen in scientia intelligendus est, quæ semper in casu illius text. præsumitur: quis enim potest verosimiliter ignorare, sibi non licere manu propria in testamento scribere legatum, sibi posteâ adquirendum, vt aduertit glos. ibi verb. *detur*, ad fin. quo fit vt quid quid sermo fuerit de ignorantibus edicti seueritatem, adhuc text. intelligendus sit, de scientibus, si expendas contextum verborum illius legis, vbi postquam I.C. scripserat legi Corneliæ adijciendum fore illud caput, vt si quis cum alterius testamẽtum, vel codicillos scriberet legatum sibi sua manu adscripserit perin dè teneatur, ac si cõmisisset in legẽ Corneliã, subiungit, ijs veniã dãdam non esse, qui se ignorasse edicti seueritatem prætendant, denotans nõ esse sermonem de ignorãtibus simpliciter, sed de his qui prætẽdunt se ignorasse edicti seueritatem, id est (vt ego explico Calistratum sensisse) de scientibus: etenim re vera, & attentis moralis Philosophiæ, & Iurisprudentiæ principijs, ipsaque verbi ethymologia considerata, qui prætendũt ignorantiam, præsertim circa alicuius edicti seueritatem, verè scientes sunt, igitur text. in allegata l. Diuus, in princ. quidquid de ignorantibus loqui videretur, in scientibus accipiẽdus est, quoniam nullus, vt diximus ignorare præsumitur, nec potest verosimiliter, sibi illicitum esse manu propria in testamento scribere legatum, sibi postea adquirendum.

23 Quarta conclusio, quæ ex superioribus vtiliter infertur, si pœna imposita sit temporis transcursui, successores, non solum particulares, verum etiam vniuersales, eam nullo modo incurrunt, ex traditis per doctissimum Pinelum in authen. nisi. C. de bonis matern. à num. 58. per Tiraquellum de retractu. tit. 1. §. 15. glos. 4. n. 36. & probant text. in l. Pantonius, ff. de adquirend. hæredit. & in l. 1. in fine, ff. ex quibus causis maiores. ratio neque conuincitur si cõsideres vnũ, vel alterum successorem, seu possessorem attenta præsumptione habere iustam ignorantiam, iuxta text. in reg. cum quis. 14. de regul. iuris in 6. & ex consequenti excusari â prædicta pœna, nunc non moror an excusetur ipso iure, prout in pœna legali, an per viã restitutionis, prout in pœna conuentionali, quę ipso iure ante restitutionem incurritur, etiã per ignorantiam, iuxta textũ sic intelligendum in l. cum filius familias 49. & in l. ad diem. 77. ff. de verborũ obligation. eo quod secundum scholã communem, testè Tiraq. vbi proximè, & Bartoli doctrinam communiter receptam, in l. amplius, num. 2. ff. rem ratam haberi, mitius cum lege, quam cum contrahentibus tractatur iuxta text. in l. Celsus, ff. de arbitris.

24 Similiter infertur ex eadem conclusione, quod si aliquis alienasset emphiteusim irrequisito Domino, ignorans tamẽ, quia successor, seu particularis, seu vniuersalis procul dubio non caderet in commissum, cuius mentio fit in cap. potuit. de locato, & in l. vltim. C. de iure emphitęutico, vt voluit Ias. cons. 64. colum. 2.

lib.4.Philip. Decius conſ.328. num. 6.& ratione probatur ſi aduertas indubio quidem præſumendam eſſe ſucceſſoris ignorantiam, dum contrarium non probatur,text. in l.qui in alterius.43.ff.de regul.iuris, & in reg.cum quis eodem tit.in 6.vbi qui in ius ſuccedit alterius,iuſtam habere cenſetur ignorantiæ cauſam.

25 Qua ratione emphitheutæ ſucceſſor,ſi Canonem non ſoluat,intra legitimum tempus præſcriptum in d. cap.potuit,& in l.2.C.de iure emphiteutico,& in authentica qui rem,C. de ſacroſanct.Eccleſ.ſicut per ignorantiam iuſtam non ſoluiſſe præſumitur, ita quoque implorata in integrũ reſtitutione, ex capite iuſtæ ignorãtiæ â pœna commiſſi excuſabitur,teſte Schola communi relata per Pinelum,in dict.authentica niſi, C.de bonis maternis à num.58.in fine, tradit Iulius Clarus, verb. *emphiteuſis*, q. 8. poſt gloſ.vlt.in d.l.2. C.de iure emphiteutico.

26 Obijcies tamen, & non ineptè aduerſus præcedentem reſolutionem, ex notiſsima iuris regula,quę docet, hæredes generaliter perſonas defunctorum repreſentare,tam actiuè,quã paſsiuè, iuxta text. ſic intelligẽdum, in l.hæres in omne, ff. de adquirenda hæreditate, & totum tit.C. vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes,indeque fieri, vt temporis trãſcurſus currens contra defunctum, currere etiam cenſendus ſit, contra eius hæredem, & tanquam vnam, & eandem perſonam cum defuncto, non eſſe excuſandum à pœna, propter tranſcurſum temporis incurſa. Sed facilè reſpondetur præſuppoſito prius cum I. C. in l. vltim. ff. pro ſuo,in his quæ conſiſtunt in facto, propter veritatem, quæ attendi debet,aliam eſſe perſonã hæredis, aliã perſonam defuncti,nec locum habere repræſentationem illam, ſeu identitatem perſonarum, quam ius conſiderat,hæredis,& defuncti, per ſimilitudinem,& fictionem: vndè talis repræſentatio non procedit, quo ad ſcientiam,& notitiam facti,vel illius ignorantiam,quia ceſſat fictio,& attenditur veritas, vt rectè tradiderit excellentis ingenij vir Emanuel Coſta in l.ſi ex cautione, pagina mihi 54. & eius doctiſsimus competitor Arias Pinelus vbi ſupra,num.60. poſt Philippum Decium,alias circunſtantias declarantem in dict.l. qui in alterius, num. 5. & Cagnolum ibidem. Quam doctrinam temperandam iudicarem, ex prędictorum mente,niſi ex aliqua circunſtantia colligeretur,hæredem non ignoraſſe, ſed ſciuiſſe,iuxta text. in l. non eſt ferendus, ff. de tranſaction. & tradita per Coſtam,& Pinelum, Deciũ,& Cagnolum locis citatis:igitur vera,& inconcuſa manet præcedens quarta concluſio,qua dicimus,ſucceſſores, tam particulares, quam vniuerſales, excuſari à pœna, quæ propter temporis tranſcurſum incurritur, ex capite præſumptæ indubio ignorantiæ.

27 Quinta concluſio,ignorantia affectata à pœna legis non excuſat delinquentem: quam concluſionem probabis manifeſta ratione,ſi expendas affectatam ignorãtiam ex ſe malitiam continere,& vti talem,ſcientiam appellari, ſecundum ea quæ à nobis reſoluta ſunt in prędicti cõtrouerſia: vndè efficitur,vt quemadmodum ſcientia â pœna legis nõ excuſat,ita quoque talis ignorantia affectata, in qua grauior profecto culpa cernitur,& augmentum voluntatis reperitur,vt in effectu docuit gloſſa verb. *ſcienter*, in d. clem. vnica de conſanguinitate,& affinitate.

28 Etenim malum quod quis dans

ope-

Digitized by Google

operam illicitæ actioni ex crassa aut supina ignorantia facit, nullam excusationem habet, quia is aperte voluit rem illam illicitam, cui operam dabat, & volens illam, censetur eo ipso velle, id quod per se, & necessariò sequitur ex illa. Qua ratione si quis accesserit ad meritricem, quam ex ignorantia crassa, ignorat esse suam cõsanguineam, aut affinem, peccabit, non tantum peccato fornicationis, sed & peccato incęstus, sicut peccaret, si sciret illam esse consanguineã, vel affinem: nec sanè effugiet pœnas pro peccato incæstus lege statutas: sicut etiam perspicuum est, dantem operam rei illicitæ si Petrum (verbi gracia) percusserit, quem ex ignorãtia crassa ignorauit esse sacerdotem, peccare peccato sacrilegij, & excommunicatum esse, iuxta communem interpretum traditionem, in cap. si verò *el segundo*. de sententia excommunicat. Ex quibus sapienter more suo D. Couarru. in cap. alma mater. 1. par. §. 10. num. 17. de sentent. excommunication. in 6. elegantem deduxit intellectum ad iura aliàs obscura in cap. si quis cum matre. & in cap. si quis cum duabus, & in cap. vltim. 34. quæst. 2. vbi quis nõ punitur pœna incæstus si operam fornicationi exhibens, cognouerit cõsanguineã, aut affinem ex ignorantia. Ea potissimum ratione, quia ea ignorantia cuius fit mentio in dictis iuribus, probabilis, & inuincibilis fuit, alioqui si foret crassa, & supina, puniendus esset vt reus incæstus: verissima igitur est, quinta nostra conclusio, quæ docet affectatã ignorantiam á pœna legis nón excusare delinquentem.

29 Ex quo cum aliquando meis auditoribus explicarem rẽsponsum Pontificium in cap. à nobis 21. de sent. excommunication. conciliaui controuersiam satis difficilem inter glossam magnam ibidem, Bartolum in l. 1. C. de summa Trinitate, n. 21. Baldum in eadem l. 1. colum. 13. vers. *circa maleficium*, Henrrichum Boteum de Synodo, 3. par. art. 2. num. 17. Petrum de Ancharrano in cap. vt animarum de constit. oppositi. 5. & in c. Canonum. quæst. 12. eodem tit. Albericum in 1. par. statutorum, quæst. 15. & 3. par. quæst. 1. relatos per Iassonem in dict. l. 1. C. de summa Trinitat. colum. 5. vers. *secundo subtilius*, & communem legistarum, teste Abbate in dict. cap. à nobis. num. 6. Couarruu. in c. alma mater. 1. par. §. 10. num. 8. & 9. cum seqq. & in cap. Raiauntius in princ. num. 14. Martinum de Ledesma in 2. 4. quæst. 24. artic. 6. Nauarrum in manuali cap. 23. num. 45. Siluestrum, verb. *ignorantia*, num. 15. Dominicum de Soto in 4. dist. 3. quæst. 1. artic. 9. Alphonsum de Castro lib. 2. de lege pœn. fol. mihi 303. contendentes ex vna parte facientem actum, aliás lege Diuina, vel naturali damnatum ignorantem etiam probabiliter, per legem humanam, vel statutum pœnam esse impositã, ab illa non excusari: & Ioannem Andræam, Dominicum, & alios in dict. cap. vt animarum de constitut. in 6. Antonium in cap. 2. col. 4. de constitut. & ibi Felinum n. 6. vers. *tertia conclusio*, Rotam in nouis 444. Ioannẽ Crotum in dict. cap. vt animarum periculis. in fine principij, & Iassonem in dict. l. 1. num. 31. in 1. lectura, & in 2. lectura, num. 70. ex altera parte: probare conãtes in vniuersum, quo ad pœnam quamcũque, pœnale statutum in specie proposita ignorantes non afficere, absque distinctione illa, quam adhibuerũt Antonius, Abbas, & Felinus, in dict. cap. à nobis, cẽsentes opinionem prædictam glossę magnæ, & sequacium in alijs pœnis, præter excommunicationem locum

non

Digitized by Google

non habere,& aſſeuerantes hanc ſecundam opinionem in pronuncian dis iudicijs ſeruandam fore, quod & Panormit.in dict.cap.â nobis.hāc ſecundam æquiorem dicens exiſtimauit in praxi ſequendam fore, & Cinus etiam prioris ſententiæ auctor, in dict.l.1.de ſumma Trinitat.& Hērichus Boteus, dict.artic.2. num.17. profeſsi ſunt han ſecundam ſententiam in iudicijs ſequēdam fore. Has inquam inter ſe diſidentes factiones exiſtimabam conciliandas eſſe, vt prior procedat quādo lex noua, vel ſtatutum nihil addit ex quo mutatio ſpeciei detur,vel notabiliter augeatur,ſed ſolum præſcribit pœnā condignā,iuxta qualitates propter quas actus antea damnabatur.At verò ſecunda ſententia rectè defendatur, quando per legem, vel ſtatutum aliquid additur ad malitiā actus,aliàs re probati.

30 Ratio diſtinctionis eſt,quia quando ſtatutum nihil addit,ille actus habet ſuam perfectam malitiam, ignorantia autem ſolius pœnæ, vt iam diximus,& ſapienter reſoluit Couarruu.vbi ſupra,non debet excuſare tā quam impertinens ad diminutionē delicti: ſecus quando ſtatutum humanum,aut lex noua addit aliquid: etenim reſpectu nouæ qualitatis,vel malitiæ,quæ ignoratur,deficit voluntas delinquendi, & ita culpa ceſare dicitur.Vndè adamuſim explicabis, text in dict.cap.â nobis. & iura ſimilia,dum agit de excommunicatione quæ(ſi aduertiſti) ſemper incurritur propter qualitatē, quam ſupponit,& & quæ habet ſpecialem malitiam,ſcilicet propter contemptum Eccleſiæ: & ſic mirum non eſt excommunicationem ſtatuto ſpeciali latam pro actu etiā iure diuino, & humano damnato,minimè afficere ignorātes, qui illius pœnæ ab eodē ſtatuto latæ ignorantiam habent.

31 Sic etiam explicabis locum acutiſsimi Papiniani in l. ſi adulterium, cum incæſtu.38.§.1.ff. ad legē Iuliā de adulter.vbi docuitPapinian.in ea controuerſia,an adulterij pœna ſufficeret in commitentem ſtuprum in ſororis filiam nuptam; conſiderandum eſſe dixit,duplex admiſſum verſari,quia multum intereſt errore iuris matrimonium illicitè contrahatur,an contumatia iuris, & ſanguinis contumelia concurrant:ſentiens multum referre,ſi ad malitiam actus aliàs reprobati,addatur aliqua noua qualitas,vel malitia, quæ ignoretur, ac perindè inquit Conſultus, *mulier tunc demum rem pœnam; quam mores ſubſtinebit, cum inceſtum iure gentium prohibitum admiſſerit.* Et ſubiungit aſsignans rationem, ſimul & tradens iuris præceptum, *nam ſi ſola iuris noſtri obſeruatio interueniat mulier ab incæſti crimine erit excuſata*,ea ſanè ratione,quia mulier ignorare cēſetur obſeruationes iuris communis ſubtilioris,præſertim abſconditi, & ancipitis,ac proindè deficit in ea delinquendi voluntas,& ita dicitur culpa ceſſare, ſecus ſi circa ea peccaſſet, quæ natura ſunt grauiora, & aduerſus iura ſanguinis.

32 Prætereâ ex dictis alia non diſsimilis deducitur concordia ad eā celebrem quæſtionem,vtrum dās operam rei illicitæ excuſetur per ignorātiam probabilem,quoniā D. Thom. 1.2.quæſt.76.artic.1.& 3.Couarruu. poſt alios in cap.alma mater. 1. part. §.10.à num.13.& in cap.Rainuntius, in princip.num.14.in ea fuerunt ſententia,vt affirmauerint dantem operam rei illicitæ ex probabili ignorantia excuſari: ea ratione quia illud eſt ingenium, atque conditio probabilis ignorantiæ,auferre voluntatē faciendi rē,quæ ignoratur, ac ſubindè

quo

d by Google

quo ad voluntatem faciendi perindè eſt, ac ſi res illa facta nõ eſſet, nullus verò erit integris ſenſibus prędi-tus, qui auſit affirmare, probabilẽ ignorantiam, in actu illicito ammittere ſuam naturam: igitur dans operã rei illicitæ excuſabitur per ignorantiam probabilem. Quo exẽplo I. C. in l. item apud labeonem, §. ſi per virgines, ff. de iniurijs, rectè dixit, excuſari ab iniuria virgini facta, quando illa ancillari habitu verſabatur, & ſic probabilis ignorantia, etiam in actu illicito delinquentem excuſat.

33 Per contrarium autem Ioan. Corraſ. lib. 4. Miſcelanearum, cap. 11. n. 25. Silueſter verb. *ignorantia*, num. 11. poſt Bart. in l. diuus. num. 2. ff. de ſicarijs, expreſſè voluerunt, dantem operam rei illicitæ, non excuſari per ignorantiam, etiam probabilem: ea efficaci ratione, quod ſicuti conſtat ex traditis per Couarruu. in clem. par. 2. §. 1. & 3. par. §. 1. num. 4. Caietanũ, & D. Thom. 2. 2. quæſt. 64. art. 4. quãdo aliquis dat operã rei illicitæ propter annexam culpam, quæ in actu illicito, & reprobato reperitur, imputãtur illi omnia quæ ſequuntur ex tali actu, iuxta text. in cap. fin. & in cap. ſuſcepimus. 10. & in cap. Ioannes. 23. de homicidio, ac proindè non videtur venia dignus, quidquid probabilem habuerit ignorantiam, cum in radice, id eſt in actu illicito culpabilis exiſtat.

34 Quas opiniones ſibi inuicem aduerſantes, componere poteris, ex nuper reſolutis, dum conſiderauimus, atque diſtinximus, ignorantiam circa actum illicitum, habentem deformitatem, vel malitiam mutãtem ſpeciem, ſeu notabiliter augẽtem, & actum illicitum non habentem talem qualitatem, mutantem, vel augentẽ, quæ ignoretur: etenim quando actº aliàs reprobatus habet qualitatẽ aliquam, mutantem ſpeciem, ſeu notabiliter augentem, ſupra quam cadit ignorantia probabilis, proculdubio delinquẽs excuſabitur, quamuis proponatur dediſſe operam rei illicitæ: ſi verò nihil addatur in tali re illicita, mutans ſpeciem, vel augens, quidquid delinquens probabiliter ignorauerit, excuſari nõ debet, imo propter annexam culpam, quæ in actu illicito reperitur, ei imputabuntur omnia illa, quæ ex tali actu ſubſequuta fuerint: ratio eſt, ſi conſideres, quod quando datur qualitas in actu illicito mutans ſpeciem, vel augens notabiliter, quæ tamen ignorata fuit probabiliter, non dari ſufficientem voluntatem in delinquente reſpectu illius qualitatis, vel circuſtantiæ ignoratæ, vt eleganter docuit I. C. in l. eũ qui 18. §. vltim. ff. de iniurijs: qui voluntatis defectus, neceſſario delinquentem excuſare debet, ſecus ſi nõ proponatur talis qualitas ignorata, quo caſu propter annexam culpam, ſemper verum erit, ſufficientem dari voluntatem in delinquente erga actum illicitum, quidquid probabilem habuerit ignorantiam, quia cum dederit operam rei illicitæ, ob annexã culpam, omnia quæ ſequuntur, erũt imputanda delinquenti, ſecundum tradita per Martinum de Ledeſma in 2. 4. quæſt. 8. art. 8. dub. 3. Soto in 4. diſt. 18. quæſt. 2. art. 4. Ioannem de Medina tract. 1. de pœnitentia. quæſtio. 9. Nauarrum in man. cap. 6. num. 7. & in cap. conſideret. per tex. ibi, de pœnit. diſt. 5. in princ. & videre eſt in cap. ſi verò. 4. de ſentent. excommunicat. in cuius ſpecie, qui perçuſit clericum, ignorans probabiliter, eũ clericum, excommunicatus non eſt, & tamen operam dabat rei illicitæ, ſed cum ignoraſſet qualitatem clericatus, mutantem ſpeciem, iure optimo, Alexand. III. illius Decretalis condi-

tor

Digitized by Google

tor reſpondit ſic ignorantem excom municationem non incurrere.

35 Ergo præfatæ duæ ſententiæ con trariæ,ex proximè,& anteà dictis facillimonegocio ad concordiam reducuntur,vt B.Thom. & eius aſſeclę docentes dantem operam rei illicitæ ex probabili ignorantia excuſari, intelligantur,quando ignorauit qualitatem aliquam actus illiciti mutantem ſpeciem,vel notabiliter augentem,Corraſius vero Couarruu. Silueſter,& Bart.quivoluerunt operam dantem rei illicitæ non excuſari per ignorantiam, etiam probabilem,intelligendi ſint, quando delinquens ſic probabiliter ignorans, non ignorauit qualitatem aliquam, actus illiciti,mutantem,vel augentem.

36 Cui reſolutioni, & conciliationi minimè refragatur reg. text.in dict. cap.ſuſcepimus,& ſimilium,de homicidio,quæ non procedit quando ex ignorantia (prout eſt probabilis de qua agimus) reſultat defectus voluntatis,quæ voluntas requiritur,ad culpam,& malitiam conſtituendam, vt reſpectu illius pœna imponatur: vel ſi mauis dic,illius text. regulam procedere,quo ad pœnam irregularitatis, quæſepæ ſæpius â iure imponitur,abſque vlla culpa, quatenus culpa,dolum,& malitiam formaliter ſignificat.

37 Ex qua philoſophandi ratione nõ nulla obſeruabis ad praxim vtilia: q ſi volens aliàs percutere Petrum clericum,per ignorantiam probabilem Ioannem clericum percutiat,à ſacrilegio,& à pœna excommunicationis non excuſabitur, quippè percuſſionem de ſe illicitam intendebat, ipſeque actus illicitus, per ſe malus erat, abſque vlla qualitate mutante ſpeciem,vel notabiliter augẽte,quæ fuerit ignorata.

38 Quo etiam fundamento ex eodemque principio,Andręas Tiraquellus de pœn. temperand. cauſa. 14. à num.1.Dominus Couarruu. vbi ſupra num.14.poſt Bart.in l. reſpiciendum,§.delinquunt.ff.de pœnis,rectè tradiderunt,interficientem Ioannem per ignorantiam,cum volet Petrum interficere, teneri pœna ordinaria,nec excuſari per ignorantiam qualitatis illius indiuidualis, Petri, vel Ioannis:quippè talisqualitas,nec tollit,nec auget malitiam actus, quæ ſolummodo pendet ab illicita hominis occiſsione, & ita parum refert quod ignorauerit eſſe Petrum, & deceptus in perſona tantum,Ioannem interfecerit,etenim nihilominus pœna ordinaria afficiendus erit.

39 Colligitur præterea ex dictis elle gans declaratio ad aliud Cõcilij Trĩ burienſis celebre teſtimonium relatum in cap.ſi quis cum duabus. 34.q. 1. & 2. vbi ſi quis fornicatus fuerit cum duabus ſororibus,&ſororem ſoror ab eodem antea ſtupratam neſcierit,vel ſi ipſe ſororem eius, quam antea ſtuprauerat non intellexerit,ſi dignè pœnituerint, & ſe continere non valuerint,poſt annos ſeptem,cõ iugia illis nõ eſſe negãda, ſi autẽ nõ ignorauerint,vſque ad mortem à cõ iugio abſtinere debere. Reſpondit Cõcilium, multum profecto in tam immani crimine deferens ignorantiæ, cum voluerit quod ſi ignorauerint poſt annos ſeptem coniugia illis non negentur, quidquid tã graue ſcelus admiſſerint. Viua tamen,& ſpirans ratio eſt, vt procedat,quando in actu illicito additur qualitas, mutans ſpeciem, vel ſaltem notabiliter augens malitiam ipſius actus,putà incæſtus vltra fornicationem,quę committitur: quod quidem delictũ admodum graue magnique ponderis reputauit Triburienſe Concilĩ loco citato: vndè cum illa qualitas

dua-

Digitized by Google

duarum ſororum,non ſolum notabi liter augeat,ſed mutet ſpeciem pec-cati,multum interfuit â delinquen-tibus ignoratam fuiſſe,per ignoran-tiam probabilem,quia(vt diximus) quando præter ſubſtantialem mali-tiam additur actui illicito qualitas ali qua mutans ſpeciem,ſeu notabiliter augens,ignorantia probabilis reſpe-ctu illius qualitatis ignoratæ, ſine-dubio delinquentem excuſabit.

40 Sic tandem iterum interpretan-dum erit Reſponſum Pontificium in dict.cap.ſi verò.4.de ſententia ex communicationis, in quo vt deno-tant illa verba, *dummodo ipſum eſſe cle ricum ignorauerit*, reſpectu rei illici-tæ, de qua ibi, proponitur qualitas mutans ſpeciem, & reſpectu illius qualitatis probabilis ignorantia re-peritur: indeque doctè, & pruden-ter reſpondit Alexand. III. quod ſi quis in clericum nutriẽtem comam manus iniecerit violentas, propter hoc,non debereApoſtolico preſen-tari conſpectui, neque etiam excom municatione notari, dummodò ip-ſum eſſe clericum ignorauerit: quo-niam cum clericatus qualitas,mutet ſpeciem, & hæc ignorata fuerit, iuri & rationi conſonum erat, ex proba-bili ignorantia delinquentem excu-ſari. Ad argumẽta pro vna & al tera parte adducta ex di-ctis conſtat.

(*?*)

Summaria ad Controuerſiam 5.

1 *NEgari non poteſt, quin ignorã tia craſſa genericã rationẽ ip ſius ignorãtiæ participet, & quale quale admixtũ involuntarium culpã minuit, & ſufficere debet ad attenuandam pœnam.*

2 *Regulariter ignorantes á pœnis legum, ſeu ſtatutorum excuſantur pro mo-do, & menſura ſuæ ignorantiæ.*

3 *Generaliter omnes fatentur poſſe iudi ces ex cauſa minuere pœnas, & nul la cauſa aptior inueniri poteſt ad minuendam pœnam, quam illa quæ culpam minuit.*

4 *Pro modo, & menſura ignorantiæ pœ-na infligenda eſt, atque id ex neceſ-ſitate, non quod poſsint iudices, ſive lint pœnas minuere, ſed quod teneã tur enervare ſupplicia ex cauſa ſi viderint expedire.*

5 *Clerici per cẽſuras ligati, ſuo officio mi niſtrantes irregulares ſunt, & talis pœna obtinet aduerſus clericũ id fa-cientem per ignorantiam craſſam.*

6 *Lata culpa ad craſſam ignorantiam ſpe-ctat, & dolo equiparatur, & quan-doquis ex dolo & malitia delinquit in totum pœnã ſubſtinere debet.*

7 *Pœnæ legum promiſcuè videntur reſpi-cere tranſgreſſores, ſiuè ſint ſciẽtes, ſiuè ignorantes ignorantia craſſa.*

8 *Dominus Couarruuias, & Alphonſus de Caſtro diſtinguere ſunt compulſi circa materiã ignorantiæ, inter igno rantes craſſè qui dant operam rei il licitæ, & ignorantes qui rei licitæ operam dabant.*

9 *Verũ non eſt, craſſam ignorãtiã ſæpe ex cuſare á pœna, circa mala proueniẽ tia ex actione licita, & expenditur tex. in c. presbiterũ de homicidio.*

10 *Craſſa ignorantia circa mala ab illici-ta actione prouenientia, non excuſat á pœna legis, & expenditur text. in c. ſi quis cum matre. 35. q. 2. & 3.*

11 *Nonnulli exiſtimauerunt ignorantiã, de qua in d. c. ſi quis cum matre. fuiſ ſe probabilẽ, non aduertentes, in his quæ cauſantur ab actione illicita nõ dari ignorantiam probabilem, quorũ exiſ-*

exiſtimatio conuincitur.

12 *Ignorantia craſſa circa mala proueniẽtia ex actione illicita minuit voluntarium, & attenuat malitiam, & intelligitur textus, in cap. inebriauerunt 15. q. 1.*

13 *Doctor Angelicus non admittit conſtituendam eſſe differentiam in hac materia ignorantiæ, inter dãtes operam rei licitæ, & illicitæ.*

14 *Duplex ignorãtia craßa à Doctoribus conſtituitur, altera quæ per leuẽ, vel leniſsimã culpã cõtrahitur, altera quæ culpã latã importat, in priori legũ pœnæ indiſtinctè incurrũtur, poſterior verò nullo modo á pœna legis excuſat.*

15 *Quãdo lex pœnã præſcribẽs, ſiué tacitè, ſiuè expreſsé dolum requirit ignorãtia craſſa excuſat à pœna.*

16 *Ignorantia craßa inſurgẽs ex leui, ſeu leniſsima culpa nõ excuſatá pœna irregularitatis, ob delictum præſcripta.*

17 *Conuincũtur Doctores aſſerentes, quod ignorantes per latam culpam non excuſentur per talem ignorantiam.*

18 *Confunditur caſus á Doctoribus exceptus de lege dolum requirente, & inducitur textus in l. 1. ff. ſi menſor falſum modum.*

19 *Pœna pecuniaria per ſtatutũ impoſita dolum nõ requirit, ſed aduerſus ſciẽtes duntaxat impoſita cẽſeri debet, & in pœnis pecuniarijs non procedit diſtinctio duplicis ignorãtiæ craſſæ á Doctoribus conſtituta.*

20 *Si pœnæ ſimpliciter prolatæ ſint in tranſgreſsores, ignorantia craſſa, licet non excuſet á tota pœna, excuſabit tamen à tanta.*

21 *Quando pœnæ ſpeciatim aduerſus ſciẽtes præſcribuntur, ignorantia craſſa indiſtinctè excuſat, & ignorantes craſsé, licet ſcire teneantur, non tamen ſunt verè ſcientes.*

22 *Quando pœnæ ipſo iure fuerint impoſitæ, quæ vulgo dicuntur (latæ ſententiæ) ignorantes craſsè non excuſantur à pœnis ſimpliciter impoſitis in tranſgreſsores.*

23 *Frequenter apud Iuriſconſultos, & apud Pontifices ipſo iure fieri dicitur, id quod à lege ipſa, abſque vllius hominis opera, vel auxilio introducitur, vt in iuribus quæ hic referuntur.*

24 *Aliquando opponuntur inter ſe,* ipſo iure, & iure prætorio, *vel pertinentem Prætoris, aliquando verò,* ipſo iure, & per exceptionem, *& aliquando opponuntur verbum,* ipſo iure, *& verbum,* per ſententiam iudicis.

25 *Inter prafatas duo verborum genera, maximè quo ad iuris effectus, plures reperiũtur differẽtiæ, quas latiſsimè proſequũtur Doctores hic enumerati.*

26 Pœna *quando dicatur incurſa ipſo iure, vel indicis ſententiam requirat explicatur, & nõnulla ſpecialia verba ad propoſitum ſubijciuntur.*

27 *Vbi verba tam ad præſens, quam ad futurum tempus referri poſſunt, & ſic tam per ſententiam, quam ipſo iure intelligi, nec aliter conſtet de mẽte illius, qui pœnam, vel nullitatẽ inducit, interpretabimur non,* ipſo iure, *ſed* per ſententiam.

28 *Tranſgreſsor legis incidit in pœnam ipſo iure impoſitam, licet aliás ob aliquem reſpectum dignus foret minori pœna.*

29 *Leges,* ipſo iure, *vel* ipſo facto, *pœnam ſtatuentes, ſtatim ligant, vel nõ ligant, & in pœnis ipſo iure incurſis nõ eſt locus moderamini.*

30 Pœna *ſimpliciter per leges, ſeu Principum conſtitutiones prolatæ, promiſcuè reſpiciunt omnes tranſgreſſores, quotquot ſunt in culpa, ſiué ſcientes, ſiué ignorantes per ignorãtiam craſſam, quomodocunque ſint in culpa.*

31 *Aſſig-*

Digitized by Google

31 *Aſsignatur iterum vera ratio, quare ignorantes craſſé irregularitatem incurrunt reiectis aliis rationibus, & fundamentis á Theologis, & Noſtris in materia irregularitatis adduci conſuetis.*

32 *Licet index ex cauſa temperare poſſit pœnam legis, non ita tamen ſi pœna ſit (latæ ſententiæ,) vel quæ ipſo iure incurritur.*

33 *Si pœna non imponatur ipſo iure pro modo culpæ temperari poterit, quo reſpectu, rectè dicitur craſſam ignorantiam excuſare á pœnis legum & ſtatutorum.*

34 *Quod dici ſolet latâ culpâ doloæquiparari procedit reſpectu intereſſe partis læſæ, parûq; refert quo ad effectũ reſarriẽdi damnũ, quod dãnũ datũ ſit dolo, vel latæ culpæ, & intelligitur tex. in l. 1. ff. ſi menſor falſum modũ dixerit, & text. in l. quod nerua. ff. depoſiti: reſpectu verò pœnarũ longè aliter de ſcientibus, & aliter de ignorantibus, etiam per latam culpam philoſophandum eſt.*

35 *Decipiuntur præceptores qui exiſtimant craſſam, & affectatam ignorãtiam pari paſſu ambulare, nec nõ & illi qui aſſerunt legum, ſiue ſtatutorum pœnas aduerſus ſcientes præſcriptas obtinere etiam contra ignorantes craſſé.*

36 *Pœnæ aduerſus dolũ facientes decretæ, nõ obtinent cõtra ignorãtes craſſé, à quibus dolum abeſſe credẽdum eſt, & ſcienter delinquentes doloſi censendi ſunt.*

CONTROVERSIA 5.

Vtrum craſſa legũ ignorantia, licet nõ perinde ac probabilis, à tota excuſet pœna, excuſare tamen debeat à tanta.

1 TIgnorãtię materiã quo ad noſtrum propoſitũ de legibus, & cõſtitutionib' Principũ attinet, nõ ignorãter proſequamur, operępretiũ duxi, poſt adducta circa ignorantiã probabilẽ, nonnulla de ignorãtia craſſa diſſerere, & de ea quæſtione pręſertim, an eſto q; á tota pœna nõ excuſet, ſicuti aliâs ignorantia probabilis: ſaltim á tanta pœna excuſare valeat: quãdoquidẽ quidquid craſſa ſit ignorantia, negari non poteſt, quin generică rationẽ ipſius ignorantiæ participet, & ex B. Tho. ſũmo Theologię Principe. 1. 2. q. 76. art. 3. ad 4. quale quale ad mixtũ inuoluntarium culpã minuat, ac perconſequens ſufficere debeat ad aliqualiter attenuandã pœnam, cum diminuta culpa pœnã quoque minui neceſſe ſit, iuxta ſæpè â nobis cĩtatum locum, Deuteron. c. 25. relatũ in capit. non afferamus 24. q. 1. quo docemur, iuxta delicti menſurã pœnam iniungendam eſſe.

2 Accedit, regulariter ignorantes à pœnis legum, ſeu ſtatutorum excuſari, pro modo, & menſura ſuæ ignorantiæ, ac proinde cum exploratum

Digitized by Google

ſit craſſam ignorantiam, de qua agimus certum modum ignorantiæ im plicare,ita vt re vera actus per ignorantiam craſſam,non ſit penitus voluntarius, omninò dicendum videtur,pro modo & menſura talis ignorantiæ,& ſi non à tota pœna, ſaltim à tanta delinquentes excuſandos fore.

3 Et confirmatur,quia ſi verum eſt, quod generaliter omnes fatentur, ſcilicet, poſſe iudices ex cauſa minuere pœnas,vt tradunt plures relati â Tiraquelo,de pœn. temperand. in præfatione,num. 18. & probat text. in vulgata.l.quid ergo. §. pœna granior. ff. de his qui notantur Infamia. l.& ſi ſeeurior.C.de ex quibus cauſis infamia irrogetur,quibus in locis ad notarunt communiter interpretes, nulla profectò cauſa aptior inueniri poteſt ad minuendã pœnam,quã illa quę culpam minuit, iuxta regulam d.capit.non afferamus, ac ex conſequenti afferendum erit,ignorantiam craſſam,licet non excuſet à tota perinde, ac probabilis, excuſare tamen à tanta.

4 Neque obſtabit, ſi dixeris præfatã doctrinam generaliter docentem, ex cauſa iudices minuere poſſe pœnas,accipiendam eſſe,vt poteſtatem importet,non verò neceſsitatem,ita vt poſsint quidem iudices ſi velint, eneruare ſupplicia,pœnasq; minuere,nõ tamẽ teneantur.iuxta reg.l.nõ quidquid. ff. de iudic. Etenim ſi aduertas,æquitas illa, ob quã poteſtati iudicũ iura cõmiſſerũt,quod poſſent ex cauſa pœnas minuere,ipſamet illos aſtringit, vt minuant, & eneruẽt delictorũ pœnas,ſicuti euincũt fundamenta cõmunis Scholæ, per quæ obtinuit integrum eſſe iudicibus ex cauſa,ſi viderint expedire, minuere ipſas pœnas: iudicantem enim oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere,vt dixit Eleutherius Papa,Epiſtola ad Gallię Prouintias, relatus in c. iudicantem 30.q.5. quod maximè iubat ad probandum rimaturum etiam,& perſpecturum,an delictum per ignorantiã, quantumuis craſſam commiſſum ſit, vt pro modo & menſura ignorantiæ pœnam infligat. Quam ſententiam probat text. in cap. inebriauerunt, cap.ſanè.15.q.1. text. optim. in c.in lectum, & in cap. ſi quis cum matre, 34.q.2. & ſequitur Andr. Tiraq. neminem citans de pœnis,cauſa 13.in fine.

5 Verum in contrariũ vrget, quod clerici percenſuras ligati,ſuo officio miniſtrantes, irregulares ſunt, cap.ſi quis Epiſcopus.11.q.3.& tamen pœna illa obtinet aduerſus clericum, id facientem per ignorantiam craſſam, cap.Apoſtolicę,de clerico excõmunicato,& iuuant nonnulla iura,quæ agũt de irregularitate ob homicidiũ, in cap.continebatur,cap.presbyterorum,cum alijs, de homicidio : igitur culpam non minuit,quod per ignorantiam craſſam delictum fuerit cõmiſſum,nec pœna vllatenus euitabitur in totum,neque in tanta quantitate,quinimò ſic delinquẽs integras pœnas ſubibit.

6 Adde, latam culpam ad craſſam ignorantiam ſpectare. l. latæ culpæ, 223.ff. de verborum ſignificatione, iuncta.l.Regula, verſ.*ſed facti*, de iuris & facti ignorantia, & tamen lata culpa dolo æquiparatur.l.1. ibi, *late*. ff. ſi menſor falſum modum dixerit. l. quod nerua. ff.depoſiti, quemadmodum ergo,quando quis ex dolo & malitia delinquit, in totum pœnam ſubſtinere debet, vt exploratũ eſt,ſic etiam qui per ignorantiã craſſam,quæ idem eſt,cum lata culpa, & cum dolo.

7 Rurſus ſicuti in præcedenti diſputatione

tationè dicebamus pœnæ legũ promiſcuè videntur reſpicere trãſgreſſores, ſiuè ſint ſcientes, ſiuè ignorantes ignorantia craſſa, text. ſic vulgo intellectus in l.1.ibi, *quæ ſponté, vel ignorantia contrahuntur coertio* ff. de legibus, & iuuat text.in c.1.verſ. *nec obſtare*, ibi, *intra quod ignorare minimé debuiſſent*, de conceſsione Præbendæ lib. 6. vbi Innocent. III. nullatenus excuſari vult ignorantes per ignorantiam craſſam, id eſt, eos qui ignorare minimè debuiſſent, ſignum igitur eſt, parum imò nihil referre, quod quis ignorans deliquerit quantumuis per ignorantiam craſſam, ad excuſandam pœnam, neque totam, neque tantam.

8 Propter quæ fortaſsis argumenta Dom. Couarr. in c. alma mater. 1. p. §. 10. n. 17. & doctus Alphõſ. de Caſtro lib. 2. de lege pœn. c. 14. verſ. *lõgè aliter*, diſtinguere ſunt cõpulſi circa præſentẽ materiam, inter ignorantes craſſè, qui dant operã rei illicitę, exẽpli gratia, quãdoquis clericũ percuſſit, putans eſſe laicũ, non tamen præmiſſa debita diligẽtia: & ignorantes, qui rei licitæ operã dabant, qualis eſt venator, qui præuidens quantũ opus erat, nihilominus miſſa ſagitta prohibita animalia occidit, vt priores quidem à pœnis legum minimè excuſentur, poſteriores autem ſic.

9 Quæ ſanè reſolutio dubia videtur (ne dicam defendi non poſſe.) Primò quia ſupponit, craſſam ignorantiam ſemper excuſare à pœna circa mala prouenientia ex actione licita, cuius totum contrarium: conſtat ex text. in cap. Presbyterum, de homicidio, vbi dans operam rei licitæ non excuſatur à pœna homicidij, exindeque ſequitur irregularitas, & imputatur homicidium caſuale, ei qui dabat operam rei licitæ, ſi non adhibuit diligentiam quam debuit. *Presbyterum* (inquit Alexan. III. illius decretalis author) *qui quendam puerum in tuitu diſciplinæ percuſſit in capite, cum poſt paucos dies expiraſſet, tam ab omni Altaris miniſterio debes perpetuò removere, quàm ab Officio Sacerdotali deponere, ſi ex ipſa percuſſione interijt, vel aliam infirmitatem incurrerit, de qua noſcitur expiraſſe.* Ex quibus verbis pluſquam liquidò conſtat verum non eſſe, quod Couarr. & Caſtro ſupponunt, craſſam ſcilicet ignorantiam, ſemper excuſare à pœna circa mala prouenientia, ex actione licita: igitur cum ſuppoſitum falſum ſit, ſeu cõ ſequens, falſum etiã erit antecedens præfatæ diſtinctionis, quippè mors illa pueri volita dicitur in cauſa, vt in d.c. presbyterum. c. continebatur, de homicidio, optimè D. Thom. 1.2.q. 6. art. 3.

10 Deinde quia ſupponunt quoquẽ præfati viri doctiſsimi, craſſam ignorãtiam circa prædicta mala ab illicita actione prouenientia, non excuſare à pœna legis, contra tex. expreſſum, ſi cũ ingenio cõſideretur, in c. ſi quis cum matre 35. q. 2. & 3. vbi ſi quis cũ matre & filia fornicatus eſt, ignorante matre de filia, & filia de matre; reſpondit Concilium, de quo ibi, illum nunquam accepturum vxorem: illas verò ſi voluerint, poſſe accipere maritos, caſu quo ignoraſſent, vt ibidẽ ſupponitur: ſi autem ſciuiſſent inceſtum, abſque marito perpetuò manſuras. Ecce qua ratione ex d.c. ſi quis cũ matre, apertè cõtra prædictos Patres deducitur, adhuc craſſam ignorãtiã circa mala, & actionem illicitã, excuſare à pœna legis, ſeu ſtatuti.

11 Sed audio nõnullos præceptores noſtri tẽporis, doctos quidẽ & eruditos, exiſtimaſſe ignorantiã illã, cuius fit mẽtio in d.c. ſi quis cũ matre, probabilem fuiſſe, non craſſam: minimè, aduertentes ad doctrinam Angelici

Doctoris. t. 2. q.6. artic.8. docentis in his quæ cauſantur ab actione illicita,non dari ignorantiã probabilẽ: vndè ſequitur manifeſtè in d. cap. ſi quis cũ matre,immane crimen illud, nõ proceſiſſe ex ignorãtia probabili, cũ illæ fœminæ,& vir ille,illicitę actioni operam dederint: & faciunt pro doctrina D.Thomæ, cum,regu. text.in l. Imperatores. ff. de iure fiſci, ibi, *ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti*, ex quibus verbis frequenter deducunt interpretes,delinquentes, & dantes operã rebus illicitis ipſos quodammodò in pœnas ipſas cõſentire:tum etiam text. in l.vulgaris. 21. §. ſi his qui,verſ.*ſi quis æs ſurripuerit*, quo in loco Vlpianus mirificè cõfirmat Doctoris Angelici ſententiã, aſſerentis, in his quæ proueniunt ab actione illicita,nõ dari ignorantiã probabilẽ, quatenus docet Conſultus, quod ſi quis æs ſurripuerit dũ aurum ſe ſurripere putat,vel cõtra, aut minus eſſe putat cum plus eſſet,eius quod ſurripit furtum cõmittit:quod & Iuliano, & Pomponio Iureconſultis placuiſſe apparet ex illo loco,quẽ ad id optimè expẽdit Panormit.in cap.à nobis 21.n.9.de ſent.excõmunicat. dicens & rectè: deduci ex præfata Iuriſconſultorũ doctrina, quod ſi quis credens furari modicũ, furatus fuerit multũ,tenebitur non habito reſpectu ad intentionẽ, & ignorantiã ſuã. Quã opinionẽ veriorem appellauit idem Panormit. citato loco,ſubiungens,& quaſi cõprobans,mentẽ Angelici Doctoris,non poſſe quẽ licitè allegare ignorantiã,quando ſcit,ſeu ſcire debet factum eſſe damnatum, niſi ſtatutum puniret factum,aliâs nõ damnatum:quia tunc(inquit) probabiliter ignorantes non ligarentur, cap.propoſuiſti, 82. diſtinctione, & tradũt communiterDD.in vulgata.l. cunctos Populos. C. de ſumma Trinit.& Fide Catholica,ergo de primo ad vltimum,verius eſt, & tenendum, in d.cap. ſi quis cum matre,non dari probabilem ignorantiam,ac percon ſequens, perpetua, & vera manebit reſolutio,qua contra Couarr. & Alphonſum de Caſtro,dicimus,craſſam ignorantiam, ſine dubio excuſare â pœna legis,contra id quod ipſi ſupponere coguntur,retentą ſua diſtinctione inter ignorãtes craſsè,qui dãt operam rei illicitæ,& ignorãtes, qui dant operam rei licitæ, quę nullo pacto videtur poſſe ſuſtineri.

12 Conuincitur prætere à ſupradicta diſtinctio,quia ſupponit, ignorantiã craſſam circa mala prouenientia ex actione illicita, non minuere voluntarium,nec ſubindè malitiam, quam eadem mala habent ſecundum ſuas ſpecies:in quo videntur præfatæ diſtinctionis authores aliquantulum obliti loci cuiuſdam Magni Patris Auguſtini lib. 22. contra Fauſtum, cap.44.traſumptiuè,in cap. inebriauerunt. 15. quæſt. 1. ſic dicentis,*Inebriauerunt Loth filiæ eius, & ſe neſcienti miſcuerunt, quæ propter culpandus eſt, quidem,non tamen quantum ille incæſtus, ſed quantum illa meretur ebrietas.* Hactenus Auguſtinus: ex quibus verbis pluſquam liquidò conſtat,ignorantiam craſſam,circa mala prouenientia,ex actione illicita,minuere voluntarium, ac ſubindè malitiam, quam eadem mala habent, ſecundum ſuas ſpecies,vt reſoluit M.Soto de homicidio caſuali lib.5.de iuſtitia.q.1.art. 9.Etenim quidquid D. Auguſtinus eo loci,neſcientẽ appellauerit ipſum Loth.re vera nõ fuit ſimpliciter neſciens:natura namq; nõ patitur,quod aliquis neſciẽs cocat,ſed dicitur neſciens,quia neſciebat eſſe filias ſuas: credebat enim eſſe ſuam vxorem, & ideò gloſſa in d. cap. inebriauerunt, tres retulit expoſitiones ad illum locum.

locũ. Prima quod punitus fuerit pro inceſtu, & pro ebrietate. Secunda quod non fuerit punitus quantũ inceſtus meretur, ſcilicet, ſi eſſet commiſſ° ex deliberatione. Tertia quod nullo modo puniendus eſſet pro inceſtu, ſed tantum pro ebrietate, quæ ebrietas veniale dumtaxat peccatũ eſt, vt 25.diſt.§.criminis. Verũ quantum ad noſtrum propoſitum attinet, ſatis (vt dixi) euincit locus ille Auguſtini falſò Couarr.& Alphonſum de Caſtro credidiſſe, quod ignorantia craſſa circa mala proueniẽtia ex actione illicita, nõ minuat voluntariũ, nec ſubindè malitiam, quã eadẽ mala habent ſecundum ſuas ſpecies.

13 Deniq; recipi nullo modo poteſt Couarr.& Alphõſi de Caſtro traditio, ſeu diſtinctio, quia ſupponũt cõſtituendã eſſe differentiã, in hac materia, inter dantes operam rei licitæ, & illicitę, quã tamen nõ admittit Doctor Angelicus agens de ignorantia craſſa, quin potius expreſſè illã reijcere videtur. 1.2.q.6.art.8.

14 Quare argumentorũ, quæ initio retulimus, vi, & authoritate oppreſsi Doctores noſtri, duplicẽ craſſam ignorantiã conſtituerunt, altera, quæ pet leuẽ ſeu leuiſsimã culpã cõtrahitur, vt dũ quis ignorat, id quod aliàs diligens, ſeu etiã diligentiſsimus minus ignoraret: altera quæ culpã latã importat, de qua in d.l. latæ culpę: in priori quidem indiſtinctè admittunt pœnas legũ aduerſus taliter ignorãtes, per leuẽ, ſeu leuiſsimam culpam non obtinere: cõtra verò in poſteriori, regulã ponunt contrariam, quod ſcilicet talis ignorantia, quæ latam culpam importat, nullo modo â pœna legis excuſet.

15 Excipiunt tamen à prædicta regula vnum caſum, nempè quando lex pœnam præſcribens, ſiuè tacitè, ſiuè expreſſè dolum requirit, vt eo caſu prædicta ignorantia à pœna excuſet, ita in effectu reſoluunt communiter DD. in l. quod nerua. ff. depoſiti, vbi Bart. num. 20. Auguſt. Beroius in c. 2. de conſtitut. num. 30. Philipp. Dec. ibidem, lect. 1. num. 8. Panorm. num. 6. Felinus num. 4. dicens communem Doctorum.

16 Verum enim verò, neque hęc cõmunis reſolutio admittenda eſt triplici ex capite. Primo quia ex ea ſequeretur (,& ita ſupponere videntur præcitati Doctores) quod ignorãtia craſſa inſurgens ex leui, ſeu leuiſsima culpa, excuſaret à pœna irregularitatis ob delictũ præſcripta: conſequens autẽ falſum eſt, & contra tex. in cap. presbyterum, cum alijs, de homicidio, & cõtra tex. iuncta communi interpretatione, in cap. Apoſtolicę, de clerico excommunicato, ergo & illud ex quo ſequitur.

17 Deinde quia ex regula ab his Patribus præſcripta, circa ignorantes per latam culpã, quod talis ignorãtia nullo modo excuſet, ſequitur etiã ignorantiã craſſam, quidquid nõ excuſet à tota, pariter nõ excuſare à tanta pœna, cuius contrarium efficaciſsimis rationibus initio huius controuerſiæ probauimus. & probabitur inferius.

18 Prætereà & caſus ille, quem DD. excipiunt de lege dolum requirẽte, vt eo caſu prædicta ignorantia per culpam latam â pœna excuſet, apertè confunditur per text. in d.l.1. ff. ſi menſor falſum modũ, ibi, *lata culpa*, iunctis verbis præcedẽtibus, ibi, *hæc actio dolum malum dumtaxat exigit*, vbi cũ dixiſſet Vlpianus actionẽ aduerſus menſorem agrorũ, dolũ malum dũtaxat exigere, propterea quod ſatis abundè coerceri menſorẽ exiſtimauit, ſi dolus malus puniretur, ſecurumq; eũ fore, etiam ſi negligenter, & imperitè verſatus ſit: tandem in

Digitized by Google

verſ.*lata culpa*,dolo malo,de quo ſupra,latâ culpâ cõparari voluit, & ſic non eſſe cõſtituendâ differentiâ in hac parte,neque excipiendam legẽ requirentem dolum,manifeſtè profectò ex illo loco colligitur.

19 Præſertim ſi expẽdas ad propoſitũ,id quod apud omnes eſt in cõfeſſo,nempè pœnam pecuniariam per ſtatutum impoſitam,dolum non requirere,ſed aduerſus ſcientes dumtaxat impoſitam cenſeri, iuxta reſcriptum Veri,& Antonini Imperatorum,qui cum qui pecuniam publicã Magiſtratus ſui tempore, & poſt,nõ pauco tempore detinuerat, vſuras etiam pręſtare debere reſcripſerunt, niſi quid allegare poſsit,qua ex cauſa tardius intulerit,vt in l Imperatores fin.in fine.ff.de decretis ab ordine faciend.ergo ſaltim in pœnis pecuniarijs,non procedit præfata diſtinctio duplicis ignorantiæ craſſæ â noſtris Doctoribus conſtituta.

20 Exploſis igitur prædictis duabus reſolutionibus,ſtatuendæ ſunt duæ concluſiones, quibus ſatisfaciemus controuerſiæ propoſitæ, & quid tenendum ſit apparebit. Prima concluſio, ſi pœnæ ſimpliciter prolatæ ſint in tranſgreſſores,ignorãtia craſſa licet non excuſet á tota pœna, excuſabit tamen à tanta. Tunc autem dicetur pœna ſimpliciter in tranſgreſſores prolata,quando in ſpecie non fuit aduerſus ſcientes impoſita, ſed abſolutè & ſimpliciter in ipſos tranſgreſſores & delinquentes pronuntiata. Quam concluſionem ſic intellectam,ſatis probant rationes, & authoritates initio huius diſputationis à nobis adductæ, dum ex D. Thoma,& aliquibus S.Scripturæ teſtimonijs,& iuribus probauimus,ignorantes excuſari â pœna legis pro modo ſuæ ignorantiæ, & ignorantiam craſſam habere admixtum involuntarium, culpamque minuere, & ex cõſequenti pœnam,quæ facilè lector in memoriam reducet.

21 Secunda concluſio indubitabilis ſic ſe habet, quando pœnæ ſpeciatim aduerſus ſcientes præſcribuntur,ignorantia craſſa indiſtinctè excuſat,ita docet communis in capit. 2. de conſtit. & intendit Abbas ibidem,num.6 probaturque ratione iudicio meo efficaci:etenim ignorantes craſſè,licet diffiteri nõ poſsimus, quod ſcire teneantur, non tamen ob id ſunt verè ſcientes,ergo pœnæ aduerſus ſcientes præſcriptæ,ignorantes per ignorantiam craſſam nõ cõprehendunt: cõſequentiã probo, ex notiſsimis iuris regulis, quibus docemur, pœnas propriũ caſum nõ excedere,reg.in pœnis lib.6. c. pœnæ, de pœnitentia,diſt.1.

22 Nec deſinam lectorem admonere,prędictam priorem concluſionem, quæ habet â pœnis ſimpliciter impoſitis in tranſgreſſores, excuſari ignorantes craſſe,licet non in totum,ſaltim in parte,minimè procedere, quãdo pœnæ ipſo iure fuerint impoſitæ:quas vulgò appellamus latæ ſententiæ:exemplum ſit in in bonorum priuatione,ſeu cõfiſcatione, de qua in cap.cum ſecundum leges, de hæreticis in 6.

23 Cuius limitationis ante quam rationem reddamus, magnoperè conducet breuiter explicare, quid importent,quam vè poteſtatem,& vim habeant verba hæc,*ipſo iure*, quibus paſsim quidem,& in pleriſque iuris articulis vtuntur Iuriſconſulti,& Põtifices Maximi, nec non, & Concilia: vulgò tamen non ſatis percipi video,nec curari,quid ſignificent. Variè igitur apud eoſdem Iuriſconſultos accipiuntur,vt per Berrucium,& Briſonium,verbo,*ipſo iure*,per Tiraquellum,verbo,*reuertatur*,num.408.

Cuiacium

Digitized by Google

Cuiacium lib. 1. obseruation. capit. 27. ita vt oporteat ad materiam subiectam attendere: frequenter tamen apud Iurisconsultos, & apud Pontifices, ipso iure fieri dicitur, id quod â lege ipsa absque vllius hominis opera, vel auxilio introducitur, vt in l. de dote 61. ff. de ritu nuptiar. l. quod dicitur. ff. de impensis in rebus dotalibus, Clem. 1. §. propterquod, de hæreticis, capit. 1. de rescriptis, cap. quanquam, in fine, de vsuris in 6. dict. cap. cum secundum leges, & alibi passim, in qua significatione sumitur in proposito nostro verbum *ipso iure*.

24 Circa cuius vim, & potestatem ipsiusque naturam, præfatæquè limitationis veram intelligentiam, rursus considerare oportebit retento eodem sensu dicti verbi, *ipso iure*, quod licet aliâs aliquando inter se opponantur *ipso iure*, & *iure Prætorio*, vel *per suffitionem Prætoris*. l. 1. ff. quibus modis vsusfructus, Principium, Instituta de perpetuis, & temporalibus actionibus, aliquando verò *ipso iure*, & *per exceptionem*. l. 4. ff. de seruitutibus. §. in bonę fidei, Instituta de actionibus, iuxta tradita per Berrucium, Brisonium, Tiraquellum & Cuiacium locis nuper citatis, quantum verò ad nostrum propositum attinet, & verbum *ipso iure* vsurpatum est, in d. l. de dote, d. l. quod dicitur, d. Clem. 1. §. propterquod, d. cap. quanquam, d. c. cum secundum leges, cum similibus, in quibus de pœna criminis, vel de nullitate actus tractatur, opponuntur verbum, *ipso iure*, & verbum, *per sententiam iudicis*, ita quod pœna, vel nullitas ipso iure incursa dicatur, vbi lex ipsa statim admisso crimine sententiam profert, & per se pœnam præscribit, ita quod sententiam iudicis imponentis nunquam exigat. Econuersò autem, quando lex non statim admisso crimine sententiam profert, neque per se pœnã præscribit, sed sententiam à iudice imponendam exigit.

25 Inter quæ duo verborum genera, maximè quo ad iuris effectus, nõ me latet plures reperiri differẽtias, quas latissimè prosequuntur frater Alphõsus de Castro de lege pœn. lib. 2. c. 6. Ludouic. Gomez in c. 1. de rescript. in 6. â nu. 9. Dom. Couarr. de sponsalibus. 2. part. cap. 6. §. 8. â num. 6. Andręas Tiraquel. verbo, *reuertatur*, nu. 266. post Felinũ in cap. Rodulphus, à num. 35. de rescript.

26 Sed antequam hinc abeamus, non dubito quin lector ingeniosus, pariter & eruditus, magnoperè scire desideret, quando pœna dicatur incursa ipso iure, vel iudicis sententiam requirat, & quamuis id cum certitudine statuere difficilè sit, breuissimè quid in hac parte didicerim aperiam. Dicitur ergo pœna ipso iure incurri, non tantum, vbi verba hæc, speciatim adijciuntur, vel alia similia, scilicet, *ipso facto*, vt in Clement. attendentes, vbi glossa vltima, de statu Monachorum, cap. 2. vbi glossa, verbo, *si quis item*, ne clerici, vel Mohachi, lib. 6. cap. quam sit, vbi glossa eodem libro, cum alijs latè congestis à Tiraquel. dict. loco, num. 142. & sequentibus, sed etiam (nisi aliud obstet) vbi in præteritum, vel præsens tempus verba concipiũtur, vt si dicatur, *sit priuatus, sit confiscata, amittat, sciat se incurrisse, vel amisisse*, aliter si in futurum tempus ad iudicem, vel factum hominis verba referantur, velut, si lex dicat, *incurret, amittet, index priuabit, reuocabit*, vel quid simile, quibus verbis existentibus censebitur in dubio pœna per iudicis sententiam, non ipso iure incursa, secundum latissim-

tiſsimè adducta per Tiraquel. Felinum,Alphonſum de Caſtro vbi ſupra, & quæ adducit Cremenſis ſingul.7.

27 Vbi autem verba,tam ad præſens, quàm ad futurũ tempus referri poſſunt,& ſic tam per ſententiam,quàm ipſo iure intelligi, nec aliter conſtet de mente illius,qui pœnam, vel nullitatem inducit, interpretabimur non *ipſo iure*, ſed *per ſententiam*, argumento reg. in pœnis, vbi obſeruat gloſſa ſimilis in cap. cupientes. §.ſi verò,verſic.*priuatur*, de electione,lib.6.& in c.2.§.1.verbo, *inuadetur*,de hæreticis, eodem lib. docet communis,quam refert & ſequitur Tiraq.loco allegato.n.246.

28 Igitur his præmiſsis circa interpretationem huius verbi, *ipſo iure*, *ipſo facto*,vt ad propoſitam limitationem reuertamur,rectè dicimus primam concluſionem noſtrã non procedere, in pœnis ipſo iure impoſitis, quæ vulgo dicuntur *latæ ſententiæ*, vt in ſpeciebus dictæ animaduerſionis initio relatis: planè enim ab his craſſa ignorantia quantumcumque ex minima inſurgat culpa, non excuſat,vt in effectu, docet Panormit.rectè intellectus.d.quæſt.21.nu. 2.quatenus voluit tranſgreſſorem legis,incidere,in pœnam ipſo iure impoſitam,licet aliàs ob aliquem reſpectum dignus foret minori pœna.

29 Et ratione nõ ſine ingenio probatur,ſi expẽdas leges,*ipſo iure*, vel *ipſo facto*,pœnam ſtatuentes,ſtatim ligare,vel nõ ligare, quo fit vt in pœnis ipſo iure incurſis,nõ ſit locus moderamini, ſed ſic eſt, quod excuſatio prætextu craſſæ ignorantiæ, nihil aliud importat, quam quodã moderamen circa pœnã legis,videlicet quãto minor fuerit culpa ignorantis,tãto plus eidem pœna remittatur: cõſequens igitur eſt, vt nemo quo ad illas pœnas ipſo iure impoſitas prætextu craſſæ ignorantiæ poſsit excuſari.

30 Accedit quod pœnæ ſimpliciter per leges,ſeu Principum cõſtitutiones prolatæ, promiſcuè reſpiciunt omnes trãſgreſſores, quotquot ſunt in culpa,è quorum numero, conſtat eſſe tranſgreſſores per ignorantiam craſſam, promiſcuè ergo reſpiciuntur à lege,vel ſtatuto,iuxta tex. ſecũdum communem eius intellectum in l.1.ibi,*vel ignorantia*,ff.de legibus: quo probatur promiſcuè legem reſpicere,omnes delinquentes qui culpam contraxerunt,ſiuè ſcientes,ſiuè ignorantes, per ignorantiam craſſam,quomodocunque ſint in culpa, & reſoluit Dom.Couarr. vbi ſupra. Sed ſic eſt,quod pœnæ ipſo iure incurſæ nequeunt reſpicere tales ignorantes, quin ſtatim eos in totum ligent,veriſsima ergo eſt præfata limitatio, vt regula illa, & concluſio, quæ docet (ignorantiam craſſam,licet non excuſet â tota pœna excuſare tamen à tanta) procedere nõ poſſit,nec debeat,in pœnis ipſo iure incurſis,quæ vt diximus, vel ſtatim ligant,vel non ligant.

31 Vndè dum intereſſem cuidam celebri actioni,ex his quas pro ſuo inſtituto, laudabiliq; cõſuetudine, corã totius Scholę noſtrę cõuẽtu,& celebritate habere ſolent religioſi nominis Ieſu, cuique (quod magis erat) patronatus aderat inſignis,P.Gabriel Vazquez Theologus diſſertiſsimus:intrepidè affirmare non dubitauerim,ex eo irregularitatis pœnam, etiam per craſſè ignorantes, abſque vlla excuſatione cõtrahi,iuxta text.in cap.Apoſtolicę,de clerico excommunicato, quia talis pœna irregularitatis, eſt pœna *latæ ſententiæ*, quæ, *ipſo iure*, incurritur, ac proindè nihil referre, ſiuè actus per quem

Digitized by Google

quẽ incurritur irregularitas, fiat per ignorantiã quantumuis crassam, sinè cum scientia, aut notitia, ex proximè dictis, non verò ex alijs rationibus, & fundamentis à Theologis, & Nostris in materia irregularitatis adduci consuetis: quidquid tunc communis ille præceptor non acquieuerit, qui immatura morte nobis ereptus, nisi triste sui desiderium Academiæ Cõplutensi & Vniuersæ Hispaniç reliquisset, hęc & alia, quotquot sunt in Theologia morali suis doctissimis & dissertissimis scriptis, sine dubio illustrasset: quam rationem si amplectaris cessabit argumẽtum ex d.cap. Astolicæ, de cleric. ex com. desumptum.

32 Cõsequitur etiã, quod licet iudex ex causa temperare possit pœnã legis. l. & si seuerior. C. ex quibus causis, non ita tamen si pœna sit *latæ sententiæ*, vel quæ ipso iure incurritur, quidquid Tiraq. de pœnis in præfatione. n. 24. contradicat, motus, sola Panormit. authoritate vbi supra, qui cõtrarium docuit si attente legatur.

33 Si autem pœna non imponatur *ipso iure*, & si fateamur respicere crasse ignorantes, nihilominus tamẽ asserendum est, per iudices qui sunt Ministri legũ. l. 2. §. post originẽ. ff. de orig. iuris, pro modo culpæ tẽperari posse, quo respectu recte dicimꝰ crassã ignorãtiã excusare à penis legũ, & statutorũ, iuxta illud vulgare, ꝙ absolutio vinculũ supponit. c. ad dissoluẽdũ, de despõsatione impuberũ: iudex enim relaxans pœnã legis ob ignorantiã crassam transgressoris, videtur supponere, eundemmet trãsgressorem, ipsiusmet legis pœna mã tasse ligatum, qua ratione soluitur, argumentum ex d. l. 1. ff. de legibus superius adductum.

34 Ad aliam verò difficultatẽ de lata culpa, quã dolo çquiparari dicebamus, facilè respondetur, si aduertas id procedere respectu interesse partis læsę, parũ enim refert quo ad effectũ resarciendi damnũ, quod damnũ dederis dolo, vel lata culpa: & in hoc sensu vulgò dici solet latam culpã dolo æquiparari: necnõ & in his terminis accipienda sunt, iura in l. 1. ff. si mensor falsum modũ dixerit, & in d. l. quod nerua. ff. depositi, latam culpam dolo æquiparãtia: secus respectu pœnarum, quæ cum ad vindictam delictorum proferantur, capit. quæsiuit, de his quę fiũt â maiori parte. l. sancimus. C. de pœnis, longè aliter de scientibus, & aliter de ignorãtibus, etiam per latam culpam aptari debent. Quã doctrinam didicimus à Bart. eruditorũ Magistro in l. 1. nu. 3. ff. de legibus, post glossam, in l. nõ etiam, & in l. in actionibus. ff. de in litẽ iurando, quidquid, in hac re plura inuoluerint Hippolyt. Rimin. in l. in lege. ff. de sicarijs, plures relati ab Andr. Tiraqu. de pœnis temperan. causa. 14. imò idemmet Bartol. in d. l. quod nerua, num. 20. ff. depositi.

35 Quibus omnibus cõsequens est, deceptos fuisse plures DD. quos retulit, & sequutus est Tiraquel. d. tractat. de pœnis, causa 13. num. 21. cũ glossa in cap. vltim. ad verb. *scienter*, de officio Delegati, lib. 6. dum asseruerunt legum, siue statutorum pœnas aduersus scientes præscriptas, de quibus in d. cap. fin. obtinere etiam contra ignorantes crasse. Quorum sententiam supra me confutasse, memor sum, qui tamen omnes, in eo profectò magis decipiũtur, quod existimant crassam, & affectatam ignorantiam pari passu ambulare, vt constat ex d. glossa in d. cap. fin. d. verbo, *scienter*, quæ dixit idem futurum in specie illius text. si ignorantia esset iuris, vel crassa, vel affectata, non distinguens inter vtramque

quod,quã ſit præpoſterum,& alienũ à præceptis moralis Theologiæ, & benè fundata iuris prudentia,ex his quæ tradidimus in toto hoc articulo de promulgatione, & ignorantia legum,pluſquam liquido conſtabit erudito lectori.

36 Aduertere enim debuiſſent prædicti Patres,adhuc pœnas aduerſus dolo facientes decretas,non obtinere cõtra tales ignorantes,vt tradunt Tiraq.d.cauſa 13.Abb.d. num.6. & omnes in d.c.2.de conſtit.leges autem tranſgredientes ſcienter eo ipſo cenſeri dolo feciſſe,vt exploratũ eſt:igitur craſſe ignorantes non ligãtur pœnis contra ſcientes impoſitis, cũ ſcienter delinquentes dolosi cenſeantur,& ab ignorantibus craſſe dolum abeſſe credendum ſit.

Summaria ad controuerſiam 6.

1 *REfertur doctrina Diui Thomæ aſſerentis non dari ſimoniam, niſi quando ſpiritualium ſupernaturalium, non gratuita conceſsio, vel receptio reperitur.*

2 *Ignorantia probabilis alicuius facti excuſare ſolet,nõ ſolum á culpa, verum etiam á pœna, & obtentum beneficium per ſimoniam,prouiſus dimiſſurus non eſt.*

3 *Ordinati per Epiſcopum aliquid temporale recipientẽ,& ſic per ſimoniã propter ignorantiam in ſuis ordinibus remanere poſſunt.*

4 *Factum alterius vbi culpa non datur, nihil eſt quod præiudicare debeat ad effectũ,vt incurratur pœna, & eũ ex facto alterius ſimonia committitur de ea curari non debet,ad effectum incurrendi pœnam.*

5 *Sumitur argumentum á ſimoniaco mẽtali,qui ſpiritualia ſic recepta, non tenetur reſtituere,ad eum qui penitus exiſtit expers,& ignarus ſimoniæ commiſſæ, quem ſatis euincitur immunem eſſe á reſtitutione.*

6 *Baptiſmus,Confirmatio,Ordo, & reliqua Sacramenta, quæ in actione conſiſtunt,ſpiritualia quidem ſunt, & tamen per ſimoniam adquiſita non reſtituuntur,idemque iudicium eſt de beneficio ignoranter per ſimoniam accepto.*

7 *Nihilominus multis authoritatibus, & teſtimonijs probatur, de iure renuntiare debere beneficio, illum qui ignoranter per ſimoniam adquiſiuit,poſtquam hoc ſciuerit, cum quo poterit Epiſcopus diſpenſare, ſecus ſi ea ſciente fuerit commiſſa ſimonia,quo caſu ſolus Papa diſpenſare poterit.*

8 *Rationi conſonum videtur,vt quæ adquirimus ex titulo nullo ob defectũ ſolemnitatis iuris humani,reſtituamus, & dimittamus in conſcientiæ iudicio.*

9 *Is qui poſsidet bona teſtatoris ex titulo minus ſolẽnis voluntatis,tenetur etiã in diuino animæ iudicio legitimis inteſtati hæredibus illa reſtituere, quamuis nõ dubitet de libera & ſpontanea teſtantis voluntate: idemque iudiciũ eſt de contractibus & electionibus minus ſolemnibus.*

10 *Totũ contrariũ reſpondet Innocẽtius in c.quod ſicut, de electione, adhuc tamẽ in priori opinione perſiſtẽdum eſt, quæ æquior & iuſtior videtur.*

11 *Legum quædã culpam exigunt,& pœna ab illis impoſita contentæ ſunt,aliæ formam,& nullitatem inducunt, perſonas agentiũ inhabilitãtes, aliæ eandem quæ dicunt propter aliquã cauſam pœnam eſſe incurrendam, nec culpam arguunt.*

12 In

12 *In priori legum specie ignorãtia sufficiẽs est ad excusationẽ, nõ ita in secũdo & tertio legũ humanarũ genere, cui° differẽtiæ ratio assignatur.*

13 *Distinguitur triplex modus dandi temporalia pro spiritualibus, & intelligitur text. in c. nobis, ad finem, de simonia, dum dicit, simoniacum non posse obtinere dispensationem ab Episcopo suo.*

14 *Si per ignorantiam probabilem promissi, spirituale datum fuit, ex dispensatione Episcopi poterit iterum beneficium ab eodem promisso obtineri, & intelliguntur iura in d. c. nobis, & in d. cap. de simoniacè.*

15 *Quando temporale pro spirituali á tertio datur, minimé dubitandum est, quin valida & firma fuerit talis promissio, & iterum intelligitur textus in d. c. de simoniacè.*

16 *Defectus substantialis per ignorantiam quantumcũque probabilem non suppletur, & obtinentes Magistratus, & Præfecturas per pecuniã, & alia media illicita aduersus interdictũ à Catholica Maiestate annis superiorib° editũ eas dimittere tenẽtur.*

17 *Ordinatus ab Episcopo excõmunicato, vel aliàs præciso ab Ecclesia, quidquid ignorãter probabiliter ordines susceperit à pœna suspẽsionis nõ excusabitur, & si minus bonus eligatur, iterum electio fieri poterit, & canonici malé eligentes priuantur eligendi potestate.*

18 *Ministrorũ malitia, Sacramentis minimè nocet, quominus suos proferãt effectus, non ponentibus obicẽ, & videtur quod cũ talis ordinatus probabiliter ignorãs, obicẽ nõ ponat executio ordinis in illum translata sit.*

19 *Qui honorem nõ habet, honorem dare non potest, neque ordinũ executionẽ qui ordines exequi nequit: & Sacramentum Ordinis non aliter tribuit executionis effectum, quam si eius Ministri eandem executionem ordinum habeant.*

20 *Promissus per simoniam quantumuis ignorantia probabili, nihilominus suspensus manet, meretur tamen dispensationis indulgentiam, & intelligitur textus in cap. ordinationes 9. q. 1.*

21 *Episcopus excõmunicatus subdito excõmunicato verum confert Ordinis Sacramentũ, quantũ ad characterem, licet donec subsequatur dispẽsatio, siué ignorãs, siué sciẽs collatorẽ excõmunicatũ esse, ordinat° suspẽsus sit.*

22 *Si talis ordinatus contra ipsius Ecclesiæ prohibitionẽ attẽtauerit Ordinũ ministeria exercere, illicita atq; sacrilegij crimine inuoluta erunt.*

23 *Referuntur & reijciuntur asserentes ordinatos citra simoniã, non aliter, quam propter illorum culpã suspensionis pœnam incurrere.*

24 *Intelliguntur iura passim aientia virtutem Spiritus Sancti cũ Sacramentis illicitè collatis non transire. c. 1. & 2. de ordinat. ab Epis. c. Baptisma. c. quo ad perfectionẽ. c. nõ sinat, el primero. c. ventum est. c. Arrianos, cum multis ibidem. 1. q. 1.*

25 *Dispensatio à præfata suspensione, regulariter à Romano Pontifice impetrãda est, maximé si ordinatus sciẽtiam habuit excommunicationis, in qua existebat collator ordinum, & idem, si ignorantia crassa, aut supina interuenisset.*

26 *Suscipiens Ordines ab Episcopo excõmunicato nõ suo, poterit impetrare dispensationẽ ab Episcopo proprio.*

27 *Reijcitur sententia asserentiũ, quod si quis ex ignorãtia probabili Ordines receperit ab excõmunicato, rataerit collatio, & absq; aliqua dispensatione, Ordines exequi valebit, in eisdemque absq; pœna irregularitatis liberè ministrare.*

28 *Collatio beneficij facta ab excõmunicato*

cato nulla eſt,quidquid ipſe excommunicationem ignoret.

29 *Litterarum impetratio ab excommunicato ad beneficia obtẽta, nulla eſt, quemadmodũ & collatio beneficij.*

30 *Ignorãtia quantũcumq; probabilis nõ excuſat ab illa irregularitate, quæ propter aliquem defectũ Sacramenti incurritur,& defectus, & indecentia,per ignorantiam,quantumcumq; probabilem non ſupplentur.*

31 *Catholica Eccleſia non ſemel diffinivit Sacramentum Baptiſmi, non eſſe repetendum,irregularemque eſſe, qui bis vel ter Sacramentũ Baptiſmi ſuſceperit.*

32 *Videbatur potius excuſandum eſſe á pœna ignoranter rebaptizatum, ob defectum culpæ, ſed ſufficit quod adſit cauſa.*

33 *Habemus decretum percelebre Concilij Carthaginenſis, vbi omnes in vniuerſum rebaptizati prohibiti fuerunt à ſacris ordinibus.*

CONTROVERSIA 6.

Vtrũ ille qui prouiſus eſt, de beneficio per ſimoniam ignoranter, etiam probabiliter, teneatur tali beneficio renuntiare.

1 REcẽtè more ſuo docuit D. Tho. 2.2.q.100. art.1. quẽ ſequuti ſunt D. Antoninus, 2.p.c.5.§.1. Soto lib.9.de iuſtitia.q.5.art.1.Silueſter verbo,*ſimonia*.q.1. Nauarr. in manu.c.23.n.100.non dari ſimoniã, niſi quando ſpiritualiũ ſupernaturaliũ,non gratuita cõceſsio,vel receptio reperitur.Quę doctrina non parũ fauere videtur prouiſo de beneficio ignoráter probabiliter, vt eidẽ renũtiare minimè debeat, cũ propter ignorantiã nihil cõceſſerit prouidẽti, nec cõferẽs abillo aliquid receperit.

2 Præſertim ſi meminerimus eorũ, quæ ſuperius à nobis tradita ſunt, dum diximus ignorantiam probabilem alicuius facti, excuſare ſolere, non ſolum â culpa, verum etiã â pœna,ex reg.ignorantia,lib.6.ac proinde licet daretur ſimonia, nequaquã tamen prouiſus obtentum beneficium dimiſſurus eſſet.

3 Accedit quod ordinati per Epiſcopũ aliquid tẽporale recipientem, & ſic per ſimoniã,propter ignorantiã in ſuis ordinibus remanere poſſunt.c.de ſimoniacè 2 a. de ſimonia: pariter ergo ignoranter prouiſi de beneficio ſimoniacè, eidem renuntiare non debebunt,nec compellendi ſunt:ex doctrina Lutij Tertij Pontificis Maximi in dict.capit.de ſimoniacè, docentis, ipſos ſimoniacos non eſſe, licet ſecundum quandam ſpeciem ſimoniæ, vtpotè ipſis ignorantibus ſimoniacè ordinati ſint, ac proindè ſine periculo poſſe in ſuis ordinibus remanere, cur ergo non idem dicendum erit, de eo qui per ſimo-

Digitized by Google

simoniam probabiliter ignorans beneficium accepit.

4 Tandem quia tam iure, quàm ratione docemur, quod factũ alterius, vbi culpa non datur, nihil est quod præiudicare debeat, ad effectum, vt incurratur pœna, ex traditis per Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. quęstionibus, casu. 185. n. 5. iunctis resolutis per M. Soto lib. 1. de iustitia. q. 6. art. 7. & probat regula sine culpa, lib. 6. & cap. 1. de cõstitut. in 6. Igitur cum ille, qui per simoniam ignorãter probabiliter, de beneficio prouisus est, non habuerit culpam: quia supponimus ex facto alterius simoniam fuisse commissam, de ea curare non debet, ad effectum incurrendi pœnam.

5 Rursus, simoniacus mentalis, spiritualia sic recepta, non tenetur restituere, ergo multò minus ille qui penitus extitit expers, & ignarus simoniæ commissæ, maior manifesta est, in cap. fin. de simonia, consequentia rectè procedit: maximè quia si spiritualia natura sua restituibilia, prout est beneficium, & cætera huiusmodi, essent in conscientia restituenda, ex eo foret, quia contra Domini voluntatem adquiruntur, & retinentur, sed hoc non videtur absolutè verũ, ergo &c. maiorem ex illo Domini præcepto *gratis accepistis gratis date*, colligunt D. Thom. in 4. dist. 25. quæst. vlt. Soto de iustitia lib. 9. q. 8. art. 1. minor probatur ex eo, quia Dominus spiritualia à Prælatis & Ministris Ecclesię dispensari, & distribui iubet inter fideles, quatenus ad eorum salutem necessaria, & opportuna sunt, teste Bernardo lib. 3. de cõsideratione, capit. 4. ad fin. docet Paulus. 1. ad Corinth. c. 4. & 9. Et quamuis gratis id fieri vellit, tamen cum aliquis id pretio recipit, quod eidẽ Dominus gratis dari iubet, restituere non tenetur, id quod accipit, cum habeat ex Domini voluntate, vt contingit quãdo pauperes pretio emunt temporalia, quæ Dominus eisdem gratis distribui iusserat, ex quibus euincitur multò magis à restitutione immunẽ esse, qui prouisus est de beneficio per simoniam ignoranter probabiliter.

6 Ommitto Baptismum, Confirmationem, Ordinem, & reliqua Sacramenta, quæ in actione consistunt, & Officia diuina, spiritualia quidẽ esse, & tamen per simoniam adquisita nõ restitui, quod signum est, beneficiũ, sic ignoranter per simoniam acceptum, non esse restituẽdum: maior huius argumentationis, quo ad tria illa Sacramenta, quæ imprimunt characterem manifesta est, siquidem amplius nõ deletur: quo ad alia patet ex eo, quia cum actiones sint, quæ transeunt, & à præteritis nulla sit potentia, nec eorum restitutio. l. in Bello. §. factæ. ff. de captiuis, currit igitur consequentia.

7 Nihilominus tamẽ Clemens. III. & Celestinus. III. Summi Pontifices, ille in cap. ex insinuatione 26. hic in cap. nobis, statim sequenti, de simonia, constanter & vnanimi consensu decreuerunt, electionem simoniacã cassandam esse, si propter hoc electoribus promissa fuit pecunia, quamuis electus ignoret: vndè ipsemet Clemens. III. inferebat, quod si quis Canonicatui renuntians, ad quem per simoniam ignoranter assumptus fuerat, postea de nouo assumatur ad illum: non posse ex prima receptione, sibi aliquid vendicare, significans rectè & iuxta Canonici iuris præcepta, eum qui interueniente pecunia beneficium adquisiuit ignoranter, (quandoquidem eius pater pecuniã dederat) cum ad annos discretionis peruenit dictam Præbendam in manu Præpositi, & Fratrum resignasse, & ex

Digitized by Google

& ex indulgentia de nouo in Canonicum electum fuiſſe: & ſubiungit poſtea Celeſtinus. III. nihil intereſſe, quod electus promiſsionis conſcius non fuerit: quinimò non eo minus eius electionem, tanquam ſimoniaca præſumptã prauitate penitus reprobandã: ex quibus vt vides doctiſsimorum Pontificum teſtimonijs, pluſquam liquidò conſtat, illum qui prouiſus eſt de Beneficio per ſimoniam ignoranter etiam probabiliter, teneri tali beneficio renuntiare, vt præter iura citata, probat tex. in cap. præſentium. 1. q. 5. & notant Scribẽtes per text. ibi in cap. penult. de electione, tradunt inſignis Couarr. in reg. peccatum. 2. part. §. 3. Sylueſter, verbo, *ſimonia*, quæſt. 20. Nauarr. in manu. cap. 23. num. 121. M. Soto lib. 9. de iuſtitia. q. 8. art. 1. ad 3. Ioann. de Medina de reſtit. q. 27. poſt D. Tho. 2. 2. q. 100. artic. 6. ad 3. & gloſſam in cap. de ſimoniacè. 22. de ſimon. quæ docuit de iure renũtiare debere beneficio, illũ qui ignoranter per ſimoniam adquiſiuit, poſtquam hoc ſciuerit, ex d. c. preſentium. c. ex inſinuatione. c. nobis. c. pen. iam allegatis, cum quo etiam poſt liberam Præbẽdæ reſignationem, ait gloſſa Epiſcopum diſpenſare poſſe, vt in eadem Eccleſia recipiatur: ſecus cũ illis qui ſimoniam commiſſerunt, vel eis ſciẽtibus eſt commiſſa, cum quibus ſolus Papa poterit diſpẽſare, iuxta tex. in d. cap. nobis, in fine, & ea, quæ frequenter Doctores adducunt in capit. poſt translationem, de renuntiatione.

8 Quinimò inferri poſſe indè videtur, ad eam dubitationẽm, de beneficio Eccleſiaſtico adquiſito, ex conſenſu eorum qui ius habent eligendi: non tamẽ ſeruata forma iuris Põtificij in electione: & fateor me ſemper inclinaſſe magis, in eam partem, quod in propoſita ſpecie reſtituendi ſit obligatio, in animę iudicio interiori, beneficiumque dimittendum omninò, ex eo quod talis adquiſitio iure prohibente cõtingat, & lege ſit prohibita, ac perconſequens penitus iniuſta & illicita, vt ſupponitur: propter deficientem iuris ſolemnitatem. Ex quibus ſemper perſuaſum habui, hanc ſententiam veriſsimam eſſe, ad exemplum illorum, qui ex minus ſolemni teſtamento aliquid capiunt, quod in vtroque foro nullũ eſt: planè rationi conſonum videtur, vt quę adquirimus ex titulo nullo ob defectum ſolemnitatis iuris humani, reſtituamus, & dimittamus in conſcientiæ iudicio. Quis enim quæſo congruam aſsignauit differẽtiam in hac parte inter electionem, teſtamẽtum, & contractum, cum par ſit in vnoquoque ratio?

9 At cum qui poſsidet bona teſtatoris, ex titulo minus ſolemnis voluntatis, teneri etiam in diuino animæ iudicio, legitimis inteſtati hęredibus illa reſtituere, quamuis non dubitet de libera, & ſpontanea teſtantis voluntate, rectiſsimè docuit Couarru. in cap. cum eſſes, de teſtament. num. 10. reclamantibus Alexand. & alijs, quos refert, & ſequitur Franciſcus Riparien. in l. nemo poteſt, num. 97. ff. de legat. 1. & ſi attentè perlegeris Doctores, tenentes, ex teſtamento minus ſolemni non licere retinere aliquid: inuenies eoſdem, idem ſenſiſſe de electionibus, & cõtractibus minus ſolemnibus, ſicuti ex eorum rationibus, & fundamentis non obſcurè dedudicitur, præcipuè ſi perpẽdas ſcripta per Bald. in repetitione. l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. num. 55. Fortunium in tract. de vltimo fine, num. 15. aſſerentes, neque in foro animæ iſtam minus ſolemnem voluntatem recipiendam eſſe, nec referre, quod volun-

Digitized by Google

voluntas testatoris, ex alio exteriori testimonio probetur, quam opinionem communem testatur Iason in l. post diuisionem, col.2. C.de iuris & facti ignorantia: igitur de primo ad vltimum, nec adquisitio beneficij valebit iuris solemnitate deficiente, quidquid adsit electoris consensus, imò restituendum, dimittẽdumque erit in foro animæ, quod multò probabilius existimo.

10 Nec me latet prefata dubitatione, coram Innocentio proposita ipsum contrarium respondisse, scilicet contractum, & electionẽ minus solẽnem in animæ iudicio interiori tenere omninò, nec vllã esse in hac specie, restituendi obligationẽ, vt vides per eundem in c.quod sicut, de electione, tradit Nicolaus Boer.decis.1.nu. 13.Petrus de Ancharrano in reg.1. de reg.iuris.q.7. prin.col. 34. Tiraq. post leges connubiales, glo. 2. num. 20.Ias.in l.2.col.2.C.de fideicomm. & in d.l.si post diuisionem.C. de iuris & facti ignorantia, col. 2. Felin. in cap. 1. num. 39. Decius. 1.lectur. num.19.de constit.& ante eos Abb. Panorm.in cap.1.de in integrum restitut.ad finem, & in cap. quia plerique, num.28.de immunit. Eccles iar. adhuc tamẽ in priori opinione persisto, quæ æquior, & iustior mihi semper visa est, & ex ea simul cum alijs, quæ superius adduximus, manifestè apparet, pari ratione prouisum de beneficio per simoniam ignoranter etiam probabiliter, teneri tali beneficio renuntiare sponte sua sine vi, aut compulsione aliqua.

11 Quare vt in hac etiã controuersia antiquã nostrã consuetudinem præmittendi nonnulla notabilia retineamus, quædã pro faciliori intelligẽtia cõstituenda sunt, & in primis adducenda legum pœnas imponentiũ vtilis diuisio, quã in effectu si ingenioſẽ perpendatur, sensit glo. verbo, *reprobanda*, in d.c.nobis 27.de simonia, & tradit Alphonsus de Castro de lege pœn.lib.2.c.14.fol.mihi.295. vt quẽdam sint culpam dumtaxat exigentes, & pœna ab illis imposita contentæ, nec aliquid amplius requirentes: aliæ verò, quæ vltra pœnam formam & solemnitatem, ipsis actibus iniungunt, non quomodocumque, sed nullitatem inducentes, seu personas agentium inhabilitantes: Aliæ tandem, quæ licet vltra non procedãt, nec culpam arguant, nihilominus tamen propter aliquam particularem causam dicunt pœnam esse incurrendam.

12 Certè in priori legum specie, ignorantia sufficiens est ad excusationem, vt latè resoluimus in præcedentibus controuersijs, secus in secũdo, & tertio casu, in quibus, quæcumq; ignorantia nõ sufficit, quominus pœna incurratur: probo sic, quia leges secũdi generis dãtes formã, vel solẽnitatẽ, talem quẽ nullitatẽ inducat, & inhabilitantes personas, & requisita ab ipsis imposita, suppleri nõ possunt ex ignorantia delinquentium: idemq; dicendum est de legibus tertij generis, quæ nõ imponunt pœnã propter culpã, sed ob aliquã particularem causam dicunt eam incurrendã: ideoq; ignorantia defectum illũ in secundo casu, seu causam in tertio supplere non potest: igitur non erit sufficiens excusationẽ causare, quinimò stante tali ignorãtia, agentes minimè excusari à pœnis legum, formã præscribentium, maxime si nullitatẽ inducant, necnon & punientiũ propter causam absque culpa, satis mihi probat regula sine culpa, ibi, *nisi subsit causa*, de regulis iuris in 6. & tenuit Panormitan in d.cap.nobis, num.6. priusquam senserat d. glo. ibi, verbo, *reprobande*, quæ voluit etiam stante ignoran-

ignorantia agentes nequaquam excuſari â pœnis dictarū legū,quæ formam imponunt,nullitatē inducunt & quæ propter aliquam particularem cauſam pœnas incurri deſiderant.

13 Secundo præmitto diſtinguendū etiam eſſe triplicem modum dandi tēporalia,vel enim recipiensaliquid dat ipſi conferenti, ſeu alicui tertio, puta cōſanguineo, vel alicui, qui eſt cauſa immediata,vt beneficium cōferatur,quo caſu expeditū eſt, nullo modo prouiſionē valere,& ad obtinēdū idem beneficium neceſſariam eſſe Pontificis Maximi diſpenſationem,propter manifeſtā ſimoniā, ex parte recipientis cōmiſſam, vt animaduertit glo.verb.*remanere*, in d.c. de ſimoniacè,& inſimili probat tex. in c.penul.de ſimonia, vbi ſi quis ordinauerit,ſeu ad ordinē præſentauerit aliquem,promiſsionem,vel iuramentum ab illo recipiens, quod ſuper prouiſione ſua non inquietet eū dē:ordinator à collatione, præſentator verò ab executione ordinū per triēnium, & ordinatus ab ordine ſic ſuſcepto,donec diſpenſationem ſuper hoc per Sedē Apoſtolicā obtinere meruerint ſuſpenſi futuri ſunt & remanebunt, ex decreto Gregorij IX.ibidem. In quo ſenſu accipiendus eſt Celeſtinus.III.in d.c. nobis, ad fin.quādo dixit cōſultationi reſpondens,quod ſi aliquis in Eccleſiæ cuiuſlibet Prælatum fuiſſet electus per prauitatem ſimoniacam, ab Epiſcopo ſuo diſpenſationem aliquā de iure obtinere nō poſſet. Sicuti intellexit & explicuit glo. ibi, verb. *ab Epiſcopo ſuo*, quādo electus ſimoniam commiſsit, vel alius (inquit gloſſa) eò ſciente,& ratum habente.

14 Vel rurſus temporale datur ab aliquo tertio,eidem tamen conferenti,quo caſu licet prouiſio nō valeat, iuxta text.ſic intelligendum in d. c. nobis,ibi,*penitus reprobande*,eo quod talis datio tollit poteſtatē cōferendi in recipiente ſpirituale:ſi tamen per ignorantiā probabilem prouiſi, ſpirituale datum fuit, ex diſpenſatione tamen Epiſcopi, poterit iterum prædictum beneficium ab eodē prouiſo obtineri. Qua ratione explicari debet tex.in d.c.de ſimoniacè, vbi cū ordinato ſimoniacè,qui ſimoniacus nō eſt, diſpenſari poſſe recte docuit Lutius III. ibi, & admonuit glo. ſuper illo tex.verb.*remanere*,dicēs etiā poſt liberā reſignationē poſſe Epiſcopum cum talibus diſpenſare, vt in eiſdem Eccleſijs recipiantur. Interpretor etiā tex.in d.c.ex inſinuatione,poſt prin.ibi,*tibi cōpatientes de nouo te in ſuū canonicū elegerunt,&c.* quippè ignorāter per ſimoniā aſſumptus fuerat,ideòq; rectè potuit aſſumi poſtea de nouo. Et in d. cap. nobis, in prin.vbi electio ſimoniaca caſſanda eſt, ſi propter hoc electoribus promiſſa fuit pecunia,quāuis electus ignoret: non alia ratione, quam quod talis datio poteſtatē abſtulerat conferendi in recipiente ſpirituale.

15 Tertio tandem modo dare poſſumus,& ſæpè dari cōtingit temporale pro ſpirituali ab eodē tertio, alteri, quo caſu prouiſsio à principio ſuam retinet firmitatē,& ad beneficiū obtinendū nulla diſpēſatio neceſſaria eſt,iuxta tex.qui ſic etiā intelligi poteſt in d.capit.de ſimoniacè,ratio in prōptu eſt,(ſi attendiſti ad proximè dicta,) ſiquidē talis datio,neq;aufert poteſtatē conferendi beneficiū,neque inducit inhabilitatem in illo cui beneficium confertur,& ideò minimè dubitandum eſt, quin valida & firma fuerit talis prouiſio.

16 Quibus ſic iactis fundamentis, vt clarior appareat reſolutio,concluſio propoſitæ dubitationi reſpōdens talis

Digitized by Goog

lis est (prouisus de beneficio per simoniã, ignorãter etiã probabiliter, tenetur tali beneficio renũtiare) probatur vltra ea quæ in eiusdẽ assertionis cõprobationẽ superius adducta sunt efficaci ratione: etenim cum in prouisione simoniaca, deficiat aliquid substãtiale, nempè quod gratis concedatur beneficiũ, necesse est, vt necessariò eidẽ renuntiandũ sit, nõ obstãte ignorantia prouisi: quoniã si benè consideres prætatus defectus substãtialis per ignorãtiã quãtũcũq; probabilẽ non suppletur, ideòq; meritò Rom. Pontifex Clemens. III. in effectu decreuit, in d.c. ex insinuatione. 26. de simonia, beneficiũ esse dimittendum, nec posse licitè teneri. Idemq; affirmandum esse existimo; quod teneantur Magistratus, & Præfecturas dimittere, nec eas licitè retinere valeant, omnes & quicumque Regij Consiliarij; Senatores, & iudices, cuiuslibet cõditionis, & status illi sint, qui ita fuerint ad audẽdum proiecti, vt propriæ conscientiæ, & existimationis obliti, tales Magistratus, seu Præfecturas, per pecuniam, & alia media illicita, sordidasque, ac reprobatas negotiationes, ambire & obtinere nõ dubitauerint: cõtra prohibitorium edictũ superioribus annis à Catholico Rege Nostro suo proprio motu sapiẽter, & religiosè promulgatũ, aduersus sic ambiẽtes, & procurãtes munera publica, & sacrorum Tribunaliũ præfecturas illicitè obtinentes. Quod procedit, & locum habet quantumuis ipsi aliàs benemeriti sint, & litteris, ac prudentia, non modo docti & eruditi, sed etiã, insignes scientia: de cuius doctrinæ veritate, stante præfatò Regio interdicto, nullatenus dubitari potest, quãquã ante eius promulgationem diuersa in hac re, non sine magno boni publici detrimento doctissimorum virorum placita extiterint.

17 Ex qua resolutione nonnulla vtiliter ad praxim, & vsum necessaria inferenda sunt, quæ etiam ad sedandas conscientias inutilia non erunt. Et primo colligo, quod si quis ordinatus fuerit ab Episcopo excommunicato, vel aliàs præciso ab Ecclesia, quidquid ignoranter probabiliter ordines susceperit à pœna suspẽsionis non excusabitur: ita frater Alphonsus de Castro de iusta hæreticorum punitione. capit. 22. post D. Thom. in 4. dist. 25. quæst. 1. artic. 2. & comprobat Gratianus in c. quod quidam. §. opponitur. 1. quæst. 1. & B. Gregor. lib. 10. epist. 33. Victori Episcopo scribens, cuius sententia refertur in cap. qui perfectionẽ 17. dicta causa, & quæstione; vbi concludit, eum qui honorem nõ habet, honorem dare non posse: nec aliquid accipientem accipere, quia nihil erat in dante, atque ideò eos qui perfectionem, quam acceperant, perdiderunt, non eius dare plenitudinem posse. (quæ maximè operatur in ordinationibus) Etenim per suam perfidiam illam perdiderunt, qua de perdita, Episcopus excommunicatus, seu aliter præcisus ab Ecclesia, nihil aliud per prauam manus impositionem dabit, quam illam dãnationẽ quam habet, ac perconsequẽs dicendũ est, sic ordinatũ, nec à pœna suspẽsionis excusari, nec posse ministrare sine dispẽsatione, vt docuit etiã Damasus Papa, epist. 4. trãsiũptiuè in c. per illicitam. 1. q. 7. vbi pariter existimat loquẽdo de ordinatis per illicitam manus impositionem, non posse honorem retinere, qui ab illo acceperunt, qui potestatem dandi legitimam non habebat, imò subiungit Damasus de reiterabilibus sermonem instituens, reiterari necesse esse, quod legitimè actum, aut

Digitized by Google

collatū minimè probatur. Et glo.ibi dē, verbo, *legitimé*, voluit poteſtate translata in aliquē eligendi,ſi minus bonum eligat,iterum cligi poſſe, canonici ſiquidem malè eligentes priuātur eligendi poteſtate, vt in cap. cum incunctis,de electione.

18 Et probatur ratione,quia prędicta ſuſpēſio nō procedit in pœnā ipſius ordinati,neq; ob culpā eiuſdem,ſed propter defectū Epiſcopi ordinātis, iuxta canones nuper citatos.Nequę obſtabit,ſi opponas generalē regulā,quæ habet, Miniſtrorū malitiā Sacramētis minimè nocere,quominus ſuos proferāt effectus nō ponētibus obicē:ex doctrina D.Tho.3.p.q.64. art.5.Soto in 4.diſt.1.q.15.art. 5. & juribus expreſsis in c.intra Catholicā.c.nō nocet.c.omnia,cū multis ibidem.1.q.1.Trident.ſeſſ.7.Can.2.de Sacramētis in genere,ac proinde cū inter effectus Sacramēti Ordinis,vnus ſit legitima ordinis exequutio, iuxta tex.vulgar. in d.c. ventum eſt, vtiq; cum ordinatus probabiliter ignorans obicē non ponat, neceſſariò dicendum ſit talem exequutionem in illum translatam cenſeri.

19 Reſpōdetur enim facillimo negotio, veriſimū eſſe,ac in Trident.Synodo,vbi proximè definitū,miniſtrātis malitiā nō tollere effectū, & validitatē Sacramentorū.At verò ratione ſingulari approbata â Pōtificibus Maxim.in d.c.qui perfectionē.1.q.1. & reperta in cæteris iuribus ſupra citatis,Sacramentū Ordinis non aliter tribuit prędictum exequutionis effectū,quā ſi eius Miniſter eundē effectū,hoc eſt eandē exequutionē ordinū habeat;qui enim honorē nō habet,honorem dare non poteſt, neq; ordinum exequutionem, qui ordines exequi nequit.

20 Neq; ſimiliter obſtabit tex.in c.ordinationes.9.q.1.ibi,*niſi probare volue-*
rint,quoniā dūtaxat agit,nō de ordinum exequutione,ſed de ordinatis, qui per diſpēſationē miſericorditer ad ordinū exequutionē admitti debent,vt ſatis denotāt ipſius tex. verba ibi,*miſericorditer ſuſcipi iuuemus*, ac percōſequēs nō modo nobis nō cōtradicit,ſed opitulatur mirū in modū ille tex.ſic explicatus,dū probat probabilē ignorātiā,prodeſſe quidē, ad obtinendā diſpēſationē ſuſpēſionis, ne ſuſpēſus in totū pœnā ſuſpenſionis ſubſtineret,iuxta tex. in c.1.& 2. de ordinatis abEpiſcopo,ita vt ignorās prouiſus per ſimoniā,quātumuis ignorātia probabili, nihilominus ſuſpēſus maneat,mereatur tamē diſpēſationis indulgentiā: manet ergo firma ſemper,atq; perpetua,illatio nūc tradita, quod ordinatus abEpiſcopo excommunicato, vel aliter præciſo ab Eccleſia,nullatenus pœnam ſuſpenſionis excuſet.

21 Solūq; probat obiectio prædicta, impediri nō poſſe, quominus tales Epiſcopi ordinātes,SacramētorūMiniſtri ſint, & propterea verū efficiāt Ordinis Sacramētū,quod tā ab excōmunicato, quā excōmunicatis ipſis, verè datur,quo ad caracterem, iuxta tex.in c.2.19.diſt.c.1.& 2.de ordinatis ab Epiſcopo,qui renūtiauitEpiſcopatui. c. præter.§.verū. 32.diſt.c. cū illorū,de ſent.excōmunic.text.in c.1.verb.*irritas*, vbi glo.& in c.2.de ſchiſmaticis.c.1.& vlt.de eo qui furtiuè ordines recepit:quibus in locis, ſatis probatur,Epiſcopū excōmunicatū ſubdito excōmunicato, verum cōferre Ordinis Sacramētū,quantū ad caracterē, licet donec ſuſequatur diſpēſatio,ſiue ignorās,ſiue ſciēs collatorē excōmunicatū eſſe, ordinatꝰ ſuſpēſus ſit,nec miniſtrare poſsit in ordinibꝰ ſuſceptis,nec eorū exequutionē haberè,vt expreſſē etiā probāt iura citata cōcorsq; eſt omniū ſentē-

tia,

Digitized by Google

tia,quæ nullo modo negari poteſt.

22 Adeò vt ſi talis ordinatus contra ipſius Eccleſiæ prohibitionẽ attẽtauerit ordinũ miniſteria exercere, veluti illicita,atq; ſacrilegij crimine inuoluta eſſe reſpõderit Magnus Auguſtinus relatus in c.quod quidã 97. 1.q.1.vbi ordinatum illicitè,ordines exequentẽ,illicitũ vſurpatorẽ appellat,&cõcludit,ſuſcipientes Sacramẽtũ illicitè datum, illius executionẽ, vel vſum nõ cõparare, quãtumcũq; probabilem habuerint ignorãtiam.

23 Vndè caueas obſecro â Paludano in 4.diſ.25.q.1.art.15. Dominico de Soto ibidẽ,diſt.1.q.1.art.1.concl. 4. exiſtimantibus, tales ordinatos citra ſimoniã,non aliter,quã propter illorũ culpã prædictã ſuſpẽſionis pœnã incurrere, quidquid deſumere potuerint ab Innocẽt.in d.c.1.de ſchiſmaticis.n.4.& antea â glo.1.in c. ab excõmunicatis.9.q.1.quorum ſentẽtia pariter reijcienda eſt, & generaliter aſſerendũ nobiſcũ,ordinatum ab Epiſcopo excõmunicato, vel aliter præciſo ab Eccleſia,à pœna ſuſpẽſionis nõ excuſari, quãtumuis per ignorantiã probabilẽ,quod collator eſſet excõmunicatus,ordines ſuſceperit.

24 Ex quibus rectè niſallor poteris intelligere, omnia & ſingula iura paſſim aicntia virtutẽ Spiritus Sãcti, cũ huiuſmodi Sacramẽtis illicitè collatis, nõ tranſire,(vt ego interpretor) *nõ tranſire* ad dignè adminiſtrandum tex.in d.c.1.& 2.de ordinatis abEpiſcopo qui Epiſcopatui renuntiauit. c.Baptiſma. c. quod ad perfectionẽ, c.non ſanat,*el primero*. c. ventũ eſt.c. Arrianos,cum multis ibidem. 1.q.1. tradit Panormit.in c.veritatis,de dolo & cõtumatia.n.46.idem in d.c.1. de ordinatis ab Epiſcopo,nu.6.poſt gloſſam ibidẽ,& gloſſam ſimilẽ,verbo,*irritas*,in c. 1. de ſchiſmaticis, & gloſsã,verb.*ignorãtia*,in allegato.c.1. de ordinat. ab Epiſcopo,docet vtro biq; Schola cõmunis,teſte Dom.Couarr.in c.alma mater.1.p.§.6.n.6.

25 Diſpẽſationẽ autẽ â prefata ſuſpẽſione,regulariter à Rom.Põtifice impetrandã fore,ſatis probat text.in c. cũ illorũ, de ſentẽt. excõmunic.1.p. Maximè ſi ita ordinatus ſcientiã habuit excõmunicationis,in qua exiſtebat collator ordinũ,& idẽ ſi ignorãtia craſſa,aut ſupina interueniſſet, ex tex.in citato. c.1. de ordinatis ab Epiſcopo.

26 Si verò ignorãtia probabili affect⁹ ſuſcepiſſet ordines ab Epiſcopo excõmunicato nõ ſuo,poſſet impetrare diſpenſationem ab Epiſcopo proprio,qui in eo actu minimè deliquiſſet,vt adnotarũt cõmuniter DD.preſertim Henrricus in d. c.1. de ſchiſmaticis,excipientes illos,qui poſt talem ordinũ ſuſceptionem religionẽ profeſsi ſunt,quos dicunt ab eorum Prælatis diſpenſari poſſe.

27 Vbi ſatis mirari nõ poſſum eruditiſsimũ aliàs cõmunẽ noſtrũ Preceptorẽ Innocẽtiũ,Abbatẽ,Felinũ, Collectariũ,& ex Theologis Alphõſum de Caſtro locis citatis à Couarr. vbi proximè,in ea fuiſſe ſentẽtia,vt exiſtimauerint,quod ſi quis ex ignorantia probabili ordines receperit ab excõmunicato,ita rata erit collatio, vt abſq; aliqua diſpẽſatione ordines exequi valeat,in eiſdẽq; abſq; pœna irregularitatis liberè miniſtrare,imò promoueri ad maiores ordines:quorũ ſententia,quam falſa (ne dicã abſurda) ſit,abundè oſtẽditDom.Didacus.d.n.6.verſ.*nihilominus*, vſque ad verſ.*ſupereſt*, & nu.7.excluſiuè, & ex dictis ſuperi⁹ manifeſtè cõuincitur.

28 Deducitur præterea ex dictis,collationẽ beneficij factã excõmunicato nullã eſſe, quidquid ipſe excõmunicationẽ ignoret,ita docẽt cõmuniter DD.in c.Paſtoralis.§.verũ,de appellat.

pellationibus,glo.Abb.&Cardin.in c. pen. de clerico excõmunic. teneriq; prouiſum tale beneficiũ dimitte re:etenim(vt prædiximus)talis nullitas non inducitur propter culpã excõmunicati,ſed propter defectũ quẽ patitur,vt voluerũt Ludou.Gomez, de ſpectatiuis.n. 60. Andr. Alciatus in c.1.de iudicijs.n.12.Caſſador. de ciſ.1.de præbend. & inſignis noſter Couarr.variar.3.c.16.n.4.& in c.alma mater.1.p.§.7.n.3.& probat tex. in c.poſtulaſti, de cleri.excom.Nec proderit,quod ignarus,& inſcius extiterit excõmunicationis, talẽ nãq; ignorãtiã cõſiderare ſolemus ad effugiendas pœnas á iure conſtitutas aduerſus excõmunicatos, neutiquã tamen quo ad valorem actuũ qui geruntur.Ideòq; mirũ non eſt, ſi talis ignorãtia facti etiã probabilis nõ excuſet, quominus prouiſio nullius momenti ſit, vt tradunt nuper citati in d.c.poſtulaſti,per tex.ibi, expreſſeq; voluit glo.magna in d.c.penul. de clerico excommunicato.

29 Imò rectè auxit Couarr.dictã illationẽ dum exiſtimauit,nõ modo collationẽ beneficij Eccleſiaſtici factã excõmunicato nullã eſſe, ſed & impetrationẽ litterarũ ad beneficia obtentã ab excõmunicato,argum.tex. in c.1.de reſcript.in 6. & aliorũ quæ doctè,vt ſolet retulit ipſe Couarr.in c.alma mater.1.p.§.7.n.3.

30 Pariterq; ex eodẽ fonte, & ſupra à nobis tradita reſolutione dimanat, ignorantiã, quantũcumq; probabilem non excuſare ab illa irregularitate, quę propter aliquem defectum Sacramenti incurritur, ſic Martinus Nauarr.in man. c.27.nu.193.Oxeda de beneficio.2.p.c.23.num.116.& plures relati á Cenedo, collectan. 138. num. 2. præcipuè Couarru. in Clem.1.part. §.2. poſt princip.Nec nouum, etenim bigami extra vllam culpam propter indecentiam ex defectu Sacraméti inſurgentẽ à pœna irregularitatis non excuſantur,ita in ſpecie probant expreſſa iura in c.debitum,de bigamis.c.fin.26.diſt.Nec hic adeſt,aut requiritur culpa, à qua talis ignorãtia excuſare debeat, aut poſsit,ſed defectus reperitur,& indecentia, quæ duo per ignorantiã quãtumcumq; probabilem nõ ſupplentur, ex Doctoribus, & authoritatibus nuper allegatis.

31 Inde etiã Catholica Eccleſia nõ ſemel diffiniuit,Sacramentũ Baptiſmi, nõ eſſe repetendũ : irregularéq; eſſe qui bis,vel ter, Sacramẽtũ Baptiſmi ſuſceperit ſtatuit tex.expreſſus in c.qui bis,de cõſecratio. diſt.4.vbi glo.1. tradũt omnes Theologi in 4. diſt.6. poſt D.Auguſt.in lib. qui inſcribitur de vnico Baptiſmo, elegan-ter D.Tho.3.p.q.66.art.9. Alphonſ. de Caſtro lib.2.de hæreſibus.cap.de Baptiſmo,hæreſi.5.item, & Epiſcopus quidã Carthaginenſis, nomine Gratus,apud Cõcil. Carthagin. 1.c. 1.cõſtãter aſſeruit illicitũ eſſe rebaptizari, omnesq; & ſinguli Epiſcopi, & Patres cõgregati in eodẽ Cõcilio itidẽ decreuerũt rebaptizationes illicitas, ſatis alienas eſſe,à ſincera fide, & Catholica diſciplina,quare ſimiliter nihil proderit ignorãtia, etiã probabilis ad excuſandũ rebaptizatũ â pœna irregularitatis, ex text.in d.c. qui bis,quẽ benè quidẽ interpretati ſunt,Syluеſter,verb.*Baptiſmus*.5.q.3. Soto in 4.3.diſt. q.1.ar.9.& diſt.6.q. 4.art.1.vbi latè Paludanus, Bernard. cũ additione in praxi.c.18. poſt gloſſam ad finẽ, ſic intelligendã,in reg. ignorantia, lib.6. vt procedat etiam in rebaptizato probabiliter ignorante:quem intellectum communẽ eſſe teſtis locupletiſsimus eſt, doctus pariter, & religioſus vir Petrus Cenedo,collect.63.num.2.

Nec

Digitized by Google

32 Nec mè latet obſtare nõnulla minimè leuia, quę illationẽ hãc, & deciſſionem. d. c. qui bis, euertere prima facie videntur: cum enim nemo ſine culpa puniendus ſit, potius excuſandus eſſet ignoranter rebaptizatus à pœna irregularitatis, ne cũ ſine culpa puniri dicamus. Cui obiectioni facilè reſpondeo (vt nõ ſemel in hoc tractatu reſpõdiſſe memini) regulam illã locũ non habere, vbi adeſt cauſa, propterquam lex poſsit pœnã imponere, ſicuti præſenſit Boniſat. in regula ſine culpa, de regu. iuris in 6. ibi, *niſi ſubſit cauſa*, ſignificans ad pœnam iniungendam, non ſemper culpam requiri, ſed ſufficere cauſam, aptam, & ſufficientem, ad inducendum Legislatoris animum: in rebaptizatis autem, & ſi non reperiamus culpam, proculdubio canones cauſam ad inuenerunt, indecẽtiam ſcilicet, ex qua impedimẽtũ cõtrahitur, vt ſapiẽter docuit gl. in d. reg. ignorãtia.

33 Rectè igitur procedit deciſsio. d. c. qui bis, etiam in rebaptizatis per iuris ignorãtiã probabilẽ, & ita inculpabilem. Nec refert quod ille text. Theodori ſit, nõ habentis poteſtatẽ cõdendi leges, habemus enim decretũ percelebre Concilij Cartag. relatũ in c. cõfirmandũ 50. diſt. vbi omnes in vniuerſum rebaptizati prohibiti fuerũt á ſacris Ordinibus, & locũ habet regula. l. Iulianus, de legat. 3. *qui omne dicit nihil excludit*: imò, & d. c. qui bis, canonibus nititur, vt conſtat ibi, *ſecundum canones*, ac proinde non ſolum fulcitur Thodori authoritate quę maxima eſt: Ad argumẽta initio præſentis cõtrouerſię propoſita aduerſus præcipuã concluſionem noſtram, facilè, ex ſupra traditis lector eruditus reſpondebit.

Summaria ad controuerſiam 7.

1 *ANniuerſariorum pius & catholicus vſus, pro ornamentis fabricæ, & luminaribus templorum, adeó generali totius orbis conſuetudine receptus eſt, vt dubitari non poſsit, quin conuentiones de his fieri poſsint.*

2 *Licitum eſt clericis ſpiritualia Miniſtraturis ſtipendium ſuſtentationis ſtatuere, & de eo paciſci, atque de mercede laboris accidẽtalis, & ſuſceptæ obligationis conuenire.*

3 *Non committitur ſimonia, quando in conuentionem deducuntur illa quæ inſunt á iure.*

4 *Ea quæ inſunt à iure, ſi exprimantur non immutant naturam diſpoſitionis: & omni iure ineſt obligatio dandi temporalia ſpiritualium Miniſtris.*

5 *Contractus cum Sacerdote de ſtipendio fieri poteſt, ita demum, vt non miſceantur ſpiritualia cum temporalibus, & intelligitur locus D. Thomæ. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 2.*

6 *Innocentius primus omnium intrepidè affirmauit, non licere in vltima voluntate, vel pacto inter vinos, bona temporalia Eccleſijs, aut Monaſterijs ſub eo modo, & conditione dare, vt anniuerſaria fiant ſacra certis diebus celebrentur.*

7 *In facti ſpecie propoſita, ſi conuentio celebretur cum Eccleſijs ſub dicta forma, re vera temporalia pro ſpiritualibus darentur.*

8 *Certiſsimum eſt bona temporalia oueris ſpiritualis capacia non eſſe, & in diſpoſitionibus non debemus attẽdere, cum quo quis loquitur, ſed in quem dirigitur intentio.*

9 *Refertur Hoſtienſis diſtinctio, vt valeat*

Digitized by Google

modus, aut conditio ſpiritualium, quaſi onus bonis temporalibus á ſolo dante impoſitum, non verò, ſi cũ Miniſtris Eccleſiæ fiat conuentio.

10 *Hoſtienſis ſententia conuenit cũ mente D. Thom. aſſerentis liberum eſſe, vnicuique temporalia dare ſpiritualia miniſtraturis, ſi tamen per pactum id fiat ſimoniam committi.*

11 *Vniuerſalis eſt fideliũ vſus, praxisq; recepta, ſecundum quam non modo temporalibus ſpiritualia, in onus & grauamẽ adiũcere conſueuimus, ſed & ipſa ſpiritualia quotidiè, & paſſim in conuentionem cum clericis & Miniſtris Eccleſiæ deducimus.*

12 *Præfatis conuentionibus cum Miniſtris Eccleſiæ celebratis adhæret, & veluti ineſt manifeſta quædam ſuſtentationis cauſa, ob quam recipiuntur temporalia.*

13 *Certum & indubitatum eſt, quod ſi conuentio fiat cum clericis, ſeu Eccleſijs, de celebrandis anniuerſarijs in ſingulos annos, & in ipſo contractu, cauſa ſuſtentationis exprimatur nulla committitur ſimonia.*

Vbi cauſa tẽporalis exprimitur, propterquã tẽporalia dantur, nec ſpecies aliqua, nec figura ſimoniæ inuenitur.

14 *Si in contractu de anniuerſarijs celebrandis, vel alijs operibus pijs faciendis, contrahentes ſolum conueniant de temporalibus dandis, & celebrãdis anniuerſarijs, nulla expreſſa cauſa tẽporalis ſuſtentationis clericorum, aut Eccleſiarum, vel alia, proculdubio ſecundum iuris canonici rigorem, talis conuentio ſimoniaca cenſenda erit.*

15 *Negari non poteſt in tali contractu, nulla expreſſa cauſa ſuſtentationis, ſaltem quo ad verba dari tẽporalia pro ſpiritualibus, & talis cõtractus nihil aliud ſonat, quam temporalia data, & ſpiritualia promiſſa.*

16 *Voluit Innocentius ad vitandã labem ſimoniæ, quod ſepararetur contractus, diuerſisq; inſtrumentis conficerentur, vt in vno clerici ſe obligarent ad ſpiritualia, in alio diuerſo, ex poſt facto cõfecto, cõuentio fieret de ſtipẽdio ſuſtentationis clericorũ.*

17 *Præfatum argumentũ dũtaxat enuncit dari in dictis cõuentionibus vmbram aliquã ſimoniæ, propter corticem, & figuram verborum ſonantium aliquid temporale pro ſpirituali, quod eſt intentum.*

18 *Vmbra ſimoniacæ labis ſufficit ad hoc, vt in totum contractus ſit ſimoniacus ex canonicis decretis, quæ ob ſolam vmbram ſuſpitionem, aut veſtigium ſimoniæ dictas pactiones, tã quam ſimoniacas, & illicitas penitus prohibuerunt.*

19 *Conuentiones pro anniuerſarijs, & cæpellanijs, alijsve operibus pijs paſſim fiunt, quamuis non exprimatur temporalia ad ſuſtentationem dari.*

20 *Quãuis in puncto iuris dictæ cõuentiones, non expreſſa cauſa ſuſtẽtationis celebratæ, quidquid cõtrahentes bonã intẽtionẽ haberent ſimoniacæ cenſenda forent, tamẽ propter interpretationẽ, quam ab vſu quotidianaque praxi receperunt ſubſtinentur.*

21 *Dubiũ eſt, potuerit ne introducere quotidianus vſus, aut ipſa cõſuetudo, ſenſusq; hominũ ſic prædictas cõuẽtiones interpretari, & reſpõdetur quod ſic.*

22 *In his conuentionibus temporaliũ pro ſpiritualibus Pontificis authoritas vitium tollit, cum qua parem vim habet conſuetudo.*

23 *Tutius eſt temporalia liberaliter dare, & rogare Eccleſiam, vt anniuerſaria faciat: & inde ſuſpicatur author fluxiſſe laudabilem morem religioſorum Nominis Ieſu, quorum ſtatuta non patiuntur, quod ſe obligent ad anniuerſaria.*

24 *Liberales & gratioſæ donationes Eccleſijs, aut locis pijs factæ nullo iure poſſunt*

Digitized by Google

ſunt improbari,& culpabile non eſt ſi quis faciat amicabilem, & gratuitam compoſitionem,etiã in ſpiritualibus.

26 *Oportuné diſtinguendæ ſunt donationes ſub modo, aut conditione factæ, vel ob cauſam,quæ aliquando in fauorem donatoris, aut tertij adiũcuntur: aliquãdo ipſius donatarij,aut recipientis vtilitatẽ continent, & in hoc vltimo caſu donatio nullo modo deſinit eſſe gratuita,& liberalis.*

27 *Quando conditio ſolius recipiẽtis vtilitatẽ cõtinet,donatio nullo modo habet ſpeciẽ ſimoniæ,& donatores,ſen teſtatores in tali caſu,non tam vidẽtur ſpiritualia pretio æſtimare, quã præmio propoſito clericos,aut viros religioſos, & virgines ad alacrius capeſſẽda ſpiritualia inuitare,& intelliguntur iura in cap.quam pio. 12 q.1.c.fin.de pact.c.tua nos de ſimonia.*

28 *Intelligitur,& capitur in vero intellectu textus in c.2.de condit.appoſitis,& aſſeritur nullam difficultatem includere.*

29 *Cauendum erit á Doctoribus,qui aſſeruntconditiones, quæ inſunt ex natura rei,vel á lege actui ſpirituali, quamuis deducantur in pactum,non efficere ſimoniam.*

30 *Conditio,& modus ſpiritualibus adiecta eodem iure prohibentur,& reijciuntur alij intellectus ad d.c.2. de condit.appoſit.*

31 *Sub conditione data libertas, nõ modo verbalem, ſed realẽ acceptationẽ requirit: & ſimoniacũ eſſet manumittere ſeruum ſub conditione,vt ſacerdos fiat,& pro manumittenti ſingulis diebus orationes offerat, aut ſacra faciat,& iterũ intelligitur tex. in d.c.2.de condit.appoſitis.*

32 *Profluit ex dictis non inelegans, & vera declaratio,ad tex.in c. ſignificatum.de præben. vt ſpirituale beneficium,ſub ſpirituali modo conuenienter dari poterit,iureque Pontificem ſic factam collationem approbaſſe.*

33 *Conuincitur intellectus aſſertiũ in d.c.ſignificatũ collationẽ præbendæ nõ fuiſſe factam ſub modo,aut conditione,ſed præbendæ vacanti, tanquam onus fuiſſe impoſitum,in quo nihil illicitum committi crediderunt.*

34 *Fortiter obijcitur cõtra ſupra traditã reſolutionẽ perdifficilis tex.in c.in electionibus.de electione in 6.qui expenditur,& põderatur in cõtrariũ.*

35 *Conditiones quæ inſunt ſi exprimãtur non vitiant collationẽ beneficij, imó collatio ipſa tales cõditiones recipit in quibus intelligendum eſſe, textũ in d.c.2.de electione in 6. frequenter tradiderunt interpretes.*

36 *Epiſcopi poſſunt onera ſpiritualia dignitatibus,& beneficijs, pro neceſſitate,& vtilitate Eccleſiæ imponere,& Miſſarum numerum aliquando augere, & oſtenditur præfatum intellectum,de quo in numero precedenti nullatenus conuenire Innocentianæ conſtitutioni,de qua in d.c. in electionibus.*

37 *Vbicumque certum, & determinatũ onus exprimitur, aut diuerſo modo adiungitur bonis temporalibus,conferi debet appoſitum aliquid aliud, præter id quod ineſt ex natura ipſius collationis.*

38 *Textus in d.c.in electionibus accipiendus eſt in conditionibus proprijs vere ſuſpenſiuis, modum autem perſpicuum eſt, etiam in ſpiritualibus minimè reprobari,& iterum intelligitur tex.in d.c.ſignificatum de prebendis.*

39 *Agitur de intellectu perdifficilis textus in cap. vnico. §. vndé credimus, vt Eccleſiaſtica beneficia circa primum caſum.*

40 *Agitur de intellectu eiuſdẽ textus circa*

Digitized by Google

ca ſecundum caſum, & aſſeritur ſolam pactionem efficere, vt illicita ſit conuentio propter ſimilitudinem illiciti contractus.

41 *Verum reſignatio beneficij conditionalis, aut reſpectiua, in fauorem alicuius expreſſè facta, aut cum clauſula* nõ aliter, neq; alio modo *ſpeciẽ habeat ſimoniæ remiſsiuè.*

CONTROVERSIA 7.

An in vltima volũtate, vel pacto interviuos, liceat bona tẽporalia, Eccleſijs, aut Monaſterijs, ſub eo modo, aut cõditione dare, vt anniuerſaria fiant, ſacravè certis diebus celebrẽtur.

1 OCcaſionẽ præſtitit præcedẽs diſputatio, vt tãtiſper extra chorum ſaltemus, non nihil deuiãtes à noſtro inſtituto de legibus & cõſtitutionibus Principum, eo quidem libẽtius, quo hæc controuerſia in vtroque foro frequentiſsima, pariter & difficilis eſt. Planè ex vna parte expeditum videtur, donationes, & legata pro anniuerſarijs facta valere, vt ſuadet quotidianus totius Reipublicæ Chriſtianæ vſus, & plerisque iuris Canonici auctoritatibus comprobatum appareret: quid enim aliud voluerunt Honorius III. in cap. ex parte veſtra. 31. de verborum ſignificatione, ibi: *nec non de his, quæ pro anniuerſario, &* c. & Gregorius IX. in cap. de his, fin. de teſtamentis, quam comprobare anniuerſariorum pium, & catholicum vſum, pro ornamentis, fabrica, & luminaribus Templorum? imò & Clemens. V. in clem. dudum, de ſepulturis. §. verum, id tanquam certum, & exploratũ ſupponere videtur, adeòque generali cõſuetudine totius Orbis, ita receptuũ eſt, vt non ſolum in controuerſiam deduci non poſſe videatur, quod ſpiritualia bonis temporalibus ad ſimilitudinem oneris adijciantur, ſed nec dubitari, quin conuentiones de his fieri poſsint, vt paſsim fieri videmus cum Eccleſijs, & affirmat Cardin. in c. ſignificatum de præbend. in fine.

2 Vndè obijciet fortaſſè quiſpiam ſubtilem quidem futuram præſentẽ controuerſiam, ſed parum vtilem, quippè ſcrupuloſa magis, & ad fidelium animas illaqueandas inuenta, quam proficua, aut neceſſaria ſit, ſicuti comminiſcebatur Hoſtienſ. in cap. 3. ne prælati vices ſuas. Præſertim cum licitum ſit clericis ſpiritualia miniſtraturis ſtipendium ſuſtentationis ſtatuere, & de eo paciſci, atque & de mercede laboris accidentalis, & ſuſceptæ obligationis conuenire, cum naturali & humano iure de-

Digitized by Google

debeantur, vt tenet Caietan.2.2.q. 100.art.3.dub.2. Viguerius de inſtitut.cap.5.§.6.verſ.9.corollar.3. Dominicus de Soto lib.9. de iuſtitia.q. 6.artic.2.Abb. in dict.cap. ſignificatum de præben.num.8.idem Abb.in dict.cap.3.ne Prælati vices ſuas, vbi Ioann.de Annania,Felin.in cap.ſuã. de ſimonia in fine.Cardinal.num.4. Abb.& Annania.num.7. ibidem, & probatur in cap. vltim.1. quæſt.2. & in cap.cum ſecundum Apoſtolũ. de Præbend.& in ſacra pagina Lucæ.c. 10.& Pauli.1.ad Corinth.cap.9.imò & ipſemet Innocent.quem inferius in contrarium plenè ſumus allegaturi in dict.cap.3.ne Prælati vices ſuas expreſſè docuit,miniſtrantibus ſpiritualia ſtipendium ſuſtentationis deberi: At dum pro faciendis anniuerſarijs temporalia dantur, vel cum miniſtris fit conuentio,planè de ſtipendio ſuſtentationis,aut mercede iuſta illius obligationis ſuſceptę conuenitur,igitur nulla ratione dubitari poſſe videtur, quin tales conuentiones anniuerſariorum, & aliorum piorũ operum iuſtæ ſint, & legitimę omni iure.

3 Accedit doctrina celebris gloſſæ verbo,*conditione*, in cap. olim. 12. de reſtitut.ſpoliator.& cap.conſtitutus. vbi gloſſa de religioſis domibus, c. ſignificaſti.4.iuncta gloſ.verb.*conditione*,de electione,& vbique Doctorum in ſpecie aſſerentium,non committi ſimoniam,quando in conuentionem deducuntur, illa quæ inſunt â iure.

4 Quibus fauet vulgatum iuris dicterium, quod habet, *ea quæ inſunt â iure, ſi exprimãtur non immutare naturam diſpoſitionis*, latè exornatum poſt alios â Franciſco de Rippa in l. 3.num.36.ff.delegat.1. & probatum in l.non recte.C.de fideiuſſoribus.& in dict.l.3. cum ergo omni iure inſit obligatio dandi temporalia ſpiritualium miniſtris,non eſt cur in controuerſiam vertamus conuentiones de anniuerſarijs factas, quaspraxis quotidiana frequenter obſeruat.

5 Ex alia verò parte inſpecto iuris Canonici rigore, proculdubio videtur has conuentiones ſpecié quãdã habere ſimoniæ earum figura attenta,in qua nihil apparet præterquam temporalia data,& ſpiritualia promiſſa,quæ quantumuis de veritate conſtet, ſimoniacam pactionem referre videntur(loquor)cũ cauſa in his pactionibus nõ exprimitur, ſed tantum de temporalibus dandis, & anniuerſarijs faciendis conuentio interponitur: quo caſu iura canonica in deteſtationem tanti criminis ſimoniæ, conſtanter profecto decreuerunt, damnandas deteſtandasque eſſe nõ ſolum conuentiones omnes ſimoniacas, & illas quæ ex probabilibus cõiecturis tales præſumi poſſunt,ſed & cæteras omnes, quæ ſolam alicuius mali imaginem referant, vt probat text.in cap.vltim. de pactis cum ſimilibus, & ſibi voluit Innocent. in dict.cap.3.num. 3. ne Prælati vices ſuas ,quando dixit, *contractum cum ſacerdote de ſtipendio fieri poſſe, ſed ita faciendum, vt non miſceantur ſpiritualia cum temporalibus, nec quoad intentionem, nec quoad verba*, cuius dictum retulit & ſequutus eſt Panormitan.in dict.cap. ſignificatũ de præbend. ſicque accipiendam cenſco doctrinam B. Thom.2.2. quæſt. 100.artic.3.ad 2. dum ait, *licitum eſſe temporalia dare ſpiritualia miniſtraturis: ſi tamen per pactum id fiat ſimoniam committi*: quaſi reprobet Doctor Angelicus omnem pactionem temporalia dandi pro ſpiritualiũ adminiſtratione, idẽque affirmauit Viguerius nuper allegatus de inſtit.cap.5.§.6.verſic.9.corollar.3. ex

Digitized by Google

quorum verbis ſi cum iudicio perle gantur,facilè lector deprehendet,licitũ quidem eſſe dare, aut relinquere temporalia bona pro anniuerſarijs celebrandis , vel vt anniuerſaria fiant,non tamen cum clericis ita cõuenire,vt ſe obligent.

6 Vndè vt dicere incipiamus quidnam plerique ex Noſtratibus circa hanc controuerſiam ſenſerint, præfatis conſiderationibus pro dubitandi ratione ſic adductis, primus omniũ ſe ſe offert Innocent.in dict. cap. 3. ne Prælati vices ſuas , qui intrepidè affirmauit,non licere in vltima voluntate,vel pacto inter viuos bona temporalia Eccleſijs,aut monaſterijs ſub eo modo,aut conditione dare, vt anniuerſaria fiant,ſacravè certis diebus celebrentur,ſi uè tanquam onus reale rebus tẽporalibus ſpiritualia adijciantur,ſiuè deducantur in conuentionem. Innocentium è veſtigio ſequuti ſunt Petrus de Ancharrano in dict.cap.ſignificatum.de præbend.n. 5.dicens veriorem, Immola ibidem n.12.Panorm.n.7.Ioan.de Annania in d.c.3.ne Prælati vices ſuas D. Antoninus.2.par.tit.1.c.5.§.16.

7 Ex eo quia poſtquam res temporalis ſub tali modo , aut conuentione acceptatur,obligationem producit , vt vel Eccleſia cogatur modum adimplere, vel res auferatur ab Eccleſia,ex tex.in l.2.C. de his quę ſub modo.cum alijs: & maximum inconueniens,remque periculoſam crediderunt citati patres , quod in effectu attentius conſiderata talis conuẽtionis natura in facti ſpecie propoſita,ſi conuẽtio cum Eccleſijs fiat ſub ea forma,re vera temporalia pro ſpiritualibus dantur,iamque pactio celebratur de tẽporalibus ad ſpiritualia contra ſtrictam prohibitionem,c. quam pio.& in c.final.de pactis cum ſimilibus,

8 Idemque periculum,ſeu inconueniens ferè contingit, & timeri poſſe videtur , dum ſimpliciter tanquam onus reale rebus temporalibus ſpiritualia adijciũtur, abſque aliqua aperta conuentione, quandoquidem ſcitiſsimum eſt , bona temporalia oneris ſpiritualis capacia non eſſe,quare potius eſt,eo caſu miniſtris Eccleſiaſticis perſonalem obligationem iniũgi,quibus bona dãtur: etenim in diſpoſitionibus non debemus attendere cum quoquis loquitur, ſed in quẽ dirigatur intẽtio,iuxta tex.in l.cũ pater.79,§.donationis,ff.de leg. 2.quę doctiſsimi Innocentij ſententia (ſalua tanti viri pace dixerim) ſic generaliter ſumpta,nullatenus admittenda eſt,& confunditur ex auctoritatibus Romanorũ Pontificum, & conſiderationibus initio huius controuerſiæ relatis,dum cæpimus præfatas cõuentiones temporalium , pro anniuerſarijs,ſacrisvè certis diebus celebrandis tueri.

9 Quare Henrrichus Cardinal.quẽ vulgus Hoſtiẽſem appellat, exiſtimauit, non eſſe audiendum Innocentium , cuius ſcrupuloſa ſententia dicit illaqueari fidelium animas , magisque eſſe diſtinguendum in hac parte. Vtrum modus,aut cõditio ſpiritualium,quaſi onus bonis temporalibus imponantur â ſolo dante,an verò cum miniſtris Eccleſiæ fiat conuẽtio.Priori caſu (inquit Hoſtiẽſis) licitum eſſe,quia ceſſat pactio, & res cũ ſuo onere tranſit,c. ex litteris de pignoribus. ibi: *cum ſuo onere tranſierint, ad quemlibet poſſidentem*,& in d.c. ſignificatum.ſecundum primum intellectum gloſſę ibidem,verb.*itaque*,poſteriori autem caſu propter conuentionem ſimoniam cõmitti putat..

10 Hoſtienſis ſententiam mihi probare videtur D.Thom. loco citato, dum manifeſtè aſſeruit,liberum eſſe vni-

Digitized by Google

vnicuique temporalia dare ſpiritualia adminiſtraturis, ſi tamen per pactum id fiat ſimoniam committi, quẽ ſequitur Viguerius vbi ſupra, Ioan. Maior in 4. diſt. 25. quæſt. 6. Gabriel in can. Miſſæ, lect. 28. col. 7. Syluester, verbo, *ſimonia*, quæſt. 9. verſ. 7. Caiet. & Soto ſuperius citati, & acriter defendit Reduanus. 2. part. de ſimonia, cap. 27. num. 16. & ex antiquioribus Ioann. Andr. & Cardinal. in d.c. ſignificatum, Franciſcus de Ripa in l. nemo poteſt, num. 125. ff. de legat. 1. dixit communem Ioan. de Immola in eodem cap. ſignificatum, num. 12. qui omnes in effectu concludũt licitum eſſe relinquere, aut dare, bona temporalia, vt anniuerſaria fiant, non tamen cum clericis ſpecialiter conuenire, vt ſe obligẽt ad præciſſè ſpiritualia peragenda.

11 Quorum Doctorũ præcipuè Henrici Cardinalis ſentẽtia elegans quidem eſt, eiſdem tamen periculis ſubiecta, quibus ſuperior Innocentij, ex eiſdemque impugnanda authoritatibus, & rationibus, cui etiam ex diametro contradicit vniuerſalis fidelium vſus, praxisq; recepta, ſecundũ quam non modo temporalibus ſpiritualiain onus, & grauamen adijcere conſueuimus, ſed & ipſa ſpiritualia quotidiè, & paſsim in conuentionẽ cum clericis, & miniſtris Eccleſię deducimus, & vidiſti ex multorum ſententia, tam ſacrorum, quàm ſeculariũ interpretum, licitum eſſe clericis ſpiritualia miniſtraturis ſtipendium ſuſtentationis ſtatuere, & de eo paciſci, nec non ſuper mercede laboris accidentalis, ac ſuſceptæ obligationis conuenire, quandoquidem alimenta, & ſuſtentationem illis deberi, pluſquam liquido cõſtat.

12 Tum prætereâ, quia in ſpecie noſtræ controuerſiæ, ſpiritualia pretio non æſtimantur, ſi aduertas his conuentionibus adhærere, & veluti in eſſe, manifeſtam quandam ſuſtentationis cauſam, ob quã recipiũtur tẽporalia. Vndè dici nõ poteſt verã dari ſimoniã cũ ſpiritualia pretio nõ ęſtimẽtur, nec præſumptam, cum aperta ſubſit ſuſtentationis cauſa, neque ſpeciem ſimoniæ, quia dictæ conuẽtiones nihil inuoluunt, quod ſimilitudinem habeat ſimoniæ, potiusquè reſoluendum videatur, licere cum ipſismet clericis conuenire, ita vt ipſi, ac ſucceſſores obligentur, bonaq; temporalia Eccleſijs dare ſub modo aut conditione anniuerſariorum, cõtra Innocentij, & Hoſtienſis ſententias proximè relatas, quibus & iura citata, & adducta fundamenta contra quamlibet illarum, grauiſsimè repugnant.

13 Vt autem quid in hac difficultate, quo ad vtrumque forum tenendum ſit, breuiter, & dilucidê explicemus, aliquot ſtatutis cõcluſionibus viam quaſi ferro aperiamus oportet. Et prima concluſio, quæ certa, & indubitata eſt ſic ſe habet, ſi conuentio fiat cum clericis, ſeu Eccleſijs, de celebrandis anniuerſarijs in ſingulos annos, & in ipſo cõtractu cauſa ſuſtentationis exprimatur, nulla cõmittitur ſimonia. Ratio in promptu eſt, etenim vbi temporale non datur pro ſpirituali, nec reperitur vmbra, nec veſtigium ſimoniæ, ſed in terminis huius concluſionis debitũ ſtipendium in conuentionem deductum, non pro ſpiritualibus, ſed pro ſuſtentatione Eccleſiarum, ſeu clericorum conceditur, manifeſtè, & expreſſẽ, vt ſupponimus: igitur, nec ſuſpitio adeſt ſimoniæ, nec ſiniſtra aliquà præſumptio poterit inueniri, & ſi linceis quod aiunt oculis tenorem ipſius contractus perſpiciamus.

14 Quod verò circa præfatæ aſſertionis ſpeciem, neque ſpecies aliqua, nec

nec figura ſimoniæ inueniatur patet,quia cauſa temporalis exprimitur, propter quam temporalia dantur,& ſapienter dixerũt Vitoria,Caietan.& Soto vbi ſupra, (in his terminis accipiendi) nullam in hoc caſu committi ſimoniam.

15 Secunda concluſio. Per contrarium ſi in cõtractu de anniuerſarijs celebrandis, vel alijs operibus pijs faciendis,contrahentes ſolum conueniant,de temporalibus dandis,& celebrandis anniuerſarijs, nulla expreſſa cauſa temporali ſuſtentationis clericorum,aut Eccleſiarum, vel alia:proculdubio ſecundum iuris canonici rigorem talis cõuentio ſimoniaca cenſenda erit. Difficilis aſſertio profectò, quippè vſui quotidiano communique praxi repugnet,nõ inficior,ſed quæ in puncto iuris veriſsima eſt,& fortiſsimo ne dicam euidenti fundamento conuincitur, ſi reuoces in memoriam, & expendas iura canonica(vt ſuperius tetigim⁹) non modo conuentiones verè ſimoniacas deteſtata fuiſſe, & prohibuiſſe omninò,ſed & vmbram ſuſpicionem veſtigium,omnesquè preſumptiones tanti criminis ex probabilibus coniecturis deducibiles reprobaſſe, & odio pluſquam Vatiniano proſequuta fuiſſe, ob id ſolum non quod malum continerent,ſed quod ſolam,& nudam imaginem mali referrent,vt ſatis expreſsit Gregorius IX. in cap. pactiones fin. de pactis, ibi, *Pro quibuſdam ſpiritualibus obtinendis,cum in huiuſmodi omnis pactio, omnisque conuentio debeat omninò ceſſare,* &c.Et ſacra Trident.Synodus, ſeſſ. 24.cap.14.de reformatione,ibi,*Hæc cum ſancta Synodus deteſtetur*,& ibi,*Qui ſimoniacæ labis, aut ſordidæ auaritiæ ſuſpitionem habent fieri non permittant*: & in cap. quam pio,cum ſimilibus, & fuit aperta ſententia D. Thomæ, Innocentij,& Abbatis vbi ſupra,dum voluerunt,contractum cum ſacerdote fieri poſſe de ſtipendio, ſed ita faciẽdum, vt non miſceantur ſpiritualia cum temporalibus,nec quo ad intẽtionem,nec quo ad verba.

16 Ex quo tale efficax,imò irrefragabile conficitur argumentum pro aſſertione prædicta,quando contractus tantum celebratur de temporalibus dandis pro anniuerſarijs, nec exprimitur aliqua honeſta cauſa ſuſtentationis, vel alia, quidquid libenter fateamur, & piè iudicemus, quãtum ad intentionem contrahentium nõ dari temporale pro ſpirituali, tamen negare nõ poſſumus, quo ad verba, dari tẽporalia pro ſpiritualibus,ſiquidem contractus nihil aliud ſonat, quam temporalia data, & ſpiritualia promiſſa,ergo licet talis conuentio, ſecundum mẽtem,& ſpiritum ipſius, ſimoniaca non ſit,ſaltim habebit, & habet ſpeciem, & figuram ſimoniæ, vmbram,& ſuſpitionem tanti deteſtandi criminis,quam ſolam figuram, (vt prænotaſti) prohibuerunt, atque penitus damnarunt ipſa decreta Põtificia,necnõ & ſancti Patres,& generalia Cõcilia: igitur de primo ad vltimũ tales cõuentiones tẽporaliũ pro ſpiritualibus, nulla expreſſa cauſa ſuſtentationis, admitti non debent.

17 Quod argumentum, ſeu potius demonſtratio, tantum potuit, apud Innocent. eximium iuris canonici interpretem,vt non ſolum requiſierit ad vitãdam labem ſimonię, quod exprimatur cauſa ſuſtentationis in conuentioue, ſed quod ſepararentur contractus,diuerſisque inſtrumẽtis conficerentur,ita vt in vno, clerici ſe obligarent ad ſpiritualia, & in alio diuerſo,ex poſt facto confectò, & celebrato,conuentio fieret de ſtipendio ſuſtentationis clericorum. Sed profectò nimius rigor apparet, & ſatis

Digitized by Google

& ſatis credo futurum ad exterminã dam omnem in totum ſimoniam, declarare in conuentione ſuſtentationis, aut ſtipendij cauſam, verbis expreſsis, iuxta terminos prioris concluſionis.

18 Quod ſi dixeris hoc argumẽtum dumtaxat euincere, dari in his conuentionibus vmbram aliquam ſimoniæ, propter corticem, & figurã verborum, ſonantium aliquid temporale pro ſpirituali, non tamen concludere, quod tales conuentiones ſimoniacæ ſint: aut illicitæ, hoc certè eſt, quod ſolum perſuadere volumus, dari ſcilicet in his cõuentionibus, quæ vulgò circunferuntur, & vſu receptæ ſunt, veſtigium aliquod, ſiuè vmbram, aut ſuſpicionem ſimoniç, quæ omnia exterminare voluerunt canonica decreta à contractibus rerũ ſpiritualium, penitusque reijcere, ac prohibere, vt ex ipſismet decretis Eccleſiæque conſtitutionibus, pluſquam liquidò conſtat.

19 Et ſi rurſus reſpondere nitaris ex conſuetudine, praxique quotidiana, dictas cõuentiones ſic exaudiri, eũque ſenſum, & intellectum recipere, vt in eis tẽporalia nullatenus pro ſpiritualibus, ſed pro miniſtrorũ ſuſtentatione dari cẽſcantur, ideoque ceſſare omnem labem ſimoniæ, & quamcumque illicitam pactionem: adhuc fortiter obſtabit præfatum argumentum, quod non excludas vmbram, aut ſuſpitionem ſimoniæ, quinimò talis vmbra, ſemper, & vbique committari videatur præfatas conuentiones, in quibus expreſſa mentio non fit de honeſta ſuſtentationis cauſa: quæ quidem vmbra ſimoniacæ labis, ſufficit, ad hoc, vt in totum contractus ſit ſimoniacus, ex canonicis decretis, quę (vt dictum eſt) ob ſolam vmbram ſuſpitionem, aut veſtigium ſimoniæ, dictas pactiones tã quam ſimoniacas, & illicitas penitus prohibuerunt, & talis ſimoniæ ſuſpitio, reuera conſiſtit in eo, quod ſola figura, aut cortex verborum, ſonet, temporalia data, & ſpiritualia inuicem promiſſa, quidquid alia ſit intẽtio, ſiuè mens paciſcentium.

20 Verum adhuc inſiſtes, aſſerendo conſuetudinem obſeruaſſe, vt hæc conuentiones paſsim fiant, quamuis non exprimatur temporalia ad ſuſtẽtationem dari, quoniam id dices virtualiter ineſſe, & ex conſuetudine pro expreſſò haberi poſſe, quæ cum circa ea verſetur, quæ ſunt iuris poſitiui, condemnari non debent qui ſic cum Eccleſijs conueniunt.

21 Vndè ſuccedit tertia concluſio, omnem omninò ſcrupulum, & difficultatem auferens. Quamuis in puncto inris (vt reſolutum eſt) conuẽtiones omnes celebratæ cum clericis, aut Eccleſijs, de temporalibus dandis pro anniuerſarijs faciendis, non expreſſa cauſa ſuſtentationis, quidquid contrahentes bonam mentem & intentionem haberẽt ſimoniacæ cenſendę forent: tamen propter interpretationem, quam ab vſu, quotidianaque praxi receperunt abſq; vlla ſimoniæ labe, ex vi ſolius conſuetudinis ſubſtinentur, & ſubſtineri debent, cum aliâs de iure ſimoniacę ſint, & illicitæ.

22 Ad cuius concluſionis efficacem comprobationem, ſolum videre reſtat, potuerit ne id introducere quotidianus vſus, aut ipſa conſuetudo, ſenſusque hominum, ſic prædictas conuentiones interpretari, vt quantumuis non exprimatur, in eis cenſeatur appoſita, & quaſi expreſſa ſuſtentationis cauſa. Et reuera ita potuit conſuetudine obtineri, cum dictæ pactiones ſimoniacæ ſint, quia prohibitæ, ſola lege humana, quas rationabilis conſuetudo, & præſcrip

Digitized by Google

ta,abſq; dubio licitas facere poteſt. c.fin.de conſuetudine.

23 Accedit quod in his omnibus Pō tificis authoritas vitium tollit, cum qua parem vim habet conſuetudo, ex traditis per Dominum Molinam lib.2.de Hiſpanor.primogen. cap.6. nu. 13. per Iaſonem in l. de quibus, num.46.& probant iura expreſſa, in cap.ſuper quibuſdam.§.prętereâ,de verborum ſignificatione,& in l.1.§. vlt.ff.de aqua pluuia: ergo multo etiam fortiori ratione efficiet,& efficere potuit conſuetudo, vt ea quæ dantur Miniſtris ſpiritualium, non quaſi pretium, ſed ex pia,aut honeſta cauſa data cenſeantur, niſi aliundè alius appareat prauus affectus, vel aliquæ reperiantur malę circunſtantiæ,aut efficaces coniecturæ ſimoniacæ labis, vt reſoluit B.Thom. ab omnibus receptus.2.2.q.100.art. 2.& deducitur ex text. in l. priuilegia,in fine.C.de ſacroſ.Eccleſijs,& in cap.ad Apoſtolicam,de ſimonia, quibus concluſionibus(vt vides)tota noſtra controuerſia reſoluitur.

24 Benè tamen verum eſt,(quod omnes fatentur)tutius quidē eſſe abſq; vlla conditione temporalia liberaliter dare,& rogare Eccleſiam, vt anniuerſaria faciat.Ex quo fluxiſſe ſuſpicor,laudabilem morem religioſorum nominis Ieſu,qui & ſi pro temporalibus ſibi datis piè & religioſè deprecationibus, & ſuffragijs adhibitis, ſpeciatim pro ſuis benefactoribus abundè ſatisfaciant: illorum nihilominus ſanctiſsima ſtatuta nō patiuntur,quod ſe obligēt ad anniuerſaria,fortè quia ſuſpectas crediderūt de iure tales pactiones,quæ ſolū cōſuetudine,(vt vidimus,)&vſu ſubſtinentur.Ex quibus ad rationes,& argumenta initio â nobis adducta (ſi quæ ſunt,quæ aſſertiones prædictas oppugnare videantur) facilè lector, vel mediocriter erudit⁹ reſpōdebit.

25 Præfata autem volumus accipienda,de contractibus oneroſis,ſub cō ditione, aut modo, grauamen aliquod continente celebratis, vbi nō gratuita ſpiritualiū datio,aut receptio fit,ſaltem ſecundum conuentionis figuram:gratioſę etenim & liberales donationes,nullo iurepoſſunt improbari, & diffinitio ſimoniæ à Noſtris & Theologis tradita dicit, *eſſe ſtudioſam voluntatē emendi &c.*Nomine verò emptionis,manifeſtū eſt, omnē cōtractum oneroſum intelligi,& de his verba faciunt Pontifices Maximi,& ſancti Patres in cap.ſuper eo.ad fin.de tranſactionibus,& in locis per Gratianum congeſtis. 1.q.1. per totam: quibus in locis culpabile non eſſe aſſeritur,ſi quis faciat amicabilem, & gratuitam compoſitionem,etiam in ſpiritualibus.

26 Quo in loco non poſſum non admonere ſapientes viros, eorumquè attentionem requirere,vt oportunè diſtinguant donationes ſub modo, aut cōditione factas,vel ob cauſam, in duplici eſſe differentia. Aliquando enim modus cauſa, & cōditio in fauorē donatoris, aut tertij adijciuntur:aliquando ipſius donatarij,& recipientis vtilitatem cōtinent, prout contingit cum alicui pecunia datur, vt domum ſibi ędificet, & predium ſuum melius faciat: priori quidē caſu conditio,aut modus,vel cauſa efficiunt, vt donatio illa iam non ſit propria & liberalis,ſed magis onero ſi contractus naturam accipiat, teſte Andręa Tiraquelo,cum pluribus ab eo relatis,in l.ſi vnquam,verbo,*donatione*,n.145.C.de reuocan. donatio. Roger. in l. modeſtinus. n.32. ff. de donat.&fuit doctrina Pauli Caſtren. in l.1.num.2.ff.eodem.Poſteriori caſu conditio,& modus,vel cauſa,non efficiunt quominus omninò gratui

ta,

Digitized by Google

ta,& liberalis donatio sit, sicuti rectè deducitur ex d.l.1.& prædicti Patres verè consentiunt.

27 Qua ratione frequētissimè in praxi videmus,rectè dari pecuniã,& relinqui legata,aut donationes virginibus fieri, sub conditione religionis,aliquibusq; bona relinqui, si clerici fiãt,vt in terminis probarunt vir merito ante alios excellens Emanuel Costa in sua l.cum tale.§. si arbitratu,limitat.3.ff. de condition. & demonstrat.Bald.in authent. cui relictum.C.de in dicta viduitate,& ibi Paul.& Iaſnum.4. Imò hæretico & infideli rectè pecuniam dabimus, & absque vllo simoniæ periculo, vt cõuertatur,non obstante decisione.c. quam pio.1.q.1.& cap.fin. de pactis, in quibus pactum gratuitũ non fuit, sed potius qui temporalia dabat spiritualia recipiebat,sicuti factum legimus in cap.tua nos,de simonia.Quę iura & similia,omnia & singula limitanda sunt, vt minimè locũ habeãt, si modus & conditio solius recipientis vtilitatem contineant: quo casu expedita res est, tales donationes nullo modo speciem habere simoniæ,ex eo quia donatores,seu testatores, non tam videantur spiritualia pretio ęstimare, quàm præmio proposito,clericos,aut viros religiosos, & virgines ad alacrius capessenda spiritualia inuitare.

28 Quo fit, vt in grandem me rapiat admirationem,implacabilis illa controuersia in re valdè perspicua ab interpretibus excitata,circa intellectũ text. quem difficilem appellant, in cap. 2. de conditionibus appositis, dum probat,iustè dari libertatem seruis sub conditione vt religiosi fiant, & in certo monasterio permaneant, in eo difficultatem constituentes, quod libertas res temporalis sit,quæ sub conditione spiritualium dari nõ potuit,refragante interdicto. d. cap. quam pio,& d.cap.vlt. nec videntes text.illum,nullam penitus difficultatẽ includere, quin potius rem quasi perspicuam statuisse Pontificem Maximum, & omni dubitandi ratione carentem,cum ibi interuenerit liberalis quædam,ex omni parte libertatis datio,sub conditione religionis, vel ordinis,quæ solius recipientis fauorem principaliter continebat,nec onus aliquod, aut grauamen in fauorem donantis: ideòque non potuit simoniaca censeri, nec vllo iure improbari donatio illa libertatis, facta sub conditione religionis, quippè si non intercedat studiosa voluntas emendi, cõtractumvè oneroſum
29 super spiritualibus celebrandi,simonia esse non potest.

Cauendum igitur erit ab Abbate, Antonio,& Præposito in d.c.2.dum aiunt,conditiones,quæ insunt ex natura rei, vel à lege actui spirituali, quamuis deducantur in pactum,nõ efficere simoniã, ex sentẽtia glossæ, verb.*nihil*, in cap.cum M. de constitution. quasi seruus qui religiosus esse non potest, nisi prius liber fiat, rectè à Domino adquisierit libertatem,sub conditione,si religiosus fieret,quam interpretationem iterum
30 assignauit idem Panormt.in c. eo libentius,de seruis non ordinand.

Necnon & cauere oportebit ab Hostiensi in d.c.2.& Cardin.ibidem dicentibus nõ fuisse adiectam conditionem libertatis,sed modum:qui minimè perspexerunt conditionem & modum spiritualibus adiecta eodem iure prohiberi. Similiterq; defecit in d.c.2.interpretatione glo.1. ibidem,tam in primo,quàm in secũdo intellectu,quæ suppossuit,libertatem esse rem spiritualem, ideòque rectè potuisse,in illius textus specie, cum alia re spirituali commutari, ex cap.

Digitized by Google

cap.fin.de rerum permutatione, nõ animaduertẽs, quod eſto libertas in corporalis res ſit,& ſpiritualis naturalis,non tamen eſt ſpiritualis ſupernaturalis,quin potius çſtimabilis pretio,ſicuti reliqua ſpiritualia naturalia,ex l.4.ff. de manumiſsion. atque adeò cum ſpiritualibus ſupernaturalibus minimè poſſet commutari, quidquid eandem ſolutionem repetierit glo.vlt. in d.c. eo libentius.

31 Minusq; placere poteſt eiuſdem gloſſæ.1. ſecundus intellectus aſſeréntis in illo tex.non fuiſſe datũ Monachatum ſub cõditione libertatis, ſed libertatem ſub modo religionis profitendæ: quamuis enim communiter receptum teſtetur Præpoſit. ibidem, num.3. nihilominus eandem patitur difficultatem, imò multo maiorem, cum in effectu eadem ſit, in vtroque ratio, ſiue datus fuerit monachatus ſub conditione libertatis, ſiue libertas conceſſa ſub modo profitendæ religionis: quandoquidem ſi ex noſtro veriſsimo intellectu, quẽ ſuperius aſsignauimus, in totum nõ eſſet ſublata difficultas, ex traditis â dictis gloſsis,atq; Doctoribus, & ab alijs,qui perperã cõminiſcebãtur,ex eo potuiſſe libertatem dari,quia modus ille non requirebat partis acceptationem,minimè tolleretur: maximè cum hoc poſterius planè falſum ſit, & multo verius ſub conditione datam libertatem,non modo verbalem,ſed realem acceptationẽ requirere.& ſequeretur,ex hac vltima ſolutione poſſe Dominum ſeruum manumittere, ſub conditione,vt Sacerdos fiat,& pro manumittenti ſingulis diebus orationes offerret,aut ſacra faceret, quod apertè ſimoniacũ foret: ceſſant ergo dicti omnes, & ſinguli intellectus ad præfatum. c.2. ſi nobiſcum ſentias, tam in d.cap. 2.quâm in d.c.eo libentius, donationem libertatis ſub modo ſpirituali, omni vitio ſimoniæ caruiſſe, quia ex omni parte fuit liberalis, quando quidem,& libertas data, & religionis,vel ordinis conditio,ſolius recipientis fauorem principaliter continebant.

32 Profluit etiam ex dictis non inelegans,& vera declaratio, ad text.in cap.ſignificatum, de præbendis, vt ſpirituale beneficium ſub ſpirituali modo conuenienter dari potuerit, iureq; Pontificem ſic factam collationem approbaſſe,quia vt ſuperius tradidimus,in ſpiritualibus conferẽdis,modus, aut conditio ſpiritualis, abſq; ſimoniæ ſpecie adijci poteſt, ex adductis per Ioannem Maiorem in 4.diſt.25.q.6.Antonium, Immolam,& Cardinalem,Abbatem,& Decium in d.c. ſignificatum, Ripam in cap. cum M. de conſtitutionibus.n. 176.poſt gloſſam,qui eandem decidendi rationem, ex alijs expreſsit in d.c.ſignificatum.

33 Nec me latet B. Thom.in 4.diſt. 25.q. 3. art. 2. ad 5. Philippum Decium, qui communem dixit in d.c. ſignificatum, num. 10. Sylueſtrum, verbo,*ſimonia*. q. 9. Innocentiũ in d. c.3.ne Prçlati vices ſuas in fine,Abbatem in cap.Iacobus,num. 3. de ſimonia,poſt gloſſam.1.in d.c.ſignificatum,intellexiſſe,in eo text. collationem præbendæ, non fuiſſe factã ſub eo modo, aut conditione, ſed præbendæ vacanti, tanquam onus fuiſſe impoſitum,in quo nihil illicitum committi crediderũt,cum liberum ſit Epiſcopis in ſuo Epiſcopatu, omnia facere,quæ ad ſubditorum ſalutem,& bonam ſpiritualium gubernationem viderint pertinere,niſi ſacris Canonibus ſint contraria, iuxta text.in cap.regẽda,cum ſeqq. 1.q.1. ac perconſequens beneficio vacãti ſpirituale onus adijcere:non perſpicientes

Digitized by Google

cientes dictam interpretationem, nullatenus conuenire textui in dict. capit.ſignificatum, ex cuius tenore verboru,mtotum contrarium colligitur, id eſt ibi præbendam ſub eo modo datam fuiſſe,vt rectè conſiderauit Philippus Decius ibidem: igitur non fuit cur prędicti Patres comminiſcerentur præbendæ vacanti onus impoſitum fuiſſe, nõ verò eius collationem ſub eo modo, aut conditione factam, cùm potius dicendum ſit,quod rectè ſic factam collationem approbauerit Pontifex,cum abſque periculo ſimoniæ ſpiritualia temporalibus in vim modi, aut conditionis, iniungi poſſe reſoluerimus. Arguméta autem(ſi quę ſunt, quæ hanc veritatem turbare videantur)procedunt,cum modus,aut conditio de ſpiritualibus ad temporalia fit.

34 Nec refragabitur prædictæ reſolutioni elegans Innocentij. IIII. in Concilio generali Lugdunenſi ſententia relata in capit. in electionibus, de electione in ſexto: ex quo Ioann. Andr. & reliqui interpretes, veriſimè deduxerunt, vota conditionalia,& alternatiua,& incerta, in electionibus reprobari, & haberi pro non habitis,& reincidere in purè conſentientes: vndè videbatur procedere non poſſe, quem aſſignauimus intellectum,ad dict.capit.ſignificatum,dum aſſeruimus ſine difficultate procedere,in modo,& conditione,ſub quibus licitè potuit præbenda illa conferri, cũ in ſpiritualibus conferendis,modum, & conditionem, abſque vitio ſimoniæ poſſimus adijcere, & ſpirituale beneficium ſub ſpirituali modo conueniẽter concedere,qua ratione ſuperius à nobis dictum eſt.

35 Non inquam refragabitur dict. capit. 2. incipit in electionibus, de electione in ſexto, cui diuerſimodè Præceptores Noſtri reſpondere cõnantur: frequentius tamen in illam interpretationem itum eſt, eius deciſionem non habere locum in cõditionibus,quæ ex natura rei ſingulis actibus ibidem ennumeratis inſunt, quas conditiones ſic intrinſecas (inquiunt) minimè reprobaſſe Innocentium. IIII. illius decretalis Conditorem in dict.cap.in electionibus: exempli gratia in conditione,*ſi beneficium vacat, ſi oppoſitor idoneus eſt*,& ſimilibus,in collatione beneficij adiectis. Quas conditiones collationem ipſam recipere, teſtis eſt Reduanus vbi ſupra, ſecunda parte,capit. 22. à numero quinto, poſt Felin. per textũ ibi in capit. vltimo, numero 19. de præſumptionibus: cumque conſtet, conditionem, aut modum,de quibus in dict.capit.ſignificacum, in collatione beneficij adiecta, ineſſe ex natura rei ſaltem in genere, quippè beneficium ſemper datur,darique debet,propter officium,mirum non eſſe aiunt, quod expreſſè non vitiauerint collationem, vt beneficium recipiens Miſſam celebrare teneretur,cum modo ramine de quo ibi. Ita intellexerunt reſponſum Pontificium in dict. capit.ſignificatum, Hieronymus Cagnolus in lege actus legitimi, numero 29. ff. de regulis iuris, Philippus Decius in capit.accepta, de reſtitutione ſpoliatorum, numero 51. vbi Martinus Nauarrus qui appellauit communem,oppoſitione 7.numero 41.& ante omnes in terminis tradiderant nonnullæ gloſſæ in capit.ſignificaſti,de electione, glo.2. glo. in Clement.1.de reſtitutione ſpoliatorum,glo.verbo,*renuntiantes*,in capit. ad audientiam, *el ſegundo*,de reſcriptis,glo.verbo,*nihil*, in capit. cum M. de conſtitutionibus, quas poſtea cla-

ſici omnes interpretes ibidem ſequuti ſunt, & præter proximè citatos,tenent,atque defendunt Petrus Paulus Parius conſilio 135. numero 21.libro 4.Philippus Decius diuerſo loco,conſilio ſcilicet.118.numero.5.Iaſ.in l.3.numero 14.ff.de legatis primo, & ibi Franciſcus de Ripa num.126.

36 Verum reijcitur ex eo, quia & ſi verum ſit,poſſe Epiſcopos onera ſpiritualia Dignitatibus, & Beneficijs pro neceſsitate, & vtilitate Eccleſiæ imponere,& Miſſarum numerum aliquando augere, necnon & exploratum ſit,ea, quæ inſunt â iure,ſi exprimantur non efficere actū conditionalē,magis quam antea erat:nihilominus tamen dictorum Patrum intellectus conuenire non poteſt Innocentianę conſtitutioni, de qua in dict. capit. in electionibus, cum ibidem,onus fuerit iniunctum recipienti præbendam, quod minimè inerat ex natura rei, vt manifeſtè oſtendunt illa verba, ſatis conditionalia, plenaque grauaminis ibi, *Ita quod Miſſam de Sancta Maria, niſi corporis infirmitate grauatus ſit,debeat quotidié celebrare*: & rurſus ibi, *Eccleſiam veſtram non niſi communi, tam Præpoſiti, quàm Capituli conſenſu poſsit dimittere, vel cuiquam præbendæ illius anniuerſarium delegare*:& tandem ibi, *Niſi infirmitate corporis fuerit impeditus aſsiduè debeat obſequium ſuum impendere Eccleſiæ memoratæ &c.*fortiterque faciunt vltima dict. cap. ſignificatum, verba ibi,*Nec ſibi liceat hoc illi ſubtrahere, ſiué cauſa voluptatis, ſiuè ſe ad aliam Eccleſiam transferendo*,quas conditiones ſic valdè oneroſas,pluſquā manifeſtum eſt,nullatenus ineſſe ex natura rei,ipſimet collationi,aut receptioni beneficij, non ergo ex eo illarum appoſitio non vitiauit collationem,quia inerant.

37 Quinimò vbicumque certum, & determinatum onus exprimitur,aut diuerſo modo adiūgitur bonis temporalibus,cenſeri debet appoſitum, aliquid aliud, præter id quod ineſt ex natura ipſius collationis, aut receptionis beneficij, & ſufficere videtur ad hoc,vt conditio ipſam collationem, aliosque actus legitimos vitiet,ex reg.actus legitimi.ff.de diuerſis regulis iuris antiqui.

38 Aſſerendum igitur eſt, quod dicitur in dict. capite ſecundo,de electione in ſexto,ſcilicet in electionibus,& poſtulationibus,ac ſcrutinijs penitus reprobari eligendi vota conditionalia,alternatiua, vel incerta, intelligendum eſſe,de conditionibus proprijs, quæ re vera ſuſpendunt,& puritatem actus impediunt: quæ verò tales non ſunt, quamuis quo ad verba conditiones videantur,in eo textu non prohiberi,ſicuti manifeſtè indicant illa verba,*Opporsere vt electio certa & pura ſit*, tamen in dict. capit. ſignificatum, nullam fuiſſe adiectam conditionem ſuſpenſiuam collationis, aut quæ redderet illam incertam, ſed modus quidam ſpiritualis dumtaxat adiectus, qui præſtaretur poſt adeptam poſſeſsionem beneficij: talem autem modum in ſpiritualibus perſpicuum etiam eſt minimè reprobari, niſi aliquid illicitum cōtineat,propter quod improbetur, pariterque per illius adiectionem, non offendi regulam dict. capit. in electionibus, & dict. l. actus legitimi. Vndè ſatis mirari non poſſum,communiter interpretes in dict.capit. ſignificatum, de conditionibus,& ſimoniæ materia diſputaſſe, vbi ſi rectè inſpiciatur,de conditione ſuſpenſiua, nec verbum vllum:& fortè collationem illam intrepidè approbauit Romanus Pōtifex,vt conſuleret celeritati

in

Digitized by Google

in prouidendis beneficijs, tantopere commendatæ in Clem. 2. de iudicijs.

39 Denique pro complemento eorum quæ dicta ſunt, ex ſupra poſitis principijs, latè agendum eſſet, circa mentem perdifficilis text. in cap.vnico.§.vnde credimus, vt Eccleſiaſtica beneficia: relicta tamen interpretatione Abbatis in eodem capit.vnico,& gloſſæ receptæ, verbo, *concedimus*, in capit. ſi propter, de reſcriptis in ſexto, alterius gloſſæ, verbo, *defenſor*, in Clementina 2.de rebus Eccleſiæ, Cardinal. numero tertio, Immolæ numero vigeſimo ſeptimo, Innocentij numero ſexto, Ioann. Andreę, Antonij, & aliorum, quos retulit & ſequutus eſt Immola loco citato, verus eſt ſenſus illius decretalis, ideò in primo caſu Summum Pontificem reſpondiſſe, abſque dubio ſimoniacam prauitatem contineri, quia agit quando nulla facta fuit legitima reſeruatio: iam enim tunc non ex reſeruatione iuſta, ſed ex conuentione facta cum recipiente, vt ibi voluit gloſſa fructus perciperet Epiſcopus, & ſaltem præſumptione iuris datur ſimonia, vbi nulla appareret reſeruatio facta, ſed tantum ſpirituale datum, & temporale receptum, quo caſu abſque dubio rectè ſimonia iudicatur.

40 In ſecundo autem caſu, quoniam ante donationem, idem Epiſcopus percipiebat fructus, etiam ſi fieret conuentio de ipſis iterum retinendis non committitur ſimonia, quia fructus ex vi præcedentis reſeruationis retinentur, quamuis negare non poſsimus, ſolam pactionem efficere, vt illicita ſit conuentio propter ſimilitudinem illiciti contractus, qui ſecundum ſpeciem, & prima facie de ſpiritualibus ad temporalia fieri videtur, quæ (nifallimur) vera mens eſt dict.capit.vnici, in §. vnde credimus.

41 Pariterque eruditus lector ex principijs ſupra adductis colligere poterit, veram reſolutionem illius frequentiſsimæ quæſtionis, vtrum reſignatio beneficij, conditionalis, aut reſpectiua in fauorem alicuius expreſſè facta, aut cum clauſula, *non aliter neque alio modo*, ſpeciem habeat ſimoniæ, de qua videndus eſt Magiſter Soto lib.9.de iuſtitia, quęſtione ſeptima, articulo ſecundo, Nauarr.in manual.capit.23. numero 100.& numero 107. Caſiadorus deciſione ſecunda, de ſimonia, Reduanus prima parte, capit.10. & capit.25.cum ſequentibus, Mandoſius in regula de infirmis, quæſtione 16. numero 11.Sylueſter, verbo, *renunciatio*, quæſtione ſexta, ex antiquior. Felin. in capit. ad audientiam, *el ſegundo*, numero tertio, de reſcript. Angelus, verbo, *ſimonia*.3.§.40. Archidiacon. in capit. quicumque.1. quæſtione prima. Abbas in capit. non ſatis, in fine, de ſimonia, & ante omnes glo. in capit. dilecto, de præbend. Lapus allegatione 14. Pariſius conſilio 76. numero quarto, Boerius in tractatu de poteſtate Legati, quæſtione ſecunda. Hoſtienſ. in capit.1.ne Prælati vices ſuas, Rota deciſione 312.& 352.Decius conſilio 445. numero 56. Aymon conſilio 227. numero primo. Tiraquel. de retractu libro primo. §.1. gloſſa 9. numero 159. Menoch. conſilio 197.numero 87. Probus ad Monachum in capit.vnico, de rerum permutatione, libro ſexto. Selua de beneficio, tertia parte, quæſtione 44. Rebuffus in tractatu de nominatione, quæſtione 21.numero 22. & in tractatu de pacificis poſſeſſor. numero 145. Ludouicus Gomez in

Digitized by Google

regula de triennali, quæstione 24. plures adducens Rotæ decisiones, Bertrandus consilio 323. Dominus Franciscus Sarmiento selectarum libro primo, capite octauo, numero 25. doctus Arias Pinelus ad rubric. C. de rescindenda, secunda parte, capite primo, numero 29. Boerius decisione 97. iterum Nauarrus, & Soto, ille in capit. si quando, de rescriptis, oppositione septima, numero 12. hic libro tertio, de iustitia, quæstione sexta, articulo secundo, post D. Thom. 2. 2. quæstione 67. articulo secundo, apud quos latè, & eleganter de quæstione prædicta, quã discussit etiam Adrianus quodlib. 9. & tractauerat Petrus Rebuffus (præter locum citatum) in sua praxi beneficiali, titu. de renuntiatione conditionali, â num. 7.

Summaria ad controuersiam 8.

1 *AGENDVM est in postremo loco huius libri quarti, de iuris ignorantia, præcipuè municipalis, vel statutarij, seu consuetudinarij.*

2 *Ignorantia iuris, quando probabiliter, vel iustè intercenisse ostenditur, vel ex circunstantijs probabilis, vel iusta proponitur, sine dubio perinde excusabit, ac ignorantia facti, quæ probabilis præsumitur.*

3 *Forenses respectu legum & statutorum illius loci, ad quem accedunt multoties á pœnis illius iuris excusantur.*

4 *Rustici, & milites ex ignorantia excusantur, & propter simplicitatem, & conditionem personarum, in plerisque iuris articulis humanas leges, ac Principum constitutiones ignorare præsumuntur.*

5 *Existentes apud exteras & barbaras Nationes, & nullam habentes fidei Catholicæ notitiã, propter hãc probabilem ignorantiam á peccato infidelitatis excusantur.*

6 *Error profectus ex ignoratione iuris, maximè dubij, inuincibilis est, quẽ homo faciendo quod potest vincere non valet: & errantes secundum responsum Iurisperitorum inuincibilem, & iustam habent ignorantiam.*

7 *Ignorantia regulariter minimè excusat in illis, quæ homines scire possunt, & debent, non modo si sint iuris naturalis, & diuini, sed neque etiam iuris humani.*

8 *Alienantes feudum, vel emphiteusim inrequisito Domino non excusabit ignorantia, quamuis falsò crediderint res feudales, vel emphiteuticas inrequisito Domino posse alienari.*

9 *Superior resolutio circa ignorantiã iuris ambigi non debet, quin procedat in iuribus municipalibus, vel statutarijs, quorum ignorãtia regulariter non excusat.*

10 *Romanus Pontifex non tenetur statuti, vel consuetudinis notitiam habere, excusabiturque ignorantia ipsius consuetudinis, quæ inferiores non excusabit, & intelligitur textus in cap. 1. de constitutionibus in sexto.*

11 *Iuris error in cõpendijs, nec faminis prodest, nec ignorantia excusat ad consequendum lucrum, & qui soluit indebitum per errorem iuris, repetit.*

12 *Peccatum arguit si quis ignoret, ea quæ*

que homines eius conditionis, & ſtatus communiter ſcire ſolent, & communi adhibita diligentia percipiuntur, & error iuris, ſeu illius ignorantia, quandoque contingit abſque ignorantis culpa, quandoque & frequẽter culpam præmittit venialem, vel mortalem.

13 *Grauiter dicitur delinquere, qui ea ignorat, quæ ratione ſtatus, vel officij ſcire tenetur, & multò magis ille, qui eorum quæ ad officium neceſſaria ſunt ignarus, & inſcius, inmiſcet ſe rei ad ſe non pertinenti.*

14 *Contrahentes ſuper aliquo negotio, prius quam id faciant, ſcire tenentur, & inquirere leges eas, quæ de re illa, aut pactione diſponunt, quarumque obſeruatio neceſſaria eſt ad iuſtitiam illius actus, ſeu ad iuſtè agendum, id quod facere agrediuntur, & re vera ille ſolus ignorando peccat qui obligatur ſcire quod ignorat.*

15 *Indiſtinctè confitenti nocet propria confeſsio, etiam extra iuditium, & intelligitur textus in l. 7. ff. de confeſsis, vt procedat in craſſa ignorantia.*

16 *Obijcitur textus vulgo non ſatis intellectus in l. ſi duo 38. ff. de adqui. hæred. cuius ſpecies proponitur & expenditur contra ſuperius dicta.*

17 *Ius non tantum præſumit illum qui ſe immiſcuit, poſtea quam prior abſtinuiſſet videri ea conditione adire, vt tota onera hæreditaria ſubiret, ſed fingit id, ſuppoſuit, & diffinivit, tanquam certum, & infallibile, & intelligitur textus in d. l. ſi duo 38. ff. de adquirend. hæreditate.*

18 *De emphyteuta ſine conſenſu Domini empheuſim per ignorantiam alienante remiſsiné.*

CONTROVERSIA 8.

Vtrum ignorantes leges municipales, vel ſtatutarias, ſeu iura conſuetudinaria, excuſentur à pœnis talium iurium, aut ſtatutorum.

1 EX diuerticulo præcedentis diſputationis, in qua nõnulla nõ vulgaria circa ignorantiæ crimẽ tradidimus, ad inſtitutũ noſtrum de Principum conſtitutionibus, quaſi ad viam redeuntes, duximus operepretium in poſtremo loco huius libri quarti, breuiter differere, de iuris ignorantia, præcipuè municipalis, vel ſtatutarij, ſeu conſuetudinarij.

2 Et vt morè noſtro ſeparemus certa ab incertis, lectorem admoneo,

Digitized by Google

ſermonem eſſe de ignorantia, an regulariter excuſet necne: etenim quando probabiliter, vel iuſtè interueniſſe oſtenditur, vel ex circunſtãtijs probabilis, vel iuſta proponitur ſine dubio (vt abundè ſuperius reſoluimus) perindè excuſabit, ac ignorantia facti, quæ probabilis præſumitur, teſte Sylueſtro, verbo, *ignorantia*, numero 17. Petro Dueñas regula 129. Alphonſo de Caſtro libro ſecundo de lege pœnali, capit. 14. & probant expreſſa iura in l. vltima in fin. ff. de decretis ab ordine faciendis, & in capit. 2. de conſtitution. in ſexto, vbi habetur ordinariorum ſtatuta non ligare probabiliter ignorantes.

3 Necnon & pleriſque deciſsionibus cauſarum manifeſtum efficitur: cum videamus forenſes reſpectu legum, vel ſtatutorum illius loci, ad quem accedunt, multoties â pœnis illius iuris excuſari, ex traditis per Nicolaum Boerium deciſione 260. numero ſecundo, per Afflictum libro primo de conſtitution. rubrica 20. à numero 5. & ex text. in d. l. vltim. ff. de decret. ab ordine faciend. quem ſic intellexerunt Fulgoſ. & Bald. in l. leges ſacratiſsimæ. C. de legib. ſentitque tex. in cap. turbatur. §. notandum. 1. q. 4. ibi, *alijs permittitur ignorare &c.*

4 Pariterque ruſtici, & milites ex ignorantia excuſantur, ea ratione, quia propter ſimplicitatem, & conditionem perſonarum, in pleriſque iuris articulis humanas leges, ac Principum conſtitutiones ignorare præſumuntur, vt latè tradit Iacobus Menochius de arbitr. caſu 194. Andr. Tiraquel. retractuum, titulo ſecundo. §. 4. glo. 7. & in tractatu de pœnis temperand. capit. 11. à numero ſeptimo. Dominus Anton. de Padilla in l. vltim. C. de iuris & facti ignorantia, Franciſcus Ripariensis in tractatu de peſte. 3. parte principali, â numero 218. & probant iura expreſſa in dict. l. vltima. C. de iuris & facti ignorantia, & in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. fratres. ff. de adulter. l. qui in Prouintia in fine. ff. de ritu nuptiarum. l. cum de indebito, verſiculo, *ſin autem.* ff. de probationibus.

5 Imò B. Thom. 2. 2. quæſtione decima, articulo primo, quem ſequuti ſunt Dominicus de Soto in 4. diſtinctione 3. quæſtione 1. articulo 2. Syluester, verbo, *infidelitas*, in principio, & alij plures (quod magis eſt) affirmarunt, exiſtentes apud exteras, & barbaras Nationes, & nullam habentes fidei Catholicę notitiam, propter hanc probabilem ignorantiam, à peccato infidelitatis excuſari. Circa quam controuerſiam (ſi placuerit) lector legere poterit Andręam Tiraquellum. l. 7. connubiali. à numero 20. Dominum Couarr. de ſponſalibus. 2. parte, capite 7. §. 3. numero 2. fratrem Alphonſum de Caſtro loco citato Martinum de Ledeſma in 2. 4. quæſtione 67. articulo 2. quibus addere licebit, ignorantiam iuris obſcuri, cuius quis etiam conſulendo peritiores, nõ potuit habere notitiam, vtique excuſare, vt reſoluunt Couarru. in regula poſſeſſor. 2. parte. §. ſeptimo, â numero 9. Padilla in l. conſtitutiones, à numero 15. C. de iuris & facti ignorantia, frater Alphonſus de Caſtro libro ſecundo de lege penali, folio mihi 302. vbi docet quales ſint conſulendi circa ius obſcurum, de quo etiam Padilla in l. 3. C. de iuris & facti ignorantia, à numero 21.

6 Ea quidem ratione, quod talis error profectus ex ignoratione iuris, maximè dubij, inuincibilis eſt, quem

quem homo faciendo quod poteſt vincere non valet, ob perplexas iuris deciſsiones, variasque interpretum ſententias, quandoquidem errantes, ſecundum reſponſum Iuriſperitorum, inuincibilem, & iuſtam habent ignorantiam, cum de re, ita dubia conſueluerint viros Iuriſperitiſsimos, eorumque reſponſum habuerint, & fecerint, id quod agere tenebantur, ad expellendum errorẽ iuris, eiusque ſcientiam adquirendam, iniuſtumque eſſet punire eum qui fecit, quod agere tenebatur, ad eum errorem effugiendum: ex traditis per Bartol. & Doctores, in l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs, Curtium iuniorem conſilio 28. columna 3. eundem conſilio 6. numero 22. columna penultima, & fin. tradunt ad materiam præſcriptionis Panormitan. in capit. de quarta, de præſcriptionibus, columna 3. & ibi Felin. Ioannes de Immola, & communiter interpretes, in capit. cum dilectus, (quẽ ex dictis interpretantur) de conſuetudine.

7 De his igitur & ſimilibus priuatis cauſis, atque negotijs, & perſonis, non eſt animus differere, ſed generaliter de ignorantia legum humanarum, an vt in plurimum excuſet tranſgreſſores: & ſanè tenendum eſt, non modo ignorantiam iuris naturalis, & diuini, ſed neque etiam iuris humani, regulariter nobis non prodeſſe ad excuſationem, vt tradit Aluarus Baez de iure emphiteutico, quæſtione 38. numero 15. & probat text. in l. regula in principio, iuncta gloſſa. ff. de iuris & facti ignorantia. l. liberorum 11. §. 1. ff. de his qui notantur infamia. & ratione conuincitur, ſi expendas ignorantiam regulariter minimè excuſare, in illis quæ homines ſcire poſſunt, & debent, iuxta text. in l. leges ſacratiſsimæ. C. de legibus: vnde cum illa quę iuris ſunt, vnusquiſque ſcire teneatur, coacta iuris ratione fatendum eſt, in illis quæ iuris ſunt, etiam humani, ignorantiam non excuſare, ac perconſequens & iura municipalia, vel ſtatutaria, aut conſuetudinaria infringentes, puniendos eſſe.

8 Qua ratione, iuncto eo, quod regulariter ignorantia facti non iuris excuſat, licet aliàs alienantem feudum, vel emphiteuſim, irrequiſito Domino excuſet ignorantia facti, iuxta text. in capit. ſi vaſſallus, ſi de feudo fuerit controuerſia, in vſibus feudorum, & in capite primo de controuerſia inter Dominũ & Emphiteutam feudi: nihilominus tamen ſic alienantes feudum, vel emphiteuſim, irrequiſito Domino, non excuſabit ignorantia, quamuis falſò crediderint, res feudales, vel emphiteuticas irrequiſito Domino poſſe alienari, vt reſoluunt plures relati per Aluarum Baez vbi ſupra.

9 Quæ reſolutio ambigi non debet, quin etiam procedat, in iuribus municipalibus, vel ſtatutarijs, quorum ignorantiam regulariter non excuſare, ſapienter docuerunt Alexand. conſilio 166. â numero tertio, libro ſexto. Domin. Anton. de Padilla in dict. l. conſtitutiones, frater Alphonſus de Caſtro libro ſecundo de lege pœnali, capit. 14. folio 289. poſt Bald. in dict. l. leges ſacratiſsimæ, ſicut etiam non excuſabitur ignorans ius cõſuetudinarium, cum vtrumque appellatione iuris contineatur.

10 Neque refragabitur deciſsio tex. in capit. 1. de conſtitutionibus in ſexto, vbi in conſuetudinibus admittitur ignorantia, quia (ſi benè expendiſti) illa conſtitutio, procedit reſpectu Roman. Pontificis, qui vt

Digitized by Google

planum eſt, non eſt ſubditus ſtatuti, vel conſuetudinis particularis, & ex conſequenti non tenetur ſtatuti, vel conſuetudinis notitiam habere, excuſabiturque ignorantia ipſius conſuetudinis, quæ inferiores non excuſabit, quin potius (vt vidiſti) & iuris municipalis, vel ſtatutarij, conſuetudinarijque, notitiam habere tenentur.

11 Quamuis autem iuris ignorantia, municipalis etiam, vel ſtatutarij, ſeu cõſuetudinarij, regulariter noceat, cæterum omnibus iuris error in dãnis ammittendæ rei ſuæ non nocet, ſecundum quod vulgo dici ſolet iuris ignorantiam excuſare ad damnũ incurrendum, qua ratione qui ſoluit indebitum per errorem iuris, repetit, vt in l. iuris. §. ſuum verò. 7. ff. de iuris & facti ignorantia: non tamen ad lucrum conſequẽdum: quia iuris error in compendijs, nec fœminis prodeſt, teſte Papiniano in l. error. 8. ff. eodem titulo, quod dici ſolet ignorantiam non excuſare ad conſequendum lucrum, ex traditis per Domin. Couarr. in regula poſſeſſor. 2. part. §. 7. num. 7. Andream Tiraquellum retractuum, tit. 1. §. 35. glo. 4. num. 27. Doctores communiter in regula ignorantia, lib. 6. & ex iuribus expreſsis in d. l. error. l. qui autem 6. verſ. *in hoc tamen*. ff. quæ in fraudem creditorum. c. turbatur. §. notandum. 1. q. 4.

12 Quam doctrinam ſapienter intelexit Couarr. de ignorantia probabili: etenim error iuris, ſeu illius ignorantia, quandoque cõtingit abſque ignorantis culpa, quandoque & frequenter culpam quidem præmittit ipſius ignorantis, venialem, vel mortalem, & aliquando euenire etiam poteſt, priuari quem propria re, vel impediri alienam adſequi, aut lucrum habere, propter iuris ignorantiam, & tamen ſine peccato mortali, aut veniali: planè ignorantia iuris, tunc peccatum & malitiam habere aſſerendum erit, cum quis ignorat, ea quæ ſcire tenetur, ſecundum ſtatum particularem, & officium quod exercet: vt enim rectè more ſolito docuit B. Thom. 1. 2. quæſt. 76. art. 2. Sylueſter, verb. *ignorantia*. §. 7. Almain. in moralib. cap. 4. Adrianus quodlib. 4. art. 1. omnes homines tenentur ſcire omninò, ea quæ pertinent ad officium, & ſtatum quem habent, ſiue ad faciendum actum quem gerere volunt, vt probant per argumentum text. in l. latæ culpæ. ff. de verborum ſignificatione, & in l. culpa eſt. ff. de regulis iuris. Ideòque oportunè inferebant citati Patres, ex lata culpa peccatũ argui, ſi quis ignoret ea, quæ homines eius conditionis, & ſtatus communiter ſcire ſolent, & communi adhibita diligentia percipiuntur.

13 Quare craſſa iuris ignorantia, id eſt hæc qua homines ignorant, ea quæ homines eius cõditionis, & ſtatus cõmuniter ſcire ſolent, ad damnum vitandum non excuſabit, iuxta text. in d. l. error, in principio, & l. meliorem. 4. ff. de iuris & facti ignorantia, dum conſtituit differentiã inter ignorãtiam facti & iuris, quo ad vſucapionem: grauiter namq; is dicitur delinquere, qui ea ignorat, quæ ratione ſtatus, vel officij ſcire tenetur, & multò magis ille qui eorum quæ ad officiũ neceſſaria ſunt ignarus, & inſcius, immiſcet ſe rei ad ſe non pertinẽti: quorum ſimul meminit Bart. in l. 1. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit, ſecundum ea, quæ ad huius doctrinę comprobationem, tradunt interpretes per iura ibidem in regu. non eſt ſine culpa, de reg. iuris in 6. l. 1. ff. ſi mendax falſum modum dixerit. l. illicitas. §. ſicuti.

Digitized by Google

§. sicuti. ff. de offic. Præsidis. l. 1. ff. quod quisque iuris. c. non puniendа. §. vlt. 1. q. 1.

14 Quin etiam & contrahentes, seu pacisc entes super aliquo negotio, priusquam id faciant scire tenentur, & inquirere leges eas, quæ de re illa, aut pactione disponunt, quarũque obseruatio necessaria est ad iustitiam illius actus, seu ad iustè agendum, id quod facere agrediuntur: ob idque error, seu ignorantia in tali casu peccatum est, & sæpissimè mortale, non simpliciter procedens ab ipso errore, seu ignorantia iuris, sed â negligentia illi coniuncta, & sic à voluntate non volentis adhibere diligentiam, vt sciret quod scire tenebatur: etenim vt dixit Alphonsus de Castro libro secundo de potestate legis pœnal. capit. 14. versiculo, *ignorantia solum facti*, ex Bonauent. in 2. sentent. distinctione 22. articulo secundo, quæstione secunda, ad quartum, sola ignorantia cum sit in intellectu, quemadmodũ & scientia cui illa opponitur, nõ potest esse peccatum: quia peccatum nõ est in intellectu, sed in volũtate, in qua etiam est meritum, & re vera ille solus ignorãdo peccat, qui obligatur scire quod ignorat.

15 De qua ignorantia crassa legẽdo & disputando intelligere consueuimus difficilem text. in l. 7. ff. de confessis, dum dicit ignorantiam nocere confitenti indistinctè, & ita quoad damnum incurrendum, vt procedat in crassa ignorantia, qualis in dubio præsumitur, tã in iudicio, quàm in actibus extraiudicialibus, vnde text. ille etiam in confessione extra iudiciali procedere debet, quidquid nonnulli cõtrariũ intẽdant, de quo videnda est glo. magna in l. regula. ff. de iuris & facti ignorantia, quæ latissimè distinguit omnes & singulas ignorantiæ species, & in eam partem inclinat, vt indistinctè confitenti noceat propria cõfessio etiam extra iudicium.

16 Inferebam præterea ex eadem resolutione, interpretationem ad tex. vulgo non satis intellectum, in l. si duo 38. ff. de adquirenda hæreditate, circa cuius decisionẽ post glo. ibi, verb. *scire potuit*, valdè controuertunt interpretes, cur in illo tex. iuris ignoramia in damnis noceat, cõtra d. l. error, in fine, d. l. regula, & d. l. iuris ignorantia. ff. de iuris & facti. Postquã enim proposuisset Vlpian. in illa lege duos hæredes necessarios institutos, quorum alter se abstinuit, alter postquam prior abstinuit se immiscuit: Subiungit dicendum esse, illum qui se immiscuit nõ posse recusare, quominus tota onera hæreditaria subeat: & rationem assignat, dicens, eum qui scit, aut scire potuit illo abstinente se oneribus fore implicitum, ea conditione adire videri, vt omnibus satisfaciat. Difficilis profectò aliàs Vlpiani decisio, ex qua apparet iuris ignorantiam in damnis nocere, contra expressas legum decisiones, quarum nuper meminimus.

17 Ex dictis tamen obiectæ difficultati, facilè respondetur, si dicas, dum I. C. voluit ignorantiam iuris, de qua illic, â damno non excusare, intelligendũ esse in ignorantia crassa, si expendamus & præsupponamus adeuntem hæreditatem, ex præfata doctrina posse & debere scire leges, quæ de additione hæreditatis disponũt, vt indicãt Vlpiani illa verba, *qui enim scit, aut scire potuit illo abstinente, se oneribus fore implicitũ, ea conditione adire videtur*, mirũ igitur non est, si talis ignorantia crassa adeunti hæreditatem damnum attulerit. Præsertim cum inspectis iuris ciuilis

Digitized by Google

regulis,ita viſus fuerit adire ea conditione,vt omnibus ſatisfaceret: vt nec illi admittenda foret probatio in contrarium: ſicut enim doctè & magno cum ingenio, docuit gloſſa in d.l.ſi duo,verbo,*adire videtur*, ius in hac parte non præſumit tantum, illum qui ſe immiſcuit,poſtea quam prior abſtinuiſſet, videri ea conditione adire,vt tota onera hæreditaria ſubiret, ſed fingit id, ſuppoſuit, ac diffiniuit,tanquam certum, & infalibile,vt aliàs in cap. is qui fidem, de ſponſalibus,& ſimilibus iuribus, verba facientibus, de præſumptione diffinitiua,quæ non admittit probationem in contrarium,& frequenter dicitur iuris,& de iure.

Colliges tandem quid dicendũ ſit, de emphiteuta, ſine conſenſu Domini emphiteuſim per ignorantiam alienante, de qua re videndi ſunt Aluarus Baez inſignis cauſarum Patronus, & Præceptor quondã communis apud Luſitanos, d.q. 38.numero 25.& Iaſ. in l.vltim. C. de iure emphiteutico.

Finis libri quarti.

LAVS DEO.

Digitized by Google

CHRISTOPHO RIABANGVIANO

Sedano.

PRIMARII

OLIM, ET DECANI IVRIS Pontificij, in Academia Complutenſi, nũc Præfecti nobilitatis In Granatenſi Prætorio.

TRACTATVS

DE LEGIBVS

ET CONSTITVTIONIBVS Principum, ipſorumque, & aliorum iudicum Ordinariorum, & Delegatorum poteſtate, iuriſdictione, et imperio.

LIBER QVINTVS.

Summaria ad controuerſiam 1.

1 *NVllus debet ad miniſterium Altaris accedere, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptũ miniſterium fuerit approbata: legesq; & cõſtitutiones Principũ futuris certum eſt dare formam negotijs, non ad facta preterita reuocari.*

2 *Gregorius IX. humiliatis cauſa ſua Pontificia reſponſa in poſtremo loco collocare conſueuit.*

3 No

3 *Non deſunt quam plurima iura (quorum nonulla referuntur) non generaliter tantum, ſed ſpeciatim de præteritis agentia: & vſurarij ſiue antè, ſiue poſt interdictum, vſuras extorſerint, cogendi ſunt, his á quibus extorſerint reſtituere, vel eorũ hæredibus, vel eis non ſuperſtitibus pauperibus erogare.*

4 *Qui per iniuriam alterius aliquid accipit, id ipſum reſtituere obligatur, ex præcepto iuſtitiæ commutatiuæ, quæ conſtituit æqualitatem, & prohibet ne quis per iniuriam plus, alter verò minus habeat.*

5 *Difficilè eſt, non quod præteritas vſuras cogerentur reſtituere, ſed quod per eaſdem pœnas in Concilio Lateranenſi ſtatutas.*

6 *Benè valet argumentum de priuilegio ad legem, & certum eſt priuilegium præterita quoq; reſpicere.*

7 *Eodem dictamine rationis adduci debet Princeps, ſeu Legislator, ad corrigenda præterita, & ad futura mala, & facta á ratione deuiantia præcauenda.*

8 *Sententiæ rectè dicuntur particulares leges, quas certum eſt præterita reſpicere.*

9 *Rationi conſonum eſt, ne detrimentum antè prohibitionem ignorantes incurrant, quod eos poſtmodum dignum eſt petitos ſubſtinere, & oſtenditur, quæ vulgo traditur, non eſſe ſufficientem rationem, ad probandum legem ad præterita non extendi.*

10 *Diſtinguntur duo genera præteritorum, deciſſa, & pendentia, ex Bartoli explicatione, qui vnam & alteram ſpeciem præteritorum deſcripſit.*

11 *Oſtenditur præteritorum diſtinctionem á Bartolo adductam non conducere ad præſentem controuerſiam, in qua agitur de omnibus & ſingulis præteritorum generibus, quandequidem lex ad ſimilitudinẽ Dei, á cuius æternitate tanquam á quoddam perenni fonte fluit, & deribatur, omnia genera verum in ſuo ambitu, atque complexu comprehendit.*

12 *Quo ad præſens propoſitum attinet illa omnia & ſingula præterita dicuntur, ex quibus ius aliquod, ſiue in re, ſiue in ſpecie, conſtitutum eſt, quorum exempla ſubijciuntur.*

13 *Si apparuerit eam fuiſſe Legislatoris mentem, quod voluerit ligare præterita, lex etiam præterita comprehendet: & generale eſt, in quibuscumque actibus, quod mens agentium primum locum obtineat.*

14 *Stante Legislatoris mente, quod voluerit ligare præterita, eam ſemper facere debemus interpretationem, vt quatenus mens ipſa ferentis legem patiatur, minus eiſdem præteritis inferatur præiudicium, & in legibus ſemper ſumenda eſt interpretatio, quæ magis conſonet earum naturæ.*

15 *Lex nunquam extenditur ad præterita, niſi contrarium appareat, ex mẽte Legislatoris, quæ propoſitio á priori demonſtratur.*

16 *Nunquam in nulloquè caſu poterit lex regula eſſe actionum, quæ iam tranſierunt.*

17 *Minimè negari poteſt leges regulare præteritas actiones, irritando illarum effectus, prout bono communi expedire videbitur.*

18 *Dum lex, ſeu Legislator expreſsè cauent, quod lex extendatur ad præterita, dubium non eſt, quin etiam præterita includat, & comprehendat.*

19 *Multó verius eſt, quod priuilegium perinde ac lex, futura reſpicit, & intelligitur textus in c. ad audientiam, de Eccleſijs ædificandis.*

20 *Senten-*

Digitized by Google

20 *Sentẽtia reſpicit magis præterita quã futura, ſecus in lege, & priuilegio, quæ eam conditionem habent, vt futura potius quam præterita contẽplentur, & de natura ſententiæ eſt imponere finem litibus.*

CONTROVERSIA I.

Vtrum leges, ac Principum conſtitutiones ad præterita extendantur.

1 DIVVS Gregorius, Petro Subdiacono Siciliæ lib. 1. epiſt. 42. relatus in c. ante trienniũ. 31. diſt. egrè quidẽ ferebat, illos qui caſtitatẽ non promiſſe rãt, ſeparari ab vxoribus ſuis, per nouã legẽ, qua Subdiaconi omnes Eccleſiarũ Siciliæ prohibiti fuerant, vt more Romanę Eccleſiæ, nullatenus ſuis vxoribus miſcerentur, idq; non alia de cauſa (ſicuti ex eiuſdẽ epiſtolæ tenore pluſquã liquidò conſtat) quã quod durũ, & incompetens videbatur, vt qui vſum eiuſdem continentiæ, nõ inuenerat, neque caſtitatem antè promiſſerat compelleretur à ſua vxore ſeparari: etiam ſi eos, qui poſt factam prohibitionem á ſuis vxoribus continere noluerint, conſonum ſit, ad ſacrum Ordinẽ nõ promoueri, cũ nullus debeat ad miniſteriũ Altaris accedere, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptũ miniſteriũ fuerit approbata, legesq; & cõſtitutiones Principũ futuris certũ ſit dare formã negotijs, nõ ad facta prętterita reuocari, vt belliſsimè docuerunt Theodoſius, & Valentinianus Cæſares, ad Senatũ, relati in l. leges & conſtitutiones. C. de legibus & conſtitutionibus Principum.

2 Quinimò Gregori⁹ alter, ſapiẽtia, & eruditione inſignis, decretalium Cõpillator, Archipresbytero S. Mariæ Maioris de vrbe, cuius ſententia refertur in c. fin. de cõſtitutio. (ſemper enim, aut ferè ſemper Geregor. IX. humilitatis cauſa ſua Pontificia reſpõſa in poſtremo loco collocare cõſueuit) in ea fuit opinione, vt existimauerit leges non prętterita, ſed futura reſpicere.

3 Verũ minimè deſunt, quam pluri ma iura nõ generaliter tãtũ, ſed ſpeciatim de prętteritis agẽtia, vt cõſtat ex Clem. dudũ. §. nõ etenim, de ſepulturis, ex l. pen. ad finem. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. fin. C. de trãſactã. l. vlt. C. de pactis, cũ aliis: & Alexan. III. Pontifex Max. Salernitano Archiepiſcopo ſcribẽs, ad eã quæſtionẽ, vtrũ pœnę ſtatutę in Cõcil. Lateran. cõtra manifeſtos vſurarios, quod Altaris cõmunione, & eccleſiaſtica ſepultura priuarẽtur, donec redderẽt, quod tã prauè receperãt, quarũ mẽtio fit in c. quia in omnib⁹, de vſuris, cõprehẽderẽt eas etiãvſuras, quę ante interdictũ fuerãt receptę: reſpondit Rom. Pont. cuius ſẽtẽtia refertur in c. cũ tu, eo. tit. quod ſiuè antè, ſiuè poſt interdictũ, vſuras extorſiſsẽt, cogẽdi ſũt, p pœnas ſtatutas in Cõcilio

eas

tas his à quibus extorserunt, vel eorũ hęredibus restituere: vel his non superstitibus, pauperib⁹ erogare, & cętera quę sequũtur in d.c.cum tu.

4 Ille enim, qui per iniuriam alterius aliquid accepit, vel retinet, id ipsum restituere obligatur ex præcepto iustitiæ cõmutatiuæ, quæ constituit ęqualitatẽ, & prohibet nequis per iniuriã plus, alter verò, minus habeat, quã habere debeat, vt ex Aristotele, obseruat. D. Tho. 2.2. quæst. 62. art. 1. Quia verò æquitas huiusmodi fieri, & inęqualitas vitari non possunt, nisi ablata per iniuriam restituãtur ei à quo ablata sunt, quippè qui inæqualitatẽ patitur, meritò restitutio eidẽ faciẽda, ex B. Tho. vbi supra, art. 5. necessaria est, ex debito iustitię, & reducitur ad septimum præceptum Decalogi, quo omnis alieni vsurpatio prohibetur, proindeque text. in l. iustitia, ff. de iustitia & iure, in vtroque foro locum habet, nisi lex humana, ex iusta causa aliter disponat. Quare cum vsurarij (siuè ante interdictũ, siuè post recepissent vsuras) retinerent aliquid ex facultatibus alienis, rectè interpretatus est, Alexand. III. eos obligari ad restitutionem vsurarũ, etiam ante interdictum receptarũ, iuxta text. in capit. vlt. de furtis, cap. sicut. §. eos, de homicidio, & tradita per D. Thom. 2. 2. quæst. 59. art. 4. ad 2. & quęst. 66. artic. 6. ad tertium. Nauarrum in manu. capit. 27. num. 7. Iulium Clarum in §. furtum, à numero 25.

5 Illud tamen difficilè videbatur, non quidem quod vsuras præteritas similiter cogerentur restituere, sed quod per easdem pœnas in Lateranen. Concil. statutas, quę illas dũtaxat vsuras viderentur complecti, quæ fuerant post Conciliare interdictũ receptę: & nihilominus respondit eruditissimus Alex. III. illis pœnis, præteritas etiam vsuras compręhẽdi, quia præsensit, & exploratum habuit, leges pariter extendi ad præterita, quemadmodum ad futura.

6 Et confirmatur, quia cum priuilegium sit lex priuata, teste Innocentio. III. in c. Abbate, ibi, *quia priuilegium &c.* de verborum significatione, benè valet argumentum de priuilegio ad legem: priuilegium autẽ explorati iuris est, præterita quoq; respicere, cap. ad audientiam. 1. ibi, *cum nulli canonici*, de Eccles. ædificand. ergo & leges.

7 Præterea pro eadem parte facit doctrina D. Thomę. 1.2.q.31. art.6. tradita in c. consuetudo, vers. *porrò*, 1. dist. asserentis, legem nihil aliud esse, quam dictamen quodam rationis, cuius antea art. 1. initio huius tractatus meminimus. At si rectè expendas inuenies, eodem dictamine rationis adduci Principem, seu Legislatorem debere, ad corrigenda præterita, & ad futura mala, & facta à ratione deuiãtia præcauenda: etenim corrigendum est, quod illicitè admittitur, aut â prædecessoribus admissum inuenitur, cap. quod quis commisit, capit. graue. 35. q. 9. ergo leges & constitutiones Regum, nó minus extendi valent ad prętrita, quam ad futura, imò perędè præteritum corrigere, ac futurum pręcauere debent.

8 Rursus suadetur eadem pars, ex alia eiusdem B. Thomæ recepta traditione, qui 1.2. quæstione 67. articulo primo, planè docuit, sententias rectè dici particulares leges, iuncta Bonifaciana constitutione in capite secundo. §. statuto, de constitutio. in sexto, econuersò docentis, leges sententias nuncupari, ex text. etiam in capit. à nobis. 1. ibi, *hac sententia*, de sententia excommu-

communicat. & tamen manifestius est, quam vt vlla comprobatione indigeat, sententias præterita respicere. l. dicere. 23. ff. de receptis arbitris, capit. 2. de re iudicata: igitur & leges: cum valeat argumentum de vno ad alterum, ex dictis iuribus, & B. Thomæ doctrina.

9 Tandem quia si propter aliquam rationem lex ad præterita nõ extenderetur, vtique foret ne res culpa carens vocaretur in damnum, contra tex. in c. 2. de constit. vbi asseritur rẽ quæ culpa caret in damnũ vocari nõ conuenire, & subdit glo. ibidẽ, verb. *culpa caret*, ex eo esse, quia quod legitimè factũ est pœnã nõ meretur. Ex quo etiã inferebat Gregor. illius decretalis author, quoties nouũ quid statuitur, futuris formã imponere solere, non vero præterita respicere: quia rationi cõsonũ est, ne detrimẽtũ ante prohibitionẽ ignorantes incurrant, quod eos postmodũ dignũ est vetitos substinere, vt rectè expẽdebat Philip. Dec. in c. fin. notabili. 4. illo eodẽ tit. de constitution. Quæ potissima ratio est, ac fundamẽtum, ad asserendũ constitutiones Principũ, ad prẽterita non extendi: sed hęc non est ratio sufficiens igitur nulla: ac percõsequens potius affirmari debet, pariter leges ad prẽterita extendi. Quod nõ sit sufficiẽs ratio, patet si reducas in memoriam, nullũ reperiri inconueniens, quod vassalli ob commune bonũ Regnique, & Regis vtilitatem per legem prætensam, damnũ sine culpa patiantur: turpis enim est pars, quæ suo non congruit vniuerso. c. quæ cõtra mores. 8. dist. Tũ etiã, quia si illa ratio sufficiẽs esset, euinceret quoq;, nullã legẽ, aut cõstitutionẽ ligare posse probabiliter ignorãtes, quod quam sit falsum, ex traditis â nobis lib. prẽcedenti, plusquam liquido lectori constitit: ergo de primo ad vltimum prẽfatum vnicum & maximum fundamẽtum inefficax, & insufficiens est, ac percon sequens verius videtur, & securius asserere, quemadmodum leges futura comprehendunt, sic quoque respicere præterita.

10 Pro cuius difficultatis resolutione breuiter more solito, antequam ad conclusiones accedamus præliba re oportebit, quænam in proposito præterita dicantur. Et Bart. in l. omnes populi. n. 40. ff. de iust. & iure, & si subobscuris verbis, & pluribus iuribus hinc inde, vt se explicet in medium adductis, in effectu duo genera præteritorum distinguit, decisa, & pendentia, vocat præterita decisa, omnia illa negotia, quæ solutione, iuramento, sententia, præscriptione, tranlactione, alijsvè id genus terminata sunt: Contra verò appellat præterita pendentia, cætera omnia quibus nõ fuit aliquo ex prædictis modis finis impositus, quæ cũ nec iuramento, nec sententia, nec trãsatione, nec prẽscriptione, nec solutione, alijsvè id genus finita sint, aut terminata, meritò quidem pendentia nuncupantur.

11 Quæ Bartoli distinctio inter prẽterita, decisa, & pendentia, quam optimè adaptauit ipse, singulas iurium decisiones singulis prafatæ distinctionis membris applicando: elegãs profectò est, & suo authore digna, parum tamen conferens ad præsentis quæstionis exactam resolutionẽ: quippe, (vt vides) illis tantum negotijs aptari potest, quæ in iudicijs versantur, nos vero, (vt initio proposuimus) generaliter inquirimus, vtrum leges, & constitutiones Principũ, ad omnia & singula negotia præterita, quemadmodum ad futura extendantur, ex quibusuis causarum figuris negotia descendant, siue ex contra-

contractu, vel quaſi contractu, ex delicto, vel quaſi delicto, ex vltima voluntate, in iudicio, vel extraiudiciũ, quomodocumque negotium incidat, vel incidere poſsit: etenim lex ad ſimilitudinem Dei Optimi Maximi, â cuius ęternitate tanquã â quodam perenni fonte fluit, & deriuatur, omnia genera rerum in ſuo ambitu, atque complexu comprehendit.

12 Quare rem hanc non ſemel meditatus, ſemper exiſtimaui, quo ad noſtrum propoſitum attinet, illa omnia & ſingula præterita dici, ex quibus ius aliquod, ſiue in re, ſiue in ſpe conſtitutum eſt, verbi gratia, delicta, partium conuentiones, priuilegia, ſententiæ iudicum, teſtamenta defunctorum, & id genus alia, ex quibus ſubditi, vel obligant alios, vel ipſi obligantur: ad quæ præterita ex quibus aliquod ius, ſiue in re, ſiue in ſpe conſtitutum nobis eſt, vtrum Regum placita, & Principum conſtitutiones extẽdi poſsint oportunè diſferimus. Atque (vt hoc iuniores non ignorent) præterita iura in ſpe illa dicuntur, quæ ſolum tribuunt ius ad rem, non in re, vt contingit in nonnullis hominum diſpoſitionibus, ſcilicet in ſpectatiuis, & præſentationibus ad beneficia, in ſtipulationibus conditionalibus, de quibus in §. ex conditionali, Inſtitut. de verborum, & ſimilibus.

13 His ſuppoſitis tribus concluſionibus quæſtioni reſpondetur. (ſi apparuerit eam fuiſſe Legiſlatoris mentem, quod voluerit ligare præterita, lex etiam præterita comprehendet) Probatur hæc prima concluſio: etenim quemadmodum in quibuscũq; actibus generale eſt, quod mens agẽtium, primum locum obtineat. l. in conditionibus primum locum. ff. de condition. & demonſtrationib. l. 1. §. ſi conueniat. ff. de poſiti, ſic etiam in legibus, & conſtitutionibus Principum, Legiſlatoris mens præualere debebit, iuxta tex. in l. ſcire oportet. §. aliud, ibi, *ſed & ſi maximé verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens Legislatoris aliud vult,*) ff. de excuſationibus tutorum, ergo ſi de mente Legiſlatoris apparuerit, quod voluit ligare præterita, quidquid verba legis clara non ſint, ad vnguem erit obſeruanda.

14 Secunda concluſio, quæ à ſuperiori proficiſcitur: ſtante Legiſlatoris mente, quod voluerit ligare præterita, eam ſemper facere debemus interpretationem, vt quatenus mẽs ipſa ferentis legem patiatur, minus eiſdem præteritis inferatur præiudicium. Quam concluſionem efficaciter probabis, ſi memineris cuiuſdã Bartoli doctrinæ in l. vlt. C. de condictione ob cauſam, quam probat text. optimus in l. cum quid. §. nam in contrahẽdo. ff. ſi certum petatur, & in l. ſi ſtipulatus. 5. ibi, *quia non eſt veriſimile.* ff. de vſuris, aſſerentis in legibus eam ſemper ſumendam eſſe interpretationẽ, quæ magis conſonet earum naturæ, vndè cum illa ſit legum conditio, vt quo minus fieri poſsit præterita reſpicere valeant, & velint, conſequens eſt, vt ſemper fieri debeat interpretatio, quæ minus præiudiciũ inferat ipſismet præteritis.

15 Tertia concluſio, directè quæſtioni reſpondens. Lex nunquam extenditur ad præterita, niſi contrariũ appareat ex mente Legiſlatoris: probatur à priori, & demõſtratiuè, certum namque eſt, legem regulam eſſe, per quam actiones ſubditorum in bonũ commune ordinantur. c. regula. 3. diſtinct. iuncto cap. erit autem lex, diſt. 4. & nos latè diximus lib. 1. huius tractatus, ſed ſic eſt, quod lex nõ poteſt

Digitized by Google

poteſt eſſe regula actionum, quæ iam tranſierunt, iuxta illud vulgare, quod ad præteritum nulla eſt potentia, habetur in cap. ſi Paulus. 32. q. 5. vbi B. Hieronymus in epiſt. ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis ſubiunxit, *Cum omnia poſsit Deus ſuſcitare virginem non poteſt poſt ruinam*, igitur neque extendi poterit lex ad præterita.

16 Sed dices, tãtum probare hoc argumentum, vt conuincat leges extendi non poſſe ad præterita, & ſi Legislatoris mens contrarium ſuadeat, & conſequenter primam & ſecundam concluſionem procedere non poſſe, cũ multũ deferãt Legiſlatorũ voluntati, & menti: etenim nũquam in nulloque caſu poterit lex regula eſſe actionum, quę iam tranſierunt, vt facilè euincit prædictum argumentum.

17 Huic tamẽ obiectioni nõ cũ difficultate reſpondeo, quod quamuis leges, ac Principum conſtitutiones, nõ poſsint habere plenam rationẽ regulæ, reſpectu actuum præteritorum, vt nuper dicebam, tamẽ negari minimè poteſt, quin regulare etiã poſsint, (vt ita loquamur) ſaltim aliquo modo, præteritas actiones, irritãdo ſcilicet, illarum effectus, prout bono communi expedire videbitur: quo caſu rectè leges extendi poſſunt ad pręterita, & irritare actiones quæ iam tranſierunt, atque id ex ipſius Legislatoris mente, & non aliter.

18 Reſtat vt argumentis initio in cõtrarium adductis ſatisfaciamus, quorum difficiliora, ſolũ euincunt, poſſe leges ad præterita aliquando extendi, quod minimè diffitemur, iuxta propoſitas conclupones. Nec refert, admodum conſiderabile eſſe, contingens damnum circa præterita, cum verſetur circa ius quæſitum, non ita damnum circa futura, quod quidem ſolũ impedit ius quærendum, non quæſitum, vt patet: etenim dum lex, ſeu Legislator expreſſe cauẽt, quod extendatur ad præterita, cum conſtet de ipſius Legislatoris, ſeu legis mente, dubiũ nõ eſt, quin etiam præterita includat, & comprehendat.

19 Illud autẽ, quod comminiſcebamur de natura priuilegij, contendẽtes, in eo differre legem â priuilegio, quod lex, futura, priuilegium præterita reſpiciat, falſum quidem eſt, & multò verius, quod priuilegium perindè, ac lex, futura reſpicit, non refragante Pontificio reſponſo, in capit. ad audientiam, de Eccleſijs ædificandis, quoniam ſolum euincit, minimè dandum eſſe, priuilegium perſonæ, ſeu communitati, antequam ſit in rerũ natura, quod lõgè aliud eſt, ab eo quod aſſumebamus in argumento: & ratio illius text. ſũmi poteſt, ex vulgari prouerbio Philoſophorũ, & Iuriſtarum, *non entis nullæ ſunt qualitates*: quomodo enim rebus non exiſtentibus priuilegia concedenda forent.

20 Necnõ (vt nõ ommittamus illud, quod tetigimus in argumento circa naturã ſententiæ) in hac parte, lectorem admoneo, ſententiam, & priuilegium, quo ad propoſitum attinet, in vno cõuenire, & in alio differre: conueniunt quidem in eo, quod tã ſententia, quàm priuilegium, ſunt leges particulares, longè tamen diuerſo modo: priuilegium enim eſt lex eximens priuatum, â lege communi, cap. priuilegia. 3. diſt. & omnĩ nò perindè ac lex communis futura reſpicit: per contrarium verò ipſa ſententia, quæ licet particularis lex ſit, qua leges ipſæ, ſeu ipſarum vis, huic vel illi caſui applicatur, l. ſecunda. §. poſt originem, ibi,

parum eſt enim, ff.de orig.iuris, vnde natura ſententiæ eſt imponere finem controuerſijs.l.dicere.ff.de receptis arbitr. & indè, quod ſententia reſpiciat magis pręterita, quam futura, ſecus in lege, & priuilegio, quæ eam conditionem habent, vt futura potius, quam præterita contemplentur.

Summaria ad controuerſiam 2.

1 *DVM leges, & conſtitutiones præteritis inferũt præiudiciũ, eo ipſo ad illa debent extendi, & propoſitus dubitandi ratio ad præſentem controuerſiam.*

2 *Referuntur Doctores aſſerentes, verba generalia legis nõ protrahi ad illa futura, quæ non aliter quam cum præteritorum præiudicio reſpicere poteſt.*

3 *Circa iã geſta præſcidi nõ poteſt materia delinquendi, & diſtinguitur inter facta antè & poſt conſtitutiones, & quando ratio poſt geſtorum non connectatur, cũ prius geſtis, cuius exemplum ſubijcitur.*

4 *Ex eo quod futura non aliter, quam cum præteritorum præiudicio expediri valeant, non benè colligatur Principem voluiſſe præterita comprehendere.*

5 *In Principum reſcriptis, á quibus leges & conſtitutiones illorum, minimé diſtant, illa videntur conceſſa, quæ alĩs incommodum non afferũt, niſi expreſsé aliud dicatur in reſcripto.*

6 *Beneficium Principis aliás fauorabile ſtrictam recipit interpretationẽ, ad effectum, ne tertio nocumentum, vel præiudicium afferat, & generalia verba legum, aut conſtitutionũ, nequaquam comprehendunt futura, quæ reſpici non poſſunt, ſine præteritorum præiudicio.*

7 *Doctores communiter propter aliqua iura, quæ facilé ſolui poſſunt, diuerſimodè limitant prædictam aſſertionem, rem inuolnentes, variasq; adducentes doctrinas.*

8 *Leges, ſeu conſtitutiones Principum, diſponentes circa executionem, ſeu perfectionem alicuius actus, cũ præiudicio etiam actuum præteritorũ, futuras executiones, ſeu perfectiones reſpiciunt.*

9 *Optimum exemplum præfatæ limitationis habemus in Clementina 2. de ætate & qualitate, quæ loquitur de lege diſponẽte circa executionẽ.*

10 *Cap.vltim.de electione in 6. agit de lege diſponente circa perfectionem actus: & celeres cõfirmationes electionũ nõ in cõcordia celebratarum viribus omninó carent, irriteq; & inanes ſunt.*

11 *Probatur leges ac Principum cõſtitutiones, quantũuis agant de executione actuũ, præterita nullo modo reſpicere, imó neq; ipſa futura cũ præiudicio talium præteritorum.*

12 *Gregorius Nonus in cap.fin.de conſtitut.declarauit alteram ſuam conſtitutionem relatam in cap. ſtatuimus 15. de maioritat. & obedient. quam ſubobſcuram & ambiguam reliquerat.*

13 *Leges ac Principũ conſtitutiones ſolum futurum vſum damnantes, non reſpiciunt præterita, & ſatisfit gloſſæ verbo, vtetur, de vita & honeſtate clericorum.*

14 *Veſtiũ vſus nihil cõmune habet cũ dominio ipſarum, & prohibitio comprehendit antiquas veſtes abſque illarum præiudicio.*

15 *Reſpon-*

Digitized by Google

15 *Respondetur ad Clem. 2. de ætate & qualitate, cuius verus intellectus assignatur.*

16 *Quando lex exceptionem cõcedit, seu aufert, respicit omnia futura in quorum euentum exceptio datur, seu aufertur, quantumcumque præiudicium insurgat circa præterita.*

17 *Ostenditur nullam dari posse specialitatis rationẽ, cur leges, seu Principum cõstitutiones, dantes, seu tollentes exceptiones, minus noceant præteritis quam reliquæ.*

18 *Intelligitur Imperatoria constitutio in l. 14. C. de testibus, quã dixit Imperator obtinere etiã quo ad debitores antiquos, si modo neque in toto, neq; in parte ante constitutionẽ illã soluissent, & cõuincitur eas leges, siue constitutiones Principũ, quæ eõ cedunt, vel auferunt exceptiones, vtlé futura respicere quãtumcũq; cum præiudicio præteritorum.*

19 *Ideò in d. l. testium extenditur constitutio ad debitores quoque antiquos, quia apparet de mente Legislatoris.*

20 *Vsuræ iuri naturali cõtrariæ, semper, & omni loco & tẽpore penitus reiectæ, reprobataq; sunt, & quare reprobatio fœneratitiæ stipulationis extendatur ad antiquos vsurarios.*

21 *Reijcitur Bartoli sententia asserentis, statutum, quod vxore mortua sine filijs vir lucraretur tertiam partem dotis, ligare omnes & singulas mulieres viuentes, & si ante, statum nuptæ sint.*

CONTROVERSIA 2.

Vtrũ verba generalia, legũ, & constitutionũ, trahi possint ad illa futura, quæ nõ aliter, quam cum præteritorũ præiudicio respicere possunt.

1 EX dictis in quęstione prędcẽti plusquã liquidò lectori cõstabit dubitãdi ratio ad præsentẽ controuersiã: etenim cũ generaliter resoluerimus, legem ad prędterita nõ extẽdi, quæ si futura respiciat, ad quę respicere nõ possit, nisi cũ præteritorũ præiudicio idẽ sit, ac si prędterita cõprehenderet: cõsequens est talia futura sic cõnexa cũ præteritis, verbis generalibus legũ, & constitutionum, nullatenus comprehendi. Præsertim cum si verba generalia ipsarum legum, talia futura respicerent, minimè vitari posset extensio ad præterita: dum enim leges, & constitutiones præteritis inferunt præiudicium, eo ipso ad illa debent extendi. c. 2. c. vlt. de constitutionibus.

2 Quibus considerationibus adducti Ioann. Crottus in l. omnes populi, num. 142. ff. de iustitia & iure, Felin. in d. cap. vltim. de constitutionibus, num. 2. Abb. in cap. Pastoralis, §. verum, num. 2. de appellation. Alex. in d. l. omnes populi, num. 4.

& Doctores communiter in d. cap. vltim.adducti fuerunt ad existimandum,verba generalia legis nõ posse trahi ad illa futura, quæ non aliter quam cum præteritorum præiudicio respicere potest.

3 Ante quos omnes eandẽ sententiã tradiderat glossa cõmuni applausu,& acclamatione ab omnibus recepta,quã ipsi etiã valdè commẽdarunt in Clem.1.verbo, *deputatis*, de testam. quæ voluit constitutionem illam cõprehendere religiosos executores vltimarum voluntatũ, ante illam deputatos,vt teneantur locorum ordinarijs debitam officij rationem reddere,nõ obstante sua exẽptione,vel quod prælationis fungantur officio, quod glo. intellexit verum esse circa gesta post dictã Clementinam,etiam per iam deputatos vltimarũ voluntatum executores, quamuis religiosos & exemptos,argumento tex. in cap.vt hi qui.de ætate & qualitate, vbi glo. verbo, *quod posteris*,& in c.2.post principium,de vita & honestate clericorum : secus in factis,seu gestis,per tales deputatos exemptos,ante præfatam constitutionem,quandoquidem(vt vulgo dici solet)circa iam gesta,præscidi non potest materia delinquendi:atque adeò si religiosus prius deputatus, iam ante constitutionem partem gesserat, partem verò gessit,post constitutionem,si ratio post gestorum non connectitur prius gestis,de postea gestis dumtaxat rationem redditurus est,iuxta text.in c.si eo tempore,de electione in 6. Tũc autem dicemus rationem post gestorum non connecti cum prius gestis,quando. v.g. quis singulis annis percipit certos redditus, quos convertit in certos piosvsus,itavt vnius anni administratio, siuè dispositio ab alterius administratione non pẽdeat,nec deriuetur, sed omninò separatæ sint.

4 Et iuuat ratio dictam glossæ & Patrum doctrinam, si aduertas ex supradictis in disputatione quę proximè præcesit,leges non extẽdi ad præterita,nisi appareat dẽ mẽte Legislatoris,quod voluerit ligare præterita,at expedita res est,ex eo non colligi Principem voluisse, præterita comprehendere, quod futura non aliter quam cum præteritorum præiudicio expediri valeant: præterita ergo verbis generalibus non comprehendentur.

5 Accedit in Principum rescriptis, (á quibus leges, & cõstitutiones illorum in proposito minimè distãt,) illa videri concessa,quæ alijs incommodum non afferunt, nisi expressè aliud diceretur in rescripto. Qua ratione rectè dicebat Vlpian. in l. 2. §.si quis à Principe. ff.ne quid in loco publico, quod si quis â Principe simpliciter impetrauerit, vt in publico loco ædificet, non est credendus sic ędificare,vt cum incommodo alicuius id fiat, nisi fortè id etiam â Principe impetrasset:à quo desumpsit doctissim. Alexand. III. Pontifex Maxim. in capit. super eo 15.de officio Delegati, dum manifestè profitetur,suæ intentionis non esse per illam constitutionem Diœcesano Episcopo, Archidiacono, vel Archipresbytero præiudicium generare,quare, nisi expressè Princeps dicat,minimè credendum est, ipsum voluisse suas constitutiones, ac leges præterita quoque comprehendere.

6 Maximè cum beneficium Principis,aliàs fauorabile strictam recipiat interpretationem,ad effectum, ne tertio nocumentum, vel præiudicium afferat, vt probat textus in capit. Pastoralis decimo nono,

de

de priuilegijs, ibi, *quia per indulgentiam huiusmodi, Episcopali iuri non credimus derogari*, & in d.l.2. d.§. si quis à Principe, dict.capit.super eo, cap. 2.de religios. domibus, text. optim. in capit. quamuis. 8. de rescriptis, in 6.notat Bartol.& alij in l.vltima. C.si contra ius,& in l.3. numero 1. ff.de constitution. Princip. Decius in capit.quæ in Ecclesiarum,numero 6.de constitution.Felin.in capit. causamque,numero 10. de rescriptis.Cardinal.consil.96. num. 7. Rebuff. in concordatis, titu.de forma mãdati,pag.mihi 334.Gomez in regula de non tollendo iure quæsito, quæst.1. Rota noua decisione 21. de concessione præbendæ, num.5. Palacios in rubr.§.69. num.10. Roderic.Suarez, allegatione 28.num. 2.DominusMolina de primogenijs lib.1. cap.32.num.24.& lib.2. capit. 1.num.13.Roland. consil. 45. à numero 12. lib. 4. Pinelus in rubr. de rescindenda.1.part.capit.2.in principio,num. 8. Gutierrez consil. 11. à princ. Paulus de visitatione lib.2. capit. 20. numero 60. ex quorum dictis non obscurè deducitur indulgentias, seu beneficia Principum, ita demum strictam interpretationem recipere, vt tertio nullo modo afferant nocumentum, & consequenter colligitur ad propositum nostræ controuersiæ,generalia verba legum, aut constitutionum,nequaquam comprehendere futura, quæ respici non possunt sine præteritorum præiudicio, cum omnes & singulæ leges, ac constitutiones, sic subaudiendæ, & interpretandæ sint, vt minimè voluerint cum aliorum incommodo suum effectum sortiri.

7 Nunquam ergo lex noua futura respiciet cum præiudicio præteritorum, nisi Legislator id explicet, iuxta à nobis tradita in superiori controuersia, quidquid Doctores communiter propter aliqua iura, (quę facilè solui possunt,) diuersimo dè limitent hanc assertionem, rem inuoluentes, variasque adducentes doctrinas, quibus nequaquam refragantibus, planè concludendum est negatiuè, id est, generalia verba legis trahi non posse ad illa futura, quæ non aliter, quam cum præteritorum præiudicio respicere potest.

8 Quam conclusionem vt adamusim explicemus, pluribus alijs omissis,expedit in medium adducere duas potissimum limitationes, quibus eam frequentissimè Doctores nostri restringunt,dicentes,non procedere in legibus, seu constitutionibus Principum, disponentibus circa executionem, seu perfectionẽ alicuius actus, vt videlicet leges illæ cum præiudicio etiam actuum præteritorum, futuras executiones, seu perfectiones respiciant:ita limitarunt Ioann.Crottus vbi supra,nu. 14.Anton. & Abb.num.11. in c.vlt. de constit. cum Schola communi, teste Felino ibidem,num.11. Dominicus in cap.fin.num. 8. de electione in 6.& ante eos,sic in effectu prę fatam assertionem limitauerat glossa recepta,verbo,*in posterum*,in Clemen. 2.de ętate & qualitate, prout expendunt Doctores ibi:quę glossa præmisso,quod posteris indici possit asperior status, absurdum iudicauit, quod indicatur iam intitulatis (prout ipsa loquitur)item existimauit absurdum,quod constitutio præterita liget,contra tex.in cap.fin.de constit.& concludit tandẽ Clem.illam quatenus mãcipatos,& mancipãdos officijs ecclesiasticis, non aliter vocem in Capitulo habituros statuit,nisi saltem in Subdiaconatus

ordine fuerint constituti, & cætera quæ continentur in illa constitutio ne, non ligare pręteritas institutiones, sed futuros tractatus, & act' Capitulorum, nec vitiare voluisse Clementem. V. per illam constitutionem, voces in Capitulo præstitas, ꝙ esset respicere præterita, sed præstandas, & ita Clementina illa solũ futura respiciat, vbi vides quomodo glossa limitet in effectu præfatam conclusionem nostram, qua dicimus, verba legum non cõprehendere futura, quæ expediri nõ possunt, absq; pręteritorũ pręiudicio, vt non procedat in legibus disponentibus, circa perfectionem alicuius actus, quo casu tales leges, futura etiã respicient, quantumcumq; cum præiudicio actuum præteritorum.

9 Sed subijciamus, (si placet) rẽ hãc exemplis, quo facilius intelligatur, & optimum exemplum habes de legibus disponentibus circa executionem in d. Clement. 2. de ętate & qualitate, vbi dispositum fuit de executione iuris canonicalis, putà de voce in Capitulo habenda, & statutum, vt nullus de cętero vocem in Capitulo haberet, etiam si hoc sibi ab alijs liberè concedatur, nisi saltẽ in Subdiaconatus ordine fuerit cõstitutus, & sanè constitutio illa dubium non est, quin respiciat futura, cum præiudicio actuum prętheritorum, id est, comprehendat etiam vocem pręstandam, & electionem faciendam à Canonicis, qui ante illam constitutionem prębendas obtinuerant.

10 Circa leges autem disponentes, circa perfectionem actuum exemplum erit in c. vlt. de electione in 6. vbi agitur de cõfirmatione electionis, & statuitur, celeres confirmationes electionum, non in concordia celebratarum, viribus omninò carere, irritasque & innanes esse: vbi manifestum etiam est, decisionem illam futura respicere, cum præiudicio præteritorum, id est, vt in posterum non sortiantur effectũ, prius factæ electiones & confirmationes.

11 Verum præfata limitatio â grauissimis viris iure optimo non recipitur, & meritò eam reprehendunt inter alios Ioannes de Immola, & Philipp. Decius in cap. fin. de constitution. num. 17. Martinus Nauarr. vbi supra in dicta exceptione 14. pagina mihi 80. manifestèque conuincitur ex Gregorij IX. Pont. Maximi in d. c. fin. de constit. recepta doctrina, declarantis constitutionẽ super præferendis in perceptione portionis, maioribus, & consuetis seruitijs â minoribus exhibendis, nõ ad præterita, sed ad futura tantũ extendi, idq; ex generalibus vtriusq; iuris regulis, aientibus, tãquam certũ, leges & constitutiones futuris dare formam negotijs, non ad præterita facta trahi, nisi nominatim in eis de prętheritis caueatur, adhuc Gregorius IX. Vndè ingenioſus lector absq; difficultate deducet, leges, ac Principum constitutiones, quantũuis agant de executione actuũ, prętherita nullo modo respicere: imò, neque ipsa futura cum pręiudicio talium prętheritorũ, quandoquidẽ expressè illic docuit Summ. Pontifex decisionẽ illã agentẽ de executione Canonicatus, putâ de stallo in choro, & in Capitulo, neququã attingere prętherita, nec futura, cũ pręiudicio prętheritorũ, siquidẽ illa constitutio antiquos Canonicos, nisi de illis nominatim caueatur, nullo modo comprehendet.

12 Vbi nõ malè iudicio meo animaduertit glossa in d. cap. fin. verbo, *constitutionem*, declarasse Gregoriũ IX. ibidęm,

Digitized by Google

ibidem, alteram ſuam conſtitutionem relatam in c. ſtatuimus 15. de maiorit. & obedientia, quã ſubobſcuram, & ambiguam reliquerat, dum non ſatis aperuerat, vtrum illa conſtitutio, ſeu lex ſtatuens Presbyteris primum locum, Diaconis ſecundum, Subdiaconis tertium, & ſic de reliquis, obtineret, quo ad futura dumtaxat, an præterita etiam complecteretur, & ſanè vtrobique Gregorius iuris vtriuſque ſcientiſsimus, conſtanter aſſeruit conſtitutiones illas futura tantum, & nullo modo præterita reſpicere, quidquid ſermo fuerit in dictis legibus, ac decretalibus de executione actuum, de quibus ibi, ergo nihil refert ad hoc, vt leges reſpicere poſsint futura, quæ non aliter, quàm cum præteritorũ præiudicio reſpicere poſſunt, quod agant, vel non agant, de actuũ executione, ſeu perfectione, vt allegata iura apertè demonſtrant.

13 Nec his refragabitur ſententia gloſſę, verbo, *vtetur*, iuncto text. in Clem. 2. de vita & honeſtate clericorũ, aſſerentis Clemẽtinam illam interdicentem, quibuscumq; clericis virgatis, vel partitis veſtibus publicè vti, extẽdi etiã ad veſtes prius factas, quib⁹ (inquit gloſſa) ipſos clericos, vti publicè minimè poſſe, ſine pœna illius conſtitutionis: etenim ſi cũ ingenio perpẽdatur illa gloſſa, ſibi ipſi in effectu reſpondet, dicẽs, non ob id conſtitutionẽ illam reſpicere præterita, cum ſolummodò futurum vſum damnauerit.

14 Quam gloſſæ doctrinam, & ſolutionem, vt melius percipiamus aduertendum erit, text. illum prohibentem clericis vſum veſtium partitarũ, obtinere etiam quo ad veſtes antiquas: quia quodnam quæſo ſpeciale ius clericis facit veſtium dominium circa earundem vſum? nullum profectò: ad effectum namque vtendi nihil refert, ſiuè clericus habeat veſtium dominium, ſiuè non: igitur nihil intererit quod veſtes, antiquę ſint, ſeu nouę, quia veſtium vſus nihil commune habet cum dominio ipſarum, ac ſubinde, ſi benè conſideres ex illius legis extenſione ad antiquas veſtes, nullum inſurgit præiudicium circa præterita, reſpicietque conſtitutio, & interdicet futurum vſum veſtium partitarum, & prohibitio comprehendet antiquas veſtes, abſque illarum præiudicio, ſi attendiſti ad ea, quæ ſuperius in notabilibus tradidimus.

15 Non etiam obſtat dicta Clementina 2. de ętate, & qualitate, extendens prohibitionem, de qua ibi ad canonicos anteà receptos: planè enim (vt optimè conſiderarunt Immola, Philippus Decius, & Martinus Nauarrus vbi ſupra,) extenſio illa facta fuit authoritate Principis Legislatoris, vt apertè denotant illa verba, *ſunt mancipati, vel mancipabuntur in poſterum*, ſanè vt plenè à nobis dictum eſt, ſi Legislator nominatim dicat, quod eius conſtitutio pręterita reſpiciat, abſque dubio ipſa comprehendet, proindèque cum Clemens V. voce pronuntiauerit ſe comprehendere velle, tam mancipatos, quàm mancipandos canonicos, mirum non fuit ſi illa conſtitutione cõprehenderentur, vtiq; ſi Legislator id non explicaret contrarium dicendum foret.

16 Secundo principaliter limitari ſolet à Doctoribus concluſio noſtra, qua diximus (legem nouam non reſpicere futura, cum præiudicio præteritorum, niſi id exprimat Legislator) vt non procedat quando lex exceptionem concedit, ſeu aufert, quam dicunt reſ-

Digitized by Google

picere, omnia futura in quorũ euen tum exceptio datur, ſeu aufertur, quantumcumque præiudicium inſurgat circa præterita, ſic limitarunt Felin. poſt alios in dict. capit. fin. de conſtitutio. num. 12. Ioann. Crotus in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure, num. 141. Bart. ibidem num. 43. & alij communiter.

17 Verum quis non videt limitationem hanc aperto Marte pugnare cum cap. 2. de conſtitut. ibi, *ſed futuris dare formam negotijs*, ac perconſequens ſubſtineri nõ poſſe. Etenim quænam differentiæ, aut ſpecialitatis ratio aſsignari poterit à prędictis Patribus cur ſcilicet leges, ſeu Principum conſtitutiones, dantes, ſeu tollẽtes exceptiones, minus noceãt præteritis, quam reliquæ? nulla profecto, (ſi verũ amamus) ſpecialis ratio diſcriminis occurrere valebit, quare hæ potiſsimum leges, quæ concedunt, vel auferunt exceptiones, reſpicere poſsint futura cũ præiudicio præteritorum, ſecus conſtitutiones aliæ. Meritò, ergo reijcienda erit præfata limitatio, vt liberè procedat ſupra poſita concluſio, quod nouæ leges futura non reſpiciant cum pręiudicio pręteritorum, niſi nominatim id expreſſerit Legislator.

18 Nec ſanè prædictæ limitationi Bartoli, Felini, Ioannis Crotti, & aliorũ communiter, opitulãtur, duo præcipuè fundamenta, quæ pro illa ſolent adduci: non primum ex Imperatoria conſtitutione, de qua in lege teſtium 14. C. de teſtibus, vbi Iuſtinian. Imperator illam ſolemnitatem, ſiuè onus impoſitum debitoribus, circa probandas ſuas ſolutiones, videlicet, (vt qui in ſcriptis à ſe debita retuliſſent, non facilè audirentur, ſi dicerent omnem debiti, vel partis ſolutionem, ſine ſcriptis ſe feciſſe, nec volentes forſitam redemptos teſtes, ſuper huiuſmodi ſolutione producere, niſi quinque teſtes idonei, & ſummę, atque integrę opinionis præſto fuiſſent ſolutioni celebratæ, & cætera quę continẽtur in illo tex.) dixit obtinere etiã, quo ad debitores antiquos, ſi modo neque in toto, neque in parte, ante Imperatoriã illam cõſtitutionẽ ſoluiſſent, vt denotant illa verba Iuſtiniani, ibi, *Ijs ſcilicet, qui iam ſine ſcriptis debitum, vel partem eius perſoluerint, à præſenti ſanctione meritò excipiendis*, quaſi diceret, ab illa lege non excipi antiquos debitores, qui neque in totum, neque in parte debitum perſoluerint, quinimò illa comprehendi, qua conuinci videtur, eas leges, ſiuè conſtitutiones Principum, quæ concedunt, vel auferunt exceptiones, rectè futura reſpicere, quantũcumquè cum præiudicio præteritorum, ſiquidem d. l. teſtium, eiusque deciſsio complectitur futuros debitores, & etiam antiquos, ſi neque totum, neque partem ſoluerint, idq; nulla alia de cauſa, quam quod ſpecialiter exceptionem, vel auferat, vel concedat.

19 Sed (vt diximus) fundamentum, hoc ex d. l. teſtium, ſic expenſa, & conſiderata, non fauet limitationi præfatæ, ſi aduertas deciſsionem illam, ideò ad debitores quoque antiquos extendi: quia apparet de mente Legiſlatoris, vt manifeſtè conſtat ex proximè relatis verbis, ibi, *ijs ſcilicet &c.* ſatisque eſſe, quod conſtet de Legiſlatoris mente, perſpicuè deducitur, ex concluſione noſtra principali, nec non ex ſupra à nobis traditis.

20 Alterum fundamentum, planè dictæ limitationi, nullatenus etiã fauet, ex l. penult. C. de vſuris, iuncta l. eos. §. 1. C. illo titulo, vbi reprobatio

batio fæneratitiæ ſtipulationis, extenditur ad antiquos vſurarios, vt in d.§.1.ſi conſideres, ſtipulationes vſurarum in dictis iuribus improbari, non vt cumque, ſed tanquam iuri naturali contrarias, patet ex verbis text. ibi, *Veterem duram & grauiſsimam earum molem &c.* Et quia cõ ſuetudo qua cedemmet ſtipulationes iuuantur, tanquam irrationabilis per illum text. reijcitur. Vndè mirum videri non debet, ſi text. in d.l. eos.§.1. tanquam iuris naturalis explicatorius obtineat etiã circa præterita, quod latius Deo dante inferius in altera controuerſia reſoluemus, & ſatis expreſsit text. in d.l. penult. C. de vſuris, vbi Conſtantinus Imperator iuſsit conſtitutionem illam, etiam eos qui ante eandem, ampliores, quam ſtatutæ ſunt vſuras ſtipulati eſſent, ad modum eadem ſanctione taxatum, ex tempore lationis eius, ſuas moderari actiones: ſcilicet illius temporis, quod ante eandem fluxit legem, ex eo quia vſuræ iuri naturali contrariæ, ſemper, & omni loco, & tempore penitus reiectæ reprobatæque ſunt.

21 Qua limitatione reiecta pariter, & reijci neceſſe eſt, omnia ea, quæ ex illa fluxerunt documenta, & notabilia, & explodenda omninò erit ſententia illa, quam ex prædicta limitatione apendicem deducebat, Bart. in d.l. omnes populi, num. 44. aſſerens ſtatutum quod vxore mortua ſine filijs vir lucraretur tertiam partem dotis ligare omnes, & ſingulas mulieres viuentes, & ſi ante ſtatutum nuptæ ſint: etenim ſi limitatio, ex qua fluxit hæc Bart. doctrina, corruit, vt vidiſti, & corruere debet ſententia ipſa, quam iure optimo improbarunt Ioannes Crottus vbi ſupra, num. 139. Felin. in d.cap. fin. de conſtitutio. colum. 2. Immola colum. penult. quidquid cum Bart. tranſierint Legiſtæ omnes communiter, teſte Immola vbi ſupra, Bartolique ſententiam defendere nitatur, Martin. Nauarr. in cap. ſi quando, exceptione. 14. pagina mihi 84. Etenim Bart. nulla alia ratione, ad ita exiſtimandum adductus fuit, niſi quia ſtatutum illud exceptionem concedebat maritis, vt in caſu propoſito integram dotem non reſtituerent, & quia credidit leges exceptiones concedentes, vel auferentes, futura reſpicere quantumque infurgat præiudicium circa præterita: quam doctrinam cum viderimus veram non eſſe (ne dicamus falſam) pariter etiam & Bart. ſententiam circa præfatum ſtatutum, cum prædictæ limitationi niteretur, reijcere tenemur.

Summaria ad controuerſiam 3.

1 *DE ambigua & ſubobſcura Legislatorum mente oportuné, nonnulla dicenda ſunt.*

2 *Referuntur Doctores ſentientes verba dubia legis, quæ æquè præteritis, ac futuris aptari poſſunt, qualia ſunt verba ſubiunctiui modi, niſi aliàs de contraria mente Legislatoris conſtet ad præterita non extendi.*

3 *Dubia verba legis ad præterita trahi non debent etiam, ſi ratio ſit antiqua, pariterq; vigeat circa præterita: & in ſtatutis futura ſubiunctiui modi accipiuntur pro ſimplici futuro: & ad euitandas abſurdita-*

tes, & odia reſtringenda, ſubinuendi na, quandoque important præteritum, quandoque futurum, prout magis expedierit materiæ ſubiectæ: & regulare eſt in omni verbo apto importare dicta duo tempora, vt in ſtatutis interpretetur de futuro dumtaxat.

4 *Propter ſolam rationis identitatem leges extendendæ non ſunt, aut ampliandæ ad præterita, nec talis rationis identitas ſufficiens eſt ad explicandam Legislatoris mentem, quando in contrarium adſunt aliæ coniecturæ.*

5 *Graviter obſtat gloſſa verbo, cenſemus, in Clementina 1. de conceſſione præbendæ, ſed non fundatur in ratione antiqua, ad faciendam illam extenſionem, ſed præterea aliam quoque coniecturam expendit, nec ſola rationis identitas, etiam antiqua ſufficiens fuit.*

6 *Si cum rationis identitate quævis alia coniectura, concurrat circa Legislatoris mentem, quod voluerit ſuam legem præterita quoque reſpicere, procul dubio etiam ad præterita ampliari debebit.*

7 *Infertur interpretatio ad quoddam dubium ſpeculativum circa Decretum Tridentini ſeſſione 23. capit. 6. ad finem, & quare dicatur dubium ſpeculativum, & non practicum.*

8 *Arguitur pro parte negativa ex ſuperius tradita reſolutione, quod leges trahi non poſſunt ad futura, quæ non aliter quam cum præteritorum præiudicio reſpicere poſſunt.*

9 *Oſtenditur dictum Tridentini Decretum, non ſolum obtinere quo ad promouendos poſt Decretum, ſed promotos etiam comprehendere ex mente eiuſdem Concilij, cuius verba diuerſimodè expendantur.*

10 *Nonnulli Præceptores aſſerunt legem annullatiuam, ex identitate rationis ad præterita extendi, confirmatoriam, non ita, & an talis differentia iure ſubſiſtat.*

11 *Probant ſuam ſententiam, ex eo quod lex annullatiua actus, ſemper concipiatur per verba, quæ ſonant in præteritum.*

12 *Parum aut nihil refert ad extenſionem circa præterita, quod lex ſit annullatiua, vel confirmatoria actus, & nullum aptum diſcrimen in propoſito conſtitui poteſt, aut debet, inter legem annullatiuam actus, & confirmatoriam illius.*

13 *Quando verba dubia non poſſunt abſque iniuſtitia ad futura trahi, eo ipſo non ad futura, ſed ad præterita tantum trahi debent, non obſtante Legislatoris mente, & quantumuis aliæ coniecturæ concurrant: & attenta mente Principis ſemper fugienda eſt interpretatio, per quam lex iniqua reddatur.*

14 *Subijcitur exemplum in lege, quæ remittit pœnam delinquenti, vt quia decernit conuictum ſoluendo centum liberari, quæ lex iniuſtitiam continet reſpectu futurorum delinquentium, & ſolum ad illos qui antea deliquerunt trahi debet.*

15 *Adeſſe debent non vna, ſed duæ coniecturæ ſimul inuctæ, vt lex ad præterita extendatur, nec ſufficiet quod vtatur verbis ſonantibus in præteritum.*

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA 3.

Vtrum verba dubia, legũ, ac cõſtitutionum, quæ æquè præteritis, ac futuris aptari poſſunt: verbi gratia, verba ſubiunctiui modi, *ſi commiſſerit*, & ſimilia, niſi conſtet de contraria mente Principis ad præterita extendantur.

1 DIXIMVS in priori huius libri quinti cõtro uerſia, leges, ac Principum con ſtitutiones nun quam extẽdi ad præterita, niſi appareat contrarium ipſosmet Principes voluiſſe: nunc de ambigua, & ſubobſcura Legislatorum mẽte oportunè nonnulla dicemus, quando ſcilicet nõ conſtat, voluerit ne Princeps ſuam legem præterita comprehendere, an futura tantum, ſed verba dubia ſunt, & ambigua, apta comprehendere prę terita ac futura.

2 In qua difficultate inueni Ioannem Crottum in l. omnes populi, num. 134. ff. de iuſtitia & iure, Philippum Decium in cap. fin. de conſtitution. num. 4. vbi Felin. col. 1. & ante eos gloſſam receptam in cap. 1. verbo, *receperit*, de clericis non reſidentibus, ſenſiſſe, verba dubia legis, quæ ſcilicet æquè pręteritis, ac futuris aptari poſſunt, qualia ſunt verba *ſubiunctiui modi*, niſi aliâs de contraria mente Legislatoris conſtet, ad præterita nõ extendi. Ea quidem (iudicio meo) efficaciſsima ratione, q̃ prędicta verba dubia, non ſatis explicent Principis mẽtem (vt ſupponitur in titulo quæſtionis) quod voluerit præterita quoque ligare, quandoquidem de verbis dubijs, ambiguis, & ſubobſcuris ſermo eſt, quę ſanè pariter poſſunt de futuris intelligi, & conſequenter nõ apparet, cur contra legis naturam, (cuius proprium eſt futura dũtaxat reſpicere, & non pręterita, non conſtito, quod voluerit Legislator legem ad pręterita extẽdi,) talia verba, ſub obſcura, & æquè apta pręteritis, ac futuris, interpretanda ſint, vt pręterita etiam comprehendant.

3 Quę reſolutio adeò firma, & perpetua eſt, vt procedat etiam ſi ratio legis ſic per verba obſcura prolatę, antiqua ſit, pariterque vigeat circa pręterita: non enim ob id verba legis dubia, ad pręterita trahi poterũt, quidquid per verbũ ſubiunctiui modi, qualia ſunt, *ſi fecerit*, *ſi commiſerit*, & alia id genus cõcepta ſint: quoniam vt rectè docuit Bald. in l. leges & conſtitutiones. C. de legib. in ſtatutis futura ſubiunctiui accipiuntur pro ſimpliei futuro, iuxta notata per glo. in l. cum tale. §. fin. verbo, *dixerunt*, in fine. ff. de conditionibus & demonſtrationibus, quam ſingularem dicebat Cinus ibidem, & benè facit glo. 2. in cap. ad hęc, de reſcript. ex qua deduxit Panormit. ad euitandas abſurditates, & odia reſtringenda, ſubiunctiua, quandoque importare pręteritum, quandoque futurũ, prout magis expedierit materię

riæ ſubiectæ:& (quod plus eſt) regu lare eſt in omni verbo apto importare dicta duo tempora, vt in ſtatutis interpretetur de futuro dumtaxat, vt ſapienter voluit gloſſa fin. in principio, in cap. vnico, de cleric. non reſidentibus in 6. & in capit. 2. verbo, *commiſerint*, de conſtitution. in 6. per quas gloſſas id adnotauit Dominicus dictis locis. Et præfatam ampliationem, in ſpecie, ſic propoſuerunt Nauarr. in capit. ſi quando, exceptione 14. pag. 6. Felin. in d. cap. vltim. in princip. de conſtitution. & ante eos ſciētiſsimus vtriuſque iuris Bald. notab. 6. & ibi Salicet. in l. teſtium. C. de teſtib. aſſerentes dubia verba legis ad præterita trahi non debere, etiam ſi ratio ſit antiqua, pariterque vigeat circa præterita.

4 Ratio eſt, quia & ſi fateri neceſſe ſit, identitatem rationis aptam eſſe coniecturam mentis ipſius Principis, & Legislatoris, teſte Philippo Decio in cap. ſecundo requiris, notab. 2. de appellation. nemo tamen affirmare audet ſolam ſufficere ad explicandam Legislatoris mentem, quando in contrarium adſunt aliæ coniecturæ, iuxta tradita per Sylueſtrum, verbo, *dubium*, in principio, Nauarrum in cap. ſi quid autem, numero 12. de pœnitent. diſtinctione 7. & prius tradiderat gloſſa in l. de ſtatu. ff. de teſtament. Vnde vbicūq; adfuerint cōiecturę in oppoſitum, parum, aut nihil operabitur rationis identitas quantumuis antiqua. Quare cum in propoſito de quo ſermonē inſtituimus, de legibus, quæ prolatæ ſunt per verba dubia ſubiunctiui modi: adſint efficaces admodum coniecturę, quod noluerit Princeps talia verba dubia ad præterita extēdi, nempè natura legis, quæ eſt reſpicere futura non præterita, vt ſatis ſuperque à nobis ſuperius dictum eſt, comprobātque iura expreſſa in d. l. leges. 2. C. de legibus, & in cap. 2. & vltimo, de conſtitutionibus, apertè conſequitur propter ſolam rationis identitatem, leges extendendas non eſſe, aut ampliandas ad præterita.

5 Sed grauiter obſtare videtur authoritas gloſſæ verbo, *cenſemus*, in Clementina. 1. de conceſsione præbendæ, præſertim cum ſit communiter recepta, vt teſtatur Nauarr. d. exceptione 14. aſſerentis deciſsioni illius Clementinæ locum fore, etiam quantum attinet ad præterita, quia illius ratio fuit antiqua. Verum ſi explodas duas reſponſiones, quas adducit Nauarr. vbi ſupra, ad d. glo. quę facilè quidem euerti poſſunt, in promptu tibi erit vera, & tenenda reſponſio: id eſt gloſſ. illam non ſolum fundari in ratione antiqua ad faciendam illam extenſionē, ſed expendiſſe prętereā, aliam quoque coniecturam: nempè verbum illud, *cenſemus*, in textu poſitum, cuius illud eſt ingenium, atque natura, vt importet ſententiam ſecundum ius, ac ſubindè ſignificet ius nouum ibi non conſtitui, ſed antiquum potius explicari, mirum igitur non eſt, ſi expenſa & conſiderata ſignificatione verbi, *cenſemus*, de quo in dict. Clementina, item & illius rationem antiquam eſſe, ex his duobus ſimul iunctis, & copulatis, gloſſa reſponderit, deciſionem illam ad præterita etiam extendi: quā extenſionem nequaquam induxiſſet nuda & ſola rationis identitas etiam antiqua.

6 Qno fit vt ſi cum præfata rationis identitate, quæuis alia coniectura concurrat circa Legislatoris mētem, quod voluerit ſuam legem præterita quoque reſpicere proculdubio

bio ad præterita etiam ampliari debebit: Duę namque coniecturæ efficaciter animum Legislatoris explicant, vt contra legis naturam lex ipsa ad præterita extendatur, ex ratione proximè dicta, dum expendamus verbũ, *censemus*, quod considerauit glossa in dicta Clementina 1. sicuti enim duę coniecturę, de quibus ibi, adduxerunt glossam illam, ad extendendam decisionem ad præterita, ita regulare, & perpetuum censeri debet, quod duplex coniectura sufficiat semper ad extendendas legum decisiones ad præterita, & si sola rationis identitas non sufficiat.

7 Vndè infero interpretationem cuiusdam dubij speculatiui, de quo semel interrogatus respondi: circa Decretum Tridentini sessione 23. cap. 6. ad fin. dum temperat priuilegium fori competens clericis in minoribus, vtrum obtineat etiam quo ad promotos. Appellaui dubium speculatiuum, & non practicum, quia cum clerici in minoribus ante decretum illud initiati, naturaliter hodiè viuere non possint, inutilis profectò apparet in praxi præsens dubitatio, quæ ad alias species extra casum illius decreti innanis non erit.

8 A parte igitur negatiua non parum vrgere videtur, cap. statuimus, de maiorit. & obedient. iuncto cap. vltim. de constitution. cum superius resolutis, quibus tradidimus leges solum futura respicere, nec posse trahi ad illa futura, quæ non aliter, quam cum præteritorum præiudicio respicere possunt.

9 Nihilominus tamen ipse contrarium non semel defendi, decretum scilicet Tridentini, dum fori priuilegium clericis competens temperauit, non solum obtinere, quo ad promouendos post decretum, sed promotos etiam comprehendere, idque ex mente Concilij, quæ colligitur ex verbis eiusdem, ob participia præteriti temporis, quibus vtitur ibi, *initiatus*. & ibi, *constitutus*, quæ magis in præteritum cõsonant, quã in futurum. Tum quoque ex ratione in qua fundatur Concilium, quę æquę viget in clericis iam promotis: proindè concurrentibus his duabus cõiecturis, aut dubiè decretum illud ad præfatos clericos extendi debebit secundum prædicta.

10 Sed videamus an iure subsistat quædam differentia, quam præceptores nostri in hac parte constituere solent, inter legem annullatiuam, & confirmatoriam, asserentes legem annullatiuam ex identitate rationis ad præterita extendi, confirmatoriam non ita: inuenio enim Bartoli doctrinam ab omnibus receptam in l. omnes, num. 44. ff. de iustitia & iure, quem cæteri communi suffragio sequuti sunt, teste Felino in capit. fin. de constitution. num. 9. quæ docet extendi quidem ad præterita legem annullatiuam si adsit rationis identitas.

11 Pro qua sua doctrina & si Bartolus dicto loco, Abb. & Deci. num. 15. in d. cap. 2. de constitution. nullam efficacem rationem afferant, ad constituendam differentiam inter vtramque legem: arbitror nihilominus ex eo comprobari posse, quod lex annullatiua actus, semper concipiatur per verba, quæ sonant in præteritũ, vt patet in specie tex. cui Bartolus innititur in l. pen. ibi, *contracta fuerint*. C. de incestis nuptijs, ad idẽque est, cap. 1. ibi, *extorta*, de his quæ vi, lib. 6. ac proinde cum talia verba magis aptentur præteritis quam futuris, eodem Bartolo docente, in l. illicitas, in principio. ff. de officio

Præsid.

Præsid. aut dubiè, ex identitate rationis vtraque, id est, tam præterita, quàm futura, lex comprehendet, si demus rationis identitatem in vtrisque.

12 Verum enimverò cum aliquando rem hanc altius perpendissem, parum aut nihil referre existimaui ad extentionẽ circa præterita, quod lex sit annullatiua, vel confirmatoria actus: vtraq; enim lex vtitur verbis sonantibus in præteritum, cum quo si identitas rationis concurrat, ad præterita extendetur, non aliás. Neque auderem proprio Marte à communi, & sequatium opinione discedere, nisi ipsi absque vlla efficaci ratione differentiam inter vtramq; legem constituere viderentur, & inuenissem Baldum doctissimorum Magistrum in l. constitutiones. 2. C. de legibus, idem intendere: perspicue docens, nullum aptum discrimen in proposito posse, aut debere constitui, inter legem annullatiuam actus, & confirmatoriam illius, cum vtraque concipi possit verbis in præteritum sonantibus, rationisq; identitas, vtrobique versari queat, solummodòque inspiciendum sit, an verba legis sonent in præteritum, & concurrat identitas rationis necne.

13 Quibus omnibus, & præcipuè resolutioni nostræ, initio propositæ, accedit non inelegans declaratio, vt quæ retulimus de verbis dubijs legum, ac constitutionum ad futura, seu præterita trahendis, ex Legislatoris mente, identitate rationis, aut alijs cõiecturis, minimè procedant, quando talia verba sic dubia, non possunt, absque iniustitia ad futura trahi, eo namque ipso nõ ad futura, sed ad præterita tantum trahi debent, & è conuersò, ita in effectu limitarunt Bart. & Doctores per text. ibi, in l. cum lex. ff. de legibus, & potest assignari viua, spirãsq; ratio: si consideres attenta mente Principis, semper fugiendam esse interpretationem, per quam lex iniqua reddatur: argumento text. in capit. erit autem. 4. distinctione. l. humanum in fine. C. de legibus, & iubat regula. l. nam absurdum. ff. de bonis libertorum: quo fit, vt verba dubia legis, quæ respectu futurorum inducunt iniustitiam, ad præterita dumtaxat trahantur.

14 Subijciamus (more nostro) rem exemplo, quo facilius intelligatur, in lege, quæ remittit pœnam delinquẽti, vt quia decernit, conuictum soluendo centum liberari: continet enim iniustitiam respectu futurorum delinquentium, cap. ex parte, de cõsuetudine. l. conuenire. ff. de pactis dotalibus. Proindè ad euitandam hanc iniustitiam, non ad hos delinquentes, sed ad illos qui ante illam deliquerunt trahi debet, vt in specie tradiderunt Ioan. Crot. in l. omnes, num. 143. ff. de iustitia & iure, Abbas in d. c. 2. num. 2. de constit. Felin. in d. cap. vlt. num. 13. Bart. vbi supra.

15 Denique antequam hinc discedam, ex dictis temperanda est doctrina Ioannis Andreæ in d. capit. 1. de his quæ vi, asserentis, legem vtentem verbis sonantibus in præteritũ, nõ præterita, sed futura tantũ respicere: procedit enim, si modo in vtrisq; eadẽ ratio nõ concurrat, non aliâs: adesse nãq; debent, non vna, sed duæ coniecturæ simul iunctæ, vt lex ad præterita extendatur, quidquid Ioannẽ Andreã indistinctè sequatur Dominicus ibi, num. 5, & inuoluat Felinus vbi supra, numero. 1,

Summa

Summaria ad controuerſiam 4.

1 *INdubitati iuris eſt, quod ſi Princeps ſuperiorem non recognoſcens in ſua lege expreſſé vellit, quod extendatur ad præterita, quantũcũq; iuris noui inductoria fuerit, nõ ſolum reſpiciet futura, ſed præterita etiam comprehendet.*

2 *Inferiores à Principe, quod ipſorum ſtatuta ad præterita extendantur cauere non poſſunt, nec ſi caueant extendenda erunt, pro qua opinione, non parum vrget textus celebris in cap. ante triennium. 35. diſtinctione.*

3 *Verior eſt, & tenenda reſolutio, generaliter quamcumque legem ſupremi Principis, ſeu ſtatutum inferioris, quantumcumque iuris noui inductorium ad præterita extendi, ſi id in lege, vel ſtatuto cautum fuerit.*

4 *Cui competit poteſtas ſtatuendi, poteſt ſtatuere omnia illa, quæ viderit expedire ad bonum ſuæ communitatis, dummodò ſuperiorum legibus non repugnent: & expedire poteſt bono communitatis, quod actus ſubditorum quantumcumque validi irritentur, & etiam inferiores à Principe præterita irritare poterunt, & cauere ſuis ſtatutis, vt ad illa quoque extendantur.*

5 *Singulorum præiudicium circa præterita contemni debet, quando id expedit bono communi.*

6 *Præſumendum eſt pro quolibet ſtatuente in materia ſibi non prohibita, & ſtatuentibus inferioribus, nõ eſt interdictum, quod ligent præterita ſi id viderint expedire, quin potius id reperitur permiſſum.*

7 *In ligandis præteritis, par eſt poteſtas Principis, & inferioris ſtatuentis: & ligare præterita, nihil aliud eſt, quam tollere ius quæſitum: & in tollendo iure quæſito verſatur violatio iuris naturalis.*

8 *Probabilior videtur ſententia contra Bartolum, quæ videtur eſſe de mente communis Scholæ, vt leges ſupremi Principis, vel inferioris ſtatuentis extendi poſſint ad præterita.*

9 *Aſſignatur verus intellectus ad textum in Authentico in medio litis, collatione 8. & aſſeritur non parum verſari differẽtiam inter reſcriptum ſpeciale, & ſtatutum, & inter reſcriptum impetratum in derogationem litis pendentiæ, & ſtatutum inferiorum.*

10 *Intelligitur textus in cap. ante triennium. 35. diſtinctione, quod erat Bartoli fundamentum, & his qui aliás non conſenſerunt, indici non poteſt contixentia, quæ magis eſt voti, quam præcepti.*

11 *Bonũ conſilium erit, ſupremum Principem adire, qui ſi viderit non adeſſe iuſtam cauſam ligandi præterita, ſtatutum reformauit, neque patietur inferiorem circa præterita diſponere.*

12 *Proponitur dubitatio, vtrum leges præteritis cauentes, ita ad illa extendantur, vt ligent omnia deciſa per ſententiam, vel aliás pendentia in prima, ſeu ſecunda inſtantia: an verò legum clauſula de præteritis cauens, recté poſſit intelligi de præteritis ſimplicibus, nec interpretari debeat de præteritis qualificatis.*

13 *Certi iuris eſt, rem indicatam, eſſe circunſtantiam quandam per ſe tribuentem aliquid iuris: & legum inter-*

Digitized by Google

interpretatio, ita ſemper ſumenda eſt, vt ſalua intentione Legislatoris, ſeu Principis, quo ad minus fieri poſſit ligent præterita.

14 *Lex noua non extenditur ad cauſam pendentem, vel deciſſam, & ſi ad præterita referatur, nec benè ſequitur, pactum eſt ſublatum per legem, ergo & pactum firmatum ſententia & confirmatione.*

15 *Præterita priuilegiata, ſeu iuramento roborata, non ligat lex, quidquid ſe extendat ad præterita.*

16 *Si in lege vel ſtatuto expreſſè cauetur de præteritis pendentibus, nequaquam pendentia per appellationem eruñt ſuſpenſa, & lex noua, niſi ſpeciatim de pẽdentibus caueat, ad illa non extenditur.*

17 *Quæcumque pendentia ſubſunt legi nouæ reſpicienti ordinatoria iuditij, etiamſi de pendentibus, ſeu præteritis non caueat.*

18 *Ordinatio iudicij non ad partes, ſed ad iudicem ſpectat, cuius intereſt per talẽ ordinationẽ veritatẽ eruere, certamq; ſibi fidẽ facere, & lex ordinatoria iudicũ ligat proceſſus futuros, etiamſi circa negotia iam pendentia habendi ſint: & intelligẽtur text. in authent. vt cũ de appellatio. cognoſcitur in principio.*

CONTROVERSIA 4.

Vtrum inferiores à Principe, quibus competit poteſtas ſtatuendi, cauere poſsint, vt eorum ſtatuta, ad præterita quoque extendantur, ſicuti leges generales, quantumcumque iuris noui inductoriæ, extenduntur ad præterita, ſi in eiſdem legibus cautum ſit.

1 INdubitati iuris eſt, & nemo cum ratione inficiabitur, quod ſi Princeps, ſuperiorem non recognoſcens, in ſua lege, ſeu conſtitutione, expreſſè vellit, quod extendatur ad præterita, quãtumcumque iuris noui inductoria fuerit, non ſolum reſpiciet futura, ſed præterita etiam comprehendet: Etenim ſæpè ſæpius retulimus, leges extendi ad præterita, quando appareret de mente Legislatoris, & nõ poteſt aptius de tali mente apparere, quam ſi id cautum, in tali lege reperiatur, cap. intelligentia, de verborum ſignificatione, cap. humanę. 22. quæſtione 5. igitur à fortiori, ſi expreſſè in eadem lege per Principem caueatur, extenſio ad præterita fiet: ſic voluit Abb. cum Schola communi in capit. vltim. de conſtitutionibus, num. 19.

2 Illud autem non mediocrem patitur difficultatem, an propoſita doctrina limitanda ſit in lege generali Principis, nec procedat in ſtatutis inferiorum: Bart. enim in l. omnes, num. 4. ff. de iuſtitia & iure, ductus authoritate text. in authẽtico in medio litis, collatione. 8. non tantam tribuere voluit authoritatem ſtatutis inferiorum, vt valeant talem extenſionem inducere; quinimò id quod

by Google

quod dicitur Principem in ſua lege cauere poſſe, quod extendatur ad preterita, limitandum exiſtimauit, in lege generali Principis, nec procedere in ſtatuto inferioris. Pro qua limitatione non parum vrgere videtur textus celebris in cap. ante triennium.35.diſtinctione,dum improbat ſtatutum Pelagij, quatenus indicebat continentiam Subdiaconis,qui ante illud decretum matrimoniũ contraxerant,ex eo quod illud & ſimilia ſtatuta,ad præteritum extendi non valeant, ſed circa futura dumtaxat decernere, nec inferiores â Principe,quod ad preterita extendantur poſſe cauere, nec ſi caueant extendenda fore.

3 Multò tamen verior eſt, & tenenda reſolutio, generaliter quãcumque legem ſupremi Principis, ſeu ſtatutum inferioris, quantumcumque iuris noui inductorium ad præterita extendi,ſi id in eadem lege, vel ſtatuto cautum fuerit: vt in genere euincit ratio in principio huius controuerſiæ propoſita,& quantum attinet ad ſtatuta inferiorum, efficaciter probatur ſequẽtibus fundamentis.

4 Primò ſi ſupponas eum cui competit poteſtas ſtatuendi, poſſe ſtatuere omnia illa,quæ viderit expedire ad bonum ſuæ communitatis, dummodò ſuperiorum legibus non repugnent, iuxta tritum in iure noſtro omnium ſermone dicterium, quod *conceſſo vno, conceſſa cenſentur omnia ea ſine quibus illud expediri non poteſt*, vulgato, capit. præterea, de officio Delegati, textus optimus in propoſito, in capit. quod ſuper his, de maioritate & obedientia, vbi Abbates, & Sacerdotes,qui ſunt Diœceſani Epiſcopi,ad eius Synodum venire, & debitam reuerentiam, & obedientiam Epiſcopo exhibere per cenſuras Eccleſiaſticas compelluntur, & iure: aliàs enim ſuperuacanea eſſet Epiſcoporum poteſtas, ad cogendam Synodum Diœceſanam, ſi eorum ſubditi facilè poſſent contemnere ad Synodum conuenire. At manifeſtum eſt,expedire poſſe bono communitatis, quod actus ſubditorum quantumcumq; validi irrẽtentur, vt quia incipiunt eſſe damnoſi,ſicut in ſimili de priuilegijs probat capit. ſuggeſtum, de decimis: igitur etiam inferiores â Principe, erga ſuos ſubditos præterita irritare poterunt, & cauere ſuis ſtatutis, vt ad illa quoque extendantur.

5 Maximè ſi tam verè, quàm iuſtè conſideremus,ſingulorum prejudicium,circa præterita contemni debere,quando id expedit bono communi,c. fin. de ſponſa.duorũ,c.quæ contra mores.8.diſtinctione.

6 Prætereà, & in eandem partem habemus aliud ſuppoſitum in iure, nempè *fore præſumendum, pro quolibet ſtatuente in materia ſibi non prohibita*, capit. in præſentia, ibi, *& tanta ſit iudicialis authoritas*, de renuntiatione: at expeditum eſt, ſtatuentibus inferioribus,non eſſe interdictum,quod ligent præterita, ſi viderint expedire, quin potius id reperitur permiſſum, in d. cap. vlt. de conſtit.interim ergo donec contrarium non ſtatuitur,integrum illis erit ſuas leges,& ſtatuta ad præterita etiam extendere.

7 Tertium denique & vltimum fundamentum, quod proximius tangit intentum,ſummitur,ex eo quod in ligandis præteritis, par eſt poteſtas Principis, & inferioris ſtatuentis, ſi aduertas ligare præterita, nihil aliud eſſe,quam tollere ius quæſitum,

ſtrum, & in tollendo iure quæſito verſari violationem iuris naturalis,vt locupletiſsimè teſtantur Dominicus de Soto libro 4.de iuſtitia, quæſtione.3.artic. 1. & Arias Pinelus in rubrica. C.de reſcindenda.2. parte,cap.2. Vndè non magis, nec principalius in hac re deferendum videtur Principi,quam poteſtati inferiorum, argumento text.in capit. conſtitutus,verſic.*cum autem*,ibi,*nos quoque*, de religioſis domibus: At Princeps poteſt ſua lege ligare præterita.l. penult. ad fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.Clement. dudum. §. nos etenim, de ſepult. igitur & inferiores á Principe ligare poterunt præterita.

8 Ex quibus multò probabilior videtur ſententia contra Bart. generaliter quamcumque legem,ſeu conſtitutionem ſupremi Principis, vel inferioris ſtatuentis,quantumcumque iuris noui inductoriam ad præterita extendi, ſi id in eadem lege, aut conſtitutione cautum fuerit: quæ tandem videtur de mente communis Scholæ in d.cap.fin. de conſtitut.

9 Nec refragatur prius Bartoli fundamentum,ex d.authentico,in medio litis, quo probari exiſtimabat per legem inferiorũ fieri non poſſe,vt eorum ſtatuta ad præcedentia trahantur: etenim text. ille nobiſcum minimè pugnat, qui ſi attentè legatur agit de reſcripto ſpeciali, nos verò de ſtatuto: inter quæ non parua differentia verſatur: teſte eodem Bartolo in l. vltima. C.ſi contra ius,Philippo Decio in d. capit. vltim.num.6.Tum etiam, quia illud authenticum obtinet in reſcriptis impetratis in derogationem litispẽdentiæ, quæ mirum non eſt ſi non valeant, ex gloſſæ ſententia communiter recepta in l. cauſas. C. de tranſactionibus. Nos verò generaliter adhuc loquuti ſumus de ſtatutis inferiorum, quibus ſpeciatim cauere poſſe diximus,etiam circa præterita,ſicuti generali lege Principis id fieri poſſe manifeſtum eſt.

10 Textus verò in d.cap.ante triennium,(quod erat ſecundum Bartoli fundamentum) ita accipiendus eſt, vt ſtatutum de quo illic minimè improbetur, ideò quia ſe extenderet ad præterita, ſed potius quia circa eadem præterita iniquitatem continebat, conſiſtens in eo, quod his qui aliâs non conſenſerant indicebat continentiam, quam magis eſſe voti,quam præcepti,probat text. in cap.integritas. 31. quæſt. 7. & de ſe notiſsimum eſt, & ſatis exprimitur in eodem cap. ante triennium, ibi, *Quod mihi durum, atque incompetens videtur, vt qui vſum eiuſdem continentiæ non inuenit, neque caſtitatem ante promiſsit compellatur &c.* Et agnoſcunt Doctores communiter ibidem. Ex quibus manifeſtum relinquitur, inferiorum ſtatuta poſſe præterita ligare,ſi id caueant, quidquid Bartol. contradicat.

11 Bonum tamen conſilium erit in hoc caſu,ſupremum Principem adirè,qui ſi viderit non adeſſe iuſtã cauſam ligandi præterita, ſtatutum reformabit,neque patietur inferiorẽ circa præterita diſponere, ex text. optimo in eodem capit.ante triennium:in quo ſenſu non male defendi poſſet reiecta á nobis ſuperius Bartoli doctrina, vt intelligatur nõ poſſe inferiores præterita ligare, cũ effectu ſcilicet, & ſuperioribus renuentibus.

12 Cui reſolutioni appendix eſt, alia non minus difficilis, quàm ſubtilis contentio,cuius meminit Bart.

vbi

vbi ſupra, Philipp.Deci.num.5. Felin.num.4.in d.cap.vlt.de conſtitut. Vtrum leges præteritis cauentes,ita ad illa extendantur,vt ligent etiam omnia deciſſa per ſentẽtiam, vel aliâs pendentia,in prima, ſeu ſecunda inſtancia:an verò legum clauſula de præteritis cauens, rectè poſsit intelligi de præteritis ſimplicibus, nec interpretari debeat de præteritis qualificatis.

13 Sanè quantum ego ingenio aſsiduaque lectione aſſequi potui,fruſtra Præceptores Noſtri, rem hanc multiplici diſtinctione inuoluunt, â qua facilè ſe potuiſſent expedire: nam cum legũ interpretatio,ita ſem per ſummenda ſit, vt ſalua intentione Legislatoris, ſeu Principis, quo ad minus fieri poſsit ligent præterita, vt ſæpè repetitum eſt, conſequẽs ſit,legem cauentem de prẽteritis,ad illa præterita non extendi, quæ ob aliquam circunſtantiam ius tribuũt partibus,quod non tribuerent,ſi circunſtantia ceſſaret:maximè, cum ſatis prouiſum ſit intelligentiæ ſtatutorum,circa præterita cauentium, ſi de præteritis ſimplicibus dumtaxat intelligantur, non etiam qualificatis,niſi fortè circa talia etiam qualificata,vt ad illa extendantur,leges caueant,reſoluit Decius in cap.1. nu. 2.cum ſequẽtibus,de prẽbend.& in ſimili probat text. in cap. ſtatutum, de electione in 6.cap.cum in illis,in principio, de præbend. eodẽ libro. Certi enim iuris eſt,rem iudicatam eſſe circunſtantiam quandam per ſe tribuentem aliquid iuris d.l.3.§.idẽ ſcribit.

14 Obſeruat in ſpecie gloſſa recepta,verbo,*pacta*, in Clem. dudum.§. nos etenim, de ſepulturis, tradiderunt Felin. & Deci. vbi ſupra, poſt Bart.in d.l.omnes,num. 4. & aſſerit Ioann.Crott.ibidem,num. 139. rectèque dixit Ioann. Monach. relatus â gloſſa dicto verbo,*pacta*, quod ſi ſuper pactione inita ſuper ſepultura lata erat ſententia per Pontificem Maximum, & confirmata pactio ante conſtitutionem, per illam ſententiam, & confirmationem nõ tolli, imò ſtare debere: ea quidem ratione, quia lex noua iuxta gloſſam ibidem in fine, non extenditur ad cauſam pendentem, vel deciſſam, etiam ſi ad præterita referatur: præſertim vbi præterita deciſſa etiam, & pendentia, per ipſam legem, non fuerint expreſſè ſublata.l.præcipimus in fine. C.de appellationibus. Nec benè ſequitur (inquit Monachus apud gloſſam prædictam) pactum eſt ſublatum per legem,ergo & pactum firmatum ſententia,& confirmatione: plus enim (inquit ille)poteſt, hoc tale quam hoc ſimplex,argumento text.in capit.quamuis pactum, de pactis in 6. cap.licet,de iure iurando, cap. fin. de foro competenti in 6. authentico,vt cum de appellatione cognoſcitur in principio, & §.1. collatione 8.quæ iura ſi cum ingenio inducantur, optimè ſanè ad propoſitum faciunt. Id eſt (vt ego interpretor Ioannis Monachi doctrinam) ſi verba legis ſimpliciter ad præterita referantur, ſimplicia ſolum comprehendent,non qualificata,aut circũſtantiata præterita, litispendentia, autre iudicata(verbi gratia)ſeualijs qualitatibus, quibus res & negotia affici ſolent.

15 Quo etiam argumento præterita priuilegiata, ſeu iuramẽto roborata,non ligat lex, quidquid ſe extendat ad præterita, ex gloſſa,& modò citatis Doctoribus: manifeſtum namque eſt dicta omnia & ſingula

per ſe aliquid iuris tribuere, putà effectus de quibus in Clementina 2. vt lite pendente in l. lite, cum alijs. C. de litigioſis, probat in ſpecie textus, iuncto rubro in authentico in medio litis, collatione 8. Bartol.vbi ſupra, Iaſon in l.non dubium, numero 15. C. de legibus. Decius in dict.capit.vltimo, numero vltimo, iuuat text.in l.leges 2.C. de legibus.

16 Sic etiam vt rem hanc ſubtilius agamus, ex dictis colligere licet quod ſi in lege, vel ſtatuto expreſſè caueatur, de præteritis pendentibus, nequaquam pendentia per appellationem erunt ſuſpenſa, capit. venientes, de iure iurando: quinimò appellatio ſuos producet iuris effectus, de quibus per Decium, & Doctores, in rubric. de appellationibus: quia (vt nuper dicebam) lex noua, niſi ſpeciatim de huiuſmodi pendentibus caueat, ad illa non extenditur, vt ſapienter reſoluunt Doctores, proximè laudati, in authentico, vt cum de appellatione cognoſcitur, collatione. 9.

17 Illud tandem ad calcem præſentis controuerſiæ, non erit obliuiſcendum, quæcumque pendentia ſubeſſe legi nouæ reſpicienti ordinatoria iudicij, etiam ſi de præteritis, ſeu pendentibus non caueat, vt vel ab eo tempore proceſſus, et iam in his pendentibus iuxta formam lege præſcriptam inſtituantur, ita gloſſa recepta, verbo, *de cætero*, in cap. licet canon, de electione in 6. gloſſa vlt. in Clem. diſpendioſam, de iudicijs, cõmunis, vt per Felin. in d. cap. vlt. num. 10. per Iaſon. vbi ſupra.

18 Ratio præmanibus eſt, etenim cum ordinatio iudicij non ad partes, ſed ad iudicem ſpectet, cuius intereſt per talem ordinationem veritatem eruere, certamque ſibi fidem facere, capit. iudicantem. 30. quæſtione. 5. l. 3. ff. de teſtament. obidque nullum ius partibus quæratur, ex litispendentia, circa huiuſmodi ordinatoria, quare ſcilicet hoc modo quam illo habeatur, rectè fit, vt lex illa reſpiciens, ligare debeat proceſſus futuros, quantumcumque circa negotia iam pendentia habendi ſint. Nec te moueat, authoritas Ioannis Immolenſis, & Decij ibidem, numero 16. in dict. capit. vltim. qui in pendentibus per appellationem præfatæ reſolutioni contradicunt, per text. in d. authen. vt cum de appellatione cognoſcitur in princ. qui tamen ſi rectè inſpiciatur, agit de legibus reſpicientibus meritâ cauſę, non autem iudicij ordinatoria.

Summaria ad controuerſiam 5.

1 *LEGES declaratoriæ regulariter præferunt eam fuiſſe Legislatoris mentem, vt ad præterita extendantur, & in teſtamentis verba dubia poſtea declarata, non exequuntur, neque interpretantur á tempore ipſius declarationis, ſed á tempore voluntatis declaratæ.*

2 *Lex declaratoria addens pœnam aliquam legi antiquæ, reſpectu illius pœnæ ad præterita non extenditur.*

3 *Si lex declaratoria vtatur verbis exclu-*

Digitized by Google

excludentibus tempus præteritum, verbi gratia, edicto, deinceps, de cætero, *& ſimilibus inducentibus cõiecturam efficacem, noluiſſe Principem præterita ligare, ad illa non extenditur.*

4 *Obſcurum eſt cuius ſenſum elicere non poßumus, & cuius ſententia latet: ambiguum dicitur, cuius verba clara ſunt, ſed ſenſus in aduerſas partes trahi poteſt, & de obſcuro, & ambiguo remißiné.*

5 *Lex declaratoria non extenditur ad illa præterita, quæ ante legem declaratoriam, per ſententiam habentem vim rei indicatæ fuiſſent deciſſa.*

6 *Si talis ſententia fuerit invalida, vel authoritate rei indicatæ non innetur, non impediet quominus lex declaratoria ad præterita extendatur.*

7 *Quando adeſt communis obſeruantia in contrarium, lex declaratoria ad præterita non extenditur, exempli gratia, in electionibus, quarum mentio fit in cap. 1. de poſtulatione Prælatorum in 6.*

8 *Obijcitur textus in dict. capit. 1. de poſtulatione Prælatorum lib. 6. quà tenus in ſpecie illius textus procul dubio aderat communis obſeruantia in contrarium.*

9 *Communis obſeruantia non magis excuſat à nullitate actus, quam probabilis ignorantia, & referuntur Doctores exiſtimantes declaratoriam legem ad præterita extendi, non obſtante communi obſeruantia in contrarium.*

10 *Punctus dubij conſiſtit in eo, an ſicuti communis obſeruantia excuſat à nullitate habente rationem pœnæ, pariter etiam locum habeat quo ad cæteros iuris effectus.*

11 *Obſeruantia communis minimè impedit, quominus lex declaratoria quo ad effectus non habentes rationem pœnæ ad præterita extendatur.*

12 *Lex declaratoria nihil noui continet præter nudam declarationem legis antiquæ.*

13 *Declaratio retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis factæ, & adeò diſpoſitioni adhæret, quod vná cum ea videtur emanaße: & ſi lex declaratoria explicaret legem antiquam, addendo aliquid, vel detrahendo, ad præterita non extenderetur.*

14 *Teſtis poteſt declarare dictum ſuum ex intervallo, abſque novo iuramento, & nova citatione partis, & iuramentum, & citatio prius facta trahuntur ad declarationem.*

15 *Nova lex declaratoria veteris trahitur ad præterita negotia.*

16 *Appellatio ab interloquutoria non poteſt fieri, niſi in ſcriptis, aliás nõ proderit, & tamen ex poſt facto aliquid declarari rectè poterit circa ipſam appellationem, ſolo verbo etiam ſine ſcriptura.*

18 *Quæri conſuevit vtrum declarationes Summorum Pontificum circa gratias iam factas per ipſos, præindicent alijs, quibus erat ius quæſitum, & dubitationis reſolutio.*

19 *Quando teſtis iuratus examinatur ad alium finem, quam ad declarandum verbum ambiguum, iterum iurare debet.*

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA 5.

An lex declaratoria,ad omnes actus præteritos à tempore legis declaratæ habitos extendatur.

BReuiter lector eruditus ſe expediet ab hac controuerſia,ſi reuocet in memoriã, quædam ex his quę ſuperius tradidimus, dicentes tunc demum leges ad præterita extendi,quando id apparet de mente Legislatoris: plane ſi verum amamus,&ad ea quę frequẽtiusaccidũt ſermonẽ adaptem⁹: inueniemus quidẽ leges declaratorias,regulariter prę ſeferre eam fuiſſe Legislatoris mentem, vt ad prętera extẽdantur: verbum enim, *declaramus*,vel aliud ſimile,quo frequenter vtuntur Legislatores,ſignificat legem declarãtem habendam, ac ſi tempore legis declaratæ edita fuiſſet, quaſi lex antiqua ſic obliget nõ vero noua.Ad ſimilitudinem teſtamentorum,in quibus teſte Vlpiano I.C.in l.hęredes palam.§.1.ff.de teſtam. Verba dubia poſtea declarata non exequuntur,neq; interpretantur â tẽpore ipſius declarationis,ſed à tẽpore volũtatis declaratæ:inquit enim quod ſi quis legauit Titio amico ſuo, cũ multos Titios amicos haberet,& erraſſet in nomine, vel pronomine, vel cognomine, cum in corpore non erraſſet, poſſe poſtea declarare de quo ſenſerit: & reddit rationem dicens, *nihil enim nunc dat, ſed datum ſignificat*, pari etiam ratione lex declaratoria, nihil decernit, aut ſtatuit, ſed decretum, & ſtatutũ oſtendit per legẽ antiquam, ideòq; facilè extẽdi debet ad omnes actus præteritos,á tempore legis declaratæ habitos,ita Bart.receptus in l.omnes,num.44.ff.de iuſtitia, Abb.& alij,vbi Felin. num.4. Dec.num.3.in capit.vltim.de conſtit. & probat optim. text. in authent. de filijs, ante dotalia inſtrumenta,collat.3.ibi, *cũ omnibus manifeſtum ſit oportere, ea quæ adiecta ſunt per interpretationem, in illis valere in quibus interpretatis legibus ſit locus*.Vbi manifeſtè probatur conſtitutionẽ nouam, ad interpretationẽ antiquarũ inductã, in eiſdẽ caſibus locũ habere in quibus interpretatis legibuslocus eſt,vnde cum leges interpretatæ,ante ipſarũ declarationẽ actus illos comprehenderent, ſic ſimiliter comprehendi debent ab ipſis legibus declaratorijs.

Quæ doctrina(quæ certò certior eſt) multipliciter ſanè ſolet reſtringi & limitari, & inter limitationes non infimum locum obtinet,vt non procedat in lege declaratoria, addẽte pœnã aliquam legi antiquæ reſpectu namq; illius pœnæ ad præterita non extenditur, quia reſpectu illius quod nouè inducitur, lex illa non eſt declaratoria, ſed inductoria noui iuris,& ſuccedit regula,ſecundum quam leges futura reſpiciunt,non præterita.c.vlt. de cõſtit. obſer-

obseruant Doctores cõmuniter, vt per Felin. vbi supra, & Iasonẽ in d.l. non dubium, num. 12.

3 Deindè non procedit præfata resolutio, si lex declaratoria vtatur verbis excludentibus tempus præteritum, verbi gratia, *edicto, deinceps, de cætero*, & similibus, inducentibus cõiecturam efficacem, noluisse Principem præterita ligare: etenim Hilario teste, cuius verba non in elegantia referuntur in cap. intelligentia, de verborum significatione, *intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus*, ac subinde talis lex, illis, vel similibus verbis vtens, quantumcumque declaratoria, non extenditur ad præterita, iuxta glossam receptam, verbo, *de cætero*, in c. 1. de postulat. Prælat. lib. 6. cum qua pertransit Felin. vbi supra, quidquid pungat Philip. Dec. in d.capit. fin. de constitut. num. 13. idque vt diximus propter illas particulas, *de cætero, deinceps, edicto*, quibus apertè significatur Legislatoris animum esse, futura dumtaxat ligare non præterita.

4 Nec talis mens obscura, aut ambigua dici poterit, sed magis clara, & manifesta: vbi obiter lectorẽ admoneo, pro perspicua intelligentia eorum, quæ inferius dicentur, differre inter se obscurũ & ambiguum, nam vt dixit Quintilian. lib. 7. c. 11. aliud est obscurũ ius, aliud ambiguum: dicitur ius obscurũ, cuius sensum elicere non possumus, & cuius sententia latet: ambiguum dicitur, quoties verba clara sunt, sed sensus in aduersas partes trahi potest, prout exemplificat parens eloquentiæ Cicero lib. 1. ad Herennium, in cap. de confirmatione, & confutatione, vbi dicit, quomodo ex ambiguo cõtrouersia nascatur: de qua re omninò videndi sunt Socin. in l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs, Andr. Alciat. in l. nepos Proculo. ff. de verborum significatione, & in l. in conuentionibus, eodẽ titulo, Aulus Gelius lib. 11. cap. 12.

5 Qua præhabita doctrina, tertio limitatur præcipua nostra conclusio, & non inutiliter, vt non procedat in illis præteritis, quæ ante legẽ declaratoriam per sententiam habentem vim rei iudicatæ, fuissent decisa, ad quæ sanè lex declaratoria minimè valebit extendi, cum sententia lex particularis sit respectu actus decisi, teste B. Thom. 1. 2. quæst. 79. art. 3. & sic respectu illius actus præualere debeat legi declaratoriæ generali, iuxta reg. generi lib. 6. & ita limitarunt Doctores communiter, vt per Felin. in d.cap. vltim. num. 9. & ibi Deci. versic. 4. & facit text. optim. in l. relegatorum. §. ad tempus, ff. de interdictis commendatus à Iasone in l. non est dubium, num. 14. C. de legibus.

6 Si tamen aduertas, quod si fuerit inualida talis sententia, vel aliâs authoritate rei iudicatę non iuuetur, vtiq; nõ impediet quominus lex declaratoria ad prẹterita extẽdatur, vt resoluunt Felin. & Dec. vbi supra.

7 Quarto tandem & vltimo restringenda, & limitãda est cõclusio, quæ docet legem declaratoriã ad omnes actus prẹteritos à tẽpore legis declaratæ habitos extendendã esse, vt locũ non habeat quãdo adesset cõmunis obseruantia in contrariũ, quo casu lex declaratoria ad præterita non extenditur, vt resoluerunt & limitarũt Anton. n. 15. & cõmuniter DD. ex Felino, nu. 6. in d.cap. fin. exempli gratia in electionibus, quarum mentio fit in cap. 1. de postulat. Prælatorum in 6. quas rectè dixit glossa ibidem, verbo, *de cætero*, noluisse

Digitized by Google

Pontificem illa conſtitutione compreliendi,quia omni communi iudicio ante illam decretalem forma illa bona eſſe putabatur, id eſt communi obſeruantia,recta, & iuridicè facta exiſtimabatur,quaſi clarius dixiſſet declaratoriam legem ad præterita non extendi,ſtante in contrarium obſeruantia communi:ne aliàs inijciatur laqueus, ei qui communi iudicio deceptus,re vera non peccauit,quod fieri non debet.

8 Verum grauiter obſtat, quod in ſpecie d.cap.1. proculdubio aderat communis obſeruantia in contrarium,vt expendit gloſſa ibi.d.verbo *de cætero*.& nihilominus conſtitutio illa antea geſta ligaret,niſi illic fuiſſet adiectum verbum,*de cætero*,vt expendebat Immola in d. cap. vltim. nu.12.poſt eandem gloſſam. d. verbo,*de cætero*.

9 Obſtat præterea, quod communis obſeruantia, non magis excuſat à nullitate actus, quam probabilis ignorantia,ſecundum cõmunẽ omnium reſolutionẽ, & tamen talis ignorantia non excuſat ab eadem nullitate, ſi aliàs non habeat rationem pœnæ,ergo nec cõmunis obſeruantia excuſabit ânullitate actus,ſi aliàs talis nullitas pœnę rationẽ non habeat.Propter quę fundamẽta Panormit.in d.c.vlt.ad fin.Immola vbi ſupra,poſt Ioann.Andr.in c.Abbates, de priuileg.in 6.& gloſſam præcitatam.d.verbo,*de cætero*,abſolutè exiſtimarunt declaratoriam legem ad præterita extendi,non obſtante cõmuni obſeruantia in contrariũ, nec recipiendam fore præfatam limitationem crediderunt,& ſi idem Abb. loco citato rem componere nixus fuerit,quam re vera magis inuoluit. Et vt more noſtro ſeparemus certa ab incertis,illud extra omnem cõtrouerſiam poſitum eſt, ex omnium mente,procedere prædictam limitationem,vt ſtante obſeruantia in cõtrarium, lex declaratoria ad præterita non extendatur, quando agitur depuniendis actibus medio tempore geſtis:ratio eſt, quia obſeruantia communis, quamuis iniuſta,& irrationabilis,pœnam excuſat,gloſſa recepta,verbo,*conſuetudine*,in cap.denique.4.diſt.cui ſimilis ad cap. cum venerabilis,verbo,*migraſſe*, de conſuetudine.

10 Quo pręmiſſo,punctus dubij cõſiſtit in eo, an quemadmodum communis obſeruantia excuſat à nullitate habente rationẽ pœnæ,pariter etiam locum habeat, quo ad cæteros iuris effectus,quando habent rationẽ pœnæ, in quibus terminis valdè controuerſum eſt, apud Doctores, an lex declaratoria,ſi adſit communis obſeruantia in cõtrarium ad præterita extendatur.

11 In qua difficultate reſoluendum eſt, cum præcitata gloſſa, dict. verbo,*de cætero*,cum Abbate, & Immola vbi ſupra, cõtra communem quã referunt,obſeruãtiam communem, minimè impedire, quominus lex declaratoria, quo ad effectus non habentes rationem pœnæ,ad præterita extendatur:probat text. per Abbatem ad hoc expenſus in c. fin. de ſpõſa duorũ.nu.4. & cõfirmatur authoritate.c.1.per locum ab ſpeciali, ibi,*de cætero*, ď poſtulat.Pręlat.lib.6.

12 Accedit quod lex declaratoria,nĩhil noui continet pręter nudã declarationẽ legis antiquæ. d. l. hæredes palam.§.1.ff.de teſtam. vnde cũ præterita de quibus agimus, geſta ſupponantur poſt legẽ antiquã,nequaquã eximi poſſunt ab eiuſdẽ obſeruãtia,& cõſonũ iuri ac rationi videtur,vt ad illa quoque lex declaratoria extendatur, quidquid cõmunis obſeruantia in contrarium exiſtat.

Si

13 Si quis autem communem opinionẽ defendere vellit, quæ aſſerit ſtante communi obſeruantia in cõtrarium, legem declaratoriã ad prętę rita non extẽdi, id vtiq; pręſtare poterit, quando lex declaratoria propriè talis nõ eſſet, vt quia explicaret legẽ antiquã, addendo aliquid, ſeu detrahendo, quæ dicitur interpretatio per Epicheiam, teſte B. Tho. 2. 2. q. 120. art. 1. & adſunt appoſitiſsima exempla in c. commiſſa, verſ. *porrò*, de elect. in 6. c. quantę, de ſententia excommunicat. Planè enim cũ omnis lex non ſit declaratoria. l. ius ciuile. ff. de iuſtit. & iure, inde fit, vt ex ipſa natura legis ad legem antiquã non retrotrahatur, ſed potius ex ſola Legislatoris intentione, ideòque ſine dubio talis lex declaratoria prę terita non ligabit, cum præiudicio obſeruantiæ communis, argumẽto text. in cap. 2. de conſtit. vt deducitur ex ſapiẽter traditis à Paulo Caſtrenſe in d. l, hęredes palam. §. 1. nu. 3. & 4. ff. de teſtament. vbi expreſſè docuit declarationem retrotrahi ad tempus diſpoſitionis factę, ex Ioanne Andręa in additionibus ad Speculatorem, titulo de teſte. §. *nunc videndum*, quippè, talis declaratio adeò diſpoſitioni adhęret, quod vnâ cum ea videtur emanaſſe. Ex qua doctrina, atque ratione nonnulla vtiliter poſſunt ad praxim inferri.

14 Primo quod teſtis poteſt declarare dictũ ſuum, ex interuallo, abſque nouo iuramento, & noua citatione partis, quia iuramentum, & citatio priusfacta, trahitur ad declarationẽ, cum poſsit addere, ſeu ponere, id quod ommiſsit, quod etiam pertinet ad declarationẽ ipſam, & hodiè declaratur, ac ſi tunc dictũ fuiſſet.

15 Deinde infertur, quod noua lex declaratiua veteris, trahitur ad prętę rita negotia, iuxta notata per Doctores in l. omnes populi, de iuſtitia & iure, & â nobis ſuperius tradita, & reſoluta.

16 Item quod licet appellatio ab interloquutoria non poſsit fieri, niſi in ſcriptis, capit. 1. de appellationibus in 6. gloſſa verbo, *interlocutoria*, & omnes ibidem gloſſa verbo, *conqueſtus*, in cap. ad reprimendam, ſupra de officio ordinarij, gloſſa 1. in cap. conſiderauimus. 10. de electione, gloſſa vltima, in cap. cum cauſam. 62. & in cap. vt debitus. 59. verbo, *ex rationabili*, de appellationibus. Bart. in l. eius qui, num. 4. ff. de appellationibus recipiendis, poſt alios Maranta de ordine iudiciorum. 6. parte, cap. de appellatione, nu. 126. Octauian. de ſtylo Curiæ lib. 7. cap. 3. numero 28. Nauarr. in capit. cum contingat, ſexta cauſa nullitatis, pagina mihi 122. & in cauſa 18. in principio, & nouè deciſſum fuit in dict. capit. 1. verbo, *ſancimus* &c. vſque adeò, vt aliter niſi in ſcriptis interpoſita appellatio ab interloquutoria, non profsit, vt aduertunt præcitati: nihilominus tamen ex poſt facto aliquid declarari rectè poterit circa ipſam appellationem, ſolo verbo etiam ſine ſcriptura.

17 Vbi illud obiter (licet aliquantulum extra chorum) minimè hic ommittendum duxi, quod licet ante capit. 1. de appellat. in ſexto, ab interloquutoria, vel grauamine iudiciali, ſeu extraiudiciali requiratur expreſsio cauſæ probabilis: de nouo tamen in d. cap. 1. ſtatutum fuit, id quod antea nõ reperitur deciſſum, vt patet ex verb. *ſancimus*, de quo ibi huiuſmodi ſcilicet expreſsionem cauſę faciendam eſſe in ſcriptis, & aliter appellationem non prodeſſe,

Digitized by Google

ſe,vt aduertunt gloſſa verbo, *interloquutoria*, & omnes in d.c.1. glo.verbo,*conquæſtus*, in fine,in capit.ad reprimendam,de officio Ordin. glo.1.in cap.conſiderauimus 10.de electione,glo.vltim.in capit. cum cauſam 62.& in capit.vt debitus 59.verbo,*ex rationabili*,de appellatio. Bart. in l.eius qui,num. 4. ff. de appellat. recipiend. poſt alios Maranta de ord.iud.6.parte, capit. de appellat. numero 126. Octau. de ſtylo Cur. lib.7.cap.3.num.18.Nauarr. in cap. cum contingat.6. cauſa nullit. pag. mihi 122. & in cauſa 14. in principio.Dictæ autem nouæ deciſionis ratio,ex mente Pontificis in d. cap. 1. & Bartoli vbi ſupra, in duobus conſiſtere videtur. Primo quidem, quia ſcriptura arguit maiorem deliberationem,& maturitatem, circa cauſam appellationis exprimendam, argumento capit. vltim. de re iudicata in 6. ibi, *ſcriptam edi non recitari*,iuncta l.2.C.de ſentē. & interlocut.Secundò,vt ita adhibita ſcriptura maior ſit certitudo cauſæ, & tollatur occaſsio variandi poſtea,& neceſsitas probationis circa illam, vt aliàs in libellis docet lex libellorum. ff. de accuſat. & contingit in multis caſibus congeſtis per gloſſam magnam, in cap.1. de cenſibus in 6. in quibus ſcriptura his duabus de cauſis requiritur: aduertit Valaſcus lib.1.iuris emphiteutici.q.7.à n. 12.Vndè quia per hæc duo quo maturius eo rarius procedunt,& interponũtur appellationes, quin & hæc facilius terminantur,interpoſitæ cõſequenter lites celerius dirimuntur, ac ſubditi à laboribus, & expenſis relebantur,vt expendit Pontifex in d.capit.1. de appellation.in 6.cuius verba ſic intellecta ſatis exprimunt rationem illius deciſionis:ſi aduertas quod licet de neceſſitate exprimendi cauſam appellationis in ſcriptis,& aliorum quę textus ille requirit magis differatur appellationis interpoſitio, & maiores fiant expenſæ,ac labores,in ipſa appellatione interponēda, quam differretur ſi cauſa exprimeretur in voce tantum : expeditio, & deciſsio appellationis multo facilior, & breuior eſt, minores circa illam fiunt expenſæ, & labores, ſi cauſa appellandi in ſcriptis, potius quam voce exprimatur:in quo ſenſu exaudienda ſunt verba Pontificis in d. capit.1.in Exordio : & nihilominus (vt dicebamus) & ſi præfata appellatio ab interloquutoria, vel grauamine iudiciali, ſeu extraiudiciali,in ſcriptis facienda ſit, & aliter non proſsit : ex poſt facto tamen aliquid declarari, recte poterit circa ipſam appellationem,ſolo verbo etiam ſine ſcriptura.

18 Quo fundamento multoties Romani Pontifices faciunt nonnullas declarationes,circa gratias iam factas per ipſos, & quæri conſueuit vtrũ tales declarationes præiudicent alijs, quibus erat ius quæſitum, cui dubitationi videtur Paul. Caſtrenſ. in allegato loco, velle quod præiudicent, quaſi id quod declaratur à principio dictum fuiſſet, quo caſu nõ fuiſſet alteri ius quæſitum, quod intelligit de propria declaratione, quæ conſiſtit circa verbum aliquod dubium:nam quando declaratur id quod de iure dubium non erat, tũc declaratio,habet vim nouæ diſpoſitionis,& ideò tollere non poteſt ius quæſitum & ceſſat dubitatio.

19 Quæ omnia amplianda ſunt, vt per Ludouicum Romanum conſilio 41. Baldum in l.fin. C. de teſtibus, vbi dixit, quod quando teſtis iuratus

Digitized by Google

iuratus examinatur, ad alium finem, quam ad declarandum verbum ambiguum, iterum iurare debet, & videnda eſt gloſſa finalis, in l. per hãc. C. de appellationibus, Alexand. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de damno infecto, Speculator in titulo de teſte. §. 1. verbo, *item quod reſtit.*

EXPLICIT LIBER QVINtus, & Tomus primus huius tractatus.

Quamprimum Deo Opt. Max. annuente in lucem dabitur Tomus ſecundus: qui abſolutus omninò, & prælo iam paratus eſt: quinque reliquos continens libros: quibus labor hic de legibus, & conſtitutionibus Principum &c. penitus abſolui-
tur.

Soli Deo, & Virgini Immaculatæ ęterni Filij Parenti honor & gloria in ſęcula ſæculorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX LOCORVM, QVI IN HOC PRIMO tomo, & hiſce quinque prioribus libris, tractatus de legibus & conſtitutionibus Principum, &c. de iure Cæſarum, Pontificum, & Conciliorum, & ex ſacra pagina præter Doctores declarantur, vel illuſtrantur.

Ex Digeſto veteri.

L.3.cum duabus ſeqq. de legibus.lib.1.cont.2. n.3. fol.4.

L.1.de conſtitutionibus Principum.lib.1.cont.4.n.5.fol.9.

L.non omnium de legibus. lib. 1. controu.4.num.2.fol.9. & nu.3. ibidem. & num.7.10.& 11.fol.10.ibidem.

L.1.in principio.de iuſtitia & iure.lib.1.cont.8.n.2.fol.46.

L.Diuus.de in integrũ reſtitutione. lib.1.contr.8.n.11.fol.47.

L.1.de actionibus empti.lib.1.cont. 10.n.15.fol.57.

L.quæro.eodem titulo. num.16. & 17. ibidem.

L.1.de conſtitutionibus Principum.lib.2.contr.1.n.58.fol.69.

L.omnes populi.de iuſtitia & iure.libro 2.cont.2.n.12.fol.75.

L.nec nõ.poſt principiũ.ex quibus cauſis maiores.lib.2.cõt.3.n.54.fol.90.

L.ſi quis.7.verſ.in ſeruos.de iuriſdictione.lib.2.cont.5.n.18.fol.101.

L.illicitas.6.§. vltimo. de officio Præſidis.ibidem.

L.ſi hominem.mandati.lib.2. cont.5.n.22.fol.101.& 102. cũ pluribus ſeqq.

L.quid ergo.§.1.verſ.pœna grauior. de his qui notantur infamia.lib.2. cont.5.n.38.39.& 40.fol.104.& 105.

L.2.verſ.poſtea cum Fabius.de origine iuris.lib.2.cont.8.n.13.fol.12.

L. 3. de conſtitutionibus Principum. ibidem.

L. at ſi quis.14.§.Diuus. de religioſis & ſumptibus funerum.lib.2.contr.9. nu.11.fol.132.

L.2. de officio Proconſulis, & Legati. lib.2.cont.12.n.22.fol.153.& 154.

L.omnes Populi.de iuſtitia & iure. nu.23.cum ſeqq.ibidem.

L.hæreditas in fine.de petitione hæreditatis.lib.2. cont.18. n.21. fol.205.

L.1. verſ.qui Magiſtratum. quod quiſque iuris.libro 2.contro. 27. num.2. fol.273.

L.1.in fine. verſ. planè. & verſ. interloquutus. de conſtitutionibus Principum.lib.3.controu.1. num.33.34. & 35.fol.292.pag.2.& lib.3.controu.2. n.3.fol.297.

L.ſi ſponſus.§.ſi verò. de donationibus inter.lib.3.contr.7.n.2.fol.318.

L. 3. in principio. quod quiſque iuris. lib.3.cont.8.n.38.fol.319.

Digitized by Google

Index locorum, qui in his libris

L.ſi de vi 37.de iudicijs.lib.3. contr.10. n.10.fol.337.pag.1.& 2.

L.qui domũ.locati.lib.3.contr.11.n.10. fol.342.pag.2.& nu.11.cũ ſeqq.vſque ad num.13.incluſiuè, ibidem.

L.oratio.de ſponſalibus.lib.3. cont. 15. n.6.fol.361.

Epiſcopus excommunicatus, verũ confert Ordinis Sacramentum, licet ordinatus ſuſpenſus ſit, lib.4. contr.6. num.21.fol.523.¶ Et quid ſi talis ordinatus contra ipſius Eccleſiæ prohibitionem attentauerit ordinum miniſteria exercere,num.22. ¶ Et an tales ordinati citra ſimoniam,non aliter quam propter illorum culpã ſuſpenſionis pœnam incurrant, nu.23. ibidem.

Epiſcopi procedere poſſunt contra ſortilegos, idolorum cultores, aruſpices,& id genus alios,numero 7.& 8. ibidem.

Epiſcopi an poſsint onera ſpiritualia Dignitatibus, & Beneficijs, pro neceſsitate & vtilitate Eccleſiæ imponere,& Miſſarum numerum aliquando augere,lib.4.contr.7.n. 36. folio 531.pag.2.

Epiſtola familiaris Epiſcopi, vel cuiuſuis Ordinarij,etiam cum ſigillo,in alterius præiuditium fidem non facit,& ſi eidem Epiſcopo præiudicare valeat, lib. 1. controu.6.num.38. fol.34.

Error profectus ex ignorantia iuris maximè dubij,an inuincibilis ſit, & vtrũ errantes ſecundum reſpõſum Iuriſperitorum,inuincibilem, & iuſtam habeant ignorantiam,lib.4. cont.8.nu. 6.fol.533.& 534.

Error iuris in compendijs, nec fœminis prodeſt, nec ignorantia excuſat, ad conſequendum lucrum, & qui ſoluit indebitum per errorem iuris repetit,lib.4.controu.8.num.11. folio 534.

Error iuris,ſeu illius ignorantia, quandoque contingit abſque ignorantis culpa,quandoque & frequenter culpam præmittit venialem, vel mortalem,num.12.ibidem.

Digitized by Google

INDEX

Ethimologia legis traditur, lib.1.cont. 1.n.8.fol.2.

Excommunicatus maiori,vtrum procurator constitui posit: & quos actus exercere posit,vel non. Et quid tali excommunicato reo, vel actore existente:comparente pro se, vel pro alio.in iudicio,vel extra:lib.1.contr. 6.n.58.cum seqq. vsque ad finem illius controuersiæ.

Excōmunicatus,*donec satisfecerit*, an facta absolutione necessariò absoluendus sit: an per solam satisfactionem maneat absolutus, magna difficultas est.Et vtrum in Ecclesia vnus semper fuerit excommunicandi modus. Et multa de excōmunicatione, absolutione,& suspensione,latè differūtur, lib.2.contr.3.n.30.cum seqq. vsque in finem controuersiæ.

Excommunicatus qui plenè satisfecit nondum tamen actualiter absolutus incurret pœnas,per leges Regias impositas,contra illos, qui diu quā par est,contumaces perseuerant in excō municatione,lib.2.contr.3.n.53.fol. 89.& 90.

Excessus commissos contra & circa iudicis officium ab eo puniēdi sunt, & multa de Dominis Inquisitoribus remissiuè, lib.3.contr.30.n.6.fol.463.

Exceptioni rei iudicatæ parendum est, ne lites quasi in infinitum crescant, nec non quam plurima damna manifestè sequantur,lib.3.cont.32.nu.20. fol.478.

Exceptio ad defensionem pertinet,quę omnibus quantumuis criminosis,vel etiam excōmunicatis in iudicio permittitur,lib.3.contr.29.num.49. fol. 460.& 461.

Excipiens non agit ad pœnam, sed solum vt accusatorem, vel testem repellat,lib.3.contr.29.n.34.fol.459.

Executio contra laicos, an facienda sit per Ecclesiasticum, non solum per censuras,sed per capturam, ita vt nō teneantur ad seculares Magistratus recurrere,libro 3.controu.30. nūm. 1.fol.463.¶ Et quid praxis obseruet, num.2. ¶ Et quid si consuetudo stet in contrarium,num.3. ¶ Referuntur inter se pugnantes opiniones, num. 4.& 5.ibidem.

Executio mandatorum,affirmatiuè disponentium, differri potest, secus in negatiuis,libr. 1. controu.5.num.71. fol.26.

Executores tenentur sequi publicam fidem:& non suam propriam, in sententiarum executione,lib.1. cont.5. num.45.fol.23.

Exemptio clericorum iure humano cōpetit,libro 2.controuer. 21. num. 2. fol.227.

Existentes apud exteras & barbaras nationes, & nullā habentes fidei Catolicæ notitiā, an à peccato infidelitatis excusentur,lib.4.contr.8. nu.5. fol.533.

Experientiæ maiorum, fides adhibenda est,lib.1.cont.4.n.3.fol.9.

Expensæ ciuitatum aliæ sunt ad quas cīues contribuere tenentur, aliæ verò quæ erogari debent ex publicis redditibus,lib.2.controu.4.num.23. fol.94.& 95.

Expers & ignarus simoniæ commissæ, an sit immunis à restitutione, lib. 4. contr.6.n.5.fol.521.

Explicatur vulgatissimum dicterium; *ad preteritum non datur potentia*, lib. 3.contr.10.n.26.fol.339.

Extrauagantes,si tamen specialiter approbentur,obtinent nihilominus in negotijs Ecclesiasticis, etiam spiritualibus,lib.2. controu. 16. num.11. fol.179.

Extrauagātes etiam si per Canones approbatæ non sint, si tamen contineant fauorem status Ecclesiastici, seruandæ sunt,lib.2.contr. 6. nu. 14. fol.180.

F

FAcultas superfedēdi, & interim Principi rescribendi, vtrum procedat cuicumque

Digitized by Google

cuicumque dirigatur mandatum, siue is ad quem dirigitur cause cognitionem habeat, siue in mero facti executore, siue in mixto executore iuris, lib. 1. contr. 5. n. 37. fol. 21. cũ pluribus numeris seqq. vsque ad num. 41. & deinceps.

Facultas supersedendi & rescribendi Principibus, ita accipienda est, si mandatum grauibus, & notabilibus personis dirigatur: secus si alij ministri infimæ notæ deputentur: veluti aparitores, tabeliones, vel notarij, & alij huius generis, lib. 1. cont. 5. n. 51. fol. 23.

Facultas rescribendi, & supersedendi magni momenti est, quæ autquaquã infimis personis poterat conuenire, lib. 1. cont. 5. n. 54. fol. 24.

Facultas dispensandi, nihil commune habet cum potestate minuendi pœnam, & intelligitur glossa in cap. 3. de pœnis, lib. 2. contr. 7. num. 33. & 34. fol. 120.

Facultate iudici vel parti data immutandi tempus à lege statutum, adhuc nõ poterit iudex tempus prorrogare: solumque censebitur data facultas ad restringendum, lib. 2. contr. 11. n. 26. fol. 148.

Facultate data ad restringendum, & prorrogandum, omnis dilatio poterit immutari, ad prorrogationem tamen, necesse erit exprimere causam, quæ non præsumetur, non sic ad restrictionem, lib. 2. contr. 11. num. 27. fol. 148. & 149.

Facultas Regia, an requiratur ad alienãdo, vel hypothecanda bona maioratus, etiam si causa publica, vel ipsius maioratus euidens vtilitas, aut necessitas interueniat, lib. 3. contr. 14. n. 19. & 20. fol. 358.

Factum alterius vbi culpa non datur, an prꝑiudicet ad effectum vt incurratur pœna. Et quid si ex facto alterius simonia committatur, an de ea curari debeat, lib. 4. cont. 6. n. 4. fol. 521.

Facta ante & post constitutiones distinguntur: & quãdo ratio post gesto rum, non concetatur cum prius gestis, libro 5. controuer. 2. num. 3. folio 540.

Falsificans litteras aliàs nullas, nihilominus incidit in pœnam falsi. Et idé iudicium est de alijs casibus similibus, libro 3. controuers. 8. num. 45. fol. 330.

Fatalia restringere, non est legum auctoritatem mitigare, lib. 3. contr. 16. nu. 21. fol. 369. ¶ Et liberum est litigantibus pacisci ne fatalia obseruentur, num. 22. ibidem.

Feudorum Domini cognoscũt de possessione & proprietate, ne diuidatur continentia causæ, lib. 2. controu. 19. num. 13. fol. 211.

Fictio naturam imitatur, lib. 2. contr. 1. num. 3.

Fideicommissa relinquuntur in bonum priuatum, nec datur in eis fauor publicus conseruandæ familiæ, qui in maioratibus inspicitur, lib. 3. contr. 14. n. 22. & 23. fol. 358.

Filius Sacerdotis, an possit per Principem secularem legitimari, lib. 2. controuer. 23. num. 57. cum pluribus sequentibus.

Filij quamuis culpa sua consumpserint quantitatẽ assignatã sibi â patre pro alimentis, an pater teneatur iterum illis aliquam quantitatem nimis moderatam pro alimentis assignare, lib. 3. contr. 20. n. 45. cum seqq. vsque ad num. 48. inclusiuè.

Firmitas authoritatis distinguitur â firmitate stabilitatis, seu permanentiæ legum, lib. 4. contr. 1. num. 35. & 36. fol. 498. pag. 2.

Fori priuilegium, an sit renuntiabile, publicum vel priuatum: & quando censeatur renuntiatum iuri publico, vel priuato. Et quando ledatur ius publicum, vel priuatum. Et plura in materia renuntiationis fori, libro 2. controuersia 21. numero 20. cum

Digitized by Google

INDEX

tum pluribus ſeqq. vſque ad nu.33. incluſiuè.

Fori priuilegium etiam Epiſcopo conſentiente renuntiari non poteſt, & quare, lib.3.controuer.20. num.49. fol.399.

Forum domicilij, an ſit ita generale & perpetuum, vt cum alijs concurrat, vel ſolum ſit alijs ſimile, libro 3.controuer.32.num.12. & 13. folio 477. & 478.

Forenſes reſpectu legum, & ſtatutorum illius loci, ad quem multoties accedunt, an â pœnis illius iuris excuſentur, libro 4.controuerſ.8.num. 3.fol.533.

Fœmina non obſtantibus quibuslibet renuntiationibus, an priuilegium habeat, *ne mittatur in carcerem*, & *ne conueniatur vltra quam facere poſsit*, lib.3. contr.25.num.9.fol.429.

Fraus præſumenda non eſt in eo qui publicum officium exercet, & multominus in Epiſcopo, Notario, Scribis, Nuntijs, Cuſtodibus, deponentibus circa ſuum officium, lib.1. contr. 6.n.50.fol.36.

Futura ſi non aliter quã cũ præteritorũ præiudicio expediri valent, an benè colligatur Principem voluiſſe præterita comprehendere. lib.5. controuer.2.n.4.fol.540.pag.2.

Futura ſubiunctiui modi in ſtatutis accipiuntur pro ſimplici futuro. lib.5. contr.3.n.3.fol.544.

G

GEnerale eſt vt in omnibus caſibus, in quibus iudices tenentur in ſententijs cauſam exprimere, expreſsionis omniſsio, neque vitiet, neque annullet ſententiam, & qui ſint caſus remiſsiuè, lib.2.contro.7. n.27.28. & 29.fol.119.

Germanicum Imperium in aliquo ſenſu dici poteſt, haberi ab Eccleſia, & magis pendet à Summo Pontifice, quam quoduis aliud Regnum, lib.2. controu.17.nũm. 39.40. & 41.folio 189.& 190.

Geſta per iudices ſeculares aduerſus clericos, ſeu aliàs exemptos, quam vim habeant, lib.3. contr.26. num.1. fol.439.

Gratificationi locus eſt, in his quæ pendent à mera liberalitate, lib. 2. controuer.8.numero. 32. & 33. fol. 127. & 128.

Gregorius Nonus Pontifex Maximus, ſuas conſtitutiones non primo, ſed vltimo loco poſt antiquiores Pontifices colocare conſueuit. lib.3. contr. 24.n.12.fol.422.& lib.5.contr.1. nu. 2.fol.537.

H

HAEretici aſſeuerant Pontifices Romanos non habere vllam iuriſdictionem ſupremam, aut gladium temporalem in Reges, aut Principes ſeculares: quorum opinio confunditur ex vſu, & conſuetudine Eccleſiæ antiquiſsima, lib.2.contr. 17.nu.2. & 3. fol.183.

Hæreticum eſt aſſerere nullam eſſe poteſtatem temporalem in Summo Põtifice.d.n.3.ibidem.

Hæreticum eſt affirmare, legem veterẽ ſeruãdam eſſe ſimul cum lege noua, lib.4.contr.1.n.33.fol.498. ¶Et multa circa præcepta moralia. Et an poſſint præcepta ceremonialia, lege lata â Principibus Chriſtianis, iterum inſtitui. n.34.ibidem.

Hypotheca an veniat ſub appellatione alienationis, libro 3.controu.13.per totam.

Hypotheca non ſolum reuocari poteſt à ſucceſſore maioratus poſt mortem hypothecantis, ſed etiam in vita ipſius, libro 3.controuerſ. 14. num.17. fol.357.

Homines tribus modis ordinantur ad agendum ex mente Diui Thomæ, quem non ſatis intellexit Soto, ſuper quo argutè diſcurrit Author, lib.1. contr. 1.n.6.fol.2.

Homi-

Digitized by Google

ALPHABETICVS.

Homines ſunt partes Reipublicæ, & proni remanſerunt in malum, relinquendique ſunt proprię volũtati, ne corruat Reſpublica, lib. 1. cont. 1. n. 8. fol. 2.

Homo liber an poſsit in pignus dari, libro 3. controuerſ. 25. num. 61. folio 435.

Homo liber maior viginti annis, an pati valeat ſe venundari, ſeu in pignus dari, lib. 3. controu. 25. num. 67. ¶ Et quid quando propter extremam neceſsitatem, num. 68. ibidem.

I

IDentitas rationis ſola, ſufficiens non eſt ad hoc, vt leges extendatur, aut amplientur ad præterita, nec ad explicandam Legiſlatorum mentẽ, quãdo in contrarium adſunt aliæ coniecturæ, lib. 5. contr. 3. num. 4. fol. 544. ¶ Et quid ſi cum rationis identitate, quæuis alia coniectura concurrat, quod voluerit Legiſlator, præterita quoque reſpicere, numero 6. ibidem.

Ignorantia iuris municipalis, & conſuetudinis, locum habet in Principe, non in ſubditis, & multa circa conſuetudinis, & iuris municipalis ignorantiam, lib. 1. controu. 9. num. 17. cũ ſequentibus, vſque in finem illius controuerſiæ.

Ignorantes craſſè dantes operam rei licitæ, an diſtinguendi ſint ab ignorantibus, qui dabant operam rei illicitæ, libro 3. controuer. 11. num. 34. fol. 346.

Ignorantiæ triplex genus proponitur, & ſingulæ eius ſpecies explicantur, lib. 4. controuer. 1. num. 7. cum pluribus ſeqq. vſque ad num. 11. incluſiuè, fol. 495.

Ignorare quemquam credendum non eſt Concilium penes illum in ſua regione actum, & celebratum, libro 4. contr. 1. n. 19. fol. 496. pag. 2.

Ignorantiæ diuerſæ aceptiones proponuntur, & cuiuſque diffinitio adducitur, & quod ignorantia aliquando importet errorem, libro 4. controuerſia. 2. numero. 10. folio. 501. ¶ Et an ignorantia ſemota malitia, vel negligentia importet aliquam culpam peccati, numero. 11. ibidem.

Ignorantia cauſalis & concommittans, quomodo diſtinguantur, lib. 4. cont. 2. n. 13. fol. 501. pag. 2.

Ignorantia probabilis ſemper excuſat, affectata nunquam, lib. 4. cont. 3. nu. 1. fol. 503. pag 2.

Ignorantia facti, & iuris in quo conſiſtant, lib. 4. contro. 3. num. 3. fol. 503. & 504.

Ignorantia præſumitur in dubio, eorum quæ conſiſtunt in facto, in eis verò quæ in iure conſiſtunt potius præſumitur ſcientia, lib. 4. contr. 3. n. 4. fol. 504.

Ignorantia probabilis, an excuſet à pœna impropria, & materiali, & an à nullitate actus remiſsiuè, lib. 4. controuerſia. 3. numero. 13. folio. 505. ¶ Et ignorantes legem ignorantia probabili, immunes ſunt abomni culpa, & liberi ab omni pœna, num. 14. ibidem.

Ignorantia probabilis, quando noceat vel non, & pœnę quando incurrantur, & quando excuſet à nullitate actus, libro 4. controu. 3. numero. 16. 17. 18. 19. & 20. folio. 505. pagina. 1. & 2. ¶ Et an probari debeat proprio iuramento, & an ſemper ſufficiat probatio per iuramentum, lib. 4. contr. 3. num. 22. fol. 506. & num. 23. 24. & 25. ibidem.

Ignorantia ſtatuti, ſeu legis municipalis, an difficilius excuſet, aut præſumatur, quam iuris communis, libro 4. controuerſ. 3. numero. 28. fol. 506. & 507.

Ignorantia proprij facti, an & in quibus caſibus excuſet, lib. 4. contro. 4. num. 1. fol. 508. ¶ Et an excuſet ignorãtia facti probalis. n. 2. ibidem. ¶ Et quid

Digitized by Google

INDEX

de ignorantia facti proprij, num. 3. 4. 5. 6. & 7. ibidem.

Ignorantia facti alieni, an excuſet à pœnis legum & ſtatutorum, lib. 4. controu. 4. num. 14. fol. 510. ¶ Et quid de ignorantia facti proprij, quomodo & quando excuſet, num. 15. ¶ Et quid de ignorantia craſſa ſeu ſupina, vtrũ â pœna legis excuſet, num. 16. ¶ Et an excuſet à dolo, num. 17. ibidem.

Ignorantiam craſſam propter latam culpam dolo æquiparari, an procedat in contractibus, & quomodo id intelligéndum ſit, lib. 4. contr. 4. nu. 19. fol. 510. pag. 2.

Ignorare nullus præſumitur, nec poteſt veroſimiliter ſibi illicitum eſſe manu propria in teſtamento ſcribere legatum, ſibi poſtea adquirendũ, & qui prætendunt ignorantiam circa alicuius edicti ſcueritatem verè ſcientes ſunt, lib. 4. contr. 4. num. 22. fol. 511.

Ignorantia affectata an à pœna legis excuſet, libro 4. controuerſ. 4. num. 27. folio 511. ¶ Et quid ſi dabat operam illicitę actioni, numero 28. ¶ Et quid ſi faciebat actum aliàs lege diuina, vel naturali damnatum, pœnam etiam probabiliter ignorans, num. 29. ibidem.

Ignorantia probabilis, an auferat voluntatem faciendi, & an in actu illicito amittat ſuam naturam, lib. 4. controuerſ. 4. numero 32. folio 512. & 513. ¶ Et an ignorantes dantes operam rei illicitæ excuſentur per ignorantiam prbbabilem, numero 33. ¶ Et quid ſi qualitas in actu illicito mutet ſpeciem, vel augeat notabiliter, num. 34. 35. & 36. ibidem. ¶ Et quid ſi volens percutere Petrum Clericum, per ignorantiam probabilem Ioannem Clericum percutiat, nu. 38. 39. & 40.

Ignorantia craſſa genericam rationem ipſius ignorantiæ participat, libro 4. controu. 5. num. 1. fol. 515. ¶ Et ignorantes à pœnis legum, ſeu ſtatutorũ excuſantur pro modo, & mẽſura ſuæ ignorantiæ, nu. 2. ¶ Et pro modo & menſura ignorantiæ pœna infligenda eſt, num. 4. ibidem.

Ignorantia craſſa diſtinguitur, an proueniat ab actione illicita, vel non, vt excuſet, vel nõ excuſet, lib. 4. cont. 5. num. 8. cum ſeqq. vſque ad num. 13. incluſiuè. ¶ Et ignorantia craſſa duplex conſtituitur à Doctoribus, altera quæ per leuem vel leuiſsimam culpam contrahitur, altera quæ culpam latam importat ad incurrendam, vel non incurrendam pœnam, numero 14. ¶ Et an ignorantia craſſa excuſet à pœna quando lex dolum requirit, numero 15. ¶ Et quid de ignorantia craſſa, quæ inſurgit ex leui, ſeu leuiſsima culpa, an excuſet â pœna irregularitatis, numero 16. ¶ Et an ignorantes per latam culpam excuſentur per talem ignorantiam, vel non, numero 17. ¶ Et quid ſi lex dolum requirat, numero 18. ibidem.

Ignorantia craſſa & affectata, an pari paſſu currant, & an pœnæ aduerſus ſcientes præſcriptæ, obtineant etiam contra ignorantes craſſè, lib. 4. cont. 5. num. 35. fol. 519.

Ignorantia quantumcumque probabilis non excuſat ab ea irregularitate, quæ propter aliquem defectum Sacramenti incurritur, lib. 4. contro. 6. num. 30. fol. 524. pag. 2.

Ignorantia iuris quando probabiliter, vel iuſtè interueniſſe oſtenditur, an perinde excuſet, ac ignorantia facti, quæ probabilis præſumitur, libro 4. controuerſ. 8. numero 2. folio 533.

Ignorantia regulariter minimè excuſat in illis quæ homines ſcire poſſunt & debent, non modo ſi ſint iuris naturalis, & diuini, ſed neque etiam iuris humani, lib. 4. controu. 8. num. 7. fol. 534.

Impo-

Digitized by Google

ALPHABETICVS.

Impotentia ad exequendum intelligitur de impotentia iuris, lib. 1. contr. 5. n. 21. fol. 17.

Immemorialis quando in vim præscriptionis opponitur, non admittitur malę fidei probatio: secus si allegetur in vim priuilegij, lib. 2. contr. 20. nu. 53. fol. 225.

Imperatores & Reges an possint in arrogationibus, & legitimationibus, non subditorum sua decreta, interponere, libro 2. controu. 23. num. 68. fol. 254.

Imperio vacante an eius gubernatio ad Romanum Pontificem pertineat, libro 3. contr. 23. num. 18. fol. 416. pag. 1. & 2.

Imperio vacante an ad Summum Pontificem appellari possit, vt gubernatorem temporalem, lib. 1. contr. 14. n. 34. ¶ Et quid in alijs Regnis vacãtibus, num. 35. ibidem.

Inferiores à Principe cauere non possunt, quod ipsorum statuta ad præterita extendantur: nec si caueant extendenda erunt, lib. 5. contr. 4. nu. 2. fol. 546. & 547.

Inferiores à Principe an præterita irritare possint, & cauere suis statutis, vt ad illa quoque extendantur, libro. 5. controuer. 4. numero 4. folio 547.

Inferiores mandata Principum exequi tenentur, & satis est, statutũ, vel legẽ ita scriptam esse. Aliâs sequerentur inconuenientia non leuia, lib. 1. controu. 5. n. 9. fol. 15.

Incorregibiles an sint relaxandi, lib. 3. contr. 31. num. 44. fol. 475. ¶ Et clerici incorregibiles sunt, nõ solum per delicti iterationem: sed per perseuerantiam, & impœnitentiam in eodẽ, num. 45. ibidem.

Iniuriam alteri inferens quid resarcire teneatur, lib. 3. controu. 21. num. 40. & 41. ¶ Et an aliquid præter damna & impensas, & an in vtilitatem animæ. Et vtrum hæredibus mortui omninò satisfacere teneatur, nu. 42. fol. 404. & 405.

Iniurias relaxare pium & religiosum est, libro 3. controu. 21. num. 2. folio 400.

Innocentij elegantissima verba adducuntur, ad probãdum leges ante promulgationem & promulgationem ligare ignorantes, lib. 4. cont. 2. nu. 7. fol. 500.

Inquisitores toties quoties viderint expedire, etiam post sententiam definitiuam, rectè possunt pœnas minuere, mitigare, vel mutare. Et hodiè talis potestas delata est ad solũ Illustrissimũ supremũ generalẽ Inquisitorẽ, qui liberè potest cũ miserabilibus reis pœnitentibus dispensare, lib. 2. controuersia 7. num. 31. & 32. folio 120.

Inquisitores speciali priuilegio propria authoritate, & per suos ministros capere possunt laicos, libro. 3. controuers. 30. num. 19. folio 465. ¶ Et an præcisse requiratur ad vsum iurisdictionis Ecclesiasticæ, quod propria authoritate per suos ministros suas exequantur sententias ad vtramque partem differitur, num. 21. cum pluribus seqq. ibidem.

Inquisitores an procedere possint contra iudices laicos si remissius agant cum hæreticis sibi relictis. Et an ipsimet seculares iudices sic remissius agentes incurrant excommunicationem à iure præscriptam, contra non exequentes mandata dominorum Inquisitorum, libro 3. controuersia 31. num. 37. cum sequentibus, vsque ad numerum 40. inclusiuè.

Instrumento notarij publici non creditur sine testibus, lib. 1. controu. 6. num. 4. fol. 30.

Instrumentum publicum, & litteræ authenticæ, habentes sigillum authenticum, æquiparantur in iure, libro. 1. contr. 6. num. 24. fol. 33.

INDEX

Inſtantia decurſa, ſententia poſtea lata ipſo iure nulla eſt,lib.3.contr. 16.nu. 10.fol.367.

Interpretatio adducta â Dominico de Soto ad legem non omnium.ff.de legibus,rejcitur,lib.1.contr. 4. nu.10. fol.10.

Interdictum *vt laici non poßint tractare Eccleſiaſtica negotia*, an habeat locum in poſſeſſorijs beneficiorum, & de ſubiecto immediato cauſarum poſſeſsionis & proprietatis. Et quomodo circa vnam & eandem rem diuerſæ exoriantur lites:& diuerſæ actiones,lib.2.contr.19. num. 5. & 6. fol.210.

Interdictum, *vnde vi*, quatenus publicam cauſam attingit remitti non poteſt,lib.3.contr.21.n.2.fol.400.

Interdictum *de negotijs Eccleſiaſticis, á laicis non tractandis*, iudices comprehendit,non perſonas priuatas iuriſdictionem non habentes : libro.2. contr.18.num.8.cum ſeqq.vſque ad num.14.incluſiuè,fol.203.& 204.

Irregularitas ſine peccato conſtituitur in perſona publica,imò cum merito, lib.3.cont.11.n.4 fol.341.pag.2.

Irregularis non erit qui ex ferro furto ſubblato enſem fabricauerit, & vendiderit,cum quo homicidium factũ eſt.n.5.¶Et irregularitas incurritur, ſi ex actu quoquomodo prohibito, etiam contingenter homicidium ſequutum fuit,num.7. ¶Et ob mutilationem, aut occiſionem, num.8. ibidem.

Iudici neque ipſimet Ordinario, aut ipſius viuæ voci,multoties in iure non creditur, in fraudem & præiuditium aliorum, lib.1.contr.6. nu.7.fol.30. & 31.

Iudices Eccleſiaſtici,deficiente iure Canonico, ad quodnam ius recurrere debeant,lib.2.contro.9. nu.6.7.& 8. fol.130.& 131.

Iudices etiam inferiores, an habeant poteſtatem coarctandi,& extendendi tempus, & dilationes á iure aſsignatas.& multa circa reſtrictionem & prorrogationem dilationum, lib.2. contr.10.nu.4.cum pluribus ſeqq.& per totam.

Iudices ſeculares etiam contra clericũ adiri poſſunt,& debent, ſi Eccleſiaſtici requiſiti iuſtitiam exhibere recuſauerint contra clericos,nec res moram patiatur,lib.2.contr.15.num.16. & 17.fol.173.

Iudices laici an cognoſcere poſsint de poſſeſſorijs ſpiritualium rerum,& an poſſeſſoria beneficiorum ſpiritualia ſint,vel prophana,lib.2. cont.19.nu. 7.cum ſeqq.vſque ad num.12.incluſiuè,fol.210.& 211.

Iudices rerũ fidei procedunt contra clericos, monachos,& moniales poſt ſolemnem profeſsionem matrimonium contrahentes,tanquam contra perſonas de hæreſi ſuſpectas,libro.3. contr.19.n.63.fol.389.

Iudices ſeculares vtrum ſemper nõ ſui, & improrrogabiles maneant reſpectu clericorum,latè diſcutitur, lib.3. controu.26.á num.17.cum pluribus ſequentibus.

Iudices ſeculares an ſtatim exequi debeant Dominorum Inquiſitorũ ſententias & mandata, lib.3.contr.31.n. 8.& 9.fol.470.

Iudices ſeculares an poſsint immutare pœnas contra hæreticos relaxatos à iure præſcriptas,& ſi faciant,an legitimi Superiores in eos animaduertere poſsint,lib.3.contro.31. num.41. fol.474.pag.1.

Iudicibus laicis quando integrum ſit defendere ſuam iuriſdictionem, & turbantes,ac impedientes,etiã clericos debitis modis cohibere, libro.3. cont.33.n.47.fol.488.

Iudex laicus an clericum coram ſe falſum teſtimonium dicentem, punire poſsit,& Eccleſiaſticus laicum,lib.3. contr.22.n.7.fol.407.

Iudex ſecularis an poſsit in cauſa Eccleſiaſtica

Digitized by Google

fiaſtica incidente partem interroga-re,& ea confitente iudicare in ordi-ne ad cauſam principalem,lib.3.con trou.26.n.51.fol.445.& 446.

Iudex ſecularis vtrum in eum finẽ cog-noſcere poſsit de crimine clerici, vt eum à teſtimonio repellat, ad vtran-que partem differitur,lib.3.controu. 28.num.1.cum pluribus ſeqq. & per totam.

Iudex laicus iudicans de temporalibus clericorum,an poſsit per ſuos mini-ſtros executionem facere,lib.3.con-trou.30.n.17.fol.465.

Iudices tenentur eneruare ſupplicia ex cauſa ſi viderint expedire,lib.4.con-trou.5.n.3.& 4.fol.515.

Iudicem in quem cõſentit clericus,eſſe ſecularem,vel eſſe Eccleſiaſticum,& non interueniſſe licentiam proprij Epiſcopi exequantur inter ſe, lib.3. contr.26.n.4.fol.440.

Iudices nullum omnino arbitrium ha-bent,vbi certa pœna lege præſcribi-tur,referuntur diuerſæ ſententiæ. Et an & in quibus caſibus poſsint auge-re,vel minuere pœnas.Et an in legi-bus diſpenſare valeant, lib.2. contr. 5.num.1.cum ſequentibus, vſque in finem.

Iudicans de principali acceſſoria, & in-cidentia diffinit,lib. 3. contr. 29.nu. 46.fol.460.

Iudicandi poteſtas ad ius publicũ perti net,lib.3. contr.3. num. 22. fol.304. pag.2.¶Et ius publicum verſatur in legibus pœnalibus & odioſis,nu.23. ¶Et in vindicandis delictis,num.24. ¶Et in Senatus Conſulto Macedo-niano,num.25.¶Et in legibus locu-pletantibus ſubditos cum aliena ia-ctura,num.26.¶Et in legibus, præſ-criptiones inducentibus,nu.27.¶Et in legibus odium cõtinentibus qua-rum vtilitas per prius in ipſa commu nitate quam in membris inuenitur, num.28.ibidem.

Iuditium extraordinarium Inquiſitio-nis,an reijciat pœnam ordinariam,& liceat in illo aliã pro arbitrio impo-nere. Et an in tali iudicio locus ſit pœnæ ordinariæ.Et differentia ſit in hac parte inter ius Canonicum, & Ciuile.Et de diffinitione Inquiſitio-nis referuntur diuerſæ ſententiæ. Et multa notatu digna adducuntur, lib. 2.contr.6.á num.1. cum ſeqq. vſque in finem.

Iuditium extraordinarium ſit, vel ordi-narium,non eſt differentia in attro-tioribus & deteſtandis criminibus. Et an vtrobique imponi poſsit pœ-na ordinaria,lib.2.controu.6.nu.29. fol.112.

Iuditium accuſationis & Inquiſitionis, an diſtinguãtur quod attinet ad in-iungendam pœnam ordinariam, vel extraordinariam.Et an in iuditio In quiſitionis, ob delinquentis exceſ-ſum,& grauitatẽ criminis,liceat pœ-nam ordinariam imponere,lib.3.cõ-trou.29.num.52. cum ſeqq.vſque ad nu.57.incluſiuè,fol.461. pag.1. & 2.

Iuditio facto locus non erit diminutio-ni pœnæ,lib.2.contr.7. num.30.fol. 119.& 120.

Iuditiorum nomine, ſecularia dumta-xat continentur. Et ſub ſimplici ap-pellatione iudicum,ſoli ſeculares in-telliguntur,lib.2.contr. 14. num.24. fol.167.& 168.

Iuriſdictio quatuor modis adquiri & minui poteſt,lib.2.contr.1. num.74. fol.72.& 73.

Iuriſdictio quibus modis communica-tur minoribus Magiſtratibus, ibidẽ.

Iuriſdictionis quaſi poſſeſsio adquiritur abſque ſcientia Principis,lib.2.cont. 26.n.15.fol.266.

Iuriſdictio tẽporalis Prælatorũ prorro-gari poteſt per laicos,lib.3.cont.22. n.35.fol.410.pag.1.& 2.

Iuriſdictionis quaſi poſſeſsio, an ſcien-tiam Principis requirat,lib. 3. contr. 24.n.37.¶Et an præſcriptione acqui ri poſsit,num.38.

Digitized by Google

INDEX

Iurisdictionis defectus equè annullat proceſſum,ac cõfeſsionem apud incompetentem factam. Et an iuditialis exiſtat,lib.3.controu.26. num.39. fol.344.

Iurisdictionis contentione excitata inter duos iudices quiſnam iudicabit, lib.3.cont.33.num.2.fol.482. pag.2. ¶ Et quid ſi vnus ſit Eccleſiaſticus,& alter ſecularis , num. 3. ¶ Et quid ſi alter Conſeruator ad aliquam cauſam electus,alter Ordinarius Eccleſiaſticus,num.4. ¶ Et quid de Conſeruatoribus Vniuerſitatum, num.5. 6.7.& 8.ibidem.

Iura aientia diffiniendas eſſe cauſas ſecundum ius, comprehendunt etiam leges ſeculares & ciuiles,lib.2. cont. 18.n.33.fol.208.

Iura & ſolemnitates quæ introducuntur in fauorẽ partium, facilè per partes remitti valent,lib.3.cont.4.nu.5. fol.306.pag.2.

Iure Canonico deficiente, recurrendũ non eſt ad ius Regium in puncto iuris,ſed in praxi ad ius Regium recurri debebit,lib.2.contro.16.num.13. fol.179.& 180.

Iurium incorporalium præſcriptio, an requirat ſcientiam,& pacientiã Principis , lib. 3. controu. 24. num.39.& 40.fol.426.

Iuramento ſtante per quod conſtitit de ignorantia probabili, an neceſſario præſumenda ſit probabilis ignorantia,lib.4.cont.4.n.8.fol.509. & num. 9 10.& 11.ibidem.

Iuramentũ promiſſorium ſi quis tranſgrediatur circa materiam grauẽ,peccabit mortaliter,lib.3.cont.11.num. 28.fol.344.& 345. ¶ Et omnis falſa iuratio ſcienter facta mortalis culpa erit,nu.29.¶ Et iuramẽti liciti tranſgreſsio in materia leui, venialem ſolum culpam includit. Et ſingula crimina attenuantur per materię leuitatem,num.30.ibidem.

Iuramentum calumniæ an remitti poſſit,lib.3.cont.18.num.19.& 20.

Iuramentum,remedium ſubſidiarũ eſt, in defectum aliarum probationũ , & non aliter,nec ſine neceſsitate,lib.3. contr.19.nu.15.fol.383.& 384. ¶ Et iuramentum an recuſari poſsit,ex eo ſolum quod quis intentionem fundatam & probatam habet,num.16.& 17.ibidem.

Iuramenti comites proponuntur , & quæ requirantur, ad hoc vt iuramentum à iudice parti deferatur,libro 3. controu.19.num.37.¶ Et quid de illis qui temerè& ſine cauſa iurant,nu. 38. ¶ Et iuramentum non niſi ex neceſsitate ſubeundum, num. 39. ¶ Et non immeritò Plato expreſſe prohibuit iuramentum litigatoribus deferri,num.41.ibidem.

Iuramentum quodcunque an obliget in cuius implemento nullum reperitur peccatum, lib.3.contr.21.nu. 14. 15.& 16.fol.401.pag.2.

Iuriſconſulti , & Sancti Patres , magis legem deſcripſerunt , quam diffinierunt,lib.1.cont.1. num.14. fol.34.

Iuriſconſulti, Tribuni plebis , & Prætores ſuas leges ediderunt , quæ ex approbatione Regum Hiſpaniæ in quibus nõ inueniũtur correctæ,veræ leges ſunt,lib.1.contr.1.n.11.

Iuriſconſultorum tempore,Reipublicæ adminiſtratio,& cura populi ad Senatum pertinebat, lib. 2. controu.12. num.13.

Iuriſconſulti an potuerint leges ferre, & quam poteſtatem habuerint. Et vtrum eorum reſponſa parendi neceſsitatem induxerint. Et plura in materia,lib.2.contr.29.num.6. cum ſequentibus,vſque ad num. 15. incluſiuè.

Ius non tantum præſumit illum qui ſe immiſcuit videri ea conditione adire, vt tota onera hæreditaria ſubiret : ſed id diffinit tanquam certum & infalibile , lib.4.controu.8. nu.17. fol.535.

Ius

Digitized by Google

ALPHABETICVS.

Ius ſcriptum & ęquitas quomodo oppo nantur inter ſe. Et multa de iure ſcrip to, ſeu ſtricto rigore, lib. 1. contro. 8. num. 12. cum ſequentibus, vſque in finem.

Ius Canonicum an ſeruandum ſit in tẽ rris Eccleſię, inter ſeculares, & quod-nam ius ſit obſeruandum inter illos. Et quid quando laici conueniuntur à clericis, lib. 2. contr. 17. n. 101. 102. & 103. fol. 198. & 199.

Ius antiquum capituli, *is qui fidem*, v-trum illeſum manſerit poſt Conciliũ Tridentinum, latè controuertitur, lib. 3. cont. 15. num. 25. cum ſequen-tibus, vſque ad numerum 42. inclu-ſiuẽ.

Ius Patronatus quacũque legitima pro batione poterit probari, præſertim poſſeſsionis immemorialis, lib. 2. cõ-trou. 20. num. 32. fol. 222. ¶ Et an vbi adeſt pręſumptio iuris & de iure, alię omnes probationes contemnendæ ſint, vel admittenda probatio imme-morialis, num. 33. 41. & 42. ¶ Et an re probata conſuetudine intelligendũ ſit vt adquiſitio, non vt probatio, ibi-dem, & num. 34. 35. & 36. ¶ Vbi vtrũ aduerſus probationem ex immemo-rialĩ admittatur alia probatio. Et ex immemoriali poſſeſsione non reſul-tare præſumptionem iuris & de iure, num. 37. ¶ Et iura quæ admittũt pro-bationem ex immemoriali, non ex-cludere probationẽ oppoſitam, nu. 38. ibidem.

Iuſsio Principis duplex eſt, altera quæ nulla præcedẽte dilatione dimanat, de qua intelligitur locus Baldi. l. nec damnoſa. C. de precibus, Imperat. offer. Alia quæ ſequitur poſt primam quando Princeps certior negotij fa ctus, adhuc idem præcipit, à qua non licebit ſupplicationem interponere. â prima autem quæ dicitur motus proprius, vtique ſupplicare licebit, libro 1. controuerſ. 5. num. 22. & 23. fol. 18.

Iuſsio nec prima, nec ſecunda, nec ter-tia poteſtatem præcludit ſuperſeden di, & ſcribẽdi, niſi emanauerit à Prin cipe iam inſtructo de negotij qualita te, ibidem. n. 24. fol. 18.

Iuſsio ſecunda ſimplex, diſtinguitur ab illa ſecunda iuſsione, quæ dimanat â Principe iam inſtructo, lib. 1. cont. 5. n. 69. fol. 26.

Iuſsio ſecunda Principis ob iuſtam cau ſam ſpectanda erit, & licebit execu-tionem poſtponere, in mandatis affir matiuis, & negatiuis, ſine vlla diffe-rentia, lib. 1. controu. 5. numero 74. fol. 26.

Iuſtitia commutatiua quomodo conſti-tuat ęqualitatem, & ad reſtitutionem obliget, lib. 5. cont. 1. n. 4. fol. 537.

Iuſtitia legum humanarum non ex ra-ro contingentibus, ſed iuxta ea quæ frequentius accidunt, attendenda, & examinanda eſt, lib. 1. contr. 2. nu. 5. fol. 5.

Iuſtitia legis non eſt attendenda reſpe-ctu alicuius particularis euentus, lib. 2. contr. 5. n. 25. fol. 102.

Iuſtum ciuile quid ſit declaratur, lib. 1. contr. 4. n. 7. fol. 9.

L

LAici an principaliter & incidenter de rebus ſpiritualibus cognoſcere poſsint: & de prorrogatione vtriuſq; iuriſdictionis, ac de natura inciden-tium, & de habilitate, & incapacitate iudicum ad vnam, vel alteram cau-ſam, nec non de iuriſdictione tempo-rali & Eccleſiaſtica, & de iuris & fa-cti quęſtionibus, multa referuntur, & agitantur, lib. 2. contt. 22. per totam. ¶ Vbi nonnulla de teſtibus clericis, falſo teſtificantibus coram iudicibus ſecularibus, & ſpeciatim de quæſtio-nibus facti hęreſis, & matrimonij, ibi-dem.

Laici per viam compromiſsi vtrũ præſ-tare valeãt, quæ minimè poſſunt per contẽtioſam iuriſdictionem. Et mul-ta de iudicibus arbitris, an teneantur ad

Digitized by Google

ad obſeruantiam ordinis iuditiarij. Et an comprehendantur cõpromiſſa ſub prohibitione tractatus rerũ Eccleſiaſticarum. Et an clerici ante Cõcilium Lateranenſe potuerint compromittere in laicos,lib.2. contr.23. num.1.cum ſeqq. vſque ad num. 12. incluſiuè.

Laici in iudicio,& extraiudicium poſſunt ſpiritualia tractare procuratorio nomine,lib.2.cont.23. num. 46. fol. 251.pag.2.

Laici an ciuiles & criminales cauſas ex Pontificia commiſsione tractare valeant, lib.2. contr.24.n.1. fol.256.

Laici à quibus petitur auxilium ad exe-cutionem ſententiæ, re vera nõ ſunt iudices,ſed meri executores, qui nõ poſſunt de cauſa cognoſcere. Et an poſsint proceſſum requirere, lib.3. contr.31.n.10.fol.470.

Laicorum nomine quæ perſonę intelligantur,& an ſub verbo,*laici*, comprehendantur clerici coniugati, lib. 2. cont.24.num.2.& 3.fol.256.

Laicos non poſſe præſcribere iuriſdictionem Eccleſiaſticam referendum eſt ad ius poſitiuum, quod non tollit vt eandem ex delegatione valeant exercere,lib.2.controu.24.num.24. fol.259.

Laicus non poteſt punire clericum,falſo apud ipſum teſtificantem quamuis poſsit cognoſcere,vt eum repellat á teſtimonio, lib. 3. controu. 28. num.10.11.& 12.fol.452.& 453.

Lapſus duorum menſium ad legis obligationem an requiratur,lib.4.cõtrou.2.n.17.fol.502.

Lata culpa ad craſſam ignorantiam ſpectat,& dolo æquiparatur. Et quando quis ex dolo, & malitia delinquit in totum pœnã ſuſtinere debet, lib.4. cont.5.n.6.fol.515.

Laudemij ceſſatio non impedit quominus ſuper emphiteuſi maioratus cõſtitui poſsit,lib.3.cont.12. n.16.cum pluribus ſequentibus.

Legis diffinitio ſecũdum Iſidorum, lib. 1.contr.1.n.1.fol.1.

Lex diuerſimodè diffinitur ab Iſidoro, & alijs qui referuntur,ibidem, nu.2. fol.2.

Lex actus voluntatis eſt, & ſic diffiniri debuit per actum voluntatis, ibidẽ, num.3.fol.2.

Lex nõ eſt ordinatio rationis, vt voluit Iſidorus quod probatur ex eo, quia multæ ſunt leges ab æquitate deuiantes,ibidem.n.4.fol.2.

Legis virtus coertionẽ ſubditorũ complectitur,ex quo colligitur non eſſe ordinationem rationis,lib.1.contr.1. n.5.fol.2.

Legis Ethimologia traditur,lib.1. controu.1.n.8.fol.2.

Legis diffinitio,& omnes eius particulæ explicantur adductis duobus actibus communibus intellectui, practico,& ſpeculatiuo,lib.1.cont.1. nu.9. fol.2.

Lex eſt actus intellectus practici, non ſpeculatiui,lib.1.contro.1. num.10. fol.3.

Legis promulgatio omninò neceſſaria eſt,lib.1.cont.1. n.13.fol.3.

Lex Regis,ſeu Principis, quare placitũ appelletur,aliorum Legiſlatorũ non ita,lib.1.cont.1.n.16.fol.3.

Legem poſſe deuiare ab æquitate quomodo intelligendum ſit,lib.1. cont. 1.n.17.fol.4.

Lex omnis præceptum includit, cuius ratio traditur,lib.1.contr.1.num.18. fol.4.

Lex non poteſt nec debet deuiare á rectitudine rationis,lib.1. contr.2.n.1. fol.4.

Lex humana deriuatur á lege ęterna, ex quo deducitur,nullam eſſe legẽ, quæ deflectat á rectitudine rationis, lib.1.cont.2.n.2.fol.4.

Legem à ratione deuiare duobus modis contingere poteſt quos explicat Author,lib.1. controuerſ.2.num.3. fol.4.

Leges

ALPHABETICVS.

Leges & humana iura mutantur, ſecũdum varias temporũ viciſsitudines, lib.1.contr.2.n.4.fol.5.

Lex non poteſt peræquè actus humanos comprehendere, ibidem.

Legum humanarum iuſtitia iuxta ea quæ frequentius accidum attenden da & examinanda eſt, lib.1. contr. 2. num.5.fol.5.

Lex non ceſſat etiam ſi ceſſet eius ratio, lib.1.contr.3.n.2.fol.6.

Lex quandoque nocumentum affert ſubditis quantũ ad adquirenda, quãdoque quantum ad adquiſita, lib.1. contr.3.n.4.fol.6.

Lex nociua circa iam adquiſita ceſſat, eius ratione ceſſante, non ita quãdo infertur nocumentum lucro futuro, & circa nondum adquiſita, lib.1.con trou.3.n.5.fol.6.

Leges contra pietatem quæ impediunt actus virtutis nullam habent vim obligandi, lib. 1. controu.3.num. 13. fol.7.

Lex Euangelica & naturalis, ſemper & vbique iuſtæ ſunt, nec latum vnguẽ deuiant ab omnimoda æquitate, nõ ſic aliæ leges, lib.1. controu. 3. num. 18.fol.8.

Lex ad hoc vt obliget in communi requiritur quod ſit rationabilis, vt autem obliget in particulari, ſufficit ſic ſcriptam eſſe, libr. 1.contr.4. num.8. fol.10.

Leges, pragmaticæ, & conſtitutiones, quæ ſola Principis voluntate nituntur, videtur ſufficere quod ignoteſcãt vaſſallis, & an poſsint ab illis ſupplicationem interponere, lib.1.controu.5.n.1.fol.13.

Lex approbat Ordinarios ad ſcribẽdas & ſigillandas litteras in his que ad ip ſorum ſpectant officium, lib.1.contr. 6.n.36.& 37.fol.34.

Leges eſſentialiter præceptum continent, libro 1.controu.7.num.1.folio 41.& 42.

Leges an ſit neceſſarium quod præceptum contineant: & an reperiantur plures leges de conſilio, & plurima circa conſilium, præceptum, & permiſsionem, lib.1.contr.7.n.2.cum ſequentibus, vſque ad finem illius controuerſiæ.

Leges præcipientes obſeruari contractus, metu, vel dolo geſtos, iuſtiſsimæ ſunt, & vtiliſsimæ, & multa de obſeruantia contractuum metu vel dolo geſtorum, lib.1.cont.8.num.14.cum ſequentibus, vſque in finem illius controuerſiæ.

Leges cõſiſtunt in intellectu Principis, lib.1.contr.9.n.19.fol.53.

Lex an habeat vim obligandi ante quã promulgetur, & multa circa materiã promulgationis legis, lib.1.cont.10. n.1.2.3.4.& 5.fol.54.& 55.

Lex naturalis ſtatim ab Adamo creato cœpit obligare, lib.1.cont.10.nu.18. fol.57.

Leges & ſtatuta condere ad ſolas communitates, earumque Gubernatores ſpectat, & idem iudicium eſt de communitatibus inferioribus, lib.2.controu.1.n.4.& 5.

Legis præcipuum atributum eſt, vt feratur ab habente poteſtatem, atque ideò inter ſubditos, & neque Pontifex in temporalibus, neque Rex in ſpiritualibus ſtatuere poſſunt, qui ſi metas exceſſerint ſuæ poteſtatis ab eis geſta viribus non ſubſiſtent, lib. 2.cont.1.n.65.& 66.fol.71.

Leges ſeculares, an de rebus ſpiritualibus diſponere poſsint, pro vna & altera parte differitur, lib. 2. controu. 13.per totam, fol.156. vſque ad 162, incluſiuè.

Leges ciuiles inhibentes matrimonia pœnis adiectis, validæ ſint necne, & quam obligationem producant, lib. 2.controu.13.num.6. cum ſeqq. vſque ad num.16.incluſiuè, folio 157. vſque ad 159.

Leges ciuiles rectè potuerunt matrimonium raptæ cũ raptore interdicere, & pœnas

Digitized by Google

& pœnas imponere transgredientibus, lib.2.cont.13.n.33.fol.162.
Leges ciuiles circa temporalia clericorum validæ sint necne, latissimè disseritur, lib.2.cont.14.per totam.
Leges circa temporalia clericorum invalidæ sunt, etiam si clericis & Ecclesijs fauorabiles sint: & an sit cõstituenda differentia in hac parte inter leges Imperiales, & alias leges particulares laicorum, lib.2.cont.14. nu.25. 26.& 27.fol.168.
Leges inhibentes alienationem rerum immobilium in personas Ecclesiasticas validæ sint necne, lib.2. cont.15. n.2.& 3.fol.170. & per totam illam controuersiam.
Leges ciuiles clausæ in corpore iuris, si canones in materia deficiant, an obtineant & vim habeant in foro Ecclesiastico, lib.2. contr.16. nu.3.cum seqq.& per totam.
Leges ciuiles, fauorabiles & odiosę quę sint, & quomodo distinguantur, lib. 2.controu.16.num.6.cum seqq. vsq; ad num.9.inclusiuè, & deinceps, nu. 10.ibidem.
Leges ciuiles cuiusque Regni, deficientibus Canonibus, potius quam leges Romanorum in foro Ecclesiastico seruandæ sunt, lib.2.controu. 17.nu. 112.vsque ad 116.inclusiuè, fol.200.
Leges seculares disponentes circa decisionem hæresis, vel tantisper offendentes decreta Pontificum, nihil valebunt, neque erunt obseruandæ: si verò pœnas augeant, recipiéndę sunt, lib.2.contr.18.n.12.fol.208.
Lex prohibitoria cõsuetudinis & prescriptionis immemorialis, in quo fundetur, libro 2.controu.20.num.12. fol.219.
Leges & Doctores dicentes, consuetudinem immemorialem vim legis priuilegij, seu tituli habere, adamussim explicantur, lib.2.contr.24.n.25.fol. 259.pag.2.
Lex nec de incertis, nec de subdubio existentibus esse potest, lib.2. contr. 29.n.17.fol.282.
Leges de vna tantum persona in diuino ferri possunt, dummodò in præsens tempus concipiantur, lib.3.con trou.1.n.57.fol.295.pag.2.
Leges de minoribus, viduis, & alijs miserabilibus personis, quemadmodum legum authoritatem sortiantur, lib. 3.contro.1. num.64. remissiuè, folio 296.pag.2.
Lex inualida ob defectum boni publici, an substineri valeat in vim alterius dispositionis, lib.3.contro. 2. num.1. fol.297.
Leges quæ in odium certarum personarum feruntur validæ sint necne, lib. 3.contr.2.num.5.cum seqq.vsque in finem controuersiæ.
Legis iniquitas nunquam transit in rem iudicatam, lib. 3.controu.2.num.12. fol.299.
Legum potestas tanta est, vt substantialem formam, seu solemnitatẽ vniuscuiusque actus intra suum Imperium possint immutare, lib. 3. contr.4. nu. 12.fol.307.pag.2.
Lex prohibens testamentum fieri filio præterito, remissibilis est per filium cuius interest, lib. 3.controu.5. nu. 3. fol.311.pag.2.¶ Et si inducat solemnitatem aliquam pro forma censetur habere clausulam decreti irritantis, num.4.ibidem.
Lex prohibens transactionem super alimentis, irremissibilis est per partes, quamuis non habeat clausulã decreti irritantis, lib. 3.contr.5.nu. 16. fol. 313.¶ Idem de lege prohibente circa defensionem in criminalibus, numero 17.¶ Idem omninò de legibus prohibẽtibus actum tanquam bonis moribus cõtrarium, quæ nullatenus remitti poterunt.n.18.ibidem.
Lex lata per Principem, non poterit à communitate relaxari, secus si Princeps solum confirmauerit statutum, lib.3.contr.6.n.3.fol.314.pag.2.

Lex

ALPHABETICVS.

Lex quando factum aut effectum prohibet,& quando vtrumque ſimul, & quæ ſit diſparitas in vtriſque, lib.3. contr.7. num.5. cum ſeqq. vſque ad num.8.incluſiuè.

Leges,aut canones aliquando,& ſæpenumerò etiã ſolius circũſtantiæ accidentalis ratione actũ ita prohibent, vt ſola prohibitio ſufficiens ſit,vt irritum & nullum iudicetur, quidquid in contrarium actum fuerit, libro.3. contr.7.n.20.fol.321.¶ Et quid quãdo prohibitio tendit in ſubſtantialia, num.24. ¶ Et quid quando leges de accidentalibus agunt, num.25. ¶ Et ea quæ facti ſunt, pro infectis haberi non poſſe,num.26. ¶ Et quid de actibus affirmatiuis,aut negatiuis, bonum commune ſubditorum intendentibus,num.28. ¶ Et de potentia legis ad annullanda geſta in contrarium,num.29. ¶ Et de prohibitione ſimpliciter abſolutè, & in vniuerſum actum directa,an valeant geſta in cõtrarium,non obſtãte adiectione pœnæ,num.31.ibidem.

Lege diuina prohibetur violato ſimplici voto caſtitatis,aut religionis,interim nubere,lib.3.controu.7. num.3. fol.318.

Lex ex ſola mente Principis illam condentis caſum omiſſum poteſt comprehendere,lib.3.contro.9. num. 2. fol.331.¶ Et in aliquibus caſibus ſola volũtas, nutu, vel aliquibus ſignis, aut coniecturis declarata ſufficit,nu. 3.ibidem.

Lex quidquam concedens, vel prohibens comprehendit omnia illa, quæ ex prohibito, vel conceſſo ſequuntur,tanquam à cauſa proxima, lib.3. contr.9.n.5.fol.331.pag.2.

Lege,vel conſuetudine, an fieri poſsit, vel induci,vt vnius teſtimoniũ ſufficiat:& quod duobus,vel tribus teſtibus fides non adhibeatur, ſed plures requirantur:& quod perſonis publicis integra adhibeatur fides, libro.3. contr.19.num.23.cum ſeqq.

Lex Euangelica nullum continet præceptum quod non ſit naturale, ſi excipias quæ pertinent ad Articulos & ad Sacramenta, lib.3.contr.19.n.69. ¶Et Chriſtus domus in Euangelio, nulla conſtituit præcepta ceremonialia,aut iudicialia, nu.70.¶ Et quid de authoritate illa Euangelij, *in ore duorum, vel trium,&c.* num.71.72.& 73. ibidem.

Lex de ſuſcipiendo Baptiſmo, non ſtatim,ſed poſt Chriſti Domini paſsionem obligauit,lib.4.contr.1.num.2. fol.494.pag.2.¶ Et leges tunc confirmari dicuntur, quando moribus vtẽtium comprobantur, neque antea vim ſuſcipiunt obligandi,numero.3. ibidem.

Leges quando obligare incipiant,& de ipſarum promulgatione,lib.4.contr. 1.n.4.5.& 6.fol.494.pag.2.

Leges Imperatoriæ,& aliorum Principum conſtitutiones,in quo differant quo ad promulgationem, & vim obligandi, lib.4. controu. 1. num.26. fol.497.

Leges reuocatoriæ priuilegiorum, ſeu gratiarum,an ſtatim poſt promulgationem in Curia ſuam vim obtineãt, lib.4.contr.1.n.29.fol.497.

Leges quæ non recipiuntur expedit vt abrrogentur,lib.4.contr.1. num.36. fol.498.

Leges,ſeu cõſtitutiones, an ſtatim poſt promulgationem ligent ignorantes, lib.4.contr.2.n.1.fol.499.pag.2.

Leges, ſeu Principum conſtitutiones, an ligent etiam ignorantes, quando habent clauſulam Decreti irritantis,& quid operetur talis clauſula quoſque effectus producat, lib. 4.cont.2.n.3.4.5.& 6.fol.500.

Leges pœnales quoad ſuas pœnas, an obligent ignorantes, lib.4. contr.2. n.15.& 16.fol.501.& 502.

Leges, aut Principum conſtitutiones, priuilegia conſtituentes, & ſi Decretum

Digitized by Google

INDEX

tum irritans non habeant, ligabunt ignorantes, lib.4.contro.2. num.18. fol.502.

Leges in quibus ignorantia reperitur, aliæ neceſſariæ ſunt generaliter, & abſolutè, aliæ reſpectu cuiuſque particularis, lib.4.contr.3.nu.6.fol. 504. ¶ Et quænam differentia verſetur inter præfata duo legum genera, quo ad ſcientiæ, vel ignorantiæ præſumptionem, num.7.& 8. ¶ Et an legũ ad officium vniuscuiuſque pertinentiũ, præſumatur ſcientia, vel non, num.9. ¶ Et in legibus priuatũ vniuscuiuſque ſtatum reſpiciẽtibus, quæ & qualis promulgatio ſufficiat, numer.10. ibidem.

Legum diuerſa genera ſubijciuntur. Et vniuscuiuſque differẽtia aſsignatur, quod attinet ad pœnarum excuſationem, vel vt incurrantur, lib. 4. contr. 6.num.11.& 12.fol.522.

Leges & conſtitutiones Principum futuris certum eſt dare formam negotijs, non ad facta præterita reuocari, lib.5.contr.1.n.1.fol.537.

Lex an ad præterita extendatur, libro 5. contro. 1.num.9. cum pluribus ſeqq. fol.538. ¶ Et conſtituuntur duo genera præteritorum, num.10. ¶ Et de præteritorum diſtinctione â Bartolo adducta, num.11. ¶ Et quæ præterita dicantur, vt comprehendantur ſub lege, vel non, num.12. ¶ Et quid ſi teſtator voluerit ligare præterita, nu. 13. ¶ Et quænam interpretatio faciẽda ſit, ſtante Legiſlatoris mẽte, quod voluerit ligare præterita, numer. 14. ¶ Et demonſtratur à priori legẽ nunquam extendi ad præterita, niſi contrarium apparcat ex mente Legiſlatoris, nu.15.cum ſeqq. vſque ad nu. 20.incluſiuè, ibidem.

